

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORII NAZIANZENI

OPERA OMNIA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI GREGORII NAZIANZENI, COGNOMENTO THEOLOGI, OPERA OMNIA, QVAE QVIDEM EXTANT, NOVA TRANSLATIONE DONATA.

Vnà cum doctissimis Nicetæ Setronij commentarijs in sedecim Panegyricas orationes, intextis etiam quibusdam Pselli enarrationibus in obscuriora loca secundæ orationis de Paschate.

Adiunctum est præterea Nonni opusculum, quo prophanas historias & fabulas, quæ in Inuectiuis aduersus Iulianum Apostatam reperiuntur, exponit.

Quæ omnia nunc primùm Latina facta sunt, IACOBI BILLII Prunæi, S. Michaëlis in Eremo Abbatis, diligentia et labore.

Quæ in hac editione accesserint operum Catalogus post Authoris vitam subiectus indicabit.

Addita sunt etiam vbique breuia quædam Scholia eodem Abbate authore.

CVM TRIPLICI INDICE.



COLONIAE AGRIPPINAE
APVD IOANNEM BIRCKMANNVM,
ANNO SALVTIS M.D.LXX.
Cum Gratia & Priuilegio Cæsa. Maiestatis.

FACULTAD DE TEOLOGIA BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO D. CAROLO LOTHARINGO CARDINALI AC PRINCIPI ILLVSTRISSIMO, Iacobus Billius Abbas S. Michaëlis in Eremo,

S. D.

QVod ait ille totius philosophiæ antistes Plato, summæatq; effrenatæ libertatis extremam plerunq; seruitutem asseclam esse, quod etiam Hippocrates corporum habitudines ad extremum bonitatis perductas, periculosas esse: hoc in Christiana nostra republ. non sine maximo piorum omnium dolore hac misera tempestate vnusquisque nostrûm experitur. Nam si quis florentissimum illum statum, quo patrum memoria religio erat, cum eo quem his perditissimis temporibus videmus, composuerit, profectò quantum distat Ortus ab Occidente, tantum inter vtrunq; statum intereße comperiet. Nec verò in re adeò manifesta longa oratione opus esse puto. Illud potius dolendum, atque ingemiscendum, nos tam præclaram hæreditatem à maioribus acceptam tenere non potuisse. Sed scilicet verum est quod dici solet, Satietatem contumeliæ atq; insolentiæ matrem esse. Nos prosperarum rerum velut nectare quodam obruti, bona nostra ignorauimus, nec μίγνυσθαι potuimus: idemq; nobis accidit quod Iudæis olim sæpe vsu veniße legimus, qui simulatque incrassati, impinguati, dilatati sunt, protinus recalcitrarunt: vt quod Appius ille de Romanis dicebat, negotium illis melius, quàm otium committi poße, in nos non immeritò torqueri possit, Ecclesiaq; his Ezechiæ verbis commodè vti queat, Ecce in pace amaritudo mea amarissima. In tanta tranquillitate somnus ijs obrepsit, qui ad Ecclesiæ gubernacula sedebant. Non literarum sacrarum studijs incumbere, non plebem sibi commißam salutifera doctrina pascere, non vitæ integritate ac sanctimonia cæteris prælucere: sed vel dormire, vel sibijpsis tantùm vigilare, & quidem ita vigilare, vt altum dormire præstiterit. Qualis porrò gubernator, tales proretæ, tales nautæ, tales vectores, & vt ait Scriptura, qualis sacerdos, talis & populus, mala sementis mala seges, malorum magistrorum mali discipuli, mali exempli mala expressio. Omnes declinauimus, & inutiles facti sumus. Pastores inertia languerunt: populus quales merebatur, tales pastores habuit. Interim verspellis noster inimicus, qui inferioris huius mundi scabiem ac languentium vlcera scalpit atq; ablingit, qui vbi quid vitij & corruptelæ est cadaueribus assidet putredinesq; contectat, pastoribus in officio cessantibus, in agrum Domini furtim ingressus Zizania superseminauit, tantamque iustissimo Dei iudicio tempestatem rerumq; omnium perturbationem excitauit, vt à iactis religionis nostræ fundamentis, vix vlla grauior acerbiorq; extiterit: quoq; maiorem stragem in Dei castris ederet, angeli lucis personam sibi induendam putauit, vt quò rectius, hoc quoq; nocentius perniciosiusq; virus suum simplicioribus animis instillaret. Sub hac larua ita omnia confudit ac sursum deorsumq; iactauit, vt in antiquum Chaos penè reciderint, factiq; simus quasi à principio cùm Deus nostri non dominaretur, nec inuocaretur nomen eius super nos. Terris salutem longam dixiße videtur charitas: improbitati atq; impudentiæ habenæ omnes remißæ sunt. Plena omnia odij, rixarum & maledicentiæ, plena liuoris & virulentæ contentionis. Amicorum & hostium nullum discrimen. Nemo seipsum propius inspicit: sed salutem suam in tuto versari existimat, dum alios omni animi acerbitate atq; amarulentia insectetur. Pereunt bona, vt ait noster Gregorius, nuda sunt mala, nauigatio in nocte, fax nusquam, Christus dormit. Refrigescente vel potius extincta charitate abundat in orbe iniquitas. Exundante porrò atq; in immensum excrescente iniquitate vindicem Dei gladium ardentesq; illas sagittas in nos cadere non est mirum. Itaque haud scio an non multò commodiùs de hoc nostro tempore dicere nobis liceat, quod Epiphanius olim de sua tempestate ob eandem causam dicebat. Mirandum est hoc tempore, & non mirandum. Mirandum, quòd nostro sæculo omnia implentur: non autem mirandum, quia impleri ea necesse est. Et paucis verbis interiectis: Quò progressa est mens hominis prona ad malum ab adolescentia sua? Quas fidei partes non perdidit? in quibus disputationibus vtilitatem non perturbauit consilij peruersitas? Quid enim? An non deploratissimam hãc ætatem velut digito indicare videtur vir ille sanctissimus, in qua vel noua quotidie dogmata seruntur, vel iam olim oppressa & sepulta in lucem reuocantur? Neq; enim satis habuit Satan inferioribus telis aduersus nos vti, nisi etiam venena, vt ait ille, cœlo peteret, atq; ex saluberrimis vitæ fontibus à se vitiatis, mortem nobis propinaret, sagittaq; illa per diem volante, hoc est, vt per hæreticos in sanctarum intelligẽtia

Lib. de Rep. 8. *Lib. 1. Aph. 3.* *Aphoris.* *Psal. 102.* *Olymp. Od. 1.* *Ingentem felicitatem concoquere.* *Deut. 32.* *Esa. 38.* *Ose. 4.* *Psal. 52.* *Cypr. de Ieiun. & tent. Christi.* *Esa. 63.* *Epist. 1. ad Eudoxium.* *Matt. 24.* *Psal. 7.* *Lib. 3. tom. 2. aduersus Antidic.* *Senec. in Hercul. Oeteo.* *Psal. 90.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scripturarum, Ecclesiam conuulneraret. Hinc illa tot tamque diffecta fecta, quas per suos satellites toto orbe Christiano spargit, qui vtinam ipsi tum suæ tum aliorum salutis minus prodigi essent: Vtinam fastum illum suum atque arrogantiam comprimerent, nec antiquitatem vniuersam cæcitatis atque ignorantiæ damnare mallent, quàm errorem suum confiteri. Sed habet hoc in primis φιλαυτία, hæresum omnium pa
rens certissima, quod ijs, qui hoc vitio infecti sunt, oculos prorsus, morbique sensum omnem eripit, planéque eodem modo eos afficit, quo Harpastem fatuam suam Seneca laborasse scribit, quæ cùm videre desijsset, se
tamen cæcam esse nesciebat, sed in domum tenebrosam id reijciebat, alioq; se migrare velle dicebat. Ex quo efficitur vt nemini prorsus cedere fastidiat, verum cerebri sui figmenta ita perditè ament atque ample-
Cyp. in Ser. xentur, vt à visceribus suis potius auelli, quàm à concepta semel opinione se abstrahi patiantur. Ita perditi
Quod ido. perdunt, & deprauati errorem prauitatis infundunt, ac virus suum quaquauersum spargere moliuntur:
Epiph. li. 3. vt nõ abs re Cypr. ille Episcop. eos ἐκ βαλανείου τῶν πονηρῶν πνευμάτων, καὶ σαφῶς τοῦ διαβόλου τὸ κεφ
Tom 2. ἀρνίων καὶ δαιμονίων vocet. Sic impurus hostis fructum omnem memorabilis illius supplicij, quod Chri
Ioan. 11. stus in cruce pertulit, vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum, funditus tollere atque euelle-
re modis omnibus conatur. Nihil enim eum grauius angit & excruciat, quàm pax aliorum & concordia,
Hier. ad He cuius se suo scelere expertem videt. Nihil est quod auidius expetat, atque in quo vehementius elaboret, quã
liod. de mor vt nobile illud amoris ac beneuolentiæ legatum, quod Christus Ecclesiæ suæ testamento reliquit, nobis ex-
te Nepot. torqueat. Ac proinde quas potest contentiones in domo Dei serit, & quod de morte Hieronymus aiebat, fra
tres diuidit, & charissimã inter se nomina crudelis & durus dissociat. Hæc proh dolor non iam auribus, sed
oculis ipsis haurimus: non iam legimus, sed sentimus, quamque κακίαν δαιμόνιον, vt Euripidis verbo vtar, sit
dem graues que hæresum procellas in veterum monumentis descriptas videmus: sed multò grauius nos affi
ciunt, quas ipsi cernimus ac sentimus. Vt enim res procul ab oculis dissitæ multò minores videntur,
quàm quæ propiori interuallo spectantur: eodem modo fieri non potest, quin præsens calamitas multò gra-
uiorem nobis dolorem inurat, quàm quas in historicorum libris velut in tabula quadam pictas intuemur.
Et sanè æquum erat, vt qui vicinorum nostrorum tristissimis exemplis eruditi negleximus, ipsi tandem a-
lijs in exemplum proponeremur, cæteriq; ex nobis documentum caperent, quid sibi esset in eadem causa
pertimescendum. Atque vtinam verberibus saltem, vt Phryges, & quidem iterum ac tertiò repeti-
Hier. 5. tis meliores efficeremur, ac non potius ad tam duras plagas obstupesceremus. Sed, quod vix sine lachry-
mis dici potest, ad dolorũ sensum obduruisse videmur. Dissipati enim sumus, vt inquit Propheta & non
compuncti. Percussit nos Dominus, & non doluimus: attriuit nos & renuimus accipere disciplinam. Belluæ
Esa. 26. vecordes ad eundem quotidie lapidem impingimus, & pyraustarum in morem ambustæ iam toties ac ferè
iam adustæ corpora, flammis adhuc admouemus. Quotusquisque est enim, qui in tam denso calamitatum
Horat. li. 3. agmine meliorem mentem induat, & concipiat, ac quasi parturiat spiritum salutis? Omnes pene ijsdem
Cor. Od. 3. vestigijs insistimus, vitijs nostris indulgemus, ea mordicus retinemus, nouisque quotidie flagitijs cumula-
3. Reg. 12. mus, nec vt cum Lyrico loquar, per nostrum patimur scelus iracundiã Iouem ponere fulmina. Hanc re-
fices fumus. Ad flagra murmuramus, qui scorpionum ictus meremur. Dolemus omnia plusquàm ferali-
Col. 2. at, qui à Deo pacis sese auerterunt, atque ij membra tenere queant, qui caput, vt est apud Apostolum non
tenent. Vt enim in circulo quo longius à centro lineæ protrahuntur, hoc quoque longioribus interuallis in
tate immò etiam à seipso remouetur. Nam quid de ijs dicam qui ab Ecclesiæ corpore nefariè se præcide-
runt, qui inconsutilem illam Christi vestem cui immanissimi etiam carnifices pepercerunt, in infinitas
partes sciderunt tantaque amentia præcipites feruntur, vt quemadmodum Salamandra in igne sic ipsi in
Augusti. in dissidijs funestisque conflictionibus viuant, atque aduersus publicam orbis concordiam coniurasse videan
Psal. 110. tur. Nisi enim pacem odissent, in vnitate certè permansissent. In summa miseria summam felicitatem
in maxima perturbatione iucundissimã quandã quietem vel simulãt vel opinionis errore sibi confingunt.
Extra arcam esse gaudent, ac velut de certa salute sibi gratulantur. Sic nimirũ ægroti quidam nusquam
non quietiores se fore, quàm in stratis suis arbitrantur. Perire miseri non recusant, dum alios in ean-
dem secum perniciem trahant. Idemque si non ore, reipsa tamen clamant, quod ille apud Tragicum.
Senec. in Hec ipsa pollens inclyti Pelopis domus Ruat vel in me, dum modo in fratrẽ ruat. Itaque qui non ita
Thyest. prudenter (tantum in eiusmodi simulationis artificium erat) nil nisi pacem concordiamque spirare plerisque
videbantur, ijdem nunc aperta fronte, & Regno Parides, & optimo cuique Phalarides, sacri etiam or-
dinis hominibus plusquã tigrides se præbent. Christi, cuius admirabilem quendam zelum præ se ferebant
templa disturbant, patrimonium diripiunt, ministros obtruncant. Regis, cuius authoritatem imperiumq;
sibi sacrosanctum esse alternis prope verbis affirmabant, vrbes vi atque armis expugnant, tributa legunt,
sceptrum

sceptrum etiam, si possint, extorquere contendunt. Populi, cuius causa, populares videlicet homines, anno superiori ad arma se inuitos trahi testabantur, fortunas omnes per crudelissimum latrocinium eripiunt, eique pro libertate promissa grauissimam tyrannidem inuexerunt, pro ligneo iugo ferreum imposuerunt. Ioan. 10.
Vnde autem fures agnosceremus, nisi furarentur, & mactarant & perderent? vnde lupos nisi sanguinem Matth. 3.
sitirent? vnde viperarum progeniem, nisi matrem arrodere nt? vnde apros solitarios, nisi pulcherrimam il- Psal. 79.
lam vineam peruastarent. Vnde leonis rugientis catulos, nisi obuium quemque deuorarent? Vnde denique 1. Pet. 5.
eius, qui iam inde à prima rerum origine homicida fuit, liberos, nisi cruore atque omni feritatis genere pa 10. 8.
scerentur? Quis interpretari potest iniquiùsne susceperint, an crudelius & rapacius gerant? Quibus opibus
hæc barathra, quo sanguine hæ hirundines, ante quas, vt scripturæ verbis vtar, quasi nihilum est sanguis,
expleri queant. Habent certè vnde in confusione sua glorientur. Vicerunt omnes omnium ætatum hæreti- Eccl. 8.
cos. Vicerunt impudentia, scelere, importunitate, rapinis, crudelitate. Non extruendo, vt Babylonici ædifi- Gen. 11.
catores, sed vastando, euertendo, exuendo nomen suum celebrare, immortalemque sui memoriam poste-
ris relinquere moliuntur. Quanquam credẽne vnquam posteritas tantum furoris in Francis hominibus,
ijsque defæcatæ religionis titulo sese venditantibus, extitisse? Non credet, impostoram sibi factam clama-
bit, nisi expressa tantæ amentiæ monimenta in templorum ruinis viderit. Mihi quidem non in publica mo-
dò, sed etiam in priuata calamitate, quàm nihil in illis, non dicam Christiani, sed ne hominis quidem esset,
abunde experiri contigit. Nam vt Regiensis insulæ vastitatem præteream (in qua, quandiu superiores fui-
mus, licuit illis suo vitio viuere, facultatibus suis liberè tranquilléque frui: simulatque autem vicinæ Rupel-
læ perfidia basiliscum illum, quem tot annis parturierat, peperit, illico templis flammæ iniectæ, fortunis no
stris, domesticisque omnibus, quos quidem arripere potuerunt, manus allatæ sunt) quis Michaëlini nostri
cœnobij cladem vlla quamlibet tragica oratione prorsi atrocitate deplorare queat? Domus ea antiquissi-
ma & illustrissima erat, atque ipsa quoque structuræ specie religionem quandam spectatoribus incutiebat.
Ea multis calamitosis solatio, pietatis causa exulantibus perfugio ac præsidio, & vt cũ iubdicam, oculis ca
eo, pes claudo, mater pauperi plerunque fuerat. Præcipuum autem ipsius decus erat, quod in hoc animarum
diluuio sola pene, velut Arca Noë, diluuij vim minimè senserat. Bis obsessa, bis de hostibus triumpharat.
Felix heu nimium, felix si littora tantùm Anglorum nunquam tetigissent nostra carinæ. Quamprimùm
enim Rupellani pro vino & sale aliisque rebus ad vitæ vsum necessarijs, aeneas machinas ingentis ma-
gnitudinis ab Anglis acceperunt, statim terria expeditio aduersus domum nostram suscipitur. Accur-
runt vndique hostes ex oppidis & pagis, exinsulis, Deus bone, quàm truci vultu, quàm impoteni furore,
quam inaudita animorum rabie. Nostris quidem primò nec animi ad resistendum, nec vires deerant. Sed
posteaquam immanes illæ bombardæ dirutis omnibus propugnaculis muros iam ipsos deijcere cœperunt:
quemcunque Deus voluisset euentum expectare maluerunt, quàm vllum deditionis verbum apud eos ha-
bere, quos quicquid promisissent non alia quàm Punica fide præstituros esse certissimum habebant. Idibus
ergo Ianuar. quem diem Rupellæ defectio superiore anno toti Galliæ nefastum reddidit, hostis per disiectas
muri partes irrumpens, promiscuam cœnobitarum, domesticorum meorum, ac rusticorum stra-
gem edidit. Optatò tamen nox aduentens finem cædibus attulisset, si cum ijs hostibus res no-
stris fuisset, qui non nisi in primis expugnationis tumultibus, animi ferociam adhibere consueuerunt.
Sed cum monstris, cum furijs, cum teterrimis omnis humanitatis hostibus res erat. Itaque postero die, cũ
iam per noctis quietem ira deferbuisse debuerat, inchoatas cædes prosequuntur, ac fusos per templum, pas-
simque tota domo, nequicquam eorum misericordiam, quæ nulla in ferreis pectoribus erat, implorantes
necant. Multi, quibuscum de vita præcio redimenda transactum fuerat, statim iussu ducum contrarius bel
li, fasque omne, trucidati. Multis etiam ad importunam victoris libidinem laqueo fractæ ceruices. Direpta
mox, atque incensa domus: direptus etiam pagus, & quidem tam inhumanè, vt viduis & orphanis, quibus
nunc solis propemodum constat, nihil præter acerbissimam famem lachrymásq; velut cum sit. Sed ô beatos, 2. Cor. 8.
qui propter Christum (nam is quoque, vt veris & sempiternis opibus nos cumularet, in egestate vixit) fa-
cultatum suarum naufragium æquo animo ferunt. Longè verò beatiores, qui stolas suas in agni sanguine
lauerunt, quibusque non alia mortis causa fuit, quàm quòd nec adulteram pro sponsa, nec semen Cha-
naam pro semine Iuda, nec Absalonem aut Hieroboam aut Iabeelem pro legitimo principe agnoscere volu-
erunt. At tu filia Babylonis misera, tu vesana carnifex, tu mortis filia, atque in medio vmbra mortis habi-
tans, quid egisti? Vbi est victoria tua? diruendo ruisti, perdendo perijsti. Cœlum habent, quibus terram, pa-
triam habent, quibus exilium inuidisti. O beata anima quam preciosus in conspectu domini transitus ve-
ster! quibus exilium inuidisti. O beatæ animæ quam preciosus in conspectu domini transitus ve-
stri! aiter, à luto facis ad locum pascuæ, à terra deserta inuia & inaquosa ad terram fluentem lacte & melle, à
torrente amaritudinis ad torrentem voluptatis, ab igne & aqua ad refrigerium. Quam dulce est vobis in
agni comitatu esse, Christo frui, sub magnæ illius gallinæ alis requiescere, nulla iam scandala, nullam gla-
diorum aciem, nullos venantium laqueos, nullam vim bombardarum extimescere? Quàm præclarum nego
tiationis genus, pro exiguis sanguinis gutis regnum cælorum, pro carbonibus thesaurum, pro stercoribus
margaritam accipere. Sed profecto (ne diutius extra curriculum feratur epistola) nec nostra domus, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cant. 2. tot templorum millia in hoc regno conflagrasſent, niſi vulpibus iſtis, quæ vineas demoliuntur, foueas habe-
Luc. 9. re, veſpis iſtis ſauos, id eſt hæreticis Eccleſias facere nimium diu licuiſſet. Hinc grauiſſima illa apud Ba-
Tert. l. 4. adu. ſilium Magnum querela: Baptiſant, inquit, illi, mortuos efferunt, ægrotos inuiſunt, &c. Quis hic non
Marc. ingemiſcat? Quis non lachrymarum fontem cum Hieremia requirat, vt tantam calamitatem pari ſe-
Baſ. in Epiſt. quatur? Hic enim tota vis mali verſatur. Nam cùm altare aduerſus altare erigitur, ac veræ
Hier. 9. ſponſæ pellex inducitur, infirmi quique addubitare incipiunt, vtram tandem pro vera coniuge agnoſcant:
Idemque propemodum aiunt, quod Tullius ex tragœdia, πᾶ συκοφ ἐ πᾶ ἐληλύθ? Ex quo efficitur, vt ve-
lut duabus ſellis ſedeant, quòdque de Dioſcuris antiquitus finxit, nunc apud ſuperos ſint, nunc apud inferos:
ac deſultoria quadam leuitate nunc ad hos nunc ad illos ſe conferant. Nunc Deum Iſraël ſequuntur, nunc
Baal: Nunc de menſa Domini comedunt, nunc de menſa Iezabel, immò dæmoniorum: Nunc filiorum
vel potius angelorum pane veſcuntur, nunc porcorum ſiliquis, herbisque illis amaris, quæ in mortis olla co-
quuntur: Nunc de Iordane bibunt, nunc de Mara, de Amana & Pharphar fluuijs Damaſci: nunc de
fontibus Saluatoris aquas hauriunt, nunc de ciſternis diſſipatis. Et quemadmodum animalia quædam
ſunt, quæ in vtroque elemento degunt, ob eámque cauſam à Græcis ἀμφίβια nominantur, & monſtra quæ-
dam interdum exiſtunt, altera corporis parte humanam, altera belluinam formam præferentia: eodem
modo ipſi nec planè orthodoxi, nec apertè hæretici ſunt, ſed mediam quandam formam inter vtrosque conditionem
tenent. Itavel cum Zacharia obmuteſcunt, vel cum dubitante Petro mergi incipiunt, iam iamque haud
dubiè peßum ituri, niſi Chriſtus eos manu arreptos in nauiculam retraxerit. Sunt alij qui tametſi ab omni
hæreſi abhorreant, perinde tamen atque eos orthodoxiæ pudeat, veritatis patrocinium deſerunt, ac ne quid
Rom. 10. odij ſibi apud homines conflent, impias aduerſus Deum blaſphemias ſurdis auribus tranſmittunt: quaſi ve-
rò non vt corde ad iuſtitiam creditur, ſic ore quoque confeßio ad ſalutem fieri debeat. Ad quos accedunt,
Luc. 16. qui ad aduerſariorum gratiam aditum ſibi muniunt, ac velut amicos parant, qui, ſi forte defecerint, reci-
piant eos in ſua tabernacula. His non paulo ſceleratiores habendi ſunt, qui ſub ouium pelle lupos celant, quo
rum vox quidem vox Iacob eſt, ſed & manus & animus Eſau ſunt, qui in Eccleſiæ corpore ita ſunt, vt Sinon
in vrbe Troiana, vel vt Iudas in cœna. Nemo eſt qui oratione aßequi poſſit, quantam iſti verſutiæ ſuis con-
filijs perniciem reip. Chriſtianæ quotidie afferant. Plus artibus ſuis efficiunt, quàm ferrum omne, quàm vis
omnis armorum. Ac propterea illis cum totius mundi ſcandalo à ſuis coryphæis permittitur, religionem,
quam morte peius oderunt, ſimulare, orthodoxorum templa adire, res ſacras intereße, aliaque omnia, quæ
ſecta execratur facere: dummodo hac ſimulatione factionem prouehant. Hic profectò mihi ſuccurrit illud
Auguſti, qui ex tota ea ſupellectile quam moriens quidam Romanus immenſo ære alieno obrutus reliquerat, lectum ſolum emendum curauit, quòd fieri non poſſe diceret, quin longè optimus eßet, in quo homo
Hora. li. 1. tanta aris alieni mole oppreßus ſomno frueretur. Conſimilis enim modo firmiſſimas ac robore triplicique
Car. are, vt ille ait, obſeptas eße huiuſmodi conſcientias neceße eſt, quæ in tanto ſcelere ſecuræ conquieſcunt.
Od. 3. Eſt aliud hominum genus quorum ſalus ſtæ exiguæ extremáque pendet, ac propè deplorata eſt, vt non tam
medico, quàm Chriſto, qui mortuos ſuſcitat, opus habere videantur. De his loquor quos aprißimo nomine
Epheſ. 4. ἀπηλγηκότας Apoſtolus vocat, qui vt in Nili Cataduais ad ruentis fluminis fragorem incolæ obſurdeſcunt:
ita illi perpetuarum diſputationum tædio fracti atque enecti, omnes in vniuerſum religiones peraquè a-
Pſal. 1. uerſantur, atque in peſtilenti deriſorum cathedra ſibi ſedem figunt. Hi tantùm abeſt vt hac rerum omni-
um perturbatione commoueantur, vt etiam ex publicis calamitatibus vberrimam riſus meßem faciant.
Omnes, quos Eccleſiæ cauſa ſeriò afficit, pro ſtultis & inſanis habent, ac de lana caprina contendere at-
2. Pet. 2. que inter ſe altercari aiunt. Compendiariam viam ad tranquillitatem eße cenſent ἀθεΐαν, eiuſque bene-
ficio ſe ex grauiſſima ſeruitute in libertatem vindicatos eſſe gloriantur, eum qui emit eos negantes, ac ſu-
perigigantes, qui blaſphemam linguam in cœlum mittunt, ac Deum omnipotentem impio bello laceſſunt:
Lib. 3. to. 1. quos in Satanæ peculio iam eße quiſpiam non immeritò dixerit, quippe qui æternas inimicitias cum eo ſu-
ſceperint, qui ſolus ipſis mederi poterat. Hos non minus quàm Epiphanius Anomœos, virgini corruptæ,
caca, ſurda, & muta comparare poßumus, quam nemo corruptam eße neſcit: rogata autem à quo cor-
rupta ſit, non audit, quia ſurda, nec eum vidit, quia caca, nec dicere poteſt, quia muta. Quanquam
quid mutos eos appello, qui non iam, vt olim, impietatem pectore clauſam tenent, non in angulis, vt nu-
per, effundunt, ſed in omnium plerunque oculis atque conſpectu ex ore teterrimo euomunt, portáque ape-
Pſal. 117. riunt non iuſtitiæ, ſed atheiſmi. Hiſi ſuperis placet, Scripturas quoque proferunt, quas vident, nec ſeriò
ſe agere, ſed tantum diſputare velle profitentur: ac Chriſtum oſculantur, vt prodant, hoc eſt doctrinam ſa-
cram allegant, vt euertant. Quorum hac tempeſtate tantus prouentus eſt, vt non ſine cauſa apud noſtra-
Cypr. de tes in prouerbium abierit, Noxias herbas citò excreſcere. Sic inanes paleæ tempeſtate iactantur, & in-
vnit. Eccl: ualidæ arbores turbinis incußione euertuntur. Sed quanquam nulla capitalior peſtis ab infeſtiſſimo gene-
ris noſtri hoſte excogitari poteſt, quàm hæreſis: ex ea tamen hoc commodi percipitur, quòd hinc elucet, qui

probi,

probi, qui ſucati atque adulterini Chriſtiani ſint. Neceße eſt, inquit Apoſtolus, hæreſes eße, vt qui proba- 1. Cor. 11.
ti ſunt manifeſti fiant. Rebus tranquillis & pacatis, fortis & generoſus miles ab ignauo & timido inter-
noſci non poteſt. At exorto bello quid inter vtrumque diſcriminis ſit facilè perſpicitur. Alter ſtatim abie-
cto ſcuto turpiter ſe in fugã conijcit: alter periculis omnibus magno atq; intrepido animo ſeſe offert. Quot
homines ſuperioribus biſce annis vidimus, qui cùm orthodoxiæ ſpeciem omni vita præſe tulißent, ad pri-
mas noctis tenebras in Chriſto ſcandalizati ſunt, eoque relicto fugerunt, immò transfugerunt? Et qui pluſ
quam trabali, vt aiunt, clauo in Eccleſia fixi eße videbantur, ſeque Iſraëli pro muro futuros oſtendebant, Matth. 26
ipſi primi fœdißimè corruerunt? Hoc ergo bonum attulit hæreſis, quod & horum ſimulationem prodidit,
& bonorum conſtantiam animique magnitudinem declarauit. Fuit ergo illa quaſi lapis quidam heraclius Matth. 3.
verum aurum à falſo diſcerneus, quaſi ignis contrarias materias diſtinguens, quaſi ventilabrum paleã Matth. 7.
à tritico ſeparans, denique quaſi ventus & pluuia quibus perſpicuum fieret, qui in leui arena, qui in firma
petra fidei ſuæ fundamenta iecißent. Rebus lætis in adulatorum turba ſynceri amici latent: æſtate qui pa-
rietes, quæ recti partes vitioſæ ſint, quæ contra vitio careant non facile dignoſcitur: tranquillo mari vix di
ſcerni poteſt, quæ pars nauis integra ſit, quæ naufragium minetur. Rebus autem afflictis, & orta hyeme,
atque vrgente tempeſtate ſtatim diſcrimen eluceſcit, tolliturque omnis dubitatio. Certus Chriſtianus in
re incerta cernitur: hyemie non ruit, ſed firmiore etiam quam antea gradu conſiſtit, periculiſque ipſis robo-
ratur, atque vt eleganter ait Poëta, Ab ipſo ducit opes animumque ferro. Et quemadmodum egregia gem
ma in noctis tenebris clariùs quàm in media luce micant: ſic ille in perſecutionum caligine illuſtriora pie- Hor. lib. 4.
tatis ſuæ documenta præbet. Etiamſi in Eccleſia zizania videat: non ideò tamen Eccleſiam deſerit. Expe- Car. Od. 4.
ctandum eße meßem non ignorat: alioqui periculum impendere, ne ſimul cum zizanijs triticum etiam e-
uellatur. Doler quidem ipſi noxias herbas in optimo agro pullulare: ſed non hoc ſibi temerè ſuperbeque
arrogat, quod ſoli Dei filio reſeruatur, nimirum zizania à tritico ſeparare, areamque perpurgare. Scit
quidem ea in area eße poße, in horreo non poße. Quoties hereſes enatas videt, toties declarandæ virtutis con
ſtantiæque ſuæ occaſionem ſibi oblatam ſentit. Cur autem ob hereſes nutet illius fides, quæ niſi exiſterent,
verbis Chriſti fides non conſtaret, veritásque ipſa falſi conuinceretur? Nónne Chriſtus ne nos inopinata cla-
la perturbarent, exurrecturos pſeudochriſtos & pſeudoprophetas prædixit, tantáque etiam miracula edi-
turos, vt ſi fieri poßit, electi quoque in errorem impellantur? Vt quiſquis miretur hæreſes eße, idem nihil ali Matth. 24
ud mirari videatur, quàm rem à Chriſto tanto ante prædictam repræſentari. Quid quod expedit plerun-
que hæreſes exoriri, vt intermortuum pietatis ſtudium renouetur, collapſa ac prope delecta morum diſcipli
na erigatur & inſtauretur, ac denique, quod ait Auguſtinus, pigritia hominum excutiatur. Certe cum The
miſtocle nobis optimo iure dicere licet, vereramur, niſi perijßemus. Tanto veterno oppreßi tenebamur,
vt non niſi duriſſimo hoc baculo expergefieri poßemus atque ab inertia ad laborem doctrináque ſtudium
reuocari. Hac itaque tempeſtas nobis innumerabiles heroas procreauit, qui partim optimæ ac probatiſſi-
mæ vitæ exemplo, partim eruditiſſimis ſuis lucubrationibus Eccleſiam aduerſus furioſos hæreticorum im-
petus acerrimè defenderunt. Quos equidem ipſe pro eo ac meretur ſingularis eorum pietas & virtus, vnicè
admiror ac ſuſpicio, immortalique laude dignos exiſtimo: quippe qui omnes ingenij doctrináque opes
ad ornatum templi Dei, hoc eſt Eccleſiæ conferant, nulla hominum odia, nullam inuidiam extime-
ſcant, nullas hoſtium minas inſidiásque reformident, modò rempubl. Chriſtianam ab omni errore pu-
ram atque integram tueantur. O quantam illis laboris operáque mercedem Propheta pollicetur: fulge- Dan. 12.
bunt inquit, quaſi ſplendor firmamenti, & quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Quid igitur de ijs di-
cemus qui in ſumma iuuandæ Eccleſiæ facultate, dum præſenti otio conſulunt, aut, quod ſceleratius eſt,
hominibus diſplicere timent, ſacri huius belli ociosos ſe ſpectatores præbent, nec ad huiuſmodi incendium
reſtinguendum guttulam vnam aquæ afferre curant? Sed vt his omißis ad inſtitutum ſermonem redeam, eximium illud ac ſingulare erga nos Chriſti beneficium fuit, quòd hereſes fore prænunciauit, vt aduer-
ſus eas, tanquam aduerſus infeſtiſſimam atque immaniſſimum hoſtem animi noſtri arcem multò antè mu
niremus. Accedit etiam illa, & quidem maxima conſolatio, quum cogitamus ab Eccleſiæ incunabulis vſ-
que ad hanc ætatem vix vllum tempus extitiſſe, quo non ei aduerſus fidei hoſtes decertandum fuerit: vt nõ
ſine cauſa militans Eccleſia appelletur. Ne aurea quidem ætas ab huiuſmodi fluctibus immunis fuit. Ip-
ſa quoque ſuos habuit Hymenæos & Alexandros, ſuos Nicolaos & Cherintos, qui vix in lucem editam ad-
huc que lactantem opprimere ac de medio tollere conati ſunt. Vix ex his fluctibus emerſerat, cùm alijs alijſ-
que ſubinde procellis iactari cœpit. Sæpe, inquit, expugnauerunt me à iuuentute mea, ſed quid? non potue-
runt mihi. Aduerſum me ne ij quidem inferi portæ præualuerunt, nec vnquam præualebunt. Quan-
to ergo ſolatio perfundi debet Chriſtiani pectus, cum triſtiſſimam huiuſce tempeſtatis imaginem in vete-
rum monumentis ita ad viuum depictam videt, vt ſub eorum perſonis res noſtra geri videatur? Nam ſi ægro
to ea demum conſolatio gratiſſima eße ſolet, quæ ab eo affertur, qui eodem morbi genere aliquando
conflictatus eſt: quid tandem cauſæ eße poteſt, quin in grauiſſima hac calamitate magno ſolatio Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa. 30.

stiani hominũ dolor mitigetur, cùm mentu oculos ad prisca secula conuertit, ac cum sanctissimũ viris, qui in ijsdem rerum acerbitatibus versati sunt, velut colloquitur? Nam cùm illos ex tot tantisque afflictionibus Dei benignitate tandem aliquando extractos fuisse legit, tamne impie vel de summi numinis potentia vel de ipsius erga nos amore cogitabit, vt aut manum eius abbreuiatam esse, nec iam saluare posse aut eius erga nos charitatem refrixisse arbitretur ? Quid in huiusmodi librorum lectione alijs accidat, pronunciare nequeo: De me certè affirmare posum, eam mihi plerunque magno solatio atq; vtilitati fuisse. Ex quo factum est, vt Græcos Latinis coniungens, in nobile illud amicorum par tandem inciderem, Basiliũ Magnum & Gregorium Nazianzenũ dico: in quorũ scriptis tantum vera pietatis, tantum doctrinæ atque eloquentiæ lucet, vt nescio an apud Græcos Latinosque inueniri possint, qui plus eruditionis cum maiori dicendi facultate coplarint. Me certè Nazianzenus graui illo ac sublimi scribendi genere ita affecit, vt incredibilem quandam oblectationem ex eius lectione semper ceperim. Quocirca mihi iampridem haud mediocriter dolebat, tantum virum minus frequenter hominum manibus teri, quàm singularis ipsius facundia atque doctrina merebatur. Cuius rei cum eam causam esse intellexissem, quod ita Latinitate donatus esset, vt Theologorum studia minimùm iuuare posset, operam suscepi, quàm rei theologicæ vtilem nescio, mihi certè admodum arduam ac difficilem: vt quantum labore ac diligentia consequi posem, hunc autorem ita verterem, vt si non eleganter, minus saltem obscurus in lucem prodiret. Potui certè in amœnioribus, mihique longè gratioribus scribendi argumentũ versari, sed vicit publicæ vtilitatis studium, cui pro virili parte optimus quisque inseruire debet. Nec verò eorum labores, qui in hoc pistrino ante me desudarunt, eleuabo ac suggillabo, ad quorum eloquentiam doctrinæque laudem me minimè aspirare posse sentio, ingenuéque fateor. Hoc tantum dicam eos grauioribus studijs addictos, nec fortasse nisi recreandi animi causa in hac translatione versatos, tot locis ab autoris sententia recessisse, vt mihi neminem fore persuadeam, qui inutilem ac superuacaneam hanc secundam versionem fuisse dicat. Hunc porrò laborem cùm, cuius potissimum nomini consecrarem, mecum ipse dispicerem, statim vnus occurristi, cui pluribus de causis meritò nuncupandus videretur. Primùm enim, si personas ipsas spectemus, cuinam quæso congruentius offerri potuit hoc optimi, eruditissimi, atque in primis eloquentis Episcopi volumen, quàm Archiepiscopo & Cardinali, singulari virtute, doctrina, ac rara quadam & eximia dicendi facultate prædito? Deinde cùm eos omnes, qui de re literaria bene mereri student, beneuolentia tua & comitate semper complexus fueris, quacunque potueris ratione iuueris, euexeris, profectò literæ ipsæ in tuum, tanquam in optimi parentis & patroni sinum confugere gestiunt: non tam vt te illustrent (nec enim aquis Oceanus eget) quàm vt ex illustrissimo tuo nomine splendorem ipsæ trahant. Huc accedunt multa tua & præclara in quosdam meorum beneficia, quos cùm æquè ac vitam ipsam amem, non minus certè me magnitudini tuæ debere censeo, quàm si in meipsum ea contulisses. Sed nullo nomine me tibi obstrictiorem agnosco, quam quòd in Ecclesiæ, Christianissimi regis, totiusque huius afflictissimi regni causam tanta animi solicitudine incumbis, tot curas, tot ærumnas suscipis, eo denique omnia tua studia refers, vt truncatis (quandoquidem nec sanari volunt, nec sine certa corporis pernicie vltra retineri queunt) putridis membris, reliquæ partes conseruentur. Quis autem non videt, quantum tibi laboris perferendum sit, quantum dimicationu subeundum, vt tot Achitophelum sub vulpe latentium consilia dissipes, & dum alij in aperto bello egregiam reip operam nauant, prouideas interim, ne quid ab occultis hostibus ea detrimenti patiatur? Est quidem omnino graue ac molestum ei, qui ex publicorum negotiorum tumultibus ad studiorum vitæque tranquillitatem (cuius dulcedinem nemo scit, nisi qui gustauit) sese asseruerit, ex hoc quietis

1. Cor. 10.

velut paradiso quodam exturbari, atque ad publicarum rerum administrationem, tot molestijs refertam, tot hominum odijs, inuidiæque expositam, trahi. Verum hominis est verè Christiani, cum Paulo quærere, non quod sibi sed quod multis vtile est, seque totum Reip. Christianæ commodis deuouere. Atque illud sanè animaduertit insignis tua prudentia, multiplices illas omnis generis dotes, quibus te Dominus exornauit, non in hoc tibi creditas fuisse vt eas vel sudario obuolutas ac reconditas habeas, vel terræ infodias,

Matth. 25.

sed vt magno fœnore augeas & amplifices, atque vt fabulosus ille Atlas cœlum, sic tu ecclesiam quæ regnũ cœlorum à Christo appellatur, quæque te in cardinum suorum numerum asciuit pro virili tua parte fulcire ac sustinere cures. Id quod sanè summo studio facis: & quia facis, idcirco improborum omnium odia in te concitasti. Quotusquisque enim est hodie patriæ fidei; hostis, qui non simul quoque te acerbissimo odio infectetur? Quis famosus libellus his nouem annis in lucem prodijt, in quo nominis tui fama perpetuis fœdissimisq; conuitijs non sit lacerata? Quanquam quid mirum te virulentis linguis peti, cùm & Elias Israëlis perturbator, & Apostoli temulenti, & Paulus insanus, & paterfamilias ipse Beelzebub, appellati sint? Quid autem, per Deum immortalem, tibi ad laudem illustrius accidere queat, quàm quòd eosdem hostes habes, quos Christus, quos Religio, quos Patria, quos omnes Boni? quòd ijs displices, quibus placere nemo sine perfidia posit? quòd ab ijs omni conuitiorum genere proscinderis, qui Ecclesiam priùs, vel potius seipsos ab Ecclesia sciderunt? Quos tu optima hercle ratione vlciscere, cùm impurissima eorum maledicta contemnis, teterrimasq; linguas, qua bene loqui non didicerunt, malè loqui sinis. Disrumpuntur enim misso-

miseri, cùm te nihilo magis eorum calumnijs, quàm Elephantos Indicos pulicum morsibus, commoueri vident. Satis graues iniquissimi in te odij pœnas pendunt, cùm te, quem de summa honoritatis gradu deijcere, atq; omnibus hominibus inuisum reddere conati sunt, & stare & florere, quoaq; Palladium Troiæ, id te Franciæ nostræ esse conspiciunt. Quocirca noctus istis, quæquoniam malè agunt, meritò lucem oderunt, nec nisi in tenebris mordent, forti animo contemptis, in pulcherrimo eo munere, quod tibi, tanquam Pæoni, languens patria imposuit, constanter perseuera. Medicis illis obsiste, qui non tam imperitia, quàm malitia, vulnus nostrum nondum suppuratum ac percuratum, cicatrice obducere nituntur, ac cinere doloso ignem obtegere, quo mox tota Gallia rursus exardescat. Chananæos in medio Israelis habitantes obserua. Bonum certamen certa: pugna consilio, authoritate, opibus omnibus, aduersus eos, qui tot iam cladibus patriam affecerunt, vt stultitiæ sit, sperare, ijs saluis Remp. saluam esse posse. Maneant qui volent in Siceleg, subsistant etiam ignaui ad sarcinas: tu nec oculis tuis somnum, nec palpebris dormitationem prius dato, quàm cum Dauide Amalecitas, regni spolijs exultantes, assecutus fueris, atque ita fregeris, vt non leuem tantùm pacis vmbram & inane simulacrum, sed veram ac solidam pacem videamus. Sed quid ego hæc ad te? quasi verò aut mea, aut cuiusquam cohortatione opus habeas, qui tua sponte curris, & vt vaccæ illæ Palestinæ, arcam Dei gestantes, in directum graderis, nec ad dextram aut sinistram declinas: in hoc certè cùm alios omnes fratres tuos clarissimos principes, tum præsertim incomparabilem illum Heroem, illud belli fulmen, illum Israëlis currum & aurigam, domusque Dei murum haud dubiè aheneum referens, Martium, inquam, illum Franciscum, qui simul & Domini & regis sui præliatus præliabatur, aquila velocior, leone fortior, rupe firmior, plenus victorijs ac triumphis. Cuius nisi singularis quædam ac prope diuina virtus incredibilem hostibus terrorem attulisset, nunquam sanè tam nefario parricidio sese deuinxissent, nec toties salutare Galliæ fidus extinxissent. Qui si Cothurnus, si Euripus, si Proteus quispiam, aut arundo vento agitata extitisset, viueret quidem adhuc fortasse in hoc facis luto, sed turpis & inglorius, & vt illi qui vitam suam in mundo diligere malunt, quàm in vitam æternam custodire. Quod quia non fuit, per summum scelus nobis ereptus est: ita tamen, vt quemadmodum Elias Melotem, vel, vt aptiori exemplo vtar, Iudas Machabæus Ionathan, sic ipse nobis Aumalæum fratrem, præstantissimum belli ducem reliquerit, qui per eadem vestigia ad eandem immortalitatem grassatur, nunquæ aduersus Germanicas Harpyas (quæ Franciæ vulneribus feros vngues infigunt, acetum pro oleo infundunt, eique pene iam exangui, quicquid reliquum erat sanguinis, detrahunt) cum militum robore procedit, ita animo comparatus, vt etiamsi in hoc belli discrimine vita ipsi ponenda sit, præclare secum actum iri putet, dum huiusmodi pestes à patriæ cerulcibus auertat. Perge itaque, amplissime Cardinalis, cum fortissimo tuo germano, senescentem Galliam fouere, atque, vt Græci dicunt, ἀντιπαλαίειν. Quod autem ad Nazianzenam nostram translationem attinet, tametsi non eram nescius, eam haud admodum dignam esse, quæ in tuo nomine appareret, ob idque, ne ad te cum tantillo munere accederem, pudore nonnullo deterrebar: fecit tamen perpetua tua humanitas, propensaque erga studiosos omnes voluntas, vt hunc metum abstergerem, cùm mecum cogitassem, magnorum principum esse, non minus libenter parua accipere, quàm magna dare, dijsque, vt quidam in simili causa dicebat, non solùm thure, sed etiam mola salsa litari. Accipe ergo grato ac libenti animo hoc quidquid est muneris, Illustriss. Cardinalis, mihique, si importuna quadam tui interpellatione publicis commodis morã attuli, velim ignoscas. Dominus Iesus te quàm diutissimè Ecclesiæ suæ incolumem seruet. Nanetibus 15. Calend. Ianuar, anno à salutifero partu quingentesimo sexagesimo nono suprà Millesimum.

Plin. in Epist. nuncup.

IN NA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN NAZIANZENAM D. IAC. BILLII ABBATIS MICHAELINI TRANSLATIONEM GOD. BILlius frater, Abbas Vincentianus.

Gregorius quondam patria tellure fugatus,
Appulerat sedes exul ad Occiduas.
Excepere virum quidam: sed balba loquentes
Hunc etiam ballè condocuere loqui.

Condoluit frater profugo, docuitq; rogantem
Mollius Ausonijs verba sonare modis.
Miratur iam Gregorius, dubitatq; Pelasgum
Dicere se posthac debeat, an Latium.

G. GENEBRARDVS THEOLOGVS PARISIensis, ad D. Iacobum Billium Cœnobiarcham, trium linguarum peritissimum, Gregorij Nazianzeni interpretem.

Gregorium ob versum nostra te voce salutat
Pieris & charitum nuda corona trium.
Quin & Gregorius tanto pro munere summas
Cum superûm grates agmine gratus agit.
Nam cùm barbaricis olim graderetur in aruis,
Arte tua iam nunc regna Latina tenet.

IOANNIS CHATARDI AQVIPERSANI AD Mecœnatem suum D. Iac. Billium, Sancti Michaëlis in Eremo Abbatem ornatiss. & D. Gregorij Episc. Nazianzeni interpretem fidelis. Epigramma.

Vt Tobiæ lucem sobolis perchara parentì
Restituit, sic tu lumina Gregorio.
Ille quidem patris ex oculis caligine pulsa,
Tu verò à toto corpore Gregorij.
Illum nam veluti fœdè cæcarat hirundo,
Hunc ita mendorum versio plena prior.

Sed tu præterea vocem cum lumine reddis,
Vt modò cum Græcis verba Latina sonet.
Sic per te (præclara duo miracula) nuper
Cæcus & elinguis nunc videt, & loquitur.
Vis referam matus? toto iam fulget in orbe,
Qui velut in tenebris antè sepultus erat.

EIVSDEM CHATARDI ad Lectorem.

Squallidus in caco Iosephus carcere, dignus
Vix erat aspectu Regis, & alloquio.
Vnde sed eductus fœdo squallore remoto,
Principis & populi dignus amore fuit.
Sic quoq; Gregorius dum sordibus antè iaceret
Obsitus, indignus qui legeretur, erat.
Nulla etenim grauibus vitijs pagella carebat,
Et sine mente sonum singula verba dabant.
Ast tibi purus adest, & quouis purior auro,
Vt primùm accessit Billica docta manus.
Nunc oculis Regum, nunc somno dignus honore,
Dignus qui volitet cuncta per ora virûm.
Billius, idq; libens magno sudore peregit
Vnus, quod multi non potuere simul.
Præstitit hic labor est, quo non præstantior alter,
Pluresq; ingenij qui tibi seruet opes:
Ex his quæ facilè fuluum velut vngue leonem,
Primitijs, Lector candide, nosse potes.
Nosci t & extinctus (dictu mirabile) vrsul,
Præsulis alterius iam rediuiuus ope.
Atq; ita qui clara florebat in Hellade tantùm,
Nunc etiam tota floret in Ausonia.

IACO-

IACOBVS BILLIVS ABBAS S. MICHAELIS IN EREMO, PIO LECTORI

S. P.

EN habes, pie Lector, eximium illum Orientalis Ecclesiæ Doctorem Gregorium à nobis Latinitate donatum: ex cuius lectione vtinam tantum fructus tibi capere contingat, quantum laboris ac molestiæ fuit nobis in eo vertendo subeundum. Vix enim cuiquam credibile futurum est, quàm inuitus hic Author apud nos peregrinetur, nisi qui huius rei periculum fecerit. Hoc verò te exorandum habeo, ne me aut nimis supini cuiusdam ocij notandum censeas, qui velut rem actam, vt dici solet, non sine magno temporis dispendio rursus egerim: aut parum candidi animi esse iudices, qui in labores aliorum introierim, ipsisque meritæ laudis argumentum eripere sim conatus. Quorum vtrumque facilè, à te, vt opinor, obtinebo, si modò tantum tibi à grauioribus tuis studijs ocij fuerit, vt eorum, qui ante me in hoc negocio versati sunt, translationem cum hac nostra, & vtranque ad exemplar Græcum, tanquam ad Lydium lapidem, explorare vacet. Quod si feceris, non equidem dubito, quin ita sis existimaturus, laborem hunc nostrum non modò non inanem ac superuacaneum, sed etiam prope necessarium fuisse. Neminem insector, nullius errata traduco. Barbarum est fugillandis aliorum laboribus ingenij doctrinæque laudem aucupari. Monstrum non hominem esse statuo, qui pijs aliorum conatibus studijsque non fauere sed obtrectare cupit, eorumque lapsus crudeliter potius detegere atque omnium oculis exponere conatur, quàm fraternè obuelare, vel saltem excusare. Sed vt nefarium in primis habendum est, ex alienarum lucubrationum insectatione ac depressione crescere, aditumque sibi ad hominum famam munire velle: ita cùm publici commodi causa id postulat, nemini vitio verti debet, rem ab alijs tractatam retractare, ac velut sub incudem reuocare. Nimis enim profectò sibi arrogat qui contumelia sè affici censet, si quis vel quæ ipse scripserit, emendare ac perpolire, vel etiam eidem materiæ, si id è re literaria fore videatur, secundam manum admoliri audeat: modò duæ illæ teterrimæ pestes procul arceantur, liuor & obtrectandi studium. Quod quum in omni scriptorum genere hactenus licuerit (nec enim sine causa Græcorum prouerbio dicitur δευτέρας φροντίδας σοφωτέρας εἶναι) tum verò in traductionibus multò iustius concedendum est, quarum copia atque diuersitas vt nihil aliud vtilitatis pariat, hoc certè commodi affert, quòd ex plurium interpretum collatione Authoris sententia clarius elucescit. Sic videmus à priscis illis Ecclesiæ Doctoribus libenter facilitatum esse, vt præter nobilem illam septuaginta interpretum translationem, cuius tum toto orbe sacrosancta erat authoritas, Aquilam etiam & Symmachum & Theodotionem plerumque consulerent: vt si quid ipsis caliginis oborietur, huiusmodi collatione discuti posset. Quod quidem ad me attinet, potui hoc tempus, quod

Gre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorianæ versioni datum est, longè amœnioribus mihiq; iucundioribus studijs impendere: sed quorundam consilio atque authoritati cedendum putaui, qui doctissimo quidem viro, cæterùm apud Latinos nimis, vt aiebant, obscuro, suique, vt Hieronymus loquitur, dispari, lucis aliquid ex hac nostra traductione accessurum mihi certò pollicebantur. Hanc itaque prouinciam suscepi, quàm vtilem nescio, mihi certè ita grauem ac molestam vt inchoatum opus abrumpere ac perpetuis tenebris damnare non semel cogitarim. Quod si vires meas probè exploratas habuissem, atque vt Dominus in Euangelio admonet, sumptus ad rem huiusmodi necessarios computassem, si summam operis difficultatem, corporis plusquam vitream valetudinem, doctrinæque tenuitatem animo perpendissem, nunquam ita me Deus amet, huic traductioni manum adiecissem. Sed vera est Thucydidis sententia, ἀμαθία θράσος, ὁ λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. Nec absre τὸ γνῶθι σεαυτὸν, tanti ab erudita antiquitate factum est, vt id non mortali cuipiam, sed Deo, & deorum sapientissimo attribuendum existimarit. Ac mihi idem prorsus accidisse sentio, quod nauigandi insolentibus vsu venire solet: qui allubescente è terra maris aspectu mira cum animi voluptate nauim ingrediuntur, læti etiam & alacres littora legunt, quoad in altum peruecti, subducta iam omni illa amœnitatis specie, ingrauissimos capitis dolores incidunt, nauseaq; miserè diuexantur. Ad eundem enim ipse quoque modum in hac traductione, quum primi aditus facilitate allectus & inescatus, iuuenili quodam animi ardore ac præcipiti impetu stadium vnum atque alterum emensus fuissem: ita repente lubrica omnia gressumque fallentia, ita aspera & salebrosa reperi, vt nec regredi iam præ pudore, nec progredi sine periculo possem. Tantum in me temeritas valuit, quæ non minus quam ebrietas, spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem. Inermē enim planè me esse fateor, quod quidem ad id attinet, vt cum tanto Milone quantus est noster Gregorius facundiæ certamine dimicare queam, eximiasque ipsius dotes Latina oratione repræsentare. Atque haud scio an quisquam sit tanta dicendi facultate ac verborum copia præditus, qui tam vberes & profusas eloquentiæ opes ita è Græcia in Latium asportare possit, vt non multùm illis gratiæ præcijq; ex huiusmodi transuectione decedat, cogaturq; tandem hoc Homeri versu vti, δυσκίνητοι δὲ πόδες ἐῶ μῦθοι ἀνὴρ ὁμῶς. Nam cùm nulla lingua tam inops atq; ieiuna sit, quin permultas voces habeat, quæ in aliam linguam sine molesto verborum circuitu atq; elegantiæ dispendio transferri nequeant, quid hîc cum eo Authore interpres faciet, qui in copiosissima ac sine dubio omnium locupletissima lingua verborum argutias vndecunque captat: vt quot eiusmodi voces orationi asperserit, tot pene cruces interpreti fixisse videatur? Quid de prolixis illis periodis dicam, quæ vt Græco sermoni ob connectendi facilitatem non parum gratiæ atque ornamenti afferunt, ita cùm Latinè efferuntur, nimium diu suspensum Lectoris animum tenent, nec sine quodam fastidio transmittuntur. Iam verò breuissimæ illæ allusiones quæ toto opere vndiq; sparsæ sunt, quàm attentum ac diligentem, quàm nō modò multæ lectionis sed etiam felicis cuiusdam memoriæ interpretem requirunt, vtpote quæ vel ignoratæ vel neglectim transcursæ, tantas nonnunquā interpreti tenebras offundunt, vt Psittaci more quid loquatur nesciat, atque, vt Iobi verbis vtar, ἄλλοις νίκητα λόγοις, seque velut in alieno cœlo esse arbitretur?

Ex quo

Ex quo satis apparet quibus præsidijs instructum eum esse oporteat, qui in huiusmodi scriptis transferendis specimen sui præbere cupit. Huc accedit, quod peculiarem quandam phrasim habet Gregorius, disertissimam quidem illam atq; in primis eruditam, sed quæ vel perspicacissimos interpretis oculos sæpenumero perstringat, vt nisi summam curam animaduersionemq; adhibuerit, quemadmodum Ixion ille pro adamata Iunone nubem, sic ipse pro vera authoris sententia non nisi leuem quandam & inanem verborum vmbram amplectatur. Vt enim Dædali statuas, nisi firmissimis vinculis astringerentur, fugam corripere solitas esse scribit Plato: ita germanus Theologi sensus nisi arctissima attentione ac diligentia vinciatur, interpreti quasi de manibus elabitur. Quæ omnia cùm me miris modis torserint, tum illud longè vehementius animum excruciauit: quod Heruagianus codex, qui vnus suppetebat, tot tamq; fœdis erroribus scatebat, vt ad hoc Augiæ stabulum repurgandum non vno Hercule opus esset. Nulla oratio, nulla propemodum pagina grauissimis mendis vacabat, ὁλοσώματος, vt ita dicam erat, hæc plaga. Quocirca cùm deploratis morbis medicam manum admouere medici vetent, ne ipse quidem causam vllam esse putaui, cur in tam corrupto atq; insanabili codice diutius me inani labore conficerem. Tantisper itaq; mihi ab incœpta versione quietem imperaui, quoad ab amico quodam certior factus sum, permulta eaq; castigatissima exemplaria in illustrissimæ Reginæ bibliotheca esse, quorum ope atq; adiumento insanabilibus alioqui vulneribus medicinam afferre possem. Quo nuncio suprà quàm dici queat oblectatus per doctissimum atq; humanissimum virum Ludouicum Rusæum regium confessorem haud magno negotio à Regina impetraui, vt mihi liceret codicem vnum (nec enim plures simul passa est) ex ipsius bibliotheca mecum efferre. Tuli igitur amplissimum codicem capit alibus literis exaratum tantum antiquitatis præse ferentem, vt ipsius propemodum Gregorij ætate scriptus esse videretur: qui, præter epistolas & versus, omnia ipsius opera continebat. Quem cū pauciss imis diebus incredibili celeritate perlegissem, ex eoq; innumera loca quæ in impresso vitiosè legebantur, integritati suæ restituissem, statim eum Athenas (quo enim alio nomine incomparabile illud bonarum omnium literarum gazophylacium appellem?) referendum habui: vt alterum exemplar inde rursus auferrem. In hoc sedecim duntaxat orationes erāt, doctissimis Nicetæ Serronij commentarijs illustratæ, intextis etiam quibusdam Pselli enarrationibus in obscuriora loca secundæ orationis de Paschate. Quo-quidem volumine cùm mihi pro animi arbitratu vti liceret, non modò ad ea, quæ inchoaueram ac velut pro derelictis habebam, prosequenda, sed ad ea etiam quæ Nicetas commentatus fuerat Romano sermone donanda me accinxi. Nēc enim à publicis commodis alienum fore putaui, si commentator Latinè loqueretur, qui Græcum hominem Græcus ipse interpretandum duxisset. Quòd autem non omnes eius commentarios, sed eos solùm, quos in panegyricas orationes edidérat, in totum conuerti, hoc non tam laboris fugiendi causā feci, quàm quòd vererer, ne nimia hæc nostra sedulitas plus tibi tædij quam vtilitatis afferret. Sic ita que negotium temperaui, vt eas quidē enarrationes, quæ ad rerum potius quàm verborum explicationem facere videbantur, totas latinas facerem: ex ijs autem quæ non tam res ipsas exponebant, quàm orationis verba alijs verbis exprime-

bant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Soph. in Aiace.

bant, vtilissima tantum excerperem, atq; in scholiorum formam redigerem. Vbi etiam si quid mihi occurrit, quod Nicetæ expositioni non incommodè adjici posse videretur, id quoque inserere non dubitaui: affixo tamen fere semper asterisco, vt nostra à Nicetanis faciliùs internoscantur. Atq; hîc quoque verum esse cõperi, quod ait ille apud Sophoclem, πόνῳ πόνος πόνου φέρει. Vt enim primus ille Gregorianæ versionis labor alterum laborem suscipere, hoc est, Nicetam Latinis auribus exhibere me coëgit: ita secundus hic labor, quasi quidam Eurystheus, mihi noui laboris suscipiendi necessitatem imposuit. Venit enim in mentem subuerendum esse, ne parum sibi constaret hic noster labor, si quibusdam orationibus, partim contractiore expositione, partim integro commentario explanatis, reliquæ velut nothæ sine vllo annotationum comitatu prodirent, quum tamen ipsæ quoque compluribus locis lumen aliquot explicationis haud dubiè flagitarent. Ergo in has etiam scholia elucubraui, prolixitatem vbique quantum licuit vitans: vt si fortè Nicetæ interpretatio prolixitate aliqua animum tuum interdum suboffendat, hæc molestia scholiorum nostrorum breuitate diluatur. De quibus nihil aliud dicam, nisi me summa cura diligentiaq; contendisse, vt hic author aliquanto clarior & apertior in manus tuas perueniret. Adieci præterea Nonni opusculũ, quo profanas historias & fabulas exponit, de quibus in Inuectiuis aduersus Iulianum apostatam mentionem facit Gregorius: quod etiam ipsum de Græco in Latinum conuertimus. Illud autem velim, mihi fraudi ne sit, quod multa loca veteris Testamenti aliter verti, quàm in vulgata translatione habeantur. Nam cùm mihi cuiu eo homine res esset qui non alia quàm 70. Interpretum translatione vteretur, decuit me profectò immo omninò oportuit, ipsius vestigijs in versione mea insistere, atque eandem translationem sequi. Alioqui innumeris prope locis nec Gregorij explicatio cum Scripturæ textu, nec Nicetæ expositio cum Gregorij, Scripturæq; verbis vllo modo quadrasset: verùm aliud tibia, vt vulgò dici solet, cecinisset, aliud pes saltasset. Hæc sunt, Lector quæ ad D. Gregorij, immò ad templi Dei, cuius ille lapis viuus fuit, exornationem à nobis collata sunt: quæ si ad virium nostrarum modulum exigantur, non parua fortasse: si autem ad excellentem authoris dignitatem perpendantur, minus quàm pili caprarum, pelleq; arietum rubricatæ futura sunt, atq; vt Græci aiunt, ὁ δέρις βωμὸς πρὸς τὸ ἱερόν. Ingenuè enim & sine vllo verborum fuco fateor, tantùm inter Græcum Nazianzenum & nostram versionem interesse, vt si res in contentionem veniat, non magis hæc ad illius splendorem, quàm noctua ad meridianos Solis radios consistere possit. Sed cùm Christus duo illa pauperis viduæ minuta, amplissimis etiam diuitũ muneribus, quæ opum nõ nisi πθριασεύματα, &, vt Plauti verbo vtar, præsegmina quædam erant, pluris æstimarit: debet profectò tibi quoq; gratum esse τὸ κατὰ δύναμιν. libet enim hoc loco Gregorij nostri verba vsurpare. Iniqua enim prorsus mihi abs te gratia rependetur, si pro tanto labore vtilitatis tuæ causa suscepto, nihil aliud quàm obtrectationem laborisq; nostri sugillationem referas. Lõgè enim æquius ac Christiano homine dignius est ob multa bene dicta ad quædam errata conniuere, quàm ob quædam errata totum opus lacerare, ac scarabæos imitari, qui vnguentis minus delectati putida consectantur. Quanquam non tam peto vt ad errores lapsusque nostros conniueas, quàm vt ab obtrectatione & maledicen-

ledicentia temperes. Admonendo vel etiam corrigendo ea in quibus errasse videbimur, rem & mihi non ingratam, & alijs vtilem facies: oblatrando & calumniando nec alijs proderis, & graui crimine teipsum obstringes. Nam cùm Christus ijs etiam à quibus iniuria nobis orta est, vicem referre prohibeat: quantò tandem atrocior eos pœna manet, qui bene de se merentes, aut certè merentes rabido dente infectantur? A quo vitio vtinam te Deus semper incolumen seruet. Bene vale, optime Lector, & laborem hunc nostrum boni consule.

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI GREGORII THEOLOGI EPISCOPI NAZIANZENI, A GREGORIO PRESbytero Græcè conscripta, Iacobo Billio interprete.

Hanc Gregorij vitam sexaginta plus minus annis post nongentesimum à Christo nato annum primus quanquam prorsus barbarè transtulit Anastasius quidam, vt adnotatum vidi in libro quodam manu scripto Dionysiacenæ bibliothecæ. Quod si ita est, longè antiquiorem esse Gregorium Presbyterum necesse est, quàm scripsit is, qui anno superiore de cultu sanctorum scripsit.



DIspirituale sermonum conuiuium, viri auditores, egregius ille Gregorius cognomentum à Theologia consecutus, vos inuitat: atque ipse in cibum materiæ expertem offertur, epulumq; corruptione omni sublimius. Nec verò mirum vobis videatur, me eò audaciæ progressum esse, vt & meæ imbecillitatis & excellentis illius ingenij, animiq; magnitudinis memoriam abiecerim, qui propter incomparabilem virtutis præstantiam ad hunc ferme diem silentij honore apud omnes ornatus est, nec quisquam adhuc extitit, qui vitam ipsius exposuerit, ac serie quadam, & ordine præclara illius facinora ad posteros transmiserit, quemadmodum ipse & in Basilio magno, & in alijs beatis Episcopis & Martyribus fecit, vitam ipsorum argumento integro prosecutus. Primùm enim nulla ratione venerando huic patri vobiscum confidenti aduersari poteram, qui orationem velut aliud quoddam debitum exigebat, meq; ad prædicandas Diui Gregorij laudes admodum paterna & herili authoritate concitabat, sibiq; vt morem gererem imperabat, seque alioqui nullum me virgendi finem facturum minabatur, atq; hanc procreationis educationisque mercedem efflagitabat. Deinde ne pium quidem & fas mihi esse videbatur, nullam tantæ virtutis rationem habere, quæ si vitæ humanæ ad imitandum proponeretur, multos fortasse ad æmulationem cohortari atque excitare posset, nec honestum ipsum dilabi atque euanescere sineret, quotidianis nimirum sermonibus subinde efflorescens. Age igitur, cunctatione omni abiecta, sermonum meorum primitijs, quasi fructibus quibusdam recèns decerptis, coronam Theologo nectam, si quidem illius merito ac dignitati imparem, at certè viribus nostris, animiq; alacritate haudquaquam inferiorem. Ac futurum opinor, vt vir ille, quemadmodum in omnibus rebus vndique perfectus & absolutus erat, ita quoque laudationem hanc nostram æquo animo accipiat: quandoquidem & balbutientium infantium sermunculi, præsertim à simplici animo pro- *Simile.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

deuntes, parentibus iucundiores esse solent, quàm robustiores adultorum sermones, & fastuosæ ac phaleratæ orationes. Quin ipsi quoque verborum honor pulcherrimè congruet.[1] Quibus enim rebus quisque delectatur, ijsdem quoque profectò honorari mirificè gaudet. Cumq; corpoream adhuc vitam agens doctrinæ & eloquentiæ studia omnibus opibus facultatibusque prætulerit, sapientiamq; complexus atque

Prou. 4.

amore prosecutus, ab eaque, vt est in Prouerbijs, conseruatus fuerit: eccui tandem dubium esse potest, quin nunc quoque, cùm res humanas reliquerit, ac præsentem vitam cum pura illa prudentiæque propinqua commutarit, orationibus impensiùs gestiat & exultet? A vobis autem peto, sacrosancte cœtus, ne virtutum illius multitudinem accuratiùs exactiusque perscrutandam atque indagandam putetis. Primùm, quia nec eæ sunt vires meæ, vt vel ipse hoc polliceri queam, vel vos à me exigere debeatis. Deinde, quia nec illius vitam quisquam literis consignatam nobis reliquit: verùm mihi res ipsius ex ipsius scriptis sparsim colligere necesse est, latomosq; imitari, qui posteaquã lapides paulatim aggesserunt, ita demum ad vnam eandemque domum construendam & absoluendam eas omnes accommodant. Orationis porrò initium hinc ducimus, vnde eam auspicari maximè decet. Patriam igitur ipse secundam Cappadocum prouinciam habuit, vrbem Nazianzum, quæ quidem ab eo adeò nobilitata est, vt apud extremos etiam orbis terrarum fines propter eum clara atque illustris extiterit. Neque enim[2] Pella ob Alexandrum celebrior est, aut[3] Persæ propter Cyrum ad tantam gloriæ splendorisque magnitudinem euecti sunt, quantam hæc propter magnum Gregorium assecuta est. Quocirca ipsi quoque ob educatum Gregorium abundè persolutam esse mercedem existimo: quippe quæ & 4 Indis & Britannis ex diametro inter se oppositis æquè inclaruerit. Parentibus ortus est nobilibus, iustitiaque præditis, animorumque puritate, quàm corporum nexu arctius inter se conIunctis. Ac pater quidem Abrahæ cuiuspiam instar, paterna terra idolisque relictis ad pietatis cultum migrauit, excussaque Hypsistariorum superstitione atque impostura, syncerus diuinæ gratiæ discipulus eluxit, ouis quidem primùm, postea verò peritus quoque Ecclesiæ Nazianzenæ pastor institutus. Mater autem & ipsa sacra & à progenitoribus sacris originem traxit, atq; vt aliorum bonorum, ita pietatis quoque patrimonium hæreditate accepit. Quæ cũ masculæ prolis cupiditate flagraret, supplex Deum huiusmodi beneficiorum authorem precata est, vt se desiderij compotem faceret, eique ante conceptionem (ô fidem incredibilem! ô prædicandum animi feruorem!) se nasciturum filium oblaturam pollicetur, quemadmodum Anna Samuelem. Quid igitur ille, qui voluntatem timentium se facit? Per nocturnum visum ei filium nondum procreatum ostendit, puerique vultum & nomen indicat. Hæc verò ipsum haud ita multò post quàm in lucem editus fuerat, Deo consecrauit, maternos partus dolores fidei alacritate & mulierum socordiam largiendi liberalitate superans. At puer, cùm parentum moribus imbueretur, egregia naturæ indole ingenijque dexteritate æquales omnes adeò præcedebat, vt immatura ætas nullo ipsi ad eorum, qui adulta ætate erant, mores disciplinasque percipiendas impedimento esset. Ac ludos quidem & pueriles lasciuias cursúsque & saltationes vt inutiles & meliorum rerum studio moram afferentes, prorsus contempsit. Vt enim præsens fœtor vnguenti suauitatem inficit & obscurat: ita vitium quoque virtutis adeptionem interscindit. Cùm autem ætate iam adoleuisset, literarum amore succensus Cæsaream profectus est, illícque cùm præstantissimis quibusque magistris consuetudine habita, doctrinaque non exigua collecta in Palæstinam migrauit, non ille quidem vt Rhetorum mores, sed vt verborum elegantiam dicendique artem addisceret. Hinc[5] Alexandriam quæ ad Pharum sita est, perrexit, vt multas vrbes multorumque hominum prudentiam, sapientiæ doctrinæque colligendæ causa, vt[6] eruditus quidam diceret, cognosceret. Qua etiam ex vrbe cùm plurimum vtilitatis percepisset, Athenas tandem, literarum parentem, petit naui Aeginæa vectus. 7. Itaque Parthenium mare turbulento tempore atque ad nauigandum incommodo nauiganti, coortus repente grauissimus ventus summum vitæ periculum intulit: atque & mare & æthera, & cœlum obducere caligo cœpit, nonâ illa Aegyptiorum plaga nihilo lenior. Omnibus

Simile.

Gregorij patria Vide Orat. de vita Basilij.

Gregorij parentes. Vide Orat. quam habuit in funere patris.

1. Reg. 1. Psal. 144.

Mater Gregorij filiũ statim Deo consecrat.

Gregorij ingenium.

Simile. Grego. Cæsaream proficiscitur.

Greg. tempestate iactatur.

bus igitur corporis mortem deflentibus, ipse animæ exitium atq; internecionem extimescebat, nondum enim Baptismo obsignatus erat: ac mors aquosa salutem eam, quæ aqua comparatur, anteuertebat. Quid igitur facit magnus ille vir, quiq; etiam ante generationem sese ad veritatem informarat? Vestem lacerat, tantisque clamoribus & querelis vectores omnes exterret, vt nemo esset, qui non, omni sui ipsius cura abiecta, illius luctui socium sese adiungeret. Ipse autem Deo miracula ea omnia in memoriam reuocans, quæ tam in Aegypto quàm in deserto, ac plerisq; alijs terræ vel maris locis ediderat (velut rubri maris diuisionem, eiusdémq; rursus eluuiem, quoq; modo aquam ex petra velut ex fonte expressisset, & Maram edulcasset, Amalecitas inermibus manibus crucem indicantibus oppressisset, muros Hierico, nullis etiam admotis tormentis, euertisset, Prophetam ex ceti visceribus saluum & incolumen extraxisset, cæteráq; omnia quæ sacrosanctis libris continentur) simulq; se facturum recipiens, vt si maris periculo liberaretur, atq; expetito Baptismo frueretur, ei à quo salutem accepisset, seipsum consecraret: precibus ipsum flectit, quippe benignum & facilem, precésq; nostras naturæ suæ suauitate præuertentem. Ita tempestas statim conquieuit, & procella in auram commutata est, & mare prius ferum & truculentum consopitur. Atq; hic eo rerum statu erat. Parentes autem ipsius, quem in casum adductus esset filius, per somnum certiores facti fuerunt: atq; vt parentes (quid enim pluribus verbis opus est?) orationibus & lachrymis Deum obsecrabant, vt filio in mari periclitanti opẽ ferret. Confestim itaq; post orationem filium in somnis videbant Erinnym quandam ac dæmonem pestiferum, qui ipsi perniciem intentabat, subactum tenentem. Quæ cùm ipse domum reuersus ex eorum commemoratione intellexisset, laudes & gratias seruatori agebat. Sed hæc posterius. Ex ijs autem qui eadem naui vehebantur, adolescens quidam ipsi charissimus, in ipsa periculi flamma, beati viri matrem conspiciebat, mare conscendentem, arreptamq; nauem in terram pertrahentem. Qua visione perspecta & narrata, tranquillitas statim consecuta est, vectoresq; omnes fide ad Gregorij Deum accurrerunt, periculi tanti depulsorem eum agnoscentes, atq; confitentes. Hoc verò quid magni illius Heliæ miraculo cedit, qui[8] Sidoniæ reginæ, vesanæ idolorum cultrici, obsistens, sacrificio noua & cœlesti flamma consumpto Israelitas ad veri Dei fidem induxit: ita vt admiratione correptus populus diceret, Verè Dominus est Deus, hic est Deus. Talis fere Gregorius erat, per insperatam ex tempestate salutẽ, eos qui varijs & multifidis erroribus tenebantur, ad vnam fidei semitam ducens. Posteaquàm autem in Græciam ac nobilem & florentem Athenarum vrbem se contulit, quid referre necesse est, qua hominum lætitia exceptus fuerit, præstantissimus statim in literis, & à præceptoribus & à discipulis iudicatus? Non multum tempus fluxerat, quum Basilius magnus Byzantio, eiusdem eruditionis gratia, Athenas appulit. Itaq; & vitæ consuetudinem, & contubernij necessitudinem inter se contraxerunt. Ex mutua porrò eorum coniunctione animorumque concordia, ne exprimi quidem oratione facilè potest, quantum emolumenti ad vtrunq; redierit. 9 Etenim is qui solus est, quamuis acutius quiddam animo perspexerit, sibi tamen ipsi minimè fidit, ac proinde circumiens aliquẽ quærit, quo fulciatur & confirmetur. At cùm duo ad vnam eruditionis cupiditatem coniunguntur, ac velut coalescunt: tum verò mutuo adminiculo nituntur, duas nimirum personas in sese complexi, nempe et eius qui veritatem inuenit, & eius qui eandem confirmat. Atq; vt multa breui sermone contraham, præclarum quoddam amicorum par efficitur. Nam & vna eademq; fide collustrati erant, & pari virtutis amore flagrabant, concordi motu currentes, & quemadmodum aratores aut agricolæ, pari animi prõptitudine sapientiæ aruum proscindentes, & serentes, multiplicémq; messem colligentes. Fortitudine quidem & in aduersis rebus perferendis constantia, omnes ferme æquales suos anteibant. Hoc enim serè iuuentutis vitium est, vt quemadmodum equulei strepitus & vmbras, sic ipsa quoque ingruentes aduersos casus ægrè ac molestè ferat. Ipsi contrà ea firmitate erant, vt ea quæ repente plerunque ac præter morem accidebant, tranquillis atq; immotis animis exciperent: adeò vt etiam[10] terræ motu Græciam inuadente, fortes animiq; magnitudine præstantes apud omnes inuenti sint, digniq; qui propheticis verbis vte-

Psal. 106.

3. Reg. 18.

Basilij & Gregorij amicitia.

Magnanimitas Basilij & Gregorij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.45.

tentur. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra. Frugalitatem porrò iam inde ab ineunte ætate coluerunt, necessario victu contenti, quemadmodum Helias & Ioannes locustis victitantes: atque omnia, quæ ad luxum ventrisque lenocinium spectabant, respuentes, voluptatesque longum valere iubentes. Nam quid de castitate dicam, quæ toto vitæ curriculo eos puros & sanctos Deo conseruauit? Vt propemodum hac parte [11] Xenocrates ille & Polemon ipsis cedere cogantur: quorum alter scorto ad latus ipsius cubante, nullis libidinis stimulis ad venerem incitatus est: alter vitæ asperitate ita meretrices perterrefaciebat, vt vix etiam ad eum propius accedere auderent. Verùm his quidem fortasse virtutibus illi tantopere floruerunt: cæterùm iustitiæ & paupertatis curam non perinde habuerunt. Minimè verò. Nam hîc quoque quod de [12] Aristide memoriæ proditum est, non virtutem pecunia commutabant, nec philosophia ad quæstum abutebantur: sed gratuitam omnibus probitatem suam benignitatémque proponebant, putidam submissionem, improbamque plus habendi cupiditatem æquè fugientes, atque intra virtutis fines consistentes. Inopia autem ita excellebant, tantoque [13] Antisthenem, & Diogenem, & Cratetem interuallo præcedebant, vt eorum laudes magnificique tituli pro meris nugis haberentur. Neque enim minus quàm illi opes aspernabantur: & ostentationem interim inanisque gloriæ studium procul ablegabant: quo vitio admirandi illi canes tenebantur, [14] publicis præconijs reliquorumque hominum contemptione, philosophiæ grauitatem labefactantes atque obterentes. Iam de prudentia quid dicere attinet, cùm ipsi toto vitæ curriculo nihil aliud meditati sint, cupiditatemque omnem suam in eius adeptione noctu atque interdiu defixam habuerint? Non secus atque ij qui thesaurum effodiunt, vt verbis Iob vtar. Probè etenim norant egregij viri, laborem in meditatione prius impensum, in perseuerantia, scientiæque vbertate & copia vim suam proferre. Ex quo hoc assequebantur, vt non modo æquales suos, sed etiam natu multò maiores nominis splendore superarent, tum propter laborem & industriam, naturæque bonitatem, tum etiam quia in honestarum tantùm laudabilúmque rerum studium incumbebant. Atque in tota quidem Grammatica nihil omnino eos fugit, non metrorum scientia, non poëtici scopi & tropi, non historiæ copia, non forensis dictionis puritas. In Rhetorica autem eam rationem habuerunt, vt verborum elegantia decerpta atque collecta falsitatem ipsius mentiendique libidinem euitarent. Philosophiam porrò tam eam quæ in moribus quam quæ in placitis, & doctrina, Medicinéq; indicatione & ratiocinatione versatur, non liberali tantùm eruditione tenus perceperunt, ne indoctis duntaxat superiores esse viderentur: verùm quemadmodum præceptores quidam, præstantissimiq; doctores. Iam in musica ita se compararunt, vt quicquid in ea antiqui & concinni est addiscentes, eam animæ partem, in qua irarum existit ardor effrenatúsq; impetus, emollirent: Quicquid autem ad voluptatem impellit, ad theatra relegarent. Quin etiam numerorum suppputationes, & Geometriæ æquitatem, astrorumque situm ac motum [15] velut noui Moyses & Danieles edocti sunt: ita tamen vt non tam ab illis ducerentur, quàm quòd aiit scriptura, intellectum omnem in captiuitatem redigerent in obsequium Christi, atque hanc primariæ sapientiæ pulchritudinem tegumentumq; statuerent. Ac per omnia vt ita loquar, tam meliora quàm deteriora grassati sunt: vt cum iudicio ea partim fugere, partim amplexari possent. Mihi enim magnopere probatur, quod quidam, licerà nostra caula & religione alienus, dixit, minimè turpe atque ignominiosum esse, aliquid eorum quæ minus honesta sunt, cognitum habere: quin potius curationem ex eo contingere, ijs vtiquè, qui non inuido sed candido ac benеuolo animo ea quæ dicuntur, accipiunt. Sed quid mihi accidit, ô amici? Interea enim progrediens oratio, vt equus sessorem, sic me hæc dicentem, abripuit, atq; in beati Basilij laudibus collocauit. Quocirca me reprimam, ac velut quibusdam habenis orationem restringam, temeritatemq; compescam, ne vlterius præceps feratur. Etenim qui viribus maiora concupiscunt, ne mediocria quidem assequuntur. Ergo Basilius præclarè negociatus domum se recepit: [16] Gregorius autem à studiosa Athenienſium iuuentute consertis, vt dici solet, manibus retinebatur, ne discedendi quidem potestatem ipsi faciente, & vt

Frugalitas.

Matt.5.

Castitas.

Iustitia & pecuniarum contemptus.

1.Cor. 10.

Non turpe est mala scire.

Prudentia.

Eruditio.

Gregorius Athenis

& vt docendi prouinciam subiret, ac sophisticam cathedram acciperet, obnixè rogãte atque obsecrante. Ille verò ne in ipsorum gratiam nihil facere velle videretur, aliquantisper mansit. Verum haud multo interiecto tempore cùm omnes amicos, quos in ea vrbe habebat exorasset, suaque ad parentes profectionis necessitatem ipsis probasset, ita demùm triceſimo iam anno in artiũ studijs exacto patriæ sese restituit. Ac primùm diuino Baptismo tingitur, vi & facultate iam ante collustratus: Legemq; sibi indicit nunquam iurandi, quandiu in hac vita versaretur: quam etiam ad extremũ vsque diem seruauit. Deinde vt parentum & amicorum, qui ipsum verba facientem audire gestiebant, cupiditati satisfaceret (neq; enim id ipse ambitiosè affectabat) hoc quoque munere defungitur. Verùm cùm ijdem authores ipsi essent vt publicis domesticisque malis (sic enim rerum terrenarum splendorem amplitudinemque voco) seipsum inuolueret: ipse contrà sibi consulebat, vt, quemadmodum in vitæ discrimen adductus promiserat, Deo sese offerret, & à mundo seiunctus, cum eo, qui solus purissimus est, vitæ consuetudine iungeretur, atque ex librorum sacrorum familiari lectione veritatis splendorem hauriret. Id quod etiam per omnem vitam facere non destitit, monachus esse potius habens, quàm mundanus, & pauper quàm quæstuarius. Ac sæpenumero ipsi accidit, vt Christum quoque perspicuè in somnis, nocturnaque vt Scriptura loquitur, meditatione intueretur, eamque puritatis mercedem ferret. Beati enim, inquit, mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Purũ enim eum dicit Dominus, qualis erat magnus ille Gregorius, qui vrbes, forum, theatra, sophistarum fastũ, principum & magistratuũ amentiam, iudicũ iniquas causarũ inflexiones, litigantium rixas & contentiones, Rhetorum mendatia, furum insidias, inexplebilem negociatorum auaritiam, diuitum arrogantiam, pauperum fraudes & facinora, ingluuiem, temulentiam, gloriam fluxam & fragilem, vestes magnificas, egregiam supellectilem auro & argento confectam, domos pictura & marmoreis tabulis insignes, ac gemmis exornatas, aliaq; omnia reliquerat, quę animi puritatẽ turbant, purissimæque luci aditum omnem intercludunt. Atque in iuuenili ætate huiusmodi erat Gregorius. Posteaquam autem pater filium, quem inuitum & repugnantem ægreque cedentem, Presbyterum creauerat, Præsulem quoque instituere aggressus est, quid fecerit audite. Ab Ecclesia clam se proripit, vt curas mentem humi detorquẽtes ac deprimentes effugiat, atque in Pontum profectus cum egregio illo Basilio philosophatur. Nan cùm simul in literis instituti, atque ad breue tempus alter ab altero distracti fuissent, inter se rursus mira celeritate iuncti sunt, nempe & morum concordia & mutua pollicitatione impulsi atque incitati: adeò vt in ipsis dictum illud impleretur, Vbicumque duo vel tres in nomine meo congregati fuerint, illic sum in medio eorum. Hic porrò commorantes & mutua extimulatione virtutem augebant, & vitæ monasticæ leges pijs Deoque deuotis hominibus atque à mundi societate disiunctis ferebant, [17] Lycurgi legibus pacatiores, Solonis grauiores, Minois æquiores. Immò verò vt de his viris sublimius aliquid dicã, Mosem imitantur, nubeque obtecti atque vt à tumultuaria & turbulenta hac vita procul se remouerent, in montem secedentes, legislatoris officio fungebantur. At verò pater & canicie & curis grauis, ac præterea Cæsarij filij interitu mœstus & luctu profligatus, orbitatemque suam & solitudinem ægerrimè ferens, eas ad Gregorium Epistolas scripsit, quibus ipsum pudore quodam & reuerentia ad reditum impelleret. Ipse igitur horrendum esse censens patri non obsequi, præsertim sacerdoti & & natu grandi, ad reditum se accingit, partim inuitus, partim æquo animo ac lubenti. Vt enim tranquillæ vitæ amor eum, vt in Põto maneret, hortabatur: ita eundem altera ex parte pietas trahebat, inseruiendum patri esse præscribens. Cum autem Cæsarius, cui prouincia maxima commissa, ac thesaurorum cura, publicarumque pecuniarum quæstura mandata fuerat, magistratus sui tempore vitam cum morte commutasset, ac patrem vt leges ferebant, simul & filij hæredem declarari, & actiones eorum, qui litem defuncto mouebant, excipere atque in se transferre necesse esset: magnis grauibusque tumultibus Gregorio magno inuolui contigit, permultis videlicet instar canum ad prædam accurrentibus, ac mortui facultates nullo obsistente se arrepturos existimantibus. Nam pater & se-

eloquentia arti ẽ profitetur.

Greg. baptizatur vt tũ non iurandi concipit.

Greg. in somnis Christum videt. Matt. 5.

Greg. solitudinis amore in põ tũ fugit.

Matt. 18.

Greg. & Basil. monasticas leges condũt

Greg. Nat. redit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nectute & morbo fractus (nonaginta enim iam vitæ annos expleuerat) iudiciorum turbas molestiasque perferre non volebat: ob idque ad hunc tota curarum moles deuoluebatur. Cæterùm parẽtum cultus molestias leuabat, spem eorum præmiorum afferens, quæ filijs parentes officiosè pieque colentibus promissa sunt. Hic quoque huiusmodi quiddam ab Ariana hæresi, quæ per nequitiæ spiritus Ecclesiam obruebat, accidit. Pleriq; antistites ciuitatibus pulsi sunt, multiplicibusq; tormentis calumnijsque vexati: sacerdotes ac numerosissimi populi cœtus sub dio afflictabantur, ne domos quidem orationis habentes, nec legum æquitate cum impijs ex æquo fruentes, hęresi nimirum omnes ferè orbis fines peragrante, impijque imperatoris ope atque auxilio subnitente, ac ferociente. Concessa est itaque licentia pernicioſis pastoribus, & sub Orthodoxorum pelle lupum tegentibus, fideles Episcopos, & Christo primo pastore dignos exturbandi. Quo factum est, vt alij metu perculsi, alij verborum illecebris deliniti, aut pecunijs expugnati, alij morum simplicitate decepti hæresis escam susceperint, chirographo suo & communione cum aduersarijs coniuncti. Quo in numero beati quoque huius viri pater erat animi simplicitate in hamum prolapsus. Quod illius factum cùm prouinciales monachi ferre non possent, ab ipsius cœtu & consortio sese abstraxerunt, simulque abscessit pars populi haud exigua monachorum authoritatem apertè secuta. Quid igitur hic consilij capit Dei seruus? Primùm orationibus & peruigilijs Deum placare studet, ab eoque impetrare, vt hoc malum extinguat, dissidiumque exortum cicatrice obducat: silentiumque sibi indicit, vt animi mœstitiam hac ratione declararet. Postea patrem ad veniam culpæ petendam veritatemque purè & syncerè profitendam hortatur: atque eos qui secesserant, ad consensum & concordiam adducit: sicque suum Ecclesiæ ornatum reddit, veneratione nimirum sui vtrosque permouens, patrem nempe ac pium gregem. Quin etiam orationibus de pace habitis collectam multitudinem exhilarat, distracta ac diuulsa membra conglutinans, & medendi celeritate obliuionem morbi afferens. 18 Crates quidam Thebanus solitus esse fertur dissidentes domos adire, controuersiasque lenibus & pacificis verbis disceptare. At hic noster longè superior: non enim priuatim quibusdam, vt ille, sed vniuersæ patriæ concordiam reduxit: quodque maximum est, non de pecunijs aut iniurijs contendentibus iudicẽ se interposuit, vbi persæpe vel leuis cohortatio facile prodest: sed de fide pugnãtibus, vbi rei magnitudinem rixandi studium æquare solet, ac proinde quantumuis prudens & erudita oratio ad componenda dissidia parum ægreque proficit. Enimuerò postquam Christianorum peruersitas, ac dissoluta ignauia, Dei mandatorumque ipsius contemptu quasi morbo quodam laborans imperatorem Christi hostem nobis incitauit (tyrannum Iulianum dico, qui auitam Constantini Magni fidem virtutemque contrarijs vitijs superare obnixè laborauit, eamque ob causam Christianos omnibus iuris præsidijs spoliare instituit, non quidem publico edicto Christianorum insectationem promulgans, sed voluntate, ijsque rebus, quas tacitus aduersus eos perpetrabat, profana eruditione atque doctrina ipsis interdicens) ac Dei æquanimitas, quæ nefarium & execrandum hominem diutius efferri atque insolescere permiserat, postquã ipsius improbitatẽ nulla omnino pœnitentia frangi perspexit, ex acuto gladio, quas ipsius impietas, merebatur pœnas, exegit, in barbarorum finibus, barbaram ipsius & belluinam vitam abrumpens: tum verò magnus Gregorius ipsius scelus & impietatẽ inuectiua oratione proscindit, ac Sybariticas Græcorum obscœnitates veteresque fabulas multiplicisque diuinitatis errorem detegens, atque omnibus ob oculos ponens, commune ludibrium cordatis viris proposuit. Sed quid magnas & excelsas huius viri laudes orationis breuitate immi nuere contumelioseque deprimere conor, planeque in contrarium ire, quam oratio nis institutum ferat, idque laudationis tempore, (quo in hoc potissimum elaborandum est, vt is, cuius laudes prædicantur, rerum gestarum commemoratione clarior fiat) cum cuiuis liceat, ex inuectiuarum orationum lectione, tum historiarum copiam, tum orationis concinnitatem, eiusque in dicendo vim & facultatem admirari? Iam egregiam illam tyranni legem qua Christianos Græcorũ disciplinis im

Pierum ca lamitas sub Constã tio.

Vide Orat. in ipsius funere habitam.

Greg. excitat as in Ecclesia turbas sedat.

Iuliani persecutio.

nis imbui vetuerat, videte quæso, quàm scitè & prudenter vir beatus eluserit. Heroicis, & iambicis, & elegiacis, & trimetris, alijsq; multis versibus, & tragœdiæ & comœdiæ charactere atque omni conscriptionis genere vsus est, in eoq; labore ita se gessit, vt vix vllum doctrinæ sit genus, quod non libris suis expresserit, pia argumenta vbiq; instituens, vel laudem virtutis, vel animæ & corporis purgationẽ, vel Theologiã vel precationem, vel alia eiusmodi versibus complexus, obscœnitates, & fabularũ delira menta, Deorumq; præstigias omnino, vt par erat, fugiens, ac sapientissimam doctrinam Christianis proponens. Ita impius homo, Christianis doctrinæ nomine inuidẽs ex scelerata lege nihil vtilitatis est consecutus: quin potius ipse superatus est, grauiori que damno affectus. Huiusmodi enim est inuidia: parũ aut nihil eos lædit, quos lacessit, grauem autẽ noxam parentibus affert. Gregorius porrò, Athenis adhuc agens, cũ Iuliano admodum adolescente, necdum ad imperium euecto, sed ludimagistris operam dante congressus, qualis aliquando futurus esset, amicis tantò antè significauit, subdolum videlicet & impium & infidum, atque ad omne scelus procliuem eum fore prædicens, coniecturam huius rei faciens ex perturbatis oris lineamentis, & risu petulante, & ferino aspectu, & toto corpore vago temereque subsultante, & progressibus væcordiæ plenis, & disputationibus impietate plenis, etiam si illæ exercitationis disputationisque prætextu tegerẽtur, ex eo denique quod improbos complecteretur, & virtutis laudatores cultoresque contemneret, ac pro nihilo putaret. Hæc ille perspiciens, omnibus fore prædicebat, vt in grauissimum scelus tandem erumperet, atq; in apertum prodiret. Puræ enim naturæ mira futuri conijciendi facultate valent, ingenijque sagacitate atque solertia ex obscuris etiam indicijs id quod euenturum est coniectura assequuntur. Ac sceleratus quidem ille deprehensus est, frustraque inique ac sceleratè se gessit, nihilque aliud profecit, quàm vt pœnarum materiam sibi ipse congereret. Gregorius autem haud multo post tempore hæreticorum agmine Cæsariensem Ecclesiam populante, Eusebio quidem pio viro adhuc Metropolis clauum gubernante, cæterum cum magno Basilio Presbyteri dignitate ornato atque in Ponto philosophanti inimicitias gerente, hæreticorum coniurata arma impetumque reformidans, quòd antistes aciem contra educere non posset (quanquam enim ille vitæ integritate præstabat, Theologiæ tamen rudis erat & imperitus) ad Basilium, illustre inquam, illud sidus, scribit, eumque obtestatur, ne vllam inimicitiarum rationem habeat, sed animarum periculum animo & mente perpendens, metropolitanæ Ecclesiæ sine vlla mora suppetias ferat: simul etiam se assuturum, bellique societatem cum eo coiturum pollicetur. Qua oratione eximium ducem ad bellum suscipiendum impellit. Profectus igitur ipse quoque, susceptaque cum eo expeditione, in hæreticorum præsidium & arcem irrumpit, concisisque impiorum hominum ac profligatis dogmatibus trophæum simul cum Basilio erigit, hostibus ignauiæ suæ imbecillitatisque conscientia in fugam versis. Ac talia Deus per seruos suos efficit, qui cùm immodicè excrescẽtem atque exundantem hominum iniquitatem videt, præstantissimi figmenti miseratione permotus, viros omnibus virtutis numeris absolutos excitat, auxilium quoddam disciplinamque ijs, quorum salus periclitatur, procurans: ne fulturæ atque adminiculi penuria humanum genus labefactetur & opprimatur: quemadmodum tum quoque fecit, hos viros excitans, ac velut coagulum quoddam lacti iniectum in medium ponens, atque ita eos, qui multifida improbitate & impietate plurimum inter se disiti erant, in vnam amicitiam concordiamque constringens. Non multum temporis interceſſerat, cùm prædictus Ecclesiæ Cæsariensis antistes ad meliorem vitam migrauit. Magnus porrò labor Gregorio subeundus fuit, tum priuatim quibusdam, tum publicè vniuersis vrbis ciuibus scribenti, atque & patris & suo nomine suadenti, vt Basilium in Archiepiscopatus throno collocarent. Præclarè id quoque, atque perfectè. Neque enim vt amici commodis inseruiret, hanc operam suscipiebat, sed vt publicæ vtilitati prospiceret. Norat eum perspicuè, norat opitulatorem spiritu sancto dignum. Ob eamque causam non antè conquieuit, quàm quòd rectè proposuerat, ad exitum perduxisset, quẽadmodum etiam

Cur Greg. Poẽsi antemũ adiecerit.

Greg. futurã Iuliani peruersitatẽ longeante prospexit. Vide iecũdã Iuuenẽ, aduersus Iul.

Greg. & Basil. aduersus hæreticos egregiè pugnant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nasi. Gre. opera ad Cæsarien. sem sedi epiſcopatũ euehitur.

etiam perduxit. Ac Basilius quidẽ Cæsarienſiũ gubernacula tenebat. Inuidia aũt dominandiq; cupiditate gliſcentibus, Cappadocia, quæ ante id tempus pro vna agnoſcebatur, in duas partes diuiſa eſt, ac Tyanenſis ciuitas à Cæsarea diſtrahitur, eiq; opponitur: adeò vt deinceps de oppidis quoque inter eas controuerſia moueretur inter ſe contendentes, vtri potius metropoli ea aſſerenda eſſent. Atque hinc magna contentio exorta eſt: hoc quidem obtentu ac prætextu, quaſi fidei negocio atque animarum cura mouerentur: re autem ipſa propter auaritiam dominandiq; libidinem: hominibus nimirum res turpes & fœdas honeſtis nominibus obuelare conantibus. At verò magnus Basilius nouo atque inuſitato exemplo ſuis oppidis ſpoliatus Epiſcopum Saſimis conſtituere proponit, vt communi facto ſegmento detrimentum aliunde acceptum hac ratione farciret, ſimulq; regione Epiſcopis obfirmata, Eccleſiarum adminiſtrationi melius conſuleret. Nemo porrò ei ad moderandas Epiſcopatus recèns creati habenas, Gregorio commodior ac fortior videbatur. Ac proinde conſilio cum ipſius patre habito, inuitum hominem ac repugnantem electioni admouet, negociumq; conficit. Cæterũ ille, vt ſæpe diximus, tranquillitatẽ negociorumq; immunitatem ſibi propoſitam habens, angebatur animo, permoleſteq; rem huiuſmodi ferebat, ſibi ipſi animum attentum habere, ac priuatam vitam colere neceſſarium eſſe exiſtimans. Huc accedebat loci incommoditas, vtpote procellis vrbicisq; tumultibus pleni. Saſimorum enim oppidum in regiæ & militaris viæ medio ſitum, ac veredariorum equorum ſtationes habens, prætereuntium tumultibus vndique perſtrepit & agitatur, atque ingentem quidem moleſtiam hominibus tranquillæ vitæ ſtudioſis gignit, fructum autem atque vtilitatem ne minimam quidem propemodum affert. Quod cum ille perſpiceret, ad ægrotorum domicilium confugit, miniſterio ſuo, paternaq; oratione, morbi difficultatem grauitatemq; leniens: ac philoſophiæ exercitamentum tempus illud ſibi conſtituit. Ferunt autem eum 19 nec oblationem, nec ordinationem, nec quicquam aliud eorum, quæ apud Epiſcopos in more & inſtituto poſita ſunt, Saſimis peregiſſe: verùm ſimul atque Epiſcopus deſignatus eſt, fugam animo concepiſſe. Hic verò pater multùm quidem diuq; eum, vt Saſima teneret, obſecrauit. Cùm autem quod proponebat, aſſequi nequiret, hoc ſecundò egit, vt pro ſe ille Eccleſiæ Nazianzenæ curam adminiſtrationemq; ſuſciperet. Ad eamq; rem non admonitionem tantum & cohortationem afferebat, ſed iam etiam imprecationem quandam admiſcebat, ex ſenectutis contemptu naſcẽtem. Hic autem ſimul & quietem nullis occupationibus interpellatam ſibi procurans, & magni momenti eſſe cenſens morem patri gerere, his verbis eum alloquitur: Pater, tametſi mihi moleſta ſunt quę imperas, in gratiam tamen tui haudquaquam recuſo. Nazianzi curam ſuſcipio. Hoc tamen, velim, ſacroſancta tua & pia prudentia cognoſcat, nulla ratione fieri poſſe, vt te ex hac vita egreſſo Eccleſiam retineam. Subiungẽs igitur pater, ita ſanè, inquit, ô fili, mihi viuentis ſcipionis vice eſto, ſenectutem meam fulciens, paternisq; precibus viciſsim fultus. Cùm autem è vita exceſſero, pro animi arbitratu res tuas conſtitue. His auditis aſſiduus ipſi adhærebat, præclariſsimè curãs, tum ipſius caniciem, iam ad centeſimum annum accedentis, tum matris ſenectutem, non multum ab ea ætate diſtantis: quorum vterque, vt probabile eſt, magna cura & refocillatione opus habebat, præſertim iam mortuo Cæsario, & Gorgonia ſorore ſanctiſsima muliere, atque ambobus ad vitam ſenij expertem æternamq; beatitudinem tranſlatis, quos etiam funebribus orationibus decorauit, ſolus relictus ſenectutis ſolatium, infirmitatis medicina, piorum parentum, ſi ita loqui fas eſt, melior hæres, abundeq; ampla maioribus ſuis gloria ad propagandam eorum memoriam, ſimulq; cum orbis incolumi ſtatu porrigendam. Ecquis autem maiori pietatis laude domeſticis præfuit, ſcientia & pietate domum moderans, velut optimus quiſpiam diſpenſator, quæ cuique commoda erant diſtribuens, cognatis, amicis, famulis, hoſpitibus: atque ita rurſus Eccleſiæ negocia adminiſtrans, vt eius paſcendi gregis ratio omnibus velut recta amuſsis propoſita eſſet. Commodè autem à Paulo dictum eſt: Si quis domeſticis præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei curam habebit? Etenim qui vnum prudenter rexerit, hic vtique & domum ſeruare queat: qui autem domũ, idem

Greg. à Basilio Saſimis præficitur.

Greg. Naz. Eccleſiæ cura ſuſcipit. Eccl. 3.

1. Tim. 3.

& Ec-

& Eccleſiam: qui rurſus Eccleſiam, is & ciuitatem. Nam & domus cõtracta quædam reſpublica eſt: & ciuitas perfectior quædam domus deſcriptio. Eiuſdem enim ſcientiæ eſt & multos, & paucos, aut vnum ſeruare: nec in totum & vniuerſum, ſed ſola quantitatis ratione huiuſmodi res inter ſe differunt. Enimuerò cùm Gregorius pater (ſic enim ipſe quoque vocabatur) ex hac vita migraſſet, funebris orationis eum honore affecit, Deoq; dilectam matrem Nonnam adhuc viuentem laudibus proſecutus eſt, pièq; id quidem faciens, atque vt hominem decebat, & patris & matris & Dei amantem, ipſiusq; curam amplectens, in viduitate & profunda canicie ſumma ope & quiete opus habentis. Qua fato perfuncta, ex Eccleſia ſe proripuit, Seleuciamque profectus in virgineo ſanctiſsimæ Theclæ cœnobio commoratus eſt: vt videlicet, interim dum ipſe abeſſet, Epiſcopus quidam Nazianzenæ vrbi præficeretur. Vt autem Nazianzum reuerſus eodem ſtatu omnia reperit, nec paſtorem, vllum inſtitutum: tametſi plebs cum lachrymis ipſum obſecraret, precibus tamen minimè flectitur, ſed firmus & immobilis manet, non ſecus ac quercus, ventorum impetus inconcuſſa excipiens. Quod autem mihi pene memoria effluxit, hoc iam commemorabo, vtpote maximum momentum habens tam illi ad laudem quàm vobis ad vtilitatem. Quicquid enim honeſtum & præclarum eſt, id quoque æmulationem gignit: quicquid autem æmulationis ſtudium affert, idem virtutis quoque comparandæ facultatem affert: virtus porrò ſui ſtudioſos ad Deum ducit. Magnus itaque Basilius fratres lepræ lue infectos, licet admodum calamitoſos & commiſeratione dignos, minima tamen miſeratione animos hominum permoueri, immò etiam pleriſq;, qua erant ſtoliditate & immanitate, velut nefas quoddam & piaculum, horrendumque ſpectaculum haberi perſpiciens, naturæq; humanæ conditionem animo voluens, pium conſilium dignumq; ipſius charitate in medium profert. Ampliſsimis enim ædibus extructis atque annuis prouentibus conſtitutis, quos à diuitibus & copioſis hominibus prudenti oratione ad largitionem impulſis collegerat, ægrotos omnes in vnum coẽgit, pauperum gymnaſia hæc loca appellans. Huic in ea re adiutor laborisque particeps fuit Gregorius. Ex ea quippe, quam de pauperum amore habuit, oratione, liquidò patet, quantò ſtudio in eam rem cum Basilio incubuerit, maximum omnium mandatorum eſſe oſtendens, alendorum pauperum ſtudium, Deiq; magnificentia & benignitate dignum. Atque hæc quidem hactenus: ne adeò præclarum facinus prætermiſiſſe videamur. Ariana verò hæreſi iampridem Eccleſiam opprimente, imperatoriæq; manus ope, Dei præſidia ſubuertente (ſimplicioribus nimirum animis ad impietatem furtim abſtractis) magnumq; Deum Patrem, & paruũ Filium, & creaturam Spiritum ſanctum affirmante, exortum eſt, velut ex hydra quadam nouum caput, hoſtium Spiritus ſancti hæreſis, de filio quidem candidè ſentiens, eumq; Patri æqualem ſtatuens, cæterum Spiritum ſanctum blaſphemis verbis impetens, idq; bifariam. Alij enim meram creaturam eſſe apertè aſſerebant: alij nec creaturam, nec Deum, ſed liberum, quos proinde Semiarianos ille vocabat, nomen ſcilicet eorum dogmati congruum & appoſitum ipſis imponens, quippe qui ita Filium honorarent, vt interim Spiritum ſanctum aſpernarentur. Igitur huiuſmodi contentione per totam Romanorũ ditionem gliſcente, magisq; etiam Byzantij vigente ac dominante, Deus eos, qui peſtifera hac doctrina extinguebantur, miſeratus, ſanctum Gregorij Theologi ſpiritum excitat, ac velut ad Moſem ait, Videns vidi afflictionẽ populi mei, qui in Aegypto eſt (Aegyptus autem Hebræorum quidem lingua tenebras ſonat, nunc verò ſuffuſam ab hæreſibus caliginem ſignificat) & gemitum eorũ audiui: atque ad eos liberandos deſcendi. Quocirca nunc veni: in Aegyptum te mittam. Atque hac cohortatione permotum, Spiritusq; ſancti numine impletum, Byzantium mittit vt pro Spiritu certamen iniret. Protinus igitur ille Basilio, luminari magno ipſius cupiditati alacritatiq; quaſi faces quaſdam ſubdente, atque ad ſpiritus certamina ipſum inungente, alijsq; cõpluribus Epiſcopis, principisq; vrbis ciuibus fidei pietate præditis ab eo obnixè contendentibus, vt ipſis auxilio egentibus quaſi Herculem quendam Alexiacum ſe præberet, Conſtantinopoli ſtatim affuit, terrena quidem omni materia & luxu ac diuitijs carens, cæterum Spiritu plenus,

Moritur Greg. Patet.

Greg. ad D. Thecla Partheno nẽ Seleuciam ſe confert.

Valetudinariũ extruendum curat Basilius.

Macedoni anorũ hæreſes.

Exod. 3.

Greg. orthodoxæ fidei defendendæ cauſa Conſtãtinopolim proficiſcitur.

Exce

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exceptus autem à quibuſdam & generis & pietatis cognatione cum eo coniunctis, Eccleſiam offendit, quaſi malum in monte, aut quaſi ſignum in colle, vt Prophetæ verbis vtar, hoc eſt numero perexiguam atque obſcuram (quod videlicet pijs viris libertas omnis ob temporis tyrannidem erepta eſſet) ſacras etiam omnes domos ſpoliatas, ac per vim occupatas. Vnum Sanctæ Anaſtaſiæ templum Orthodoxis patebat, fortaſſe etiam quia propter ambitus & circunſcriptionis anguſtiam, contemptui habebatur: quemadmodum norunt, qui vetus hoc templum perſpexerunt. Confeſtim itaque ipſe Dauidis cuiuſdam more ad prælium ſe comparat, atque argumentis firmis ac ſolidis Philiſtæa dogmata fundit, libertatemque pijs hominibus pie reducit quotidie nouam aliquam copiarum acceſsionem faciés, Deoque eos, qui aduerſus veritatem ſceleratè inſurrexerant, captiuos adducens. Perexiguo itaque temporis curriculo exacto tantum multitudini incrementum attulit, vt nulla iam cum priori rerum ſtatu comparatio relinqueretur, atque hic illud Scripturæ impleretur, Domus Dauid ibat & increſcebat : domus autem Saul ibat, & viribus minuebatur. Ac varium quendam eorum qui ſalutarem doctrinam amplectebantur, ordinem cernere erat. Alij enim iam euerriculo tenebantur, alij iamiam capiendi erant: alij etiam iam perfecti & abſoluti, aliorum piſcatores magiſtrosque ſe profitebantur. Verùm enim uero quis alius, hinc Arianorum iram, hinc propinquorum inuidiam perferre potuiſſet? qui quidem quum ipſi opem ferre ac decertantem adiuuare deberent, ipſius rectè factis offendebantur, Eccleſiæ incrementum liuoris facem & incentiuum facientes: & quum ijſdem rebus ſuperiores ipſo eſſe vel nequirent, vel nollent, virtutem ſcelere ſuperare contendebant. Nondum hoc malum ſedatum erat, cum exortus Apollinarius Syrus propriam quandam & nouam hæreſim in lucem effert. Humanitatem enim Chriſti nequaquam veram eſſe ſentiens, carnem tantùm animamque rationis expertem ab eo aſſumptam eſſe docebat, animam ratione atque intelligentia præditam ab ipſius humanitate abſcindens. Cumque profana eruditione excelleret, multos verborum lenocinio in fraudem inducebat. Aderant vbique terrarum hæreſis diſcipuli, indoctos homines quaſi hamis quibuſdam in exitiũ pertrahentes. Rurſus igitur difficili certamine cõſtrictus tenebatur Gregorius, arguens, increpans, ob ſecrãs, aliosin fide retinẽs, alios eo vnde exciderant, reducẽs. Vt aũt in huiuſmodi rebus accidere ſolet, perfectæ incarnationis confeſsio ab imperitis ita accepta eſt, quaſi Chriſtus in duos filios diuideretur. Ac proinde Apollinarij diſcipulis plebi nunquã non aſsidentibus, piumque virum accuſantibus, vim habuit calumnia. Gutta enim continenter fluens petram tandem excauat. Et quõniam huiuſmodi diſputationes multitudinis captu ſublimiores erant, quippe quæ incarnationis diuinæ profunditatem aſſequi non poſſet: idcirco lupi fide & authoritate apud vulgus valebant : paſtor contra veritatem docens ſuſpicione laborabat. Quocirca Arianæ ſententiæ propugnatores, qui velut apri truculenti iram ſuam iampridem aduerſus ſanctum acuerant, accedente iam eo tumultu & calumnia, quæ ipſi ab Apollinarij ſtudioſis conflata erat, falſis ſermonibus inflammata plebe, lapidibus hominem, quemadmodum olim Iudæi Sthephanum inſectantur. Verùm Deo militem ſuum cauſæque ſuæ deſenſorem tegente, fruſtra in eum ſaxa coniecerunt. Tum verò correptum ipſum conſulari iudici ſiſtunt, velut quendam tumultuũ & ſeditionũ authorem. O ſtuporem admirandũ: ô vim mendacij inſignẽ, ſi Gregorius de his rebus cauſam dicendã habebat, ille inquam etiam alienæ iræ & perturbationis leniſsimus medicus, ille pacis arbiter, ille Chriſti manſueti & humilis manſuetudinemque nobis lata lege promulgantis diſcipulus: At verò ipſe tametſi tot tantisque rerum acerbitatibus premeretur, hæc tamen ſentiebat ac proloquebatur, Propter nomen tuum Chriſte, etiamſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecũ es. Atque à iudice ſine verberibus & tormentis miſſus factus eſt, martyr ſine periculis, & ſine vibicibus laureatus, quum hoc vnum præſtitiſſet, vt ea animo & voluntate perferret, quæ ipſum pati Chriſtus minimè permiſit. Huiuſmodi porro certaminibus clariſsimè perfunctus iã apud omnes clarus erat, beatusque tum ob liberam veræ doctrinæ promulgationem, tũ ob virtutẽ, totque exantlatos labores cenſebatur: illuſtris etiã & conſpicuus ob Eccleſię

Hic Apheta locus explicatur in Schol. orat quã habuit in pſentia. 140. Epiſc. Greg. multos ad orthodoxã fidẽ reducit.

Apollinarij hæreſis.

Greg. vt ſeditioſus in iudicium trahitur.

cleſiæ multitudinem. Quo factum eſt vt [21] Petrus magnæ vrbis Alexandrinæ Epiſcopus, egregijq; illius Athanaſij in paſtorali munere ſucceſſor ad Gregorium magnum ſcripſerit Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præfecturam ei confirmans. Et quidem rectiſsimè & æquiſsimè, eum Epiſcopum eſſe qui labores antè impenderat, quàm ad dignitatem perueniret, thronumque non humano fauore, ſed pro ſudorum præmio & mercede acceperat. Quanquàm autem rerum ab eo geſtarum copia repente in animũ ſubiens orationis ſeriem perturbat, ac velut in reciproca fluctuum agitatione, ſequentium impetus priora obruit: quoniam tamen ad dicendum ſemel aggreſſus ſum, non prius abſcedam, quàm ad finem peruenero, Gregorij Deum in infirmitatis meæ ſubſidium aſſumens, veſtraque humanitate facilitateque ſubnixus. Erat in regia ciuitate Maximus quidam genere Aegyptius, moribus barbarus, neuus quiſpiam lamnes, aduerſus Gregorium velut aduerſus Moſem aciem inſtruens. Hic quum Cynicam philoſophiam amplexus eſſet, baculoq; & coma & pallio grauitatis ſpeciem præ ſe ferret hactenúsq; philoſopharetur, cæterùm ingluuie & cupiditate atq; impudentia canis potiùs quàm Cynicus eſſet, [22] Antiſthenisq; ſectatoribus contrarius, talisque, qualem Scriptura Nabal deſcribit: ad ſacrum paſtorem accedit, atque ab eo fidei Chriſtianæ rudimentis imbutus atque inſtitutus impietatem dediſcit, Baptiſmoque regenitus, pars Eccleſiæ efficitur: fictáq; pietatis ſpecie ita Epiſcopum cepit, vt eadem cum eo domo eademq; menſa vteretur, atque ipſi quiduis eſſe centeretur, fidiſsimus miniſter, doctrinæ, ſermonumque laudator, nec vulgari beneuolentia erga Chriſtianos affectus. Vt autem progreſſu temporis experimento ſui dato dignus iam iudicatus eſt, qui in Eccleſiaſticum ordinem cooptaretur: tum verò in clerum aſcribitur: ac Iudam æmulatus à præceptore ſuo perfidè deficere, atq; aduerſus eum expeditionem ſuſcipere in animum inducit, ac cuiusdam Eccleſiæ Presbyteri opera vtens, qui cùm nõ modò nunquã à Gregorio obiurgatus duriusq; appellatus, verũ etiã inter ſingulares amicos habitus fuiſſet, fabulam hanc cum Maximo cudebat, hoc videlicet agens, vt Maximus Byzantij Epiſcopus conſtitueretur. Ac quoniam ad eiuſmodi res auro opus erat, vnde id ſuppeditatum fuerit, audite. Presbyter quidam inſulanus [23] Thaſſo Byzantium appulſus pecunias ferebat, vt marmoreas tabulas Proconeſias emeret. Hoc arrepto ac pollicitationum illecebris delinito (leues enim homines nimia credulitate facilè in fraudem impelluntur) aurum ſceleris adminiculum accipiunt, atq; Alexandriam mittentes, Petrum eò adducunt, vt certos homines ad Maximum Epiſcopum creandum Conſtantinopolim mittat. Et quidem hæc citius, quàm quisquã verbis vllis exprimere queat, gerebantur. Aderant ab Aegypto, qui Epiſcopatum Maximo darent. Talis Petrus ille erat, qui cum prius Gregorium in throno collocaſſet, poſtea Maximum Epiſcopum inſtituebat, ne literas quidem eas, quas ad Gregorium ſcripſerat veritus, nedum ipſius virtutem, nominisque ſplendorem. Poſtquam igitur aduenere qui ab eo miſsi fuerant, ſub exortũ diei Eccleſiã ingrediuntur, req; nec paſtori, nec presbyteris, nec clero nec cuiquã ex magiſtratibus, nec deniq; piæ plebi patefacta, ſtatim in electionẽ incũbunt. Verũ huius rei fama per vrbẽ ſparſa, repentè adfuere ſacerdotes, clerus, plebs ſelecta & orthodoxa, hæreticorum etiam examen. Omnes enim, amici iuxtà & inimici, præ animi furore exarſerant, temeritate eorum perueſitatéque obſtupefacti. Perdita enim & profligata peruerſitas hoſtes etiam perſæpe eius qui iniuria afficitur, ad vlcionem excitat. Vt autem conſilia ſua infecta relinquere coacti ſunt (petulantiã enim ſua populi fauorem ſibi precluſerant) quid faciunt? Eccleſia egreſsi in choraulæ cuiusdam domum ſe conferunt, illicque Maximum Epiſcopum creant, plebeij ordinis quosdam, qui ob perturbatum ordinem ab Eccleſia proſcripti fuerant, ſocios habentes, facinorisque participes. Huius enim generis homines repentinis mutationibus delectantur, tranquillum compoſitumque rerum ſtatum ægrè ferentes, perpetuoque nouarum rerum ſtudio flagrantes. Vrbs porrò ira æſtuans, dici non poteſt, quot conuitiorum plauſtra in Maximum effuderit, ipſi quoque Gregorio ſuccenſens, qui tanta benevolentia & familiaritate nefarium hominem complexus fuiſſet. Itaque iam eò res ipſi reciderat, vt facti ſui purgationem quærendam haberet. Ac proinde vt exulceratos plebis animos orationis me

Maximi in Gregorii ingratitudo ac perfidia. 2. Tim. 3. 1. Reg. 25.

Petri Alexandrini antiſtitis lenitas.

Maximus ab Aegyptijs Epiſcopus creatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorij ad Constantinopolitanos oratio.

dicamento leniret, ita eos affatus est. Nolite ô viri, mihi patri vestro succensere. Si enim ego, qui me benignum illi ac liberalem præbui, ideo culpæ obnoxius sum, quia malitiam non præsensi: quid tandem ille fuerit, qui benignitate mea & beneficio vsus, hanc mihi gratiam rependit, vt vitæ meæ insidias strueret? Neque enim fraudem non præuidisse crimini dari debet: hoc enim solius Dei est. Ac præterea legis præscripto viscera omnibus aperire iubemur, paternoq; affectu & beneuolentia eos, qui fide prædíti sunt, amplecti ac tueri. Eum enim qui venit ad me, ait Christus, non ejiciam foras. Magnum quiddam mihi & plaudendum videbatur, Maximus, à Græcorum superstitione ad Baptismum accedens, & [illegible] Trinitatem Herculis loco adorans. Amplũ ac præclarum videbatur, homo virtutem capessens, etiamsi in postremis rebus prio. vitæ hypocrisim luculenter ostendit. Sed nostrum non est hęc explorare. Non enim in hominum cogitationes penetramus, nec futuros euentus perspectos habemus, nisi Dei prudentia & beneficio hoc nobis concessum fuerit. Nos enim videmus in faciem: Deus autem cor ipsum intuetur, quemadmodum à Scriptura audijstis. Hac oratione multitudinis iracundia sedata atque repressa est, maiorique beneuolentia Pontifici adiuncta. Iam verò imperatore [illegible] Theodosio, qui genus ex Hispania ducebat, in Macedoniam cum exercitu profecto, bellumque cum occidentalibus quibusdam barbaris gerente, Maximus Aegyptiorum præsulum, à quibus Episcopus designatus fuerat, agmen accipiens, ac Thessalonicam profectus, imperatorem adit, imperatricisque vrbis Episcopatum ab eo petit. Quoniam enim in legibus sanctionibusq; Ecclesiasticis nihil habebat quo niteretur, imperatorio edicto sacerdotium vendicare cogitabat, vt qui non sacerdotem, sed tyrannum agere decreuisset. Verùm illinc ejciuntur, imperatore eos ira minisq; vehementibus infectante. Quid igitur Maximus? (vix enim frangi & expugnari potest ambitio) Alexandriam naui petit, cumq; ijsdem technis quosdam Petri familiares auro pellexisset, ipsum quoque pari improbitate aggreditur. Aut enim mihi, inquit, principis ciuitatis Episcopatum assere, aut à tuo non abstinebo. Et quidem in perspicuum malum audax hominis facinus desijsset, nisi Alexandriæ Præfectus seditionis & cædium metu Maximum vrbe exturbasset. Atque ille quidem præmia temeritate digna tulit. Gregorius autem laborum multitudine fractus, curis confectus atque obrutus in patriam reditum parabat, plebem extremùm allocutus, atque hortatus vt fidem, quam acceperat, conseruaret, virtutem quam & re & sermone ipsis ostenderat, coleret. Quæ cùm & clerus & populus audijsset, vnus clamor ab omnibus excitatus est, Pastoris discessum deplorantibus: ac triste spectaculum cernere erat, viros & mulieres, iuuenes & ætate prouectos, eruditos & indoctos, principes & priuatos, omnes concordi fletu detentos, orbitatemque adeò ægrè atque acerbè ferentes vt quispiam sublata voce dicere non dubitaret, O Pater Trinitatem tecum ejcis. Qua voce audita vir egregius discedendi cupiditatem repressit, tantisperque se apud eos mansurum recepit, quoad Episcopi, quorum aduentus in spe & expectatione erat, aliquem Episcopatu dignum elegissent, sibique curis liberato potestatem abeundi fecissent. Atque ita dimissi sunt, nihil omnino dubitantes, quin ille pro sua grauitate morumque constantia, promissi sui fidem, licet nullo iureiurando confirmatam, expleret. Depulsis itaque periculis & quiete rebus restituta, Trinitatis dogma rursus effulgebat, ac beati viri doctrina & laboribus fides ad omnes porrigebatur: quam pulcherrimè excolebat, præstantiúsque quàm vt agricultura Noë cum ea comparari possit. Ecclesiæ enim aruum excolens animas quasdam velut aratro perstringebat, impietatis spinis eas liberans, alias, vt Prophetæ verbo vtar, complanabat, alijs diuinum verbum inserebat, aliæ recèns enascebantur, radicésque agebant, aliæ iam herbescebant, ac velut geniculis discingebantur, aliæ ad culmum informabantur, aliæ matureſcebant atque ad messem paratiores erant, aliæ in area erant, aliæ in aceruo quodam, aliæ viles & contemnendas dogmatum paleas per ventilationem excutiebant, Christóq; purgabantur, aliæ iam domi erant, horreóque condebantur, aliæ denique in panes iam elaboratæ erant. Hic enim agriculturæ finis est, quippe quæ alimoniæ perceptionem proscopo habeat, ob idq; labores suscipiat, messémque promptè & alacriter colligat. Ac labor

labor quidem hominis Dei tantus erat, tantæque multitudinis salutem sibi propone bat: cæterùm fructus nequaquam labori respondebat. Non enim agricolæ more fructus percipiebat, sed gratuitò benignus erat, labores quidem ferens, verùm sine sumptibus Euangelium sibi constituens. Ex quo hoc assequebatur, vt ardentius amaretur, atque ex ardentiori amore libentius audiretur, pluresque ad Deum adduceret, non iracundè feriens, sed lenitate sua ignorantiam & rusticitatem euellens, animisque plenam sanitatem oratione afferens. Alij enim verborum suauitate capiebantur: Alij accuratam & exactam dogmatum pertractationem amplectebantur: alij laboribus ipsius tolerantiæque cedebant: alij clementia permouebantur: alij ob simplicem & inelaboratam philosophicámque vitæ rationem arctius ipsi adiungebantur: alij quòd ipsum acciuissent, velut prædam suam consertis manibus retinebant, eoque tuendo iudicium suum fouebant. In hoc porrò clariùs lucebat ipsius solertia animique perspicatia, quòd non omnibus omnia committebat, verùm vniuscuiusque vires, non secus ac præstantissimus medicus ægrotantium habitudinem explorabat, congruentem cuiusque morbo medicinam distribuens, eamque rationem tenens, vt nec profanis aut infirmis auribus perfectissima mysteria concrederet, nec perfectis quicquam occultum haberet, quasi ipsorum vtilitati inuidens. Alios publicè arguebat, nimirum quibus pœnitentiam pudor exprimebat: alijs rursus priuatim errata cõmonstrabat. Alios obiurgabat, cùm id è re ipsorum esse arbitrabatur: alios contrà, quos officio fungi videbat, paternè consulteque laudabat. Nec enim hoc agebat, vt eos adultatione permulceret, sed vt viam virtuti strueret, ac rectè factorum approbatione virtutem eorum proueheret. Hoc quippe nomine Rhetorica à Philosophia differt. Illa enim sordida & cauponaria assentatione ac laudatione ad beneuolentiam hominum irrepere solet. hæc contrà eorum vtilitatem spectans, laudibus quasi melle sermonem edulcat, ac laudum voluptate ad virtutem auditores trahit. Dogmatum porrò sublimitate ac Theologia vsque adeò excellebat, vt quamuis permulti viri doctrinæ laude celebres varijs sæculis diuinitatis doctrinam explicarint, hic tamen solus post Ioannem Euangelistam Theologi nomine insignitus sit, atque hoc cognomentum ipsi velut proprium & peculiare attributum. Enimuerò quemadmodum alias omnes laudes atq; virtutes animi complexu tenebat: ita ne à Prophetiæ quidem gratia deserebatur. Nec verò dubito quin apud vos, qui ipsius sapientia maiorem in modum oblectamini, fidem hæc oratio inueniat. Sed tamen operæprecium fuerit hanc laudem ipsiusmet verbis rerumq; ab eo gestarum conscriptione ornari. Sic autem ad verbum habetur in ea oratione quam in præsentia centum quinquaginta Episcoporum pronunciauit. Talis antè hic grex noster erat, talisq; in præsentia tamq; succulentus lateq; porrectus, ac, si nondum perfectionem assecutus, ad eam tamẽ quotidianis incrementis progrediens, atq; etiam, vt auguror, progressurus. Hoc mihi vaticinatur Spiritus sanctus, si quid vaticinandi arte valeo, futuraq; prospicio. Nec verò lõgo pòst tempore, quod prædixerat explebatur, Ecclesia nimirum arenæ maris multitudinem propemodũ æquante: Propheticamq; fidem pene excedentem, euentus miraculum comprobabat. Cùm autem pio Theodosio, cuius iam à nobis mentio facta est, imperatore creato, liberum Ecclesiæ lumen affulsisset, quid commemorem, quot publicos conuentus orationibus suis exhilararit, quot orthodoxorum iracundiam mitigarit, qui veterem hæreticis peruersitatem iniuriamq; rependere, atq; eos à quibus, cùm rerum potiretur, afflicti & excruciati fuerant, conuersis iam temporis vicibus, ijsdem acerbitatibus calamitatibusq; mulctare cõtendebant. Qua igitur oratione vir beatus vtebatur? Non hæc, ô grex, Christus postulat: non ita nos Euangelium docet. Hoc tempore aberrantes in viam reducere cõuenit. Curandum vt peccata sua intelligant, Domini pedibus aduoluantur, impietatem prodant, gregiq; admisceantur. Hoc ego pro vltione habeo, vt ij à quibus iniuria lacessiti fuimus, salutem consequantur, præclaraq; ea esse confiteantur, quæ non ita pridem insectabantur. Aequanimes estote, filij. Virtus æquanimis affluit prudentia. Beneficio afficite eos, qui vos oderunt, ijsque omnia delicta condonate. Quòd si nimium ira inferuescit, nec coërceri vlla ratione potest: quod secundum est, præstate. Christo hæc relinquite, atq; ad futurum tribu-

Quid Rhetorica à Philosophia differat.

Solus post Ioannem Euangeli. Theologus dictus Gregorius.

Vlciscendam non esse iniuriam docet.

Matt. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ezech.9. Rom 12. Theodosius deuictis barbaris Constantinopolim se confert.

nal transmittite. Mihi enim vindictam, ego retribuam dicit Dominus. Hac illi oratione permoti conquieuerunt. Cùm autem bellum illud, quod cum occidentalibus barbaris gestum fuerat, sopitum atque imperatori ex animi sententia confectum fuisset, ab ijsq; ille, quas eorum audacia merebatur, pœnas expetijsset, captiuosque cepisset, & victis tributa imposuisset, ad imperatoriam vrbem adsuit, triumphis elatus et gestiens. Ac tum pontificem Gregorium pro eo ac laboribus illius dignum erat, honorificè accepit, prolixioriq; alloquio suam erga eum beneuolentiam animiq; alacritatem declarauit: ac postremò hæc ad eum verba habuit. O pater Deus tibi tuisque sudoribus per me Ecclesiam committit. En sacram ædem & thronum tibi trado. At beatus Gregorius mirifica lætitia perfusus cùm imperatorem salutasset, ac votis precibusq; remuneratus esset, pedem aula extulit. Ariani autem qui ad hoc vsq; tempus sacrosanctam domum tenuerant, ficariorum manum parabant, pro ea cum beato viro armis decernere constituentes. Itaq; ab imperatore quidem precibus contendebant, ne templum sibi eripi sineret, quòd videlicet ipsius imperio resistere vererentur: cæterum pio viro, ijsque qui partibus ipsius studebant mortis metum intentabant, tum publicè armis instructi, tum priuatim subornato quodam, qui ad pontificem accederet, eiusque pectus ense traijceret. Atque hæc erat hostium conspiratio. Postero itaque die cum illucescente die populus Dei simul cum pastore ad sacram domum recipiendam perrexisset, non minus grauis, quàm si ciuitas hostili impetu expugnaretur, tumultus excitatus est, plerisque hominibus in vicis tectisq; cum armis stantibus, mulieribusq; & pueris grauem ciulatum permixtim edentibus. Ipse quoque imperator templum vnà cum beato Gregorio ingressus est. Vt autem multa in rebus humanis casu euenire solent, nubibus Solis orbem sub diluculum subeuntibus tenebræ repente coortæ sunt. Quæ res vt à festo atq; huiusmodi lętitia aliena, Arianos non parua lætitia afficiebat, perinde ac si Deus templi translationem minus gratam haberet: pias contrà animas intolerabili dolore cruciabat. Verùm simul atq; Episcopus & imperator sacras valuas ingressi sunt, atq; omnes vnam eandemque laudationis vocem sustulerunt, manusq; cum lachrymis extenderunt, confestim Dei prouidentia subducta nube, fulgentes Solis radij sacrosanctam domum splendore perfuderunt, aëreq; collustrato homines animi mœrorem in lætitiam commutarunt, principemq; obsecrare atq; obtestari cœperũt, vt Episcopum in throno collocaret. At Gregorius, cùm ab illa sede abhorreret, nec præ vitæ continentia, & corporis infirmitate vocem in tãto hominum numero mittere posset, per quendam his verbis multitudinem affatur: ô filij, nunc tempus est, vt beneficium à Trinitate acceptum agnoscamus gratiasq; ipsi agamus. De throno aliàs agemus. Hæc verba audiens populus mitescebat: imperator verò hominis modestiam ad stuporem vsque mirabatur. Sic cõcio soluta est, Christo lætitiam summam securitatemque afferente: ita vt & armorum apparatus consopitus fuerit, & furoris ardor extinctus, atq; vnus duntaxat ensis exertus, sine vlla cruoris effusione rursus vagina conditus. Cæterum ei ad extremum vsq; obsistere non licuit, quo minus throno insideret. Pontificum enim multitudo eum, quamuis nolentem vehementerq; recusantem in Archiepiscopali sede collocauit: sed hæc aliquantò posteriùs. Interea imperator hominis consuetudine delectabatur, eumq; pro parente colebat. Quamuis enim doctrinæ expers esset, pius tamen vir erat, morumq; lenitate præditus, vt si quispiam alius. Verùm Gregorius Deo quàm imperatori operam dare præclarius existimans, haud frequenter in aula versabatur, eos qui principis latus cingebant auaritiæ morbo teneri, atq; vt eos qui munera afferebant, charos habere, ita sui similes admodum aspernari perspiciens. Quocirca precationibus & peruigilijs, ægrotisq; curandis & inuisendis incumbebat, Deo sese his rebus gregemq; purgans: interdum etiam ex vrbe in agros secedebat, solitudinem expetens, càq; perpetuis laboribus afflictum corpus recreans, ne ad sequentes labores fathiscceret. Ad aulam autem rarò commeabat, illud Prouerbiorum rectè congrueq; permeditatus, Rarò pedem tuum infer ad amicum, ne forte satiatus oderit te. Amplissimæ porrò Ecclesiæ præsul institutus, prouentusq; & infinitam omnis generis eximiamq; suppellectilem consecutus, ne vnica quidem drachma hinc facultates suas auxit: cùm tamen maximam talẽtorum copiam, si ita ipsius voluntas tulisset, colligere potuisset. Ne redituum quidẽ et

Archiepiscopus creatur Greg.

Prou.25.

administrationis rationem ab ijs, qui Ecclesiæ negotia procurauissent, repetiuit, nec suppellectilis sacræ descriptionem: cauponum veriùs quam Ecclesiasticorum virorũ id esse statuens, ac præfectorum non Episcoporum: atque his rebus omnes erudiens, vt conscientiæ puritatem potius Deo offerrent, quàm vt rationibus referendis, muneris sui administrationẽ hominibus probare niterentur. Tandem assiduis laboribus & senio, corporisq; imbecillitate fractus, vrgẽte vi morbi grabbato se tenebat. Ac multi tudo populi ingens cubiculũ, in quo iacebat, repente ingressa est. Ipse igitur, vt solẽt qui strepitu aliquo commouentur, conuersis in sella pedibus, in pauimento sedebat quid sibi eorum aduentus vellet, percunctans. Illi autẽ cum & ob ea, quæ acciderant gratiam Deo egissent, ac pro imperatoris salute, ob receptum templũ, aliasque ædes sacras, orthodoxorumque Ecclesiam vota fecissent, ipsumque omnium harum rerũ authorem & architectum professi fuissent, læti cubiculo excesserunt. Adolescens verò quidã relictus, manibusque suis beati viri pedes comprimens, ab eo cũ lachrymis & lamentationibus sceleris veniam supplex postulabat. Gregorio autem scitante quid sibi hoc sermone vellet, nihil responsi dabat: sed tantum lugebat, ac veniam petebat. Tum quidã ex ijs qui astabant, ita locutus est: Hic est ille carnifex tuus, ô pater qui à nonnullis subornatus ferrum tibi in præcordia defixurus erat, nisi Christus per spicuè tibi auxilio fuisset. Quod autẽ ad eorum voluntatem attinebat, facinus perpetratũ est. Proinde nunc ad pedes tibi procumbens clamat, suscepti sceleris pœnitudine affectus. Confestim, ille, vt patrem æquum erat, adolescentem ita alloquitur. Propitius tibi Christus sit, iuuenis charissime, tibique ipse ignoscat, qui me quoque seruauit. Hoc solum ad facinoris excusationem & purgationem à te peto, vt hæresim execreris, meusque fias, atque ad Deum accedas, ipsique syncerã & voluntariam seruitutem seruias. Cuius tã lenis responsi quũ certior facta esset ciuitas, ardentiori erga eũ amore incensa est. Sub id verò tempus ex omni Romanorũ imperio præterquã ex Aegypto & Occiduis partibus sancta Episcoporũ centũ & quinquaginta synodus coacta est, tum vt pium præsulem imperatrici ciuitati præficerent, tum vt hæreses, quæ interim dum Ariani rerũ potirentur exortę fuerant, œcumenici concilij decreto ab Ecclesia extruderentur. Enimuerò quæ ad hæreses profligandas pertinebant, multò antè Gregorius præstruxerat, velut insidiosas bestias ab Ecclesiæ ouili arcens: atque in ipsa etiã sacrosancta synodo pari animi cõtentione cum alijs decertauit. Sancta autẽ synodus eum Episcopum constituit, sententiæ suæ ducem & antesignanum habẽs magnum illum Antiochensium pastorem Meletium, virum fidei probitate insignẽ quique florentibus Arianorũ rebus Ecclesia pulsus fuerat: multisque calamitatibus exhaustis diuturno exilio mulctatus. Quibus autem moribus præditus esset, quid referre necesse est? Idem enim & mansuetus erat & industrius, moderatus, iustus, fortis sapiens, atque omni virtutũ genere perpolitus. Huius consilio atque hortatu Gregorio regiæ vrbis Episcopatus consilij decreto confirmatus est. Ipse autem, quamuis aliquin ab Episcopatu alienũ animũ haberet gregis tamen amore, & quia futurum existimabat, vt si imperatricẽ ciuitatẽ teneret, contentiones per orbẽ terrarũ oborientes velut è specula quadã perspectas extingueret dissidentesque Ecclesias ambabus, vt dicitur, manibus ad vnionẽ cõcordiamq; adduceret, Episcopatũ accipere non recusauit. At verò Meletius extremo vitæ die Constantinopoli perfunctus, adeò celebri atque honorifico funere effertur, vt ad ipsum vrbs tota sese effunderet, maximamq; lachrymarũ vim profunderet, ac tũ in primis, quanta ciuiũ multitudo esset, agnoscere tur. Rursus itaque de throno contentio excitata est, atque inter se pugnabant Episcopi. Alij enim, quæ suffragijs statuta fuerant, iusta esse iudicantes, firma ea manere volebãt. Alij ijs, quę iã rectè decreta fuerãt, aduersabantur. At Gregorius, vt qui semel cathedrã admississet, eã vendicabat, atq; huiusmodi oratione vtebatur. Ego Pastores sacri & venerabiles, primũ regiæ vrbis prefecturã accipere recusabã: acsicet hæc Ecclesia laboribus sudoribusq; meis coagmẽtata atq; amplificata fuisset, mihi tamẽ satis superq; erat hęc Deo thesaurizare, atq; ab eo mercedẽ expectare. Postquã aũt & gregis amore & cõmunibus vestris calculis cathedrã accipere coactus sum, mihi haudquaquã rectè agere videmini, qui quod ipsi feciſtis conuellitis atq; abrogatis: vt interim

Aegrotat Greg.

Greg. clementia atque ignoscendi facilitas.

Concilium Cõstantinopolitanum.

Meletij Antiochẽsis Episc. laus.

De Constãtinop. Archiepisco patu inter Episcopos contentio renouatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

taceam,quòd ne inter omnes quidem satis conuenit,verum alij ea quæ iam constituta sunt,rata esse debere censent : alijs secus videtur.Nec verò hæc eò à me dicuntur, quòd vel opes,vel sublimem cathedram expetam vel imperatricis vrbis Episcopus no minari concupiscam.Sed primum filiorum orbitatem tranquillo animo ferr difficil limum est,nec nisi væcordis cuiuspiam hominis planeque stupidi.Deinde illud metu endum,ne inuidia quadã aut leuitate res nuper decretas immutare videamini.Quod si vobis præsentia magis cordi sunt,ac res haud pridem constitutas velut obsoletas & friuolas contemnitis,haud mœsto animo Episcopatu me abdico. Consilium inite, res vestras agite,& quicquid vobis in mentem venerit.Mihi quidem solitudo & olim chara fuit,& nunc est.Non enim à Deo quoque nos arcebunt, qui thronum eripuerint.Hac oratione habita,cùm plerosque in alius Episcopi creationem studiosè incumbere sensisset,ipse domo ea in qua manebat,deserta,aliam ab Ecclesia procul dissitam circunspectat,vt tumultus,molestosque & importunos hominũ congressus effugeret. Permulti quippe ex plebeio ordine illuc confluebant,cum lachrymis eum orantes atque obtestantes,vt gregem,quem tot tantisque laboribus ac sudoribus aluerat atque prouexerat,miseraretur.Da hoc charissimis tibi hominibus,inquiebant & quibus vitæ florem prius impendisti,ijsdem quoque quod temporis supereſt, largire:vt qui doctrina tua collustrati sumus,tui etiã corporis reliquias habeamus. His verbis molliebatur quidem indulgentissimus pater: cæterũ ancipitis erat animi quid ageret,Deumq; supplex orabat, vt quod sibi maximè cõueniret, procuraret. Quæ cùm ita se haberent,affluere Episcopi tum ex Aegypto,tum ex Macedonia Byzãtium vocati,cùm adhuc supradicta synodus in vrbe esset.Et quidem illi quoniam Gregorius citra eorum sententiam throno impositus fuerat,humano affectu obsessi electio ni obsistebant:non quòd eum odio haberent(quemadmodum ei occultis significationibus confirmabant)sed vt eos à quibus creatus fuerat,vlciscerentur : vt qui sine eorum sententia Archiepiscopali sede Gregorium donassent. At vir beatus omnibus Episcopis in vnum coactis in medio concilio stans ad hunc modum verba facit. Viri collegæ,& compastores sacrosancti gregis Christi,turpe fuerit, prorsusque à vobis alienum,si qui pacis documentum alijs præbetis,intestinum ipsi bellum inter vos excitetis.Quonam enim modo alios ad concordiam adduxeritis,ipsi circa sententias vestras & decreta discrepantes ? Ac vos per Trinitatem etiam ipsam obsecro, vt mutua vestra negocia præclarè & pacificè constituatis. Quòd si vobis vllo modo dissidij causa sum,Ionam prophetam vitæ integritate non supero.Proijcite me in ma re,& tumultuum tempestate agitari desinetis.Quicquid vobis visum fuerit, tametsi à culpa immunis,libenter perpetiar,siquidem hac ratione concordia vestra repręsen tari ac refarciri possit.Throno exturbate,vrbe eijcite.Tantum veritatem & pacem,vt cum Zacharia loquar,amate.Valete sacri Pastores, meorumque laborum memoriam perpetuam conseruate.Hæc eo prolocuto,pudore quodam ipsi tenebantur, eius oratione compuncti.Tum ipse in Cappadociam perrecturus è Concilio excessit voluptate simul & merore affectus:illud,quod laborum requiem inuenisset: hoc, propter gregem,quem quo modo relinqueret,incertus erat. In aulam autem profectus beneficiuum ab imperatore postulabat, his verbis prius eum affatus. Tibi quidem, ô imperator, protuis erga Ecclesiam meritis retribuat Christus in die retributionis. Beneficium autem quod nunc à te peto, potentissime princeps,dare ne graueris.Non pro pecunijs tibi sum supplex : non preciosa altarium tegumenta concupisco:non cognatis dignitates ambio:sed vt laboribus liberer,obsecro. Celset etiam inuidia:pacem colant Episcopi:tu maximè in eam rem admitere : sacerdotum bellum comprime,qui Barbarorum audaciam compescuisti:maxima imperij tui trophæa vna re exorna,nimirum Episcoporum concordia. Hoc ego donum à te peto: hoc beneficium vltimum porrige.Hac oratione imperator, & qui senatorij ordinis erant,in admirationem rapti,vtpote accerrimo ipsius amore contabescentes, vix discedendi potestatem ipsi fecerunt. Cæterum eo adhuc Constantinopoli agente, Nectarius quidam Tarso Ciliciæ ciuitate ortus,Ecclesiæ ipsius à Synodo Episcopus constituitur.Ipse autem cum clerum ac præstantissimum quemque ex populari multitudi-

Greg. ere̅ Christiana oratio.

Greg. ad Theodosiũ Imperato rẽ oratio.

Nectarius Gregorio subrogatur.

tudine aduocasset, eosque vt fidei depositum seruarent, Deique præcepta exequerentur admonuisset complexusque fuisset,multasq; omnibus lachrymas extorsisset, itineri se dedit,tandemque Arianzum peruenit.Cappadociæ autem is locus est, quẽ ex paterna hæreditate ad se deuolutum possidebat. Cũ autem multum temporis fluxisset,ex quo Basilius magnus ex hac vita ad Deum euolarat, ac præsentia cum sublimiore vita commutarat,funebri oratione in ipsius laudem conscripta sacram Cæsariensium Metropolim adijt,Ecclesiæque nuncupata ac dicata ea oratione domum se recepit.Sed cũ perdiu ipse à patria propter Constantinopolitanã commorationem abfuisset(duodecim nanque ipsum Byzantij annos egisse ferunt)accidit, vt quidam Apollinarij discipuli in secunda Cappadocum prefectura sermonibus suis multos in fraudem inducerent,eoque audaciæ progrederẽtur,vt ad hunc quoque accederent, atque Episcopos in ea regione crearent,ne ipsi quidẽ Nazianzo parcentes. Ipse verò Nazianzum hoc piaculo quàm celerrimè purgauit.Cumque obnixis precibus rogaretur,vt patriæ antistes esse vellet,adduci non potuit,vt Episcopatũ acciperet: (tranquillam enim vitam mirificè cõsectabatur)verum Eulaliũ quendam,quem vt sui cultorem moderatumque hominem,in primis charũ habebat,Nazianzi Episcopũ constituit:Ipse aũt infirmitate pressus Arianzi corpus refocillabat. Cumque iam iter facere non valeret,Cledoniũ Presbyterum pium virũ minimeq; fictum Dei cultorem aliosq;nonnullos per literas admonuit,ne hæresis pestem susciperent,verũ Apollinaristarum electiones vt nefarias & ab Ecclesia Catholica alienas pro irritis haberent. Nec verò satis habebat nuda & simplici contestatione ad eos vti:verũ plenius veriusq; scribebat,singula abortiuæ Apollinarj hæresis impietatisque capita euertens atque opprimens,quemadmodum liquido ostenduntũ duæ illæ ad Cledoniũ epistolæ tum præcipuè tractatus poëtici quos reliquit. Porrò in poëticis lucubrationibus, quarũ etiam antè memini,duplex illi scopus propositus erat:alter vt impiam tyranni Iuliani legẽ,qua Christiani à prophanis disciplinis arcebantur,puerilẽ atque infirmã & ridiculã esse ostenderet:alter quoniam Apollinariũ multos libros varijs carminũ generibus perscripsisse,ijsque vtpote eruditũ hominem dicendique facultate præstãtem,multos ad hæresim suam illexisse perspiciebat, necessario sibi faciendũ putauit, vt Arianzi postreditũ suum quiescens atque ab omnibus negotijs occupationibusq; feriatus,cudendis versibus animum adijceret.Atque hinc vberrima mihi huius orationis materia collecta est.Cũ autẽ nonnihil temporis illic quietus egisset, vitamque philosophiæ opera purgasset,speculationique animum impensius addixisset, in extrema tandẽ senectute caducam hanc vitam cum meliori & præstantiori rerum statu cuius hic pertenues etiam species vix reperiri queant permutauit. Ac cõmendationis quidẽ Gregorianæ munere pro virili mea perfunctus sum,quantum ad id attinebat, vt & boni patris & eorum,qui vitam illius audire gestiebant,cupiditati satisfacerẽ,atque vt exiguã quandam vitæ descriptionẽ breuiter comprehensam haberemus.Nam oẽs illius laudes vitæq; ornamenta exponere aut pro rei dignitate tractare,adeò difficile atq; arduum fuerit,vt haud scio an quisquam,eorum etiam,qui summam eruditionis laudẽ consecuti sunt,hoc præstare possit.Tu verò pater beate,verique illius tabernaculi spectator & conscie,in quo exultationis & salutis voce angeli ac sancti diuinas laudes canunt,Gregorij tui qui exiguam hanc oratiunculã tibi elaborauit memor esto.Quanuis enim ob virium imbecillitatem virtutibus tuis parem orationem non attulerim,idque de te verba faciens:promptitudinem tamẽ animi haudquaquã accusabis.Tua enim vox illa sacra est,Deo id gratum esse,quod viribus respondet.

SCHOLIA.

1. *Quibus enim quisque delectatur*) *In Heruagiano codice Græca ita habent,ἐν γὰρ ἀλλήλων πλησμονῇ μᾶλλον,οἷς ἕκαστος ἥδεται,&c. Sed quia superiora hæc verba nec in Bilibaldi translatione,nec in vetustissimo exemplari habentur,nec etiam multum ad rem faciunt,ideiro ea prætermisimus, & ita vertimus vt in antiquissimo illo codice inuenimus.*

2. *Pella propter Alexandrum*) *Pella obscurum prius Macedoniæ oppidũ nullusque nominis, Alexandri Magni natiuitate nobilitatum est.Inde & Pellæus Iuuenali Saty.10.dictus,Vnus Pellæo Iuueni,&c.*

3. *Aut*

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. *Aut Persæ propter Cyrum*) Cyrus Cambysis filius Persus Medorum imperio parentes, non modo in libertatem vindicauit, sed imperium quoque ipsum Medis extorsit, & Persis asseruit.

4. *Indis & Britannis*) Britannia, quæ & Anglia dicitur, maximè occidentalis est & septentrionalis: cõtrà India maximè orientalis & australis. Itaque Ptolomæus terram describens ab Hybernis ac Britannis incipit, atque Indiam ferme vltimam describit. Virgil. Garamantas, qui Africæ populus est, Indis opponit: sed carminis potius causa, vt videtur, quã quod re vera inter se opponantur,

5. *Alexandriam, quæ ad Pharum sita est*) Hoc ideò videtur addere, vt Alexandriam Aegypti vrbem denotet. Alioqui & aliæ quædam regiones suas habuerunt Alexandrias, vt Troas, Cilicia, India, Caramania, quemadmodum videre est apud Plinium, qui Alexandriam Aegypti cap. 10. li. 5. describit: & cap 31. eiusdem libri Pharon insulam quandam diei nauigatione ab Aegypto distantem, Alexandriæ iunctam ponte scribit. Quod quo modo à Cleopatra factum sit, docet Amm. Marcellinus ad finem lib. 22. vbi multa de Alexandria vertice omnium ciuitatum. Idem Plin. ca. 12. li. 36. quàm magnifica in Pharo turris quantoque sumptu structa fuerit, commemorat.

6. *Vt eruditus quidam dixit*) Homerum intelligit, cuius hi versus sunt initio Odyss.

Ἀνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε·
πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδε ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω. Quæ sic exprimit Hor. Epist. 2. li. 2. de Homer loquens.

Vtile proposuit nobis exemplar, Vlyssem,
Qui domitor Troiæ multorum prouidus vrbes
Et mores hominum inspexit, &c. Sed & ad verbum magis in Arte Poët
Dic mihi Musa virum captæ post tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit, & vrbes.

7. *Parthenium mare*) Marcellinus loco superius citato Parthenio mari & Libyco ex Alexãdrina vrbe nauigari solitum dicit. Idem paulo ante mare Parthenium cum Issaco idem esse scribit. Quod si verũ est, Parthenium Ciliciam allnebat septentrionem versus: cum Issacus sinus attingat Ciliciam. Plinius cap. 2. lib. 6. qui cap. 31. lib. 5. scribit Sermon ab Aristotele, Parthentam dictam, quod videlicet ibi nimo adoleuerit ac Ioui nupserit, vt ex Varrone refert Lact. lib. 1. Instit. Vnde fortasse mare Parthenium nomen habuit.

8. *Sidoniæ principis*) Iesabelem intelligit infestissimã veræ religionis hostẽ, Vide lib. 3. Regum cap. 13.

9. *Et enim qui solus est*) Alludit ad illud Homeri Iliad. κ

Σὺν νῦ δύο ἐρχομένω καὶ τε πρὸ ὃ τᾶδυνεν.
Ὅππως κέρδιον ἦσι μετὰ ἑτέρῳ δ' εἶπερ τε νοήσῃ.
Ἀλλά τε οἰζύρω περ ἐὼν ἐπιτείομαι ἄλλῳ τε μάρτι Cui congruit illud Ecclesiastæ cap. 4. Melius est duos esse simul, q. vnum. habẽt enim emolumentũ societatis suæ: si vnus ceciderit, ab altero fulcietur, &c.

10. *Terræmotu*) Amm. Marcellinus lib. 17. horrendos terræmotus commemorat, qui per Macedoniã, Asiã quę & Pontum assidui pulsibus multa oppida, & maximè Nicomediam concusserint. Hic terræmotus videtur esse, de quo verba facit Greg. Presbyter.

11. *Xenocrates ille*) Diogenes Laertius lib. 4. miram Xenocratis Chalcedoni Platonici commendat cõtinentiam, & tantã quidem, vt Phryne meretrix formosa in lecto eodem concumbens nihil eum mouerit, vt nec Laïs aliud insigne scortum. Quod autem de Polemone vultus grauitate meretrices perterrefaciente asserit, nihil tale apud Laertium de eo extat, licet aliàs eum ex prostigatissimo & nequissimo galeone in frugi & probum virum audito Xenocrate dicat euasisse.

12. *Aristidis exẽplo*) Aristides Athenienses propter insignem ac numeris omnibus absolutam virtutem, iusti cognomentum adeptus est. Vide Plutarch. in eius vita.

13. *Antisthenem & Diogenem*) Antisthenes Athenienses, Diogenes Synopeus, Crates Thebanus Cynicã philosophiam coluerunt, mireque pecunias & eborum delicias aspernati sunt. Cæterùm hæc laus inani fastu & arrogantia reliquorumq; hominum contemptu obtenebatur. De his Laertius lib. 6.

14. *Publicis præconijs*) Vide orat. de vita Basilij.

15. *Velut noui Moses & Daniel*) Moses in omni Aegyptiorum sapientia institutus est, quemadmodum Stephanus testatur. Act. 7. Eodem modo Daniel quoque omnibus Chaldæorum disciplinis Nabuchodonozoris iussu eruditus est. Danielis 1.

16. *Gregorium autem à studiosa*) Ac proinde à vero aberrauit Ruffinus, qui Basilium diutius quàm æquũ esset, Athenis immorantem à Gregorio quasi iniecta manu retractum esse narrat. Gregorius enim diutius Athenis moram traxit quàm Basilius, illicque Rhetoricen est professus. Ac ne quis in defensionẽ Ruffini dicat, verisimilius videri posse, Gregorium presbyterum huius vitæ conscriptorẽ lapsum esse, quandoquidem multis, vt videtur, post Theologum seculis vixerit, quàm Ruffinum ipsius æqualem, idem apertissimè declarat Theologus in oratione funebri, qua Basilij vitam complexus est. Hoc ideò adnotandũ putaui, quod vir quidam doctissimus celeberrimique inter nostrates Theologos nominis Ruffini fidem authoritatemque secutus, eodem errore non ita pridem lapsus est.

17. Ly-

17. *Lycurgi legibus*) Lycurgus Lacedæmoniorum legislator fuit, Solon Athenienſium, Minos Cretensium quem etiam ob singularem iustitiæ laudem apud inferos iudicem sedere fabulantur.

18. *Crates quidem*) Laertius Cratetem scribit, Ἀνεπαναπλήσαι vocatum quod in omnem domũ ingrederetur, omnesque corriperet.

19. *Nec oblationẽ*) Præcipua quadã Episcopi munera attingit: vt & Ignatius in Epist. ad Heronẽ diaconũ μηδὲν ἄνευ ἐπισκόπου πράττειν. ἱερεῖς γάρ ἐσμεν, οὐ δὲ λειτουργοί. ἐκεῖνοι βαπτίζουσι, ἱερουργοῦσι, προσφέρουσι & c. Nihil, inquit, sine Episcopo facito. Sacerdotes enim illi sunt: tu diaconus. Illi baptizant, sacrificant, offerunt, manus imponunt, &c.

20. *Quasi Herculem Alexicacum*) Dij, quos mala ab hominibus propellere & auertere credidit antiquitas, ἀλεξίκακοι καὶ ἀποτρόπαιοι dicti sunt, vt Lilius Gyraldus syntagmate primo de dijs Gentiũ docet. Sic Hercules Alexicacus dictus est, quòd orbem variis monstris purgasset.

21. *Petrus magnæ vrbis*) Ab Alexandrino autem Episcopo ideò fortasse Gregorio Constantinopolitanæ sedis præfectura confirmabatur, quòd sedes Alexandrina ex decretis Nicenis post sedem Romanã secundi honoris primilegium teneret, vt Antiochena tertij. Quemadmodum scribit Leo Magnus Epistolis 53. 54. & 55.

22. *Antisthenique sectatoribus*) Cynicos intelligit, qui, Laertio teste, Antisthenem sectæ suæ principem habuerunt. Ij cũ pecunias, & ventris voluptates aspernarẽtur, atque ex instituto parcè admodum viuerẽt nihil tale ille Maximus agebat. hinc illum ijs contrarium dicit.

23. *Thasio Vyzantium*) Marcellino lib. 22. Thasius & Proconnesius insulæ sunt. Plinius autẽ cap. 6. li. 36. marmor Thasii vinis Cycladum commendat, vbi & Halicarnasi Mausoli domum Proconnesio marmore exsculptam fuisse scribit.

23. *Trinitatem Herculis loco adorans*) Quod Cynici Herculem præ cæteris colant, legisse me non memini. Id quidem de Antisthene huius sectæ principe refert Laertius, eum quod labor bonum esset, magni Herculis ac Cyri exemplo persuadere solitum esse. Ac Diogenes ipse apud Lucian. in Vitarum auctione, se Herculis non cultorem, sed imitatorem esse profitetur: Ideoque baculum (quem aptiori vocabulo clauam vocat August. de Ciuit. Dei lib. 14. cap. 20.) ferre, ac palliolum leoninæ pellis vice.

24. *Theodosio, qui genus*) S. Aurelius Victor Theodosium genere Hispanum fuisse, originemque à Troiano principe, & à Graciano Augusto apud Sirmium imperatorem effectum annis 27. regnasse scribit.

QVAE AD VITAM LAVDEMQVE D. Gregorij pertinent ex alijs authoribus.

EX BASILIO.

Vas electionis, & puteus profundus, os dico Christi, Gregorium.

EX HIERONYMO.

Gregorius primùm Nasianzenus Episcopus, vir eloquentissimus, præceptor meus, à quo Scripturas explanãte didici ad triginta millia versuum, omnia opera sua composuit, è quibus illa sunt: De morte fratris Cæsarij καὶ φιλοπτώχους, laudes Machabæorum, laudes Athanasij, laudes Maximi philosophi post exilium reuersi, quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt: quia est & alius liber, vituperationem eiusdem Maximi continens, quasi non licuerit eundem & laudare & vituperare pro tempore. Et liber hexametro versu virginitatis & nuptiarum contra se disserentium. Aduersum Eunomiũ liber vnus, de Spiritu sancto liber vnus, contra Iulianum imperatorem liber vnus. Sequutus est autẽ Polemonem dicẽdi charactere: viuoque se Episcopum in loco suo ordinans, rursi vitam Monachi exercuit. Decessitque ante hoc forme triennium, sub Theodosio principe.

EX RVFFINO.

Gregorius vir per omnia incõparabilis, qui verbo & operibus clarus, splendidissimũ lumen scientiæ Christi Ecclesijs præbuit, dum ea docuit quæ fecit, nec seipsum condemnauit agendo contraria quã docebat. Et multùm interiectis. Huius neque vita aliquid probabilius & sanctius neque eloquentia clarius & illustrius, neque fide purius & rectius, neque scientia plenius & perfectius inuentri potest. Qui solus sit, de cuius fide ne dissidentes quidem inter se (vt fieri solet) partes & studia disputare potuerint: sed id obtinuerit apud Deum & Ecclesias Dei meriti, vt quicunque ausus fuerit doctrinæ eius in aliquo refragari, ex hoc ipso, quia

δ ipse ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse magis sit hereticus arguatur. Manifestum nanque indicium est, non esse rectæ fidei omnem, qui in fide Gregorio non concordat.

EX SVIDA.

Gregorius Nazianzi Episcopus in Cappadocia, vir eloquentissimus, summus amicus Basilij Cæsareæ Cappadociæ vrbis Episcopi. Hic non modo Grammaticæ poeticesque laude florebat: sed multò magis philosophiam excoluerat, atque in oratoria facultate insignis erat. Prosa oratione permulta conscripsit. Ad triginta enim versuum millia opera sua contexuit, ex quibus sunt hæc: de morte Cæsarij fratris, funebris oratio in obitu patris, altera in funere Gorgoniæ sororis, de pauperum amore, laudes Machabæorum, Cypriani, Athanasij, Ueronis Philosophi, aduersus Iulianum orationes duæ, de Spiritu sancto liber vnus, panegyricæ orationes decem, aliæque complures ac cuiuis notæ. Secutus est in scribendi genere Polemonem Laodicensem, qui Smyrnæ Rhetoricam docuit, atque Aristidis oratoris præceptor extitit. Alium quoque tractatum Heroico carmine scripsit, in quo virginitatem & vitam coniugatam per se diserentes inducit, aliasque etiam argumenta omni carminũ genere complexus est, quæ quidem ad summam subducta, triginta versuum millia cõficiunt. Huius porrò Gregorij Arianus quoque Philostorgius in sui temporis historia mentionẽ facit his verbis. Ea tẽpestate Gregorius in vrbe Nazianzena florebat, Basilius in Cæsarea Cappadocia vrbe, & Apollinarius in Laodicea Syriæ. Hi tres viri pro Homousio. i. consubstantiali aduersus eos, qui Filij essentiam à Patris essentia diuersam esse profitebantur, decertabant, longeque omnes eos antecellebant, qui vel prius vel post, ad meam vsque ætatem huiusce sectæ patrocinium susceperunt: adeò vt præ ipsis Athanasius puer censeretur. Nanque & in summam illi externa doctrina magnitudinẽ euaserant, & in sacris Scripturis, quã tum ad lectionem & expeditam memoriam conducebat, non vulgarem experientiam habebant, ac potissimum Gregorius. Iam verò in suo quisque scribendi genere maxima facultate præditus erat. Apollinarius quippe in cõmentatorio dicendi genere præcellebat. Basilius autẽ in panegyrico insigniter eminebat. At verò Gregorio in vtroque licet exercitato, ad conscriptionem tamen magis tendebat oratio. Atque vt Apollinario in dicendo grandior ac plenior, ita rursus Basilio firmior erat. Cumque tanta eorum esset tum in dicendo tũ in scribendo facultas, tum verò ira moribus comparati erant, vt vel solo aspectu plerosque ad se allicere facillimè possent. Itaque partim ipso intuitu, partim sermonibus, partim editis lucubrationibus ad suas partes familiarit atemque suam eos pertrahebant, qui aliqua harũ rerum facilius capi poterant. Hæc de illo obiter Philostorgius, idque Arianus literis mandauit. Adhuc porrò superstes Gregorius, subrogato sibi in Ecclesia Nazianzena Episcopo, rursi vitam monasticam egit. Atque ad nonagintà annos, & vltra ætate peruectus, Theodosio decimum tertium imperij annum agente vitam cum morte commutauit, hoc vnum indignum virtute sua passus, quòd principũ vrbis cathedra expulsus est, improbique potius electi sunt, quàm qui virtute, ac vitæ splendore omnes anteibat.

EX SIMEONE METAPHRASTE.

Magnum hic Gregorius Theologum vitam ipse suam exposuit in ijs funebribus orationibus, quibus Basilium Magnum, Gregorium patrem, Cæsarium fratrem, & Gorgoniam sororem ornat. Ac proinde qui vitam illius conscripserunt, non aliunde quàm ex ipsius operibus dicendi argumentum acceperũt. Hoc vnum necessariò dicendum, quod siquidem apud homines existere necesse erat, effigiem quandam & columnã ex omnibus virtutibus constantẽ, hoc erat Gregorius. Nam cùm vitæ splendore eos qui actionis laude florebant, superaret, eò rursus contemplationis progressus est, vt omnes illi sapientiæ doctrinæque laude cederent, tam eius quæ in verbis quàm quæ in fidei dogmatibus versatur. Vnde etiam Theologi cognomẽtum adeptus est. Quantum autem ad corporis formam attinet, statura mediocri erat, pallidus aliquantum, non tamen citra venustatem, depresso naso, supercilijs in rectum protẽsis, aspectu blãdo & suaui, altero oculo nempe dextro subtriste, quem etiam cicatrix quædam contrahebat, barba non promissa, densa tamen. Qua parte caluus non erat, nam subcaluus erat, albos crines habebat summas item barbæ partes velut fumo obsitas ostẽdebat. His subnectere potuissem testimonia Haimonis Halberstatensis cap. 4. li. 10. histor. Eccles. Adonis Viẽnensis Episcopi in Chronic. ætate sexta Gosfridi Viterb. Chronic. parte sexta, vbi de Iuliano verba facit. Petri de natalibus in catalogo sanctorum lib. 2. cap. 69. Petri Criniti lib. 7. cap. 1. de honest. discipl. Trithemij de scriptor. Ecclesiast. Mantuani lib. 1. Fast. Sabellici enneade 7. lib. 9. Sed quia hi omnes nõ aliunde hauire potuerunt, quàm ex his quos supra citauimus, nulla mihi causa visa est, quamobrem eandem crãben toties tibi obtruderem. Quare hic finem imponam, non tamen antè, quàm Pselli Cyri Græci scriptoris epigrãma de Nazianzeno nostro Latinè vt cunque reddidero, ac coronidis vice, magni illius Erasmi de eodem iudicium apposuero.

PSEL-

PSELLI EPIGRAMMA.

Diuinæ sophiæ decus immortale canamus
Gregorium, viguit quo noua Roma duce.
Viribus eloquij valuit, linguaq; diserta:
Mellifluos dulci protulit ore sonos.
Maxima laus in eo doctrinæ vtriusque refulsit.
Siue prophanæ velis dogmata, siue sacra.
O salue coniunx charissime virginitatis,
Quæ prius in summo numine, deinde choris
Angelicis, purisque hominum complexibus hæret.
Assidueque tuum læta cubile fouet.
Christicolæ columen defensor maxime gentis,
Stentoreo Triadis numen in ore ferens.
Hæreticæ salue maniæ certissima pestis,
Qua simul oppressi Lybs Macedoque cadunt.
Quæque Arium perimis, cuius sanctissima primũ est
Horribili ac stygio secta furore e Trias.
Salue doctrinæ Antistes, atque vnica cura
Pieridum, eloquij Rhetoricesque decus.
Saltator lugens, Triadis qui numine plenus
Hanc quoque terrigenis omnibus eloqueris.

ERASMI, DE GREGORIO NAZIANZENO IUDICIUM.

aut. Joh. Jonas typ. vid. hoc permittum

IN Gregorio Nazianzeno pietas propemodum ex æquo certat cum facundia, sed amat significantes aut gutias, quas eo difficilius est Latinè reddere, quòd pleræque sunt in verbis sitæ. Tota verò phrasis nonnihil accedit ad structuram Isocraticam. Adde quod de rebus diuinis, quæ vix vllis verbis humanis explicari possunt, libenter ac frequenter philosophatur. Frater huius Basilius suaui quodam & inaffectato dictionis fluxu, & pietatem, & eruditionem, & acumen, sicubi res postulat, & perspicuitatem, & iucunditatem & si quam aliam virtutem in oratore Christiano quispiam desiderare possit, complectitur. Ioannes Chrysostomus Basilij quemadmodum in literis, sic etiam in professione synceriorus vitæ socius, atque (vt ita loquar) Achates, quicquid ferè scripsit, ad popularem captum accommodauit, eoque fusior est, ac simplicior: & in locis cõmunibus spaciari maluit, quàm in difficillimis versari quæstionibus. Hos triumuiros vna tulit ætas apud Græcos, pietate pares, nec dispares eruditione, sed dictionis charactere dissimiles. Quos si cum nostris conferre velis, Chrysostomus non dissimilis est Augustino, Gregorius Ambrosio: qui si Græcè scripsisset, plurimum negocij fuisset exhibiturus interpreti. Quem Basilio conferam, nondum inuenio, nisi si quis Scripturarum cognitionem, quam habuit Hieronymus, cum Lactãtij felici facilitate copulet. Me certè à vertendo Gregorio semper deterruit dictionis argutia, & rerũ sublimitas, & allusiones subobscuræ. ~~bonum præsertim extitit quodam pietatis ardore sibi fam[illegible] nolle, vir & animo~~ ~~eximio.~~

Qui apud veteres authores Nazianzeni meminerint exilliusque scriptis testimonia protulerint.

Vix vllus in tota Græcia scriptor extitit, de Ecclesiasticis loquor, qui non perhonorificam Gregorij mentionem fecerit, ex ipsiusque operibus testimonia produxerit. Damascenus certè non cõtentus scripta sua ipsius authoritate sæpenumero confirmare, sexcentis locis ita cum compilauit, vt bonam partem librorum suorum de fide Orthodoxa ex eius libris consuerit, totas plerunque periodos nullis verbis immutatis in volumina sua transferens. Id quod productis quibusdam locis planũ facere constituerã, ni id ipsi tam frequens esse comperissem, vt prima fronte furtum deprehendi posset. Quid de Theodorito dicam, qui ipsam quoque Theologi phrasim affectauit: quemadmodum vel ex vnico capite libri quarti De Hæret. peruersitate apertissimè liquet, vbi ex varijs Gregorij scriptis orationem suam concinnauit. De Nestorio, enim loquens, ἄλλων δὲ ἄλλοι, ἀμείζων χώρων κεχθάκασι περὶ αἰγυπτιακῆς τινὶ μάχης τῶν μισέλλην ἀντιοχέων ἐτέθησαν νόμοι ἐν ζύγῃ λέγων λιτυθρίων μυτρέων μιτυχικῶν, τῶν ἐκκλησίας τῆς τοῦ θεοῦ προϊόντων ἐσιφθάρη. *Et paulo inferius.* ὡς ὕδε μοι λοιπὸν κρὴ τὰ δράκματα, ὧν μαρὸ πλήρης πᾶσα γῆ τις κρὴ, θάλαττα. *An non hæc duo loca ad verbum transcripta sunt ex Athanasiana Gregorij oratione? Rursus hæc verba,* τῶν δ' ἀκριβῶς αὐτίνου πόλιν ἀρθοδόξων κεφαλὴν ἐκκλησίας πόλιν προεδρίαν πίστεως, οὐδεὶς ἂν εἴποι κρὴ, τῶν οἰκουμένης ἁπάσης. *Ipsissima sunt verba Gregorij, etsi locum nunc non satis memini. Quod & alijs verbis ita effert in Basiliana,* διὰ μιᾶς τῆς καισαρίων πόλεως τὴν οἰκουμένην πᾶσαν πυροῦσθαι. *Iam cùm idem Theod. eodem loco ait,* ὡς οὐκ ἂν μείζονα ἐκτίσαις κρατῆρα θρόνου καθέδρας τινὰ τυραννίδα τῆς ἀρχιερωσύνης πόλεως ἐπὶ πρεσβείας ἀρχιπάσας. *proculdubio hæc à Gregorio accepit, cuius in Athanasiana hæc verba sunt,* ὁ γὰρ ἐμοῦ τις καταλαμβάνει ἂν θρόνου ἀνὴρ οἰκουμένης τινὰ ἢ πλείονα ὁμόσαν ἀρχιδιδάσκαλον ἀρχιάκαντος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rursus illa, ὅτι τὰ πολλὰ τῶν ἁγίων προσηκόντως, καθ' ἑαυτὸ συνεσκιάσθαι. ex oratione ad Arianos sumpta sunt. Sed de hoc satis. Quanta autẽ fama atq; authoritatis in vniuersa Ecclesia ipsius monumenta fuerint, nullo argumento apertius demonstrari potest, quam quod Latini ne punctum quidem temporis ijs carere sustinuerint, sed statim in Latium transferenda curarint, eorumque testimonijs libros suos illustrarint. Nos cæteris omissis ipsa tantum lumina proferemus.

Hieronymus eum præceptorem suum facit in Catalogo scriptorum Ecclesiast. & in Apologia priore aduersus Ruffinum: An iniuria, inquit, tibi facta est, quòd pro te Apollinarium Didymumque sectatus sum? Nunquid in illa epistola Gregorium virum eloquentissimũ non potui nominare: quis sui apud Latinos impar est, quo ego magistro glorior & exulto? Sui autem imparem apud Latinos Gregoriũ videtur dicere, vt noter Ruffinum: qui cùm ipse apud suos esset eloquentissimus, Ruffinus in interpretatione aliquot illius oratiunum parum gnauiter se gesserat, neque satis feliciter tantæ eloquentiæ respondérat.

Idem Hieronymus to. 9. fol. 147. explicans illud Ephes. 5 Sacramentum hoc magnum est, &c. Gregorius Nazianzenus, inquit, vir valde eloquẽs, & in Scripturis apprimè eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, solebat dicere: Vide quantum istius capituli sacramentum sit, vt Apostolus in Christo illud & in Ecclesia interpretans, non se ita aßerat, vt testimonij postulabat dignitas, expreßisse: sed quodammodo dixerit: Scio quia locus iste plenus sit sacramentis, & diuinum cor quærat interpretis.

Augustinus epistola. 111. ad Fortunatum citatis quibusdam ex Athanasio, Gregorius etiã, inquit, Sanctus episcopus Orientalis apertißimè dicit, Deum natura inuisibilem, quando patribus visus est, sicut Mosi, cum quo facie ad faciem loquebatur alicuius conspicabilis materiæ dispositione aßumpta salua sua inuisibilitate videri potuiße, citat postea Ambrosium.

Idem lib. 1. contra Iulianum Pelagianum non longè ab initio, de peccato originali post citatos Occidentis Episcopos, sic de Gregorio Nazianzeno, quem primũ inter Orientis Episcopos nominat: Sed non tibi derit magni nominis & fama celeberrima illustris Episcopus de partibus Orientis, cuius eloquia ingentis meritò gratiæ etiam in Latinam linguam translata vsquequaque claruerunt. Sedeat ergo cum istis patribus (Latinis scilicet) etiam sanctus Gregorius, & cum eis tuæ criminationis inanem patiatur inuidiam, dũ tamen cum eis contra nouitiam pestem, medicinalem & ipse proferat sententiã. Audi ergo quid dicat, Imago, inquit, Dei labem corporeæ inundationis expurget, & coniunctam sibi carnem Verbi Dei subd

Universidad de Deusto
Biblioteca

VENERANDO AC RELI-

GIO. P. ET D. DOCTISSIMO PATRI FRANCISCO MARINO MONTIVM CARMELI,

Priori vigilantißimo, ſuo P. Plurimum obſeruando F. Hercules Patbrueſius.

S. D.

NAE illi haud mecum ſentiunt, qui in ſcribendo colligend oque indice, aut inutilem, aut puerilem operam collocari exiſtimant. Quid enim viros longè doctiſsimos putas adduxit, vt non æſtimandis laboribus, ſudoribusque, in præſtantiſsimum quemque authorem, atque adeò Eccleſiæ catholicæ Doctores ſanctiſsimos, Indices conſcriberent. Si nullam hinc ad Lectorem deriuari vtilitatem perſuaſum habuiſſent, Non arbitror ſanè viros longè prudentiſsimos, vsque adeò deſipere vt ſeſe inutili cupiant labore conficere, niſi ſtudioſorum vtilitatem ſibi tanquam ſcopum præſtitutum haberent, ad quam omnes ſuos labores ſudoresque collimarent. Ego verò adduci non poſſum vt credam, quenquam vſqueadeo mentis inopem eſſe, qui non malit rectà & per compendium ad deſtinatam pertingere metam: quàm multis ambagibus viarumq; anfractibus, vix tandem quod quærebat aſſequi. Sed neq; viros illos longè illuſtriſsimos, eruditione non vulgari præſtantes, puerili arbitror labore voluiſſe optimas horas perdere, quas in res præclaras, ſuaque eruditione dignas, Summa cum laude inſumere potuiſſent. Pueris profectò ſuis ac rudibus diſcipulis, Laborem hunc commendaſſent, niſi eorum humeros illi oneri impares eſſe iudicaſſent. Nam, niſi mea me fallit opinio, non minoris negotij fuerit noua cudere, quàm de aliorum præſertim veterum Scriptis iudicare, & ea quæ ab illis copioſiſſimè dicta ſunt, tribus verbis comprehendere. Atque hæc in Zoilos, carpendi libidine ardentes ſint dicta: Aequi enim rerum æſtimatores, non poterunt, non probare, quicquid tandem ſtudioſorum conatum promouet. Quum itaque iuuandis Studioſorum ingenijs natus Ioannes Birckmannus, felicis Coloniæ Agrippinæ Typographus, ſuis ſumptibus decreuiſſet excudere, verè magni illius Diui Gregorij Nazianzeni Epiſcopi opera omnia, nuper à. R. P. Iacobo Billio Abbate longè doctiſsimo, in latinum ſermonem conuerſa, doctiſsimisque Scholijs illuſtrata, rogauit me, vt indicē ſuæ æditioni conuenientem, colligerem. Atqui hunc laborem vt humeris meis imparem, amoliri conatus ſum, verum quum finem rogandi non faceret, donec perpuliſſet, in eo colligendo, quàm fieri potuit accuratiſsimè incubuimus, vt quàm emendatiſsimus exiret. Verùm hic beneuolo lectori ſuum permitto iudicium. Quid autem in hac vltima editione præſtitum ſit, facilè iudicabit, qui vel poſtremam editionem Lutetiæ excuſam, cum hac conferre volet. Nam præter errata paſsim irrepentia vt plurimum caſtigata, ijſque quæ varijs locis deſiderabātur ſuppletis ac reſtitutis, etiam quædam acceſſerunt eiusdem D. Gregorij Poëmata, quæ vel in ſuperiore editione deſiderabantur, aut libera tantum ac ſoluta oratione expreſſa erant, quemadmodum ex proxime ſequenti indice, ſeu Catalogo operum, meridiana Luce clarius euadet. Indicem prouerbiorum huic ſubiecimus, tertium vero qui rerum ac verborum eſt, fini adſcripſimus libri. Hunc itaque noſtrum qualemcunque laborem, tibi Marine doctiſsime nuncupare viſum eſt, vt à nobis manu miſſus in tuam tutelam tranſeat, eumque aduerſus importunas illas rabulas tuearis ac defendas. Hoc vt faciam tua me in primis probitas atque eruditio compellit, tum illa quæ inter nos à puero interceſsit neceſsitudo cogit, nimirum quos eadem Studia, idem vitæ inſtitutum, eadem domus, eadem denique menſa, nodo quodam Herculeo conſtrinxit, quanquam tu nunc in editiorem Speculam ſublatus, nos humi adhuc repentes deſpicias. Accipe itaque Beneuolo animo D. illum Gregorium Monachum, Monachus, Epiſcopum, Speculator Domus Dei, atque ex illo vitæ monaſticæ præcepta celeberrima, tanquàm ex amœniſsimo quodam horto decerpe, & veram Philoſophiam, hoc eſt vitæ religioſæ inſtitutum, longè ab huius temporis monachiſmo abhorrens aſſequeris. Vale.

Coloniæ Agrippinæ 6. Idus Maij.

1 5 7 0.

T. P. addictiſsimus confrater, Hercules Patbrueſius Carmelita Augienſis.

INDEX

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX EORVM QVAE
GREGORII NAZIANZENI OPERIBVS
continentur, numeris paginarum adscriptis, ex quibus, quota pagina quisq; tractatus continuò reperiatur, Lector cognoscere queat.

Apologeticus, in quo rationem reddit, cur in Pontum fugerit, rursuq; Nazianzum redierit, postquam presbyter creatus est. In quo, quæ sacerdotij professio sit, docet, & qualem Episcopum esse oporteat. Fol. 1.
Apologeticus ad eos, qui ipsum primùm accuserant, nec postea occurrerant. 30
Apologeticus ad eosdem, postea quam ex fuga rediisset. 33
Oratio ad Gregorium Episcopum Nyssenum Basilij Magni fratrem, cùm postridie illius divi, quo Episcopus creatus fuerat, venisset. 35
Apologeticus ad patrem suum Gregorium, præsente Basilio Magno, postea quam Episcopus Sasimorum creatus est. 39
Oratio ad patrem, cùm ei curam Ecclesiæ Nazianzenæ commisisset. 40
De suis sermonibus, & ad Iulianum tributorum exæquatorem, oratio. 43
Funebris oratio in laudem Cæsarij fratris, superstitibus adhuc parentibus habita. 51
In laudem sororis suæ Gorgoniæ oratio. 62
De pace, post reconciliationem Monachorum, oratio prima, præsente patre habita. 71
De pace oratio secunda. 81
De pace oratio tertia. 79
In plagam grandinis oratio. 85
Oratio de pauperum amore. 97
Oratio partim funebris in laudem patris sui mortui, partim consolatoria ad Matrem Nonnam, habita præsente Basilio. 113
In laudem diui Cypriani Martyris oratio. 131
Funebris oratio in laudem Basilij Magni Cæsariensis Archiepiscopi. 141
Oratio ad ciues Nazianzenos graui timore perculsos. 177
De laudibus Athanasij Magni Archiepiscopi Alexandrini, oratio. 182
Oratio de Machabæis. 198
In laudem Heronis Philosophi ab exilio redeuntis, oratio. 206
Ad Arianos, & de seipso, oratio. 216
Oratio de moderatione in disputationibus seruanda, & quod nondum cuiusuis hominis, nec cuiusuis temporis de Deo disputare. 223
De dogmate & statu Episcoporum, oratio. 235
Oratio in AEgyptiorum Episcoporum appulsu. 239
Oratio de seipso, & ad eos, qui ipsum cathedræ Constantinopolitanam affectare dicebant, & de populi alacritate, quam erga eum ostenderat. 244
Oratio, cùm post ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in vrbem redijsset. 249
Oratio in præsentia 150. Episcoporum habita. 257
In electionem Doarensium, homilia Eulalio Episcopo edita. 275
Ad virginem exhortatio. 276
In dictum illud Euangelij, Cùm consummasset Iesus hos sermones, &c. 278
Ad Euagrium monachum de Diuinitate. 286
Oratio 1. de Theologia aduersus Eunomianos, 288
De Theologia oratio secunda. 293
Oratio prima de Filio, quæ tertia est de Theologia. 306
Orat. 2. de Filio, quæ quarta est de Theologia. 315
Oratio de Spiritu sancto, quæ quinta & postrema est de Theologia. 325
In Christi natiuitatem, oratio panegyrica. 332
In sancta Lumina, oratio panegyrica. 353
In sanctum Baptisma, oratio panegyrica. 374
Oratio in Pascha, & in tarditatem. 419
Oratio secunda in pascha. 427
In nouam Dominicam oratio. 489
In sanctam Pentecosten oratio. 504
Ad Nectarium Constantinopolitanum Episcopũ. 531
Significatio in Ezechielem. 532
Metaphrasis, seu translatio in Ecclesiasten. 534
Aduersus Iulianum imperatorem, inuectiua prima. 544
Oratio secunda in Iulianum. 592
Ad Cledonium presbyterum aduersus Apollinarium epistola prima. 632
Ad eundem epistola secunda. 638
Tractatus de Fide, Ruffino presbytero interprete. 641
Tractatus de Fide Nicena, eodem Ruffino interprete. 650
Epistola. 651
Christus patiens, Tragedia à Cl. Roilleto versibus Latinis expositа. 696
De rebus suis carmina, quibus nos ad piam vitam & Christo dignam occultè cohortatur. 724

Conqueritur de suis calamitatibus 733
Aerumnas suas luget, Christumque obsecrat, vt sibi vitæ finem afferat. 734
De huius vitæ vanitate atque incertitudine, communique omnium fine. 735
Ad seipsum per interrogationem & responsionẽ. 736
Aduersus diabolum. 736
Se hortatur vt ad Deum mentẽ conuertat. 736
Carmen lugubre pro sua anima. 737
Mosis decalogus. ibid.
De duodecim Patriarchis. ibid.
De Christi Genealogia. ibid.
Miracula Christi secundum Matthæum. 739
Christi parabolæ &ænigmata secundũ Matth. 740
Christi miracula secundum Marcum. 740
Christi miracula secundum Lucam. ibid.
Parabolæ secundum Lucam. 741
Christi miracula secundum Ioannem. ibid.
Parabolæ quatuor euangelistarum. ibid.
Carmen Virginitatu. 743
Præcepta ad virgines. 752
Animæ suæ calamitates deplorat. 766
Insomnium de Anastasiæ ecclesia, quam ipse Constãtinopoli fixit. 771
De vitæ differentijs, & contra falsos sacerdotes. 772.
Ad episcopos. 774
Ad Constantinopolitanos sacerdotes, & vrbem ipsam. 778
De humana natura. 779
De vitæ itineribus. 781
De externi hominis vilitate. 782
Diuersorum vitæ generum beatitudines. 785
Iusiurandum Gregorij, vel potius votum iurisiurandi forma conceptum. 786
Aduersus carnem. 787
Diabolũ à se auertit, Christique opẽ implorat. 787
Lamentatio. 788
Ad suum animum. ibid.
De humanæ naturæ fragilitate. ibidem
Gregorij Dei desiderio æstuantis carmen. 789
Lamentationes. ibid.
Carmen supplex. ibid.
Epitaphium, & compendium vitæ Gregorij. 790
Pœnitentis carmen & exhortantis. ibid.
Aduersus diabolum. ibid.
De veris ac genuinis scripturæ diuinitus inspiratæ libris. ibid.
Aegypti plagæ. 791
De duodecim Apostolis. ibid.
Ad Monachos cœnobitas. ibid.
Ad Hellenium, de Monachis exhortatorium carmẽ. 792
Ad Iulianum. 797
Ad Nicobulum patrem, Nicobuli filij nomine. 798
Nicobuli ad Filium. 802
Ad Vitalianum filiorum ipsius nomine. 807
In nobilem malè moratum. 813
Gregorij peregrè profecturi oratio ad Christum. 814
In quadragesimi ieiunij silentium. 815
Hymni ad Christum post silentium die Paschæ habiti. 818
Paræneticum carmen ad Olympiadem. 819
De seipso, postquam Constantinopoli in patriam redijsset. 822
De seipso 823
In Monachos hypocritas. 826
In morbum. 827
Ad Nemesium. 829
Sententiæ distichis versibus comprehensæ. 836
Aduersus mulieres ambitiosius sese ornantes & excolentes. 838
Basilij Magni Epitaphi. 845
Sententiæ distichis elegiacis comprehensæ. 846
Sententiæ tetrastichis versibus constantes. 849

Sequentia in Parisiensi postrema editione desiderantur, nos ea omnia quæ Gregorij Nazianzeni reperimus adiecimus.

Monasticæ Gregorij 854
Odæ Græcè & Latinè 855
Ad Episcopos grauiu obiurgatio carmen 860
Epigrammata spiritualia, quorum tituli ex ordine sequuntur. 864.
In militia Christiana. ibid.
Lucta Spiritus & carnis. ibid.
Aspiratio ad Deum. ibid.
Vitæ humanæ æruma: & extremum moriẽtis Gregorij pro posteritate Votum. ibid.
Adaubiratio, morine an viuere præstet. ibid.
In Christo conquiescendum. ibid.
Signaculum crucis. ibid.
Mortificatio carnis. ibid.
Summum bonum Christiani, Christus: ibid.
Querela de æruminis vitæ, & peccati inquietudine. ibid.
Vitæ præsentis vanitas, & sancta ad Deum migratio. 865.
Notio & visio sanctæ Trinitatis, æterna est beatitudo. ibidem.
Supplicatio pro facili per hanc vitam ad Deum & cælestem patriam migratione. ibid.
Pœnitentia in vltimo vitæ actu. ibid.
Vitæ præsentis vanitas. ibid.
Maligni dæmonis repulsio. ibid.
Morituri in cælum migratio. ibid.
Mundi valedictio. ibid.
Sententiarum spiritualium libelli tres quorum materia sequuntur. 866.
Vita duplex, actionis & contemplationis. ibid.
Tantum expiati de rebus spiritualibus querant. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non facile quiduis credendum, aut arguendum. ibid.
Deo obsecundandum. ibid.
Turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum. ibid.
Episcopi & præsides sint oculati. ibid.
Præstat bene facere, quàm dicere. ibid.
Oblatio Deo accepta. ibid.
Nihil Deo vouendum. ibid.
Vita nostra mercatus est. ibid.
Vitæ Christianæ stadium. ibid.
Nec confidendum nimis, nec desperandum. ibidem.
Cursu virtutis tenendus. ibid.
Vel minima peccandi occasio fugienda. ibid.
Nosce teipsum. ibid.
Benefacta diuitijs præstant. ibid.
Pietati studendum, ibid.
Lingua frenanda. ibid.
Fuga tentationis per visum. ibid.
Auditu non abutendum. ibid.
Reliquis item sensibus imperandum. ibid.
Ventris coercio. ibid.
Risus risu dignus. ibid.
Vera forma, & deformitas, ibid.
Contemptus rerum fluxarum. ibid.
Vis bonorum operum, ibid.
Eorundem summissio. ibid.
Contra vanam gloriam & simulationem ibid.
Laudatus ne efferaris. ibid.
Alium ne temerè laudes. ibid.
Ne aliorum obtrectationibus delecteris. ibid.
Fortunæ alterius non insultandum. ibid.
Melior est conscientia bona in aduersis, quàm metus iudicij in prosperis. ibid.
Eleemosynæ modus. ibid.
Eleemosyna retributio. ibid.
Quod quisque ius in pauperem statuit, id à Christo feret. ibid.
Paupertas pia, & secura. ibid.
Pauperes fouendi. ibid.
Paupertas diuitijs iniquis præstantior. ibid.
Seruus pro conserno habendus. ibid.
Serui fideliter seruiant. ibid.
Vera nobilitas. ibid.
Cœlestia cupidissimè expetenda. ibid.
Cæteris moderatè cauendum. ibid.
Contra pertinax vincendi studium. ibid.
Iactura fortunarum quandoque lucrosa. 868
Noxa proximo remittenda. ibid.
In iniurijs ferendis, passionis Christi memineris.
Castigatione corporis vitijs medendum. ibid.
Omnino non iurandum. ibid.
Compendium legis charitas, & Christi passio. Nil ego contulerim iucundo sanus amico. ibidem.
Amicitiæ immortales, inimicitiæ mortales sunt. ibid.
Nil inconsultò agendum ibid.
Boni malorum obtrectationem non metuunt. ibidem.
Turpe quid ausurus, te sine teste time. ibid.
Cum bonis ambula. ibid.
Commoditas ex inimico capienda. ibid.
Inimici patientia frangendi atque corrigendi. ibid.
Benignitatis lex. ibid.
Nobis ipsis, non diabolo, peccati culpam adscribamus. ibid.
Somnia ne cures. ibid.
Spes bona in rebus omnibus. ibid.
Doctrina & prudentia nihil certius & præstantius. ibid.
Declina à malo, & fac bonum. ibid.
Procliuis ad perniciem via. ibid.
Senex sit sapiens: ibid.
Iuuenis fortis & temperans. ibid.
Salus cuique sua operanda. ibid.
Vigilandum. ibid.
Diuitijs præstat prudentia. 869
Duplex Dei negatio. ibid.
Matura pœnitentia. ibid.
Principij boni finis bonus. ibid.
Principium simul & finis bonis vitæ est purificatio. ibid.
Contra magniloquentiam. ibid.
Contra abusum scientiæ. ibid.
Aduersis inanem gloriam. ibid.
Cursus bonorum operum tenendus. ibid.
Contra risum, iram, vaniloquentiam. ibid.
Deum time. ibid.
Honora parentes, sacerdotes, senes. ibid.
Liberi cum parentibus iure manum non conserãt. ibid.
Quod tibi factum nolis, alteri ne feceris. ibidem.
Iusta in malos animaduersio. ibid.
Lingua sapientis. ibidem
Lingua stulti. ibid.
Oratio concinna. ibid.
Oratio inepta. ibid.
Fortunæ amici. ibid.
Temperantia. ibid.
Crapula. ibid.
In vino luxuria. ibid.
Pinguis venter sensum acrem reijcit. ibidem
Mensa frugi. ibid.
Stulti sibijpsis videntur diuites. ibid.
Orbitas stultis liberis præferenda. ibid.
Pastor nimium mulgens, elicit sanguinem. ibid.
Contra turbatores ordinis. ibid.
Ordo seruandus. ibid.
Contra eosdem. ibid.
Commune hominum sepulchrum terra. 870
Legum obseruatio timore caret. ibid.
Sapientia ærumnas vitat. ibid.
In via virtutis persistendum ibid.
Prudentia non reformidat ærumnas. ibid.
Timidi negociorum vmbras metuunt. ibid.
Pauper ditiori donans. ibid.
Orator bonus & malus. ibid.
Deus pupillorum vindex. ibid.
Sententiæ magis quàm verba legum spectanda. ibid.
Pauperes humilia cogitant, ibid.
Etiam stulti quandoque admoniti sapiunt. ibid.
Vis castigationis durioris.
Iusiurandum nec offerendum, nec accipiendum. ibid.
Thesaurus sempiternus parandus. ibid.
Diuitiarum contemptus. ibid.
Pudor fœminas decet. ibid.
Voluptas momentanea. ibid.
Valetudo corporis. ibid.
Inaniloquentia. ibid.
Donis etiam sapientes capiuntur. ibid.
Spiritus tristis exsiccat ossa. ibid.
Ministræ vitiorum diuitiæ. ibid.
Nil amico fido conferendum. ibid
Ordinis virtus. ibid.
Curæ cor & ossa exedunt. ibid.
In satietate est intemperantia. ibid.
Vinum mentis deliquium affert. ibid.
Iudiciorum metus multos in officio continet. ibid.
Afflictio non addenda afflicto. ibid.
Alijs metuentes, ipsi quandoque periclitantur. ibid.
Ad sempiternam gloriam aspirandum. ibid.
Pessimus consiliarius ira. ibid.
Fœmina mala. 871
Respice finem. ibid.
Mali corui, malum ouum. ibid.
Eiusdem sententiæ. ibid.
Ornamenta virtutis. ibid.
Commiseratio pauperum. ibid.
Benedictio Domini ditat. ibid.
Lex Rhadamanthina talionis. ibid.
Strenuorum tantùm est gloria. ibid.
Somnolentorum propria sunt somnia. ibid.
Vi rebelles cohibentur. ibid.
Belua multorum capitum vulgus. ibid.
Iustum & ociosum opus. ibid.
Munerum corruptela. ibid.
Pax mundana. ibid.
Amicus. ibid.
Inimicus. ibid.
Expedita huius vitæ nauigatio. ibid.
Meditatio mortis leuem mortem efficit. ibid.
Mens veluti templum Deo consecranda. ibid.
Nosce teipsum. ibid.
Mens firma volubilitati vitæ non subiacet. ibid.
Rebus fluxis non fidendum. ibid.
Idem est vel verbis vel factis errare. ibid.
A sacris profani absint. ibid.
Non cuiuslibet mortui cineres colendi. ibid.
Virtutis viæ insistendum. ibid
In via peccatorum non stadum. ibid.
Vitiorum exitium non cernens, etiam cernens cæcus est. ibid.
Vestigia diaboli acutissimi tantum vident. ibid.
Aegrotus morbum suum non celet. 872
Præstat bene viuere, quam bene dicere. ibid.
Ocia dant vitia. ibid.
Thesaurus cœlestis. ibid.
Diuitiæ fluxæ. ibid.
Præter virtutem nihil humana vita dignum. ibid.
Fides vera. ibid.
Fides fucata. ibid.
Virtus in mediocritate consistit. ibid.
Audacia prudentia temperanda. ibid.
Meditatio legis. ibid.
Et diuini iuris consultus. ibid
Malis placere, boni est displicere. ibid.
Malos ne laudaueris. ibid.
Explorant aduersa pios. ibid.
Parentes negans, tanto Deum magis negabit. ibid.
Posessio optima est nomen bonum. ibid.
Aduenis & mortuis parcendum. ibid.
Ad vitam cœlestem aspirandum. ibid.
Ad bona opera accedat sanctæ Trinitatis contemplatio. ibid.
Vita humana. ibid.
Vita Christiana. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROVERBIORVM QVI-BVS IN HOC OPERE VTITVR D. GREgorius Index in ordinem Alphabeti redactus.

In hoc indice vt in tertio fini libri adiecto, admonendus est mihi studiosus Lector vt numerorum rationem habeat. Primus itaq; numerus paginam indicabit: Secundus verò paginæ, primam vel secundam columnam. Vbi verò per columnas ob Scholia incidentia commodè distingui non potuit, Secundus numerus priorem paginæ partem, vel posteriorem ostendet. Porrò vbi Scholiorum nota fuerit adiecta, cum supradicto numero secũdo id in Scholys priore, vel posteriore parte paginæ, quærendum esse designabit. Quum verò plures numeri notam Scholiorum sequentur ad Billy Scholia recurrendum erit quæ talem numerum proposítum habebunt. Hoc studiosum Lectorem scire volebamus.

A.

Ab ipsis vnguiculis. Fol. 389. Col. 2
Ab orationis scopo aliena fore: Magu persicum est Græcum Adagium ἔξω σκοπὸν βαλλειν τὸν λόγον. 144.2.
Ab vmbra statuã laudare. Leonẽ ab vnguicul. 64.1.
Adamante durior. 817.1.
Ad coruos proijcere. 826.1.
Ad Lydium currum currere. 148.2.
Ad metam, seu curriculum, orationẽ reducere, 148.2
Adonidis hortus, Polypi color, Epistolæ in aquis scriptæ. 839.2.
Aduersus habentem pugna oritur. 388.2.
Æqualia prælij capita. 170. Schol.26.
Alare incipe. 659.2.
Alijs velle mederi cum ipsi vulneribus scateam. 5.2.
Alio itinere, ad idem diuersorium ferri. 517.2.
Altera manu caput demulcere, altera ferire. 662.2.
Altera manu trahere, altera repellere. 849.2.
Amoris cestus. 573.1. & 841.1.
Anserum & gruum consilia. 773.2.
Ante lanuginem senes docere. 368.2.
Aranearum fila. 212.2.
Aranearum telis infirmiores illaqueare. 291.1.
Arca apud Philistæos. 261.2.
Arenam in pretio habere, & mundi lumina contumelijs afficere, conchas aggerere, & margaritas contemnere. 216.1.
Asinas quærens, regnum inueni. 145.1.
Asinus molarius, equi fastum habens. 814.2.
Atblanticum pelagus, ne huic quidem sufficiet. 119.2
Aurea ferro commutare. 754.2.
Aurum in arena nascitur, gemma in petris. 219.2.

B.

Bibunt vt sitiant. In auaros. 254.2.
Bis ad eundem lapidem impingere. 658.2.
Briareï manus imijcere. 115.1. & 118.1.

C.

Cadauere imbecillior. 787.2.
Calluo cum ariete non est arietandum. 683.2.
Calypsus insula. 653.1.
Carbones adhuc molesti sunt etiamsi flammam effugerimus. 246.1.
Cercopum cœtus. 774. Schol.11.
Ciatho mare metiri. 303.1.
Cicadæ non solo rore viuunt. 657.2.
Cleanthaus labor. 581.Schol.60.
Coccum cùm seminasem spicas collegi. 74.1.
Cœno oblitus, guttulas obseruas. 831.2.
Comice se gerere potest qui Tragicè habet. 682.2.
Confertis manibus tenere. 264.1.
Contra torrentem ne nitare. 685.2.
Cor pane fulcire sufficit, obsonia copiosis relinquantur. 231.1.
Crabrones contra fidem excitare. 291.1.
Cum nauigantibus nauigandum est. 572.1.
Cùm satis amplæ sunt opes, virtus colenda. 684.1.
Cupidis dies vna vitæ instar est. 131.1. & 138.Schol.
Cygni cantabunt cum graculi tacuerint. 651.2.

D.

Deformibus literis elegantes cœnoq; vnguentum admiscere. 289.1.
Depulso cœno margaritam fundere, ab arena aurum, à spina rosam, ab aristis relictâ stipula triticum legere. 819.1.
Deformis cum sit etiã danaëm præse cõtẽnit. 840.2.

E.

Echeto & Phalaride crudelior. 566.1.
Eiusdem sodalicij sunt, Græ. melius τῆς αὐτῆς φατρίας. 218.1.
Elephante latior. 837.1
Epicuri atomis absurdiora. 295.2
Etiamsi non protinus admisso scelere. græca est prouerbialis locutio, παρὰ ποδὰς ἐπάγειν τὸ δίκημα. 105.1
Ex paruo igniculo, ingentẽ flãmam attollere. 833.2

F.

Fabula factus sum. 661.1
Fabulosa fortunata. 657.2
Figlinam in dolio addiscere. 12.1
Figulus, figulum odit. 677.1
Firmior saxo, purior auro. 754.2
Flãmæ materia quid opus est, vt belluæ copiosiori alimento? In delicate viuentes. 804.2
Fœtido vasculo nõ committendũ vnguentum. 549.1
Foliorum strepitus, lepores exterrent. 846.1
Fons, magnum fluuium parturiens, non est obstruendus. 801.1
Forceps propter currum sit. 264.1
Fortunatorum insula. 654.2
Frigidã aspergere. 211.2
Frontem aperte perfricare. 7.1

G.

Graculi sunt & aquilarum volatum explorãt. 689.2
Graculus graculo adsidet. 678.1
Gutta assidue cadens lapidem cauat. 117.1
Guttulis aquæ petere: ventũ ferire: aut insomnijs ludere. 256.1
Gygis annulus. 567.1

H.

Hec mea nauigatio est tu aliã si voles inito. 817.1.
Heri & nudiustertius. 783.1.
Hyeme intempestiui sunt flores. 289.1.
Hircũ mulgens nil nisi sanguinem exprimet. 846.2.
Hominum alij motus sunt, aliæ simiarum imitationes. 571.2.
Hosti gladium porrigere: aut torrenti viam ad segetes aperire. 840.1.

I.

Id solũ quod ante pedes est optimum censere. 780.2.
Illotis manibus prophanisq; in sanctã se inferre. 4.2.
In Beatam iacere. 572.1.& 587.Scol.22.
In Cynosarges relegare. 570.1.
Infra Aquilã volare gloriosius est, quàm supra alaudas. 799.2.
In medijs fontibus, sitis excruciatu vexari. 395. 2.
In montis radicibus versantur, à vertice remoti adhuc fretum traijcimus Oceano relicto. 163.1.
In morbũ relabi, & ad vomitũ suum reuerti. 77.2.
Inter Graculos excellere ne sustineas cum Aquila esse posse. 686.1.
Interne Hecubam externe Helenam refers. 839.1.
In vinea quoque spina nascitur. 186.1.

L.

Leoninæ pelli vulpinã, aut Minoïs laruam summæ iustitiæ prætexere. 362.2.
Lotophagorum paupertas, & Alcinoï mensa. 655.1.
Lucifer splendore non eget. 694.2
Luti patres. 801.2.
Luto, lutum purgare. 211.2.
Luto margaritã, imbecillæ auri tonitruũ, solem infirmis oculis, lactentibus solidum cibum commutere. 515.1.

M.

Magno lumine, paruam domum illustrare: aut virilibus armis, puerile corpus obtegere. 21.2.
Malorum magistrorum, mala doctrina: malorum seminum mala seges. 337.1.
Malũ malo extrudere, insaniã insania sanare. 134.2
Manibus gerere. 809.2.
Manibus vinctis linguam armare. 290.2.
Manus manu eget, pes pede. 851.2.668.1
Manum suam ad os ponere. 126.2.& 131.Scol.
Mare aqua non eget. 665.1.
Mare fluminum aquis non eget. 143.2.
Maxima mens ictus non timet. 846.2.
Melampus & Proteus. de Incõstantibus. 563.1.
Miserum est cùm manna præterierit cibum appetere. 396.1.
Morsus à serpente, non alloquitur nisi morsos à serpente. 727.1.
Modus optimus. 160.2.
Mulge lac & erit butyrum. 280.2.

N.

Nauigationem secundam inire. 298.1.
Nauis vestigia aquis impressa. 260.2.
Ne à decem quidem emotus fuisset. 121.1.
Ne ignifer quidem illi calamitate superfuit 569.2.
Nudo capite in omne flagitium prorumpere. 7.1.

O.

Orci galea & Gygis annulus. 567.1.
Organo paruores magnas moliri. 300.2.

P.

Penelopes tela. 839.1.
Per cœnum ad vrbem ducere, aut per Saxa & scopulos ad portum contendere. 573.2
Per Scyllaos scopulos & Charybdim Ithacam nauigare. 831.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pestis etiam robustissima corpora inuadit. 805.2.
Pictor plus penicillo quàm sermone docet. 849.2.
Platonis legibus frigidiora. 213.Schol..8.
Plumbeum ensem argentea vagina condere. 800.2.
Portus tempestate iactatorum, sunt ægrotantium pharmaca. 678.2.
Post cladem auxilium. post tempestatem gubernator. post cicatricem medicina. 35.2.
Post festum accedere. 132.1.& 138.Schol.
Priusquam lanuginem primam abiecerimus, puerilique more balbutire desierimus. 12.2.
Procul à meta cursitare. 9.1.
Procul extra metam ferri. 289.2.
Pro tritico egrediatur mihi vrtica. pro hordeo rubus. 102.2.
Pudor in oculis. 772.1.
Purpuream vestem cœnum non decet. 816.1.

Q.

Qualia dixeris, talia audies. 684.1.
Quandiu calet ferrum, frigida obduretur. 397.1.
Qui equitandi artem didicerit, ne cantet. 685.2.
Quid palea cum tritico? 36.2.
Quid pdeit Simia, si leo existimetur? 850.2.& 867.1.
Qui silet consentit. 82.1.
Quis Mercurius Logius hoc tibi in mentem immisit? 569.1.

R.

Radentem vicissim radere nil prohibet. 684.1.
Relicto capite ad pedes accurrere, præterito Aarone Eleazarum in medium producere. 85.1.
Remigationem ad puppim conuertere. 147.1.
Rerum humanarum alia forma, aliaq; gubernatio. Græcè paræmia illustrior est Ετέρα τύπα καὶ ἀγωγὴ ἑτέρας. 107.1.
Res in nouacula acie sita est. 124.2.& 203.2.

S.

Salsam aquam dulci admiscere. 158.2.
Sapientes vno die exorti, Græcè ἀνθημερίνοι σόφοι. 235.1.
Saul inter Prophetas. 4.2.& 39.2.
Sed hæc in profundum maris cadant. 809.2.
Sementi spica adscribi debet. 808.1.
Semina in petras fundere, & in aures surdorum loqui. 13.1.
Siculis scopulis onus grauius. 827.1.
Simiam auro adornare nihil refert. 800.2.
Simul cum ossa & furfuribus. 104.2.
Sine ære Phœbus non diuinat. 574.2.
Sinon flamma, fumi certè particeps. 189.1.
Splendidæ vestis, luculentiores sunt sordes. 282.1.
Spontaneis pedibus accurrere. Græ. ἀυτομάτοις ποσοί. 250.2.
Statua ad omnes transeuntes sese obuertens communis vtriusq; pedis cothurnus, cribratio ad omnẽ ventum. 188.2.
Statuæ in vmbris, Echûs vox resonabilis. 167.1.
Stimula equum ad carceres. 342.1.& 453.1.
Sua se manu vulnerare. 807.1.

T.

Tantalica vita. 645.2.
Tragœdiæ actores alij erant: manus tamen Absalonis cum illis erat. 186.2.

V.

Velut ex composito. 146.1.
Vento secundo nauigans naufragium time. 384.2.
Vento secundo nauigare. 106.1.
Vestẽ hîstiæus consuit, sed induit Aristagoras. 596.2. 1. & Fol. 628. Schol. 10.
Via regia incedere. 9.1.
Virtus laudata crescit. 141.2.
Vita non vitalis. 323.1.
Vltra Gades nauigare. 149.2.
Vna hirundo non facit ver; nec linea vna Geometram: nec vna nauigatio nautam. 368.2.
Vtroq; poplite claudicare. 500.1.
Vulneribus confectus, vibices alijs obijcis, fœdissimè corruens, offendicula alijs exprobras; totus cœno oblitus, aliorum maculis delectaris. 81.1.
Vulpinam pellem aut Leoninam asseuere. 771 Schol.2.

RE-

DE VITA ET LAVDE GREGORII EX TRITENHEMII ABBATIS SPANHEMENSIS Cathalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

GRegorius ex Monacho Episcopus Nazianzenus, vir tantæ doctrinæ integritatis & eloquentiæ, vt nec aduersarij quidem eius his quæ ab illo dicebantur vllatenus contradicere auderent, ita vt ad confirmationem authoritatis Gregorium tantum aliquid dixisse sufficeret. Hic monasticæ conuersationis cultor & amator, cum propter excellentiam doctrinæ & vitæ sanctitatem ad Episcopatum vocaretur, fugiens se abscondit, malens abiectus esse in domo Domini, quam in turba honoribus caducis extolli. Sed omnipotens Deus noluit tam clarum iubar sub modio præfatæ conuersationis abscondi, quod ad multorum salutem potuit extendi. Inuentus ergo diuino indicio, ad sedem Episcopalem à populo ducitur, moxq; in fugæ suæ excusationem solennis homilia dictatur, in qua ars artium animarum regimen esse ostenditur. Hic ob insignem doctrinam & vitæ sanctitatem Gregorius magnus ante beatum Papam eiusdem vocabuli dicebatur. Scripsit autem Græco sermone plura opuscula. De quibus extant subiecta.

De morte fratris Cæsarij.	li.1.	De Hieremia põtifice imperatore.	li.1.
De laude Cypriani mar.	li.1.	De reconciliatione Monachi.	li.1.
De laude Athanasij Episcopi.	li.1.	De grandinis vastatione.	li.1.
De Spiritu sancto.	li.1.	Contra Eunomium.	li.2.
Apologetici cum fugisset.	li.2.	De laude Maximi Philosophi.	li.1.
De natiuitate Domini.	li.1.	In eundem vituperationis.	li.1.
De secundis Epiphanijs.	li.1.	De virginitate, hexametro.	li.1.
De Spiritu sancto in die Pente.	li.1.	Contra Iulianum apostatam.	li.1.
In semetipsum de agro regres.	li.1.		

Sermones & homilias plures ædidit, & de diuersis materijs varios tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt. Tandem senio confectus, cum se ad regimen populi non posse amplius sufficere conspiceret, ordinato in locum suum alio Episcopo, ad derelictæ solitudinis studium remeauit Claruit sub Valentiniano & Theodosio. Anno Domini CCCXC.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI APOLOGETICVS. IN QVO RATIONEM REDDIT, CVR IN PONTVM FVGERIT, RVRSVSQ; Nazianzum redierit, postquam presbyter creatus est. In quo, quæ sacerdotij professio sit, docet, & qualem Episcopum esse oporteat.

ARGVMENTVM.

EXPOSITVRVS causas, cur episcopatu repudiato in Pontum fugerit, primùm ea, quæ ipsi obijci poterant, occupando depellit. Negat enim eam sibi defugiendi huius muneris causam extitisse, quòd leges diuinas aspernaretur, reijciendámque Ecclesiasticam præfecturam existimaret sine qua mancus & mutilus omnino futurus sit Christianismus: nec etiam quòd pinguiorem episcopatum ambiret. Deinde ad causas ipsas accedit, easque quatuor affert. Primam, quod præter opinionem ad episcopatum vocatus, ipsa rei nouitate perculsus sit. Alteram, quod solitariam vitam, è medioq; reductam semper adamarit. Tertiam, quod turpe & pudendum esse iudicarit illotis, vt aiunt, manibus sacrosanctum munus attingere. Quartam & postremam, quòd rei magnitudinem difficultatemque reformidarit. Atque in hoc loco, vt præcipuo totius orationis fundamento diutissimè cõmoratur. Primum enim ei, qui animarum curam susceptурus sit, maximè prouidendum esse ostendit, ne qua vitij labe sordeat, quod subditi multo facilius præfectorum vitia quam virtutes imitentur: Deinde non satis esse vt vitio careat, nisi etiam omni virtutum genere præcellat. Quod etiam ipsum vt sit assecutus, superesse tamen alteram partem, eamque maximè arduam & laboriosam, nimirum vt gregem rectè & peritè moderetur. Quod quò magis perspicuum faciat, animorum curam cum corporũ medicina confert, illamq; & materiæ natura, & artis facultate ac potentia, & actionis scopo præstantiorem hac, difficilioremq; esse demonstrat, inibique Christi beneficia hominibus collata per occasionem exponit. Mox ostendit, quam dispares sint hominum mores, quam diuersa vitæ instituta, quam dissimiles affectus: ex eoq; colligit, quanti sit negocij appositam cuiq; morbo medicinam adhibere. Huc adiungit, quantum laboris ei incumbat, qui publicè cõcionari, ac de rebus diuinis philosophari constituit, ac præsertim de sublimi Trinitatis mysterio, quod etiam per digressionem explicat. Id probatum à concionatorum persona, qui vel mente minus collustrati, vel dicendi facultate nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

satis instructi res tantas pro dignitate explicare nequeunt: tum ab auditorum, qui minus facili aure docentis verba excipiunt, imo etiam iis refragantur, siue pietatis Zelo siue honoris inanisque gloriæ cupiditate, siue imperitia & temeritate, siue omnium fidei dogmatum odio & detestatione. Ac tum id quod superius tractauerat eleganti similitudine retexens, quam varium & multiplicem in docendi ratione episcopum esse oporteat, ostendit. Ita demum collatione ab Hebræis ducta (qui certas ætates à nonnullorum scripturæ librorum lectione arcebant) eorum audaciam insectatur, qui nec vitæ probitate, nec vlla eruditione commendabiles, ad episcopatus temere prosiliunt. Atque huius rei indignitatem per collationem cum vilibus & sordidis artibus exaggerat, quarum scientia cum & longo tempore & multo labore quæratur: quid iis absurdius fingi potest, qui ad diuinam sapientiam adipiscendam voluntatem solam sufficere arbitrãtur? Hinc Paulum, eiusque in pascendo grege solertiam industriamque & sedulitatem exactissime describit, malosque antistites coloribus a scriptura petitis ex aduerso depingit. Porro non minoris periculi quam difficultatis hoc munus esse, Prophetarum testimoniis grauissimisque in sceleratos pastores comminationibus probat. Addit etiam, quam lõgè absit præsulum vulgus ab ea forma, quam Episcopis vel apostolus vel Christus ipse præscripsit. Et qua multi ambitionem suam sedisque primariæ cupiditatem quibusdam scripturæ locis fucare nitebantur, id circo hunc quoque scrupulum de medio submouet, docens ne extremam quidem ætatem nimis seram esse ad rem tantam agrediendam, quæ pro subiecto deum habeat cuius magnitudinem præstantiamque describit, vt eorum, qui Ecclesiis præesse gestiunt, temeritatem dominandique libidinem hac ratione compescat. Demum huius muneris difficultatem à temporis circunstantia amplificat, tristissimam sui temporis tragœdiam inanesque conflictationes oratione repræsentans, atque ob oculos ponens: quas quisquis legerit, miserrimæ deploratissimæque huius tempestatis imaginem ad viuum expressam inueniet. Postea multa veteris Testamenti exempla producit, ex iisque colligit, neminem tam arduam sublimemque prouinciam suscipiendam esse, nisi qui & vitam & eruditionem tanto muneri parem attulerit. Ita Apologiæ parte concluſa ad alteram transit causasque exponit, cur à Ponto redierit, Ecclesiæque clauum acceperit, Ac duas quidem primis breuiter perstringit, nimirum plebis Nazianzenæ erga se amorem, & parentum curam. In vltima est prolixior, Ait enim sibi metuendum visum esse, ne diutius repugnando atque oblatum episcopatum recusando, inobedientiæ contumaciæque noxam contraheret. Atq; hunc locum & Ionæ comparatione, & quibusdam scripturæ testimonijs confirmat. Ad extremum manus dat seq; totum Ecclesiastici muneris iugo submittit, & dei opem implorat.

VICTVS

Psal. 36.

VICTVS sum, idque agnosco, ingenueque fateor: subdidi me domino, & oraui eum. Libet enim à beatissimo Dauide initium dicendi facere vel ab eo potius, qui in Dauide locutus est, ac per eum etiamnũ loquitur: [2] quisquis enim vel orationem aliquam vel negocium auspicatur, non alium melioré commodioremque ordiné tenere potest, quam vt à Deo incipiat, & in Deo conquiescat. Causam porrò vel pristinæ meæ quietis ac pusillanimitatis, ob quam 3 elongaui fugiens, peregreque à vobis haud exiguo fortasse tempore, ijs vtique qui mei desiderio tenebantur, abfui, vel præsentis lenitatis ac mutationis, ob quam me totum rursus vobis tradidi, alij quidem aliam quampiam suspicentur atque exponant, prout nimirum vel odio mei, vel amore inflammantur, illi nequaqam culpa liberantes, hi contra factum meum mirificè comprobantes. Neque enim quicquam mortalibus tam suaue & iucundum est quã de rebus alienis garrire, idque præsertim, si vel beneuolentia quadam vel odio trahantur 4 quibus affectibus veritas vt plurimum labefactari ac surripi solet. Ego vero rem, vt se habet, in medium proferre non vereor, atque vtrique parti æquum me arbitrum præbebo, nempe & iis qui me accusandum censent, & iis qui prompto & alacri animo causæ meæ patrocinium suscipiunt, eam videlicet rationem tenens, vt partim meipsum accusem, partim etiam purgem atque defendam. Atque vt recto itinere nostra progrediatur oratio, de timiditate, quia prior extitit, priori quoque loco differemus. Neque enim ferre possum nonnullos ex iis, quæ res nostras siue recte siue aliter se habentes summo studio & cura explorant, [5] in me offendi ac vulnerari (quandoquidem nobis benigna dei voluntate Christianis esse contigit) & iis qui iam vulnus acceperunt, si qui tales sunt, facti mei defensione medebor. Præclarè enim cum eo agitur, qui nec peccando, nec suspicione laborando, quandiu fieri potest, ac ratio sinit, offensionis scandalique materiem multitudini præbet: quippe cum ijs etiam, qui vnũ ex paruis offenderint, quam certa quamque atrox & acerba ab eo, [6] qui mentiri nescit, pœna constituta sit, non ignoremus. Mihi enim ô viri, non inscitia & stoliditate, imo (vt de meipso aliquid gloriosè prædicem) nec legum constitutionumq; diuinarum contemptione hoc accidit. Nam quemadmodum in corpore aliud membrum principatum tenet, ac velut præsidet, aliud subest & sequitur: ad eundé quoque modum Deus vel æqualitatis lege qua meritum cuiusque perpendit, vel etiam prouidentiæ, qua vniuersam rerum molem velut quibusdam vinculis adstrinxit, hoc in Ecclesiis constituit, vt alij pascantur, imperiumque accipiant (quibus id vtilius est) ac tum sermone tum opere ad officium dirigantur: alij contra concinnitatem perfectionemque Ecclesiæ, pastorum magistrorumque munere fungantur, nimirũ qui virtute necessitudineque ad Deum & familiaritate vulgus antecellunt, [7] rationem animæ ad corpus, aut mentis ad animam sustinentes: vt hæc duo inter se composita atque compacta (hoc est tam id quod minus plenum est, quam quod exuberat, vt in membris intueri licet) ac spiritus compage & commissura inter se connexa & conglutinata vnum corpus omni ex parte perfectum atque ipso Christo, qui caput nostrum est omnino dignum efficiant. Proinde vt nec alijs animantibus solutam atque effrenem licentiam perturbationemque ordine ac principatu conducibiliorem esse censeo: ita nec hominibus, ijsque etiam eo minus, quo de grauioribus rebus periclitantur, qui quidem abundè magnum atque amplum existimare debent, si minus id quod primariæ curæ est, tueantur atque conseruent. vt nulla peccati labe animum inficiant, at certe id quod proximũ est cum in peccatum inciderint, emendari atque in viam reduci. Quod quoniam præclarum iustumque esse constat, [8] æque pernicioseé absurdeque meo quidem iudicio, res se habet, cum vel omnes præesse atque imperare cupiunt, vel nemo. Illud quippe certum est fore, vt si oẽs hanc, siue prouinciam dicere oportet, siue imperium prefecturamque, defugiant, maxima ex parte claudicet, nec iam pulchritudini siue constet pulchrum illud & eximium Ecclesiæ complementum, Vbinam porro, & à quibusnam Deus mysticis illis ac sursum ferentibus sacris coleretur (quibus nec maius quicquam nec excellentius habemus) si nec rex vllus nec præfectus esset, nec sacrorũ administratio nec sacrificium, nihil denique eorum, quibus olim cõtumaces & proterui homines ob ingentia peccata mulctati sunt? Nec vero plerisque diuinarum literarum studiosis alienum atque absurdum est, è subditorum classe atque ordine ad imperium euehi,

Principiũ à Deo & finis in eo.

Iucundum de rebus alienis garrire.

Propositio

Scãdalũ vitandum.
Rom. 14.
Matth. 18.
Galat. 1.
Tit. 1.

Similitudo Dei æquabilitas et prouidentia in reb. Eccles.

Ordo in Ecclesia, cõstitutus.

Ephes. 4. 5.

Alia simil.

Pœnitẽria

Osee. 3.

Similis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec ab vsitatis philosophię legibus abhorens,& cũ probro coniunctũ. 9 quẽadmodũ nec claro & illustri nauæ proretã agere,nec proretæ qui ventos rectè &cũ laude obseruarit,clauũ moderari,aut,si ita lubet generoso ac præstanti militi ordinẽ ducere,& ei qui præclarè ordines duxerit exercitiui præesse,totiusq;belli administratio nẽ curamq; subire.Sed neq;(id quod flagitiosissimi quidã pditissimique homines, quiq; aliorũ animos affectibus suis metiũtur,existimare fortasse queant)inferioris huiusce dignitatis gradus ob altioris cupiditatẽ me puduit. Non enim ita vel diuinæ sublimitatis vel humanę abiectionis expers sum & ignarus,vt parũ amplũ atq; honorificũ esse existimẽ omni procreatæ naturæ,vel tantillum ad Deum,qui solus clarissimus & splendidissimus est, naturãque omnem materia constantẽ atq; carentem,puritate superat,accedere. Quid igitur illud est quod mihi accidit,quæq; causa,quamobrẽ ita contumax & obstinantus fui?Permultis enim tum à me quoque ipso desciuisse visus sum,nec id quod existimabar,esse:sed ex alio in alium quempiam migrasse,ac plus æquo repugnare præfracteq; aduersari. Huius itaque rei causas iampridẽm auidè expetitas accipite Maxime quidem inopinato rei euentu pculsus,quemadmodũ qui repentinis strepitibus exterrentur,rationem mentemq; tenere nequiui:ex eoq; factũ est, vt pudorem,cui p omne vitæ tempus assueueram, discusserim ac pfligarim. Subibat deinde animum meũ amor quidã, tranquillæ vitæ,atq; ab hominum frequentia semotæ, quã cum iam inde à primis annis adamassem,sic vt vix quispiam alius eorũ, qui literis operam dederunt,eamq; in maximis grauissimisq; periculis Deo vouissem,imò iam etiam hactenus cõtigissem,qp velut in limine ac vestibulo essem, factoque periculo vehementius eius amore atq; desiderio flagrarem,non tuli me imperiosè cogi,atq; in medios tumultus cõtrudi,ab hacq; vita perinde atq; ab asylo quodam pvim auelli. Nihil em̃ mihi fortunatius eo homine esse videbatur, qui clausis cõpressque corporis sensibus,atque extra carnem mũdumq; positus in sęque collectus, nec nisi sũma necessitate impellente,quiquã humanarũ rerũ attingens,atque & secũ in se & cũ Deo colloquens superioré rebus in aspectũ cadentibus vitã agit,diuinasq; species & imagines puras sęper,nec vllis terrenis & errabũdis formis permixtas in seipso circunfert,ac Dei rerumq; diuinarũ purũ omnino speculũ est,indiesque efficitur luciq; lucẽ,obscuriorẽ videlicet clariorẽ adiungit,ac iam futuri æui bono fruitur, & cũ Angelis versatur,&, licet adhuc in terris agens, terram deserit,atq; à spiritu in cælo collocatur.Si quis vestrũm hoc amore correptus tenetur, quid dicam,intelligit,atq; affectui ei,in quem tum incidi,facilè ignoscet. Nam apud plerosque mortalium ne fidẽ quidem fortasse oratio hæc nostra inuenerit, qui risui etiã ac ludibrio rẽ eam habere vidẽtur,malè vtique pernicioseq; affecti,siue hoc ppriæ eorũ singularię; stultitiæ tribuendũ sit,siue illis adscribendũ,qui minimè parem consentaneamq; muneri,quod profitẽtur,vitam afferunt,quorũ improbitate tandem effectum est, vt egregiæ rei nomen turpe imponatur,hoc est 10 vt philosophia vanitatis inanisq; gloriæ nomine appelletur, accedente videlicet inuidia, vulgiq; malitia semper in peius procliuiore. Quò fit, vt à duobus peccatis in alterutrũ omnino incidant,vel quia malum perpetretur,vel quia fides virtuti abrogetur. Ad hæc (totum enim animi arcanum apud vos efferã)mihi res accidit,rustica an libera haud scio,sed accidit tamen. Aliorũ me puduit, qui cùm plebeis hominibus nihilo meliores sunt,atq; vtinam nõ etiam multò peiores,illotis,vt dici solet manibus,prosanisq; animis in sanctissima mysteria sese inferunt, ac priusq̃ digni sunt, qui ad sacra propius accedant,sacrarium ipsum affectant,& circũ sacrosanctam mẽsam premũtur ac ptruduntur, tanq̃ non virtutis exẽplum, sed vitæ adiumentũ atq; subsidium hunc ordinẽ esse iudicantes,ac non munus reddendæ rationi obnoxium, sed imperiũ liberum ac referẽdarum rationũ metu solutũ.Qui etiam eos,quibus psunt, numero iam ppemodum superant,pietate miseri, dignitatis splẽdore infelices. Ac pinde peste hac pgressu tẽporis inualescẽte,iam ne habituri quidẽ mihi videntur,quibus psint, omnibus videlicet p eo atq; ipsis expetendũ erat,vt,quod scriptura pollicebatur,à Deo edocerentur, mundoctorũ arripientibus,omnibusq; vaticinantibus,adeò 11 vt Saul quoq; inter Prophetas existat,vt veteris historiæ puerbio vtar. Neq; em̃ cuiusq̃ rei tanta vbertas aut nunc est,aut fuit vnq,cùm alia aliâs viguerint,ac tandẽ finẽ acceperint,q̃ nũc apud Christianos frequẽtia sunt huiusmodi,pbra atq; peccata.Quorũ & si impetũ cõprimere maius est q̃ pro virium nostrarũ facultate,at execrari tũ pudoreq; suffundi, pietatis pars est nõ minima. Postrema causa,& quidem omnibus,quas suprà commorauimus,maior hæc fuit: ad ipsum enim orationis colophonem iam me confero,

1. Tim. 6.

Cur episcopatũ repudiarit Gregor.

Vitam monasticã voluit Greg.

Felicitas vitæ monast.

Saul inter Prop.

fero,nec quicq̃ vero affingam: non enim fas est eum, qui de tantis mysterijs verba faciat,mentiri. Haudquaq̃ idem esse existimabam, ac ne nunc quidem existimo, gregi aut armento præesse, & hominum animas moderari. Illic em̃ q̃ crassissimas oues ac boues reddere sufficit: idq; sibi & pastor & bubulcus ob oculos ponens,irrigua,& compascua loca explorabit,gregẽque & ad pascua ducet,& à pascuis educet, fessumq; recreabit,& alio mouebit, ac reuocabit,aliquoties quidem pedo, vt pluri mùm verò fistula. Nihil porrò aliud negotij opilioni aut armentario incumbit, q̃ vt cum lupis nonnunq̃ pugnet, atq; interdum etiam ægrotantem ouem aut bouem inuisat. Magna autẽ temporis partę querę ipsi & vmbra,& fistulę curæ erunt, & in cõmodo herbę loco corpus sternere, atq; ad gelidam aquam & sub lenissima aura lectulum ex tempore ac rudi opera cõpingere,amatorium etiam quiddam cum 12 ciss ybio cantillare, ac oues vel boues affari,eorumq; etiam pinguissimum quodque comedere,aut precio addicere. Virtutis porrò ne leuissima quidem cura gregẽ vllum aut armentum vnq̃ tetigit.Quæ enim virtus eorum esse queat? aut quis eorum cõmodis potius,q̃ suæ voluptati consuluit? At verò homini, cùm difficile sit scire parêre,tum multò difficilius esse videtur scire hominibus imperare,ac præsertim in hoc nostro imperio, quod in lege diuina versatur,hominesq; ad Deum subuehit: cuius quò sublimius est fastigium, maiorq; dignitas & amplitudo, eò grauioris quoq; periculi metus impendet,prudenti vtiq; homini & cordato: quippe primùm illud curandum erit,ne argenti atque auri instar omni ex parte versatus,varijsq; temporibus & rebus exploratus,adulterinum vel subæratum aliquid tinniat aut deterioris materiæ flammaq; acriori dignæ aliquid circunferat: alioqui tantò perniciosius malum fuerit,quantò pluribus imperarit.Si quidem maior est ea improbitas,q̃ ad multos porrigitur,q̃ quę in vno desixa hæret. Neq; enim vel pannus tincturam ita facilè contrahit, vel is qui fœtido aut suaui odori propius sese adiunxit, eius particeps fit, vel vapor quidam morbidus & noxius pari facilitate in aerem diffunditur,ac per aerem animantibus impertitur(quam nosvero nomine pestem dicimus)vt subditi prefectorum vitio celerrimè imbui atq; impleri solent,& quidem multò facilius q virtute. Hoc em̃ est, quo vitium probitatem maximè superat, quodq; ipse animaduertens indignissimè acerbissimeq; fero, quod cùm res q̃dam facile imitabilis & exprõpta sit improbitas,nihilq; minoris negocij difficul tatisq; sit,q̃ malũ fieri,etiam si nemo ducem se nobis ad vitium p̃beat, rara tamen atq; ardua est virtutis adeptio, quamlibet etiam multis modis ad eam inuitemur ac retrahamur.Quod etiam ipsum à beatissimo Aggæo animaduersum mihi fuisse videtur,cùm admiranda illa verissimaq; imagine vteretur: Percontamini ex lege sacerdotes, Num si caro sancta in veste cibum aliquẽ aut potionem aut vas deniq; aliquod tetigerit,rei admotę sanctitatem protinus adlatura est?Quod cùm pnegassent, Percontamini rursus, inquit,Si qua res impuritati eorum ppius admota fuerit,nónne impuritatem statim contrahet? tanq̃ videlicet eam piaculi participem fore,puritatemq; suam contagione amissuram esse hauddubiè affirmaturi sint.Quibus verbis,mea quidem sententia,hoc significat, virtutem huiusmodi esse, vt eam homines non nisi summo labore adipisci queant:quemadmodum nec humida materia ignem facilè excipere solet: cõtrà ad vitij perceptionẽ oẽs fere mortales pmptos idoneosq; esse,non secus,vt opinor, ac stipula quædam ad scintillam & ventum ob naturæ siccitatẽ facilè accenditur atq; consumitur. Citius em̃ exiguum vitium vberrimè largissimeq; cuipiam impertiri queat,q̃ vel copiosissima virtus parcè cõmunicari. Nam & exiguum absinthium amatorem suum melli celerrimè imperterit:mel cõtra ne duplo quidem maius dulcedinem suam absinthio infuderit: ac paruo quidem lapide submoto flumen totum in pnum trahitur:eiusdem aũt impetus firmissimo etiam aggere cohiberi reprimiq; vix potest.Hoc igitur primum ex his q̃ diximus, puidendum est, 13 ne eximiæ admirandæq; virtutis mali pictores appareamus,aut,vt rectius loquar,nõ mali fortasse pictores, sed malum plebis exemplar,atq; in illud prouerbiale incurramus, 14 alijs mederi tentantes,cùm ipsi vlceribus scateamus. Deinde vt etiam sese aliquis ab omni peccati labe purũ tueatur, aut ad id certè q̃ pxime accedat, haud tñ scio,idne ei sufficiat,qui alios ad virtutem erudire parat.Neq; em̃ ab eo, cui hæc cura cõmissa sit,hoc solùm requiritur, vt à vitijs alienus sit,(quod subditorum quoque plerisq; turpissimum esse cẽsetur) verùm etiam vt virtute pręcellat,iuxta illud scripturæ pceptum, quo declinare à malo & bonum facere iubemur: nec satis habere debet vitiosas animæ formas obliterare, nisi meliores quoq; notas ipsis subsstituat, vitæq; integritate magis, q̃ dignitate atq;

Aliud gregi,aliud hominibus præesse.

Vitæ monastic. nomen lis ludibrio sed virtuti.

In indoctos prælates.

Difficile scire hominibus imperare.

Similit.

Sent. Simil.

Pestis quid Præfectorũ vitio facilè imbuuntur subditi.

Rara & ardua virtus.

Virtus.

Simil.

Vitium in procliui.

Simil. Absinthiũ & mel.

Quid primum præsulib. videndum. Prou.

Non satis præsuli vacare peccato.

Psalm. 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

auctoritate præstet: nec modum sibi vllũ honestè viuendi, atq; in virtute progrediendi constituat, nec lucro potius id quod cõplexu tenet, q̃ detrimento id quod effugit, deputet: verùm quod præ pedibus est, ascensum ad id quod deinceps sequitur, esse arbitretur: nec magnopere amplũ atq; illustre iudicet, si ꝓmiscuam plebem virtute antecedat, sed damno & calamitate ducat, si minus plenè cumulateq; officio fungatur, præclareq; facta ad legis diuinæ normã non ad hominum mores exigat, siue illi flagitiosi & scelerati sint, siue mediocri virtute prædĩti: nec virtutem, q̃ Deo optimo maximo, à quo omnia, & in quem omnia, debetur, exigua lance ꝓpendat, nec eadem omnibus conuenire putet: quemadmodum nec omnibus eadem ætas, nec oris lineamenta, nec animantium naturæ, nec terrę qualitates, nec eadem siderum pulchritudo & magnitudo: verùm priuati quidẽ hominis vitium existimet, turpia supplicioq; digna ꝓpetrare,[15] quorumq; lex dura & grauis domina est: principis autem vel antistitis non quàm optimum esse, nouasque subinde virtutum accessiones facere: si quidem futurum est vt [16] virtutis suæ præstantia multitudinem ad mediocritatem trahat, ac non per vim [17] coerceat, sed persuasione alliciat. Nam

Sent. qd̃ necessitate extorquetur, prẽterquam quod tyrãnicum est & improbandum, ne

Simil. firmum quidem ac stabile est. Quicquid enim violenter cogitur, nõ secus ac plantę per vim manibus inflexa atq; districta, simul vt missum factum est, rursus ad sese redire consueuit. Quod à libera voluntate ꝓficiscitur, æquissimũ simul ac certissimum esse solet, vt pote beneuolentiæ vinculis adstrictum atque seruatum. Ac proinde vel maximè lex nostra & legislator sanxit, vt grex [18] nõ coactè sed sponte

Grex Christi non coactè pascendus. ac libenti animo pascendus suscipiatur.

1. Petr. 5. Sed sanè aliquis non modò à vitiorum cogatione purus, verum ad summũ etiam virtutis fastigium euectus, haud equidẽ

Ars artium hominem regere. video quãnam scientia instructus, aut quibus viribus fretus huiusmodi ꝓfecturam intrepidè suscipere queat. Nam profectò ars quædam artiũ & scientiarũ mihi esse

Cõparatio artis di ea cum curandarum animarum ratione. videtur hominẽ regere animal omnium maximè variũ & multiplex. Id porro hac demum ratione quispiam ꝓspexerit, si animarũ curandarũ rationem cum corporum medicina contulerit, quantoque hæc nostra laboriosior quàm illa sit, expenderit, ac tũ materiæ natura, tũ artis facultate tum actus fine præstantior. Illius enim labor circa corpora versatur, fragilèmque hãc & humi fluentem materiam, omnino tandem interituram, eaque que fert ipsius conditio, perpessuram, etiam si artis ope & auxilio intestinũ dissidiũ in presens cõ presserit. Eam enim aut morbi vis aut vetustas extinguet, naturæ legi cedentẽ, nec fines suos excedentem. At huius studium circa animam impenditur, quæ ex Deo est atque diuina, supernæque nobilitatis particeps, ad eamq; properans, tametsi viliori interim ac deteriori adstricta sit. Cuius reî multæ quoque aliæ fortasse causę sunt soli Deo adstrictionis huius auctori cognitæ atque perspectę, aut si cui huiusmodi mysteria diuinitus patefacta sunt: quantũ autem ego meique similes cognitione assequimur, duplici causa id factum est. *Duplex causa animi pœnæ.* Altera, vt per certamẽ colluctationemq; cum rebus inferioribus initam ad supernæ gloriæ hæreditatem perueniat, rebus scilicet fluxis & fragilibus, non secus atque aurum igne, probata, & bonisque in spe positis nõ solùm vt Dei beneficio, sed etiam vt virtutis præmio fruatur. Quod etiam ipsum singularis & eximiæ dei bonitatis argumentum est, nimirum [19] facere, vt nostra quoq; aliquâ ex parte sit virtus, nec natura tantũ nobis inseratur, sed voluntate etiam animiq; ꝓposito excolatur, arbitriiq; libertate parem in vtramque partem motum habente. Altera rursus, vt deteriorem quoq; partem crassitie sua paulatim adsę pertrahat, atq; in sublimi collocet: vt quod animæ Deus est, hoc corpori sit anima, opera sua ministram materiam instituens conseruumque corpus suum Deo adiungens. Enimuero medicus regionis & tempora, ætates, & anni partes, cæteraq; huius generis explorabit, medicamenta etiam ægrotanti propinabit, victusq; rationem præscribet, noxiaq; obseruabit, ne prędidijs artis ægroti cupiditates obsistant. Ignem etiam interdum & ferrum asperioraq; medicamenta nonnullis abhibebit: quæ tametsi perq̃ laboriosa & molesta esse videantur, nihil tamẽ eorum perinde arduum atq; difficile est, vt mores, & affectu, & vitam, vitęq; instituta, atque alias huiusmodi res intestinas perspicere ac medicari, atq; agrestibus omnibus belluinisq; vitijs à coniunctione nostra expulsis, id omne qd̃ mansuetum est ac Deo gratum, in eorum locum subrogare & confirmare, eaq; æquitate corporis & animę controuersiam disceptare, nõ vt præstantior pars in deterioris imperio esse permittatur, q̃ iniustitia omnium maxima esset: verùm vt ei, quæ principis ac ducis naturam habet, ea quæ naturà inferior est, pareat: quæ quidem lex diuina est in omnibusq; ipsius creaturis, tam q̃ aspectu sen-

Arbitrij libertas.

Medicij officium.

Lex diuina corpus & mẽtem regit.

sentiuntur, q̃ quę oculorum sensum superant, prędlarissimè constituta. Quin illud etiam mecum considero, ꝙ omnia ea, quæ modò enumeraui, velut medico seruata, constanter in natura sua manent, nec versutè nihilq; contrà quicq̃ moliuntur, atq; aduersus ea remedia quę ab arte admouentur, subdolè cõminiscuntur: quia materiam ipsam potius obsidet ac circunstat medicina, nisi fortè ægrotantis culpa aliqua interueniat, quam etiam ipsam cauere ac reprimere haud magni negocij fuerit. At nobis ingenij solertia, & cæcus nostri amor, & ꝙ facilè cuiq̃ cedere nec scimus, nec sustinemus, plurimũ ad virtutem impedimenti affert, ac velut instructa acie sese ijs, qui nobis opem ferunt, opponit: quantumq; studium à nobis adhiberi conueniebat, vt morbum medicis detegeremus, tantum ad medicinam fugiẽdam adhibemus, atq; in nostram perniciem fortes sumus & aduersus sanitatem nostram perĩti. Vel enim turpiter & abiectè peccatum supprimimus, nõ secus ac malignum quendam morbum & subputridum in intimis animæ recessibus occultantes, perinde ac magnum quoq; Dei visq; illius vltricis oculum fugituri, si homines fefellerimus: vel excusationes in peccatis proferimus, verborum patrocinium vitijs nostris exquirentes: vel etiã obstructis aspidis surdæ ritu auribus nostris, obstinato studio in hoc incumbimus, vt ne incantantium vocẽ audiamus,[20] sapiẽtiæq; fascino, quo animæ morbus curari ac discuti solet, fascinemur: vel postremò (de ijs loquor, qui maiore inter nos audacioreq; sunt animo) ad peccatum, huiusq; medicos & depulsores frontem apertè perfricamus, nudo capite, vt est in ꝓuerbio, ad flagitium omne prorumpentes (ò insignem stuporem, aut si quo alio nomine aptiori huiusmodi affectus appellari potest:) quosq; is, vt prędlarè de nobis meritos, amore prosequi decebat, eos vt hostes vlciscimur, odio eos, qui nos in portis corripiunt, habentes, ac pium sanctumque sermonem execrantes, eaque demum ratione futurum existimamus, vt homines nobis amicos & beneuolos grauiori bello incessamus, si nosmetipsos plurimis grauissimisq; malis affecerimus, ijs profectò non dissimiles, qui opinionis errore proprias carnes cõmordent, cùm alienas comedere atq; absumere sibi videantur. Atq; hæ causæ sunt, quæ me, vt nostratem medicinam corporea medendi ratione longè difficiliorem, eoq; excellẽtiorem esse censerem, impulerunt. Huc accedit, ꝙ illæ corporis abdita intimaque non admodum inspectat, verùm circa ex-

Medicas manus auersatur peccator.

Psal. 140.

Prou.

Similit.

Christiana medicina corporeâ vt difficilior sic excellentior.

terna oculisq; subiecta magna ex parte versatur. At nobis circa occultũ intestinumque hominẽ cura omnis studiumque consistit: dimicandumq; cum eo hoste habemus, qui nos interno bello & certamine vicissim lacessit, ac nobismetipsis, (quod miserrimum est) armorum vice in perniciem nostram vtens peccati morte nos afficit. Ergo aduersus ista & magna perfectaq; fide opus est, & maiori Dei auxilio, nec parua, vt mihi quidem persuadeo; contentione nostra, aduersoq; conatu, qui partim in rebus elucet: si quidem id nobis ꝓpositum est, animæ, quibus nihil prędstantius habemus, egregiè curentur atq; purgentur maximique sint precij. Iam quod ad vtriusq; medicinæ fines attinet (id enim nobis conferendum adhuc superest) illa nihil aliud spectat, q̃ vt sanitatem bonamque carnis valetudinem vel præsentem tueatur, vel absentẽ reuocet: quorum vtrunque incertum est, ijs ne vtilitati futurum sit, qui ea consecuti fuerint (quippe cum res contrarię maiorem plerunque dominis suis vtilitatẽ afferant (quẽadmodum opes & paupertas, gloria & ignominia, splendor & abiectio cæteraq; alia, quę suapte natura in medio posita, nihiloque magis in hanc q̃ in illam partem propendentia, ex dominorum vsu animiq; sententia vel virtutis vel vitij nomen accipiunt. Huic contrà scopus est animo pennas aptare, eumque à mundo abreptum Deo offerre, diuinæque imaginis dignitatẽ vel integram atq; incolumem conseruare, vel periclitantem fulcire, vel dilapsam pristino splendori restituere, Christumque per Sp. sanctum in pectoris domicilium admittere, eique deniq;, vt in summa dicam, qui superno ordini sese adiunxerit, diuinitatemq; beatitudine afferre. Huc magistra lex tendit: huc inter Christum & legem interiecti Prophetæ: huc spiritualis legis absolutor & finis Christus: huc inanita diuinitas: huc assumpta caro: huc noua illa Dei hominisq; commixtio, vnum ex vtroq;, & vtrumque per vnum. Ob hanc causam Deus intermediâ animâ carni iunctus est, ac res inter se remotæ distractæque per intermediæ rei ad vtrumque earum affinitatem & cognitionem inter se constrictæ sunt, atque omnia salutis omnium causa, & vno illo generis nostri auctore in vnum coierunt, anima nimirum propter eam, quæ præcepto diuino minimè paruit, caro propter eam, q̃ animæ cupiditati obsecuta est, simulque condemnata, Christus denique sublimior ac præstantior, q̃ vt intra peccãdi aleam esset, propter Adamum in peccatum collapsum. Ob

Vtriusq; subiectum.

Vtriusque med. fines.

Ephe. 3.

Gal. 3.

Christi exinanitio & mysteria ad quid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc etiam causam vetustati nouitas substituta est, passionisq; beneficio is, qui calamitate affect⁹ fuerat, erect⁹ in integrumq; restitutus, atq; vnaquæq; rerum nostrarũ vnaquaque eius, qui humana conditione sublimior est, compensata, illudq; humanitatis ob nostri amorem assumptę consilium, quo prolapsi ob inobedientiam hominis salus procurata est, noui mysterij rationem habuit. Idcirco natiuitas & virgo idcirco præsepium & Bethleem: natiuitas propter creationem, virgo propter mulierem, Bethleem propter Edem, præsepium propter paradisum, res paruę & aspectabiles ꝓpter magnas & ab oculis remotas. Idcirco angeli cælestem primùm ac deinde terrenum laude celebrantes, & pastores ob agni & pastoris ortum gloriã canentes, & stella ꝓiens, & Magi procumbentes & munera offerẽtes, vt scilicet idolorũ cultus hoc facto euerteretur. Idcirco Iesus baptismi aqua tingitur, & superno testimonio coronatur, & iciunat, & tentatur, tentatoremq; superat. Idcirco dæmones profligantur, & morbi depellũtur, & magni illius præconij munus infimis hominibus cõmittitur, rectèq; administratur. Idcirco gentes fremẽtes, & populi inania meditantes.²¹ Idcirco lignum aduersus lignum, & manus aduersus manum, illæ inquam fortiter extensę aduersus incõtinenter extẽsam, illæ clauis confixæ atq; constrictæ aduersus remissam solutamq;, illæ orbis fines coniungentes aduersus eã, quæ Adamum paradiso exturbauit. Idcirco sublimitas aduersus lapsum, & fel aduersus gustum, & spinea corona aduersus pernicioſum imperium, & mors aduersus mortẽ, & tenebræ, ꝓpter lumen fusæ, & sepultura aduersus illum in terram reditũ, & resurrectio propter resurrectionẽ. Hæc oñia diuinæ cuiusdam erga nos disciplinæ loco erant, infirmitatisq; nostrę velut medicina quædam, veterẽ Adamũ eò vnde exciderat, reducens, atq; ad illud vitæ lignũ adducens, à qua nos sciẽtiæ lignum intempestiuè incõmodeq; perceptum auerterat. Ac nos huius medicinæ ministri operisq; participes sumus, quicunq; superiori loco sedemus: quibus tametsi magnę laudi ducendũ est, ꝓpria vitia morbosq; perspicere, ijsq; mederi (quanq; nondũ id magnum censeri debet, verùm permultorum huius ordinis hominum improbitas nobis hanc orationẽ expresit) multò tamẽ excellẽtius est aliorum morbos curare posse sciteq; perpurgare, atq; vt vtrisque conducibilius est, nempe & ijs qui curatione indigent, & ijs qui medicandi scientiam profitẽtur. At enimuero corporum medici labores & vigilias & curas, quas nemo ignorat, subeunt, atque ex alienis calamitatibus, vt vir quidam apud illos sapientiæ laude clarus pronũciauit, proprios mærores percipiunt: ipsi summo cũ labore indagantes, alia ab alijs mutuò accipientes & conferentes, ægrotantib⁹ porrigunt, nec quicq̃ adeò leuis exiguiq; ponderis ab ijs vel excogitatũ est, vel ignoratum & omissum, quod non vel ad salutẽ vel ad periculũ magnum momentum habere existimetur. Idq; quam tandem ob causam? vt homo pluribus in terra diebus viuat, atque hic ne probus quidem fortasse, sed flagitioſissimis ꝓditissimisq; moribus cui vtpote malo, iampridem è viuis excesisse pręstiterat, vt grauissimo peccati morbo liberaretur: atq; vt probũ honestumq; esse demus, quandiu tandẽ, semperne victuro? aut quid ex huius vitę vsura lucri facturo cuius finẽ expetere primariũ, vt mihi qui dẽ videtur bonũ est & securissimũ, viriq; haud dubiè cordati & sana mente prediti. Nobis itaq;, quibus periclitatur animę salus, quæ beata est & immortalis, immortalibusq; vel supplicijs vel laudibus, prout vel vitium vel virtutẽ coluerit, afficienda, quantum tandem certaminis propositum esse, quantaq; arte opus esse existimandũ est, vt alijs aut nobis rectè medeamur, vitamq; in melius immutemus, terramque spiritui addicamus? Non em̃ eędem rationes nec ijdẽ animorum impetus sunt maris & fœminæ, senectutis & adolescentiæ, diuitiarum & paupertatis, hilaris exporrectiq; animi & mœrore afflicti, sani & ægrotantis, principum & sũbditorum, eruditorum & indoctorum, audacium & meticuloſorũ, mansuetorum & iracũdorum munere suo pręclarè fungentiũ & ꝓlabẽtiũ. Quòd si accuratius adhuc rem expendas, quantum interuallum inter coniugatos & cœlibes interiectum reperies? in ijs rursus, qui cœlibatũ amplectuntur, quantum inter solitudinis alumnos, & eos qui societate aliorumq; consortio gaudent, di scriminis erit, quantum inter virtute spectatissimos altiusq; contemplatione assurgentes, & eos qui recto duntaxat itinere progrediuntur? quantum rursus inter vrbicos & rusticos, inter simplices apertosq; & versutiores, inter eos qui in rebus gerendis versantur, & quietis amantes, inter eos qui ab aduersa rerum mutatione vulnus acceperunt, & eos qui prospero cursu feruntur, nec duriore vnquam fortuna conflictati sunt? Horum enim vniquiq; cupiditatibus nonnunq̃ animiq; impetu magis inter se differunt, quàm eorporum figuris & lineamentis, aut, si mauis, elementorum,

Bethleem. *Edem.* *Luc. 2.* *Magi.* *Matth. 2.* *Matth. 3.* *Christi baptismus, tentatio.* *Matth. 11.* *Psal. 2.* *Christi passio.* *Ioan. 9.* *Episcopi sunt ministri medici ne pereant animæ oblatæ.* *Medicorum studium. Labor.* *Similit.* *Diuersa hominum studia.* *Quibus subditi dandi.* *Vota & vanitas vnguẽ.* *Mundus & eius tractatio.*

torum, ex quibus constamus, mixturis & temperamentis: ac proinde nec facilè regi gubernariq; possunt. Verùm quemadmodum nõ eadem medicamenta nec eadem aliméta corporibus omnibus offeruntur, sed alia alijs, habita videlicet vel sanitatis eorũ vel aduersæ valetudinis ratione: eodem quoq; modo animæ diuersa ratione disciplinaq; curantur. ij porrò curationis testes sunt, qui morbis huiusce modi vexantur, Alios mouet oratio: alij antistitis exẽplo cõponuntur: alij calcarib⁹ opus habent alij freno. nam qui lentè & segniter ad virtutẽ mouentur, hi verborum stimulis excitandi sunt: qui verò spiritu plus q̃ par sit, incalescunt, ac præcipiti animorũ impetu feruntur, velut equulei generosi ꝓcul à meta cursitantes, hos vtiq; orationis freno coercere ac velut obstricto collo retardare præstiterit. Alijs laus ꝓdest, alijs reprehensio, modò vtraq; tempestiuè adhibeatur: nam intempestiuè & stultè adhibita nocumentũ attulerit. Alios cohortatio ad officium ducit, alios obiurgatio. Atq; hæc rursus alios, si palàm arguantur: alios, si remotis arbitris increpentur. Sunt em̃, qui nihil curent priuatas castigationes, publica aũt reprehensione emẽdentur: sunt rursus, qui liberius reprehensi pudorẽ oẽm abstergant, cõtraq; priuatis castigationibus meliores fiant, ijsq; quos vicem suam dolere ꝓspiciunt, hoc muneris vicissim rependant, vt eorum admonitionib⁹ pareant. Quidam ita studiosè accurateq; obseruandi sunt, vt ne minima quidem & leuissima eorũ errata dissimulentur, nimirum qui eò ꝙ peccata sua nemini cognita fore putant (quandoquidẽ id moliuntur) prudentiæ callidiratisq; laudem sibi insolenter arrogant: contrà in alijs ad nonnulla conniuere satius fuerit (ita vt videntes non videamus, & audientes non audiamus, quemadmodũ dici solet) ne aliqui ipsi nimium crebris obiurgationum aculeis confixi & obruti ad desperationẽ incitẽtur, tandemq; proiecto pudore, qdꝰ ad inflectẽdos alliciẽdosq; hoies mirè efficax medicamẽtum est, ad quoduis nefas ꝓpetrandũ audaciores reddantur. Quinetiam cum nõnullis ita agẽdum est, vt iracti hois & contẽnentis, ac de salute eorum desperantis speciẽ p̃ te feras, cùm tñ reuera nec ipsis irascaris, nec cõtemnas, aut prodditis ac deploratis habeas, quorum videlicet natura id requirit: alij rursus lenitate & humilitate curandi, coniunctaq; animi alacritate & promptitudine ad melioré spẽ reuocandi. Alios vincere, alijs cedere plerunq; vtilius fuerit. Aliorum itẽ opes & potentiam, aliorum egestatem, calamitatemq; vel laudare vel execrari. Neq; enim quẽadmodum in virtute & vitio ita rem se habere videmus, vt illa p̃clarissima semp, omnibusq; maximè fructuosa, hoc contrà turpissimum perniciosissimumq; sit, eodem modo medicinæ quoq; nostræ ea est ratio, vt vnum idemq; medicamentum ijsdem semper vel saluberrimum sit, vel perniciosissimum: verbi causa, acerbitas aut clementia, singulaq;; ex his, q̃ proximè à nobis enumerata sunt. Verùm alijs hoc medicinæ genus bonum atq; vtile fuerit: alijs contraria medendi ratio conduxerit, prout, opinor, vel res, vel occasio tulerit, vel ægrotantium denique mores admiserint. Quæ quidem oĩa ratione distinguere atq; ita exactè perspicere, vt tota medendi ratio in summam colligatur, impossibile est, quantacunq; cura & diligentia ingenijq; sagacitate polleat: in rebus tñ ipsis & experimẽtis ea curatrici rationi & medico perspicua fiunt. In vniuersum autẽ illud apud nos liquidò constat, ꝙ quemadmodum in sublimi & pendulo funẽ gradientibus hac vel illac deflectere minimè tutum est, nec quamlibet parua inclinatio paruum periculum affert verũ eorum salus ac securitas in æquilibrio posita est: ad eundem quoq; modum vtramuis in partẽ quispiam siue ob vitium siue ob imperitiam ꝓpendeat, haud leue periculum tum ipsi tum sũbditis imminet, ne in peccatum prolabantur. Quocirca via proculdubio regia ipsis magna cum circunspectione incedẽdum est, nec vel ad dextram vel ad sinistram, vt est in Prouerbijs, declinandum. Ac talis morborum nostrorum natura est tantusq; bono pastori labor incumbit. qui gregis animas probè cognitas perspectasq; habiturus est, eiq; iuxta pastoralis artis leges præiturus, duntaxat rectæ & iustæ ac vero pastore nostro dignæ. Iam ipsam verbi distributionẽ (vt quod in nostra religione primum est, postremo loco dicam) verbi inq̃ diuini excelsiq; distributionẽ, quam oẽs hac ætate ꝓfitentur, si quis est alius, qui audacter susciꝑiat, aut cuiusuis ingenij esse censeat, huius solertiam animiq; aciem miror, ne dicam stultitiam. Mihi quidem nequaquam res ea leuis momenti, nec parui spiritus esse videtur, vnicuiq; verbi perinde ac tritici mensuram tempestiuè dare, ac dogmatum nostrorum veritatem cum iudicio dispensare, hoc est, ea omnia, quę sacra philosophia ²² de mundis vel de mundo diseruit, de materia, de mente, & intelligentibus naturis tam bonis q̃ malis, de prouidentia omnia constringente atque gubernante itemque de ijs, quæ vel iusta & probabili

Similit. à funambulis. *Viarẽgia incedendũ est episcopo. Prou. 4.* *Verbi prædicatio quàm ardua & periculosa.* *De quibus est Christiana philosophia*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bali causa euenire,[23] vel terrenæ humanęque rationi temere accidere videntur, tũ etiam de prima nostri creatione & postrema instauratione, de figuris & veritate ac testamentis, de prima & secunda Christi præsentia, de incarnatione & tormentis ac morte, de resurrectione, de fine, de iudicio, ac mercede tam tristi quàm læta atq; illustri quodq; doctrinæ nostræ fideique caput est, quid de principe & regia ac beata Trinitate credendũ sit, explicare. Qua quidem in re ijs, quibus erudiendi fideiq; luce collustrandi gregis cura credita est, summopere verendum est, ne vel in vnam personam, ne plures dij induci videantur, contracta fidei doctrina, nuda atque inania nobis nomina relinquat, eundem videlicet esse Patrem & Filium & spiritum sanctum existimantibus: vel in tres alienas & exteras aut perturbatas atque confusas, diuinitatiq;, vt sic loquar, contrarias, diuisa, in idem malum contrario errore prolabatur: haud aliter [24] ac peruersa aliqua planta, cùm in alteram partem vehementius detorquetur. Nam cùm tres morbi circa diuinitatis doctrinam hac tẽpestate grassantur, Atheismus, Iudaismus, & plurium deorum assertio, quorum alius Libycum Sabellium antesignanum habuit, alius Alexandrinum Arium, alius quosdam è nostris nimiũ orthodoxos: ita faciendum esse censeo, vt quicquid pernicioſi triplex hic error habet, fugientes, intra pietatis septa consistamus, eamque rationem teneamus, vt nec ad Sabellij impietatem & diuinitatis euersionem ex hac inani resolutione vel compositione deuoluamur, nõ magis omnia hæc vnum quàm vnumquodque horum nihil esse constituentes (id enim quod sunt, esse desierint, mutuo circuitu inter se commeantia atq; confluentia) aut mixtũ quendam & ꝓdigiosum nobis Deum, quẽadmodũ fabulosa quædam animalia, confingentes & adumbrantes: nec rursus, iuxta Arij refẽtè meritoq; nominatũ furorem, naturas secantes in Iudaicæ paupertatis angustias redigamur, inuidiamq; naturæ diuinæ inducam⁹ solo ingenito diuinitatẽ circũscribẽtes (pinde ac metuamus, ne Deus nobis pereat, si Dei veri naturaq; æqualis Pater esse credatur) nec denique tria principia inter se opponentes, vel cõstruentes, Gentilem deorum multitudinem, quam fugimus, inuehamus. Neq; enim quosdam ita Patris amore prouehi decet, vt illi patris nomẽ eripiant. Cuius enim pater fuerit, si filius natura disiungatur, atque vnã cum rebus creatis submoueatur (non enim rationem filij habere potest, quod exter-

Trinitatis doctrina. Simil.

Similit.

Tres morbi circa diuinitatis doctrinam. Sabellius. Libycus, Arius Alexnad.

num atq; alienum est) aut cum pater permisceatur atq; confundatur, eumq; pariter confundat. Nec rursus eosdẽ ita Christi amore affici conuenit, vt nec ei filij nomen seruent (cuius enim filius fuerit, si ad patrem tanquam ad causam non referatur) nec patri causæ prærogatiuam, quam pater & genitor habet. Paruorũ enim vtique & abiectorum, imo abiectè indigneq; causa fuerit, nisi diuinitatis & bonitatis illius causa sit, quę in filio & Sp. sancto cõsideratur, in illo inquam vt filio & verbo, in hoc vt procedenti, non aũt vt solutili quodam flatu. Quandoquidem & Deus vnus necessariò retinẽdus est, & tres ꝑsonæ cõsitẽdæ, atq; vnaquæq; cũ sua ꝓprietate. Sed ad hæc intelligẽda & ꝓ rei dignitate declaranda atq; exprimẽda lõgiori oratione opus fuerit, q̃ ꝑsens institutũ atq; adeò vita hęc ferat. Quin ad id potius & nũc & sem p adhibẽdus sit Spiritus per quẽ solum Deus & intelligitur, & exponitur, & auditur. Puro enim tantum modo attingendus ille est, qui purus est, vniusq; atq; eiusdem modi. Hæc aũt idcirco in prẽsentia paucis commemorauimus, vt illud ostendamus, ci, qui de tantis rebus disputationem habeat, præsertim apud multitudinem, quæ ex varijs ætatibus habitudinibusq; cõflata est, multifidiq; instrumẽti cuiusdam musici in modum varijs pulsibus opus habet, difficile esse eiusmodi orationem inuenire, quæ oẽs concinnare, atq; conciliare, [25] scientiæq; lumine collustrare possit. Cuius rei ea causa est, q̃ cũ in tribus his rebus periculũ versetur, mente, sermone, atq; auditu, vix aliter fieri potest, quin si minus ad oĩa, ad vnũ horum impingamus. Aut emẽ mens superno splendore minimè perfusa est, aut sermo languet, aut denique auris, quia nequaquam purgata est, doctrinam excipere nequit: quorũ si vnum acciderit, nõ minus quàm si omnia cõcurrant, veritas claudicet necesse est. Accedit etiam illa causa, quòd auditorum pietas & religio, quæ perfacilem ijs, qui aliud quoduis doctrinæ genus profitentur, gratamque & acceptam orationem reddit, in detrimentum hîc periculumque cedit. Etenim, velut de Deo ac re omnium maxima, saluteque adeò ipsa, primariaque omnium spe, certamen habentes, quò ardẽtiori fide præditi sunt, eò acrius orationi aduersantur, atque obsequium & credulitatem non pietatem, sed veritatis proditionem esse interpretantes, omnia antè proiecerint, quàm opiniones eas, quas domo secum afferunt, [26] & dogmatum, quibus innutriti sunt, consuetudinem. Ac de moderatioribus nec omnino

omnino perditè affectis hominibus adhuc loquor, qui etiamsi à veritate aberrent, tamẽ si nõ secundum scientiam, id ipsis accidit, ex eorũ fortasse numero futuri sunt qui non grauissimis pœnis damnabuntur nec verberibus multis afficientur, quemadmodum ij qui animi malitia & peruersitate voluntatem domini explere neglexerint. Atque hi quoque fortasse à sententia aliquando dimoueri, atque ab eadem illa pietate, ob quam prius repugnabant, ad meliorem mentem reuocari queant, si quis eos sermo attigerit, atq; aut internè aut externè, vt ferrum silicẽ sic prẽgnantem luceque dignam mentem atque ita affectã, vt ex parua scintilla statim in ea veritatis flamma effulgeat, cõmodè tempestiueque pulsauerit. Quid porro de illis dixeris, qui inanis gloriæ studio dominãdique libidine iniquitatem in excelsum loquuntur, de Iane inquam & Iambre, nõ illis quidem aduersus Mosen, sed aduersus veritatẽ arma induentibus, atque aduersus sanam doctrinam insurgentibus? Quid etiam de tertia classe, nimirum de iis, [27] qui per imperitiam eiusque comitẽ temeritatem aduersus omnẽ doctrinam fuillo quodam affectu gradiuntur, pulchraſque veritatis margaritas conculcant? Quid postremo de iis, qui nec certam vllam opinionẽ nec diuinę doctrinę vel prosionemque secum ferentes, verum sermonibus omnibus magistrisque sese subiicientes, tanquam ex omnibus id qd melius certiusq; est, electuri, ac sibi ipsis, hoc est malis veritatis iudicibus confidentes, a diserris postea verbis & ad persuadendũ cõparatis subinde circunferuntur atque verfantur, omnibusque sermonibus obruti protritique, doctoribus permutatis, ac multis literis, velut puluere, in ventos facile abiectis, auribus tandẽ & animo fathiscentes (ô insignem vecordiam) omnes peræque fidei doctrinas fastidiunt, pernicioſamque formam sibi ipsis insculpunt, ipsam videlicet fidem nostram vt incertam nihilque sani habentem irridentes & aspernantes, stulteque à doctrinę professoribus ad doctrinæ cõdemnationẽ transeuntes. Quod perinde est, ac si quis vel oculorum morbo, vel auriũ vitio laborans, sõlẽ aut voces accusare instituat, illũ vt obscurum minimeque fulgentem, has vt absonas & imbecilles. [28] Ac proinde minoris est negotij rudi adhuc animę veritatẽ primum, instar ceræ nondum signatæ, imprimere, quam cõscriptis iam literis, hoc est pestiferis opinionibus placitisq;, doctrinam piam inducere, nihilque aliud as-

sequi, quàm vt posteriora cum prioribus cõfundantur & perturbentur. Neq; enim vt planam & tritam viam calcare præstat quam asperam nullisque pedum vestigiis impressam, aruumque colere aratro iam sæpe proscissum & emollitum: commodius quoque fuerit animum pingere, cui vitiosa iam aliqua doctrina impressa sit, inprobęq; litere altissimè consignatæ. Alioqui pio scriptori duplex hic labor suscipiendus erit, vt & priores formas deleat, & probatiores digniores q; maneant, quę ipsis subroget, ac substituat. Ac tot tamq; graues sunt cũ in reliquis animorũ morbis, tũ in doctrina etiam ipsa peruersæ peruersiq; spiritus notæ & impressiones, tantumq; ei negocium incumbit, cui hęc moderandarũ regendarumq; animarũ cura cõmissa est: pluraq; etiã, ne modũ oratio excedat, ꝓtermisim⁹. Quemadmodũ igitur siquis belluã variã & multiplicem ex multis belluis magnis iuxta paruisq;, feris mitibusq; conflatam cicurare ac ducere aggrediatur, huic in natura adeò varia & prodigiosa gubernanda, maximus proculdubio labor subeũdus sit, maximumq; certamẽ, quippe cum nec vocibus illẽ, nec alimentis, nec manuus attrectationibus ac sibilis, nec reliquis delectentur, sed aliæ aliis, pro sua quæq; natura & consuetudine, vel gaudeant, vel offendantur: vt qui eiusmodi belluæ curam susceperit, eum varia omnino & multiplici scientia ornatũ instructumq; esse oporteat, & congruentẽ cuique rationẽ adhibere, siquidẽ belluam cũ laude ducere atq; incolumẽ tueri cupit. Haud dissimili modo cõmuni hoc Ecclesiæ corpori, instar compositæ cuiusdam & inæqualis belluæ, ex pluribus variisq; moribus & sermonibus coagmẽtato, summopere quoq; necesse est, antistitem simul & simplicem esse quantum ad eam, quam ad res omnes adhibere debet animi integritatẽ, & quã maximè varium ac multiplicem, quantum ad id attinet, vt vniusquiusque beneuolentiam sibi conciliet, omnesque apta & appositа oratione alloquatur. Quidam enim lactis alimonia opus habent. hoc est simplici & rudimentaria doctrina, nimirum qui animi habitudine teneri sunt recensque, vt sic dicam. compacti, nec virilem sermonis cibum ferunt. Quem si quis ipsis præter vires admouerit, eius pondere oppressi fortasse atque obruti (animo ad id, quod transmissum est, attrahendum sibique accommodandum nequaquam satis virium habente, quemadmodũ nec corpus in cibis materia cõstantibus) pristinas etiam eorũ vires labefacta bit.

Ecclesiæ corpus, quale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Heb.5. Quæ præsulis debet esse prudẽtia.

bit. Alij sensuum organa ad veri falsique delectum atque discrimen exercitata habentes, ac proinde sapientia ea, quæ inter perfectos exponitur, sublimiorique & firmiori cibo indigentes, si quis lac illis propinet,[29] oleribusque hoc est infirmorum cibo eos alat, indignè acerbeque id laturi sint, nec immeritò, vt pote nihil Christiani roboris colligentes, nec laudabili illo incremento augescentes, quod sermo diuinus affert, eum, qui præclarè alitur, in virum absoluens, atque ad spiritualis ætatis mensuram ducens. Et ad hæc quis idoneus? Non enim plerique similes sumus, qui veritatis doctrinam caponum ritu adulterant, vinumque aquæ admiscent, hoc est doctrinam cor hominis exhilarantem cum vili & vulgari humique reptante & euanida, frustraque & temere fluente (vt ipsi ex hac caponatione nonnihil emolumenti capiant) aliasque alio modo cum ijs, à quibus adeuntur verba faciunt, omnibusq; assentantur,[30] ventriloqui sane homines & vaniloqui, voluptatibus suis obsequentes, easq; verbis aucupantes è terra pronunciatis, atque in terram accumbentibus, vt sic maximè populi existimatione floreant, aucupantes, grauissimum sibi ipsis detrimentum imò exitium afferentes, innoxiumq; simpliciorum animarum cruorem effundentes, de manibus nostris aliquando requirendum. Quin potius illud exploratum habẽtes, melius esse alijs, qui artis peritia præstent, habenas nostri concedere, quam indoctos & imperitos aliorum aurigas esse, præstareque candidam aurem submittere, quàm stolidam linguam mouere: hoc in quam nobiscum nec pessimis sortasse consultoribus, beneuolis quidem certè collocuti, laudabilius duximus ea, quæ dicenda & facienda sint, addiscere, quam quæ nescimus, docere. Præclarè enim cũ eo agitur, cui vel altissima senectus docẽ nam canam attulerit, eamque vim habentem, vt nouæ in pietate animæ vtilitati atque adiumento esse queat. Ac meo quidem iudicio admodũ stulte temereque illi faciunt, qui priusquam ipsi satis doctrina instructi sint, aliorum se magistros profitentur,[31] figilinamque, vt vulgo dici solet, in dolio discunt, hoc est alienarum animarum periculo pietatem meditantur. Stultè, si ne ignorantiam quidem suam præsentiunt: temere, si cũ eam intelligant, hoc tamen negocium suscipere audẽt.[32] Enimuero Hebrẽorum sapientes hanc olim Hebræis legem fuisse narrant, in primis egregiâ laude dignã, qua non cuiuis ætati quiuis scriptu-

Præsules prius sint doctrina instructi. Prouerb.

Hebræi nõ cuiuis ætati quæuis scripturæ liber cõcedebatur (nam ne hoc quidẽ vtilius esse, quandoquidem nec tota statim à quolibet percipi possit, ac reconditissimus quisque locus externa sui specie imperitioribus plurimum mali afferre possit) verum alij libri iam inde à prima ætate omnibus permittebantur, communesque erant, nimirum qui ne extremo quidem verborum sensu quicquam improbandi absurdique continent, alij autẽ his duntaxat, qui vicesimum quintum ætatis annum excessissent, velut pro laboris & industriæ honestæque & eximiæ vitæ præmio cõmittebantur, (ij videlicet, qui mysticam pulchritudinem quasi vili quadam veste contegunt, his solis assulgentẽ spectandamque se præbentem, qui mentis sordes eluerint) quòd scilicet hæc sola ætas supra corporeũ externumque sensum assurgere, atque à litera ad spiritum præclarè conuolare queat. At nobis docendi discendiq; nullos statutus est terminus,[33] quẽadmodum olim Israëliticis tribubus cis Iordanẽ & vltra Iordanem sedes habentibus, nec quibus illud, quibus rursus hoc committendum sit, præscribitur, nec ad vllam normam hominum precia qualitatesque perpenduntur: verum ita proiecta atque contempta & confusa hæc res est, tamque malè affecti sumus, vt maior pars nostrum, ne dicam omnes, prius ferè quam lanuginẽ ingressi sint, priusquã sacra volumina vel de nomine nouerit, priusquam noui veteris que Testamẽti signa notasque cognouerint: nondum enim dico priusquam impuræ flagitioseque vitæ cœnum absterserint, easque animæ fœditates, quas nobis peccatum asperserit, si duas aut tres pias voces edidicerimus, ac ne id quidem ex lectione sed sed ex auditione, aut Dauidi nonnihil operæ dederimus, aut pallium scitè contrahamus, aut zona tenus philosophemur, pietatisque specie quadam & fuco nosmetipsos oblinamus, papæ, quam egregia præfectura, quam excelsus animus![34] Protinus Samuelẽ ab ipsis incunabulis sacrosanctum in ore habemus: protinus sapientes sumus, & præceptores, & rerum diuinarum cognitione sublimes, & Scribarum & Legislatorum primi, nosq; ipsos calculo nostro cælestes designamus, ac vocari ab hominibus Rabbi expetimus: nec vsquam litera, sed omnia spirituali modo intelligenda sunt.[35] meraque deliramẽta insomnia nostra indigneque & molestè tulerimus, nisi miri ficis laudibus in cælum efferamus. Atque hæc optimi quique nostrum & simplicissimi. Quid porro ij, qui spiritu animoque maiore sunt? Multis verbis nos, si ita visum

nullo loco habent, vt ignaros & deliros. Elegãs dialogismus.

sum fuerit, accusant atque condemnant, miserisque modis exagitant, nec loco vllo ac numero habent, tandemq; nostram vt impiorum hominũ auersantur. Quòd si cum eorum aliquo leniter ac disputationis modo eum ad meliorem sententiam adducere tentantes ad hunc modum agamus, Dic mihi, vir eximie, vocásne aliquid saltare & tibia canere? Maximè verò inquiet. Quid sapientiam, & sapientem esse, [36] quam nos diuinarum humanarumque rerum scientiam definimus? Id quoque concedet. Age verò, censésne artes illas sapientia meliores esse, an hanc potius illis multò superiorem? Imò omnibus quoque alijs, haud dubiè dicturus est: atque hactenus illis constat animi candor & probitas. An igitur saltationis quidem & tibiarum ludi doctrinam quandam & disciplinam esse dicemus, ad eamque colligendã & diuturno tempore & plurimis laboribus sudoribusque opus esse, mercedemq; etiam interdum numerandum, commendatoresque adhibendos, longasque peregrinationes iucundas, cæteraque omnia facienda, quibus artis peritia comparatur: sapientiam autem, quæ omnia regit, complexuque suo quicquid vsquam laudabile & præclarum est, tenet (adeò vt ipse quoque Deus, quamuis permultis nominibus vocetur, hoc tamen nomine impensius quàm vllis alijs delectetur) rem vsq; adeò leuem & protritam existimabimus, vt ad sapientis nomen adipiscendum voluntas sola requiratur? Magnæ hercle stultitiæ hoc fuerit. Si hanc ad eos orationem habeamus, erroremque paulatim emouere ac repurgare nitamur, aut alius quispiam ingenio maiori & sagacitate præditus, idẽ egerit,[37] ac si semina in petras fundat, aut ad surdorum aures loquatur,[38] ita ne hactenus quidem sapiẽtes sunt, vt inscitiam suam agnoscant. Ac mihi pulchrè illud Salomonis quadrare videtur, Est peruersitas, quam vidi sub Sole hominem opinione sua sapientem, & quod sceleratius est, alijs instituendis præfectum, qui ne suæ quidem ignorantiæ sibi sit conscius. Hoc vitium lachrymis quidem & luctibus, si quod aliud, dignum est, idque sepenumero mecum ipse deploraui, optimè sciens, opinionem rei opinione conceptæ maximam partem auferre, inanisq; gloriæ studium ad virtutis adeptionem hominibus plurimùm obesse: cęterùm hunc morbum sedare ac depellere Petri cuiusdam aut Pauli fuerit, magnorum Christi discipulorum, qui diuino munere hoc consecuti sunt, vt rebus & verbis gregem commissum gubernarent, omnibusque omnia fie-

Luc.8. & Matth.13. Salomonis dictum. Prou.3.

Petrus & Paulus magni Christi discipuli.

Amuuoi.

rent, vt omnes lucrarentur. Nobis autem alijs magnum atque amplum fuerit, si ab ijs, quibus sanandarum corrigendarumq; huiusmodi rerum prouincia mandata est, rectè gubernemur atque ducamur. Ac quoniam Pauli eiusq; æqualium mentionem fecimus, relictis, si ita videtur, omnibus alijs, qui ob legum institutionem, vel prophetiam, vel exercitus præfecturam, vel aliam quandam huius gubernationem populi antistites creati sunt, velut Moses, Aaron, Iosue, Elias, Eliseus. Iudices, Samuel, Dauid, Prophetarum agmen, duodecim apostoli, eorumq; posteri, qui non sine multis laboribus & sudoribus præfecturę munus suis quisq; temporibus administrarũt, his inquam omnibus prætermissis, Paulum vnum proferamus, atque in eo quanta quamque ardua sit animarum cura consideremus. Quod quò facilius intelligi perspiciq; possit, quid Paulus ipse de Paulo dicat audiamus. Mitto labores, peruigilia, timores, fame & siti, frigore & nuditate afflictum corpus, externos insidiantes, internos aduersantes, atque in contrarium laborantes. Mitto persecutiones, concilia, ergastula, vincula, accusatores, tribunalia, mortes in dies atque horas incursantes, sportam, lapidationes, virgarum supplicia, circuitus, pericula in terra, pericula in mari, profundũ, naufragia, pericula fluminum, pericula ex genere, pericula in falsis fratribus, vitam manuum labore toleratam, gratuitò promulgatum euangelium, quemadmodum etiam spectaculum erat & angelis & hominibus, medius inter homines Deumque constitutus, pro his videlicet dimicans, illi autem peculiarem eximiumque populum concilians & adiungens: præter hæc, quæ extrinsecus ipsi accidebant. Quis enim satis dignè quotidianam ipsius animaduersionem attentionemque commemoret, quis priuatę cuiusq; salutis curam, quis Ecclesiarum solicitudinem, condolentiæque & charitatis erga omnes affectum? Offendebat aliquis: & Paulus infirmitate corripiebatur. Alius scandalizabatur: & Paulus vrebatur. Iam quid de diligentia ac diligentia dicam? quid de de multiplici medendi ratione? quid rursus de asperitate? quid de vtriusque mixtione & temperamento, ne vel benignitate & facilitate ignauos, nec acerbitate feroces atque contumaces homines redderet? Heris ac seruis leges dictat, præfectis & mulieribus, parentibus & liberis, matrimonio & cœlibatui, delicijs & continentiæ, sapientiæ & inscitiæ, circuncisioni & præputio, Christo & mundo, carni & spi-

1.Cor.9.

Moses, Aaron, &c.

Pauli pro pascẽdo grege labores & æruñæ.

2.Cor.11.

1.Cor.9.

1.Cor.4.

Leges Pauli.

Col.3.

Ephes.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ephes.6. ritui. Pro alijs gratias agit,alios acrius
1.Timot.6. perstringit.Alios gaudium suum & coro-
Phil.4. nam nominat,alijs amentiam obijcit. A-
Gal.3. lijs rectum iter tenentibus comitem se
1.Cor.5. adiungit,alacritatemque eorum alacrita-
2.Cori.2. te sua excitat:alios malè incedentes coer-
1.Cor.5. cet ac reprimit. Nunc ab Ecclesiæ cœtu
1.Cori 4. proscribit,nunc charitatem firmat: nunc
2.Cor.15. luget,nunc ad auditoris captum se demit
2.Cor.13. tit, nunc eundem subuehit: nunc virgam
Phil.1. minatur, nunc clementiæ spiritum pro-
2 Tim.4. tendit: nunc apud sublimes & arrogan-
Phil.4. tes se effert,nunc apud humiles se deijcit:
1.Cori.4. nunc Apostolorum minimus est,nunc do cumentum se daturum profitetur Christi in se loquentis. Nunc ex hac vita migrare gestit, ac delibatur, nunc propter suos magis necessarium esse censet in carne manere. Non enim quod suum est,quærit,sed quod filiorum,quos per euangelium genuit. Hic enim ipiritualis omnis

Spiritualis præfecturæ finis.

præfecturę finis est,nimirum priuata vtilitate neglecta commodis aliorum inseruire: Adhæc infirmitatibus & afflictionibus suis, velut alio quopiam ornamento
2.Cor.11. gloriatur, in Christi Iesu mortificatione
2.Cor.4. sibi placet.39 Carnis dotibus eminet,spiri
2.Cor.11. tualibus tamen exultat. Imperitus nō est
1.Cor.13. scientię & tamen per speculum & in enig-
1.Cori.9. mate videre se ait. Spiritui fidit, & interim tamen corpus subigit,ac velut aduersarium profligat:his verbis scilicet nos docens atque admonens, ne terrenis rebus efferamur, nec eruditionis laude intumescamus,nec carnem aduersus spiritum excitemus .Pro omnibus dimicat,pro omnibus preces fundit, zelotypia ergo omnes afficitur, pro omnibus inflammatur tam à lege alienis, quàm legis,Gentium concionator,Iudæorum antistes & patro-

Paulus Gentium concionator & Iudæorum patronus.

nus.Quin etiam maius quiddam pro suis secundum carnem fratribus ausus est(vt
Rom.9. ipse quoq; audacius hæc dicam)eos apud
Gal. 3. Christum in locum suum subrogari præ
Esa.53. charitate optat. O incredibilem animi
Gal.2. præstantiam:ô prædicandum spiritus fer
Gal.6. uorem.Christum, qui nostra causa male-
Philip.3. dictum factus est,qui infirmitates nostras
com.13. suscepit,& morbos portauit,imitatur,aut
2.Cori.12. vt parcius dicam, primus ipse post Christum aliquid eorum causa perpeti,& quasi impius non recusat modò ipsi salutem consequantur. Quid singula commemorare pergo?Ipse enim non sibi,sed Christo & prædicationi viuens, mundumque sibi ipsi crucifigens,ac vicissim mundo rebusque in aspectum cadentibus crufixus, parua omnia cupiditatéque sua inferiora existimat:quamuis etiam ab Hierusalem & circuniacentibus regionibus vsque ad Illyricum Euangeliū impleuerit quamuis ad tertium cælum raptu peruenerit, quamuis paradisi spectator fuerit, quamuis denique arcanorum nobis verborum auditor. Hæc Paulus, 40 & si quis eodem spiritu præditus est. Nos autem, quàm vereor,ne si cum illis comparemur, *Prou.* 41 fatui quidam principes Taneos simus, *Tanis.* 42 aut exactores spicas legentes,aut populum falsò beatum prædicantes,imò etiam *Esa.3.* ipsi falsò beati existimati, & semitam pedum nostrorum perturbantes, aut illusores dominantes,aut adolescentes antistites minimeque adulta prudentia, ne tantulum quidem panis & vestium habentes, vt quibusdam præesse queamus, aut Prophetæ iniqua doctrina populum instruen- *Esa.*
tes,aut principes contumaces,& digni,qui cum patrijs legibus institutisque propter famis acerbitatem malè audiamus,aut sacerdotes denique longè ab eo remoti,vt ad cor Hierusalem loquamur,quæ omnino Esaias Seraphino illo & 43 carbone purificatus eleganter exprobrat & contestatur. Sed fortasse negocium magnum, magneque difficultaris & ærumnæ duntaxat cordi sensu prædito, mœstitiaque affecto, ac verè 44 tinea osium viro prudenti:ceterum paruum est periculum, aut casus leuis & contemnendus? At enimuero magnum mihi terorem intentant hinc beatus Oseas, aduersus nos *Oseæ* sacerdotes atque præfectos iudicium esse *Habac.* dicens,quia laqueus speculationi facti sumus, & quasi rete extensum 45 super Ita- *Osee.*
byrium,quod ab ijs sixum est,qui humanas animas venātur minitāsq; se facturū, vt malos Prophætas succidat,flāmisq; iudices eorum absumat,seque aliquantisper teneat,ne reges & principes vngat: quoniam sibi ipsis regnum administrarunt, *Micheæ* ac non per eum. Hinc rursus diuinus Micheas ferens acerbissimè Sion in sanguinibus ædificari(vtrū libet sanguinē intellexeris(& Hierusalem in præfectorum suorū iniustitiis addictam precio iudiciorū, non nisi numerato argento vaticinantium,ob eaque scelera futurum denuncians,vt Sion agri in morem aratro perstringatur,& Hierusalem tugurij instar sit,& murus Domini in nemus siluæ reputetur, simul etiam eorum, qui numeros omnes officij sui explent,paucitatem deplorans, tantamque eam esse dicens,vt vix serè stipula supersit, vel racemus : quippe cùm princeps quoq; ipse perat,& iudex ad gratiam loquatur, ijsdemque propemodum verbis cum magno Dauide vtens,Saluum *Psal.12.*
me fac, Domine,quoniam defecit sanctus: ob eamq; causam futurum affirmans, vt à

bonis suis,facultatibusque deserantur,ni-
mirum à tinea consumptis. Ioel porro lu- *Ioel.2.*
ctum quoque nobis indicit, ministrosque altaris,premente fame in planctu versari iubet,tantùm abest,vt in aliorum calamitatibus genio indulgere permittat ac præter quàm quòd ieiunium solenne indicit & instituit , medicinamque promulgat, presbyteros & infantes, miserandas inquam illas ætates congregat,insuper ipsos quoque sacerdotes hortatur,vt templum ingressi,atque in cinere & saccis summaq; animi deiectione in terra prouoluti,quoniam arua sterilitate afflicta fuerant, sublatumque ex domo Domini libamen & sa-
crificium humilitate sua Deum ad mise- *Habac.1.*
ricordiam allicerent. Quid Habacuc? Hic acriori etiam oratione vtitur, atq; aduersus Deum ipsum stomachatur,benignumque Dominum propter iudicum iniquitatem velut clamore insectatur: V squequo Domine vociferabor, & non exaudies? iniuria affectus ad te clamabo,nec mihi salutem afferes? Quare mihi labores & ærumnas ostendisti , feciſtique vt vexationem impietatemque perspicerem? E regione mei factum est iudicium, & iudex donis corrumpitur. Idcirco dissipata lex est
nec iudicium in finem dirigitur. Mox *Ibid.1.*
comminatur, & quæ deinceps sequuntur. Videte contemptores,ac respicite, admiramini res admirandas, & funditus delea mini:quoniam opus ego operor. Sed quid totam illam comminationem subnectere necesse est ? Verumenimuero aliquantò antè (hoc enim superioribus verbis mihi commodius adiecturus videor) posteaq; multos eorum , qui vitijs quibusdam flagitijsque tenebantur,appellasset ac defleuisset,tandem ipsos quoque sceleris duces
& magistros appellat, 46 subuersionem *Habac.2.*
turbidam vitium nominans, mentisque ebrietatem & errorem , ab ijsq; huiusmodi poculum hominibus propinari , vt ad animæ eorum tenebras aspiciant,& ad reptilium bestiarum ferarumque spelunceas,hoc est ad sceleratarum cogitationum sedes & domicilia. Atque hi quidem Prophetæ tales,& cum talibus documentis ad nos sermonem habent. Nec verò silentio
pretereundus est Malachias,qui nunc gra- *Malachi.1.*
uiter acerbeque sacerdotes accusat , probrisque incessit,vt Domini nomen parui pendentes , quibusque in rebus,adiungit, in eo nempe , quòd atros panes ad altaria afferant,quòd non primitias sed cibos , & quidem tales,quales nec principi cuipiam obtulerint,aut si offerant,contemptui futuri sint , regi omnium rerum inter precandum offerre non dubitent , claudaque & ægra atque corrupta planeque profana & execranda. Nunc rursus ad Leuitas ora
tionem confert , pacti diuini memoriam *Malach.2.*
eis refricans. Id autem pactum erat vitæ & pacis,atque vt graui Domini metu afficerentur, & à facie nominis ipsius extimescerent. Lex,inquit,veritatis in ore eius, & iniustitia in labijs eius non est inuenta. In pace rectum iter tenent mecum ambulauit,& multos sceleratè viuentes in viam reduxit, quoniam labia sacerdotis scientiam custodient , atque ex ipsius ore lex requiretur. Causa autem quàm præclara simul & formidanda : quia omnipotentis Domini angelus est. Ac diras quidem im- *Sacerdos angelus Domini.*
precationes,quas deinceps affert,nō commemoro,ne quid mali ominis oratio hæc habeat,earum tamen veritatem pertimesco. Quod verò dictu tolerabilius vtiliusque est,Num,inquit,adhuc æquum est,vt ad sacrificium vestrum respiciam,aut de manibus vestris munus accipiam ? tanquā scilicet grauissima indignatione permotus,sacrificiumque eorum propter eorum scelus auersans ac repudians. Nam quid de Zacharia dicam,cuius nunquam memini, *Zach. 11.*
quin ad falcem illam animo cohorrescam *Iesus magnus sacerdos.*
simul etiam ad ea , quæ aduersus sacerdotes attestatur. Ac quæ de egregio illo Iesu , magno sacerdote obiter ostendit , cui *Zach.3.*
vili sordidaque veste contecto splendidam atque sacerdotalem imponit, quæ etiam Angelus ipse ad Iesum loquens & mandata dans fecit , ea vt altius fortasse sublimiusque,quàm pro vulgarium sacerdotum cōditione tendentia,silentio commendabo. nisi quòd ab huius quoque dextra parte stabat diabolus,vt ei aduersaretur,res,meo quidem iudicio, nequaquam leuis,nec paruo timore & cautione digna. *Ibidem.*
Quibus autem verbis reliquos pastores studiosè accusat,in eosque inuehatur , ecquis est tam audax tamque adamantino pectore,quin ea audiens contremiscat,moderatiorque fiat ? Vox,inquit,pastorum lugentium,quia afflicta & labefactata est *Zachariæ verba ut malos pastores.*
magnificentia eorum . Vox rugientium leonum,quia his atque illis calamitatibus affecti sunt. Ipsos quoque propemodum *Zach. 11.*
fletus quasi iam præsentes audit, & miserorum vicem luget. Paulò etiam antè vehementius adhuc & acerbius. Pascite,inquit,oues occisionis,quas qui possidebāt, iugulabant, nec pœnitudine tangebantur,& qui vendebant eas,dicebant : Benedictus Dominus , quia locupletati sumus: nec pastores earum vllo ex earum calamitate dolore commouebantur. Ergo ijs,qui terram habitant , non iam vltrà parcam, dicit Dominus omnipotens. Ac rursus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Framea susciteare super pastores. Et, Percutite pastores, & oues ipsis extrahite. Et, Inducam manum meam super pastores. Et, Iratus est furor meus super pastores, & in agnos visitabo: iam videlicet ipsos quoq; principes ijsdem minis complectens. Tanto studio in hac oratione immoratur, nec à comminationibus facilè abduci potest. Ac proinde ipse etiam vereor, ne odio & execrationi vobis sim, omnes ordine commemorans. Atq; ad hunc modum cum pastoribus agit Zacharias. Vt autem illos apud Danielem senes prætereamus, illudq; etiam prætermittamus, quod de ijs prælarè à Domino dictum atq; prædictum est, Egressa est iniquitas ex Babylone à senioribus, qui populũ gubernare videbantur, quo tandẽ modo Ezechielem feremus, illum inq̃ magnorum mysteriorũ spectatorumq; perspectorem & enarratorẽ? quo modo ea quæ pastoribus iniungit, iubetq; ne ad vitium gladiumq; ipsi imminenté & impedentem obmutescant, q̃ hoc nimirum nec ipsis, nec ijs qui peccant, vtile futurum sit: contrà periculi prouisio & denunciatio vtrisq;, si quidem eorum sermonem populus audiat, profutura sit: sin minus, at ijs certè, qui denunciarint? Quo itẽ modo aliam illam excursionem quam aduersus pastores facit, nunc his verbis, Væ super væ erit, & nuncium, & visio à Propheta requiretur, & lex à sacerdote peribit, & consilium à senioribus. Nunc his rursus, Fili hominis dic ipsi, Tu terra es pluuia nequaquam perfusa, nec pluuia venit super te in die iræ: atq; in medio tui duces sunt velut leones rugientes, rapinas rapientes, comedentes animas in principatu. Et nõnullis interiectis, Sacerdotes ipsius legẽ meam reijciebant, & sancta mea prophanabant, nec prophanorum & sanctorum delectum vllum habebant, sed omnia eodem loco apud eos erant, & à sabbatis meis oculos suos obtegebãt, & in medio eorum prophanabar. Deiecturumq; se & parietem & eius iunctores minatur, hoc est & eos qui peccant, & eos qui ad peccatum conniuent, illudq; obtegunt, quod nefariorum principum & sacerdotum est, domumq; Israelis in transuersum agentium, secundum corda sua in studijs consilijsq; suis ab alienata. Mitto, quę de ijs disserit, qui seipsos pascunt, & lac comedũt, & lanis teguntur, & quod crassum est, iugulant, gregem autem non pascunt, nec quod infirmum est, corroborant, nec qd' confractũ, obligant, nec quod temere oberrat, in viam reducũt, nec quod amissum est, requirunt, quod firmum est, tuentur, sed labore conficiunt, ac de industria enecant: sic vt oues pastorum penuria in omnem campum & monte dispersæ sint, atq; omnibus auibus & bestijs pabulo fuerint, quòd non esset, qui requireret ac reduceret. Quid postea? Viuo ego, dicit Dominꝰ, pro eo q̃ hæc ita se habent, atq; oues meæ in prædam fuerunt, ecce ego super pastores, & requiram oues meas de manibus eorum, atq; eas colligam & comparabo: his verò alias atq; alias pœnas irrogabo, quasque sceleratis pastoribus æquum est irrogari. Sed ne Prophetas omnes atq; omnia Prophetarum testimonia enumerans sermonem in longum protraham, vnius adhuc Hieremiæ, antequam crearetur, cogniti, & ab ipsa vulua sanctitatem consecuti, mentione habita, reliquos omnes præteribo. Hic quanquam capiti aquam petit, & oculis fontem lachrymarum, vt Israëlis calamitatem digna comploratione prosequatur: non minus tamẽ antistitum quoque ipsorum peruersitatem deplorat. Ac Deus quidem sacerdotes coargués his verbis ad eum vtitur, Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Dominus: & qui legis meæ doctrinam sibi vendicabant, nesciebant me, & pastores impiè agebant in me. Propheta autem ipse in hæc verba loquitur: Pastores stultè egerũt, nec Dominum exquisiuerunt, ob eamq; causam totus grex intelligentia caruit, ac dispersus est. Ac multi pastores, inquit, vineam meam peruastarunt, partemq; illam meam desiderabilem fœdauerũt, adeò vt in solitudinem inuiam redacta sit. Mox in malos pastores rursus inuehitur: Væ pastoribus, qui pascuæ meæ oues obtruncatis ac dispergitis. Propterea hæc dicit Dominus ad eos, qui pascunt populum meũ. Vos dispersistis oues meas, & eas expulistis, nec visitastis. Ecce ego vlciscor sup vos iuxta mala studia vestra. Quinetiam pastores vlulare iubet, arietesq; ouiũ plangere, quoniam dies eorum cædi destinati cesserũt. Verùm quid antiqua colligo? Quotusquisque est, qui si ad amussim eam, regulamq; seipsum exigat, quam Paulus de Episcopis & Presbyteris fixit, nẽpe vt sobrij & prudentes sint, nõ temulenti, non percussores, sed docẽdi periti, irreprehensibiles, atq; huiusmodi, vt nullæ eos improborũ calumniæ attingere queant, nõ sese à normæ rectitudine permultũ abesse cõperiet? Quid ea cõmorẽ, q̃ Iesus discipulis suis, cùm eos ad p̃dicationẽ legeret, præscribit? quorũ, ne singula explicem, hæc summa est, vt virtute tales existant, atq; ita expediti & moderati, atq;, vt vno verbo dicam, cœlestes, vt nõ minus eorum vitę probitate & morũ elegantia quàm doctrina Euangelium ꝓpagetur.

getur. Mihi verò timor incutitur, cùm & Pharisæos probris affici, & Scribas reprehendi redarguiq́ue video, quibus cùm nos virtute longè superiores esse debeamus ac iubeamur, si modò nos vlla regni cælestis cupiditas tangit, turpe profectò fuerit, si ipsis etiam sceleratiores inueniamur: adeò vt ipsi quoq; serpentes appellemur, & fœtus viperarum, & duces cœci, culicem excolantes & camelum deglutientes, & sepulchra internè sordida, externa pulchritudine fucata, & patinę in speciẽ mundę, aliaq; omnia, quę illi verè meritoq; nominantur. In his ego cogitationibus dies noctesq; versor. Hæc medullas ipsas absumunt, & carnes abrodunt, nec me audacé esse sinunt, altaq; ceruice incedere. Hæc animam meam deijciunt, & mentem contrahunt, & linguam vinculo coercent, faciuntq;, vt non de præfectura, nec de corrigendis alijs & gubernandis cogitem, id quod exuberantis cuiusdam facultatis est: sed quo modo ipse venientem iram effugere queam, nonnihilq; vitiosæ rubiginis à me ipso abradere, purgarique primùm ac deinde purgare, sapientia instrui, atq; ita alios sapiẽtes reddere, lux fieri & alios collustrare, accedere ad Deum & alios adducere, sanctificari & sanctitatem alijs afferre, deniq; 48 cum manibus alios ducere, consiliumq; cum prudentia dare. Ecquando igitur hæc erunt, inquient homines ad omnia celeres, nec satis cauti facilè ædificantes & deuoluentes? Ecquando lucerna supra candelabrum? Eccubi talentum? sic enim gratiam vocant. Hæc homines amicitia magis & beneuolentia, quàm pietate cõcitati. Ecquando hæc futura sunt, quæritis, viri præstantissimi, & quæ mea sit ratio? Ne extrema quidem senectus huic muneri præstituta longum tempus censeri debet. 49 Senectus enim cũ prudentia coniuncta imperitæ iuuentuti anteponenda est, & consulta tarditas inconsultæ temeritati, & regnum breue tyrannidi diuturnæ, quemadmodum & pars exigua modò honesta, diuitijs multis ignominiosis ac dubijs, & exiguum aurũ grauissimo plumbi ponderi, & parua lux densissimis tenebris. Alioqui verẽdum, ne periculosa hæc celeritas præcepsq; studium, seminibus illis non absimile sit, quæ in petras cecidérunt, & quia terræ profunditatem non habebant, statim exorta, ne primum quidẽ Solis calorem ferre potuerunt: aut etiam fundamento in arena iacto, ne tantulum quidem aduersus pluuiam & ventos reluctanti. Væ tibi ciuitas, ait Salomon, quæ iuuenem regem habes, Idemq; rursus, Ne sis celer in verbis: inferius videlicet esse pronũcians minusq; expetendum, verbis celerem & præcipitem esse, q̃ actione prõptum atq; feruentem. Et quis ille est, qui his omnibus pro nihilo habitis celeritatẽ potius exposcit, q̃ securitatem & vtilitatẽ? Quis ille est, qui veritatis antistitẽ ac propugnatorem vnius dieculæ spatio, velut simulachrũ ex argilla, fingit, illum inq̃, qui cum Angelorum classe atq; ordine futurus est, qui cum Archangelis Deum celebrabit, qui ad supernum altare sacrificia transmittet, simulq; cum Christo sacerdotio fungetur, qui figmentum instaurabit, imaginẽq; creatori fistet, & superno mundo opificẽ aget, vt quod maius est dicam, Deus erit, aliosq; deos efficiet? Scio, cuius ministri sumus, & vbi siti, & quò mittentes. Scio, q̃ Dei sublimitas, q̃ humana infirmitas, ac rursus potentia. Cælũ excelsum, terra ꝓfunda atq; depressa. Quis eò ascendet peccato prouolutus: quis terrena caligine carnisq; crassitie adhuc obuolutus tota mẽte totam illam mentẽ purè pspiciet, rebusq; stabilibus & oculos fugientibꝰ inter instabiles oculisq; subiectas miscebitur? cùm vix etiam ipsum summi boni simulachrum quisquam in hac vita quamlibet accuratè purgatus cernere queat, non aliter atq; ij qui Solem in aquis intuentur. Quis mensus est aquam manu, & cœlũ palmo, & totam terram pugillo? quis statuit montes in statera, & saltus in libra? quis locus requietis ipsius, & cui ex omnibus rebus cõparabitur? Quis est, qui omnia verbo facit, hominemq; in sapientia fabricatus est, resq; inter se disitas in vnũ adduxit, terramq; spiritui miscuit, animalq; visibile composuit, tempore periturum & immortale, terrestre & cæleste, capessens Deum nec arripiens, accedẽs & procul remotus? Dixi, Sapientiam consequar, ait Salomon: at ipsa multò q̃ antè longius à me recessit. Ac sanè qui addit scientiam, addit, dolorem: vt qui non plus voluptatis ex eo quod inuenit, accipiat, q̃ mœroris ex eo quod assequi nõ potuit. quemadmodũ, ni fallor, ijs vsu venire solet, qui adhuc siti affecti ab aquis auellũtur, aut qui id quod se habere existimant, manibus tenere nequeunt, aut qui fulguris splendore collustrati statim ab eo deseruntur. Hoc me inferiori loco tenebat, humilemq; sententiã adducebat, vt melius esse censerem laudis vocem audire, quàm earum rerum, quę vires meas superabant, enarratorem me ꝓfiteri, nimirum maiestas & fastigium atq; amplitudo, & puræ naturæ vix Dei splendorem corripientes, qui abysso tegitur, qui pro latebra tenebras habet, vt potemen purissimum pluribusq; inaccessum,

Matth. 3.
Cap. 15.
Cap. 13.
Cap. 23.
Cur alijs præsse nolit Greg.
Similit. Luc. 8. Matth. 7.
Eccles. 10.
Cap. 5.
Matth. 5. & 25.
Obiect. solutio. Sentent.
Sacerdotij dignitas.
Episcopus simul cum Christo sacerdotio fungitur. Prou. 25.
Qui addit scientiam, addit dolorem.
Eccles. 1. Simil.
Psalm. 25.
Esa. 40.
Psalm. 35.
Psalm. 17.
Deus quales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui & in vniuerſo & extra vniuerſum eſt, qui bonum omne eſt, & bono omni ſuperior, qui mentem illuſtrat, & mentis celeritatem altitudinemq; fugit, quantumq; percipitur, tantundem ſuper ſe ſubducit, amantesq; ſui [50] ex eo quod fugit, ac velut iam comprehenſus ſe proripit, ad ſuperna illectos ducit. Tantum ac tale eſt id quod exoptamus, ſummeq; affectamus? Talem eſſe oportet animarum nymphagogum ac pronubum? At verò mihi periculum eſt, ne manibus pedibusq; vinctis à thalamo præceps exturber, vt qui nuptiali veſte nequaquam indutus temere memet ijs qui illic recumbunt, immiſcuerim. Quan quam à iuuenili ætate accerſitus fui (libet enim aliquid ignotum in vulgus efferre) atq; ad Deum à vulua ipſa proiectus, [51] maternaq; pollicitatione in munus oblatus. Ac poſtea [52] periculis confirmatus ſum: ſimulq; cupiditas creuit, & ratio concurrit, omniaq; ei, qui me in ſortem accepit atq; ſeruauit, dono dedi, opes, famã nominiſq; ſplendorem, bonam valetudinem, literas ipſas, [53] ex quibus duntaxat hoc commodi tuli, vt eas aſpernarer, atq; aliquid haberem, cui Chriſtum anteferrem. Ac ſuauia mihi extiterunt oracula Dei, non ſecus ac fauus mellis: & prudentiam inuocaui, ſapientiæ addixi vocem meam. Aliaq; etiã hæc adiunxi, nempe iræ moderari, linguã frenare, oculum coercere, ventrem regere gloriamq; humi manentem calcare. [54] Inſipienter hoc quidem, ſed tamen dicã. His rebus nequaquam fortaſſe inferior fui, quàm quiuis ẽ vulgo. At verò hoc philoſophiæ munus obire maius eſt, quàm vt ipſi præſtare poſsimus, nimirum animarum imperium ac præfecturam accipere, cumque ne rectè quidem paſci adhuc ſciamus, nec animo, quantum par eſt, purgati ſimus, gregi moderando præfici, idq; huiuſmodi tempeſtate, præclarè cum eo agitur, qui alios ſurſum deorſumq; iactari ac perturbari conſpiciens, effuſiſimo curſu de medio fugiat, ac ſub locum aliquem à periculo tutum ſecedens impuri ſpiritus turbinem & caliginem fallat: hac inquam tempeſtate, qua mutuo bello mẽbra inter ſe conflictantur, ac perijt quantulumcunq; reſtabat charitatis, nomenque iam inane eſt ſacerdos, effuſo videlicet in ipſos quoq; principes contemptu, quemadmodum dictum eſt. Atq; vtinam inane eſſet nunc verò: ſed vertatur in impiorum capita infelix omen. Cæterùm metus omnis ex animis pulſus eſt, in eiusque locum ſubrogata impudentia: cuiuſuis eſt ſcientia, ſpiritusq; profunditates. Omnes vno hoc nomine pij ſumus, quia alij alios impietatis damnamus, ac iudicibus vtimur ijs, qui à Dei fide cultuq; abhorrent, canibusq; res ſanctas proijcimus, atq; ad porcorum pedes margaritas iacimus, prophanis auribus animisq; diuinam doctrinam euulgantes, atq; hoſtium vota miſeri ſedulò explemus, nec nos in adinuentionibus noſtris ſtudijsq; fornicari vllo modo pudet. Quin etiam Moabitæ & Ammonitæ, quibus ne Domini quidem Eccleſiam ingredi licebat, in ſanctiſsima noſtra myſteria irrumpunt. Omnibus porro non iuſtitiæ portas aperuimus, ſed conuiciorum & maledicentiæ portas, mutuaq; contumaciæ & audaciæ, Atq; hic apud nos præſtantiſsimus habetur, nõ qui Dei metu, ne verbum quidem ocioſum profuderit, ſed qui proximum ſuum plurimis maledictis vel apertè vel obſcurè fixerit, ac ſub lingua ſua laborem & fatigationem, aut, vt magis appoſito verbo vtar, venenum aſpidum voluerit. Huc accedit, quòd alij aliorum peccata obſeruamus, non vt lugeamus, ſed vt exprobremus, neq; vt medicinam afferamus, ſed vt nouum vulnus infligamus, atq; à proximorum vulneribus excuſationem vitijs noſtris petamus. Iam verò malos & bonos non vitæ ſed diſsidij vel concordis doctrinæ ſignò notamus: & quę hodie laudamus, eadem poſtero die vituperamus, quæ apud alios inuectiua oratione proſcinduntur, eadem apud nos admirationi ſunt, omniaq; flagitia cuiuis prompto animo condonãtur, modò impia dogmata complectatur. Vſqueadeo in vitio liberales & munifici ſumus. Atq; omnia facta ſunt, vt à principio, cùm necdum mundus erat, nec ea forma & deſcriptio, quam nunc cernimus: ſed tota rerum machina incondita atq; confuſa & aſpera informatricem manum potentiamq; deſiderabat. Aut, ſi mauis, non ſecus atq; in nocturna pugna, obſcurisq; Lunæ radijs hoſtes ab amicis non internoſcentes, vel ſicut in nauali conflictu & tempeſtate, ventorumque impetu, & referueſcentis vndæ fluctuumq; incurſionibus, & nauiũ colliſione, & contorum impulſionibus, hortatricibuſque gubernatorum vocibus, & luctuoſis cadentium clamoribus vndique perſonantes animoq; perplexi, nec virtutis declarandæ occaſionem habentes (heu grauem calamitatem?) inter nos incidimus mutuisq; vulneribus cõficimur. Nec verò populus quidẽ ita ſe habet, cæterùm aliter ſacerdos. Quin potius illud nũc mihi prorſus expleri videtur, quod per execrationem olim dicebatur, Factus eſt ſacerdos, ſicut populus. Nec alia popularis turbæ ratio eſt, alia eorum, qui in [55] plebeio

Matth. 21. *Greg. à matre in munus Deo oblatus.* *Pſal. 18.* *2. Cor. 11.* *Temporis noſtri calamitas.* *Pſalm. 106.* *1. Cor. 2.* *Matth. 7.* *Pſalm. 78.* *Deut. 23.* *Nehem. 13.* *Moabita & Ammonita.* *Pſal. 107.* *Alienorum criminum obſeruatores.* *Matth. 15.* *Pſalm. 9.* *Pſalm. 11.* *Facies Eccleſiæ mutata.* *Eſa. 65.* *Simil.* *Eſa. 24.* *Hier. 5.* *Sacerdos eſt aliquando nomen inane.*

beio ordine grandiores atq; præſtantiores ſunt: quin potius hi apertè quoque bellum ſacerdotibus inferunt, ſubſidium ad perſuadendum habentes, pietatem. Quanquã eos, qui in ſublimiſsimis primarijsq; quæſtionibus ita affecti ſunt, adeò non reprehendo, vt, ſi verè loquendum ſit vehementer etiam laudem, ijsq; gratuler. Atq; vtinam ex eorum ſim numero, qui pro veritate decertant, in hominumq; offenſionem incurrunt: imò etiam me in hoc numero eſſe gloriabor. Melius enim & optabilius eſt egregium bellum pace impia & à Deo diſtrahente, ob eamq; cauſam [56] clementẽ hominem ad pugnam armat ſpiritus, vt belli gerendi facultate inſtructum. Nunc verò nonnulli ſunt, qui de leuibus rebus nec quicquam vtilitatis afferẽtibus digladientur, ſociosq; mali, quoſcunq; poſsint, admodum ſtultè temereq; aſciſcant. His omnibus poſtmodũ fides prætexitur, atq; illuſtre hoc nomen priuatis ipſorum contentionibus diſsidijsq; conuellitur. Ac, proinde, vt credibile eſt, odio Gentibus ſumus, quodque grauius eſt, cauſam nullam proferre poſſumus, quin meritò id nobis accidat. Quin ex noſtris etiam apud equiſſimum quemq; & moderatiſsimum odio inuidiaq; flagramus: nam apud promiſcuã multitudinem nihil mirum, cui vix etiã laudabiles res honeſtęq; probantur. Supra dorſa noſtra fabricantur peccatores, & q aduerſum nos mutuò excogitamus, ea aduerſus omnes prompta habent. At ſpectaculum nouum facti ſumus non angelis & hominibus, vt ille athletarum fortiſsimus Paulus aduerſus principatus & poteſtates certans, ſed omnibus ferme improbis & flagitioſis, & quouis tempore & loco, in foro, in compotationibus, in voluptatibus, in luctibus. Iam etiam ad ſcenam vſq; prodijmus (quod propemodum lachrymans refero) & cum perditiſsimis obſcœniſsimisq; ridemur, nec vllum tam iucundum eſt ſpectaculũ & acroama, quàm Chriſtianus comicis cauillis fugillatus. Hæc nobis inteſtinum bellum aduexit: hæc homines pro bono illo & clementi immodicè pugnantes: [57] hæc homines Deum impenſius amantes, quàm ſalutis interſit. Quę autem eſt hæc ratio, vt cum athletæ extra vſitatum paleſtræ morem luctari, aut alio quodam certaminis genere vti non liceat, aut alioqui ſibilis explodetur, ignominiaque afficietur, victoriæq; iacturam faciet, qui præter paleſtræ præſcripta pugnauerit, aut aliud quoduis certamen non rectè, nec iuxta conſtitutas certaminis leges inierit, quamlibet etiam ſtrenuus ſit artisq; peritiſsimus: pro Chriſto tamen nõ ſecundum Chriſti leges quiſpiam depugnet remque paci gratam ſe facere putet, aliter q̃ liceat pro illa bellum gerens? Et quidem dæmones ad Chriſti nomen cohorreſcunt, nec ſcelerum noſtrorum grauitate vis huius nominis obliterata & extincta eſt: nos verò rem nomenq; adeò venerandum contumelia afficere nihil veremur, perſpicua ſerè voce quotidieq; inclamantem eum audientes, Nomen meum propter vos inter Gentes blaſphematur. Nec verò externum bellum extimeſco, [58] nec belluam illam aduerſus Eccleſias excitatam, ſpiritusq; impuri ſupplementum, licet ignem minetur, licet gladios, licet feras, licet præcipitia & barathra, licet omnes, qui vnquam furore acti ſunt, ſæuitia & crudelitate ſuperet, licet iam inuentis ſupplicijs acerbiora tormentorum genera comminiſcatur. Vnum mihi aduerſus hæc omnia in promptu eſt remedium, vnum ad palmam iter (in Chriſto gloriabor) nimirum vt pro Chriſto mortẽ oppetam. Quod autem ad ciuile bellũ domeſti cumq; attinet, quò me vertam neſcio, quæ ſubſidia excogitem, quam ſapientem orationem, quam gratiam, quibus armis aduerſus diaboli inſidias inſtruar? Quis hũc profligabit? Moſes manus in monte extendens, vt crux adumbrata, & antè indicata victoriam ferat. Quis? Ioſue poſt eum, cũ diuini exercitus imperatore ſimul in aciẽ prodiens. Quis? Dauid vel citharam pulſans, vel funda bellum gerens, potentiaq; ad bellum à Deo accinctus, digitisque ad prælium exercitatus. Quis? Samuel preces & ſacrificia pro populo fundens, eumque, qui de hoſtibus triumphare poterat, in regem vngens. Quis hæc pro rei atrocitate deplorabit? Hieremias lamentationes Iſraelis cauſa conſcribens. Quis clamabit, Parce Domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt Gentes eis dominentur? Quis pro nobis orabit? Noe, Iob, & Daniel, illi inquam ſimul orantes, atq; coniuncti: vt ab hoc bello paulùm conquieſcamus ac reſpiremus, vt ad nos ipſos redeamus, vt nos tandem aliquando inuicem cognoſcamus, [59] vt iam non Iſraelis vnius loco Iudas & Iſrael ſimus, non Roboam & Hieroboam, nõ Hieruſalem & Samaria, vrbes viciſsim ꝓpter peccata in hoſtium poteſtatem redactę, viciſsim deploratæ. Equidem ipſe ingenuè fateor, me inferiorem eſſe, q̃ vt operam in hoc bello nauare poſsim, ob idq; terga dedi, obtectoq; vultu me in fugam conuerti, atq; in ſolitudine ſedere, quia amaritudi-

Melius egregium bellum pace impia. Ioel. 3. *Fidei prætextus.* *Pſalm. 128.* *1. Cor. 4.* *Ephes. 6.* *Similit.* *Pro Chriſto oppetere ad palmã eſt iter.* *Exod. 17.* *1. Reg. 16. 17.* *Pſ. 44. 143.* *1. Reg. 7.* *1. Reg. 10.* *Ioel. 1.* *Ezech. 14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thren.3. ne & acerbitate impletus sum, expetiui, si-
Ephes.5. lentiq; acquiescere, tempus malum esse co-
Deut.23. gnoscens: quoniam calcitrarunt dilecti, quoniam filij desertores facti sumus, nos, inquam, vinea illa vera, tota frugifera, tota pulchra supernisq; imbribus egregiè pfusa exortaq;: quoniã pulchritudinis meæ diadema in ignominiam mihi cõuersum est, honoris mei signaculum, gloriationis corona. Quòd si quis ad ista strenuo & intrepido animo est, hunc ego præsidentiæ fortitudinisq; nomine beatum esse cẽseo. Nondum de interno bello atque in nobis ipsis & in affectibus animi condito verba facio, quo partim obscurè, partim aperto marte ab humilitatis corpore petimur, & ab hac vertigine sursum deorsumq; p sensus atq; alia huius vitæ oblectamenta nos agitante ac perturbante, atq; etiam ab hoc
Psal.68. fecis luto, cui infixi sumus, peccatiq; lege
Rom.7. spiritus legi sese bello opponente regiamque nostram imaginem, & quicquid diuini defluuij nobis iniectum est, labefactare conante. vix porrò quisquam, nec nisi qui diuturna philosophia exacteque disciplina carnem frenauerit, animæque nobilitatem & splendorem ab humilis & caliginosi corporis contagione societateque abruperit, vel diuinum numen erga se benignum propitiumque senserit, aut vtrumque horum habuerit, ac mẽtem quàm maxima cura & diligentia ad cælestium rerum aspectum euexerit, vix, inquam, corpoream hanc molem animos humi detorquentem superauerit. Priusquàm autem eam, quantum fieri potest, superauerimus auresque nostras & mentis aciem satis repurgauerimus, multoque propinquius quàm mortalium vulgus, ad Deum accesserimus, animarũ curam gubernationemque suscipere, mediatoremque inter Deum & homines agere (id enim, vt opinor,
Sacerdotis munus. sacerdotis munus est) parum tutum esse arbitror. Ac ne me forte timidiorẽ, quàm par sit, existimetis, sed consilium potius nostrum prudentiamq; comprobetis, vnde in hunc metum inductus fuerim, exponam. Primùm ex ipsõ Mose audio, quo tẽpore illi Deus oracula edebat, quamuis multi ad montem acciti aduocatiq; fuissent, inter quos Aaron etiam erat, duobus
Exod.19. filijs, ijsq; sacerdotibus, comitatus, & sep-
Non est tuũ est Deo iungi propius. tuaginta seniores ac senatores, cæteros tamen omnes eminus adorare iussos esse, Mosem solum propius accessisse, plebem verò ne simul quidem ascẽdisse: tanquam
Exod.19. videlicet non cuiusuis esset Deo propius
Heb.12. iungi, sed eorum duntaxat, qui Dei gloriam, Mosis instar, concipere possent. Ac superius etiam, cùm legum fundamenta iacerẽtur, alios quidem buccinæ, & fulgura, & tonitrua, & caligo, totusque mons fumo circunfusus, & horrendæ comminationes (Etiam si bestia montem tetigerit, lapidibus obruetur) atque alij huiusmodi terrores inferiori loco cohibebant, adeò vt præclarè secum agi arbitrarẽtur, quòd vel solam Dei vocem audirent, idque hac lege, vt seipsos antè summa cura diligentiaque purgarent: at Moses ascendit, nubemq; perrumpit, legesq; & tabulas accipit crassioribus quidem literales, acutioribus autem spirituales. Illud etiam audio *1.Par.* Nadab & Abiud, quòd nouo duntaxat ig- *Nouis.* ne thura adoleuissent, nouo quoque igne *Exẽplo* absumptos, atq; ijsdem instrumentis, qui- *nouã ad* bus impium facinus perpetrarant, excru- *nitas.* ciatos fuisse, atq; eodem tempore & loco, quo nefario crimine sese deuinxerant, p- *1.Reg.4* ijsse, ac ne patrem quidé Aaronem primas *2.Reg.* apud Deum secundum Mosem tenentem *1.Reg.* ipsos à periculo vindicare potuisse. Tum etiam id quod Heli sacerdoti, atq; aliquanto post Ozæ accidit, compertum habeo: quorum alter sceleris etiam illius, quod aduersus sacrificia filij committebant, carnium primitias ex ollis, priusquàm fas esset, extrahentes, pœnas luit, idq; cùm eorum impietati non modò non suffragaretur, sed grauissimis quoque verbis eos hoc nomine identidem obiurgaret: alter quia arcam à boue distractam tantum modo attrectare ausus fuerat, ita eam illæsam seruauit, vt sibi interim exitium accerseret, Deo nimirum hoc animaduersionis exẽ- *Leuit.* plo arcæ suę venerationem fartam tectam *Cur vt* tuente. Quin hoc quoq; mihi cognitũ est, *perfect.* ne corporum quidem labes in sacerdoti- *perfecta* bus aut sacrificijs à censura immunes exti- *offerret* tisse, verùm in more positum fuisse, vt p- *portent.* fecta perfecti offerrent, ad significandam, ni fallor, animi integritatem, nec cuiuis sacerdotalem vestem, aut supellectilem vllam sanctam attingere licuisse, nec sacrificia ipsa à quibus & quo tempore ac loco minimè conueniebat: ablumi consueuisse, *Exod.* nec vnctionis oleum compositionisq; sus- fitum imitari, ac denique templum adire *Leuit.* cuiquam liberum fuisse, nisi & animo & corpore vel ad leuissima vsq; sese purgasset: tantum aberat, vt ad sancta sanctorum accedere auderet, quæ vni duntaxat, semelque quotannis adire licebat, tantum aberat, vt cuiusuis esset velum aut propitiatorium aut arcam aut Cherubinos vel prospicere vel attingere. Hæc igitur cùm *Heb.9.* perspecta haberem, illudq; insuper, neminem magno & Deo & sacrificio & pontifice dignum esse, nisi qui prius seipsum Deo hostiam viuentẽ & sanctam exhibuerit, ratio-

Rom.12. rationalemq; cultum gratum atq; accep-
Psalm.49. tum ostenderit, Deoq; sacrificium laudis,
Psal.50. spiritumq; affli&cum atq; contritum obtulerit (quod vnum ille sacrificium, p omnibus suis erga nos beneficijs à nobis eflagitat) quo tandem modo externum illud sacrificium,[60] illud magnorum mysteri-
Missæ sacrificium quo modo sit offerendum. orum exemplar præsidenti animo ipsi offerrem, aut quo modo sacerdotis habitũ nomenq; subirem, priusq; manus pijs actionibus consecrassem, priusq; creaturis sanè atq; ad creatoris solùm admirationem, non autem ad detrimentum [61] aspicientis oculum assuefecissem, priusq; disciplinæ Domini aures satis aperuissem, ac mihi adiecta esset auricula nequaq; durè au-
Prou.25. diens [62] aureaque inauris precioso Sardio adstricta, hoc est sapientis sermo auri bene audienti, priusq; ore labijs & lingua itaque ipsum cõparassem, vt & ore aperto spiritum traxissem, aut in mysteriorum dogmatumq; pronunciatione dilatato imple-
Psalm.118. tus spiritu fuissem: & labia, vt Sapientiæ
Psalm.80. verbis vtar, diuino sensu constricta habuis-
Eccles.21. sem, addam etiam tempestiuè soluta: & denique lingua exultatione perfusa fuisset, diuinęq; melodiæ plectrum effecta ad
Psalm.56. Dei gloriam celebrandam sese excitans,
Psalm.136. simulq; cum eo diluculo exurgens, ac præ-
Psal.17. labore faucibus ipsis adhærens: priusq; pe-
Psalm.39. des meos ceruorum ritu instructos & pre-
Psalm.72. paratos ad petrã firmassem, piosq; & Deo
Rom.6. gratos incessus meos ita directos habuis-
Psal.11. sem, vt nec tantillũ temporis, nec vllo mo-
Prou.22. do effunderẽtur: priùs deniq; q̃ omnia corporis membra iustitiæ arma fuissent, omnemq; mortalitatem abiecissent, à vita abforptam spirituiq; loco cedẽtem? Ecquis porrò anteq̃ puris & ignitis Dei eloquijs cor perustum habuerit (id quod fit, cùm scripturæ ipsi aperiuntur) eaq; super latitudinem cordis trifariam descripserit, vt Christi mentem habeat, atq; in thesauros promiscuæ multitudini abditos inuisibiles ac tenebrosos penetrarit, vt opes in ipsis conditas intucatur, aliosque locupletes & copiosos efficere possit, spiritualia spiri-
1.Cor.2. tualibus conferens? Ecquis anteq̃ [63] Domi-
Psalm.26. ni voluptatem, ita vt par est, perspexerit,
1.Cor.3. templumq; eius visitauerit, vel potius Dei viui templum viuum factus fuerit, Christiq; in spiritu domicilium? ecquis anteq̃ figurarum & veritatis cognationem & discrimen agnouerit, ab illisq; secedẽs huic
Rom.7. se adiunxerit, vt literæ vetustatem fugiens, spiritus nouitati seruiat, atq; à lege, quæ in literæ abrogatione & abolitione spiritualiter expletur, ad gratiam purè planeque transiliat? ecquis antequàm & vitæ probitate & speculatione per omnes Christi appellationes ac vires & facultates,[64] tam sublimiores illas ac primas, q̃ quas postremò humiliores que subijt, perrexerit, nimirum Dei, filij, imaginis, verbi, sapientiæ, veritatis, lucis, vitæ, potẽtiæ, vaporis, defluxionis, splendoris, factoris, regis, capitis, legis, viæ, portæ, fundamenti, petræ, margaritæ, pacis, iustitiæ, sanctificationis, redemptionis, hominis, serui, pastoris, agni, pontificis, victimæ, primogeniti ante creaturã, primogeniti ex mortuis, resurrectiõis? Ecquis inquam has res & nomina incassum audiens, necdum cõmercio vllo cum verbo habito, nec ipsius, quatenus vnumquodque horum vero nomine appellatur, [65] particeps factus? Ec- *Psal.45.*
quis denique anteq̃ quieto animo atque [66] *1.Cor.2.*
ab huius vitæ negocijs tranquillo fuerit, *1.Corin.3.*
Deique sapientiam, illam inquam in my- *Heb.5.*
sterio reconditam accipere norit, sed ætate adhuc tenera sit lacteq; alatur, nec inter Israelitas adhuc numeretur, nec in Dei castris acieque recenseatur, nec Christi crucẽ virilibus humeris ferre queat, imò nec præstantius fortasse aliquod corporis mẽbrum sit, læto tamen alacriq; animo se Christi Ecclesiæ in caput constitui patietur? Nemo profectò, qui quidem consilio *Nemo sapiens læto animo creatur episcopus.*
meo ac iudicio stando putabit. Est quippe hic metus omnium maximus, hoc periculum omnium extremum, huic quidem certè, qui & operæ præclarè nauatæ magnitudinem, & rei infeliciter gestæ miserũ & pernicioſum exitum intelligit. Ac proinde sic mecum ipse loquebar: Alius mercaturæ causa nauiget, & longa maria transmittat, & cum ventis fluctibusque perpetuò colluctetur, magna vel operæprecia facturus, si ita casus tulerit, vel pericula aditurus, quisquis nimirum vel nauigandi peritia, vel negociandi arte excellit. Mihi verò melius atque optabiliùs est in terra quietem habenti, atq; exiguum aruum & dulce sulcanti, & lucra & mare procul salutanti exiguo ac rigido panevitam, vt po- *Tranquillã vitã parcè ac duriter agere præstat, quàm episcopum esse.*
tero, sustentare, eamque tutam tranquillamque ducere, quàm ob ingentes quæstus graue diuturnumque periculum subire. *Sim.*
Quemadmodum enim magno & excelso viro detrimenti loco habendum est, res magnas nõ aggredi, nec virtutem ad multos propagare, sed in paruis leuibusq; rebus defixum hærere, [67] ac velut magno lumine paruam domum illustrare, aut virilibus armis puerile corpus obtegere: ita contrà paruo homini securitas in eo consistit, vt nõ magnopere sese oneret, nec grauiori, q̃ eius vires ferre queãt, farcinę caput supponẽs, simul & ridendũ sese ꝓpiner, & in periculũ conijciat: quemadmodũ scilicet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.14. cet nec alij cuiquam turrim ædificare conuenit, quàm ei cui ad eam prorsus absoluendam suppetunt facultates, vt scriptura testatur. Habetis fugæ nostræ defensionẽ, ac vereor ne plus satis prolixam. Hæc sunt, fratres & amici mei, quę me non quidem sine meo ac vestro quoq; fortasse dolore, cæterùm necessario (vt saltem mihi tum temporis videbatur) à vobis abduxerunt. At verò me in primis ad reditum impulit vestri desiderium, & quia vos vicissim desiderio mei flagrare sentiebam. Neque enim quicquam ad amorem ita firmũ est, vt beneuolentia mutuò repensa. Deinde mea hæc cura, meus hic labor, hoc est sacrosanctorum parentum canicies & infirmitas, mei desiderio magis quàm senectute languentium, huius inquam [68] Patriarchæ Abrahæ, chari ac venerandi mihi capitis, atq; Angelorum numero habendi, & Saræ, nos in fidei doctrina spiritualiter parturientis: quorum cùm senectutem corporisq; imbecillitatem subsidio meo atq; ope fulcire summis votis optauerim, eaq; etiam pro virili mea expleuerim (adeò vt philosophiã quoq; ipsam, cuius possessióe ac nomine nihil charius habebam, contempserim, vel, vt verius loquar, hoc primùm philosophicè contenderim, [69] ne philosophantis speciem præberem: nõ tuli mihi ex vna causa laborum meorum omnium fructum intercidere, benedictionemq; perire, quam veteris memorię vir quidam furto consecutus esse dicitur, patre per cibum criniumq; figmentum circumuento, & re egregia non egregiè, sed subdolè & insidiosè captata. Ac duas quidem has causas habui, cur manus tandem darem, mansuetumq; me præberem. Nec fortasse absurdum fuit rationes illas superius à nobis collectas duabus his causis cedere, ac terga dare. quandoquidẽ vt quæuis res aliæ tempus suum habent: ita nonnunquam quoq;, opinor, accidit, vt commodum sit superari: præstatq; honestè & laudabiliter vinci, quàm periculosè & nefariè vincere. Accesit & alia causa, eaque maximi momenti, qua commemorata reliquias omnes præteribo. Memor fui dierum antiquorum, atq; ad veterẽ quãdam historiam excurri, illincq; mihi ipsi consilium ad res præsentes traxi. Neq; enim nobis in mentem veniat existimare, ea temere literarum monumentis commendata fuisse, atq; inanem quandam rerum verborumq; turbam esse oblectandorum auditorum causa cõpositam atq; conflatam, ac velut quandam aurium illecebram, nequaquam vltra voluptatem sese porrigentem, Sint hi sanè fabularum & prophanorum hominum ludi, qui de veritate parũ solliciti, figmentorum venustate verborumq; lenocinio quasi præstigijs quibusdam aures animosq; ludificantur. At nos qui exquisitam spiritꝰ doctrinam vel vsq; ad leuissimũ apicem & lineam trahimus, nunq̃ (nec enim fas est) ne minimas quidẽ actiones ab ijs, à quibus memoriæ proditæ sunt temere perscriptas & elaboratas, memoriaq; ad hæc vsq; tempora conseruatas esse fatebimur: verùm vt nos exẽpla & documẽta in promptu habeamus, quibus de ijsdem rebus, si ita tempus tulerit, consultemus, atq; alia fugiamus, alia amplectamur, præcedentium videlicet exemplorũ vestigijs, non secus ac regulis quibusdam & formis insistentes. Quæ igitur hæc historia est, & vnde hoc cõsilium hausi? neq; enim incommodum fortasse fuerit, hoc, vt cõplurium hominum securitati consulatur, oratione persequi. Fugiebat quoque Ionas à facie Domini, vel potius fugere se putabat: verùm à mari & tẽpestate, ac sorte, cetiq; ventre, nec non triduana sepultura, maioris mysterij figuram gerente comprehensus atq; abreptus est. [70] Hæc porrò illi fugæ ineundæ causa erat, q̃ vereretur, ne cùm tristé & importunũ Niniuitis nuncium tulisset, periculo postea liberata per pœnitentiam ciuitate, mendax inueniretur. Non enim flagitiosorum hominũ salutem ægre ferebat: sed mendacij ministerium obire grauabatur, atq; erga Prophetię fidem & auctoritatem, velut zelo quodam mouebatur, quæ quidem in ipso concideret, periculum erat, nimirum imperita multitudine diuini circa huiusmodi res consilij altitudinẽ perspicere nequeũte. Vt aũt ex cuiusdam sermone accepi, viri in his rebꝰ acuti & eruditi, historiæ speciem absurditatis habenti nequaq̃ absurdè succurrentis, atq; ad abstrusos Prophetarum sensus percipiendos optimè comparati, ne hæc quidem causa beatum Ionam ad fugam impulit, atq; in Ioppen duxit. indeq; in Tharsos reduxit, sui ipsius furtũ mari cõmittentem. Neq; enim verisimile est eum, cum ꝓphetiæ dono floreret, Dei consiliũ ignorasse, ꝙ sua nimirum summa sapiẽtia & imperscrutabilibꝰ iudicijs vijsque imperuestigabilibus atq; imperceptibilibꝰ id cõminando agentis, ne ijs pœnis, quas minaci oratione denunciabat, Niniuitæ afficerẽtur: nec, si quidẽ id perspectũ habebat, Deo obsequi recusasse, quo volebat modo, salutem illis machinanti. Illud porrò existimare Ionam in spẽ inductũ fuisse, fore, vt mari sese abscõderet, magnũq; Dei oculum falleret, insulsum prorsus & absurdum fuerit, ac ne de alio quidem vllo cor-

Prima causa reditus Greg.

Secunda causa.

Gregorij pietas in parentes.

Iacob. Gene.27.

Sent.

Tertia causa.

Psal.142.

lo cordato viro diuinaq; omnia superantis potentiæ vel mediocrem sensum habente, nedum de Propheta credendum. Norat profectò Ionas, & quidem magis q̃ quiuis alius (aiebat vir ille, qui hunc sermonem habebat, & ego verbis illius fidem habeo) quò pręconium hoc Niniuitis spectaret, quodq; consilium fugæ iniens, locum quidem commutabat, cæterùm Deum non fugiebat: quemadmodum nec alius quisquam hominum ipsius oculis se subducere queat, nó si terræ sinibus aut maris gurgitibus se occultauerit, non si pennis aliqua arte confectis subleuatus in cælum euolarit, non si ad profundissimas inferni partes se contulerit, non si crassissima nube se contexerit, non si quiduis aliud ad fugam in tuto collocandum animo agitarit. Solus quippe Deus ex omnibus rebus nec fuga vitari, nec bello sustineri potest. Is cùm homines arripere, atq; in manum potestatemq; redigere visum est, celeres anteuertit, prudentes in errorem agit, fortes vertigine afficit, excelsos contrahit, feritatem mitigat, vires opprimit. Non ergo potentem Dei manu, quam alijs comminabatur, Ionas ignorabat, nec hoc animo voluebat, vt Deum prorsus fugeret: absit à nobis hæc persuasio: verùm quia Israelis calamitatem perspiciebat, gratiamq; propheticam ad Gentes migrare sentiebat, idcirco præconium defugit, atq; imperata facere cunctatur, gaudijque speculatione relicta (nam Ioppe apud Hebræos hoc significat) id est veteri fastigio & dignitate, in mœroris pelagus se proijcit, eamq; ob causam somno excitatur, & sorte legitur, & fugam fatetur, & in mare demergitur, atq; à ceto absorbetur, non tamen absumitur, sed Dei opem illic implorat, simulque cum Christo (res mira?) die tertio ad superna euadit. Verùm hæc de Iona oratio hoc loco conquiescat, accuratius aliquando, fauente Deo, à nobis expolienda & pertractanda. Nunc autem, vt ad orationis institutum redeam, subibat animum hæc cogitatio, illi quidem nonnihil fortasse veniæ deberi, ob eam quam attuli causam, vaticinium hoc detrectanti: mihi verò nec orationem vllam, nec defensionis locum reliquum fore, si diutius parẽre recusarem: atq; hoc ministerij iugum, leue an graue dicere oporteat nescio, mihi quidem certè impositum repudiarem. Si enim, quod vnum hac in re firmum validumq; proferri potest, hoc quispiam concesserit, multò nos inferius iacere, quàm vt sacerdotio apud Deum fungamur, primumq; curandum esse, vt Ecclesia dignissimus, deinde vt sacrario, atq; ita demum

Nemo Deũ potest fugere.

Sent.

Causa vera cur fugerit Ionas.

Ioppe quid significet.

Ion.1.

pfectura: vereor, ne alius nos inobedientię crimine non liberet. Inobedientiam porrò grauibꝰ minis insectatur scriptura, grauesq; pœnas in eam cõstituit, quemadmodũ scilicet in alteram quoq; partem, hoc est eorum, qui nihil refugiunt nec reformidant, nec, vt Saul ille, [71] sub paternis vasis sese occultant: quamuis etiã non admodũ diu ad Ecclesiæ gubernationẽ vocentur: quin potius velut ad leue quoddam & perfacile negociũ impigrè se conferunt, quod tñ est eiusmodi, vt nec de manibus tuto deponere, nec posteriori consilio prę cedentis incommodũ sarcire possis. Ac, pinde ipse animo & cogitatione laborabã, quid facto opꝰ esset inuestigans, mediu sq; inter duos metus positus, quorũ alter me deprimebat humiq; detrahebat, alter erigebat: cùm diu in his animo pplexo & ancipiti fuissem, atq; in vtramq; partem meipsum librassem, aut fluminis more dubijs ventis huc atq; illuc inflexus fuissem, tandem vehementiori cessi, meq; victum abstraxit inobedientiæ metus. Ac videre, q̃ rectè & iustè vtriusq; metus causam disceptem, nimirum vt nec minimè oblata pfectura cupidè appetatur, nec oblata repudietur. Illud enim temerariorum est hominũ, hoc præfractorum & contumaciũ, vtrumq; verò ineptorum. Atq; ipse inter nimium audaces, & nimium ignauos & timidos quodammodo interiectus sum, nẽpe & his, qui ad præfecturas omnes temere prosiliunt, timidior: & ijs rursus, qui ab omnibus abhorrent, prędidentior. Hęc de his rebus mea est sententia. Atq; vt diluciorem adhuc distinctionem adhibeam, ei, qui gubernandi gregis curam suscipere metuit, lex quoq; ipsa obedientię opem tulerit, Deo videlicet benignitate sua fidem remunerante, eumque in modis omnibus absolutum antistitem componente, qui ipsius præsidio nititur, omnesque in eo spes suas positas habet. At inobedientiæ periculo haud scio quænam lex opem allatura fiduciamq; imperatura sit. Verẽdũ enim est, ne de ijs qui fidei nostræ commissi sunt, hoc audiamus: Animas eorum de manibus vestris requiram. Et, Quemadmodũ repulistis me, ne populi mei duces & principes essetis: ita & ego repellam vos, ne sim vobis in regem. Ac rursus, Quemadmodum non exaudijstis vocem meam, sed dorsum asperum dedistis, & contumaces fuistis: sic erit, cũ inuocaueritis me: ego autem non respiciam ad orationem vestram, nec exaudiam. Vtinam hæ voces ad nos à iusto iudice non mittantur, [72] cui vt misericordiam cantamus, iudicium quoque profectò concinimus.

Prima cura episcopi. Deutr.8. 2.Cor.10. Hebr.2.

Præfecturã neque ambire oportet, neque oblatã repudiare.

Obedientẽ iuuat deus, & dignum reddit vocatione. Ezech. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 100. mus. At enim rursus ad historiam feror, ac veterum celeberrimos quosque consideranS, eos omnes, quos vnquam vel ad gubernandam plebem, vel ad vaticinandi prouinciam elegit partim alacri animo vocationi paruisse, partim gratiam detrectasse, atque in longius protraxisse reperio, nec vel eorum, qui pedem subduxerunt, culpandam timiditatem, vel eorum qui muneri se impigrè accinxerunt, reprehendam alacritatem. Illos siquidem ministerij magnitudo difficultasque deterruit: hi contrà vocantis ope atque auxilio freti secuti sunt. Promptus & alacris erat Exod. 4. Aaron: at Moses repugnabat. Libenti animo paruit Esaias: at Hieremiæ metum iuuenilis ætas iniiciebat, nec prophetiæ munus antè aggredi ausus est, quàm & pollicitationem & vires præstantiores, quàm ætas illa ferebat, à Deo accepisset. His rationum excantamentis memet delinio, sensimque animus cedit, ac ferri instar emollitur: rationibusque ipsis temporis auxilium accedit, Deique leges & iustificationes, quibus totam meam vitam commisi, in consilium adhibeo. Quocirca non refractor, nec contradico (vt Domini mei verbis vtar, cùm non ad imperium & præfecturam vocaretur, sed tanquam ouis ad cædem ducerentur:) sed & procumbo, & sub potentem manum Dei me dejicio, pristinæq; meæ cessationis & inobedientiæ, si quid hoc nomine peccaui, veniam peto. Esa. 53. 1. Pet. 5. Esa. 42. Tacui, sed nõ semper tacebo. Subduxi me aliquantisper, vt me ipsum inspicerem, ac mœrori solatium afferrem: sed nunc eum in Ecclesia plebis exaltare, & in seniorum cathedra laudare perplacet. Si illa reprehensionem, hæc veniam merentur. Quid longiori oratione opus est? Habetis nos, pastores atque collegæ: habes, grex sacrosancte Christoque pastorum principe digne: habes pater, ad omnia victũ, nec tam externis quàm Christianis legibus tuę potestati subiectum. Habes obedientiam: benedictionem repende. Duc me quoquo precibus tuis, viam sermone commõstra, spiritu fulci. Benedictio enim patris fulcit domos filiorum. Atque vtinam fulcia mur, tam ego, quàm spiritualis hæc domus, quam elegi, quamque mihi requiem in seculum seculi fieri opto, ab huius æui Ecclesia ad alterius vitæ Ecclesiã transmisso, atque ad lætum celebremque primogenitorum eorum cœtum, qui in cœlis descripti sunt. Atque hæc quidem supplicatio nostra est, tamque æqua & honesta. Deus autem pacis, qui fecit vtraque vnum, nosque nobis inuicem reddidit, qui reges in thronis collocat, & pauperes à terra excitat, atque inopes à stercore erigit, qui Dauidem seruum suum elegit, ac de gregibus ouium sustulit, cùm inter filios Iesse minimus ætateque postremus esset, qui ad omnes Euangelicæ functionis numeros explendos dat verbum euangelizantibus virtute multa, ipse dextram nostram manum teneat, & in consilio deducat, & cũ gloria suscipiat, pastores pascens & ductores ducens, vt ipsius gregem scitè peritèque pascamus, non autem in vasis imperiti pastoris (quorum alterum in benedictione, alterum in maledictione apud veteres positum est) ipse det potentiam & fortitudinem plebi suæ, sibique ipsi præclarum gregem & macularum expertem, caulaque cælesti dignum repræsentet in lætantium habitatione, in sanctorum claritate, vt in templo ipsius & greges & pastores omnes gloriam dicamus, in Christo Iesu domino nostro cui omnis gloria in secula seculorum Amen.

Psal. 106. 1. Pet. 5.

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM ORATIONEM.

1. VEL AB EO POTIVS) *Alludit ad illud Pauli, quod est in capite epistolæ ad Hebræos: Multiphariam multisque modis Deus locutus est olim patribus in prophetis, &c.*

2. *Quisquis enim vel orationem*) *Hæc ad verbum ferè à Demosthene Gregorius sumsit. Sic enim ille in principio Epistolarum scribit,* πάντα δὲ ἀρχόμενον ἀπὸ θεῶν ἀνθρώποις ἁπάντων προσήκει πρῶτον ἄρχεσθαι. *Quæ etiam verba Tullius 2. de Legibus ita expressit: A dijs immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia. Et in Timæo, Omnium rerum à dijs immortalibus principia ducuntur. Ac Plato ipse in Timæo ait omnes, qui quoquomodo mentis compotes sunt, in operis cuiuslibet vel magni vel parui principio Deum inuocare solere. Vnde Virgil. in Bucol. Ab Ioue principium &c.*

3. *Elongauit fugiens*) Ἐμακρύνατο φυγαδίων. *Locus est apud Dauidem Psalmo 54.* μακρὰν ἀφισταμαι, ὡς πετάσω ἴφρεον. *quam longissimè fugi* μακρυνθῆναι *enim hic de loco non de tempore accipiendum est, quemadmodum ex sequentibus verbis patet.*

4. *Quibus affectibus veritas*) *Hinc Cæsar apud Sallustium in Coniurat. Catil. Omnes homines, ait, qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Haud facilè animus verum*

verum prouidet, vbi illa officiunt, &c.

5. *In me offendi ac vulnerari*) πάσχειν enim *hoc loco idem significat quod* ἁμαρτάνειν. *nam hoc sensu plerisq; in locis hoc verbum vsurpat Theologus.*

6. *Qui mentiri nescit*) ὁ θεὸς ἀψευδὴς. *Paulus Epist. ad Titum cap. 1. In spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur Deus.*

7. *Rationem animæ*) *Id est, curantes vt & corpus animæ pareat, & anima menti. Videtur autem allude re ad illud Pauli. Philip. 2.* λόγον ζωῆς ἐπέχοντες.

8. *Aequè pernicioſe absurdeq;*) *Greg.* ἴσον ἐμοὶ κακὸν καὶ ὁμοίως ἄτοπον, πάντας τὰς ἀρχὰς ἐξίστασθαι, μᾶλλον δὲ καὶ ἀρχῆς. *Quæ verba tametsi & in impresso, & in vetustissimo Reginæ codice ita legantur: tamen quisquis prompius animum aduerterit facilè iudicabit vitiosè legi* τὰς ἀρχάς. *Alioqui non solùm absurdus erit horum verborum sensus. sed nec hæc quidem, quæ sequuntur, vllo modo cum præcedentibus quadrare ac cohærere poterunt. Hic enim* ἀρχὰς *haud dubiè opponitur τῷ* ἄρχειν, *& idem significat, quod* ἄρχειν καὶ πρωτοκλισίας, *quemadmodum ex superioribus Gregorij verbis liquidò constat. Quis igitur sensus futurus est, si dicamus, Aequè malum ac præposterum est, cùm vel omnes imperant, vel nemo paret? Nonne enim eadem sunt, omnes præesse, et neminem subesse? Atqui hæc verba* ἴσον ἐμοὶ κακὸν *apertissimè arguunt duo vitia contria subnectenda esse, vt & innumeris alijs huius auctoris testimonijs probare queam, & eo loco orationis de Baptismo,* ἴσον γὰρ ἐστὶ καὶ ἀβάπτιστον μὴ πρὸς τὸ χεῖρον, μᾶλλον δὲ πρὸς τὸ βέλτιον. *Nam vt ostendat Gregorius se non ideo ab Episcopatu abhorruisse, quòd ignoraret necesse in Ecclesia esse, vt quidam ad gubernacula sedeant, hoc per antithesim declarat, quasi diceret: Vt malo statu rem esse necesse est, cùm omnes Ecclesiæ clauum sibi deposcunt: ita non minus periculoso ac pernicioso futura est, si nemo sit qui hoc munus suscipere velit. quam quidem posteriorem partem eleganter postea confirmat, propositis ijs incommodis, quæ ex ea re secutura sint. In codice Regio, quẽ in Fontis Bellaquei Bibliotheca vidi, non legitur* ἀρχὰς *sed* λιχὰς, *quæ certè est vera lectio.*

9. *Quemadmodum nec claro & illustri nauta*) *Clemens in constit. Apost. lib. 2. cap. 61. Episcopum gubernatori confert, Diaconos nautis, fratres vectoribus, Presbyteros nautarum præfectis.*

10. *Vt philosophia vanitatis*) *Philosophiam hoc loco* ἀντὶ τοῦ ἐρημικοῦ βίου. *i. pro vita solitaria accipit: quemadmodum & in oratione, quam in Cæsarij fratris funere habuit.* φιλοσοφῆσαι, λέγων, *idem quod* μοναζειν, *& infrà lineis nonnullis interiectis,* φιλοσοφῆσαι καὶ ὅσον μέγιστον. *i. monasticam vitam profiteri, atq; illud perfectæ vitæ exemplar sequi, quod Christus in Euangelio proponit, Vade & vende omnia &c. Quo significatu hanc vocem innumeris alijs locis accipit Gregorius. Nonnunquam pro animi fortitudine ac præstantia in rebus aduersis perferendis, vt in Epist.* ὅτι φιλοσοφεῖ ὡς ἔξεστι πάσχειν. *Vnde in contrarium verti se dicit in funebri orat. in Cæsarium,* μὴ ἀντὶ τοῦ ἀφιλοσόφου καὶ λίαν ἐξηνδραποδισμένου τὸ πάθος. *i. hominem fracti atq; abiecti animi turpiterq; dolori cedentis.* φιλοσοφίαν *etiam in Orat. ad Iulianum tributorum exæquatorem,* φιλόσοφον σιωπὴν *exponit Græcus interpres. Et in Orat. quam habuit ad Patrem suum,* φιλοσοφῆσαι τὸ σιωπᾶν *idem est quod* σιωπᾶν *silentio acquiescere. In Orat. de Cypriano,* φιλοσοφῆσαι τὸ ταπεινὸν, *humilitati studere, ad humilitatem sese exercere. In aliam quoq; significationem hoc verbo interdum vtitur, quemadmodum suis fortasse locis indicabimus. Hic porro malos monachos accusat, qui morum improbitate præclarissimum vitæ genus in odium inuidiamque adducunt, atq; in causa sunt, cur ijs etiam qui professioni suæ integritate vitæ respondent, fides abrogetur, atq; omnes sine vlla exceptione damnentur.*

11. *Vt Saul quoq; inter Prophetas*) *Prouerbialis locutio de ijs, qui indignissimè sese honore ac dignitate cũ ijs æquant, à quorum virtute quàm longissimè absunt. Vide caput 10. & 19. lib. 1. Reg.*

12. *Cum cisybio*) *Cisybium, vel, vt Macrobius appellare mauult, Cisymbium vas est pastorale* ἀπὸ τοῦ κισσοῦ, *i. quòd ex hedera fiat, quemadmodum communis opinio est. Alij tamen Euripidis auctoritate permoti aliter existimant, vt idem Macrobius adnotat cap. 21. lib. 5. Saturnal.*

13. *Ne eximiæ admirandæq; virtutis*) *Videndum est, inquit, pastoribus, ne virtutis rei præclarissimæ mali sint pictores, malè scilicet munus suum obeundo: imò ne mala pictura sint malumq; exemplar, quod sine animæ pernicie populus imitari nequeat.*

14. *Alijs mederi tentantes*) *Hoc prouerbium de ijs dici consueuit, qui alienorum errata infectantur, cùm ipsi grauissimis fœdissimisq; vitijs laborent. Vide Erasmum in Chiliadibus.*

15. *Quorumq; lex dura*) *Alludit ad Paulum, qui Gal. 5. postquam fructus spiritus enumerauit, subiungit hæc verba, Aduersus huiusmodi non est lex.*

16. *Virtutis suæ præstantia*) *Diogenes imitari se chori magistros dicebat: illos enim tonum excedere, vt reliqui congruum tonum arripiant. Laertius*

17. *Non per vim coerceat*) *Greg.* μὴ βίᾳ καταδουλεύειν. *sic enim legitur in vet. Reginæ codice. Quanquam si quis Heruagium sequi malit, ac* μὴ τυράννειν. *i. imperare legat, nihil impedio.*

18. *Non coactè sed sponte*) *Petri enim hæc verba sunt priora Epist. cap. 5. Pascite gregem Dei qui in vobis est, prouidentes non coactè sed spontaneè secundum Deum.*

19. *Facere, vt nostra quoque*) *Tam excellens, inquit, & eximia fuit Dei erga genus humanum benignitas,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt virtutem non beneficio tantùm suo hominibus contingere voluerit, verùm etiam effecerit, vt ad eam adipiscendam ipsi quoq; partes suas adiungant, atq; ita rerum præclarè gestarum laus non tota Dei sit, sed etiam hominum, atq; vt infrà in Orat. de Christi natiuitate deserte loquitur ἵνα μὴ τῷ λαμβάνοντι ἀγαθὸν οὐχ ἧττον ᾖ τὸ διδόναι· ὃ δὴ καὶ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν, i. vt bonum nõ minus illius sit, qui elegit & amplexus est, quàm eius qui semina suppeditauit, resq; in spe positas non Dei tantum beneficio mortales consequantur, sed etiam pro virtutis præmio accipiant. Nam hæc nostri auctoris verba sunt: fremant licet omnes liberi arbitrij hostes.

20. Sapientiaq; fascino) Psal. 57. vbi habet vulgata translatio, & venefici incantantis sapienter, Græci legunt, ὃ φαρμακεύσαντι φαρμακευμάτων ἧττον φρονῶν, i. nec fascino fascinatur à sapiente.

21. Idcirco lignum aduersus lignum) Lignum crucis aduersus lignum interdictum, & manu fortiter extensa aduersus eam, quæ per incontinentiam ad vetitum fructum decerpendum sese extenderat.

22. De mundis vel de mundo) Cùm mundos dixit plurali numero, superiorem atq; inferiorem mundum intelligit: cùm autem singulari numero, propria significatione accepit, vt significet coagmentationem cæli & terræ atq; earum rerum, quæ horum complexu coercentur.

23. Vel terrenæ humanæq;) Nam alioqui in ijs omnibus, quæ Dei prouidentia contingunt, nihil est, quod cum ratione pugnet: sed nonnunquam ita mortalibus videtur, eò quòd ad abstrusissima Dei consilia & iudicia penetrare non possint.

24. Ac peruersa aliqua planta) Arij error cum Sabellij errore ex diametro pugnat. Sabellius enim tres diuinitatis personas in vnam contrahit: Arius autem contractionis istius odio, naturas quoq; ipsas distinguit. Ac proinde Basilius Magnus in Epistola, quam ad Maximum scribit, Dionysium Corinthiacum (à quo Anomœorum hæresim fluxisse docet) consitori cuipiam comparat, qui plantam quandam plus æquo inflexam & propendentem, nimiùm in alteram partem inflectendo peruertit. Eodem enim modo eum, dum Sabellianã personarum confusionem acrius oppugnat, ac tres hypostases asserit, in contrarium errorem prolapsum esse, ac substantiarum dissimilitudinem induxisse. De hac materia fusius tractat Nazianzenus in Orationibus de Theologia, & multis alijs locis. Hoc porro animaduertendum, quòd tametsi omnibus serè alijs locis Sabellio propter trium personarum contractionem in vnam, Iudaismum obijciat, Ario contrà Hellenismum, quia Patrem & filium & Sp. sanctum nautrâ substantiaq; distrahat: hîc tamen at heiam Sabellio impingit, Ario Iudaismum, sed diuersa ratione. Hoc enim nomine Sabellium at heismi reum peragi dicit, quia impia illa contractione, personæ id quod sunt, esse desinunt, nimirum in sese mutuò confluentes, ac proprietates suas amittentes. Rursus Ario Iudaismi notam inurit, quòd Filium ac Sp. sanctum in creaturarum ordinem redigat, atq; Ingenito, i. Patre solo diuinitatem circunscribat.

25. Scientiaq; lumine collustrare) Alludit ad illud Oseæ 10. cap. φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως, &c. Excitate vobis ipsis lumen scientiæ.

25. Et dogmatũ, quibus innutriti sunt) Lego enim συνεκτράφησαν, non συνακτράφησαν, vt in Heruagiano.

27. Qui per imperitiam) Videtur ad illud alludere, quod est apud Thucydidem, ἀμαθίᾳ δρᾶσαι, ἀλογιστίᾳ λαβεῖν φόβον, i. Insciti a impudentiam parit, prudentia metum & cunctationem.

28. Ac proinde minoris est negocij) Vnde tibicen quidam duplicem ab ijs mercedem exigere solebat, qui ab alijs antè instituti fuissent, cùm simplicem tantum ab ijs peteret, quos rudes accepisset: quòd duplicem sibi laborem in illis suscipiendum videret, alterum in docendo.

29. Oleribus hoc est infirmiorum cibo) Alludit ad illud Pauli Rom. 14. Qui infirmus est, olus manducet, hoc est teneriori atq; humiliori doctrina pascatur.

30. Ventriloqui sanè homines) Ventriloqui qui Græcè ἐγγαστρίμυθοι, qui in ventre demonem habent, responsa interrogantibus dantem, qui Pythones in ventre habent. Itaq; hoc loco eleganter & appositè ventriloquos eos appellat Gregorius, qui abdominis causa omnia ad gratiam loquuntur, atq;, vt ait Paulus Rom. vltimo, non Domino seruiant, sed suo ventri.

31. Figilinamq; in dolio) Hoc adagium in eos quadrat, qui in rebus maximis statim artis suæ specimen edunt. Quod quidem commodè in eos Gregorius torquet, qui ingenij doctrinaq; periculum protinus in re omnium maxima edere non dubitant, atq; alienarum animarum periculo præfecturas Ecclesiasticas ambiunt.

32. Enimuero Hebræorum) Hieronymus in Epistola ad Paulinum sacro Bibliorum codici præponi solita, scribit principia & finem Ezechielis tantis obscuritatibus esse inuoluta, vt apud Hebræos istæ partes cum exordio Geneseos ante annos triginta non legantur. Idem Hieronymus in proœmio in Ezechielem ad Eustochium, Aggrediar, inquit, Ezechielem prophetam, cuius difficultatem Hebræorum probat traditio. Nam nisi quis apud eos ætatem sacerdotalis ministerij, id est trigesimum annum impleuerit, nec principia Geneseos, nec Cantica canticorum, nec huius voluminis exordium & finem legere permittitur, vt ad perfectam scientiam & mysticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat. Hæc ille. Cæterùm principia Geneseos, de quibus loquitur D. Hieron. definiunt Hebræorum Rabbini tribus primis capitibus. Idem ante Hieronymum scripsit Origenes in proœmio homiliarum in Cant. cãticorum. Aiunt, inquit, obseruari etiã apud Hebræos,

Hebræos, quòd nisi quis ad ætatem perfectam maturámque peruenerit, libellum hunc ne quidem in manib. tenere permittatur. Sed & illud ab eis accepimus custodiri. Quandoquidem apud eos moris est omnes scripturas à doctoribus & à sapientibus tradi pueris simul & eas quas ἀνατρώσεις appellant: ad vltimum quatuor ista reseruari, i. principium Geneseos, in quo mundi creatura describitur: & Ezechielis prophetæ principia, in quibus de Cherubim refertur: & finẽ, in quo templi ædificatio continetur: & hunc Cantici canticorũ librũ.

33. Quemadmodum olim) Quemadmodum Israëlitæ in monimentum Iordanis siccati duodecim lapides (nam totidem tribus erant) de medio fluminis alueo sustulerint, eosq; in loco, vbi proxima nocte tentoria fixerunt, posuerint, totidemq; rursus alios lapides in medio alueo collocarint, habes cap. 4. Iosue.

34. Protinus Samuelem) Quomodo Samuel ab ipsis incunabulis, imò etiam antequàm in lucem editus fuisset, Deo sit consecratus, vide 1. Reg. cap. 1 & 2.

35. Meraq; deliramenta) ὑπὲρ τῶν παιδικῶν τούτων ὀνείρων. Gall. C'est vn passe-temps que de nos songes & resueries. Hic porrò per ὀνείρους, ἀλληγορήματα significat. De ijs enim loquitur, qui nihil veræ solidæq; philosophiæ habentes, relicto simplici & germano scripturæ sensu, quem nos literalem, veteres historicum vocabant, allegorias vbiq; confingebant, & quidem plerumq; adeo ineptas absurdasq;, vt nec calum nec terram (vt Lucilliano verbo vtar) attingerent. Omnia porro ad allegoriam torquere velle, stultum profectò ac ridiculum, planeq; (vt Nazianz. 2. Orat. de Pascha loquitur) ὀνειροκριτικὸν, i. somniorum coniectore atque interprete dignum.

36. Quam nos diuinarum) Hæc eadem Sapientiæ definitio est apud Ciceronem 1. & 2. Offic. aliisque in locis.

37. Semina in petras fundat) Hæc prouerbialiter de ijs dicuntur, qui in re aliqua frustra laborant, atque operam, vt aiunt, & oleum perdunt. Parabola autem seminis, quod partim in viam, partim in petras, partim in spinas, partim in terram bonam cecidit, est apud Matthæum cap. 13. ex quo natum hoc prouerbium videtur.

38. Itane hactenus quidem sapientes sunt) Alludit ad illud Socratis, qui se hoc vnum scire dicebat, quòd nihil sciret. Quod etiam ipsum de se testatur Gregorius in Orat. quam habuit, cùm iure in vrbem rediisset.

39. Carnis dotibus eminet) id est, Quamquam abunde habeat, vnde de carne gloriari possit (vt cum 2. Corin. 11. cap. ait, Hebræi sunt, & ego &c.) tamen spiritualibus tantùm rebus sese vendicat, vt cum gloriatur in tribulationibus, & in cruce Domini nostri Iesu Christi.

40. Et si quis eodem spiritu præditus est) Greg. ἐπειδὰν τοῦτον τὸ πνεύματι ἐμπεπλεῦσθαι τὸ πνευματικῷ. sic enim eleganter construitur hæc præpositio cum accusatiuo persona & dariuo rei. Quamquam alio loco non minus eleganter iungitur cum accusatiuo rei, ὧν ἐμωράνθησαν τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ.

41. Fatui quidam principes Taneos) Esaiæ 19. μωροὶ ἄρχοντες τάνεως. Id de ignobilibus & obscuris præfectis vaticinatur Prophetæ, inquit in illum Procopius, qui maximis clarissimisq; vrbibus præerant Tanes & Memphi.

42. Aut exactores spicas legentes) Esaiæ 3. οἱ πρόκλωρες ὑμῶν τοὺς ἐπαίροντας ὑμᾶς. Quos antè illusores vocabat, eos nunc exactores appellat, ab ijsq; plebem demeti ac velut spicilegio compilari ait: quippe qui primitias quidem & decimas accipere vellent, populum autem Christi fidem amplecti non sinerent. In ijs enim duntaxat rebus, quibus eorum opes augebantur, legem seruare iubebant, aliorum interim præceptorum curam nullã gerentes. Quo etiam nomine Christus eos maledictis incessebat, vt pote mẽta & anethi & cymini decimas exigentes, atq; ea quæ in lege grauiora erant, relinquentes, nimirum iudicium, misericordiam & fidẽ. Qui etiam eos interdum, qui in peccatum labebantur, in iudicium vocabant, vt qui criminis cuiusdam conuicti erant, animaduersionis metu maiora quàm pro facultatum suarum modulo, ipsis dona offerrent. Ac proinde eos spicilegium facere ait, vt pote post messem factam ijs, quæ adhuc reliqua erant, sceleratas manus injicientes. Exactores autem vocat, quoniam subditæ plebi nequaquam placidè & leniter imperabant, nec vt discipulos magistri tractabant: verùm vt duri atq; importuni domini ad ea, quæ ipsis collibuisset, adigebãt: contrà quàm Petrus Apostolus præcipit. Non vt dominium exercentes aduersus cleros, sed forma facti gregis. Quinetiam animarum exactores sunt impuri dæmones, ab hominibus exigentes, vt vitijs studeant. Vnde beatos eos scriptura pronunciat, qui exactoris vocem non audierunt, hoc est, qui vitia & motus animi turbulentos subegerunt ac profligarunt: ita vt mens eorũ nec ab impuris spiritibus demetatur, nec in spicilegij modum detondeatur. Hæc nos Græco Procopij in Esaiam Cõmentario nondum typis vulgato conuertimus: cuius nobis copiam fecit Ioan. Curterius totum illum commentarium Latinitate donatum breui editurus.

43. Carbone purificatus) Cum Esaias cap. 6. queretur se pollutis atq; impuris labijs esse, protinus Angelus vnus ex Seraphimorum ordine calculo, vel, vt habent 70. interpretes, carbone labia eius tetigit, eiq; subla tam esse ipsius iniquitatem confirmauit.

44. Tinea ossium viro prudenti) Vbi Prouerb. 25. legitur, Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi: septuaginta vertunt ὃν τρόπον κηρὸς ἐκ ὀδόντινα. nos lingua nostra dicimus, Vn ennuy apprehensif, qui apprehende fort les matieres. Id quod Basilio tribuit Gregorius noster in oratione, quam de

Universidad de Deusto
Biblioteca

eu conscripsit. Eum enim vt acerrimo sensu præditum ex Ecclesiæ calamitatibus acerbissimum animo dolorem cepisse testatur.

45. Super Italyrium) Sic legunt 70. Oseæ 5. Thabor autem habet vulgata translatio.

46. Subuersionem turbidam) Vbi habet vulgata translatio Hab. 2. Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum & inebrias 70. interp. habent καὶ ὁ πατάξων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀναξηραίνων δολερῶς, i. Væ qui propinat proximo suo subuersione turbida. Quod quidem in hæreticos torquet Hieronymus, qui doctrinis suis & potione turbida inebriant populos deceptorum: quemadmodum & Athanasius in ea epistola, quam ad Epictetum Corinthiorum episcopum scribit (quæ extat apud Epiphanium tomo 2. libr. 3. Hæretici, inquit, propinant proximo, subuersione turbida. λογομαχοῦσι δὲ ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ, ἀλλ' ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκεραίων, verbis contendunt ad nihil vtile, nisi ad subuersionem simpliciorum, explicans videlicet Prophetæ verba per verba Apostoli 4. Timoth. 2. Vnde etiam Gregorius noster Orat. in Heronem, vocat Hæresiarcham Arium subuersionem turbidam.

47. Ne quid mali ominis) Greg. παραιτοῦμαι τῷ ἐπὶ ζώσης ἀρᾶς τὸ βλάσφημον. Hoc loco mihi lector admonendus est apud hunc auctorem plurimis in locis τὸ βλάσφημον καὶ τὸν βλασφημίαν nihil aliud significare quàm δυσφημίαν: vt hæc verba, παραιτοῦμαι τῷ ἐπὶ ζώσης τὸ βλάσφημον, eundem prorsus sensum habeant, quod Orat. proximè sequente, παρίημι τὰ ὦ μέλεα καὶ τὸ λύσφημον. Quod etiam ipsum satis indicant verba illa, quæ hæc eadem Orat. paginis aliquot interiecta habentur. βλάπτετε εἰς κεφαλὰς ἀθίων ἡ βλασφημία. i. λυσφημία. Quod Dij prius omen in ipsum conuertant, Virgil. Apertius etiam illa, ἐν χαῖ καὶ δὲς καὶ ἑξεῦδ' ὑπερβήσομαι λίθ τῆς βλασφημίας, Orat. quam habuit ad Patrem. Quam quidem significationem Ciceronis etiam auctoritate cõfirmare licet, qui lib. 15. Epist. ad Atticum, epistola ea, cuius initium est, Antium veni, inter alia sic scribit: Bella est huius quinquennij licentia. quanquam quid de quinquennio cogitem? cõtrahi mihi negocium videtur. Sed βλάσφημα mittamus. hoc est, infausta, &, vt cum Horatio dicã, malè ominosa.

48. Cum manibus alios ducere) Greg. χειραγωγῆσαι μετὰ χειρῶν, i. regendi populi facultatem habere, atq; ijs præsidijs instructum esse, quæ ad populi gubernationem requiruntur.

49. Senectus enim) Huic non multum dissimile est illud Cic. lib. 5. de Finib. Beatus est, cui in senectute contigerit, vt sapientiam veram & opiniones assequi possit.

50. Ex eo quòd fugit) Διὸ enim, vt eleganter ait Clemens Alexand. lib. 2. Stromatum. λυσάλωτόν τι χρῆμα καὶ λυσδίωκτον. Ἄμυχον γὰρ καὶ ἀπερίληπτον τὸ ἀκίνητον &, Deus, inquit, res quædam est captu peruestigatuque difficilis persequentis oculis semper se subducens, ac procul abscedens. Idem ijsdem ferè verbis dicit Gregorius 2. Orat. in Pascha.

51. Maternaq; pollicitatione) De ea re vide Gregorium presbyterum in nostri Gregorij vita, & primum tractatum poëticum Nazianzeni. Quam rem etiam Cyrus Theodorus Prodromus ita hoc tetrasticho iambico expressit.

Επαπιλίαι ἰσαὰκ πάλαι τέκνον	Promissus antè clarus Isaac nascitur,
Μιλιῤῥύτων πλήθους & ἀπείρων ἄπτων.	Et sorte terras accipit dulcissimas.
Επαπιλίαι τρυγόρι & νῦν τέκνον	Promissa antè nascitur Gregorius.
Μιλιῤῥύτων πλήθους & ἀπείρων λέγων.	Opesq; magnas doctrinæ in sortem capit,

52. Periculis confirmatus) Naufragij periculum maximè significare videtur, de quo vide Orat. quam in patris funere habuit, & primum tractatum poëticum.

53. Ex quibus hoc duntaxat) Vnus, inquit, hic mihi doctrinæ fructus extitit, quòd aliquid habui, quod Christo post haberem.

54. Insipienter hoc quidem) Quoniam graue & inuidiosum est proprias laudes prædicare, idcirco eadem προκατάληψει vtitur, qua Paulus 2. Cor. 11. In quo quis audet (insipientia dico) audeo & ego. Et cap. sequenti, Factus sum insipiens: vos mè coegistis.

55. In plebeio ordine grandiores) Alludit ad locum illum Hierem. 5. cap. Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates. Græci habẽt. πορεύσομαι πρὸς τοὺς μεγιστᾶνας, hoc est, adultiores & firmiores qui quidem pauperibus opponuntur, hoc est (vt Basilius exponit in Epistola ad Eustathium Sebast. Episcopum) ijs qui intelligentia carent, nec iuxta internum hominem adhuc absoluti perfectamq; ætatis mensuram assecuti sunt.

56 Clementem hominem ad pugnam) Ioelis cap. 3. vbi versio nostra habet Infirmus dicat, Quia fortis ego sum, 70. interpretes legunt ὁ πρᾶος ἰσωμαχήτω. i. qui clemens est, ad prælium & pugnam sese comparet, ac strenuum & bellicosum se præbeat.

57. Hæc homines deum) qui præcipiti zelo Christianã concordiam scindunt, ac dissidia in Ecclesia serunt, quosq; non puder, cùm Christi (mitis humilis corde) fidem profiteantur, pestiferis bellis se mutuò infectari.

59. Nec belluam illam) Iulianum Apostatam innuit, qui desertæ fidei Christianæ pietate ad falsorũ deorũ cultum se contulerat, veramq; religionem modis omnibus labefactare & euertere conabatur.

59. Vt iam non Israelis vnus) Lib. 3. Reg. cap. 12. scriptum habetur, quòd Roboam stulta iuuentutis potius

tius quàm senum consiliũ secutus, eò est redactus, vt qui ante vniuersum Israëlem regio imperio teneret, postea duabus tantùm tribubus imperaret. Reliquæ enim decẽ tribus ab eius potestate se præciderunt, regẽq; Ieroboã elegerunt. Ac deinceps vt Iudaici regni metropolis erat Hierusalem: ita contrà Israëlitici Samaria.

60. Illud magnorum mysteriorum exemplar) Sacrificium illud augustissimum innuit, quod quotidie in Ecclesia Deo patri à sacerdotibus offertur, quod sat hanas omnibus suis impietatis machinis conuellere ac deijcere frustra conatur.

61. Sanè aspiciendis) Creaturas sanè aspicere, est eas vt creaturas agnoscere, ac non ijs diuinitatem attribuere, quemadmodum Geniles sideribus alijsque rebus.

62. Aureaq; inauris) Prouerb. 25. Inauris aurea & margaritum fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem. At 70. interp. habent, ὃν τρόπον χρυσοῦν σάρδιον πολυτελὲς λίθος & ἔφεσις οὕτως ὁ. Quẽadmodum sardius lapis inauri aureæ egregiè accommodatur: ita præclarè se res habet, cùm doctrina sapiens & salutifera in faciles aures minimeque refractarias immittitur.

36. Domini voluptatem) allusio est ad illud Psalm. 26. Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius. Voluptatem enim, cum Græcus codex habeat, τερπνότητα legendum, non vt vulgo, voluntatem. Sic sæpe ob vnius literæ immutationem vel detractionem sensum immutatum videas, vt Psalm. 106. Effusa est contentio super principes, cùm legendum sit, contemptio. Græcè enim legitur ἀθετίαν. & Ps. 149. Exultationes Dei in gutturibus eorum, exaltationes legendum. i. laudes Gr. ὑψώσεις.

64. Tam sublimiores illas) Sublimiora Christi nomina ea sunt, quæ de eo, vt de Deo prædicantur: humiliora autem & abiectiora, quæ ipsius humanitati conueniunt. Illa θεοπρεπῆ Græci vocant, hæc ἀνθρωποπρεπῆ. Deus autem dicitur Ioan. 1. & 20. Filius, Matth. 17. Imago, Heb. 1. Verbum, Ioan. 1. Sapientia, Luc. 11. 1. Cor. 1. Via, Veritas & Vita, Ioan. 14. Lux. Ioan. 1. Virtus, Hab. 1. Vapor & Defluxio, Sapien. 7. Splendor, Heb. 1. Factor. Sapien. 6. Rex, Ioan. 18. Caput, Ephes. 1. & 4. Legislator, Iac. 4. Via & Ostium, Ioan. 10. Fundamentum, 1. Cor. 3. Petra, 1. Cor. 10. Margarita, Matth. 13. Pax, Ephes. 2. Iustitia, 1. Ioan. 2. & 1. Corin. 1. Sanctificatio, Rom. 4. Redemptio, 1. Cor. 1. Homo, 1. Cor. 15. Seruus, Philip. 2. Pastor, Ioan. 10. Agnus, Ioan. 1. Pontifex, Heb. 7. Hostia, Ephes. 5. Primogenitus omnis creaturæ, Colo. 1. Primogenitus ex mortuis, Ibid. Resurrectio, Ioan. 11. Cur autẽ his nominibus Christus appelletur, vide Nazianz. 2. Orat. de Filio, & Hilarium ad finem libri de vnitate patris & filij. & Theodorit. lib. 2. de Curat. Græc. Affect.

65. Particeps factus) Hoc est quatenus caput est, eius membrum se præbuerit: quatenus Pax, curet ne quis turbulentus motus in animo existat, sed pacata omnia sint & tranquilla, & sic de similibus. Nam hoc est, quod vocat participem fieri Christi.

66. Ab huius vitæ negocijs) ἀπὸ τῶν σχολάζει. Tacitè autem alludere videtur ad illud Dauidis Psa. 45. Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.

67. Ac velut magno lumine) Ij magno lumine parvam domum illustrant, & virilia arma pueribus corporibus imponunt, qui cùm insigni virtute præditi sint, magnaq; ad munus suum egregiè obeundum præsidia habeant, minorem tamen, quàm probitas eorum & doctrina promereatur, dignitatis locum tenent, nec satis amplum campum habent, in quo virtus eorum excurrere cognoscíq; possit: vt si clarissimo imperatori aliquà tantùm velitum turma committatur, vel eruditissimo concionatori angustissima quædam & rustica Ecclesia. Sic Tullius Epistola quadam ad Att. angustiorem Ciliciæ præfecturam esse querebatur, quàm vt in ea liberè sese exercere posset illius industria. Non habet, inquit, satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi mei.

68. Abrahæ Patriarchæ) Per Abrahamum, Gregorium patrem innuit, per Saram, Nonnam matrem. Nec incommodè his nominibus eos appellat, quemadmodum & ex Orat. quam habuit in obitu patris, perspici potest, & ex priori in Paschã: ad quas vitandæ prolixitatis causa, lectorem remitto.

69. Ne philosophantis speciem præberem) Tantæ, inquit, mihi curæ fuit parentum senectutem subsidio meo fulcire, vt eam ob causam philosophiam ipsam (hoc est solitudinem, qua vnicè delectabar) contempserim: vel potius prouidendum mihi omni studio duxerim, ne si solitudinis amor impediret, quo minus mea erga parentes officia constarent, inanes duntaxat philosophiæ vmbras consectari, ac non veram solidámq; philosophiam videretur amplecti: animum cupiditates meas præcepto diuino anteponens.

70. Hæc porò illi fugæ) Hieronymus in 1. caput Ionæ, causam fugæ illius signat, quod sancto sibi suggerente spiritu sciret pœnitentiam Gentium ruinam esse Iudeorum. Idcirco ille amator patriæ suæ non tam saluti inuidet Ninuæ, quàm non vult perire populum suum. Præterea quod videret comprophetas suos mitti ad omnes perditas domus Israel, dolet se solum electum, qui mitteretur ad Assyrios inimicos Israel, & ad ciuitatẽ hostium maximam, &c.

71. Sub paternis vasis) Cùm Saul se regem creatum esse intellexisset, domi se occultauit, 1. Reg. 10. Septuaginta autem legunt ἐν τοῖς σκεύεσι. i. in vasis.

72. Cui vt misericordiam) Innuit versiculum illum Dauidis, qui est in capite Psalmi 100. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORII NAZIANZENI AD EOS, qui ipsum primùm acciuerant, nec postea occurrerant, Oratio.

ARGVMENTVM.

CVM inuitus à patre Presbyter creatus esset Gregorius, clam in Pontum ad Basilium fugit, illicq; cum eo in summa animi tranquillitate literis sacris & rerum diuinarũ speculationi operam dedit. Tandem mortuo Cæsario fratre, cùm pater, vt natu grandis & senectute fractus, forensium negociorum mole obrueretur, ipsiusq; opem atque auxilium suo iure flagitaret, relicta solitudine Nazianzum redire, ac domesticarum rerũ curam procurationemq; suscipere coactus est.

Greg. presbyter in vita Nazia. Post aliquot annos à Basilio magno Archiepiscopo Cæsariensi Sasimorum Episcopus designatur: quod quidem incommodum prorsus oppidum erat, &, vt breuiter dicam, tanto viro indignum. Atque à multis eam ob causam accusatus est Basilius, quòd eximia sanctitate & doctrina virum, iuratissimum amicum, hoc honoris genere depressisset potius, quàm extulisset. Qua de re etiam extat Iambicum tetrastichum Cyri Theodori Prodromi:

Τί ταῦτα βασιλεῖ πάνσεμνον κάρα,	Quid hoc Basilij sacrum & venerandum caput,
Τὸν γενναῖον ὧδε σκολιωθὲν τὸν μέλαν	Quid Sasimorum collocas in oppido
πίθηκιαίῳ καὶ τίνι χωρίδιῳ.	Vilissimo Gregorium maximum virum?
Οὐ τόδ' ὑπερφὲς ἄξιον φρενὸς κρίσει.	Non mente dignum facimus hoc reor tua.

Epist. 22. & 24. Atque ipse quidem Gregorius in Basilij laude carptim id attingit. In epistolis autem de ea re libera indignatione cum eo expostulat. Fertur porrò Gregorius in Sasimis nec oblationem vllam peregisse, ne cuiquam manus imposuisse, nec denique quicquam eorum munerum obijsse, quæ apud Episcopos in more atque instituto posita sunt: sed statim fugam animo concepisse. Quod cùm videret pater, frustraq; cum eo de retinendis Sasimis egisset, quod secundum erat, ab eo petit, vt Nazianzenæ Ecclesiæ curam suo nomine susciperet. Cedit ille patris precibus, verùm hac conditione, vt simul atque pater è viuis excessisset, regendæ Ecclesiæ necessitate solueretur. Ita adductus est, vt ipsi vicariam in episcopatu operam præstaret. Hæc tum ex diuersis nostri auctoris operibus, tum ex Gregorio Presbytero, qui ipsius vitam literis mandauit, inferere visum est, vt huic Orationi ac quatuor proximè sequentibus nonnihil lucis afferremus.

QVidam hoc rei est, fratres & amici, q̃ tam lentè & segniter ad sermonem nostrum audiendũ acceditis: cùm præsertim in vi asserenda, nobisque ab arce nostra extrahendis, hoc est à solitudine (quam ex omnibus rebus maximè complexus eram, ac velut sociam & administram, diuinæq; subuectionis parentem, atq; adeò diuinitatem afferentem mirificè iuspexeram, totiusq; vitæ moderatricem mihi statuerã) ita prompti celeresq; fueritis? Ecquid causæ est, cur postquàm id, quod expetebatis, adepti estis, fastiditis iam atq; aspernamini? meliusq; visi estis absentis desiderio teneri, quàm præsente frui? tanquam id vobis magis propositum fuisset, vt nostram viuendi rationem philosophiamq; frangeretis, quàm vt vllum ex ea fructum caperetis. Ac mihi sanè hoc quoque dicere licet. Facti sumus vobis in satietatem ac nauseam, antequàm gustum vllum nostri specimenque præbuissemus, quod valde mirandum est. Nec verò nos vt hospites collegistis, aut nobiscum (vt humanius aliquid dicam) collecti estis, si nulla alia re, at certè præcepto diuino permoti: neq; vt nouum negocium aggredientibus manũ porrexistis, nec vt timidis animum addidistis, nec vt vim perpessis solatium attulistis: sed in festiuam (vereor dicere, sed dicendum est tamen) nobis festiuitatem reddidistis, præludijsque minimè faustis nos excepistis, atque hanc lætam solennitatem mœstitia diluistis, vt pote vobis (quod ad cumulandum gaudium maximi momenti erat) victoribus meis: non enim verè dixerim amatoribus: carentem. Adeò facilè in contemptum venit, quicquid facilè superatur: atque vt coli atque obseruari solet, qui altos spiritus gerit: ita contrà facilè contemnitur, quisquis Deo se humilem ac submissum præbet. Quid vultis? Iudicióne vt vobiscum contendã, vt vester ipse sim index? sententiam vt ferram, an vt accipiam? Nam vtrumque futurum spero, vt, siue de me iudicium feratur, victor discedam: siue de causa pronunciem, iustè ac meritò vos condemnem. Crimen autem vestrum illud est, quòd nequaquam in amore nobis respondetis, nec pro eo quòd vobis morem gessimus, nobis vicissim honorem reperditis, nec eam nunc animorm alacritatem affertis, vt mihi ad bene de vobis in posterum sperandum pignoris loco sit: idq; cùm etiam si accesserit, vix tamen satis locuples spondor esse queat officij in futurum præstandi: quoniam ita natura comparatum videmus, vt circa rei cuiusq; primordia acriora sint & feruentiora mortalium omniũ studia) quin potius alij alia habetis, quæ & veteri & nouo pastori præferatis, nec caniciem honore prosequentes, nec iuuenilem ætatem excitantes. Enimuero in Euangelijs lauta & magnifica cœna est, & bonus ac festiuus conuiuator, & amici, & conuiuium, vt in filij nuptijs, iucundissimum. Conuocantur illi, nec tamen veniunt: quã rem ipse ægre ferens (a vt ijs, quæ intermedia sunt, mali ominis vitandi causa prætermissis, minus asperè loquar) alijs hominibus conuiuium suum implendum curat. Hoc quidem vtinam Deus à vobis auertat: Sed tamen (quomodo id leniter proloquar?) insolentius in humaniusque mecum egistis. Illi etenim, cùm inuitati essent, cœnam insultando repudiarunt, at que inuitante contumelia afficiũt: at vos, cùm nec extranei sitis, nec ex eorum numero, qui ad nuptias inuitantur, quin me potius ipsum conuocaueritis, ac sacrosanctæ mensæ adstrinxeritis, thalmíque nuptialis splendorem ostenderitis, nobis subitò relictis (hoc enim facinus uestrum est præclarissimum) alius ad agrum suum, alius ad par boum recens emptorum, alius ad vxorem nuperimè in matrimoniũ acceptam, alius ad aliud quodpiam leuis ponderis negocium prosiliistis, ac dispersi estis, parua ratione habita cùm thalami connubialis, tum ipsius etiam sponsi. Ea res me in tantũ mœrorem consilijque inopiam coniecit (nec enim animi affectum silentio tegam) vt parum abfuerit, quin sermonẽ, quem loco muneris nuptialis offerre constitueram, quóque nec præclarius nec exellentius quicquam habeo, apud me continerem, rursus nihil propius factum fuerit, quàm vt eiusdem aciem in vos amicos meos, quando mihi semel vis allata est stringerem: tam luculento scilicet orationis argumento sese offerente, ac vehementi amore linguam nostram acuente, qui quidem ad accusandum acerrimus copiosissimusq; est, cum ob mœrorem ex inopinato contemptu susceptum in zelotypiã exarserit. Si quis vestrũm hoc amoris œstro percitus se neglectum sensit, is nimirum vim huius affectus intelligit, ac proinde nobis hoc pasis, atque in hanc ferè prolapsis amentiam ignoscet. Verùm nec me hoc tempore quicquam asperius in vos dicere fas est: nec aliàs vnquam accidat velim. Atque etiam plus æquo fortasse vos hac oratione perstrinximus, vos inquam sacrum gregem, præclaras Christi pecudes, diuinam hæreditatem, propter quam copiosus & es locuples, ô pater, tãetsi aliquo opibus careas. Ac verba illa scripturæ tibi conuenire arbitror, Funes ceciderunt mihi inter optimos: siquidem tua hereditas tibi optima est. Nec verò concedam, vt amplissimæ ciuitates gregesq; latissimi nobis vlla in re præferantur, qui exiguo numero sumus, qui minimæ tribus inter filios Israel, qui paucissimi in millibus Iuda, qui Bethleem paruæ ciuitatis, in qua Christus nascitur, recteque & nunc & iam olim cognoscitur, & colitur: apud quos Pater extollitur, & Filius æqualis prædicatur, & Sp. sanctus simul celebratur: qui vno eodemq; animo sumus, vnum idemq; sentimus, nec vllam, b vel præponendo, vel abscindendo, Trinitatis iacturam facimus: quemadmodum sceleratis diuinitatis arbitris ac dimensoribus accidit, qui dum vnũ quoddam plus quàm par sit attollunt,

Esai. 1. *Matth. 25.* *Luc. 14.* *Quod facile superatur, facilè contemnitur.* *Crimẽ Nazianzenorum.* *Acriora principia.* *Cœna Euãgelica. Matth. 22.* *Alloquitur Patrem episcopum.* *Bet bleem. Matth. 2.* *Philipp. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tollũt, vniuersum imminuunt, iniuriaq; afficiunt. Vos verò, si quid mihi gratificari est animus, vos inquam 4 agricultura mea, vinea mea, viscera mea, aut communis potius parentis huius nostri, à quo per Euangeliũ in Christo procreati estis, nos quidem etiam ipsos honore prosequamini, æquum est enim, cùm vos ipsi omnibus rebus prætulerimus: vos testes estis, & qui hoc siue imperium, siue ministeriũ fidei nostræ commiserunt. Et si ei, qui plurimum amauit, plus debetur, quanam mensura charitatem eam metiar, qua vos mihi charitas mea tanquã ære alieno constrinxit? Cæterũ vobismetipsis magis cõmissæque imagini, & ei qui commisit, & Christi passionibus, & spei vitæ futuræ honoré habebis. Id porrò assequemini, si eam quidem fidem, quam accepistis, cuique innutriti estis, & cũ qua non modò ipsi seruari, sed alijs etiam salutem afferre credimini (quæ quidẽ vestra laus eiusmodi est, vt non multi eam sibi vendicare possunt) mi ni mẽ dubiam retineatis: at verò pietatem non in multùm & sæpe de Deo loquendo sed plurimum tacendo positam esse iudicetis: lingua enim, nisi rationis magisterio gubernetur, in lapsum facilè homines impellit, semperque existimetis minus periculosum esse audire, q̃ loqui, ac proinde lubentius de Deo quidpiam discatis quàm doceatis. Si præterea exactiore rerũ conquisitione dispensatoribus verbi relicta, sermone minimùm, operibus autẽ maiori ex parte Deum colatis: legisque potius obseruatione, quam legislatoris laude ac mirifica prædicatione vestrum erga eũ amorem declaretis, nimirũ vitia fugientes, virtutem consectantes, spiritu viuentes, spiritu ambulantes, eoque cognitioné attrahentes, fundamento fidei superstruentes non lignum, non fœnum, non stipulam, leuem materiam facileque consumendam; cùm actiones nostræ igne iudicabuntur, aut purgabuntur: sed aurum, lapides pretiosos, res firmas & perennes. Hæc velim, faciatis, atque huiusmodi vos honoris genere afficiatis, siue sermonibus nostris intersitis siue abesse malitis, siue orationum nostrarum cupiditate ducamini, siue quid aliud huius rei studio antiquius habeatis: ac filij Dei puri & irreprehensibiles in medio paruæ ac peruersæ generationis efficiamini, neq; vnquã impiorum in circuitu ambulantium funibus implicati, aut peccatorum vestrorũ cathenis constricti teneamini, nec deniq; committatis vt huius vitæ curis sermo suffocetur, atq; ita fructu omni careatis: quin potius via regia incedatis, nec ad dextram nec ad sinistram deflectentes, ac per angustum tramitem quasi per latam viam duce spiritu gradimini. Hoc si feceritis, præclaro statures vestræ erunt cùm in hac vita, tum in alterius seculi censura, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria secula seculorũ. Amẽ

Plurimùm amanti plurimum debetur. Luc. 7.

1. Cor. 15.

In quo pietas. Lingua.

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM ORATIONEM.

1. Quoniam ita natura) Hanc sententiam fusius suo more Chrysostomus extulit in oratione περὶ τοῦ πτωχοὺς εἶναι δεῖν φρονοῦντας. de Humilitate. πᾶς ἄνθρωπος καὶ ἁπάντων νωθέστατος καὶ ἀμελέστατος πρὸς τὰ τοιαῦτα πράγματα, πολλῷ ἂν ἔτι προσοιμαι τὰ παιδία τοῦτο ποιεῖν, καὶ τῆς προθυμίας ἀκμὴν ἔχοντα καὶ τῆς ἀνυπευθυνίας τοσαύτης οὔσης. ῥᾷστα πρὸς τὸ προκείμενον ἐλθεῖν. Id est, Nemo est quãlibet mortalium omniũ tardissimus atq; ignauissimus, qui negocij aliquod susceperit, eximium studium ac diligentiam in primordijs ipsis non præ se ferat, animique alacritate adhuc feruente, viribúsque recentibus. ad destinatum facile non tendat. Sic multa qua Laconice protulerat noster Theologus, ipse Chrysostomus fusius & quasi Asiaticè solet explicare. quod vno aut altero exẽplo confirmare alienum non fore puto. Quod ait Greg. in Orat. de plaga grand. cum patris eloquentiam dicendi facultatem anteponit, Non æquo animo patior fontẽ obstructo torrentem cum impetu ferri. idem planè dicit Chrysost. in eadem Orat. de Humil. de se ac de Flauiano Episcopo Antiocheno ætate admodum prouecto verba faciens, τὸ μὲν ἐμὸν πρόσωπον προσοίσειν ἔγωγε ἐνδοιάζω, φοβοῦμαι, τὰ δὲ ἐκείνου προσοίσειν πάνυ πολλοῖς ἀφιέμενος· ἀενάῳ γὰρ πολλῷ καὶ ἁπλῷ τινι μᾶλλον ἢ ὑδάτων μιμούμενον τὸν λόγον. Genus, ait, dicendi nostrum torrenti cũ strepitu decurrenti non absimile est: huius autem eloquentiã fontis comparari potest, flumina cum summa tranquillitate fundenti. atq; olei potius qu̇ undarum cursum imitanti. Rursus noster Greg. in Basilianæ ait breuiter: θαυμάζει καὶ ἀνδρίζεται πρὸς ἀρετὴν καὶ πολλῷ. Admiratur enim hostis aduersary sui virtutem. At Laconicam istam sententiam explicat Chrysost. in Epistola ad Episcopos & Presbyteros in carcere inclusos: πειρατοῦσι καὶ ἀκκιζόμενοι πανταχῶς καὶ αὐτοὶ δὲ ἐχθροὶ ὄντες τοῦ ἐγκρατοῦς ἐστε, ἐὰν μὴ φανερῶς. κἂν τις αὐτῶν ἴδοι πῶς ἔχετε πρὸς τὸ ἀγωνίσασθαι πολὺ καὶ παρ' ἑαυτοῖς ὑμῶν ὑμᾶς ὑμνήσει καὶ θαυμάζει. ὁ γοῦν πανάθλιος καὶ πᾶς ὁτιοῦν κακὸς ἀνὴρ καὶ αὐτὸς κατεγνωσμένος, &c. Corona, inquit, vos ornant, ac luculento præconio efferunt etiam hostes ipsi qui hæc moliuntur, tametsi non aperte. Quòd si quis eorum conscientiã euoluat, in ea vt ipse magnam virtutis vestræ admirationem inueniet. Huiusmodi quippe virtus est: etiam apud illos qui bello eam lacessunt admirationi est. Tale vitium, etiam ab ijs, qui ipsum consectantur, reprehen-

hendiltur & condemnatur. Cuius sententiæ veritatem confirmauit ipse Chrysost. à Gaina hoste, ad quem legatus venire non recusarat, honorificentissimè exceptus: vt narrat Theodoritus cap. 33. libr. 5. Eccles. Histor.

2. Vitys, quæ inter media sunt) Nempe id quod iratus Paterfamiliæ ait: Dico vobis, quòd nemo virorũ illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

3. Vel præponendo) Vide de eare Nicetam in Comment. Orationis de Baptismo.

4. Agricultura mea) γεώργιον aruum, seges, agricolatio. sic Paulus Corinthios Agriculturam Dei vocat. Quod autem sequitur, Vinea mea, petitum est ab Esaia cap. 4. & à Matth. cap. 20. vbi Ecclesia vinea nomine appellatur. Quod verò etiam viscera sua Nazianzænos Theologus vocat, à Paulo id mutuatus est, qui Epist. ad Philem. Onesimum viscera sua appellat.

5. Quæ quidem vestra laus) Non enim omnium est fides, vt ait Apostolus 2. Thessal. 4. Ad eum enim locum alludit.

APOLOGETICVS AD EOSDEM, POSTEA quàm ex fuga redijsset.

Senectus. Amicitia. Ephes. 4.

NIHIL senectute fortius,[1] nihil amicitia venerabilius. Ab his ad vos ductus sum, ego vinctus in Christo, non catenis ferreis sed tenacissimis spiritus vinculis constrictus. Equidem ipse mihi antea inuicto quodam animi robore præstare videbar, atq; (ô singularem animi absurditatem?) ne his quidem mei amantissimis fratribus sermones impartiri sustinebam: vt pote qui[2] omnibus omnia reliquissem, vt ab omni negocio feriatus tranquillè philosopharer, mecumque ipse & cum spiritu colloquium haberem. Heliæ Carmelum animo agitabam, Ioannisq; desertum, ac cælestem eorum, qui hoc philosophiæ genus profiterentur, viuendi rationem, præsentiaq; omnia tempestatis instar existimabam, ac rupem aliquam, aut præruptum aliquem locum aut exiguum murum conquirebam, quibus obtegi possem. Aliorũ, inquiebam, sint labores & honores, aliorum bella & trophæa: mihi verò à bellis abhorrenti oculos in meipsum coniectos habere sufficiat, vitamque, vt potero, instituere, & veluti tenui rate paruum quoddam pelagus transmeare, ac paupere hac mea & angusta vitæ functione paruamin altero seculo mansionem mihi comparare. Abiectius quidem fortasse consilium, verùm minori quoq; periculo obnoxium, nimirum æquo interuallo, & à summo fastigio, & à casu distare. Hæc ipse mecum, quandiu vmbras adhuc & insomnia pingere licebat, inanibusque figmentis animum pascere atque oblectare. At nunc quis mearum rerum status? Amicitia me subegit, patris canicies in potestatem redegit: senilis inquam prudentia, vitæ limes, portus tutior, atque illius amicitia, qui & apud Deum ipse diues est, & alios diuites efficit. Iam enim iram abijcio (audiant mansueti & lætentur) manumque hanc, quæ mihi vim attulit, placido vultu aspicio, ac spiritui leniter arrideo, mihique cor in integrum restituitur, reditque ad se ratio, atque amicitia, quæ instar flammæ consopita erat & extincta, rursus ex parua scintilla reuiuiscit, & excitatur. Renuit consolationem accipere anima mea, & anxietate in me affectus est spiritus meus. Dixi, Nunquam in posterum amicitiæ fidem habebo. Et cur tandem in homine spem meam collocem, cùm homines omnes fraudulenter incedant, ac frater omnis proximum suum omni arte supplantet, atq; omnes ex eadem terra & massa coagmentati simus, eandẽq; vitij arborem gustauerimus: vtcunq; alius alio magis speciosam laruam prætendat. Quid verò, dicebam, mihi fructus attulerit beata illa & memorabilis amicitia, quæ à mundo exorsa ad spiritum progressa est? Quid idem tectum, eandem mensam habuisse profuerit? quid eosdem præceptores, easdem artes & disciplinas? Quid deniq; me iuuerit illa nostra fraterne coniunctionis vinculum superans temperatio atq; coniunctio, aut hæc etiam, quæ postea secuta est, syncera concordia & conspiratio, 4 si ne hoc quidem mihi licuit, vt imperij sub limitatisq; tempore priuatus manerem: cùm præsertim in rem contrariam permulti homines incumbãt, votisq; sui compotes fiant, hoc est, vt proximam potestatem habeant, atque in felicitatis illorum partem veniant? Quid cuncta commemorare attinet, quæ mœror ille animiq; anxietas, quam ego mentis tenebras appello, nobis proposuit? Hæc enim erant, atq; etiam his absurdiora: meam enim ipsemet accusabo, siue socordiam eam dicere oportet,

Pſalm. 96.

Pſalm. 76.

Hier. 9.

Hier. 12.

Originale peccatum.

Prouer. 18.

Greg. solitudine semper delectatus.

Consilium tutum.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

tet,siue dementiam.nunc verò orationem retexo,ac reconcinno, eáque dicã, quæ & his multò veriora sunt, & nobis digniora.

Patrem alloquitur. Atq; vt intelligas,quã minimè fucata sit hæc nostra mutatio, vir præclare,non id duntaxat es assecutus,vt silentium nostrũ solueres,cuius nomine mecũ expostulabas magnósque clamores excitabas:verùm sermones quoq; ipsos defensores & patronos habes.Id quod amicitiæ nostræ spiritúsq; in nobis habitantis certissimum est argumentum. Cuius modi autẽ est hoc patrocinium?(ac si fortè errauero, erratum hoc vt cætera soles, emenda:) Non sustinuisti

Matth. 25. Luc. 11. amicitiam spiritui anteferri, quandoquidem? vt nos alijs fortasse omnibus tibi chariores fumus:ita rursus spiritũ longè nobis chariorem habes. Non sustinuisti talẽtum in terrã defossum atque obrutum latere.Non sustinuisti lucernam diutius modio circuntegi:si tamen ita lumen meum meamque negotiationem,existimas.Id egisti,vt tibi Paulo Barnabas adiungeretur

Gal.2. Id egisti,vt Siluano & Timotheo tertius accederet Titus,nimirum vt per eorũ operam,qui tua causa solicitudinem non fictã capiunt,diuina gratia longius latiusque à te propagetur:atque ab Hierosolymis ad Illyricum vsque per gyrum Euangelium impleas,Idcirco me[6] Gamaliele etiam ipso cedente,in mediũ profers, ac proximũ tibi assidere iubes:(cuius rei culpam mihi iam assignare nequeas) atque in curarũ simul ac coronarum societatem ascisis.Idcirco me Pontificẽ vngis,[7] ac pondere cin-

Ephes. gis,capitique cidarim imponis,atque holocausti spiritualis altari admoues,& sanctificationis vitulum mactas,manusq; spiritui consecras,& sancta sanctorum spectatum introducis, veriq; illius tabernaculi quod non homo sed Dominus constituit ministrum facis:dignúmne verò,& vobis qui vngitis,& eo propter quem peragitur & in quem tendit hæc vnctio, perspectum

Ephes. hoc habet Pater veri illius ac genuini christi,quem exultationis oleo præ consortibus suis perfudit,cum humanitatem diuinitate perunxit,vt faceret vtraque vnum perspectũ etiam Deus ipse ac Dominus noster Iesus Christus,per quem reconciliationem obtinuimus,Spiritusque sanctus, qui nos huic muneri præfecit,in quo & stamus & gloriamur ob spem gloriæ Domini nostri Iesu Christi,cui gloria in secula seculorum. Amen,

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM ORATIONEM.

1. *Nihil amicitia venerabilius)* ἀδιαπαιώτερον. i. quod maiorem vim ad animos permouendos habeat. Nam in hac significatione millies apud hunc auctorem accipienda est hec dictio. quod vel ex vno illo loco, qui est ad finem orat. in plagam grand. perspicuè patet. vbi de Deo loquens ait, οὐδὲν ἀδιαπαιῶς παῤ ἡμῶν ὑπερτέλεσεν πρεσβύτερον. Nec enim Deus vllum hominem reueretur: sed hoc vult Gregorius, eum patri filiorum salute atque incolumitate preces fundenti exorabilem se præbere.

2. *Omnibus omnia reliquissem)* πάντα παρεῖς ἐπιβαλόμενος. Cicero in Epistol. Libens omnibus omnes opes concesserim, vt mihi liceat isto modo viuere.

3. *Amicitia me subegit)* Amicitiam illam intelligit, quæ ipsi cum Basilio Magno iam inde ab ineunte ætate intercesserat. De qua etiam paulò post verba facit.

4. *Siue hoc quidem)* Alij, inquit, miro conatu hoc agunt, vt amicis, quos ad altiorem aliquam dignitatẽ euectos esse vident, adiungantur, atq; ex eorum commodis sua commoda augeant: at ego contrà nihil magis expetebam, quàm vt Basilio Archiepiscopalem sedem adepto mihi meo more viuere, atque insolitudine ætatem agere liceret.

5. *Vt nos alijs fortasse)* Ἵνα μὴ ἄλλων ἴσως ὑμεῖς, ἡμῶν δὲ τὸ πνεῦμα θᾶττον καὶ πολλῷ τιμιώτερον. id est, vt sensus sit apertior, ἡμᾶς μᾶλλον ἴσως πρὸ τῶν ἄλλων, πρὸ δὲ ἡμῶν πνεῦμα τιμᾶς. vel, ἐμὲ μὲν ἴσως τῶν ἄλλων ὑμᾶς προσοδεύειν ἄγοι, ἐμοὶ δὲ τὸ πνεῦμα,

6. *Gamaliele)* Patrem intelligit.

7. *Ac podere cingi)* Podẽris & cidaris multis scripturæ locis fit mentio, vt poderis, Ecclesi. 27. & Apocal. 1. Cidaris, Exod. 28. Leuit. 8. & 10. Ezech. 22. &c. Est autem poder vestis ad talos vsq; demissa, de qua Hieronymus in cap. 9. Ezech. Cidaris verò capitis ornamentum.

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI
ad Greg. Episcopum Nyssenum Basilij Magni fratrem, cùm postridie illius diei, quo Episcopus creatus fuerat, veniisset, Oratio.

AMICO

Nanci f. de his lau. Eccl. 6. Prouer. 18. Psal. 18. Cantic. 4.

AMICo fideli nullũ est in rebus humanis par preciũ, nec bonitas illius pondere vllo æstimari potest. Amicus fidelis ,,præsidio fortis, & [1] munitũ palatium. Amicus fidelis [2] viuus thesaurus. Amicus fidelis super aurum & lapidem preciosum multum. Amicus fidelis hortus clausus, fons obsignatus, quæ opportunè aperiuntur & communicantur. Amicus fidelis refrigerij portus. Quòd si prudentia etiam & iudicio excellat, quanti hoc faciendum? Quod si præterea summa doctrina instructus sit,& quidẽ omnigena doctrina, hoc est, & nostra,& ea quæ quondam nostra fuit, quanto tandem istud luculentius? Quòd si ad has quoque dotes accedat, vt [3] lucis sit filius, aut homo Dei aut [4] ad Deum propius accedens, aut vir desideriorum bonorum, aut quibusdam id genus nominibus dignus quibus homines diuino spiritu instinctos & excelsos ac beatos exornat scriptura, id vero Dei iam donũ est, meritumq; nostrum prorsus excedit. Quòd si insuper ab amico ad nos veniat eoque nec virtute nec amore erga nos inferiori, hoc vtiq; adhuc gratius atque iucundius, [5] vnguentoq; illo sacerdotis barbam & oram vestimenti decorante fragrantius. An vero ista sufficiunt, ac satis eleganter hunc virum oratione depinximus? An nobis potius accuratos pingendi artifices imitari conuenit, sæpiusque colores inducere, quo perfectioré vobis sermonis picturam ob oculos exhibeamus? Et verò clariusexactiusq; vobis hominẽ describemus. Quis legislatorum illustrissimus? [6] Moses. Quis sacerdotum sanctissimus? Aaron: non minus pietate quã corporibus fratres, vel potius ille quidẽ Pharaonis Deus, & Israelitarũ antistes & legislator,& nubem ingrediens, & diuinorum arcanorũ inspector & arbiter, & tabernaculi illius veri fabricator, quod à Deo, non ab homine constructum est, àm-

Moses deus Pharaonis & sacerdotum.

bo aũt similiter sacerdotes. Moses enim, ait ille,& Aaron inter sacerdotes eius. Ille principium princeps & sacerdotum sacerdos Aarone pro lingua vtens, ipsique vicissim in ijs rebus operam nauans, quæ ad Deũ pertinebant: hinc illi statim secũdus, alios aũt dignitate & propinquitate ad Deum longe antecedens. Ambo Aegyptum vexantes mare scindentes, Israelem regentes & gubernantes, hostes demergẽtes, panem supernè trahẽtes, aquam pręter omnium spem in deserto partim proferentes, partim condulcantes: Ambo sancta manuum extensione, sublimioriscque mysterij figura copias Amalecitarum opprimentes: Ambo ad promissionis terrã iter commostrantes, celeriterque contendentes. Ecquid hac imagine notius apertiusque cogitari potest? Nonne perspicuè cognominem meum & singularem amicum meum pictrix effinxit oratio? Horum alter nos vnxit, latentesq; in mediũ produxit: quod quid et acciderit vt faceret, aut quid eum ad hanc rem impulerit, haud scio, certè? non vt dignum erat eo spiritu, qui in ipso esẽ : dicam enim,& si durior sit hæc oratio. Omnia perferet, amicitia, siue quid acerbi patiatur, siue audiat. Alter hanc causam huc veniendi habuit, vt nos consoletur, ac per spiritum componat, spirituique mansuetos sistat. Quem quidem etsi nunc demum venisse plurimi facio: (nec mirum, cùm vos vitæ meæ antistites semper habuerim:) hoc tamen molestum est, quòd serius quàm opus fuerit, accesserit. Quo modo post cladem acceptam excursionemq; hostilem auxiliares copiæ veniunt, amicorum & sociorum præstantissime, quo modo post tempestatem gubernator, post cicatricẽ medicina? Vtrùm te vt fratris amantem, vis nobis illatæ pudit? An ipse quoque, vt princeps, contumacia nostra offensus es? Vtrum culpa liberas? Atque vt Iobi verbis vtar, nimirum ipse quoque dolore affectus & cum amico colloquens, & si non tali, nec ijsdem afflictionibus oppressus. Vtri adhæres, aut cui opem afferre paras? nónne illi qui viribus pollet? nónne illi, qui sapientia & doctrina excellit? Hoc enim compluribus ætatis nostræ iudicibus vsu venire conspicio: qui magnis & excelsis viris grauissima quæque facilius condonarint, quàm humilibus quicquam vel leuissimi momenti. Sed hoc quidem ipse videris. Neque enim mihi fas est aliquid de te pronunciare, quod cum honesto pugnet: quippe quem virtutum omniũ normam atq; exemplar esse censeam: ac præterea [8] scriptura me à iudicio statim ferẽdo dehortatur. Ego verò pro amicitiæ iure & tibi & cæteris omnibus. quorum voluntas ita tulerit, siue inobedientiæ meæ, vt nonnulli fortasse dixerint, siue, vt mihi persuadeo, prudentiæ & cautionis rationem reddere paratus sum, vt te amicũ habere intelligas, nec omnino ꝓposterũ, nec hebetem: sed quædam acutius etiam, quàm plerique, peruidentem, atque in ijs quidem rebus, quæ firmum animum requirunt, animo subnixum & præfidentẽ, ti-

Exod. 4.

Greg. Nyss. & Basilius fratres.

Simil.

Iob. 2. 13.

Matth. 7.

Psal. 132.

Psal. 98.

Universidad de Deusto
Biblioteca

timentem autem vbi est timor, & quæ nō timere formidabilius est sanis vtique & cordatis viris. Vtrum igitur mihi potius faciendum censetis? An hoc iubetis, vt vobis sacti mei rationes reddam, nec tempus hoc alienum iudicatis quod quidem celebrādæ Martyrum memoriæ, non iudicialibus controuersijs destinatum est? An potius, vt hanc causam in tempus aliud conciliumque reijciamus? Longiorem enim orationem ea res postulat, quā præsentis temporis ratio patiatur. Quid igitur hoc festo atque hac hominū frequentia dignum proferemus, ne vos ieiunos dimittamus, cum præsertim conuiuatoris partes obeamus? Purificemus nosmetipsos Martyribus, fratres, vel ei potius, cui ipsi quoque cruoris sui profusione purificati atq; expiati sunt. Liberemur ab omni inquinatione carnis & spiritꝰ. Abluamur, puri efficiamur, [9] exhibeamus etiam ipsi corpora nostra atque animas hostiam viuentem, sanctam, Deo acceptam, rationalem nostrum [10] cum Deo congressum. Neque enim quicquam apud eum, qui purus est, pluris habetur, quam [11] puritas aut certè purgatio. Certemus propter athletas, vincamus propter victores, testimonium dicamus veritati propter Martyres. Hoc illorū certaminibus demus, vt ipsi quoq; victricem palmam assequamur, atq; eiusdem gloriæ hæredes simus, tā illius quam à nobis accipiunt, quàm illius quæ in cœlis recondita est: cuius monimenta quædam & signa exigua sunt, quæ oculis cernuntur. [12] Aduersus principatus & potestates certamen ineamus, aduersus inuisibiles illos persecutores & tyrānos aduersus mundi rectores tenebrarum huius seculi, aduersus spirituales nequitias in cælestibus & quæ circa cælestia feruntur, aduersus domesticum atque [13] intestinum bellum, quod nobis, excitant animi perturbationes, aduersus eos impetus, quibus ab externis rerū euentibus quotidie percellimur. [14] Iram velut belluā quandam sustineamus, linguam velut ensis aciem retundamus, & voluptatē velut ignem extinguamus. Auribus nostris ianuas apponamus quæ tempestiuè pateant, atque claudātur oculos frenemus: rabiosum tactū gustumque vellicantem coerceamus, ne alioqui mors per fenestras nostras ascendat (hoc enim nomine sensuum instrumenta vocari existimo.) Effusum & petulantem risum irrideamus. [15] Ne ob rerū penuriam flectamus genu Baal, nec timore perculsi auream imaginem adoremus. Hoc vnum extimescamus, ne quid vehemētius quam Deum timeamus, diuinæque imagini fla-

Quid agendū in Sanctorū memorijs.

Rom. 12.

Puritas Deo gratissima.

Martyres imitandi sunt.

Ephes. 6.

Hier. 9.
3. Reg. 19.
Dan. 3.

gitiosa viuendi ratione contumeliam inferamus. In omnibus fidei scutum assumamus, atque omnes peruersi spiritus sagittas effugiamus. Nam hic quoque bellum *Spiritus* graue & periculosum est hæc quoque dimicatio magna & amplū ac luculentum hoc trophęum. Si adhunc modū coimus, *Ecclesia* aut confluimus, haud dubiè festum hunc *quid.* diem, vt Christo gratum est, celebramus, *Ioan.* haud dubie martyres honore affecimus aut afficiemus, haud dubie triumphalem choream ducimus. Sin autem eò conuenimus, vt ventris voluptatibus indulgeamus, & fluxis ac momentaneis delicijs fruamur, cibosque euanescentes ingeramus; atque hæc loca non temperantiæ sed crapulæ, atque hæc tempora non spiritualis oscensus, & nisi hoc à me audacius dictum videatur, diuinitatis consequendæ, [16] cuius mediatores sunt martyres, sed rerum *Ioan.* gerendarum & negociationum tempora esse arbitremur: primum ne hoc quidem festi tempus agnosco. Quid enim paleæ cum tritico? Quid carnis voluptati cum martyrum certaminibus? Illa theatris conueniunt: hæc meis cœtibus. Illa libidinosis: hæc castis & moderatis. Illa carni addictis: hæc ijs, qui corporis vinculis soluuntur. Deinde gestit quidem animus aliquid audacius proferre, sed diei huius reuerentia moueor, [17] ne quid asperi atq; ominosi dicam. Cæterum, vt mitius loquar, nequaquam hæc à vobis martyres exposcunt. Demus igitur operam, fratres ne sancta impurè, & sublimia demisse, & honore digna turpiter, & vt vno verbo complectar, spiritualia terrenè celebremus. Festos quidem dies Iudæus etiam agitat, verum secundum literam: festos dies itidem Gentilis, verum vt dæmonibus placeat. At nobis quemadmodū spiritualia omnia sunt, actio, motus, volūtas, sermo, incessus denique & vestis, atque ipse oculorum nutus, diuino scilicet verbo ad omnia pertingente, ac diuinum hominem concinnante: sic etiam spiritualis est festorum celebrandorum animorumque oblectandorum ratio. Non enim animi relaxationem interdictam volo, sed petulantiam coerceo. Si nos ad hunc modum comeniamus, ac festa celebremus: magnū quidem fuerit affirmare, nos eadem præmia atque eiusdem gloriæ hæreditatem percepturos: (quæ enim nec oculus, vidit nec auris audiuit, nec humanus intellectus pro potestate atque arbitrio beatitudinem fingens vnquam informauit, hæc ijs, qui cruoris effusione purgati, Christique sacrificium imitati fuerint, recondita esse iudicamus:) at illud certe nobis con-

Martyrum splendor.

tinget, vt sanctorum martyrum splendorem aspiciamus (quod quidem mea sententia leue censeri non debet) atque in eiusdem Domini gaudium intremus, clariusque & purius beatæ ac principalis Trinitatis lumine collustremur, in quam credimus, quam colimus, & coram Deo atq; hominibus confitemur, nihil timentes, neminem verentes, non externos hostes, non nobiscum coniunctos falsos Christianos, sanctiq; spiritus hostes. Atq; vtinam ad extremum vsque vitæ spiritum cum magna libertate confiteamur, præclarum inquam illud sanctorū patrum, qui Christo, nascentiq; fidei propinquiores extiterunt, depositum, confessionem illam nobis collactaneam, quam primam prolocuti sumus, & cum qua vtinam postremò ex hac vita migremus, si nihil aliud, hinc certè pietatem nobiscum efferentes. Deus autem pacis, qui nos sibi per crucem reconciliauit, cùm prius per peccatum hostes ei facti essemus, qui pacis fausti nunciū attulit his qui prope erant, & his qui lōgè, hoc est tā ijs quilegi subiecti, q illis, qui à lege alieni erant, ille charitatis parēs, imò ipsa charitas (hisem omnib. spcipuè delectatur, vt nominibus etiā ipsis mutuū amorē quasi lata lege promulget) qui [18] nouum mandatum dedit, vt alij alios tantùm diligamus, quantum dilecti fumus, qui dedit & [19] laudabilem vim afferre, & laudabiliter ppter metum cedere, ac vim perpeti, qui dedit etiā & cum ratione cunctari, ac refugere, & rursus cum ratione fidere, qui & magnos greges omnibus partibus absoluit & paruos per gratiam amplificat, ipse pro multitudine benignitatis abundè me consoletur, atq; ad ea, quæ à fronte sunt, ducat, gregem mecum pascens atque conseruās: vos autem ad omne bonum opus perficiat, vobisq; in animum inducat, ac martyrum festa spirituali modo celebretis, supnisq; illis delicijs, in quibus lętantium omnium habitatio est, dignos vos habeat, & cum iustitia apparētes gloria sua satiet: quæ quidem cernitur in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, & potentia, & honor, & adoratio in secula seculorum. Amen.

Ephes. 2.
1. Ioan. 4.
Deus charitas.

Pia pastorius apud Deum petitio.

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM ORAT. EX GRAECO Nicetæ in illam commentario excerpta.

1. *Munitum palatium*) Alludit ad illud Prou. 18. Frater à fratre adiutus, est tanquam ciuitas munita & excelsa & fortis, quasi bene fundatū palatium. Nicetas tamen non legit πεδιλωμενον. sed μεμεχανημενον.

2. *Vnus thesaurus*) Alexander magnus interrogatus, Vbi thesauros haberet, amicos ostendit, hoc est veros thesauros. Vnde illud Theognidis, πιστὸν ἀνδρὸς χρυσὸς τε καὶ ἀργύρου ἀντιβολῆσαι. Aξιον. Vir fidelis non minoris æstimandus est, quàm aurum & argentum.

3. *Lucis sit filius*) Hoc ex Euangelio sumptum est, Vt filij lucis sitis. Ioan. 12. Homo autem Dei Moses vocatus est, & Elias atq; Elisæus, eoq; etiam nomine Paulus Timotheum ornat. 1. Timoth. 6.

4. *Ad Deum propius accedens*) ἐγγίζων θεῷ. Sacerdotes ita vocantur in Exodo. Quod autem sequitur, Vir desideriorum, ita appellatus est ab angelo Daniel cap. 9. Dan. Adiecit autem Theologus, Bonorum: quoniam viri quoq; permulti sunt desideriorum, sed malorum.

5. *Vnguentoq; illo*) Vnguentum illud in Pontificis caput effusum primùm ipsum caput ornabat, deinde barbam, ac postea vsq; ad extrema ipsius indumenta defluebat. Vnguentum autem istud allegoricè Sp. sanctum nobis designat. Hic enim primum totius corporis caput, hoc est Christum implebat, deinde ad Apostolicum chorum, qui faciei Christi ornatus erat, dimanabat, ac postea in totum corpus, id est in Ecclesiam, labebatur.

6. *Moses*) Basilium & Gregor. Nyssenum melius repræsentare non potuit, quàm Mosem & Aaronem in medium adducens. Vt enim illi, sic hi quoque non minus pietate quàm corporibus fratres erant. At Basilius quidem inter sacerdotes & monachos legislator celeberrimus erat, hoc est vitæ regulam tradebat: Gregor. autem Nyssenus reliquos omnes vitæ sanctitate antecellebat, quemadmodum illic Aaron. Insuper Basil. Magnus spiritualis Pharaonis Deus erat, vt Moses sensibilis. Ad eum quippe dicebat Deus in Exodo: Ecce, dedi te Deum Pharaoni. Israël autem spiritualis, pius populus, cui præerat, ac leges dabat Basilius. Nubes porro legalis litera crassities: quandoquidem ille penetrans diuina mysteria alijs abstrusa mentis oculis perspiciebat, atque docebat. Vel etiam in spiritus adyta, vel in nubem quandam ingrediebatur, eaque spectabat. Iam verò legale quidem tabernaculum, quod à Beseele constructum, à Mose fixum est, figuræ tantùm rationem habebat: at verum tabernaculum, quemadmodum ait Paulus, Christianorum Ecclesia est. Ambo præterea sacerdotes erant, & quidem Basilius sacerdotum princeps, alioq; Gregorij Nysseni operā initians, Deumq; ipsis benignum ac propitium reddens: Greg. autem Nyssenus stat in illi proximus. Quinetiam id quod in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exodo ad Mosen de Aarone dictum est, Ipse erit tibi in linguam, tu verò in his quæ ad Deum pertinent: hos ipsi quoque inter se erant. Atque illi quidem decem plagis Aegyptum affecerunt: hi verò caliginosum peccatum infestèq; homines persequens. Illi mare rubrum sciderunt: hi mare vitiorum animique perturbationum. Illi Israëlitas seruarunt, atque Aegyptios aquis obruerunt: hi pios homines fideque præditos conseruarunt, damones autem vel hæreticos deprimerunt. Illi manna cælitus traxerunt, copiosamque aquam & admirandam partim ex durissima petra extuderunt, partim dulcem reddiderunt: apud hos quoque panis cælestis spiritualis est alimonia: aqua autem latex doctrinæ Christi, qui iuxta Apostolum petra est. Hic porrò per adolescentem aquam, doctrinam illam intelliges, quæ à prophana literatura ad Christum traducitur, pieque percipitur. Ad hæc illi mystica & typica manuum extensione crucem adumbrante Amalecitas in fugam verterunt: hi diabolum. Illi ad promissionis terram contendebant aliosque ducebant: hi ad regnum cæleste.

7. *Non vt dignum erat*) *Nempe quia mihi vim intulit, & quia me in tumultus obturbatione sq; coegit. Sasima quippe huiusmodi oppidum erat.*

8. *Scripturæ me à iudicio*) *Solomonis hæc verba sunt, Ne sis celer in verbis: Pauli autem, Nolite ante tempus iudicare.*

9. *Exhibeamus etiam*) *Hæc Pauli sunt Rom. 12. vbi animaduertendum est, quàm accuratè loquatur. Nõ enim dixit, Faciamus corpora nostra hostiam, verùm, Exhibeamus: perinde ac si diceret, Nihil deinceps cùm ijs commune habeamus, nec quæ semel Deo consecrauimus, ea iam ad priuata ministeria retrahamus, quin potius labem omnem à membris nostris abstergamus. Victima enim tale quiddã est, vt pote primitiæ aliarũ rerum, nec impuri quicquam habere debet. Ac proinde corpus quoq; nostrum omniex parte purum esse necesse est vt dignum sit, quod Deo immoletur. Postquam autem dixit, Exhibeamus hostiam, ne quis existimaret Paulum hoc à nobis exigere, vt corporibus nostris manus afferamus, statim subiunxit, Viuentem, adiecit q;, Sanctam, Acceptam, vt videlicet eam à Iudaica hostia distinguat. Hæc enim nostra Deo gratissima est, Iudaica verò impura. Illa id quod immolabatur, morte afficiebat, hæc id quod immolatur, vitã donat. Cùm enim membra nostra oppressimus, tum demum viuere nobis licebit. Atque illa quidem corporea erat: hæc autem rationalis, hoc est nihil crassum nec corporeum habẽs. Rationalis enim cultus est, velut spirituale ministerium, pia & Christiana vitæ ratio.*

10. *Cum Deo congressum*) *Quam Paulus λογικὴν vocat Rom. 12. Theologus ἔννοιαν, hoc loco vocat, quoniam per eam Deum adimus atque alloquimur.*

11. *Puritas aut certè purgatio*) *Puritas in eo consistit, vt iam purgati simus: purgatio autem in ipso purgandi actu. Vel etiam puritas in eo sita est, vt ne in sordes & labes incidamus: purgatio autẽ in eo, vt contractas vitæ sordes abluamus.*

12. *Aduersus principatus*) *Dæmones principatus vocantur, vt vitiorum auctores, quibus nos miseri in seruitutem subiecti sumus. Potestas autem, vt pote per intermedios animi affectus potestatem in nos habẽtes. Mundi rectores verò, vt domini eorum, qui rebus huius vitæ animum addixerunt. Spiritus deniq; nequitiæ, qui in cælestibus sunt, id est, qui in aëre versantur. Aër quippe cælum appellatur. Quod etiam ipsum Theologus exponens, adiunxit, Et circa cælestia.*

13. *Intestinum bellum*) *Ait enim Apostolus legem quandam in mentibus nostris mentis legi, hoc est naturæ, repugnantem, mentémq; sæpenumero captiuam abducentem, atq; in potestatem redigentem.*

14. *Iram velut belluam*) *Martyres, inquit, & belluarum impetum, & gladiatorum aciem, ardoremq; flammæ pertulerunt: nos itidem iram quasi truculentam quandam feram fustineamus, &c.*

15. *Ne ob rerum penuriam*) *Alludit ad illud 3. Reg. 19. quod ait Dominus ad Eliam: Reliqui mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genu Baal. Quod autem sequitur, Nec imaginem auream adorauerunt, ad illud referendum est, quod habetur de tribus pueris, qui nullis minùs impelli potuerunt, vt auream imaginem, quæ à rege Nabugodonosor fuerat proposita adorarent. Porro qui ventrem voluptatis causa pro Deo coluerit, idem profectò auaritiam quoque sine qua voluptates comparari nequeunt, pro Deo habeat necesse est. Nam qui Baal propter rerum penuriam, hoc est propter gulam adorauerit: idem haud dubiè imaginẽ quoq; auream, id est auaritiam propter timorem adorabit: qui quidem timor alia præsentiũ vitæ conseruandæ causa est post aurum.*

16. *Cuius mediatores sunt martyres*) *οὗ δὲ μάρτυρες μεσιτεύουσι, hoc est, vt Nicetas exponit, οἳ μεσίτας γίνονται ἐκ ἀγίου τὸν μέλλοντα θεὸν ἱκετεύοντες ἀνακαλεῖσθαι, καὶ θεὸν, τὸν διὰ μαρτύρων ὑπακοὴν καὶ βοηθεῖν. cuius mediatores sunt martyres, dum partim populum hortantur, vt mentes subuehant ac diuinitatem consequantur: partim etiam Deum rogant, atq; obsecrant, vt sese demittat, ipsisq; opem ferat.*

17. *Ne quid asperi atq; ominosi*) *Quod autem hic reticuit, in carminibus suis exposuit, nempe quòd veteres gulæ ac delicijs indulgentes festos dies dæmonum agitabant: at Christiani his liberati, spirituales cœtus martyribus constituerunt.*

18. *Mandatum nouum*) *At qui vetus erat hoc mutuæ dilectionis præceptum. Diliges enim, inquit, proximum tuum sicut temetipsum. Est quidem ita: verùm Christus mandatum illud nouum effecit, quantum ad modum, cùm iussit, vt proximos nostros magis quàm nosmetipsos amemus: quemadmodum ipse quoq; nos amauit, seq; nostræ salutis causa morti obtulit. Ac proinde his quoq; verbis vtebatur. Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt ponat animam suam pro amicis suis.*

18. *Laudabilem vim afferre*) *Basilius enim Gregorium ab episcopatu abhorrẽtem vecte coegit, vt multorum vtilitati consuleret: coactus est rursus ac per vim adductus Gregorius ad suscipiendum Episcopatum: idq; propter metum, quòd scilicet vereretur, ne in contumaciæ inobedientiæq; crimen incurreret.*

APOLOGETICVS AD PATREM SVVM GREgorium præsente Basilio Magno, posteaquam Episcopus Sasimorum creatus est.

Esa. 6. SVper me rursus vnctio & spiritus: & rursus ego lugẽs & tristis incedo. Nec verò id vobis mirum videri debet. nã ipse quoq; Esaias, priusquã Domini gloriam conspexisset, throno numq; illum sublimem & excelsum, & Seraphinos ipsum cingentes, nihil huiusmodi loquitur, nec animo languet, nec perterretur: verùm in Israelitas quidem magno clamore inuehitur, sibi autem parcit, ac pœnam, quasi nihil commeritus, deprecatur. Postea verò quàm hęc vidit, ac vocem illam sanctam & arcanam audiuit: tum demum velut sibiipsi magis sui conscius, Me miserum, inquit, quia compunctus sum, & quæ deinceps sequuntur, ne quid ominosi habeat oratio. Occurrunt etiam hinc antiquus ille iudex Manue, hinc deinde Petrus Ecclesiæ columẽ: quorum alter cùm præstantiorẽ, quàm natura ipsius viresque ferrent, visionem sensisset, Actum est, inquit, de nobis, vxor: Deum vidimus: alter Seruatoris præsentiam vimq; illam & facultatem, cuius specimẽ illis, qui simul nauigabant, in piscatione præbuit, ferre non poterat, ac proinde licet admiratione correptus, ipsum tamen à naui summouebat, causam hanc afferẽs, quòd diuino aduentu colloquioq; sese indignum fateretur. Iam verò cùm in Euangelio Centurionem audio, Christi quidem potentiam flagitãtem, præsentiam autem deprecantem, vt pote cuius tectum angustius esset, quàm vt diuinam magnitudinem excellentiamq; capere posset: equidẽ timiditatis huius tristitieq; nomine mihi succensere nequeo. Nam quemadmodum Sol oculorum hebetudinem imbecillitatemq; prodit, ita morbum animę adueniens Deus coarguit: atq; alijs quidem lux, alijs ignis est, vnicuiq; videlicet secundũ subiectam materiam & qualitatem. Quid de Saule existimamus? Nam & vnctus, & spiritus factus est particeps, ac tum spiritualis erat (non enim de eo secus dixerim) atq; etiam prophetauit, idq; adeò præter hominum opinionem, vt ex illo miraculo prouerbium hoc fluxerit, quod nunc quoq; commemorari atque audiri solet, Num & Saul inter Prophetas? Quoniam autem sẽ totum spiritui vtendum nõ præbuit, nec purè atq; integrè, vt oraculum ferebat, in aliũ virum mutatus est, sed primi malitiæ fomitis pernicioſiq; seminis nõnihil sũperat, atq; in eo cũ spiritu caro confligebat, quid omnes illius calamitates tragica oratione prosequi necesse est? Nostis aduersarium illum spiritũ & Psalten, cuius incantatione fugabatur. Quanquam hinc quoq; illud perspicuè ostendi tur, tametsi in indignos diuina gratia nequaquam influat, ne in malum penitusq; inconcinnum organum (in malignam enim animam non ingressuram sapientiã rectè dictum est, atque ita persuasum habeo) tamen ob conditionis naturæq; humanæ varietatem & inconstantiam, non minoris, vt quidem ipse existimo, negocij esse, dignitatem suam concinnitatemque tueri & conseruare, quàm à principio rectè concinnari, dignumq; effici. Accidit enim sæpenumero, vt (quod omnium malorum nostrorum miserrimum est, maximecq; absurdum) gratia ipsa factum nobis pariat, atque insolentius elatos à Deo, ad quem non vt decuit accessimus, exturbet ac deijciat, atq; ita [1] dum extollimur, corruamus: vt fiat supra modum peccans peccatum, nimirum per id quod bonum est, mihi mortem afferens. Hæc ego metuens acerbitate & mœrore totus debilitatus sum, eodemque modo affectus, quo pueri circa fulgetras, ex quarum spectaculo conIunctam cum admiratione ac stupore voluptatem capiunt. Spiritum enim dilexi, simul & extimui: nonnulloque temporis spatio opus habui, vt memet ipse colligerem & excitarem, ac meliori tutioriq; par

Saul.

Prouerb. 1. Re. 10. 29.

In indignos Dei gratia non influit. Sap. 1.

Gratia fastũ parit. Psal. 71. Rom. 7.

Esaias.

Manue.

Petrus Ecclesiæ columen.

Iud. 13. Luc. 5.

Centurio. Matth. 8. Luc. 7.

Similitudo à Sole.

Simil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti adiungerem: vt subducente sese mœrore, non secus ac zizanijs in semine, malisque cogitationibus meliori concilio cedẽ
Matth. 23. tibus, spiritus iam planè vinceret, meque ad sui obsequiũ & ministerium vteretur, ad populi huius instaurationem, ad vtrũque doctrinæ genus, tam quod in sermone, quàm quod in opere vitæque exemplo consistit, per arma iustitiæ tã dextra quã siniſtra, ad commodã pascendi gregis ra-
Qualis pastoris cura. tionem à mundo abstrahẽtem, ad Deum adducentem, corpus exhaurientem, spiritum augentem, tenebras fugientem, luce gaudentem, bestias submouentẽ, ouile colligentem, præcipitia & solitudines cauẽtem, ad montes atq; edita loca greges impellentem. De quibus mihi locutus videtur eximius Micheas, cùm nos his verbis à terra ad fastigia nostro pertraheret: Accedite ad montes æternos. Exurge & iter capesse, quoniam tibi requies in rebus humilibus deorsumque sese voluẽtibus nulla est constituta licet aliter quibusdam videatur. Hanc pastoriam artem mihi tradite, amici iam deinceps mihi pastores & collegæ. Huius mihi tesseras date, tuque
Grego. patrem alloquitur. cõmunis pater, qui multos pastores in tã longa ætate instruxisti, ac commutasti, & tu philosophiæ meę censor & explorator. An verò (prudẽter quod dicam, accipies) fieri potest, vt media tempestate iactatus & obturbatus perite gregẽ pascam ac nutriam? Te, inquam, appello qui non solũ inter oues humanitate pstabas (nisi quid te offendit hæc oratio) cùm pascui bruti participes essemus, sed etiam inter pastores posteaquã spirituali pascuo digni habiti sumus. En, quod tibi in votis erat, in potestatem me subiecisti, inseparabilemque vicisti: En præter alia omnia sermonem quoque ipsum, quem tibi cognitum exposcebas, & quem, laudibus alioqui efferens, cessantem tamen crebris[2] verborum niuibus impetebas. Verùm nonnihil habeo, quod cum amico expostulem. Quis ex communibus amicis hanc causam disceptabit? Quis incorruptus erit iudex, vt iustam sententiam ferat, ac non, quod plerique facere solent, plus gratiæ quàm veritati tribuat? Vis crimen proferã, nec propterea orationis tuæ aculeum in me rursus immittes? Fuit quoddam tibi nobiscũ arcanum, vir clarissime, arcanum verè fidemq; superans, nec ante hac de nobis vnquam fando auditum. Non oratione inducti sed coacti sumus. Facinus mirandum Quàm noua facta sunt omnia? Quàm nos disiunxit thronus dicã, an gratiæ magnitudo? Sed tamen præi, prosperè incede, & regna, & nos pastores pasce. Nobis enim certum est te sequi, atq; pastoralis animæ tuæ ductu omnia facere, sublimis inquam illius atque diuinæ (dicam enim quod res est, etiam si præ amore audacius quidpiã præter legem protulerimus) charitatem tuam erga gregem nos doceto diligentiam tuam simul & solertiam, curam tuam animique attentionem, vigilias, illam carnium tuarum secessionem, qua spiritui loco cesserunt, illum coloris istius florẽ gregis commodis insudantis, illam lenitate temperatam acrimoniam, illam in rebus agendis serenitatem & mansuetudinem quæ virtus in compluribus desideratur, ratrque est exẽpli, bella illa pro gregis salute susceptа, victorias illas, quas in Christo reportasti. Dic quæ pascua petẽda, qui pastus vitandi, qui latices, qui baculo regendi, qui fistula, quo tempore ad pascua ducendus grex, & quo tempore à pascuis reuocandus, quo modo bellum cum lupis gerendum, quo modo non lacessendi bello pastores, hac præsertim tẽpestate, qua pastores stultè sese gesserunt, atque oues pascuæ dispersерunt (vt eadẽ, quæ sanctissimi Prophetæ, ijsdem verbis deplorem) quo modo quod infirmum est, roborabo, quod lapsum est, erigam, quod oberrat, in viam reducam, quod perijt, conquiram, quod viribus valet, cõseruabo, quo inquã modo hæc addiscam, atque ita vt recta pastoralis artis vestraque ratio postulat, custodiam, ac non sceleratus sim pastor lac comedens, & lanam induens, & pinguissima quæque iugulans aut vendens, reliqua autẽ bestijs & præcipitijs relinquens, me ipsum pascens non gregem, quemadmodum olim Israelitarum præfectis obijciebatur. Hæc me, quæso, docete his sermonibus fulcite, his præceptis & me & mecum sacrosanctum hunc gregem pascite: atque vt doctrina ita precibus etiam seruate, mihi quidẽ ad securitatem, vobis autem ad gloriationem in die aduẽtus ac reuelationis magni Dei & principis pastoris nostri Iesu Christi, per quem & cum quo gloria patri omnipotenti, cum sancto spiritu, & nunc, & in secula seculorum. Amen:

Ezech. 34.

Philip. 1. 20.

SCHO-

SCHOLIA.

1. *Dum extollimur, corruamus*) Hoc est, quod ait Dauid Psal. 71. vel iuxta septuaginta 72. καθεῖλας ἀνυψῶσι αὐτοὺς ἐπαρθῆναι, i. deiecisti eos, dum extollerentur.

2. *Verborum niuibus*) Sic Chrysostom. in Epist. 2. ad Innocentium Papam, ἐπιδυνωσῶμεν ἡμῖν, νιφάδας ὑμῖν πιμπυγρωμένων. Quod quidem loquendi genus vterque ab Homero haustisse videtur, apud quem lib. 3. Iliad. Helena. Vlyssis facundiam apud Priamum commendans, eius verba niuibus hybernis similia esse ait.

GREGORII NAZIANZENI AD PATREM,
cum ei curam Ecclesiæ Nazianzenæ commisisset,
Oratio.

Psal. 118.



OS meum aperui, & attraxi spiritũ, & mea omnia, meq; adeò ipsum spiritui dono offero, actionẽ ac sermonem, quietem ac silentium: tantùm complexu, teneat, atq; & manum & mentem & linguam ad ea, quæ honesta sunt ipsiq; grata, ducat ac moueat, rursusq; ab ijs abducat, à quibus
Organum diuinum. abstinere præstat. Organum diuinum ipse sum, instrumentum ratione præditum, instrumentum, quod à præclaro artifice, hoc est à spiritu sancto concinnatur atque pulsatur. Heri silentium operabatur? silẽtio acquiescebam. Hodie mentem pulsat? sermonis sonum edam ac loqui studebo. Nec verò aut tãta sum loquacitate, vt verba facere cupiam, cùm spiritus in me silentium efficit: aut tam supina taciturnitate & insciti a, vt cùm loqui commodum est, labijs meis custodiam ponam: sed ad summæ illius Mentis, & verbi, & spiritus sancti vnius eiusdemq; naturæ ac diuinitatis arbitrium vel ianuam meam claudo, vel aperio. Loquar igitur, quando ita iubeor,
Patrem intelligit. partim ad vos, gregem sacrosanctum, sermonem habebo, eaque dicam, quæ hodierno die & mihi dictu, & vobis auditu meliora esse arbitror. Quid tibi accidit, vt collega opus haberes? (A te enim initium ducam, ô charum mihiq; venerandum ca-
Psalm. 132. put, nec illi Aaronis capiti dignitate secundum, in quod vsq; ad barbã ac vestem vnguentum illud spirituale & sacerdotale defluit) Quid causæ est, quamobrẽ cùm adhuc multos fulcire ac ducere queas, atque adeò spiritus viribus ducas: spiritualibus tamen actionibus bacillũ & administriculum subijcis? An quia te minimè fugit cũ Aarone illo perillustri Eleazarum etiam Ithamarũ Aaronis filios sacerdotij oleo fuisse perfusos? (Nadab enim & Abiud, ne quid mali ominis importet oratio consultò præteribo. Mosem insuper, cùm adhuc viueret, & sibi successorem Iesum instituisse, ac Iudæis ad promissionis teram properantibus legislatorem ducemq; præfecisse. Nam illud Aaronis atque Hur, qui Mosis manus in monte suffulciebant, vt per crucem tantò antè adumbratam Amalec prælio frangeretur, non inuitus prætermissam, velut nobis[2] haud quaquã accommodũ atq; appositum. Neq; enim eos in legum institutione socios Moses habebat, sed in orationis adiumentũ manuumq; fatigatarum subsidium asciscebat. At tibi quid condoleo? quid fatiscit? corpúsne? at nihil causæ dico, quo minus illud fulciam: Imò iam fulciri, ipseque vicissim non secus ac Iacob ille, paternis benedictionibus fultus sum. An spiritus? Quis valentior? quis acrior? qua carnis affectus subsidit, ceditque velut lumini, id quod obiectu suo aduersatur, splendorique impedimento affert. Hæc enim bellũ inter se vt plurimùm gerunt, castraque ex aduerso habens, & corpus quidem ægrotante amina bellè habet: anima autẽ floret, atque in cælum oculos habet, cùm voluptates decedunt, atque vnà cũ corpore marcescunt. Quin tuam quoq; simplicitatẽ demirari mihi subijt, qui ne hoc quidem (quod his temporibus admodũ frequens est) prouidendum tibi duxeris ne spiritus, quo moueris, fucus quidam esse existimetur, atque ipsi plerisque mortalibus carnaliter hæc accipere uideamur, tametsi spiritualiter accipere prę nobis ferimus. Quandoquidem multorum antistitũ vitio factum est, vt hæc dignitas ampla & regia ac singularis cuiusdam voluptatis plena esse iudicetur: vel etiam quis angustiori, quàm sit hic noster, gregi præsit plusque molestiarum quàm voluptatum afferenti. Ac de tua quidẽ siue animi simplicitatẽ, siue paterna dilectione, qua fit, vt nec ipse quicquam turpe admittas, nec

Aaron & Hur. *Exod. 17.*

Gen. 48.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sentent.

de alijs temere ſuſciperis (nec enim facilè de alio malum ſuſpicatur, qui non facilè ad malum impellitur) hæc mihi dicta ſuf ficiant. Sequitur iam, vt breuem ad tuum vel etiam meum hunc populum orationem habeam. Vis vobis allata eſt, fratres & amici (veſtrã enim fidẽ ſi non eo tempore, nunc quidem certè implorabo) vim inquam nobis attulit tum patris ſenectus, tum amici, vt leniter dicam, benignitas. Ac mihi quæſo pro veſtra quisque facultate opem afferte, ac manum porrigite oppreſſo, atque à cupiditate & ſpiritu variè diſtracto. Illa fugã ſuadet, & montes & ſolicitudines & corporis animiq; tranquillitatem, mentisque à ſenſibus in ſe ipſam ſeceſsionẽ & collectionẽ, vt omnibus ſordibus vacuus cõſuetudinem cum Deo habeam, ſpiritusque ſplendore purè colluſtrer, nulla ſcilicet terrena re & turbida admixta, atque in lumen diuinũ incidente, quouſque ad ipſum tandem radiorum huius vitæ fontem deuenerimus, ac depulſis à veritate ſpeculis deſiderio noſtro cupiditatiq; finem imponamus. Hic contra vt in medium prodeam, hortatur, publicæque vtilitati conſulam, atq; alios iuuando mei ipſumiuuem, diuinumq; ſplendorem in publicũ proferam, eximiumque populum ad Deum adducã, gentem ſanctam, regium ſacerdotium, atque imaginẽ in pluribus perpurgatam. Vt enim hortus præſtantior eſt, quam vnica planta, & cælum vniuerſum cum ſuis ornamẽtis quam vnica ſtella, & corpus quàm vnicum membrum: ita præſtabiliorem eſſe totam Eccleſiam rectè compoſitam vno homine officio ſuo probe fungente. Atq; etiam oportere non ſua quemque duntaxat commoda ſpectare, ſed & aliorum rationem habere. Nam ipſe quoque Chriſtus, cum proprium honorẽ diuinitatemque ei retinere liceret, non ſolum vſque ad ſerui formam ſeipſum exinaniuit, ſed etiam contempta ignominia crucis ſupplicium ſubijt, vt per ea quæ perferebat, peccatum extingueret, ac morte ſua mortem de medio tolleret. Illa cupiditatis figmẽta ſunt hæc ſpiritus documenta. Porro inter cupiditatem ſpiritumque conſtitutus, atq; addubitãs, vtri potius fauere debeã, quod mihi optimum tutiſsimumque reperiſſe videor, vobis exponã: vt id quale ſit, mecum expendatis meumque conſilium ſimul exploretis. Mihi igitur optimum mi nimeque periculoſum viſum eſt, mediam quandam viam inter deſiderium & timorẽ ſequi, ac partim deſiderio, partim ſpritui ſatisfacere. Id autem ſic fieri poſſe, ſi nec omnino ſacrum miniſterium defugero, ne, quod periculoſum eſt, gratiam repudiem ac reijciam: nec rurſus grauiorem viribus ſarcinã ſuſtulero, quod moleſtum eſt & acerbum. Illud enim alius eſſe cerebri: hoc aliarum virium: imò vtrumque animi parũ ſani. Pij autem viri tranquillitatique ſuæ cõſulentis eſſe, functionem ſacram viribus metiri, ne velut in cibis, eam prouinciam admittamus, cui pares eſſe poſſumus: eam autem quę vires noſtras ſuperat, repudiemus. Sic etenim fore, vt & corpori ſanitas, & animæ tranquillitas conſtet, ſi in vtriſque mediocritas teneatur. Ac proinde nunc quidem cum præclaro parente curam hanc ſuſcipere non recuſo, velut magnæ aquilæ & altiſsimè volanti pullus non incommodus è propinquo aduolans. 3 Poſtea verò pennam meam ſpiritui, quo volet, & quoquo modo volet, ferendam dabo: nec quiſquam erit, qui me cogere, aut aliorſum traducere poſsit cum eo conſultantem. Nam etſi paternis laboribus ſuccedere dulce eſt, ac noto & familiari gregi præeſſe iucundius eſt quam externo & alieno, addam etiã, Deo charius, niſi meamor fallit, & mentem eripit conſuetudo: non tamen conducibilius eſt: nec tutius, quam vt volentes volẽtibus præſint. Quandoquidem neminem vi duci vult lex noſtra, ac coactè ac non ſponte gubernari. Hoc enim modo ne alia quidem imperia contineri ac conſeruari poſſunt (quod ita natura comparatum ſit, vt quidquid vi tenetur, prima quoque occaſione oblata ſe in libertatem aſſerat:) nedum noſtrum non dicam imperium, ſed magiſterium: quod nulla re æquè ac voluntatis libertate conſeruatur. Volentium enim ac non coactorũ eſt pietatis ſacramentum. Hæc habui, viri Nazianzeni, quæ ſimplici animo beneuolẽtiaque pleno ad vos dicerem: habetis occultum animi mei conſilium. Atque vtinam vincat, quod vobis mihique profuturum eſt, ſpiritu nimirum res noſtras moderante (nam eodem rurſus aſcendit oratio) cui nos ipſos dedimus & caput ſacræ initiationis oleo delibutum, in Patre omnipotente, & filio vnigenito, & Spiritu ſancto ac Deo. 4 Quouſque enim lucernã modio contegimus, ac plenam numeriſq; omnibus abſolutã diuinitatem alijs inuidebimus, cùm iam ſupra candelabrum collocanda ſit, vt cũctis illa Eccleſijs & animabus, ac deniq; vniuerſo orbis ſupplemento luceat, non iam imagine quadam notatus ac cogitatione adumbratus, ſed planè apteq; prædicatus. quod quidẽ 5 perfectiſsimum Theologiæ argumentũ eſt apud eos vtiq;, qui hanc gratiã conſecuti ſunt in eo dẽ Chriſto Ieſu Dño noſtro, cui gloria, honor, & imperiũ in ſecula ſeculorũ, Amen.

Simil.

Aliorũ vtilitati inſeruiendum. Philip. 2. Heb. 12.

Concilium Greg.

SCHOLIA.

1. *Organum diuinum ipſe ſum*) Quemadmodum inſtrumentum muſicum, prout ab artis perito concinnatur ac pulſatur ſonum edit: eodem modo Gregorius ſe afflatum inſtinctumq; Sp. ſancti ſequi ait.

2. *Haudquaquam accommodum*) Hoc enim exemplo Gregorius oppugnabatur. Vt enim Hur & Aaron ſenilem Moſis manus ſuſtentabant: ita etiam ipſi faciendum erat, vt patris ſenectutem ope ſua auxilioq; ſulciret.

3. *Poſtea verò*) Hoc intelligit fore, vt mortuo patre ſtatim epiſcopatu ſe abdicet: quemadmodum etiam fecit, vt narrat Gregorius Presbyter, qui vitam illius literis mandauit.

4. *Quouſque enim lucernam*) Hoc in eos torquet, qui Sp. ſanctum timidè Deum confitebantur, imò confiteri non audebant. ſed obſcuris tantum deſcriptionibus diuinitatem illi tribuebant. De quare vide Orat. funebrem in Baſilium, & epiſtolam ad eundem Baſ. cuius principium eſt, Ego te & vitæ præceptorem, &c.

5. *Perfectiſſimum Theologiæ*) Theologiæ nomen apud Græcos minus latè patet, quàm apud Latinos. Apud nos enim Θεολογεῖν dicuntur, qui in literarum ſacrarum ſtudio verſantur, & Theologi, qui earum ſcientiam callent ac profitentur. Apud Græcos verò ferè omnes, atque in omnibus ferè locis Θεολογεῖν dicuntur, qui diuinitatis doctrinam vel oratione vel ſcripto proſequuntur: Theologi autem, qui in eiuſmodi argumento ſtudium atque operam ponunt. Ita D. Ioannes Euangeliſta ſolus ex omnibus Euangeliſtis Theologi cognomento inſignitus eſt, quòd cæteris in Chriſti humanitate maxima ex parte immorantibus, altius ipſe aſſurrexerit, atque ipſius diuinitatem literis complexus ſit. Eodem etiam nomine Gregorius poſtea vocatus eſt, quòd nemo hãc materiam ſublimiore ſtilo pertractarit. Ergo Græci doctores cùm de Chriſti diuinitate inſtituũt orationem habẽt, in Theologia verſantur: cùm autem de eiuſdem humanitate, incarnatione, natiuitate, alijſq; rebus eodem pertinentibus, tum nequaquam in Theologia, ſed in œconomia verſari dicuntur. Oeconomiæ enim nomine totum illud diuinæ prouidentiæ conſilium intelligunt, quo Dei filius, vt nos à diaboli ſeruitute abſtraheret, humanitatem induit, atque illud vniuerſo mortalium generi ſalutare ſupplicium pertulit: ita vt quidquid ad ipſius humanitatem pertinet, ad Oeconomiam pertinere dicatur. Nazianzenus ipſe, ὁ Θεολογία τὰ προοίμια ἐκεῖθεν ἀπὸ τῆς οἰκονομίας. Vides quomodo Theologiæ nomen finibus ſuis circunſcribat, vt diuinitatis tantùm doctrinam ſignificet, non autem humanitatis à Chriſto aſſumptæ explicationẽ. Ita ſex orationes de Theologia conſcripſit, quòd illis diuinitatis doctrinam complexus ſit. Hoc etiam velut corollarij nomine addemus, verbum Θεολογεῖν nonnunquam idem eſſe, quod Θεοπρεπῶς ὁμολογεῖν, Deum dicere ac confiteri. Nazianz. in Orat. in Pentec. ἀπειλὴ ἐστὶ τοῦ βλασφημοῦντος, ἀ τοῦ θεολογοῦντος, minæ illæ aduerſus eos iactantur, qui Sp. ſanctum blaſphema oratione infectantur, non eos, qui illum Deum confitentur. Idẽ Epiſt. ea, quam proxima annotatione citaui, ὁμοτρόπως κἂν τὸ πνεῦμα θεολογῇς. i. Deum aſſeris & confiteris. Qua & in ſignificatione ſumitur apud Epiphanium: ſic enim ille in tit. de Arianis de Filio loquens, Si non eſt, inquit, adorandus, πῶς ἀρκτέον θεολογεῖσθαι, Et in eodem tractatu, μᾶλλον τὸ κτίσμα θεολογεῖν.

GREGORII NAZIANZENI DE SVIS SERmonibus, & ad Iulianum tributorum exæquatorem, Oratio.

ARGVMENTVM EX GRAECO NICETAE TRADVCTVM.

NOnnullis hanc orationem iudicialem eſſe placet, quòd in ea Theologus præcedentis ſilentij defenſionem ſuſcipiat. Alij demonſtratiui generis eſſe putant, quòd martyrum laudes complectatur, ſed re vera in deliberatiuo genere verſatur. Admonet enim vt contemptis rebus fluxis & caducis, ad ea quæ ſunt æterna, ſtudium omne conuertamus. Quamuis enim martyrũ laudes prædicet, ac Natalis Domini mentionem faciat, vtrunque tamen ad confirmationem ſuæ admonitionis aſſumit: nimirum quòd nos certamina martyrum imitari, feſtumque Natalium ad ſalutis

Universidad de Deusto
Biblioteca

occasionem arripere oporteat. Duplex est autem huius orationis inscriptio. Nam & εἰς Ζῆν λόγος inscribitur, quoniam hic de silentio purgat, illiusque causas reddit: & ad Iulianum non illum Apostatam, sed alterum Gregorij amicum, & in literarum studijs sodalem: qui exæquandis, hoc est describendis & corrigẽdis publicis vectigalibus præfectus erat.

QVenam vis hęc tyrannica, quę nobis ob amorem inferri nõ desinit? Quę nam sapientia nostra atq; doctrina, ob quam festis omnibus diebus oppugnamur? Equidem vndique meipsum explorans & excutiens nullam omnino inuenio. Quanquàm hoc vnum mihi cõscius sum, quòd stultitiam licet quidam appellent, fortasse tamen haudquaquam vituperandum est. Illud quidèm in primis optabam mihi vt liceret toto vitæ curriculo huic mũdo emori, vitamq; in [1] Christo abscondita ducere, ac magni cuiusdam negociatoris instar facultatibus meis omnib⁹ pretiosam illam margaritam emere, ac fluxas & fragiles opes cum firmis & cælestibus commutare qui quidem quęstus longè maximus est ac certissimus, ijs vtique qui mente valent. Quod si minus consequi possem, me certè ita continere, vt primarias sedes ijs à quibus ambiuntur, concederem: ipse verò tantisper inter pueros ac discipulos censerer, quoad [2] dulci doctrina falsam amarulentanque doctrinã eluissem. Neque hæc [3] siue sapientis consilij siue parum consulti prima causa extitit. Alteram, eamq; grauissimam nunc audite. Quoniam enim imperitorum hominum loquacitatem sermone reprimere non potui, nec promptitudinem illam animique impetum, quo nunc omnes ad ea, quæ spiritus sunt, sine spiritu docenda & exponenda præcipites feruntur: alterã viam, & vt mihi persuadeo, meliorem minusque laboriosam ingressus sum, vt proposito silentij exemplo cæteros ad silentium erudirem: nimirum si de nobis honorificè sentiant, præstantioris auctoritate permotos: sin autem parum magnificè, nec magis quàm meremur, æqualis sui moderationem imitantes. Hæc meæ taciturnitatis ratio: hoc pertinacis silentij cõsilium. At me miserũ, quid faciam? Alij aliunde me distrahunt & lacerant, ac de meis laboribus mihi litem creant, sermonem non secus ac debitũ quoddam acerbè rigideque flagitantes, eumque vehementius quàm memetipsum, diligentes atque me omnes sapientia vincunt, vtpote sermonis silentijq; tempus rectius cognoscentes, quàm ipse faciam. Quinetiam negant se antè, [4] vt pyriten ferro, sic me conuicijs tundere desituros, quàm ex parua scintilla ingentem sermonum flammã excitarint? [5] Iam verò quidam etiam lætiora promittũt, meisq; sermonibus præmia magna proponũt. Pollicentur enim fore, vt de seipsis primùm optimè mereãtur, Deo nimirum ac nobis hoc dantes, vt suus orationi nostræ fructus constet: deinde hos etiam omnes miti & facili descriptione iuuent, hos, inquam, hoc est, sorté meam (si modo paterna sors mea censenest) meum inquam gregem: quem quidem nisi omnibus beneficijs ornare studerem, inquisimè facerem. In quo etiam illud est commodissimum, quòd vt à me sermonem impetrent, hoc ipsum offerunt, quod vt consequerer, magnus mihi labor in dicendo suscipiendus fuisset. O præclaram contentionem, qua me vincere adnituntur: ô insignem liberalitatem? Videte, quid silentium nostrum effecerit: ardentius in vobis sermonem ipsorum desiderium excitauit. Videte quem fructum mei nominis obscuritas peperit, gloriæq; contemptio. Vtinam quantum vtilitatis attulit silentium, tantum sermones ipsi afferant. Quoniam igitur placet, atq; inuictum, vt ipse quidé sibi videbatur, superastis, ac de nostra philosophica quiete trophæũ statuistis: age aliquid ad vos dicã silẽtio melius ac præstabilius. [6] Nihil itaq; molle ac remissum, nihil numerosa cõcinnitate multitudini iucũdũ eloquar (malã quippe gratiã amatorib⁹ meis rependeré, hoc orationis genere vtens) verùm admodũ robusta & acri ac veheméti dicendi ratione vtar, & qua ipsi fortasse meliores efficiemini, nimirũ à carne ad spiritũ trãsllati, animisq; in altũ erecti. Filij hominum vsquequo graui corde (initium enim à Dauide ducam, Propheta in dicendo maximè sublimi) vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? hanc vitam scilicet, vitæque voluptates & exiguam gloriam, & humile imperium, & fallacem rerum prosperitatem magnum aliquid existimantes, valdeque expetendum:

Solitudinẽ optauit sẽper Greg. Colos. 3. Matth. 13. Quæstus maximus.

Stim.

Martyres.

Martyres imitandi.

Filij hominum

dum: quæ quidem hanc rationem habent vt non magis eorum sint, à quibus possidentur, quàm eorum qui habituros se sperauerunt, neque horum rursus magis, q̃ illorũ apud quos ne in expectatione quidem vnquam fuerunt: verum 7 vt puluis à turbine, sic ea ab alijs ad alios subinde ventilentur atque iactentur, & sicut fumus dilabantur, & insomnij more homines deludant, vmbræq; instar manibus teneri nequeant, nec desperanda carentibus, nec fida certa possidentibus. [8] Non sursum in cælum aspiciemus? non expergiscemur? non oculorum lippitudinem amouebimus? non intelligemus, quęnam veræ sint diuitiæ? quis verus splendor? vbi dignitas mutationis expers? quæ finem nesciens beatitudo? vbi bonum illud nec fluctuãs, nec alio migrans, nec insidijs obnoxium. Non hæc multis laboribus, sudoribusque, si ita occasio tulerit, comparabimus? Non si quid voluptatibus ac delicijs in hac vita indulgendum est, ex rebus in spe positis voluptates capiemus? Non animaduertemus cùm omnes sanctos Martyres, qui velut communes quidam nodi vniuersum terrarũ orbem complexi sunt, tum hos etiam [9] quorum nomine festum hunc diem agitamus. Quam ob causam vulnera, vincula, cruciatus, ignis minas, gladiorum aciem, belluarum furorem, tenebras, famem, barathra, pecuniarum direptiones, membrorum abiectiones, mortem deniq; atq; extrema omnia prompto & alacri animo sustinuerunt, tanquam in alienis corporis dimicantes vt quid conseq̃rentur? Omnibus vtique perspicuum est, vel nobis tacentibus. Non igitur nos etiam cum eadem spe sub eodem certaminis designatore atque arbitro, aduersus eundem tyrannum aciem instruemus, truculentum inquam illum & tunc & nunc etiam animarum persecutorem, inuisibilem hostem & aduersarium? Non pari virtute in hoc mũdo, quasi in communi theatro certabimus, si non vehementissimo aliquo periculo, & quo protinus defungi liceat, at his certe prælijs & colluctationibus, quæ in dies oboriuntur, vt easdem coronas aut his proximas adipiscamur. Equidem omnes tam viros quàm fœminas, tã senes quàm iuuenes, tam vrbanos quàm rusticos, tam priuatos quàm principes, tam diuites quàm pauperes hortor (idem enim certamen omnibus propositum est) vt ad pugnam cum hoc hoste conferendam impigrè se accingant, ac non animis frangantur, aut cunctentur, atq; occasionem amittant, quam nulla postea ratione nancisci queant. Laboris enim est præsens hoc tempus, futurum præmiorum. Audistis seruatorem nostrum dicentem, Surgite, ab eamus hinc: quibus verbis non solùm Discipulos, quos tunc habebat, à Iudææ loco abducebat: sed etiam omnes, qui postea ipsius discipuli futuri erant, hinc abstrahebat, & ad seipsum in altum euectum, quemadmodum se factũrum receperat, pertrahebat. Quocirca bonum dominum sequamur, terrenas cupiditates fugiamus, [10] impostorem mundum & mundi principem: Creatori nos totos addicamus, imaginem honore prosequamur, nomen nostrum reuereamur, vitam in melius commutemus. Quid nosmetipsos sponte deijcimus, cum sublimes & excelsi creati simus? Quid rebus in aspectum cadentibus inhæremus. Vnusquisque Deo, quod poterit, offerat, quouis tempore, quouis genere vitę & fortunæ, pro præsentis facultatis modulo, pro gratia sibi concessa: vt per omnes virtutis modulos omnes regni cælestis mansiones impleamus, [11] tantum scilicet metentes, quantum seuerimus, vel, vt exactius loquar, tantum in diuinis horreis reconditum habentes, quantum arauerimus. Hic pecunias conferat, ille paupertatem, hic propensam ad bene de proximo merendum voluntatem ille hominis eo affectu præditi laudem, hic actionem laude dignam, ille aptam & ingeniosam speculationem, hic tempestiuum sermonem, ille consultum silentiũ, hic rectam doctrinam vitamq; doctrinæ consentaneam, ille morigeram & candidam aurem, hic puram virginitatem & à mundo penitus abscindentem, ille pudicas nuptias nec prorsus à Deo separantes, hic ieiunium à fastu alienum, ille moderatum ciborum vsum, hic perpetuam in orationibus & spiritualibus hymnis occupationem, ille pauperum curam, omnes autem vniuersim lachrymas, omnes purgationem, omnes profectum & progressum, atq; [illegible]ctionem ad ea, quæ à fronte sunt. Ita vero iucunda muneris instar est, morũ simplicitate præditũ esse, risui moderari, irã coercere, appetitũ frenare, mentis vagandi licentiam non cõcedere. Nihil earum rerum, quæ Deo offerũtur, tam parum est, quamuis etiam minimi momenti sit, quamuis longè illius dignitate inferi⁹, quod non omnino accipiat, atq; comprobet tametsi [12] iusto iudicio misericordiã æstimare & expendere norit. Accipit ille Pauli plantationem, vt Apollinis irrigationem, & viduæ duo minuta, & Publicani humilitatem, & Manassis confessionem. [13] Cùm Moses olim tabernaculum illud cælesti tabernaculo figurã respondés in ter-

Psal. 1. Sap. 5. Iob. 21. Eccl. 34.

Hæc vita laboris, futura præmij. Ioan. 14.

Ioan. 12.

Quisque Deo aliquid offerat. Galat. 6.

Deus etiã accipit minima. Esa. 28. 1. Cor. 13. Luc. 18. Mar. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mosis tabernaculū. Exo. 25. 35 Heb. 8.

in terra figeret, omnes, quod cuiq; denunciatum fuerat, conferebant. Quinetiam suapte sponte alij aurum, alij argentum, alij gemmas pretiosas ad superhumeralis ornatum ferebant: mulieres partim byssum contortam, partim coccinum contextum, partim purpuram, partim arietum pelles rubro colore tinctas, partim caprarum pilos, rem vilissimam. Alij, vt quisq; fortasse aliquid habebat, ad opus tabernaculi afferebant: sed omnes tamen afferebant, nec quisquam erat ab hac collatione immunis, ne pauperrimi quidem. Consimilem nos quoque in modum excellenti huius Ecclesiæ tabernaculo, quod non ab homine sed à Deo fixum est, quod varijs virtutum ornamentis constituitur, alius minus quiddam, alius maius, omnes tamen citra exceptionem offeramus, in opus persectum, in domicilium Christi, in templum sanctum architectonica spiritus arte constructum & coagmentatum. Illud quidem minime dubium est, quin etiam si omnia contulerimus, minus tamē collaturi simus, quàm accepimus. Quandoquidem diuini beneficij est, q̄ sumus, q̄ Deum cognoscimus, quodq; etiam quod offeramus, habemus. Atq; illud pulcherrimum humanissimumque censendum est, quòd Deus munificentiam non oblatæ rei precio & dignitate, [14] sed offerentis affectu & facultate metitur. Proinde noli benignitati liberalitatiq; tuę moras producere, sed iam liberalis esto: nec quia satis dignum munus offerre non potes, idcirco officium omnino desere. Quin potius ita te compara, vt alia statim offeras, ad alia te pares, de alijs infirmitati tuæ veniam petas. Non apparebis, ait ille, coram me vacuus. Ne sit igitur quisquam vacuus, nec infructuosus, neque anima vlla sterilis & infœcunda. Vnusquisq; quod in promptu habet, & quod Deo conuenit, muneris loco offerat: qui peccat, vitæ mutationem, qui rectè currit, acrimoniam & contentionem: adolescens continentiam, senex prudentiam, dives largitionem, pauper gratiarum actionem, qui in potestate est, modestiam, qui exigendis pecunijs præfectus est, mansuetudinem. Sacerdotes induite iustitiam, aut vt verius dicam, induamus: pascuæ oues ne dispergamus & iugulemus, pro quibus bonus ille pastor animam suam posuit, qui oues suas cognoscit, & eas vocat, & educit atque introducit tum ab impietate ad fidē, tum ab hac vita ad futuram requiem. Timeamus, ne quod Scriptura comminatur, [15] à nobis Dei iudicium incipiat, ne de manu Domini [16] duplicia peccata accipiamus, nec ipsi introeūtes, & eos qui possunt introire, prohibentes. Oues ne pastores ipsos pascatis, neque vltra fines vestros esse ramini. satis enim superq; vobis est si recte pascamini. Ne iudices ipsos iudiceris, nec legislatoribus leges præscribatis. Deus enim dissensionis & confusionis non est Deus, sed pacis & ordinis. Ne quis igitur caput sit, qui vix aut manus aut pedis aut cuiuspiam alius vilioris membri nomen sustinet: verùm quo quisq; ordine vocat' est, in ipso maneat, etiam si alioqui præstantiori dignus sit, plus vtiq; laudis habiturus ex eo, quòd præsenti gradu acquiescit, quàm si eum quærat, quem non accepit. Ne quis, cùm sine periculo alium sequi liceat, præire cum periculo expetat, neq; obedientiæ legem infringat, quę tam terrena quàm cælestia tuetur atq; conseruat: neq; committamus, vt nimia præfectorum copia in profligatam licentiam anarchiamq; recidat. Qui literis operam datis, ne doctrinæ atq; eloquentiæ vestræ magnopere confidatis, nec immodicè & plusquàm ratio postulat, sapiētes sitis, nec omnibus in rebus vincere turpiter affectetis, sed in quibusdam etiam honestè vinci æquo animo patiamini. Verbo sermones date. Curate, vt doctrina non mortis sed iustitiæ vobis armatura sit. Milites contenti estote vestris stipendijs, nec quicquā præter id quod vobis constitutum est postulate. Hoc mecum vobis faciendū præscribit magnus ille veritatis præco Ioannes, vox illa verbi præuia: Stipendij porrò nomine regiam annonam significat, muneraq; ea, quæ ijs qui dignitatibus excellunt, lege constituta sunt. [17] Quod autem exuberat ac redundat, cuiusnam sit, ipse quidem vereor dicere, ne quid sinistri ominis hic sermo habeat: sed ipsi certè satis pervos intelligitis, quamuis dicere supersedeam. Qui à Reipubl. administratione nomen ducitis, quæ Cæsaris sunt, Cæsari reddite, & quæ Dei, Deo: illi vectigal, huic timorem: timorem autem cùm dico, scelleratam cupiditatem prohibeo. Quid verò, fortasse dicturi estis, ex ea re magni lucrabimur? rem omnium maximam, meq̄ue, si ita vultis, interuentore, nimirum spes faustas, ac primos supernæ ciuitatis honores, non huius exiguæ minimæq̄ue inter ciuitates, cuius ne imperium quidem tenere (vt in altricis meæ gratiam atq; honorem parcissimè loquar) admodum amplum est ac glorioſum est ac glorioſum. Illic primas tenere cupiamus, illius vitæ splendorem assequi studeamus pro eo miserationis affectu, quem in hac vita induerimus, in Abrahæ sinu refocillemur, iustum iudi-

Beneficiū Dei.

Exo. 23. 34 Deut. 16.

Psal. 131. Ioan. 10.

1. Pet. 5. Esa. 40. Laici in sacerdotes non insurgant.

2. Cor. 13.

Qui non introeūtes prohibent.

Matth. 5.

Ioh. 10.

Sent. Iudæum alloquitur. Luc. 2.

Christi natiuitas.

dicium feramus, pauperem & egenum periculo eripiamus, viduæ & orphani nos miserat, eos qui ad necem trahuntur, redimamus, aut, vt leuissimè dicam, manus ipsis ne afferamus, ne opem nostram etiam vsque ad mensæ micas implorantem despiciamus, ne vlcerosum, & pro foribus nostris iacentem prætereamus', ne laborantibus alijs maleque affectis molliter ac delicatè viuamus, nec conseruum nostrum execrationi habeamus, ne quæso, fratres & amici, à Diuitis illius partibus stemus, nec flammis cruciemur, nec vasto hiatu à piorum cœtu dirimamur, nec Lazarum rogemus, vt linguam nostram flagrantem extremo digito refrigeret, ac ne id quidem impetremus.

Simus benigni, misericordes, humani: Magistri nostri bonitatem æmulemur, qui Solem exoriri facit non minus super malos quam super bonos, pluuiaque sua omnes æquè alit. Ne aliorum egestate opes nostras augere sustineamus (abfit, vt tam longe à diuina æquitate recedamus) nec diuitias nostras cum aliorum lachrymis misceamus, à quibus tanquam à rubigine & tinea consumentur, aut vt scripturæ verbo vtar, [18] euomentur. Quod si ad rem auidiores sumus, quam par sit, nihil prohibet quo minus laudabili auaritia teneamur. Paulum quiddam in hac vita demus, vt inaltero æuo diuitijs affluamus.

Atque hæc præcepta non ad eos solùm, qui Rempublicam gerunt, sed etiam ad omnes communiter spectant. Communis enim morbi communia quoque sunt medicamenta.

Tu verò descriptor noster, fac nos iustè describas id age, non vt studiosè & accuratè orationes meas quarum vel nulla, vel parua vtilitas est, vel auribus tantum grata atque iucunda, sed populum meum sanctè & humanè in tabulas referas, si nihil aliud, at certe tempus hoc reuerentia prosecutus, quandoquidem ipse quoque seruator descriptionis tempore nascitur. Exijt enim, inquit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis: & quidem describebatur.

Ascendit autem & Ioseph in Bethleem, vt cum Maria desponsata sibi vxore profiteretur, eo quod esset de domo & familia Dauid.

Atque eo tempore seruator in lucem prodijt (res admiranda) omnium rerum opifex & Dominus in angusto & ignobili diuersorio. Mysterium hoc timeamus, humanitatem assumptam veneremur, huic tempori nos quoque aliquid erogemus. Nunc angeli gestiunt, pastores luminis fulgore perstringuntur, nunc ab Oriente ad lucem maximam & inaccessibilem stella currit, nunc Magi procumbunt, ac dona offerunt, omnium regemque agnoscunt, & ex sideris aspectu cælestem egregiè coniectura assequuntur. Nunc Herodes furit, & pueros obtruncat, & propter libertatis auctorem eos qui in libertatem asserendi erant, de medio tollit.

Matt. 2.

At nos adorantibus nos ipsos adiungamus, eique qui nostræ salutis causa eō paupertatis se demisit, vt corpus etiam acciperet, non thus, non aurum, non myrrham, partim vt Deo, partim vt regi, partim vt ei qui nostra causa mortem gustauit, offeramus: sed mysticā dona, ijsque quæ oculis cernuntur, sublimiora, nimirum vt nihil accipiamus, nec diuitijs quicquam aduersus paupertatem contendamus, nec Dei creaturam per aliam creaturam iniuria afficiamus. Cum Christo describis, cum Christo tributum expendis, cum capite censuram facis, cum Verbo rationem subducis. Nunc Christus tibi nascitur, & Deus est, & homo efficitur, & cum hominibus conuersatur.

Quid Christo offerendum.

Bar. 3.

Quid autem sibi vult hæc oratio? nimirum, nisi me sententia fallit, eos quibus huiusmodi munera commissa sunt admonet, Deum semper maximis rerum administrationibus interesse. Et quidem vt descriptorum animos flectat, tum demum carnem sumit, & cum hominibus versatur: vt autem seruituti nostræ solatium afferret, animique facilitatem & æquitatem veluti lege sanciret (nam ne id quidem contemptim prætereundum est) non modo suo sed etiam Petri Discipulorum omnium charissimi nomine [19] didrachmum pendit. Nec mirum, cum propter nos homo factus sit, seruique formam susceperit, pro iniquitatibus nostris ad mortem ductus sit.

Matth. 17.

Petrus discipulorum charissimus.

Hæc Seruator fecit, idque cum voluntate soia nobis, vtpote Deus, salutem asserre posset, quemadmodū & vniuersam

rerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum machinam solo iussu atque imperio procreauit. Verum vt nos magis flecteret, ac pudore perfunderet, affectuum nostrorum sensum induit, conditionemque nostræ similem subijt. Quid nos, qui Christi clementis & benigni, & qui nobis tantopere ministrauit, discipulos nos profitemur, non Magistri pietatem nobis imitandam proponemus? non benignos ac faciles nos conseruis præbebimus, vt talem ipsi quoque Dominum experiamur, nobis videlicet eadem mensura, qua mensi fuerimus, repensurum? non animas nostras lenitate redimemus? Satis superque graue est liberis hominibus seruitute premi, tantumque inter eos, qui eadem terræ massa coagmentati sunt, interesse vt alij imperio teneantur: alij tributa constituant, alij tributi causa describantur: alij iniuriam inferre maloque afficere impunè possint, alij ne quid patiantur laborent ac precibus contendant: eaque circa vnum & eandem imaginem, circa vnam & eãdem dignitatis præstantiam contingere, circa eiusdem vitæ hæredes, & pro quibus Christus æquè mortuus est. Satis inquam hæc liberis hominibus molesta sunt: ne quid huic iugo grauitatis addatur, ne quid pœnæ illi, qua primũ nostrũ peccatũ mulctatũ est, acerbitatis accedat. Atq; vtinã funditus pereat vitium, & primum illius semen ac peruersus ille spiritus, qui dormientibus nobis zizania superseminauit, [20] vt mali principium ex boni incuria nasceretur, non secus ac tenebrarum principiũ est lucis secessio. Hæc nobis lignum illud inuexit, & amara perceptio, & inuidus serpens, & legis violatio, quæ nobis hanc pœnam irrogauit, vt in vultus sudore vita du cenda sit. Hinc ego nudus & deformis & nuditatem cognoui, & pelliceam vestem indui, & paradiso deiectus sum, atque ad terram, à qua sumptus sui, reuersus, id vnum deliciarum loco habens, quòd calamitates meas cognitas habeam, & pro exigua voluptate, perpetuo mœrore damnatus sum, eamque pœnam pendo, vt mihi cum eo, qui malè in meam amicitiam irrepsit, ac per arboris gustum in fraudem induxit, bellum gerere sit necesse. Hoc mihi peccati præmium. Hinc factum est, vt ad laborem nascar, gignar, & viuã, ac moriar. Hinc penuria nata est, pernicioſæ cupiditatis mater, quæ bella peperit, à quibus orta sunt tributa, quibus in diuina cõdemnatione nihil grauius est & acerbius. At nos saltem, [21] ne mulctam intendamus, hoc Deus à nobis expoſcit, vt benignitate & clementia nos inuicem complectamur, [22] etiam si ille in nos animaduertat. Erit alia quoq; descriptio, & descriptor alius: [23] nisi fortè de quodam viuentium pereuntiumque libro nihil vnquam audisti. Illic omnes inscribemur, vel vt rectius dicam, iam inscripti sumus, & merito quisque iam confecti vitæ curriculi. Illic non meliori conditione sunt diuitiæ, nec deteriori paupertas, non gratia, non odium, non denique alia omnia, quibus iudiciorum fides ac religio apud nos circunscribi ac labefactari solet. Omnes Dei digito descripti sumus. nobisque in reuelationis die liber aperietur. Illic [24] paruus & magnus est, & seruus vnà cum hero, sicut est apud Salomonem, & rex vnà cum subdito, & descriptor vnà cum profitente, & splendor in propinquo (nam dictu ominosum est, silentio præteribo.) Cæterùm quo modo alios descripserimus, eodem ipsi quoque describemur. Hanc inscriptionem si facilem & commodam experiri cupis, fac te commodum nobis & humanum præbeas. Quid ad hæc dicis? quid describis, amicorum omnium sodaliumque præstantissime, ijsdemque nobiscum vsu magistris & disciplinis, tametsi excellentiori gradu atq; ordine, vereor enim dicere grauiore, nos Deus collocarit, vt vos qui magistratum geritis, ista doceamus. Quid, inquam ais, ô pia patria & familia orte, ô sanctorum parentum sancta stirps, ô sanctorum liberorum radix: Ecquid tibi probantur sermones mei? Ecquid te flectunt? An pluribus verbis mihi deliniendus erit animus tuus? Equidem illud non coniectura quadam assequor, sed certum & exploratum habeo, te iandiu oratione mea correptum teneri, si nulla alia alia re, literis certè ipsis & doctrina fretus, quæ te facilè semper ad optima quæque ducit, vel tua ipsius sponte incedentem, vel alios sequentem. Hoc enim est, quo sapientes à stultis differunt. Ego verò nonnihil adhuc superiori orationi adijciam. Tu quidem orationi meæ mercedem persoluisti, quancumque tandem persoluisti, at illa tibi dono pauperes offert, totum sacerdotum cœtum, philosophorum cœtum, qui nullo vinculo humi tenentur, [25] qui sola corpora, ac ne ea quidem tota possident, qui Cæsari nihil, Deo omnia habent, hymnos, preces, vigilias, lachrymas, hoc est eiusmodi opes quæ manibus, premi nequeunt, qui mundo mortui sunt, Christo viuunt, carnem confecerũt, animam à corpore abstraxerunt. Hos si mitius tractãris, aut etiam omnino Dei seruos & discipulos & cælestium rerum inspectores, has inquam generis nostri primitias, hæc columina, has fidei coronas, has pretiosas margaritas, hos templi illius lapides, cui fundamentũ & lapis angularis Christus, hoc est egregij Ecclesiæ cõplementi, hos inquam si Deo plane reddideris, præclarissimè vtique & ipsis, & tibi, & nobis consulueris. Ac tibi has potius à nobis diuitias optauerim quàm magnos auri atq; argenti thesauros, nunc existentes, ac breui tempore dilapsuros. Habetis orationis meæ donum, si spe expectationeq; vestra inferius, at certè quale offerre potuimus. Vos verò mihi pro collato munere, quod maius est, rependite, nempe animorũ tractabilitatem. [26] Sic ad alia commoda hoc quoq; accedet, vt sermonibus meis minus opus habeatis, nimirum [26] mutuò vos cõsiderantes ad prouocationem charitatis & bonorum operum. Atq; ita tandem in cælis facilem & clemẽtem in illo æuo descriptionem consecuti, & circum omniũ Regem tripudiantes (quod vnum agunt, qui illic descripti sunt,) laudem Deo ministremus, vnam & eandem Patris & Filij & Sp. sancti diuinitatis gloriam & splendorem intuentes, laudibusq; celebrantes, cui gloria, & honor, & adoratio in secula seculorum, Amen.

Matth. 13. Mali principium, boni incuria. Gen. 3.

Homo nascitur ad laborem. Vnde orta tributa.

SCHOLIA EX GRAECO NICETAE COMMENTARIO COLLECTA.

1. *In Christo absconditum*) Paulus ad Coloss. cap. 3. his verbis vtitur. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos cum eo apparebitis in gloria. Quemadmodum enim margarita, quandiu in concha est, oculis non patet, cõquassata autem concha fulgere incipit: sic nos quandiu in hoc mortali fragiliq; corpore versamur, debemus quasi absconditi vitam agere ab omni ambitione & ostentatione remotam. Cùm autem pars hæc corruptibilis soluta fuerit, tunc vera nostra quoque gloria apparebit, & vita nostra, quæ abscondita erat. Eleganter porrò margaritæ Christũ significat, quippe qui non nisi summo cum labore atque à perpaucis inueniatur: tum etiam quia vt margarita ex concha & aqua conflatur, ita Christus diuinitate atque humanitate constat.

2. *Dulci doctrina*) Ad verbum, potabili: atque hoc genus loquendi à Platone sumpsit, quemadmodum annotauit Græcus interpres. Per falsam autem doctrinã, profanam eruditionem intelligit, per dulcem verò seu potabilem, litterarum sacrarum studium & scientiam.

3. *Siue sapientis*) Est enim sapientis viri cum ratione tacere. Siue parum consulti, quoniam alij mihi eam rem vitio tribuunt, stulti esse iudicantes, cùm sermone prodesse queas, tacere.

4. *Vt pyriten ferro*) Appositissima similitudine vsus est Gregorius. Vt enim pirites ignem internè habet ac premit, percussus autem & vi attritus eum exerit: sic ipse sermones apud se in mente habebat, probris autem contusus eos extulit, ac patefecit:

5. *Iam verò quidam*) Iulianum intelligit vectigalibus exequandis præfectum. Quod autem ait, De seipsis optimè mereantur, eo sensu accipiendum est, quòd qui alios beneficijs afficit, de seipso primùm bene meretur.

6. *Nihil molle*) Hæc mutuatus videtur Theologus à Dione Chrysostomo Prusensi, qui in prima oratione de Regno, narrat Timotheum egregium tibicinem intenso quodam cantu, quem τρόπον νόμων Græci appellant, Alexandrum ita excitasse, vt protinus ad arma quasi lymphatus curreret.

7. *Vt puluis*) Pulueris similitudinem accepit ad exprimendam rerum fortuitarum incertitudinem: fumi autem, vt ostenderet, quã facilè dilabantur & euanescant. In somnio item eas comparauit, quòd imaginariè sint, nec vsquam vere existant. Vmbræ denique eas similes esse dixit, quòd manibus prehendi nequeant. Hæc autem omnia à scriptura accepta sunt. Felicitas enim huius vitæ pulueri comparatur Psal. 1. fumo Sap. 5. in somnio Iob 20. vmbræ Eccl. 34.

8. *Non sursum in cælum*) Hæc ab Esaia sumpsit Theologus, vt eos qui humi depressas mentes habent, excitet atq; admoneat, vt à terrenis affectibus tanquã à vinculis quibusdam soluti corpus atq; animum in cælũ subuehant, contemplantes Trinitatem locumq; in quo thesaurus recondendus est.

9. *Quorum nomine*) De quibusdam martyribus loquitur, qui pro Christi fide martyrio in Creta perfuncti fuerant.

10. *Impostorem mundum*) Mundus est propriè compages coagmentata ex cælo & terra, & ijs, quæ complexu eorum continentur. Accipitur etiam pro ordine, harmonia, & concinnitate, vt apud Dauidem. Qui fecit cælum & terram cum omni mundo. i. ornamento eorum. Interdũ pro multitudine, vt illud, Ecce mundus post eum currit. Nonnunq; etiam pro mundana & terrena materia, quæ homines voluptatis illecebris ad vitium pellicit, vt hoc loco.

11. *Tantum metentes*) Paulus Galat. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet: mox tamen velut se corrigens Theologus ait, Tantum in diuinis horreis reconditum habentes, quantum arauerimus, hoc videlicet inuenes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuens, Virtutum semina nobis à Deo iniçi, postea autem labore nostro atq; industria adolescere.

12. Iusto iudicio (Esa. 28. Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. i. vel in statera appendã, ac sic misericordiam vel parcius vel vberius, pro eo ac quisq; meretur, erogabo.

13. Cum Moses olim) Deus in monte Sina figuram Arcæ testimonij Mosi ostendit, eiq; materiam omnem & rationem, quæ in illius fabricatione tenenda erat, tradidit: quam deportans Moses, per Besceelem architectum erexit, formam sibi in monte ostensam secutus: quandoquidem, vt testatur Paulus Hebr. 8. cælestium erat exemplar. Diuisa autem erat hæc Arca in tres partes. Interna vocabatur Sancta sanctorum: post eam velamen: externa pars Sancta dicebatur. Spiritualis porrò & visibilis mundi figuram gerebat hæc Arca. duo quippe velamina quasi termini quidam erant spiritualem naturam ab ea quæ in sensum cadit, distinguentes.

14. Sed offerentis affectu) vt patet ex paupere illa vidua, cuius perexiguum munus pluris à Christo æstimatum est, quàm vel amplissima diuitum munera.

15. A nobis Dei iudicium) Quemadmodum Dominus per Ezechielem fore comminatus est his verbis: A sanctis meis incepistis. Et cœperunt à viris senioribus, qui erant in domo Domini, Nicet. Alludit etiam ad illud Petri 1. Petri. cap. 4. Tempus est, vt iudicium incipiat à domo Dei.

16. Duplicia peccata) Id est, duplices pœnas. Esa. cap. 40. Solutum est ipsius peccatum: quoniam accepit de manu Domini duplicia peccata. Et Hieremias, Reddam, inquit, duplices iniurias ac peccata eorum.

17. Quod autem exuberat) τὸ ἀλλοπριοῦν. Alludit ad illud Christi apud Matth. cap. 5. Quod autẽ amplius est, à malo est. Eodem modo innuit Gregorius id quod necessarijs vitæ vsibus superest, ab impuro spiritu esse: id tamen eloqui non audet, ne quid tristioris omnis oratio habeat.

18. Euomentur) Iob cap. 20. πλοῦτον ἃ οὐκ ἐυπορήσει, ἀποδώσει καὶ. Diuitiæ quæ iniustè colliguntur, tandem euomentur.

19. Didrachmũ) Didrachmũ antiquũ Siclus dicebatur, & pro primogenitis pẽdebatur, nõ regibus, sed sacerdotibus, antẽq; nomen eorum in tabulas referretur, idq; in plagæ illius monimẽtum, qua primogeniti Aegyptiorum de medio sublati fuerant, saluis & incolumibus Israëlitarum primogenitis. Ac proinde quia Christus primogenitus erat, didrachmum quoq; persoluit. Siclus autem Iosepho lib. 3. Antiquit. nummus argenteus Hebraicus, quem Græci stalerem dicunt, pondere erat drachmarum Atticarum 4. &c. Vide Polyd. Virgil. cap. 3. lib. 2. de Rerum inuentoribus.

20. Vt mali principium) Hæc coniunctio Vt, non causam hoc loco sed euentum significat. Quoniam enim cogitatio nostra perẽni motu cietur, idcirco fit, vt cùm virtutis curam abiecerimus, protinus in vitia simus. nec enim quicq; est intermedium, quemadmodum nec inter lucem & tenebras. ac virtus quidem luci similis est, vitium autem tenebris. Nec enim vlla est mali essentia, quemadmodum nec caliginis: verùm recedente virtute accedit vitium, non secus ac caligo subducente se lumine.

21. Ne mulctam) Tributa, inquit, satius per se grauiane per auaritiam nostram graviora reddamus, nec mœroris pœnam ob infractum Dei præceptum nobis constitutam augeamus, vitam scilicet hominum, qui nobis genere & natura sociati sunt, insatiabili nostra cupiditate calamitosam reddentes.

22. Etiam si in nos) Quamuis Deus certo consilio nonnullos pœnis coërceat: vult tamen, vt ijs, quos pœna afficit, humanitatis officia conferamus. Vnde Ezech. 25. cap. tametsi Deus Israëlitas afflixisset, tamen quia Ammonitæ & Moabitæ ex eorum calamitatibus voluptatem sibi fingebant, ipsisque insultabant, idcirco se in eos animaduersurum minatur. Nec adhæc verba confugere debemus: Cùm Deus huiusmodi calamitates immittat, non est meum diuinæ voluntati resistere. De quo vide latius in Orat. de Pauperum amore.

23. Nisi forte de quodam) Psal. 138. In libro tuo omnes scribentur. Et Psal. 108. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.

24. Parum & magnus) Hoc loco memoria lapsus est Gregorius, cùm hoc dictum tribuit Solomoni. Est enim in libro Iob cap. 3. Nicetæ videtur, colligi ex hoc loco posse Solomonem esse auctorem illius libri qui Iob inscribitur. Sed cùm nunquam de illius libri parente dubitatum sit, μνημονικῷ ἁμαρτήματι hoc tribuendum est.

25. Qui sola corpora) Ate, inquit, Iuliane precibus peto, vt ne quid ab ijs qui in Cleri ordinem cooptati sunt, exigas, verùm tributorum immunitatem ipsis concedas: vt qui præter corpus nihil habeant.

26. Mutuò vos considerantes) Verba hæc sunt Pauli in Epist. ad Heb. cap. 10. quibus Hebræos hortatur, vt sese mutuò ad charitatem extimulent, ac certatim ad virtutem contendant.

GREGORII NAZIANZENI FVNEBRIS IN laudem Cæsarij fratris Oratio, superstitibus adhuc parentibus habita.

ARGVMENTVM.

TRipartita est hæc oratio. Primùm enim Cæsarium fratrem laudat. Deinde parentes suos illius interitu mœstos & afflictos doctissimis rationibus consolatur. Postremò ad populum orationem conuertit, hortatur, vt contemptis huius mundi vanitatibus, omni animi cura cælestis æternæq; vitæ bona consectetur.

EXistimatis fortasse, ci, & fratres, & patres, non re duntaxat, sed nomine quoque ipso mihi pertucundi, me cupidèad dicendum prodire, vt fratris interitum lachrymis luctuque prosequar, aut ornatam & elegantem orationem, qua vulgus hominum delectarur, in longum producam. Et partim quidem hoc animo conuenistis, vt simul mœreatis & afflictemini, atque in mea calamitate calamitates vestras deploretis (si quibus huiusmodi quidpiam accidit) & in amici afflictionibus dolere condiscatis: partim verò vt aures pascatis, animosque oblectetis. Oportere si quidem nos ex calamitate quoque ipsa ostentandi ingenij ansam arripere: cuiusmodi quondam erat nostra ratio, cùm & cæteris in rebus mirifici essemus, mundoque mancipati, & in eloquentiæ laudem omni animi contentione incumberemus, priusquam scilicet ad primum & supremum Verbum oculos sustulissemus, Deoque, à quo omnia, nostra omnia offerentes, Deum pro omnibus accepissemus. Ne quæso, id de nobis existimetis, si quid boni existimare vultis. Nam neque fratrem morte abreptum immoderatius lugebimus, vt qui ne in alijs quidem talia probare soleamus: neque in eo laudando modum ac decorum excedemus. Quanquam alioqui iucundum, ac, si quod aliud, congruentissimum munus est eloquenti viro oratio, & ei qui orationum mearum amore flagrabat, laudationis officium: nec munus duntaxat, sed etiam debitum omnium debitorum iustissimũ. Verùm hactenus ipsum lachrymis & laudibus prosequemur, vt ne legem in huiusmodi rebus obseruari solitam neglexisse videamur. Neque enim hoc à nostrate philosopho est alienum: Memoria enim inquit ille, gustorum cum laudibus: &, Super mortuum plora & quasi acerba passus luctum incipe. Quibus verbis non tam ab animi stupore atque indolentia, quàm ab immodico luctu æquè abducit. Postea autem & humanæ naturæ imbecillitatem ostendemus, & dignitatis animæ vos submonebimus, & quæ consolatio dolentibus sit adhibenda proponemus: ac deinque mœrorem à carne rebusque fluxis atque caducis ad cælestia & æterna transferemus. *Prouer. 10.* *Eccles. 38.* *Propositio.*

Cæsarius igitur, vt hinc exordiar vnde me maxime exordiri decet, parentes eos habuit, quos omnes cognoscitis, quorumque virtutem intuentes & audientes mirificis laudibus in cælum effertis, alijsque quibus minus cognita est (si qui tamen huiusmodi sunt) commemoratis, hoc munus inter vos partientes. Neque enim fieri potest, vt vnus idemque cuncta exponat, neque vnius linguæ hæc opera est, quantumcunque aliquis studio atque industria animique contentione præcellat. Quibus cum multa & præclara laudum ornamenta suppetant (nisi forte cupiam ineptè facere videor, qui domesticas laudes prædicem) tum eos vna potissimum pietas nobilitat, & insignes reddit. Hos graues & honestos senes dico, non minus virtutis quam senectutis nomine venerandos, quorum vt corpora temporis diuturnitate debilitantur: ita animæ Deo iuuenescunt. Pater quidem ex oleastro in frugiferam oleam pulchre insitus, pinguedinisque vsque adeo particeps factus, vt aliorum quoque insitio ipsi commissa, & animarum cura demandata sit, excelsus excelsè huic populo prælidens, alter Aaron, aut Moses, eum honorem consecutus, vt commercium cum Deo habeat, ac vocem diuinam alijs procul stãtibus sub- *Cæsarij genus.* *Pater Cæsarij.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ministret, clemens, ab ira alienus, facie tranquillus, spiritu acer, dies his rebus quæ aspectu sentiuntur, ditior ijs quæ mortalibus tectæ & absconditæ sunt.

Quid autem hominem vobis notum describere aggredior? Neque enim, etiamsi sermonem in longum protraherem, parem tamen illius virtuti orationem asserem, quantumque vuusquisque vestrum nouit, ac postulat, dicerem. Ac præstat id in opinione vestra ac cogitatione relinquere, quàm orationis meæ tenuitate mirabiles ipsius virtutes magna ex parte truncarem. *Mater.* Mater autem iam olim & ab ipsis prouis Deo consecrata pietatem instar necessariæ cuiusdam hæreditatis, non ad seipsam tantùmodo sed ad liberos quoque deducens, ex sanctis primitijs verè sancta conspersio. Quam etiam tàtùm auxit & amplificauit, vt ne mariti quidem absolutam in omni genere virtutem (dicam enim, etiam si hoc à me insolentius dictum videri possit) cuiquam alij quàm ipsi assignandam esse nonnulli credant, ac prædicent, eamque (ô rem admirandam) pro suæ pietatis præmio maiorem plenioremque pietatem accepisse. Ambo filiorum simulque Christi amantes (res ab hominum moribus abhorrens) imò Christi amantiores quàm liberorum: quippe quivnum hunc ex liberis fructum caperentet, vt à Christo noscitarentur ac nominarentur, necnon sola virtute coniunctioneque cum Deo atque consortio, felicem liberorum procreationem definirent. *Vera parentum pietas* Ambo humani, misericordes, multa tineis & latronibus, & mundi principi rapientes, & ab incolatu ad certam stabilemque sedem sese transferentes, amplissimumque patrimonium, nimirum futuræ vitæ splendorem, filijs thesaurizantes. Sic illi ad altam senectutem peruenerunt, virtute atque annis inter se pares, ac pleni dierum, tam eorum qui fixi ac sempiterni sunt, quàm qui fluunt ac dilabuntur: vterque primariam laudem inter mortales habiturus, nisi alter ab altero virtutis principatu prohiberetur. Atque omnes felicitatis numeros expleuerunt, excepta hac postrema siue probatione, vt quispiam existare queat, siue, vt ipse sentio, diuina dispensatione: qua prouisum est, vt eo filio, cui propter ætatis lubricum magis timendum erat, funere elato, iam ipsis tranquillè vitam claudere, & cum vniuersa domo familiaque ad cælestem regionem migrare liceat. Nec verò eo propositio hæc à me commemorata sunt, vt illorum laudes prædicarem (neque enim sum nescius tantam eorum virtutem esse, vt vix quisquam etiam tota oratione de eorum laudibus instituta, in eo tamen argumento pro rei dignitate versari possit: verùm [2] vt illud ostenderem, eam Cæsarij fuisse rationem, vt à parentibus ipsis virtutis colendæ necessitate constringeretur: nec mirum vobis aut incredibile videri debere, si talibus laudibus se dignum præstiterit, sed illud potius, si neglectis domesticis & propinquis exemplis aliorum sibi vitam imitandam proposuisset. Ac natales quidem illius tales extitere, quales videlicet esse conueniebat hominis verè generosi, & rectè honesteque victuri. Vt autem media incidam, formæ elegantiam, corporis magnitudinem, atque illius in omnibus rebus gratiam & velut in sonis concinnitatem (quandoquidem nec nostrum est ea mirari, tametsi alijs non parua videantur) ad ea quæ deinceps sequuntur, & quæ, ne si cupiam quidem, facilè prætermittere possum, orationem conferam. Igitur [3] sub parentibus huiusmodi moribus præditis educati atque instituti, & in hujusce ciuitatis scholis ac disciplinis, quantum fas erat, versati, in quibus ille ingenij celeritate & præstantia dici non potest, quàm longo interuallo cæteros post se relinqueret (Ah quo modo harum rerum commemorationem siccis oculis præteribo, ac ea uebo, ne me, contrà quàm initio professus sum, fracti atque abiecti animi esse dolor coarguat) cum iam peregre proficisci commodum videretur, tum primùm alter ab altero distracti sumus. Nam ego oratoriæ artis amore inflammatus in Palestinæ academijs tum florentibus pedem fixi: ille autè Alexandriam perrexit, vrbem & tunc & hoc tempore doctrinarum omnium officinam non falsò existimatam. [3] Quid primum aut quid maximum ex illius laudibus cõmemorem? aut quid sine grauissimo orationis damno prætermittam? Quis præceptoribus fideliorem? Quis æqualibus iucundior? Quis improborum societatem familiaritatemque studiosius fugit? Quis optimorum virorum familiaritati seipsum magis adiunxit, cũ aliorum tum celebrrimi cuiusque Cappadocis & illustrissimi, quòd perspectũ haberet ad virtutem aut vitium permagni referre, quibus consuescas? Atque idcirco quis ciuitatis principib⁹ charior? aut quis potius vniuersæ vrbi? cuius alioqui magnitudo tanta est, vt omnium virtus obscurã & absconditã iaceat. Quis temperantiæ laude clarior? ob ingenij sagacitatem illustrior? Ecquod doctrinæ genus est, in quo non sit versatus? Immo verò quod ge-

Cæs. doctrina. nus est, quod non ita perceperit, vt ne vnum quidem quisquam alius? Eccui autem concesserit, vt ad ipsius eruditionem vel tantillum accederet, non æqualiũ tantum, sed eorum etiam qui ætate ipsum antecedebant, ac plus temporis in studijs literarum consumpserant? Sic enim in omnibus artibus erat expolitus, quasi vni duntaxat operam dedisset: sic rursus vnamquamque callebat, quasi nullam præterea coluisset. Atque vt acri & excellenti ingenio præditos industria & labore, sic studiosos & diligentes ingenij celeritate superabat, vel vt rectius loquar, ingeniosos ingenio, & laboriosos studio & diligentia & vtraque laude præstantes in vtraq; præcellebat. *Qui periti Astronomia.* Atque in Geometria quidem & Astronomia scientia alijs periculosa ita se comparauit, vt cum quicquid ea vtilitatis haberet, collegisset, nimirum vt ex rerum cælestium concentu atq; ordine Creatorẽ suspiceret, quicquid rursus ea noxij complectebatur, effugeret, nempe ea quæ sunt ac fiunt ad siderum cursus haud quaquam referens, atquemadmodum faciunt, qui conseruã creaturam aduersus Creatorem seditiosè concitant: verum vt alia omnia, sic eorum quoque motum, vt par est, diuinæ prouidentiæ assignans. *Arithmetica.* In numeris autem & supputationibus, eaq; *Medicina.* Medicinæ parte, quæ in naturis ac temperamentis causisque morborum inquirẽdis versatur, vt succisis euulsisque radicibus furculi quoque ipsi simul amputẽtur, quis tam vecors aut peruicax, vt secundas illi daret, ac non præclarè secum agi duceret, si proximum illi numerum obtineret, ac primas inter secundos ferret? Neque verò hæc quæ diximus, verba quædam inania sunt, nullisque testimonijs fulta: sed & in Orientali & in Occidentali ora, ac denique in regionibus omnibus, quas postea perlustrauit, insculptum velut in columna doctrinæ suæ testimonium reliquit. Cum autẽ anima, velut ingenti quadam naue oneraria, virtutum omniũ disciplinarumque mercibus onusta in patriã rursus nauigaret, vt præclaras doctrinæ suæ merces alijs impertiret, hic quoque mira res accidit, quam (quia me recordatione maximè oblectat, vobisque fortasse voluptatem allatura est) breuiter exponã. Materno quodam voto tenera mater optabat vt quemadmodum vtrunq; eodem tempore emiserat, sic vtrunque simul reducem videret. Eramus enim si non alijs, matri quidem certè cùm simul inspiceremur, par quoddam votis expetendum atque visendum, [5] licet nunc inuidia malè dissolutum. Et ecce Deo, qui iustas preces audit, & parentum erga benignos filios amorem honore complectitur, ita impellente, neque ex concilio neque ex compacto & constituto alter ab Alexandria, alter à Græcia, alter mari, alter pedibus eodem tempore in eandem ciuitatem appulimus. Hæc autem erat Byzantiũ, vrbs totius Europæ principatũ tenens, in qua breui Cæsarius tantam gloriam est assecutus, vt publici honores nobileque matrimonium ac Senatoria dignitas ei oblata fuerit, communique decreto à magno Imperatore per legatos petitum sit vt vellet principem vrbem viro eruditionis eloquentiæque principe ornari atque honestari, si tamen illi cura esset, vt verè primaria esset, nomineque suo digna, atque ad cæteras ipsius laudes hanc accedere, vt Cæsario & medico & ciue decoraretur: quamuis alioqui præter cæterũ splendorem, viris tam in Philosophia quàm in alijs generibus artium eximijs abũdet. Sed de hac re satis. Illud autẽ quod tum contigit, quamuis alijs fortuitò accidisse videretur, cuiusmodi [7] multa fert casus in rebus humanis: apud pios tamen homines perspicue constabat nulli alij eã rem asscribendam esse, quam Deo dilectis parentibus, ad vnius voti summam explendam, filios tum terra tum mari in vnum colligentibus. Age ne hanc quidem Cæsarij laudem prætereamus, quæ quanquam alijs fortasse parua nec commemoratione digna mihi tamen & tunc & nunc quoque præclarissima visa est, si modo laudẽ meretur fraternus amor, neque vnquam inter primas collocare desinã quoties mihi de illius rebus narratio instituta fuerit. Nam cũ ijs, quos diximus, honoribus eum ciuitas retineret, negaretque, se illi vlla ratione potestatẽ discedendi facturam: ego tamen, cuius authoritatẽ Cæsarius in omnibus rebus plurimi faciebat, in contrarium nitens, hoc sum consecutus, vt nec parentes voto suo, nec patria debito sibi officio, nec denique ego desiderio meo frustrarer. Itineris enim socium comitemque *Cæsar cum fratre dissedit.* sese mihi adiunxit, meq; non vrbibus solum & populis, non honoribus & prouentibus, qui multi ad eum vndique partim confluebant, partim in spe atque expectatione erant: verùm propemodum ipsi quoque Imperatori eiusque edictis antepositus. Hinc ego omnem honorum gloriæque cupiditatem quasi grauem dominum morbumque permolestum excutiens, [8] philosophari, vitæque meæ rationes ad superiorem vitam accommodare constitui: *Grego. glo riam aspernatur.* quanquam antiquior huiusmodi vitæ cupiditas fuit, quàm vita ipsa. Cæsarius autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæsarius se confert in Aulam.

tem cùm doctrinæ suæ primitias patriæ consecrasset, dignamque laboribus admirationem sui commouisset, postea gloriæ studio, procurandique vt quidem mihi persuadebat, publici commodi causa inaulam se contulit.[9] Quod consilium & si nobis haud admodum gratum ex animique sententia fuit (me etenim apud vos purgabo) Quoniam sublimius præstantiusque est infimo ordine apud Deum collocari, quàm apud terrenum Imperatorem honoris primas tenere: tamen est eiusmodi, meritò reprehendi nequeat. Nam vita illa ad normam Euangelicæ philosophiæ exacta, vt excellentissima, ita longè difficillima, nec à multis suscipienda est, sed ab ijs duntaxat, quos diuina mentis magnitudo, quæ egregiæ hominum voluntati manum porrigere solet, aduocauerit. Nequaquam autem parui æstimandum est, si quis alterum vitæ genus complexus probitati studeat, maioremque habeat Dei salutisque suæ quàm terreni splendoris rationem, seque ita gerat, vt hunc quidem tanquam scenam aut vulgarem quandam temporantiamque laruam præferat, huius mundi fabulam agens: cæterùm ipse Deo cum ea imagine viuat, quam se ab eo accepisse, eique debere nouit. Quem quidem Cæsario animum fuisse compertum habemus. Nam cùm nihil aliud laboris suscepisset, quàm vt doctrinæ suæ specimen quoddam vel breuem quendam potius doctrinæ prologum edidisset, primum statim inter Medicos dignitatis gradum obtinuit, atque in amicorum numero apud Imperatorem habitus amplissimis honoribus affectus est. Artis porro beneficium proceribus gratuitum proposuit, non ignarus, nihil esse, quod hominem ad altiores honorum gradus prouehat, quàm virtus & fama honestis rationibus collecta. Et quibus ordine secundus erat, eosdem gloria longè superabat. Qui cùm frugalitatis modestiæque nomine ab omnibus vnicè diligeretur, eaque de causa honestissimis muneribus præficeretur, nec [10] adiuratore Hippocrate quicquam opus haberet, adeò, vt nihil prorsus esset. [11] Cratetis simplicitas, si cum illius simplicitate conferretur: rursus in maiore, quàm dignitatis ipsius gradus ferre videbatur, veneratione apud omnes erat. Cumque in eum magni quotidie honores conferrentur, maioribus tamen ac iam iamque affuturis dignus habebatur, tum ab ipsis Imperatoribus, tum ab omnibus ijs, qui proximum ipsis dignitatis locum tenebant. Quodque maximum censendum est, nec à gloria, nec ab ijs, quibus circunfluebat, delicijs, animæ illius nobilitas vnquam labefactata est. Quin potius in multis magnisque dignitatibus florebat, hoc tamen ad decus & gloriam præcipuum ducebat, vt & esset, & diceretur Christianus: idque tanti æstimabat, vt præ hoc vno reliqua omnia in vnum congesta ludi ac nugarum instar haberet. Alia enim ab alijs etiam lusitari posse, non secus atque in scena, quæ vt celerrimè figitur, ita celerrimè quoque dissoluitur, immò facilius fortasse dissipatur, quàm constituatur, vt ex multis huius vitæ mutationibus & felicitate sursum deorsumq; conuertente perspicere licet: pietatem verò bonum vnum proprium esse, nec hominem vnquam deserens. In his studijs versatus est Cæsarius, etiam in sagulo: in his cogitationibus & vixit, & vita excesit, maiorem interioris [12] absconditique hominis pietatem Deo exhibens, quàm erat illa, quæ in oculis hominum elucebat. Atque vt alia omnia prætermittam, propinquorum nempe, qui fortunæ iniuria facultatibus lapsi erant, curam & patrocinium, fastus contemptum, æquitatem eam qua cum amicis ita versabatur, vt nihil sibi præter eos arrogaret, libertatem loquendi qua apud principes vtebatur, certamina quæ pro Veritate suscepit, disputationes quas pernultas & sæpenumero & cum plerisque habuit, non argutas solùm, sed etiam admodum pias & ardentes: facinus vnum pro omnibus referam, quo in tota ipsius vita nihil est illustrius magisque peruulgatum. Furebat aduersus nos [13] infandus Imperator, & cùm in seipsum primum per Christianæ fidei repudiationem insaniisset, iam alijs quoque intolerabilis erat, nequaquam cæterorum Christi hostium more, magno & strenuo animo impietatem profitens, verùm clementiæ obtentu persecutionem cælans, atque instar flexuosi illius serpentis, qui ipsius animum obsidebat, omni genere machinarum ad barathrum suum miseros callidè pertrahens. Ac ne eos honores, qui Martyribus haberi solent, consequeremur (hos enim Christianis homo egregius inuidebat) prima illius fraus & versutia hæc fuit, vt qui Christi causa excruciabantur, non vt Christiani

Sent.

Vita monastica excellentissima.

Cæsarius in diuino medicorum ordine.

Sent.

Cratete simplicior.

stiani, sed vt facinorosi supplicio afficerentur. Altera, quòd huic rei non tyrannidis sed persuasionis nomen imponebat: scilicet vt maior eorum infamia quàm periculum esset, qui sponte ad impietatem proruebant. Cumque alios pecunijs, alios dignitatibus, alios promissis, alios varijs honorum generibus, quos ne regiè quidem sed per quàm seruiliter inspectantibus omnibus deferebat, omnes denique verborum præstigijs suoque exemplo ad se alliceret, tandem Cæsarium quoque adoriri instituit. O væsanum hominem, si futurum speraruit, vt & Cæsarium, & fratrem meum, & his paulò ditius natum deprædaretur. Verum (vt in hoc sermone aliquantulum moræ faciam, animumque hac narratiuncula oblectem, quemadmodum spectaculo delectati sunt qui tum affuerunt) ingrediebatur vir generosus Christi signo communitus, clypeiq; vice magnum Verbum obtendens, ad hominem rei militaris peritissimum ac dicendi facultate præstantem. Nec verò illius aspectum contremiscebat, nec per adulationem de animi magnitudine quicquam remittebat: verùm promptum se, paratumque pugilem ostendebat, siue verbis siue rebus ipsis cum eo dimicandum esset, qui vtroque armorum genere decertare poterat. Ac tale quidem erat theatrum, talisque pietatis propugnator: certaminis etiam præses, ex hac parte Christus passionibus suis pugilem ad pugnam instruens, ex illa grauis tyrannus tum verborum illecebris deliniens, tum potentiæ magnitudine peterrere studens. Quinetiam vtrinque spectaculum erat, partim eorum qui in fidei pietate adhuc perstabant, partim eorum, quos secum ille abripuerat: qui vtraque ex parte obseruabant, quo nam illorum certamen propenderet, magisque anxij ac soliciti erant, vtrius futura esset victoria, quàm illi ipsi, quos spectabant. Num extimuistis, ne quid Cæsario accidat huiusmodi animi alacritate parum dignum? At bono estote animo. Victor enim discedet iuuante Christo mundi victore. Ac nihil quidem mallem, quàm vt ea, quæ tum dicta sunt & proposita, sigillatim explicare possem. (Nam & eruditas aliquot verborum captiones & argutias, meo quidem iudicio, memoratu non iniucundas ea disputatio complectitur:) verùm intempestiuum prorsus hoc foret, & ab oratione alienum. Vt autem Cæsarius cunctis verborum illis nexibus, conatibusque omnibus tam apertis quàm obscuris ludi cuiuspiam instar propulsatis, magna & clara voce Christianum se esse semperque fore pronunciarit: ne sic quidem prorsus eijcitur: mirè etenim Imperator Cæsarij doctrina frui atque exornari gestiebat: (quo etiam tempore celeberrimum illud cunctis audientibus prolocutus est, O felicem patrem, ô liberos infelices? Nam nos quoque ignominiæ societate honorandos duxit, quorum eruditionem pietatemque Athenis cognouerat) Verùm ad secundam expeditionem reseruatus (commodùm enim illum aduersus Persas armabat diuina iustitia) se ad nos recepit exul beatus, & victor incruentus, atque ob ignominiam clarior, quàm ob pristinam gloriam nominisque splendorem. Hanc ego victoriam magna illius potentia, & sublimi purpura, & insigni diademate longè superiorem excellentioremque esse censeo. Hac narratione magis efferor, quàm si vniuersum imperium cum illo paritus esset. Malis igitur temporibus cedit, in eoque [14] legi nostræ obtemperat, quæ præcipit, vt oblata quidem occasione veritatis causa periculum adeamus, nec fidei pietatem per animi ignauiam deseramus: cæterùm quandiu licet, pericula ipsa ne excitemus: siue id ea ratione præscribat, quòd animabus nostris metuat, siue quòd eorum exitio occurrendum putet, à quibus nobis periculum vitæ creatur. Posteaquam verò hæc caligo discussa est, atque externa regio rectè de causa pronunciauit, ac vibratus gladius impium prostrauit, resque Christianorum ad pristinum statum redierunt, quid commemorem, quanta cum gloria & honore, aut cum quibus, quamque luculentis testimonijs, ac velut beneficium dans ipse potius, quàm accipiens, denuo in aulam receptus sit, prioremque honorem secundus excepерit. Et quamuis tempus Imperatores subinde commutauerit, Cæsarij tamen existimatio nominisque gloria nunquam conuulsa est, nec primaria illa auctoritas, quam apud eos habebat: quin potius de eo inter Imperatores certamen erat, quisnam sibi Cæsarium magis deuinciret, & cuiusnam ille magis amicus & familiaris diceretur. Hæ Cæsario pietatis laudes

Christi signum.

Cæs. cū Iuliano de fide certime

Cæs. victor Iul. contra Persas.

Martyrij lex.

Matth. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc pietatis præmia. Audiant iuuenes, audiant viri, ac per eiusdem virtutis orbitam ad eundem gloriæ splendorem contendant, (bonorum enim laborum gloriosus est fructus) si qui sunt, qui id quoque amplum & expetendum ducunt, atque in felicitatis parte ponendum existimant.

Sap. 3.

Cæs. Quæstor in Bythinia.

Niceæ terræmotus.

Iam verò quale miraculum censendum est, quod circa eum cõtingit, ipsius simul & parentum pietatis illustrissimum præbens argumentum? In Bythinia versabatur, imperium ab Imperatore haud postremum administrans. Quæstoris siquidẽ mũnere fungebatur, ac thesaurorum[2] curam gerebat. Hoc enim illi maiorum dignitatum velut præludium esse Princeps voluit. Cumq; [15] Niceæ terræ motus ex omni hominum memoria maximus accidisset, totamque ferme ciuitatem solo æquasset, atque omnes propemodum ciues vnà cum vrbis elegantia deleuisset, solus ex omnibus clari nominis viris, aut cum admodum paucis ex hoc periculo saluus & incolumis euasit: idque modo vix credibili, hoc est ipsa ruina protectus, ac per exiguas quasdam periculi notas referens: hactenus videlicet, vt timore ad maiorem salutem magistro vteretur, atque à rebus fluxis & incertis translata militia, totum se cælesti parti addiceret, sibique ipsi regiam aulam commutaret. Atque hoc in animo habebat, & votis omnibus exoptabat, quemadmodum mihi per literas confirmauit,[16] cum hanc occasionem ad eum admonendum arripuissem: quod nec vnquam facere destiti, molestè ferens illius indolis præstantiam in vilioribus studijs versari, tamque philosophicam animam rerum publicarum administratione voluntari, ac velut Solem nubibus obduci. Verum terræ motus quidẽ vim effugit, morbi verò non item: mortalis siquidem erat.

Cæs. mores.

Atq; illud peculiare illi fuit, hoc cum alijs commune: illud pietatis, hoc naturæ: consolatioq; ipsa dolorem anteuertit, vt illius morte labefactati atq; commoti de salute illa tam noua atque insolenti gloriemur. Ac nunc nobis egregius ille Cæsarius seruatus est, cinis pretiosius, laudabile cadauer, ac cum multiplici hymnorum cãtu deducitur celebrique pompa ad Martyrum sedes effertur, sanctisq; parentum manibus honoratur, matre [17] accensis facesgestãte ac pietatem mœrori subrogante, lachrymis sapientiæ cedentibus, Psalmorum cantu luctum consopiente, ac deniq; anima recens creata atq; à Spiritu per Baptismum informata: dignos honores percipit. Habes à me, Cæsari, Funebre munus, habes orationum mearum primitias,

In Cæs. funere hymni cantãtur & faces ardentes, gej. antur.

quas cum à nobis premi atque occultari quereris, in teipsum eras, vt video, detectus. Habes à me ornamentum omnium ornamentorum tibi sine dubio gratissimũ, non sericas telas molles & diffluentes, quibus nec dum apud nos ageres, aliorum more delectabaris, vtpote virtute sola ornatus, nec lini pellucidi texturas nec exquisitorum vnguentorum infusiones, quas prius etiã ad Gynæcea remittebas, & quorum fragrantia die vno perit, nec deniq; aliud quicquam parui ponderis paruisq; & abiectis hominibus charum, quod quidem hodie cum præclaro corpore sæuus hic lapis obruisset. Valeant Gentilium certamina & fabulæ quibus miseri adolescentes ornati sunt, leuibus certaminibus leuia præmia proponentes. Valeant libamina, primitiæ, coronæ, ac recens decerpti flores, quibus hominibus vita functis parentant, patriæ cõsuetudini potius & stulto dolori, quàm rationi seruientes. Meum munus est oratio, quam etiam fortasse posteritas excepturа est, [18] nunquam intermorientem, nec eum qui ex hac vita migrarit, prorsus abire sinentem, verùm auribus animisque hominem, quem ornandum susceperit, semper conseruantem, eiusque qui desideratur, imaginem, expressius quàm in tabula proponentem. Atque hæc à nobis in tuam laudem dicta sint: quæ si parua & meritis tuis inferiora sunt: at Deo tamen etiam ipsi acceptum est, quicquid sit viribus. Atque alia quidem persoluimus, alia verò daturi sumus, [19] anniuersarios honores & commemorationes offerentes, ij quidem certè, qui superstites relinquentur. At tu diuinum & sacrosanctum caput, vtinam cælos penetres, atque in Abrahæ sinu, quicunq; tandem ille est, conquiescas, & angelorum choream inspectes, & beatorum virorum gloriam atque splendorem, vel potius vnà tripudies & exultes, omnia quæ hæc vita habet, ex alto deridens, nimirum diuitias, vt appellantur, & abiectas dignitates, & fictos honores, & impostura quam nobis sensus faciunt, & huius vitæ conuolutionem, & tãquam in nocturno certamine perturbationem & ignorantiam, ac Regi illi magno assistens, totusque lumine illo perfusus, cuius per exiguum riuum hic consecuti (quantum scilicet in speculis & ænigmatis animus concipere potest) vtinam ad ipsum fontem posteà perueniamus, pura mente purâ veritatem obtuentes, ac laboris in virtutis studio exantlati mercedem hanc inuenientes, vt plenius illic summo bono eiusque contemplatione perfruamur, quem

quem quidem sacræ nostræ disciplinæ finem tum animæ Theologiæ studiosæ futurum vaticinantur. Superest iam, vt dolentibus orationis medicinam adhibeamus. Magnum porro pharmacum illud est, quod ab ijs, qui eodem dolore affecti sunt, porrigitur, & qui in eadem calamitate versantur, eorum in consolandis calamitosis maior est auctoritas. Ad eos ergo potissimũ, qui ita affecti sunt, hæc spectat oratio: quorum causa profectò pudore suffunderer, si non vt aliarũ omnium virtutum, sic etiam tollerantiæ primas ferrent: quippe qui vt amore erga filios atque indulgentia mortales omnes superarant, ita etiam sapientia & Christi amore omnes antecellunt, migrationemque ex hac vita iampridem & ipsi meditati sunt & liberos docuerũt, vel, vt rectius loquar, totam vitã ita instituerunt, vt nihil aliud esset, quàm [20] mortis meditatio. Quòd si quid tenebrarum rationi dolor offundit, ac lippitudinis cuiusdam instar oculos subiens videre non sinit id quod est officij: agedum iuuenis exhortationem seniores excipite, ac filij parentes, & eius qui talium admonitione opus habet, vos qui multos admonuistis, ac longo tempore peritiam rerum collegistis. Nec verò mirum vobis videatur, quod iuuenis senes moneam: nam hoc quoque vobis acceptum referri debet, si quid melius prospicere possum, quam canicies. Quantum adhuc tẽporis viuemus, venerandi senes Deoque propinqui? Quandiu hic afflictabimur? Ne tota quidem hominum vita longa est si cum diuina & sempiterna natura comparetur, nedum hæ vitę reliquiæ, halitusque, vt ita dicam, humani solutio, vitęque temporariæ finis extremus. Quantũ nos anteuertit Cæsarius? Quandiu eius discessu angemur? Nonne ad eandem sedẽ concitato cursu tendimus? Nonne eundem lapidem quam primum subibimus? Nonne idem puluis propediẽ erimus? Nonne ex paucis his diebus hoc solũ lucrifaciemus, vt plura mala partim videamus, partim perpetiamur, partim etiam ipsi faciamus atque ita tandem ipsi quoque naturæ legi commune certumque tributum exoluamus, atque alios sequamur, alios morte anteeamus, alios lugeamus, ab alijs deploremur, munusq; lachrymarum, quod alijs contulimus, ab alijs vicissim recipiamus? Talis vita nostra est, fratres, qui fluxã & caducam vitam agimus. Tale terræ ludibrium: vt cum non simus, nascamur: cum nati sumus, rursus dissoluamur. [21] Insomnium sumus instabile, spectrũ quod vestigium non habet, puluis, vapor, ros matutinus, flos pro tempore nascens, atq; marcescens. Homo sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit. Quam præclarè diuus Dauid his verbis de nostra imbecillitate philosophatus est: quemadmodum & in illis, Paucitatem dierum meorum nuncia mihi: Quinetiam dies humanos [22] palmi mensura circunscribit. Nam quid de Hieremia dicam, qui etiam matri succensẽt, se in lucem editum ægrè ferens, idque propter aliena peccata? Omnia vidi, ait Ecclesiastes, humana omnia cogitatione lustraui, opes, delicias, imperium, inconstantem gloriam, sapientiam iterum, eadem sæpius repetens, ventris voluptates, elegantes hortos, famulorum examina, facultatum copiam, pinceras vtriusque sexus, cantores & cantatrices, arma, satellites, nationes ad genua procumbentes, collecta tributa, regni superciliũ, omnia denique tam ad degendam vitam necessaria quàm superflua, quibus reges omnes, qui vnquam fuerunt, superaui. Et quid post hæc omnia? Vanitas vanitatum, omnia vanitas, & appositum spiritus, hoc est præceps quidam animi impetus, & occupatio hominis ob veterem fortasse noxam hac pœna mulctati. Verùm, sermonis finis, inquit, Oia vno verbo audi, Deum time (hîc enim animi perplexitati finem imponit) atque ex hac vita hoc dũtaxat commodi cape, vt per earum rerum, quæ sub oculorum aspectum cadunt perpetuoq; motu agitantur, confusionem ad res fixas stabilesque ducaris. Ac proinde Cæsarij vicem ne lugeamus, quibus malis ereptus sit non ignorantes: sed nosmetipsos ob ea mala quibus relicti sumus, & q̃ nobis aggeremus, nisi syncero aĩo nos Deo addixerimꝰ, ac ptꝫ iis q̃ nos ptꝫeũt, ad superną vitam omni festinatione properemus, terramq; etiam adhuc in terra versantes relinquamus, ac spiritum in cælum ferentem bona fide subsequamur. Hæc ignauis grauia, & forti animo pditis leuia sunt & facilia. Quin ad hunc quoque modum rem expendamus. Non imperabit Cæsarius? At nec aliorum imperio premetur. Nemini terrorem incutiet? Ac nec importunum dominum perrimescet, nedignum quidem plerunque, cui imperetur. Nõ opes cumulabit? At nec inuidiam metuet, aut malè congerendis opibus iacturam animæ faciet, quò maiores comparauerit, eò maiores adiungere studens. Huiusmodi siquidem diuitiarum morbus est, vt finem appetendi plura nesciant, sed sitis medicinam in perpetuo potu sitã esse arbitrentur. Non eruditionem ostẽtabit? At doctrinæ nomine admirationi erit.

Patrem & matrem intelligit, quos mox alloquitur.

Vita mortis mediatio.

Vita hominũ breuis.

Qualis vita.

Iob 20.

Sap. 5.

Ose. 13.

Iac. 1. & 4.

Psalm. 36.

Psal. 102.

Psalm. 101.

Psal. 38.

Hier. 20.

Eccl. 1.

Omnia vanitas.

Piũ cõsiliũ.

Cæs. non lugendus.

Diuitiarũ morbus.

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hipp. lib. 2. de flatibus.

Non Hippocratis & Galeni & eorum qui ipsis aduersantur, dogmata pertractabit? At neque morbis vexabitur, ex aliorum calamitatibus proprias molestias capiens. 24 Non Euclidis, Ptolemæi & Heronis theoremata demonstrationibus explicabit? At neque discrutiabitur, indoctos homines cernens insolentius sese ob doctrinam efferentes. Non ex Platonis & Aristotelis, & Pyrrhonis & Democriti cuiusdã, & Heracliti & Anaxagoræ, & Cleanthis, & Epicuri, & nescio quorum Stoicorum & Academicorum placitis sese venditabit? At neque solicito animo erit, quemadmodum argutias illorum dissoluat. Quid alia commemorare necesse est? At hæc, quæ præclara omnibus & expetenda censentur. Non vxorem habebit? non filios? At nec illorum interitum lugebit, nec ab illis deflebitur: calamitatisque monimentum vel alijs relinquet, vel alijs relinquetur. Non pecunias hæreditate accipiet? At hæredes ipse habebit, quos maximè conducit, & quos habere voluit, vt diues hinc migraret, omnia secum ferens. O egregiam munificentiam: ô eximiam consolationem: ô insignem eorum, ad quos hæc hæreditas iure deuoluebatur, liberalitatem? Auditum est memorabile præconium, ac luctus 26 ob præclarum sanctumque promissum exhauritur, quo omnes filij facultates eius nomine in funerale munus daturum se recepit: ita vt ijs nihil sit relictum, qui eiusmodi bona spe atq; expectatione deuorauerant. Quòd si hæc dolori minuendo nondum sufficiunt, age pharmacum maius afferamus. Sapientum verbis adducor, vt credam, generosam omnem Deoque charam animam, posteaquam corporis vinculis soluta hinc excesserit, protinus bonum, quod eam manet, persentientem & contemplantem (vt pote eo, quod mentem caligine obducebat, vel purgato, vel abiecto, vel quo verbo ea res appellanda sit, nescio) mirabili quadã voluptate affici, & exultare, atque hac vita, velut graui quodam ergastulo, fuga relicta, excussisque compedibus, quibus animi penna deprimi solebat, hilarem ad dominum suum conuolare, beatitudinemq; reconditam imaginatione quadã, iam percipere: pòst etiam aliquantò, cùm cognatam carnem à terra, quæ & dederat, & in fidem acceperat, receperit (quod quo modo fiet, is nouit, qui ea inter se coniunxit atque dissoluit) tum demum eam quoque ad gloriæ cælestis hereditatem secum admissuram, & quemadmodum ob naturæ coniunctionem in ærumnarum ipsius partem vocata fuerat, sic etiam vicissim gaudia sua cum ipsa communicaturũ, totum videlicet corpus ad seipsam rapiente, velutque absumentem, cumque eo vnum esse ctam, & spiritum & mentem, & Deum, absorpto à vita, quod mortale erat & caducum. Audi, quid de ossium & neruorum compactione diuinus Ezechiel differat, quid post illum Apostolus de tabernaculo terrestri, & domo non manu facta, illo inquam fluxo ac dissoluendo, hac verò in cælis recondita: Qui etiam discessum à corpore præsentiam esse cum Deo affirmat: vitam autem corpoream vt peregrinationem deplorat: atque ideo quam primùm dissolui cupit. Quid res in spe positas ignauè timideque complector? Quid temporariæ vitę animum affligo? Expectẽ Archangeli vocem, extremam tubã, cæli transformationem, terrę mutationem, elementorum libertatem, mundique totius renouationem. Tunc Cæsarium ipsum videbo non iam peregrinantem, non iam ab alijs funere elatum, nõ iam hominum animos mœrore ac miseratione permouentem, sed clarum, insignem, sublimem, qualis sæpe mihi in somnis visus es, ô fratrum amantissime, siue cupiditate mea, siue ipsa veritate hanc mihi formam repræsentante. Nunc autem missis factis luctibus meipsum inspiciam, num quid lachrymis dignum mecum imprudens circunferam, ac meas ipse res exeutiam. Filij hominum (ad vos em̃ iam transit oratio) quousq; graui corde, & crasso ac stupido animo eritis? vt quid diligitis vanitatẽ & quæritis mendacium? præclarum quiddam & experendum hanc vitam, & paucos hos dies multos esse iudicantes, ac iucundam hanc sepa rationẽ & amplectendam, vt graue quidpiam & horrendum auersantes? Non nos ipsos noscemus? Non ea quę oculis cernuntur, abijciemus? Non ad ea respiciemus, sí mente & intelligentia cõprehenduntur? Non, si quidem mœrendum est, in cõtrarium potius illud acerbè feremus, incolatum nostrum nimium prorogari, Dauidis illius exemplo, hunc mundum tabernacula tenebrarum, & locum afflictionis & limum profundi, & mortis vmbram appellantis? Non potius eo nomine discruciabimur, quòd in his sepulchris quæ circunferimus diuturniorem moram trahimus, quòd, vt homines, peccati mortẽ morimur, cùm dij conditi simus? Hic me terror exagitat, hic dies noctesq; mecum versatur, nec me liberum spiritum ducere sinit, partim futura gloria, partim futurum tribunal. Nam vt tanto illi? desiderio flagro, vt dicere possim, Deficit in salutare tuũ anima mea: ita hoc etiã auersor & exhor-

Bona Cæs. data pauperibus.

Anima pia ad Deum conuolat.

Carnis resurrectio.

Corpus quando non mobile, & quando corpus. Coloss. 3. Matt. 7.

Psal. 83. 143.

Cur Christus homo factus.

Galat. 3. Coloss. 3.

horresco. Nec verò illud timeo, ne corpus hoc, cum semel defluxerit, ac corruptum fuerit, prorsus intereat & extinguatur: sed ne nobile illud Dei figmentũ (nobile em̃ est, cum officij sui numeros probè explet, quemadmodum contrà turpe & ignominiosum, cùm vitijs contaminatur) in quo est ratio, lex, spes, eandem dedecoris notam subeat, quam bruta animantia, nihiloque post mortem meliore conditione sit: quod etiam sceleratis hominibus, atq; ignis sempiterni supplicio dignis optandum esset. Vtinam mea membra, quę sunt super terram, mortificem: Vtinã omnia spiritui insumam, angustum paucisq; peruium iter ingressus, non autem latum & facile. Quàm magna etenim & luculenta sunt ea, quæ hanc vitam excipiunt: Quantò hæc spes meritis nostris excellentior? Quid est homo, quòd memor es illius? Quodnã hoc nouum in me mysterium & lucet? Paruus sum & magnus, humilis & excelsus, mortalis & immortalis, terrenus & cælestis: illa cum inferiori hoc mundo hæc cũ Deo: illa cum carne, hæc cum spiritu. Cum Christo inhumari me oportet, cum Christo resurgere, Christi cohæredẽ esse, filium Dei, atq; adeò Deum ipsum vocari. Videte, quo nos oratio ꝓgrediens tã dem euexerit. Parum abest, quin etiã calamitati gratias habeã, cuius causa hæc disserui, & quæ mihi ardentius ex hac vita migrandi desiderium iniecit. Hoc nobis magnum illud mysterium designat: hoc Deus, qui nostra causa humanam carnem assumpsit, ac pauper factus est, vt iacentẽ carnem erigeret, & imagini salutem afferret, hominemque instauraret, vt omnes in Christo, qui perfectè omnia in omnibus nobis factus est, vnum efficiamur: vt non iam simus masculus & fœmina, barbarus, Scytha, seruus, liber, quæ sunt carnis signa & discrimina, sed solam Dei, à quo, & in quem creati sumus, notam in nobis inustam feramus tantùm ab eo informati & impressi, vt ab ipso solo noscitemur. Quod vtinam ita sit, vt speramus, secundum Dei munificentiam & liberalitaté, quì parua postulans maxima illis & in hac vita & in futura largitur, à quibus ex animo amatur. Id autem continget, si pro nostra erga ipsum charitate & spe omnia feramus, omnia sustineamus: si pro omnibus rebus tam dextris quã tristibꝰ gratias agamus quandoquidẽ hæc plerunque salutis arma esse scriptura testatur) si & nostras & eorum qui tanẽ in communi via pratiores, ad hospitium prius peruenerunt, animas ipsi commendemus. Quo quidem nos etiã officio functi finem dicendi, vt & vos quoq; lachrimandi, faciamus, ac iam ad sepulchrum vestrum ꝓperemus, quod solum ac triste donum à vobis habet Cęsarius, parentibus quidẽ & senectuti tempestiuè paratum, filio autẽ ac iuuenili ętati cõcessum, ꝓposterè quidem cæterum nõ temere atq; absurdè apud eum cuius ꝓuidentia res nostræ gubernantur. O Domine omnium & creator, ac præcipuè huius figmẽti. O Deus tuorũ hominum & pater ac moderator: O vitẽ necisq; ius & potestatẽ habẽs. O nostrarum animarũ arbiter & benefactor, qui omnia cõmodè, & quèadmodum ipsè pro altissima tua sapientia gubernationisq; ratione nosti artificis Verbi tui opera facis atq; transmutas, susćipe quæso nunc quidem Cęsarium velut primitias quasdam nostrę peregrinationis. Quòd si minorẽ natu primum: tuis cõsilijs, quibus omnia reguntur, acquiescimus. Nos verò postea etiam opportuno tempore susćipetãdiu in carne vitã nostrã moderatus, quã diu conducibile fuerit: & quidem ita affectos susćipe, vt propter nominis tui timorem parati simus, ac nõ perturbemur, neq; in extremo vitæ die terga vertamus atque inuito animo ab huius mundi rebus diuellamur quemadmodum solent animę mundi carnisque amantes, sed promptè & alacriter ad beatam illam & sempiternam vitam proficiscamur, quę est in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum.
Amen.

2. Cor. 6. Animæ mortuorũ Deo cõmendandæ.

Pro Cæsar. mortuo precatio.

Psal. 118.

In Christo beata vita.

Scholia.

2. EX OLEASTRO) De hoc vide orationem, quem in funere patris habuit.

2. *Vt illud ostenderẽ*) Greg. τὸ ἐπιδείξασθαι τὸν πατέρα ὡρισμένως κατεσκευάσθαι εἰς τὸν ἀρετάν. Quæ verba duplici modo exponi possunt, vel vt intelligamus parentes ipsius nõ aliter pietati suæ cõstare potuisse, quã si Cæsarium ad pietatem erudirent: vel vt intelligamus, Cæsariũ cùm parentes omni virtutũ genere præstantes habe ret, pietatis iustitiæq; colendæ necessitate, quasi debito quodam obstrictũ fuisse. Qui quidem sensus mihi magis arridet, meliusq; quadrat cum his quæ sequuntur.

3. *Quid primum*) Hoc loquendi genus videtur ab Homero sumptisse, qui Odyss. 10. Vlyssem sic loquentem inducit

Universidad de Deusto
Biblioteca

inducit, τί πρῶτον, τί δ' ἑπόμενον, τί δ' ὑστατόν καλίξω. i. Quid primum, quid deinde, quid extremum ordine dicam?

4. Quemadmodum faciunt) Aduersus huiusmodi hominum monstra omnibus eloquentiæ viribus dimicat Basilius Hom. 6. in Hexaem. qui vitam nostram humanam à cælestium corporum motione pendere audent (quales erant Chaldæi) atq; in illo scripturæ loco, Sint in signa, &c. signa non eorum quæ accidunt aeri, neque mutationis temporum, sed sortis hominum vitæ intelligunt: sicq; subEati necessitatem totam vitam nostram vitæque actiones includunt.

5. Licet nunc inuidia) Non hoc vult Gregorius, inter se & Cæsarium fratrẽ aliquid inuidiæ intercessisse, sed per φθόνον, i. inuidiam, generu humanu hostem significat, quemadmodum & alijs nonnullis locis.

6. Vrbs totius Europæ) Nimirum ex quo Constantinus Imperator Imperij domicilium in ea fixit, eamq; nouam Romam, atq; etiam suo nomine Constantinopolim vocari iussit.

7. Multa fert casus) αὐτόματον. Quam dictionem quidam exponens hæc verba in vetustissimo Reginæ codice apposuit. αὐτόματον λέγεται ὑπερ συγχωροῦντος τοῦ θεοῦ πρὸς ἀνθρώπων ἁμαρτίας ἀκολάστως τῆς προαιρέσεως, ὅταν ἐπὶ τὴν τοῦ ἁμαρτάνειν ἐκβαίνωσιν ἐπιτρέπῃ ὁ θεὸς. αὐτόματον, inquit, hoc vocauit, quod plerunq; ex naturali ipsa rerum serie & consequentia permissu Dei accidere solet, non ex studio aliquo & instituto.

8. Philosophari constituit) Hoc loco, quemadmodum locis aliquot interiectis, Philosophari nihil aliud significat, quàm mundo nũcium remittere, ac monasticam vitam profiteri, vt & aliàs inter varia illius significata docuimus. Quod autem paulò post sequitur, Gloriæq; cupiditatem, quasi grauem quendam dominũ, &c. allusio est ad illud Sophoclis, quod à Platone lib. 1. de Repub, commemoratur, totidemq; verbis à Tullio repetitur in Catone Maiore. A quo cùm quidam iam confecta ætate quæreret, vt ei tũrne rebus venereis? Nemo, inquit, libenter verò ab illis hinc tanquam à domino agresti ac furioso profugi.

9. Quod consilium) quemadmodum perspicuè liquet ex ea Epistola, quam ad eum scribit, cuius initium est ἐκανῶς ἐρυθριάσαμεν ἐγὼ σὺ: ibi eo nomine cum eo grauiter expostulat.

10. Adiuratore Hippocrate) Extat inter Hippocratis opera formula quædam, iuxta quam veteres conceptis iurare cogebantur, quicunq; Medicinæ artem profiteri atq; exercere instituissent, vt ad artem sanctè & innocenter exercendam iurisiurandi religione adigerentur. Hoc ergo vult Theologus, Cæsarium fratrem ea fuisse morum integritate, vt nihil causæ fuerit, cur ad id quod sua sponte faciebat, iurisiurandi vinculo astringeretur.

11. Cratetis simplicitas) Huius hic senarius erat, ὅ ῥυπῶν π χόλος ἐστὶ, τὸ μανὲν δὲ μύρον. Chœnix lupini & mera nullius rei. Is pecuniam apud trapezitam deposuerat hac conditione, vt si quidem filij à doctrina abhorrerent, eam illis redderet: sin autem philosophiæ operam darent, plebi distribueret: nihilo quippe egere philosophos. Ex his & multis alijs, quæ refert Laertius in eius vita, magnam in eo vitæ simplicitatem frugalitatemque fuisse constat.

12. Absconditi hominis) Alludit ad illud Euang. Matth. 6. Et pater tuus, qui videt te in abscondito. Vel ad illud Pauli Coloss. 3. Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

13. Infandus Imperator) Iulianum significat religionis Christianæ desertorem, qui in Persica expeditione miserrimè periit. De quare, & de tota eius vita Christianissimq; infectatione fusissimè videbis in Inuectiuis, quas aduersus eum conscripsit.

14. Legi nostræ obtemperat) Lex enim Martyrij imò præceptũ Christi est, vt persecutiones fugiamus, nec temere nos in apertum periculum conijciamus: oblata autem occasione ac tempore id postulante, intrepido animo vitæ discrimen adeamus. Huius etiam legis mentionem facit in Orat. in Basilium. De qua re propria opere tractauit Athanasius, cui, titulus est, De fuga. Sed & antiquior eo Clemens Alexand. lib. Stromat. 4. explicans illud, Cum vos persecuti fuerint, &c. Non, inquit, nos ideirco fugere admonet, quod malum sit persecutionem pati, aut quòd mors timenda sit: ἀπὸ βούλεται κωλύειν μαθεῖν ἀπίστους ὅτι κακὸν ἐστὶν ὁ θάνατος, οὐδὲ τὸ πάσχειν, πρὸς δὲ τὸ διώκοντι καὶ ἀναιροῦντι, non vult nos malitiæ cuiusquam causam administrando præbere tum nobismetipsis, tum ipsi etiam persecutori & carnifici. Eodem loco eum laudat reum interfectorem esse ait, qui temeritate sua facilè capiendum se præbet. τὸν δὲ τὸ ἴσον τῷ ἑαυτοῦ ὁ συνεργὸς εἰνὰι βλάβῃ καὶ τῷ πλησίον κοινωνῶν πονηρίᾳ. ὃ δὲ καὶ προσεφιλοτιμήσατο, τὸν ἀναιρεθέντα ἀπεκτονότι καὶ ἀναιρεθέντι. Ille, inquit, quantum in se est, sceleris tyranni particeps efficitur: quod si etiam insuper irritet, prorsus causa est atq; auctor, vt pote qui truculentam & immanem belluam concitarit, &c.

15. Niceæ terræmotus) Huius terræmotus meminit Niceph. lib. 9. cap. 38. Diuinitus autem maximam partem Niceæ vrbis terræmotu corruisse, cùm illi Constantius Episcoporum conuentum indixisset hortatu Eudoxij, qui post Leontium Antiochenam occupabat Ecclesiam, narrat Theodor. cap. 26. lib. 2. Eccles. Histor. Quomodo autem Christi auxilio ex illo euaserit Cæsarius, narrat primo poemate.

16. Cum hanc occasionem) Quemadmodum videre est ex ea Epistola, quam eo argumento ad eum scribit, posteaq; Cæsarius è tanto periculo salutis & incolumis euasisset.

17. Accensas faces) Vbi sunt, qui luminũ in funeribus gestationem vt impiam & superstitiosam irrident? Atqui

Atqui hic auctor huic rei pietatis nomen tribuit.

18. Nunquam intermorientem) Sic enim verto ἀεὶ μνησθήσιον, vt dilucidior fit sensus, quemadmodum μνημόσυνα πλοίων appellat tabulas vinas ac motu præditas in tertio poemate.

19. Anniuersarios honores) De celebranda mortuorum memoria precibusq; pro ipsis fundendis tot tamq; præclara veterum testimonia inter legendum occurrunt, vt mihi nullum fidei dogma pluribus grauioribusque scriptorum vtriusq; linguæ testimonijs niti videatur. Vix enim vllum auctorem reperies, qui luculentũ huiusmodi testimonium monimentis suis consignatum non reliquerit. Quò detestabilior est eorum arrogantia, qui, quasi Verbum ab ipsis primùm proceßerit, censoriam virgulam in totam fidei nostræ doctrinam arripiunt, ac receptam iam inde ab ipsis Ecclesiæ crepundijs dogmata calculo atro notare, imò apertè conuellere atque infringere non verentur. Quibus equidem nescio frontemne, an sanitatem, an vtrunque precari debeam. Sed de hac re aliàs fortaße commodius. Quòd verò viuorum precibus & tremendo Miſsæ sacrificio mortui iuuentur, vide Dionysium Areopa. cap. 7. Ecclesiast. Hierarchiæ, Athanasium quæstione tricesima-quarta ad Antiochum. Chrysost. Hom. 3. in Epist. ad Philipp. Epiphanium in confutatione hæresis Aëtianæ, Damascenum, qui de ea re proprium tractatum edidit: & ex Latinis August. de cura pro mortuis agenda, & Ser. 32. de verbis Apostoli, Ambrosium in Orat. funebri in fratrem Satyrum, vt innumerabiles alios prætermittam. Miſsæ sacrificiũ pdefse mortuis testantur sancti patres.

20. Mortis meditatio) Socrates apud Platonem in Phædone, Philosophiam mortis esse meditationem definiebat. De quo nos alio loco dicemus.

21. In somnium sumus) Vita hominis insomnio comparatur Iob. 30. auis pertranseuntis volatui, & nauis cursum tenentis vestigio, Sap. 5. flori & vapori Iacob. 1. & 4. pueri & rori matutino Ose. 13. Vaporem etiam se vocat Moses ad Deum loquens, ἐγὼ ἀτμὶς ἀπὸ χθός.

22. Palmi mensura) Psal. 38. vbi habet vulgata translatio: Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Septuaginta habent παλαιστὰς, i. palmares. Est autem palmus mensura 4. digitorum. Quo verbo vitæ humanæ breuitas exprimitur.

23. Sitis medicinam) Vnde illud permulgatum: Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. Et Flaccus Crescentem sequitur cura pecuniam, Maiorumq; fames. Cuius generis infinita passim testimonia reperias.

24. Non Euclidis) Euclides Hero & Ptolemæus mathematicas artes professi sunt, easq; scriptis illustrarũt. Sed Ptolemæus omnium, quorum monimenta extant, sine controuersia primum locum tenet. Reliqui, quos hic recenset, philosophiæ studio incubuerunt: quorum vitam literis mandauit Laertius.

25. Ob præclarum sanctumque) Præclarum Cæsarij testamentum in Basilij Magni Epistolis habetur, nimirum in ea, quam ad Sophronium Præfectum scribit: βούλομαι τὰ ἐμὰ πάντα ἐκείνοις τοῖς πένησιν. i. Volo omnium meorum facultatum pauperes hæredes esse. Cui ipsius extremæ voluntati optimi parentes libentissimo animo paruerunt.

GREGORII NAZIANZENI IN LAVDEM sororis suæ Gorgoniæ, Oratio.

ARGVMENTVM.

GRatia hæc tota in genere demonstratiuo versatur. Nec enim, vt in præcedenti luctum parentum minuere conatur, nec populum ad vitam piè sanctéque traducendam cohortatur: sed toto orationis cursu sororis laudes deprædicat, ac sub illius persona mulieribus coniugio mancipatis egregium vitæ exemplar proponit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOROrem laudans domestica prædicabo, non tamé quia domestica, ideo falso, sed quia vera, ideo laudabiliter: rem autem, nó modò quia iusta, verú etiá quia nota. Nec verò ad gratiam, ne si cupiam quidem, loqui conceditur: quippe cùm inter orationem meam & veritatem periti cuiusdam arbitri vice interiectus sit auditor: vt immeritas laudes improbans, ita meritas efflagitans, si modò probi iustique viri officio fungi velit. Quocirca non hoc vereor, ne vltra veritatis metas dicendo prosiliá: sed illud contrà, ne infra veritatem subsistam, ac procul à rei dignitate remotus laudatione mea gloriam ipsius obscurem atque imminuam. Difficile quippe est & arduum virtutum illius præstantiam vel actione consequi, vel sermone. Proinde nec externus quisquam laudetur, si laude indignus sit familiaris & domesticus contemnatur, si virtutis laude præstet: ne alioqui & illi in lucrum cedat, quòd alienæ est, & huic detrimento sit familiaritas vitæq; cõsuetudo. Vtrinq; enim æquitati fit iniuria, vel cùm hæc silentio supprimuntur. Quin potius veritatem nobis tanquá legem normamq; proponentes, ad eamq; vnam, neglectis omnibus alijs rebus, quibus leues & triuiales homines affici solét, oculos conijcientes, ita demum vel laude digna laudibus efferamus, vel silentia digna silentio transmittamus. Et verò cùm affines & propinquos, re aliqua spoliare, vel obiurgare atque accusare, vel quoquo modo lædere nefas esse censeamus, ac scelus illud, quod in homines genere coniunctissimos perpetratur, omnium atrocissimum esse iudicemus, nónne in primis absurdum fuerit existimare, nos nihil à boni viri officio alienum facturos, si oratione, hoc est debito probis atq; honestis hominibus omnium iustissimè persoluédo, & quo memoriam eorum ab omni obliuione vindicare queamus, eosdem fraudemus maioremq; improborum nos ad gratiam loqui criminantium, quàm bonorũ meritas debitasq; laudes postulantium rationem habeamus. Cumq; nos ab exterorum laudibus celebrãdis ea causa non deterreat, quòd nequaquàm nobis perspecta & testata sit illorum virtus (quanquam id multò æquius fuerit:) cur tandem nos impedire debebat amicitia, metusq; subeundæ vulgi inuidiæ, quò minus nos etiã, quorum virtus nobis cognita & explorata est, laudibus afficiamus, ac præsertim extremo vitæ die perfunctos, & quorum gratiam aucupari nimis iam serum est: vt pote simul cum alijs omnibus rebus laudatores etiam vituperatoresq; reliquerunt? Ac quoniam in officij nostri defensione satis multa diximus, nobisque orationem hanc necessariò institutam esse demõstrauimus: age ad ipsas iam laudes accedamus, neglectaq; sermonis elegantia & concinnitate (nam ne hæc quidem quam laudandam suscepimus, lasciuo vnquam ornatu delectata est: verùm ornatus cõemptum pulchritudinem iudicauit) debitum pietatis munus, quasi æs quoddam alienum perquàm necessarium exoluamus, eademque opera multos ad eiusdem virtutis studium & æmulationem erudiamus. Quandoquidem hoc mihi in omni sermone, atque actione id propositum est, vt populũ fidei nostræ commissum numeris omnibus absolutum reddamus. Ac per me quidem alijs defunctæ patriam ac genus laudare atque encomiorum legibus inseruire liceat. Nec verò longæ præclareq; orationis argumentum ei defuturum est, qui eam externis etiam ornamentis insignire voluerit, non secus atque illustrem quãdam & eleganrem formam auro, gemmis, cultuque, arte manuque comparato: qui & liberalem formam collatione ipsa prodit, & pulchræ ac generosæ cedit, nec ei quicq ad pulchritudinis incrementum affert. Ego verò his legibus hactenus obsecutus, vt communium parentum mentionem faciam (neq; enim fas est tanti boni progenitores ac magistros prꝛterire) ad ipsam cõuertam, nec eorum, qui rerum illius à me narrationem requirunt, desiderium frustrabor. Ecquis est igitur, qui nostrum Abraham Saramque nostræ ætatis ignoret? Gregorium dico & huius vxorem Nonnam (nam ne nomina quidem ipsa prꝛtereunda sunt, vt quæ vel sola virtutis studium in homiuum animis excitare queant) illum inquam per fidé iustificatum, & hanc matrimonio cum pio ac fideli viro copulatam: illum multarum gentium patrem insperatò effectum, hanc spiritualiter parturientem: illum ex paternorum deorum seruitute fuga elapsum hanc ingenuorum filiam & parentem: illum ex cognatione & domo sua ob terram promisso diuino ipsi confirmatam egressum, hanc discessionis huius auctorem (hoc enim vno nomine, si fas est ita loqui, [1] Saram quoque ipsam superauit) illum egregiè peregrinatum, hanc prompto animo simul peregrinatam: illum Domino addictum, hanc virum suum & dominum appellantem & existimantem, ac propterea institiæ laudem nonnulla ex parte consecutam: quorum est pollicitatio, quorum Isaac, quantumquidé in ipsis fuit, ac [2] donum donatori rursus oblatum: quorum ea est ratio, vt mulier quidem precãdo viamq; præmonstrando bonum illum pastorem ad fidem adduxerit, exemplumq; etiam alijs rectè parendi præbeat: vir autem ex animo & bona fide idolorum cultum fuga reliquerit, post etiam dæmones ipsos profliget & expellat, mulierq; rursum ne salé quidem communem vnquam habuerit cum idolorum cultoribus. Quis est inquam, qui non hos norit honore pares, animo eodem & voluntate præditos, nec minus virtute necessitudineq; cum Deo atq; consortio quã carne coniugatos cum annorum numero & canicie, tum prudentia vitæque splendore æquales, virtutis æmulatione inter se contendentes, reliquos autem omnes superantes, qui carnis quidem vinculis aliquantum detinentur, spiritu verò etiam ante corporis animæq; separationem ex hac vita migrarũt quorũ non est mundus, & quorũ est mundus, ille nimirum contemptus, hic præpositus, & electus: quorum est opibus minui & quorum propter egregiam negociandi rationem opibus affluere, nempe bona huius vitæ aspernantium, eorumque loco futura comparantium: quorum breues quidem huiusce vitæ reliquiæ, & quantulum illud est, quod pietas reliquum fecit, cæterum diuturna est illa vita & longæua, qua præmortui sunt: qui deniq; (vt de illis hoc adhuc adiiciam) vtriq; sexui commodè diuisi ac distincti sunt, nempe vt & ille virorum decus esset, & hæc fœminarum, nec solum decus, vtrum etiam virtutis exemplar. Ab his Gorgonia vitam & nominis claritatem accepit: ab his pietatis semina, ab his quod honestè vixit, atq; hilaris, & spe lætissima perfusa ex hac vita discesserit. Præclara hæc quidem certè, atque eiusmodi, vt plerisque eorum, qui de nobilitate gloriantur, atque ob maiorum splendorẽ intumescunt, non facilè adsint. Sed tamen si de ipsa sublimius, sapientiusq; disserendum est, Gorgoniæ patria fuit superna Hierusalem, ciuitas illa, quæ nequaquã oculis cernitur, verum mente & intellectu concipitur, in qua ciuium munere perfungimur, & ad quã omni celeritate properamus, cuius ciuis Christus est, & conciues celebris cœtus & Ecclesia primogenitorũ, qui in cælis descripti sunt, & circa magnũ vrbis illius conditorẽ glorię contemplatione lætantur, choreamque sempiternam ducunt. Nobilitas autem diuinæ imaginis conseruatio, ipsiusq; ad suum exemplar conformatio, quã ratio ac virtus efficiunt, purumq; desiderium rebus diuinis veros atq; germanos supernorum mystas in dies magis ac magis informans, ac deniq; originis & naturæ nostræ causęq; propter quam creati sumus cognitio. Ac mea quidem de his rebus est sentẽtia: ob eamq; causam omnium ab ortu Solis nobilissimam illius animá esse scio ac prædico, sublimiori vtiq;, quam pro vulgi more, nobilitatis ignobilitatisque norma & amussi vrens, nec genere per sed morihus vtramque designans, nec tribus eos qui laudantur vel vituperãtur, expendens, sed viritim ac singillatim. Et quia mihi apud eos est oratio, quibus illius virtutes perspectæ sunt, & exploratæ facite quæso, vt alij aliud quid piam in commune conferatis, meq; dicentẽ adiuuetis. Neque enim fieri potest, vt vnus quamlibet auribus atque intelligentia plurimum valeat, omnia complectatur. Pudicitiæ quidem laude adeò præstitit, adeoq; non modo omnes ætatis suæ mulieres, sed etiã veteres, quæ eo virtutis genere floruisse dicuntur, antecelluit, vt cum in duo hęc genera vita nostra omnis diuisa, sit, nimirũ in matrimonium & cælibatum (quorum alterum vt præstantius & diuinius, ita maioris quoque laboris & periculi, alterum humilius quidẽ & abiectius, cæterum minori periculo obnoxium) vitatis vtriusque status incommodis, quicquid in vtroq; commodi erat, delegerit, in vnumq; coegerit, alterius nempe sublimitatem, alterius securitatem, fueritq; citra supercilium pudica, cælibatus commoda matrimonio temperans, ac reipsa ostendens neutrũ horum suapte natura tale esse, vt nos prorsus vel Deo vel mundo adstringat, vel ab his penitus nos separet, sic quidem vt alterũ natura omnino fugiendum sit, alterũ prorsus expetendũ verum mentẽ esse, quę & nuptias & virginitatẽ rectè moderetur atq; vtrumq; horum instar materiæ cuiuspiam ab artifice ratione componi, & ad virtutẽ elaborari. Non enim quia carni coninncta erat, idcirco à spiritu disiuncta est, nec quia pro capite virum habebat, ideo primarium caput ignorauit: sed mũdo naturæq; hactenus obsecuta, vt carnis legi, vel ei potius, qui hanc carni legẽ indixit, satisfaceret, totam se postea Deo cõsecrauit. Quodq; præclarissimum & illustrissimum est, maritũ etiam sibi asciuit, ac non herũ importunum, sed bonũ conseruum insuper elucrata est. Nec eo contẽta corporis quoq; sui fructum, hoc est filios & nepotes fructũ spiritus effecit prolem

Qualis debet esse auditor.

Scelus in agnatos omnium indignissimũ.

Vtriusque partis insignis commendatio.

Hierusalẽ superna.

Heb. 12.

Pudicitia Gorg.

Duplex vita, cælebs & cõiugata, illa prestantior, hæc minus periculosa.

Vxor egregia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem totam, vniuersamque familiam animæ vnius instar Deo purificans, laudabilesque reddens nuptias per vitam in nuptijs Deo gratam & acceptam, fructumque inde promanantem: ac seipsam quidem, dum vixit, omnis virtutis exemplar liberis suis proposuit, hinc autem euocata, voluntatem suam familiæ suæ velut mutam cohortationem post se reliquit. Enimuero diuinus Solomon in institutrice Sapiẽtia, hoc est in Prouerbijs, fœminam domi manentem, virumq; amantem laudat, ac mulierculę extra domus limen peruagan ti & impotenti, atq; infami, meretricijsq; gestibus & verbis excellentes animas aucupanti eam opponit, quæ honestè in domo versatur, ac muliebria officia virili & strenuo animo exequitur, semperq; ad fusum & colum manus obfirmat, & duplices marito suo vestes conficit: tempestiuè quoque fruges emit, & famulis alimenta rectè suppeditat, ac plena mensa amicos excipit, cæteraq; omnia præstat, quæ ille de honesta & industria matrona prædicauit. Ego verò si ab his rebus laudandæ sororis argumenta peterem, similiter facerem, ac si ab vmbra statuam laudarę, aut ab vnguibus leonem, relictis maioribus & excellentioribus. Quænam vnquã dignior fuit, quæ in publicum se inferret? quænam tamen rarius visa est, minusque virorum oculis patuit? Quænam mœstitiæ lætitiæque modum melius intellexit, ita vt nec mœstitia inhumana & importuna videretur, nec mollities petulans & dissoluta, sed altera prudentiæ, altera comitatis laudem haberet, atq; vtrunque moderationis velut norma quædam esset, nimirum animi magnitudine cum humanitate permixta. Audite mulieres, quæcunque ad ostentationem nimiùm comparatæ estis, nimiumque præcipites, pudorisque velum aspernamini. Quænam oculos æquè frenauit? Quænam risum adeo irrisit, adeò vt vel leuiter subrisisse propemodum nimium ipsi videretur? Quænam auribus suis ianuas magis imposuit? Quænã rursus eas diuino sermoni magis apertas habuit? Imo quænã mentem linguæ moderatricem magis præfecit ad pronunciandas Dei iustificationes? Quænam modum ordinemq; labijs suis magis constituit? Ac si mihi hoc quoque ad illis laudẽ afferre permittitis (quod illa quidem nullius precij æstimabat, quemadmodum nec cæteræ mulieres veræ pudicæ, honestisq; moribus præditæ: Factum est tamen illarum vitio, quę immoderato studio ducũtur, nec cuiusquam oratione atq; doctrina purgantur, vt ea laus non leuis habeatur) non illam aurũ arte ad eximiam quã-

Qualẽ laudet mulierẽ Solomon Prou. 31.

Egregia mulieris cõmendatio.

dam pulchritudinem elaboratum ornauit non flauę comę tum perspicuæ tũ sublucẽtes, & cincinnorum impostura honestum caput turpissimè inumbrantiũ, non diffluentis pellucidæq; vestis magnificentia, non lapidum splendor & gratia, ppinquum aerem colore afficiens formasq; varijs; collustrans, non pictorum artes & pstigiæ, ac vilis & exiguo precio comparabilis pulchritudo, & terrenusq; creator cõtrarium opus moliens, insidiosisq; coloribus Dei figmentum abscondens, atq; huiusmodi honore dedecorãs, formamq; diuinam procacibus & impudicis oculis inmeretricium idolum obijciens, vt ea ratione natiuam imaginem, quæ Deo ac futuro seculo seruatur, adulterina & fictitia pulchritudo suffuretur. Verum cum multos & varios mulierum externos ornatos nosset, nullum tamen moribus suis splendoreq; intus recondito præstantiorem cognoscebat. Vnus illi rubor placebat quem gignit pudor: vnus candor, quẽ parit abstinentia. Nam picturas & oculorum fucos, & viuasq; tabulas & fluxam atq; caducam formæ venustatem ijs relinquebat, q theatra & triuia consectantur, quibusq; pudori & probro est erubescere. Atq; hæc sane talia. Prudentiam aũt illius ac pietatem nemo est qui verbis vllis assequi possit. Cuius virtutis haud multa exẽpla reperias, cùm ab illius tam corporeis q spiritualibus parentibus discesseris: in quos illa solos intuens, quanq virtute neutiquã illis inferior esset, hoc tamẽ nomine perq libenter concedebat, qp ab ipsis id boni accepisset, eosq; illuminationis suę radicem agnosceret, aperteq; fateretur. Iam verò quid illius ingenio acutius, quippe quam nõ propinqui tantùm & populares & qui eiusdem caulæ erant, sed vicini etiam omnes communiter in concilium adhibebãt eiusq; concilia pro certa quadam & inuiolabili lege ducebant? Quid illius sermonibus solertius? Quid silentio prudẽtius? Et quoniam in silentij mentionem incidi, addam id, quod ipsi maximè proprium fuit, quodque mulieribus admodum cõgruit atque hac tempestate non paruam vtilitatem attulerit. Quænam ea, quę Dei sunt, melius nouit, tum ex diuinis oracutum suopte ingenij acumine? Ecquæ rursus minus locuta est, quàm illa, in mulieribus pietatis finibus sese continens? Iam quod mulieris erat pietatem verè profitentis, & quo solo modum nescire præclarum est, ecquæ tot donarijs ornauit, cùm alia rẽpla, tum hoc quoq;, haud scio an illa extincta in posterum ornandum? Imo verò quisnam perinde, se templũ vi-

uum

Gorg. templa donarijs ornat. 1. Cori. 3. 6.

uum Deo præstitit. Ecquæ pari obseruantia sacerdotes coluit, eumque præsertim quem pietatis commilitonẽ & magistrũ habuit, illum inquam, cuius præclara fœmina sunt, parque filiorum Deo consecratum? Ecquæ domum suam piis hominibus excipiendis magis propositam habuit, diuinisque opibus magis adauxit? Et quod est præstantius, quænam pari pudore ramque sanctis & Deo gratis incessibus ad eos excipiendos perrexit? Quænam insuper animum in afflictionibus minus afflictum præstitit? Quænam rursus calamitosis & ægrotãtibus magis cõdoluit? Quæ nam liberaliorem manum egentibus porrexit? Equidem in illa ornanda his Iobi verbis vti non dubitem, Porta ipsius cuius venienti patebat: nec extra iacebat peregrinus: cæcorum oculus erat, pes claudorum, mater orphanorũ. De ipsius porro erga viduas humanitate & benignitate quid plura dicere necesse est, quam quod huius officij hunc fructum tulit, vt vidua nõ sit vocata: Illius domꝰ ppinquis egestate laborantibus hospitij communis locus erat. Illius opes pauperibus omnibus non minus erant communes, quã suæ vnicuique facultates. Dispersit, dedit pauperibus, atque ob diuinini promissi certitudinem multa in horreum cæleste condidit, ac perspæpe de multis bene merendo Christũ ipsum liberaliter accepit. Quodque præclarissimum, nõ magis studebat optima videri, q re vera esse: quin potiꝰ in abscõdito apud eũ, q abscondita intuetur, pietatem luculenter excolebat. Omnia mundi principi eripuit: omnia in tuta illa horrea transtulit: nihil terræ præter corpus reliquit: omnia cum alterius vitæ spe commutauit: has vnas opes moriens liberis suis reliquit, nempe maternæ probitatis imitationem atque eiusdẽ laudis studium. Nec verò eximia quidem liberalitatis laude floruit, cæterum vt benignitatis ac beneficientiæ præsidio subnixa, delicijs & effrenatis ventris voluptatibus perinde atque insano cuipiam cani & dilanianti corpus tradidit (quemadmodum plerique facere solent, qui modò benignitate pauperes complectantur, sibi licere putant molliter ac delicatè viuere, atque ita non virtute vitium sanant, sed[8] vitiũ virtute permutant; aut ita terrenam corporis molem inedia fregit, vt interim humilis & duri decubitus pharmacum alijs relinqueret: aut id quidem animę auxiliũ inuenit, verùm non perinde somno moderata est, aut tametsi hãc sibi legẽ, quasi corpore nequaquam inuoluta, induxit, in terram tamen inflexa est alijs recto corpore

Gorg. liberalitas.

Iob. 31.

Psal. 111.

Nõ sine ege nos liberales fanum, adeo nobis delicatè viuendum. Ieiunium animæ auxilium.

in oratione pernoctantibus, (quod tanti laboris est tantęq; dimicationis, vt nõ nisi à summis philosophis præstari possit) aut hac quidem in re non mulieres tantùm, sed fortissimos quosq; viros animi magnitudine superauit, verùm prudenti psalmodiæ intentione, vel diuinorum oraculorũ lectione & explicatione, vel tẽpestiua memoria, vel genuum labore contabescentiũ & quasi solo hærentium flexione, vel lachrymis sordium expiatricibus in corde contrito & spiritu humilitatis, vel precibus sursum vehentibus, vel mente sublimi minimeq; palante, his inquã omnibus rebus aut harum singulis qui vel virorũ est vel mulierum qui eam à se superatam gloriari queat. Ac de ipsa non minus verè q magnificè prædicari potest, quòd virtutes partim imitata est, partim ita gesit, vt earum ab ipsa exempla peterentur: quodque eas partim inuenit, partim superauit. Atq; vt demus extitisse quosdam, qui vna aliqua virtute illi non cederent: at eo certè nomine mortales omnes vicit, quòd vna virtutes omnes complexa esset. Sic eñ omnes virtutum numeros absoluit, vt ne mediocriter quidem vnam quisquam alius: sic rursus in vnoquoq; genere excelluit, vt vel vnum solum instar omniũ abundè sufficeret. O squalidum corpus & indumentum virtute sola florens? O animã corpus propemodum etiam sine cibo, velut materię expers retinentem? Vel, vt rectius loquar, ô corpus sibi ipsi moriendi necessitatem etiam ante mortem imponens, vt libertatem consequeretur anima, nec à sensibus impediretur ienti quicquam acciperet? O noctes insomnes, & psalmorum cantus, & stationẽ ex die in diem desinentem? O Dauid solis pijs animis haud proli xè canens? O tenera membra in terram ppoluta, seq; aspere præter naturam exercentia? O lachrymarum fontes præ tribulatione ppusarum, vt in exultatione messem faciant? O nocturnum clamorem nubes penetrantem, ad Deumque peruadentem? O spiritus feruorem præ orationis desiderio nec canes nocturnos, nec imbres, nec tonitrua, nec grandinem, nec tenebras extimescentem? O fœmineam naturam, quæ propter commune salutis certamen naturam virilem superasti, atq; ostẽdisti maris & fœminæ nomine nõ animos sed corpora sola distingui? O miram à Baptismo puritatem, & sponsam Christi aliam in puro corporis thalamo? O acerbe gustus & Eua nostri generis & peccãti mater, & tu serpens impostor, ac mors, denique ipsa continentia illius cibique parcitate deuicta? O Christi exina-

Gorg. virtutes oẽs complexa.

Psal. 125.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitio & serui forma & passiones ipsi⁹ mortificatione decoratæ? O qui fiet, vt vel vniuersas illius laudes enumerem, vel plura prætermittens damno ignaros non afficiam? Sed iam operæpretium est præmia quoque pietatis adijcere. Vos enim, qui vitam illius probè nostis, mihi iampridem cupere, atque in oratione mea requirere videmini, non solum ea, quibus nunc in altera vita gestit & exultat (quæ nec cogitatione nec humanis auribus nec oculis percipi possunt) sed etiam ea, quibus iustus mercedis persolutor eam in hac vita remuneratus est: nam hoc quoque sæpenumerò ad eorum ⁹ qui fide sunt dubia, ædificationem facit, per paruas videlicet res & in aspectum cadentes, maioribus inuisibilibusq; fidem astruere. Narrabo autem partim omnibus nota, partim in vulgus obscura & ignota: hoc quoque nimirum ipso studiose agente, vt ne de gratijs Dei beneficio sibi concessis nimium sibi placere videretur. Nostis furiosas illas mulas, & vehiculi abreptionem infaustamque illam circumactionem & importunam raptationem, fœdamque membrorum comminutionem, atq; hominibus parum certa fide præditis, pios ad hunc modum affligi cernentibus, acceptam hinc offendiculi occasionem, celeremque infidelitatis correctionem, posteaquam illa ossibus membrisq; tam perspicuis quàm occultis omnino concisis & comminutis, nec Medicum vllum alium præter eum, qui hoc malum inflixerat, habere sustinuit: (tum quòd virorum oculos & manus erubesceret: modestiam enim & pudorem in ipsis quoque doloribus retinuit: tum quòd ab eo defensionem ac purgationem quæreret, cuius permissu in hanc calamitatem inciderat) nec ab vllo alio quàm ab eo salutem est consecuta. Ita factum est, vt quidã nõ magis hoc aduerso casu perculsi, quàm insperato sanitatis restitutæ miraculo stupefacti fuerint: atque ob eam causam accidisse tragœdia visa sit, vt calamitatibus inclarescceret, nimirum illa quidem dolore affecta, vt homo: excellentius autem q̃ humana conditio ferre videretur, sanitati reddita, posterisq; cùm ad egregiæ in afflictionibus fidei, atque in grauissimis periculis tolerantiæ argumentum, historiam maximam suppeditans, tum verò maiorẽ ad ostendendam Dei erga tales homines benignitatem & misericordiam. Verè etenim ad id quod eleganter de Iusto dictũ est, Cùm ceciderit, non collidetur, res mirabilior adiuncta est: Etiam si collisus fuerit, quam primùm erigetur, gloriaque afficietur. Nam si præterquàm æquum est se videbatur, ægrotarit, sic etiam suprà q̃ fieri posse videbatur, ad se redijt: adeo vt ¹⁰ sanitas pene morbũ anteuerterit, eamq; curatio magis q̃ plaga nobilitarit. O laudabilem admirabilemq; calamitatem? O dolorem indolentia præstantiorem? ¹¹ O q̃ illa, Percutiet, & linamentum indet, & sanabit, & post triduum excitabit, licet altius quiddam magisq; mysticum designarent, vt sanè designarunt, nihilo secius tñ huius quoq; calamitati conueniunt. Sed hoc omnibus etiam procul à nobis dissitis notum. Ad omnes enim huius miraculi fãma permanauit, atq; hęc historia vnà cum admirandis alijs Dei operibus & viribus in omnium linguis auribusque versatur. Quod autem in vulgus adhuc ob eam, quã dixi sapientiam & pietatem, à fastu & ostentatione abhorrentem ignorum & absconditum est, vin tu iam in medium proferã, ô pastorum optime & excellentissime, atq; ouis illius sacrosanctę pastor, idq; nunc demũ annuis (quandoquidem nobis solis hoc arcanum cõmissum est, atq; huius miraculi testes alter alteri sumus) an fidẽ defunctæ datam diutius seruabimus? Mihi verò vt tum silentio premendæ, ita nũc efferendæ atq; euulgande huius rei tempus esse videtur, non solùm ob Dei gloriã, sed ad eorum etiam, qui calamitatibus vexantur, consolationem. Aegro erat corpore pessimeq; affecto, ac morbus insolens erat & prodigiosus inflammatio subita totius corporis, & velut ebullitio quædam & feruor sanguinis ac deinde eiusdẽ concretio, & torpor pallorq; incredibilis, & mentis ac membrorum dissolutio, idq; non p longa interualla, sed nonnunq; etiam admodum continuè, nec malum hoc humanum esse iudicabatur. Nec verò tum separatim tum etiam inter se de morbi ratione sedulò consultantium ars & industria depellendo dolori par esse poterat, nec parentũ lachrymæ, quæ multum sæpe valuerant, nec publicæ preces & supplicationes, quas vt pro sua quisq; salute, populus vniuersus faciebat. Omnes enim eo animo erant, vt illius salutem suam esse salutem ducerent: quemadmodum contrà illius morbum, communem omnium morbum & calamitatem. Quid igitur magna illa anima maximisque digna facit, & quem dolori medicinam adhibet? (hic enim iam arcanum situm est) Desperatis aliorum omnium auxilijs ad mortaliũ omnium Medicum confugit, noctisq; intempesta caligine obseruata, cùm leuius aliquantò mior bus vrgeret, ad Altare cum fide procumbit, eũq;, qui super illud colitur, cũ magno clamore obtestans, omnibusq; nominibus appellans, atque omnium rerum, quas vnquam mirificè gesserat, commonefaciens (nam vtriusque Testamenti historias callebat) tandem pia & præclara quadam impudẽtia effertur. Eam quæ Christi simbria sanguinis profluuium compresserat, imitatur. Quidque fecerit, audite. Caput cum pari clamore vberrimisque lachrimis (mulierculæ illius instar, quæ olim Christi pedes irrigarat) altari admouens nec se ante eb eo discessurã minitans, quã sanitatem consecutã sit, ac deinde hoc suo pharmaco totum corpus perungens, ac sicubi quidpiam ¹² signorum preciosi corporis aut sanguinis ¹³ manus condiderat id lachrymis admiscens (ô rem admirandam,) protinus liberatam se morbo sentit atque & corpore & animo & mente leuis abscedit, hanc spei mercedẽ consecuta, vt quod sperauerat obtineret, animęq; firmitate corpori firmitatẽ compararet. Hæc magna quidẽ sunt & egregia: cæter ũ vera. His oẽs tam sani quam ægrotantes fidem habete: vt sanitatem vel integram conseruetis, vel amissam recuperetis. Ac narrationem hanc à me iactantiæ causa nequaquam institutam fuisse hinc liquidò constat, quòd eam rem, quamdiu ipsa vixit, tectam & silentio compressam nunc primũ patefeci. Ac ne nunc quidem sanè detexissem, nisi mihi periculi cuiusdam timor incessisset, si tantum miraculum nec fidelibus, nec huius ætatis hominibus nec posteris impertirem. Atque huiusmodi quidem illius vita fuit, multaque etiam prætermisimus, orationis mediocritati consulentes, ac ne in contexenda laude immodici esse videremur. Piæ autem & celeberrimæ ipsius morti fortasse iniuriam fecerimus, nisi quam egregie in ea se gesserit, commemoremus: cum præsertim ea tam auidis animis expetatur ac requiratur.

Eius porro mentionem quã maxima potero verborum breuitate complectar. ¹⁴ Resolutionis desiderio tenebatur (multam quippe apud eum, à quo vocabatur, libertatẽ habebat) ac cum Christo esse omnibus terræ commodis præferebat: neque quisquam ita perditè corpus amat, vt illa excussis his compedibus atq; hac fæce cum qua viuimus, superata, summo bono pure adiungi cupiebat, eoque quẽ amabat, addam etiam à quo amabatur, toto perfrui: cuius nunc videlicet perexiguis radijs collustramur, atq; hactenus, vt à quo diiuncti sumus, persentiamus. Nec verò tã sublimi diuinoq; desiderio frustratur, quodque eo maius est, præ notione multisque vigilijs bonum illud præcipit. Hanc enim somnus vnus suauissimus excepit, vi-

Pſal.36.

Gorgo. grauissime vulnerata.

Gorg. ĩmorbo eum qui super altare colitur, inuocat.

Matth.9. Luc.8. Luc.7.

Miraculose Gorg. sanata.

Gorg. mors Philip.1.

Gorg. diem mortis præuidit.

sioque vna præstitutum excedendi tempus complectens, diemque adeo ipsum indicans: Deo nimirum hoc agitante, ¹⁵ vt parata & non perturbata è vita discederet. Iam verò Baptismi purgationem initationisque diuinæ bonum, quod commune beneficium & secundæ vitæ fundamentum à Deo omnes habemus, haud pridem acceperat. Immo verò tota vita nihil illi aliud erat, quam purgatio ac cœlestis initiatio: ac regenerationẽ quidẽ à Spirituta sancto habebat, verum eam in anteacta vita in tuto collocabat: atq; in ipsa sola, vt audacius dicam, Baptismus ¹⁶ signaculi rati onem habebat non gratiæ. Porro cum vnum hoc reliquis omnibus accedere cuperet, vt maritus quoque lustrali aqua tingeretur (vultis vno verbo virum describam? virillius: nec enim scio, quid amplius dicere necesse sit) vt sic toto corpore Deo consecraretur, ac non dimidia tantum ex parte tincta perfectaque discederet, ipsiusque aliquid imperfectum relinqueretur. hoc quoque precibus ab eo, qui voluntatem timentium se facit, petitionesque eorum ad optatum finem perducit, impetrauit. Posteaquam autem omnia ex animi sententia sese habere, votorumque omnium compotem se factam esse, nec fatalem diem longè abesse perspexit: tum demum ad mortem peregreq; profectionẽ se comparauit, ac mori in huiusmodi rebus obseruari solio decubitu satisfecit. Cumque & viro, & filijs, & amicis mandata ea dixisset, quæ dare par erat mulierem & viri & filiorum, & fratrum amore præditam, ac multa præclarè de futura vita disseruisset, diemque extremũ festiuum ac solennem diem fecisset, ita demum obdormiscit, plena non dierum, quos ne in votis quidẽ habebat, vt pote quos sibi malos atq; vt plurimum cum puluerea massa & impostura coniunctos esse non ignoraret: sed dierum secundũ Deum exactorũ ita plena vt haud scio, an perinde quisquam eorum, qui in locupletissima senectute mortem obierunt, ac multos annorum orbes conuersionesque numerarunt. Sic illa soluitur, aut, vt melius loquar, assumitur, aut, auolat, aut sedẽ mutat, aut paulũ ante corpus abscedit. Verumenimuero quale illius factũ mihi propemodũ efflu-xit, qd̃ tu spiritualis illius pater mihi nequaq; fortasse condonasses, qui miraculũ istud accuratè obseruasti, nobisq; indicasti, luculentum sane vt ipsi ad gloriam, ita nobis ad virtutis commonitionem, excitandumque resolutionis eiusdem desiderium. Ac mihi horror quidam lachrymęque subeunt huius miraculi mentionem

Gorg. ante mortẽ maritum Baptizari curat.

Pſal.144.

Gen.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

facienti. Iam soluebatur, atque extremos spiritus efflabat, eamq; cingebat tum propinquorū ac necessariorū, tum extraneorum chorus, 17 pietatis officia, quæ discedentibus præstari solent, obeuntium, & decrepitæ matris nutus, animæq; distortio excessum ipsi inuidentis, & mirus omnium amor anxietate permixtus, partim quòd memoriam illius ipsis subinde refricare atq; exuscitare posset, aliquid audire gestientium, partim etiam loqui cupientium, nec tamen audentium. Ac mutæ lachrymæ tristitiæq; incurabilis parturigo (nec enim pium videbatur ita discedentē luctu proiequi) altumq; silentium erat, ac mors illius solennis cuiusdam initiationis & mysterij instar erat. Illa autē quantum quidem aspectu colligi poterat, nec spirabat, nec mouebatur, ne sonum vllum edebat, silentiumq; illud collapsi corporis opinionem omnibus afferebat: perinde videlicet atq; vocis instrumenta ob animæ, qua mouebātur, excessum, extincta iā atq; emortua essent. Verùm cùm Pastor ille, qui propter miraculum, quod in omnibus rebus elucebat, facta dictaq; illius omnia diligenter obseruabat, labia ipsius leniter moueri sensisset, auremq; propius admouisset (audacem enim & intrepidū cùm sui mores tum commiseratio ipsa faciebat) quin tu ipse huius silentij mysterium exponis? nemo quippe tibi narranti fidem abrogabit. Psalmodia erat, id quod submussitabat, ac psalmodiæ verba excessuris accommodata, & si verè loquendum est, libertatis illius testimonium, cū qua hinc emigrabat. Atq; ô beatum & felicē, qui cum verbis illius extremum vitæ spiritum exhalabit? In pace in idipsum requiescam ac dormiam! Hæc à te cantaban

Precatio Gorg. in mortis exitu.

Psal. 4.

tur, mulierum præstantissima, simulque contingebant, quodq; fiebat, cantabatur, coniunctumq; erata epitaphium cum discessu: quippe quæ mentem ab affectibus egregiè pacatam habueris, ac præter communem omnium soporem debitum quoque Deo dilectis hominibus somnum acceperis, quemadmodum æquum est eam quæ in pietatis verbis & vixerit, & excesserit. Equidem non dubito, quin ijs quæ oculis cernuntur, multò excellentiora & stabiliora sint ea, quibus nunc frueris, neque vox festum celebrantium, Angelorum choreæ, cælestis ordo, gloriæ contemplatio, ac præsertim supremæ Trinitatis purior illuminatio, non iam amplius mentem corporis ergastulo clausam sensibusque diffusam suffugientis, sed totius iam toti menti contemplandam sese amplexandamque præbentis, totoque diuinitatis fulgore nostras animas circunfulgentis. Atq; vtinam his omnibus tibi frui contingat, quorum ob sinceram ad ea mentis erectionem, dum etiam adhuc in terris ageres, riuuli iam ad te manabant. Quòd si quid nostros etiā honores curas, atq; hos ꝑmij sanctis animab⁹ à Deo cōfertur, vt ista ꝑsentiscāt nostrā quoq; orationē multorū instar, atq; adeò ꝑ multis funereis donis accipias velim, q̄ ante te Cæsario, tibi post illū dono dedimus: quādoquidē fratrib⁹ funebri oratione ꝓsequendis fumus reseruati. An verò post vos eundē orationis honorem nobis aliquis habiturus sit, nescio: vtinam quidem eo tantùm honore, qui Deo gratus sit, afficiamur, siue in terris peregrinantes, sine certa sede habitātes, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & Patri cum Sp. sancto in secula seculorum, Amen.

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM ORATIONEM.

1. *Saram ipsam superauit*) Neq; enim Abraham auctoritate Sara permotus, sed præcepto diuino obsecutus patria sua excessit, atque idolorum cultui renunciauit. At verò Gregorius Theologi nostri pater vxorū Nonnæ suasu crebrisq; hortamentis adductus est, vt abiecta Hypsistariorum hæresi Christianam fidem amplecteretur.

2. *Donum donatori*) In exemplari Heruagiano Græcè subsequebantur hæc verba, ἀνθομολογοῦμαι σφόδρα, ἀλλὰ τοιαῦτα ἀμυνεῖ, ἃ ὁτέπω τις ἀμφέβαλεν. Quæ quòd in vetusto Reginæ codice non extarent, atq; ab huius auctoris sententia essent aliena, in translatione nostra omittere non dubitaui. Nam vt rectissimè dici possit Isaac agnus succidaneus, & præstantioris agni figura: it a nullo modo in Gregorium nostrum hæc verba quadrare possunt qui nec patri in Episcopatu successit, sed socius fuit, nec cuiusquam alius præstantioris episcopi figuram gessit. Quisquis autem hæc de suo adiecit, hoc errore dulcius est, quòd Nazianzenum de Isaac Patriarcha, ac non allegoricè de se locutum existimaret.

3. *Ac si ab vmbra statuam*) Ab vmbra statuam, & ab vngue leonem laudare prouerbialiter dicuntur, quia enim

cùm amplissimum laudis argumentum habeant, minutissima quæq; conseclantur: vt si quis hominem omni virtutum genere præstantem à corporis vel fortunæ bonis laudare instituat. Hoc etiam addendum poste viuu prouerbium, et si prima fronte tritum ac peruulgatum videatur, tamen in hunc sensum planè nouum esse. Nam vulgare illud, Ex vnguibus leonem æstimare, de ijs dicitur, qui ex paruis rebus maximarum rerū coniectur. am facere norunt.

4. *Terrenusq; creator*) ὁ κατωδιοπλάστης, ad verbum, Infernus fictor. sic eos vocat, qui perinde atque eos formæ sibi à Deo inditæ pudeat, nouos colores inducere non verentur, ac velut διαμαχᾶν, dum creatoris superiq; fictoris partes, quantum in ipsis est, assumunt, nouátq; facies effingere moliuntur.

5. *Viuasq; tabulas*) Quæ sint vitæ tabulæ dicemus in Annotat. in Poema tertium.

6. *Templum viuum*) Quisquis enim cum fide ac institia viuit, is verum ac viuum est Dei templum. Paulus 1. Cor. 3. Nescitis, quia templum Dei estis vos, & Sp. sanctus habitat in vobis. Et cap. 6. eiusdem Epist. Nescitis, quia membra vestra templum sunt Sp. sancti, qui habitat in vobis.

7. *Non magis studebat*) Alludere videtur ad illud Aeschyli de Amphiarao vate,

Οὐχεὶ δοκεῖν ἄριστος ἀλλὰ σοφὸς εἶναι θέλει
Βαθεῖαν ἄλοκα λαμπρὰ φρενὶ καρπούμενος
Ἀφ' ἧς τὰ κερδῆ βλαστάνει βουλεύματα.

Neque enim videri sed esse bonus vate,
Alto profundè sulco virtutem colens,
Ex quo præclara consilia germinãt.

Alioquì virtutis potius opinionem q̄ virtutem ipsam consectari sœdum in primis atq; execrabile haberi debet: meritoq; Plato ψεύδεσθαι ἑκόντα τῶν ἀδίκων esse censet, cùm qui iniustus est, iustus videri vult. Et Cic. 1. Offic. 10 riusiustitiæ nulla est capitalior pestis, q̄ eorum, qui cùm maximè fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. Quòd aūt magis expetendum sit esse bonum & malum putari, q̄ contrà, toto cap. 12. lib. 5 Diuin. Instit. egit Lact. antius. Eleganter itaq; in carminibus suis agit noster Gregorius,

Κρεῖσσον ἀρίστην δόξαν ἀνδρὸς κακὸν ἢ κάκιστον
Κεκλῆσθ' ἑκόντ' ἀκαιρίοις τόξοις φιλοῦσα μεμφόμενον
Κρυπτοῦσα δ' αὐχμηρὸν νόσημα τοῦ φθονεῖν δόλιον.
Ἐκ δ' ἀνθρώπων ἀφανὲς νοεῖν δ' ἐχθίστοις παρασσόμενον.

Malim, cùm recto studeam, vitiosus haberi,
Quàm vitio indulgens, iusti claresc ere famâ,
Mendaxq; ignaris mortalibus esse sepulchrum:
Quod licet interné fœtentia corpora laudat,
Calce tamen nitet externa grataq; colore.

Quæ nos ad hunc modum Latina fecimus.

8. *Vitium virtute*) Vitium virtute permutat, qui virtute aliqua emptam sibi peccandi licentiam existimat. Quo in genere ponendus est (ne à Theologi verbis recedam) qui modò pauperibus bene mereatur, impune se peccare arbitratur. De quare præclarè Lactantius lib. Diuin. Instit. cap. 13. Nec tamen, inquit, quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes. Abolentur enim, si Deo largiare, quia peccaueras. Nam si fiducia largiendi (hoc enim est, quod ait Gregorius διὰ τῶν ἐμῶν πενήτων) pecces, non abolentur.

9. *Qui fide dubia sunt*) Nam si nulla præmia bonis virū in hac vita constituta essent, ij, qui parum altas fidei radices egerunt, à virtutis pietatisq; cultu fortasse resilirent. Vnde August. lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 8. rationem afferens, cur Deus aliquando res secundas hominibus immittat, Ne, inquit, si nos eas quibusdam petentibus euidentissimè largitate concederet, non ad eum ista pertimere diceremus. Itemq; si omnibus eas petentibus daret, non nisi propter talia præmia seruiendum illi esse arbitraremur, &c.

10. *Sanitas pene morbum antecurrit*) Greg. ὡς μικροῦ καὶ προκατειλῆφθαι τὸ πάθος, ad verbum, Ita vt sanitas pene morbum suffuraretur. i. celeritate sua propemodum omnem morbi memoriam extingueret.

11. *O q̄ illa, Percutiet*) Greg. ὦ τῶν πατάξει, &c. Plurimum negocij mihi exhibuit hic locus, anteq̄ allusionem deprehendissem, idq; ob vnius virgulæ defectum. Legendum enim ὦ τῶν πατάξῃ, &c. Locus enim est apud Oseam cap. 6. Quod aūt ait Gregorius, licet altius quiddam, &c. hoc vult, hæc quidem verba vaticinantis esse de morte Christi, eiusq; ad vitam reditu: cæterum sorori quoq; sua non absurdè accommodari posse, quæ grauissimo dolore affecta ac periculosissimo morbo correpta statim integræ valetudini restituta sit.

12. *Signorum*) Greg. ἀντύπων. Quo etiam verbo Basilius in sua Liturgia vsus est. Sic nonnulli Patres cùm de Eucharistia verba facerent, interdum signi, figuræ, imaginis & sacramenti nomina vsurpant. Quæres tam impotenti gaudio nonnullorum animos extulit, vt quasi parta iam victoria triumphum canant, mirabilesque plausus excitent, atque, vt Propheta loquitur, fagina sua rem sacram faciant. Ac mihi nequaquam mirum videtur, eos tam insolenter victoriam sibi arrogare. Nam id semper hæreticis familiare fuit. Illud satis mirari nequeo tam proteruam esse horum hominum mentiendi libidinem, tam proiectam impudentiā vt affirmare non vereantur idem prorsus de Eucharistia priscos doctores sensisse, quod ipsi profitentur. Sed aliter profectò fieri non potest, quin mendacio & errori acquiescant, qui à firmamento & columna veritatis sibi recedendum putauerunt. Porrò quàm nihil frontis sit ijs, qui hoc asserere non dubitarūt, luce clarius perspiciat, qui Gropperum testimonia veterum legerit proferentem, &, vt cæteros taceam, Garetiū, qui de eare proprium opus elucubrauit, atque omnium, qui vnquam in Ecclesia floruerunt, iudicia diligentissimè collegit. Ego verò rem, quam potero breuissimè, explicabo. Plurimum interest inter signa veteris ac noui Testamenti. Illa enim rerum absentium signa sunt: hæc præsentium. Notandum est autem verbum signi siue

figuræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

figuræ aut sacramenti, non semper rerum veritatem excludere, quasi res illæ absentes sint, sed modũ præsentiæ exhibitionis designare: vt quia perspicuè & clarè eas non cernimus, figuræ earum rerum dicantur. Atque hac ratione caro, quæ in hoc sacramento nobis verè exhibetur, figura dicitur corporis Christi visibilis & in crucem sublati, quamuis veritate substantiæ eadem sit. Modus enim exhibitionis in figura sit,
1.Cor.13. siue ad mortem referas, siue ad gloriam. Ibi species erat corporalis, quæ non est in sacramento. In gloria speciem ipsam plenè intuebimur, cùm hic per speculũ in ænigmate videamus. Quemadmodum etiam Theologus in Orat. de Pascha te, Pascha Iudæorum figuram figuræ vocat, nostram autem figuram, licet expressiorem, nimirum comparationem veri Paschatis, quo sublatis omnibus imaginibus & obuelationibus in cælesti regno perfruemur. Qui huius rei vberiorem explicationem habere volet, is Marci Antonij Constantij (inquit, vt Lindanus testatur, Stephani Vintoniensis in Anglia Episcopi) librũ legat, in quo & hanc & cæteras omnes sacramentariorum aduersus Eucharistiam obiectiones dilucidè confutat ac refellit. Enimuerò qui nobis
Iosue. 15. has voces, quas modo commemorauí, mortis instar esse nugantur, ijsdem fudes eũ in oculu nomen Altare, quo vix vllum est aliud, quod apud veteres scriptores frequentius occurrat. Nam quid de eo dicam, quod noster auctor disertis verbis Gorgoniam, eum qui super altari honoratur, scribit inuocasse. Atqui nostri reformatores qui priscæ pietatis instauratores ac vindices haberi volunt, nobis ob eandem causam idololatriæ crimen impingere non verentur. Adeò probè illis cum priscis patribus conuenit: quorum tamen nos degeneres & reiectaneos, se verò germanos filios & veros imitatores esse gloriantur. Quod autem ad dictionem τὸ ἀντίτυπον attinet, vide piam expositionem Ioan. Damasceni lib. 4. de Orthod. fide cap. 14. qui quasi iam grauissimæ controuersiæ circa Eucharistiæ sacramentum excitandæ præsagiret, hoc velut amuleto & alexipharmaco Ecclesiam præmunire voluit. Quem vt Græcum auctorem minimè dubitandum est Græcæ voces intellexisse, & vt veterem scriptorem (floruit enim annis ab hinc octingentis) veteris Ecclesiæ fidem nobis fideliter testatam reliquisse.

13. Manus contulerat) vel ad verbum, Thesauriz auerat. Quibus verbis mihi ille mos antiquissimus significari videtur, quo domi quoque Eucharistiam asseruare atque efitare Christiani solebant: quemadmodum testatur Tertullianus lib. 2. ad Vxorem. Atque ipse quoque Hieronymus eo nomine destomachatur in Iouinianum scribens. Quare, inquit, non ingrediuntur Ecclesias? Quod in Ecclesia non licet, nec domi licet.

14. Resolutionis desiderio) Greg. ἐπιθυμία τοῦ ἀναλῦσαι. Alludit autem ad illud Pauli Phil. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Quod autem mox subdit, Multam quippe apud eum, à quo vocabatur, libertatem habebat, geminam adhuc allusionem habet ab eodem Apostolo petitam. Ait enim Gal. 5. Persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos. Rursus 1. Tim. 3. Hæc enim faciens bonum gradũ tibi acquires, & multam fiduciam in Christo Iesu. Greg. παῤῥησίαν, i. loquendi libertatem. Hæc porrò libertas non nisi eximia quadam fidu-
Exod.32. morumq; sanctimonia comparatur. An non mira verborum libertate Moses vtebatur, cùm dicebat: Dimitte eis hanc noxiam: aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti? Quibus verbis non multùm dissimi-
Rom.9. lia sunt illa Pauli verba, Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis, &c. An non magna est libertas fiduciaq; in Deum, cùm clamat Psalmistes, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et, fiducia
Psal.119. custodia animam meam. Cùm ita Paulus, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Hanc animi fiduciam ij
Psal.141. sentiunt, qui piè atq; innocenter viuunt, eaq; erga Deum charitate, vt fiduciam habeant in die iudicij.
Philip. 1. 15. Vt parata & non perturbata) Psal. 118. Paratus sum, & non sum turbatus. Quid enim aliud est, quod
1.Ioan.4. miseros mortales in exitu vitæ perturbat, nisi quòd mors in imparatos incursat, eosq; velut fur nocturnus
1.Thes.5. apprehendit? nisi quod hostes nostri incermes nos inuadunt: atq;, vt ille ait, lupi Mœrim videre priores.
2.Petr.3. Virg. Aegl. 16. Signaculi rationem habebat non gratiæ) Vis atq; energia huius clausulæ pendet ex variorum nominum, quibus apud Græcos Baptismus appellatur, cognitione. De quibus vide Orat. in sanctum Baptisma. Tertullianus vocat, quia debentibus impertitur. σφραγίδα, quia virtutem obsignat & obfirmat. Hæc ergitur Theologi sententia, Gorgoniam sororem ante susceptum Baptismum ita pie sanctèq; vixisse, vt Baptismus illi χάρισμα non esset, vt pote peccatorum sordibus haudquaq; infectæ: sed tantùm σφραγίδα, i. virtutis confirmatio ac velut obsignatio. Quod quia aliquanto arrogantius dictum videri poterat, idcirco præmollitur quadam vtitur, ἵν' ἐπιθῳ μάσω.

17. Pietatis officia, quæ discedentibus) Gregor. χαρακτηρίζων τὰ προπεμπτήρια. προπεμπτήρια sunt ea officia, quibus ij, qui morientibus hominibus præsto sunt, abeuntes prosequuntur, ἀπὸ τῶ προπέμπειν dicti. Prosequi. Contrà ἀσπασία siue ἀσπασμὸς verba ea sunt, quibus is, qui morti est proximus, præsentes extremo alloquitur.

reconciliationem Monachorum Oratio prima
præsente patre habita.

ARGVMENTVM.

GREGORIVS Theologi nostri pater, vir alioqui optimus veræq; religionis studiosissimus, Arianorum fraudes & imposturas, qua erat simplicitate minus animaduertens, quosdam hoc veneno afflatos benignè susceperat, atque adeò cuidam eorum impiæ sententiæ incautus subscripserat. Quæ res tanta indignatione monachorum animos permouit, vt confestim ei tanquam hæretico societatem renunciauerint, suoque exemplo magnam populi partem in eandem secessionem pertraxerint. Atque hinc latissima fenestra ad oppugnandos & exagitandos Catholicos Arianis est aperta: serpsisset q; longius hoc malum, nisi Theologi nostri consilio & prudentia compressum & extinctum fuisset. Nam cùm eius monitis & hortatu fidem suam Gregorius pater apertè professus esset, petijsset sibi condonari, quicquid in ea re per imprudentiam deliquerat, facilè à monachis impetrauit, vt secum in gratiam redirent. Pace igitur constabilita, hanc noster Gregorius orationem habuit, quia primùm officij sui causas reddit, ac per occasionem vitæ monasticæ formam elegantissimè describit: deinde pro accepto beneficio Deo gratias agit. Tum ad inflammandos maiori concordiæ studiæ Nazianzenos, pacis laudes & vtilitates fusissimè explicat, easq; per collationem cum discordiæ incommodis mirum in modum amplificat. Debinc eos hortatur, ne deinceps tam facilè ab erranitum fratrum societate se separent, sed eos potius humanè fraterneque corrigant. Demum patri suo reditum illorum gratulatus, confessione Trinitatis orationem concludit.

LINGuam meam soluit alacritas, nihilq; iam moror legis humanæ placita propter legem spiritus, ac sermonem nondum cuiquã cõcessum paci do no affero. Nam cùm prius seditiose à nobis membra nostra dissiderent, magnum & primum illud Christi corpus sic diuisum esset atque dissectum, vt ossium nostrorũ dissipatio ¹ inferni dissipationem pene excederet, nec terræ vomeris acie altissimè proscissæ atq; in terram fusæ absimile esset, cumq; infectã illã indiuisamq; tunicam ac per totum contextã sibi vendi casset, hoc scilicet per nos assecutus, quod per eos, qui Christum in crucem sustulerunt, perficere non potuit: tum verò labijs meis custodiam posui, alioqui nec ad loquendum ad modum promptis: quòd Psal.118.44.
in spirituali negocio tenendum esse ordi- 1.Cor.2.
nem existimarem, vt per eam philosophi- Eccle.3.
am, quæ in actione versatur, me primùm ipse purgarem: deinde mentis ore aperto, spiritum traherem: atque ita demum eructarem verbum bonum, perfectamq; Dei sapientiam apud perfectos loquerer: &, quemadmodum omnium aliarum rerum vt præclarè & sapienter à Salomone dictũ est, sic sermonis etiam & silentij certum esse definitumq; tempus, vt si quis alius, persuasum haberem. Ob hanc causam obmutui, & humiliatus sum, procul ab omni bono remotus: ac velut nubes quædam cor meum subiens sermonis radios contexit, dolorque meus dies noctesq; renouatus est. Omnia enim, quæ in alijs cernebã, Monachosomites quidam mihi erant, dissidijq; fra rum exerterni monimenta, vigiliæ, inediæ, preces, citia. lachrymæ, callosa genua, pectoris conuerberationes, suspirium ex intimo corde manans,

Universidad de Deusto
Biblioteca

manans, pernox statio, mentis ad Deum peregrinatio, lenis inter orãdum fletus audientium animos ad gemendum incitans cùm inquam sanctos viros intuebatur Psalmos cantillantes, Dei laudem celebrãtes, *Psal. 1.* legem Domini die, nocteque meditantes, exaltationes Dei in gutturibus suis ferentes: atque hæc etiam vitæ ad Dei normam exactæ luculenta indicia & argumenta, tacitosque præcones, sordidam nimirum & *Mon. habitus & vestitus.* obsoletam comam, pedes nudos, Apostolicisque similes, nihil mortuum circumferentes, cæsariem mediocrem, vestem fastum coercentem, zonam vilitate ipsa decoram, tunicamque nonnihil restringentem, ne videlicet incessus grauitatem restringat, oculum minimè palãtem, risum suauem & placidum, vel risus potius impetum quendam petulantem cachinnum cõprimentem, sermonem à ratione impulsum silentium sermone præstantius, laudationem sale conditã, non ad deliniendum adulationeque permulcendum animum, sed ad vitæ melioris studium in nobis excitandum, obiurgationem laudationem gratiorem, modum tristitiæ animorumq; relaxationis, atque vtriusque permixtionem & connexionem, mollitiem fortitudine, asperitatem pudore tempera tam, sic quidem vt neutra ab altera labefactetur, sed vtraque alterius opera inclarescat, modum tum in publicum prodeundi, tum ab hominum frequentia secedendi (illud vt alios erudiant, hoc vt spiritus mysterijs imbuantur) & quidem vtrumque adeò præclarè, vt & in media hominũ luce versantes solitariæ vitæ rationem seruent, & in solitudine agentes charitatis humanitatisq; officia tueantur. Atque vt his adhuc maiora & sublimiora proferã, eorum opes in egestate, possessionem in peregrinatione, gloriam in contemptu, potentiam in infirmitate, prolem egregiã in cælibatu. Siquidem præstantiores sunt fœtus illi, qui secundum Deum existunt, quàm qui à carne originem ducunt:) qui delicias aspernari pro delicijs habent, qui regni cælestis causã humilitatem amplectuntur, qui in mũdo nihil habent, & mundo superiores sunt, qui cum in carne sint extra tamen carnem viuunt, qui pro portione Dominum habent, qui propter regni spem inopia laborant, & propter inopiam regnant. His verò, hoc est opibus delicijsque meis, vt præsentibus florebam, ita rursus à nobis disiunctis, mœrore contrahebar. Hinc illa mentis anxietas & consternatio. Hinc ego mœrens & tristis incedebam. Ob eam causam præter cætera vitæ oblectamenta sermonem quoq; ipsum abieci: quoniam charissimi homines calcitrarunt, atque in me non iam ora sua, sed terga conuertunt, & ouile facti sunt Pastore ipso liberius, ne dicam audacius ac petulantius: quoniam vinea illa vera, atque à bono agricola summa cura exculta & purgata, quæque egregios fructus in diuina torcularia inferre solebat, in acerbitatem versa est: quoniam amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt, & qui iuxta me erant, à longe steterunt: quoniam diuisimus Christum, qui miro Dei Christique amore prædili videbamur, pro [2] veritate falsis criminibus nosipsos mutuò infectati sumus, pro charitate odium exercuimus, pro Lapide angulari dissoluti, pro petra moti atque concussi sumus: quoniam plus æquo pro pace bellum gessimus, & pro eo, qui in lignum sublatus fuerat, corruimus, & pro sepulto atq; à morte ad vitam excitato morte mulctati sumus. Atque hoc quidem statu antè res nostræ fuerunt: & quid tandem lætissimo tempore prolixa tristium rerum commemoratione (quarum non modò detestanda est, votisque omnibus à nobis auertenda experientia, sed memoria quoque ipsa fugienda, quasque non tam eloqui silere conducit, atque obortam nobis caligitatem profunda obliuione obruere atque delere) modestiã redulcerare attinet? nisi quis tamen hanc vnam ob causam acerbarum rerum memoriam refricãdam putet, quò cautiores in posterum hoc exemplo prudentiores q; reddamur, atque, vt in morbis fieri solet, causas ex quibus in hanc miseriam incidimus, fugiamus. Nunc verò postquàm fuga se proripuit dolor, ac mœstitia & gemitus: postquàm quæ vnius sumus: qui Trinitatis, concordes animines & honore pares: [3] qui Verbi, à veritate alieni: qui Spiritus, non iam aduersus alios, sed simul feruentes: qui Veritatis, idem sentientes & loquentes: qui Sapientiæ, solertes: qui Lucis, vt in die honestè compositi: qui Viæ, omnes rectum iter capessentes: qui Ostij, omnes intra limen: qui Ouis & Pastoris, clementes, eidemque caulæ ac pastoris vnius, [4] nomine pastoris imperiti vasis gregem pascentes aut pascuæ oues trucidantis, aut lupis præcipitijsque perfidè deserentis, sed magnopere circunspecti ac periti: postquàm quod Christi pro nobis mortem perpessi, humani & misericordes facti sumus, alijs; alienum onera subleuantes: qui Capitis, vnum corpus constructum & coagmentatũ iusta connexionem omnem atque compagem, quæ est in spiritu: postquàm is qui omnia facit, atque in meliorem vtiliorem q; statum immutat, planctum nostrum in gaudium conuertit, nosque sacci loco lætitia circunuestiuit: nunc demum ipse quoque vnà cum præteritis molestijs silentium exuo, atq; huic tempori, vobisque, immo Deo potius pro acceptis beneficijs orationem affero, cõmodissimum sacrificium, donum auro purius, eximijs gemmis pretiosius, tela contexta magnificentius, legali sacrificio sanctius, primogenitorum primitijs sacratius, placens Deo super vitulum nouellum cornibus adhuc & vngulis imperfectum & sensu carentem, super incensum, super holocaustum, super multa pinguium arietum millia, quibus Lex rudimentaria infantem Israelem tenebat, cruentis sacrificijs futurum sacrificium adumbrans. Hoc Deo offero, hoc appendo ac consecro, quod vnum mihi reliqui feci, quo vno diues sum. Nam cætera quidem præcepto Christi ac spiritui reliqui, pretiosamq; Margaritam cũ omnibus opibus, quas quondã habebam, cõmutaui, factusq; sum, aut, vt rectius loquar, fieri opto, magnus ille Negociator, qui exiguis rebus certoq; perituris magna & æterna mercatur: solam autem doctrinam sanctam cõplector, vt pote Verbi cultor, neq; vnquam libenter hanc possessionem neglexerim: quin pòtius eã & colo & exosculor, ex eaq; maiorem voluptatem capio, quàm ex omnibus alijs rebus in vnum coactis, quibus hominum vulgus delectatur. Atq; eam mihi totius vitæ sociam fidamq; consiliariam & congerronem, ducemq; viæ in cælum ferentis, promptamque adiutricem asciscо, atq; in eam vnam (nihil enim voluptates omnes humi defixas pendo) totam vim amoris mei post Deum effudi, immo in Deum potius: ad hunc enim ea cum intelligẽtia tendit, solaq; efficit, vt Deus syncerè à nobis percipiatur, atq; seruetur, & in nobis adolescat. Dixi sapientiam sororem meam esse, eamque charam habui, & quantum potui, complexus sum, capitiq; meo gratiarum deliciarumq; coronam conquiro, hoc est sapientiæ dona insitæq; nobis rationis principem nostri partem collustrantis, piosque nostros gressus illuminantis. Hac iram euagantem freno, hac tabescientem inuidiam consopio, hac mœrorem, cordis vinculum sedo, hac profusam voluptatem coerceo, hac inimicitiam metior, non amicitiam (illam enim finitam ac circunscriptam esse oportet, hanc infinitam.) Hæc & opibus circumfluentem modestum reddit, & pauperem fortem ac strenuum. Hæc me admonet, vt & ei, qui recto cursu fertur, socium cursus me adiungam, & lacrymas

Pſalm. 68.

Prou. 7.

Sapientiæ vſus multiplex.

Doctrina ſancta.

Cælibatus monachorum.

benti manú porrigam, vt & ei, qui cũ infirmo langueam, & firma valetudine vtenti gratuler. Hac comite [5] eodem prorsus loco patriam externamque regionem ac locorum mutationem habeo: quippe cum nullus proprie sit meus, sed omnes ex æquo alieni. Hæc mihi mundos distinguit atq; ab altero abductum alteri adiungit. Hæc me & per dextra iustitiæ arma ita gubernat, vt nequaquam fastu & arrogantia efferat: & duris ac sinistris rebus vna mecum philosophatur, [6] spem minimè pudefacientem adnectens, præsentesq; molestias spe futuri mitigans. Hæc denique præstat vt non ijs, quibus terrena mensa euanidum ventrem, nullisque officijs placabilé demulcet, sed oratione fratres meos & amicos excipiam, [7] mensamque verborum apponam, ac spiritale & perenne poculum tacui: num etiã semper tacebo? Sustinui parentis instar: num in perpetuũ sustinebo? Et quidem vinctam Zachariæ linguam Ioannes in lucem editus soluit (nec enim vocis parentem prodeunte voce silere conueniebat: sed quemadmodum illa non credita linguam constrinxerat ita etiam æquum erat, vt in lucem prodiens patrẽ, cui fauste prænunciata fuerat in libertatẽ assereret, Voxque & Lucerna extitit, Verbi Lucisque præuia: mihi verò linguæ vinculum soluit vocemq; tubæ instar attollit præsens beneficium, ac pulcherrimum hoc theatrum, quo Dei filios, qui prius dispersi erant, nũc in vnum congregatos intueor, ac sub ijsdem alis consentientibus animis proficiscentes, vnoq; tantùm virtutis spiritusq; concentu inter se concordes. Nec enim iam alij alios populamur, vt antè faciebamus, cùm peruersus spiritus vsqueadeò nos vel dolis circũuenisset, vel per vim oppressisset, atque in ea caligine (quo enim alio nomine id appellare debeam, nescio) quam animis nostris offuderat, sagittis suis nos confixisset: vt alij etiam aliorum malis oblectaremur, neque illud in mentem nobis veniret, fieri aliter non posse, quin mutua nostra pernicies corpori vniuerso detrimentum afferret. Sed iam [8] Iudas & Israel principatum vnum sibi constituunt, Hierusalemque & Samaria ad vnam cælestẽ Hierusalem colliguntur: nec Pauli amplius & Apollo & Cephæ, propter quos & in quos intumescebant animi, verum Christi omnes ad vnum sumus. Quoniam autem [9] charitatem minimè inuito vim attulistis, loquar, & si ægrè, quando ita iubetis, orationemque ita partiar, vt primùm gratias Deo agam, deinde ad admo-

Pſal. 1. *Mon. habitus & veſtitus.* *Cælibatus monachorum.* *Pſalm. 68.* *Prou. 7.* *Sapientiæ vſus multiplex.* *Doctrina ſancta.* *1. Cori. 6.* *Rom. 5.* *Prou. 9.* *Eſa. 42.* *Zachariæ ſilentium* *Ioannis natiuitas ſolui.* *Quid ad dicendum Gr. excitet* *1. Cori. 3.* *Duo ſibi Greg. proponit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duo sibi Greg. proponit. Gratiarũ actio.

nendum me conuertam. Ac gratiarum actio erit huiusmodi. Quis loquetur potentias Domini? quis laudes tot tantisq; beneficijs debitas omnibus auribus repræsentabit? quoniam facta sunt vtraq; vnum, mediusq; murus maceriæ solutus est: quoniã beneficio tuo parabola inter Gentes & commotio capitis inter populos esse desimus: quoniam hactenus nos afflixisti, vt ex ipsa separatione quantũ pacis bonum esset intelligeremus, doloreq; affectos in pristinum statum restituisti (ó nouam & mirandam medendi rationem) 9 per odium nos statim tibi ob eam rem exosos ad pacem instruens, contrarioque vitio contrariam virtutem inducere molliens, perinde nimirum atque hac tantum de causa separari nos passus, vt feruentiori bus animis concitatioreq; cursu nos inuicem repeteremus: quẽadmodum plantis accidit, quas si quis vi cõtortas deinde relaxat, protinus ad sese primamq; suã naturam recurrunt, idq; sibi propriũ esse ostẽdunt, vt vi quidem inflectantur, nulla autem vi erigantur. Quoniã non iam manus oculũ nec manum oculus aspernatur: quoniam caput non iam aduersus pedes insurgit: nec pedes à capite abalienantur, non plus vtiq; detrimenti hac perturbatione imperijq; repudiatione (quæ corpus vniuersum confundit atq; peruertit) capiti afferens, quã ipsi accipiẽtes. Sed pari cura sibi inuicem membra consulunt, quemadmodum natura ipsa sanxit & constituit, mutua opera omnia connectens atq; conseruans: ac nunc demum apparemus vnũ corpus, & spiritus vnus exiistimus, vt in vna eademq; spei vocatione vocati sumus.

Similit.

1. Cor. 12.

Psal. 74.

Proinde 10 populus, inops ille quidem: sed ex paupere diues effectus, tuas laudes prædicabit: quoniam mirabiles in nos misericordias tuas effudisti, & priscis beneficiorum tuorum historijs noui aliquid accessit: (vbi enim abundauit iniquitas, superabundauit gratia:) quoniã 11 cum coccum seminassem, spicas collegi: quoniã oues lugens, pastores insuper elucratus sum: nec dubito, quin 12 pastorẽ longè præstantissimum sim assumpturus: tametsi spiritualibus quibusdã rationibus pascendi gregis prouinciã à se reijciat, & cum creditum sibi spiritum talentorumq; negotiationem gregisq; curã commissam habeat, oleoq; sacerdotij & perfectionis delibutus sit, adhuc tamen pro sua sapientia præfecturam suscipere cunctetur, lucernamque subter modium retineat (breui illam quidem super candelabrum collocandam, quò omnibus Ecclesiæ animabus illuceat, semitisq; nostris lumen porrigat) ac mõtes adhuc & saltus & fluenta circunspectet, ac

Rom. 5.

Basilium magnum intelligit.

Vnctio sacerdotum.

lupis animarum raptoribus laqueos moliatur, vt commodo quoq; tempore pedũ quoq; ipsum accipiat, ac cum vero Pastore regregem hunc ratione præditum pascat in loco pascuæ, hoc est semper virenti Dei Verbo tabernaculum ei figens, ac refollatrice aqua, id est spiritu sancto eum alens. Atq; hoc quidem speramus, omnibusque votis expetimus. Mihi verò iam faciendũ est, vt gratiarum actioni admonitionem adiungam: hanc autem, quã potero breuissimè, complectar, quãdoquidem maxima iam ex parte nos opera ipsa admonuerunt: nec longior ad eos habenda est oratio, quos experientia ipsa edocuit & castigauit. Ac prouidendum quidem primum nobis erat, fratres, ne qua inter nos diuisio existeret, vetusq; illud nostrum decus & ornamentum extingueretur, quo gregem hunc cæteroqui parum, vixq; dignum qui inter celebres greges numeretur, vel maximis & amplissimis exequabã, ac quibusdã etiam quod ad spiritus vim opemq; attinet, præferebã. Sic namq; se res habebat, vt cum alij alijs ornamentis vel maioribus vel minoribus nobilitentur, nostri gregis hæc laus esset propria, quod ab omni contẽtione & dissidijs abhorreret. Quã etiã ob causam persæpe Arca Noe vocati sumus, vt qui soli totius orbis illuuiem effugissemus, pietatisq; semina in nobis integra conseruassemus. Verum quando hõmines esse cõperti sumus, nec dæmonis inuidiã prorsus fugimus, nec morbo omnia occupante superiores extitimus, verum publicæ calamitatis nostrã ipsi quoq; partem accepimus, nec paternã hæreditatem hoc est concordiæ bonum ad extremum retinuimus: hîc quoq; tamen nõ paulò meliore, quã reliqui, conditione sumus (vt Dei ope freti aduersus inimicitiã nostram aliquid glorioſẽ prædicemus) quod in hanc culpam postremi collapsi, primi ad meliorẽ mentem redijmus. Etenim quod in morbum inciderimus, communi naturæ tribuendum est, humanæq; infirmitati, quæ omnes quamlibet etiam animo corporeq; valentissimos attingit: quod aũt morbum depulimus, id verò rationis munus est, gratiæq; diuinæ, quæ præclarè iusteq; meliusq; quam vel ipsi optabamus, vel alij futurum sperabant, cõtrouersiam nostrã disceptauit. Nam & nos 13 data præcisæ parti capita, velut ad pietatis orthodoxæq; doctrinæ laborãtis subsidium nouo exemplo creata in gratia suscepimus, nec vt hostes auersati verũ vt fratres non improbè sed fraternè & modeste pro paterna hæreditate altercatos complexi sumus: atque vt illos inimicitiarum nomine haudquaquam laudauimus, ita zelum eorum comprobauimus. Melior enim est contẽtio pietatis causa susceptа, quam turpis & vitiosa concordia. Ac proinde subductione eorum accessionem nostram fecimus versuta eorum in nos cõcilia propter charitatem dissimulantes, atque ordinem hactenus immutantes, vt non electionem gratia, sed gratiam electio sequeretur, eamque ad rem manibus alienis abuteremur, paulumquiddam à spiritu antè occupati. Vos autem relicta siniſtra suspicione, quam scriptum illud afferre potuit ad spiritum accurristis, atque vt simplicitatem nostram ob eum sensum, quem verba præ se ferebant, minimè probauistis, ita nobis impietatis crimen nunquam impegistis, perspectum videlicet habentes, firmam apud nos immotamque Trinitatem non minus quam in sua natura manere, neque aliter exiistimare, quin si quis trium horum aliquid circũciderit, aut à reliquis distraxerit, in eadem sit impietate, ac si totum euerteret, nudoque capite totam diuinitatem oppugnaret. Atque hac dissensione ipsa flagrante mutuò de nobis apud nonnullos homines interdum dicebamus. Quod quidem certissimum veritatis argumentum est, ne odioso quidẽ tempore eam opprimente, nec inimicitia mutui nostri amoris fomites omnes extinguente. Cuius quidem rei hæc erat causa, quod licet inter nos cõtenderemus, eandẽ tamen fidem, quod maximi momenti est religionemque coleremus, nobisque inuicem conscij essemus, nos circa veritatem haudquaquam dissentire, contrariamque doctrinam tueri, sed eodem fidei primari æque nostræ spei charactere consignatos esse. Nihil enim æquè germanos Dei cultores inter se conciliat, atque consentientes de Deo sententiæ: quemadmodum contra nulla re facilius amicitiæ dissoluũtur quam diuersa in huiusmodi rebus animorum sententia. Hic enim lenissimus quisque & moderatissimus intumescit, 14 & mansuetus verè pugnax efficitur, cum se lenitate sua Dei iacturam facere perspicit, imo, vt rectius loquar, prolapsione sua Deum detrimento afficere, qui nos & pro diuitijs suis habet, & diuites reddit. Ergo, vt dicebam satis moderatè nos in ipsa contentione gessimus: adeò vt reditus in gratiam separatione ipsa celebrior fuerit, atque vtriusque extremi commoditate omnis intermediæ calamitatis memoria penè sit obliterata. Sed quoniam pacis celeritas ad eius firmitatem non sufficit, nisi oratione aliqua conseruetur, Deusque, à quo bonum omne incipit, ac perficitur, o-

Sentent.

Trinitatis articulus.

Sent. dignissima notatu.

Ioel. 3.

rationi nostræ adiutor accedat: age & votis & rationibus eam pro virili nostra confirmemus. Ac primum illud animaduertendum, est, omnium quæ sunt, pulcherrimum excelsissimumque Deum esse: nisi quis tamen eum malit, supra omnem essentiam euehere, aut in ipso, quicquid est, collocare: quippe à quo cætera vt sint, consequuntur. Secundum autem locum tenent, quæ à Deo primum originem ducunt, ac circa eum versantur, nimirum angelicæ & cælestes copiæ, quæ primæ primum lumen haurientes, ac veritatis verbo illustratæ lumen quoque ipsæ sunt, ac perfecti illius Luminis radij. His porrò nihil tam proprium est, quam pax & concordia. Nam nec dissidijs obnoxia est diuinitas, quemedmodum nec dissolutioni (dissidij quippe filia est dissolutio) quin potius & secum ipsa, & cum secundis rebus adeò concors & pacata est: vt cum alijs, immo præ alijs nominibus, quibus appellari gaudet, huius quoque prærogatiuę nomine vocetur. Pax enim & Charitas, atque id genus nominibus appellatur, nos videlicet admonens vt has virtutes sedulò amplectamur, derinde ac Deum simul habituri. Ex angelis autem is, qui seditionem mouere, seque supra dignitatem suam efferre, atque ceruicem aduersus Dominum omnipotentem attollere, sibique vt Scriptura testatur, supra nubes cathedram excogitare ausus est, dignas amentia sua pœnas dedit, in hoc scilicet damnatus vt pro luce caligo sit, aut, vt verius loquar, infra se positus, reliqui in sua dignitate perstant, cuius primum illud est, quòd pacati sunt & seditionis expertes: quippe qui à sancta & laudanda Trinitate hoc accepe runt, vt vnum sint, quemadmodum & ab eadem collustrari sunt. Trinitas siquidẽ illis Deus vnus est, & esse creditur, non minus propter concordiam quam propter substantiæ identitatem. Ac proinde qui pacis bonum amplexantur, eique contrariam dissensionem, seditionemque infense oderunt, ad Deum diuinasque mentes accedunt: contra qui bellicis sunt moribus, rebusque nouandis famam aucupantur, ignominiaque sua gloriantur, aduersæ procul dubio partis sunt. Impurus enim ille spiritus & multiplici rerum specie affectuumque varietate secum ipse pugnat, & vt iam inde ab ipsis mũdi primordijs homicida, virtutisque inimicus hoc ipsum in alijs operetur, seditionis tenebris sese occultans, 15 vt per caliginem commune corpus Ecclesiæ sagittis petat: quemadmodum, ni fallor, ad vnũquemque nostrum callidè vt plurimum vete-

Angeli secundi à Deo.

Dei & Angelorũ pax propria.

Ephes. 2.

1. Ioan. 4.

Esa. 14.

Trinitas vnus Deus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratorieq; accedit, subdolis artibus velut aditum quendam in nobis sibi sensim aperiens, quò postea cum omnibus suis copijs instar strenui cuiusdam militis per disruptam muri aut aciei hostilis partē irrumpat. Atque hoc vnum est, & quidem tale, vt nos ad beneuolentiæ concordiæq; studium necessario excitare debeat, nimirū Dei superorumque imitatio: qua sola animæ ad Dei imaginem creatæ intueri tutò licet, vt ad ea obnixe tēdens, & ad eorum similitudinem, quantum illi assequi datur, se componens, nobilitatem ipsa suam sartam tectamque tueatur. Alterum est, vt diuinæ voci obtemperantes, in cælum sursum, & deorsum in terram aspiciamus legesque creatarum rerum animaduertamus: quemadmodum videlicet cælum & terra & mare ac deniq; vniuersus hic mundus, magnum, inquā, hoc Dei elementū & illustre, quo Deus declaratur, tacitaq; voce prædicatur, quandiu secum pacatus & tranquillus est, seq; naturæ suæ finibus continet, necquicquam aduersus alterum insurgit, beneuolentiæq; vincula, quibus ab artifice Verbo rerum vniuersitas constricta & conglutinata est, perrūpit: mundus verè est, vt appellatur, atque incomparabilis pulchritudo, neque eo vllum opus, quod quidem materia cōstet, aut præstantius aut magnificentius excogitari potest. At simulatq; pacatus & quietus esse desijt, mundus quoque esse definit. Quid enim, Cum cælū rato ordine aeri lucem, terræ pluuias impertit, nonne tibi beneuolentiæ legibus teneri videtur? Nonne aēr & terra, cum animantibus cunctis partim ducendi spiritus facultatem, partim alimenta præbent, parentum erga filios amorē imitari? Nonne anni partes, cū placide inter se miscentur, sensimq; sibi inuicem cedunt, & ad hominum non solum commoditatem, sed etiam voluptatē vtriusq; extremi asperitatem reliquorum mediocritate mitigāt, pace gubernari? Nam quid de die ac nocte dicam, quæ æquas inter se partes, cōuersionemq; moderatā sortitæ, nos partim ad opera excitāt, partim lassos reficiunt? Quid de sole & Luna fideq; ordine tacentium, seseq; subducentium copia & pulchritudine? Quid de terra & mari, quæ clementer inter se iuncta, benigneq; sese mutuis muneribus afficientia, liberaliter hominem alunt, hominiq; copiosè & prolixè quæ habent, suppeditant? Quid de amnibus per montes & campos fluentibus, nec nisi quatenus in nobis emolumento futurū sit, extra sinēs suos egredientibus, nec se ad operiendam terram conuertentibus? Quid de elementorum permixtione, ac temperatione membrorumq; proportione & concinnitate? Quid de animantium alimonia & ortu distinctaq; habitatione? Quid quod alia imperant, alia imperio tenentur, quædam nobis subiecta sunt, quædam liberā? Quæ cum ita se habeant, ac iuxta primæ compositionis atque cohærentiæ, siue confluxionis & conspirationis causas regantur & gubernentur, quid tandem aliud existimandum est, quā quod ea amicitiā concordiamq; proclament, suoque exemplo mortalibus animorum consensum quasi lata lege promulgant? At cum materia sē cū ipsa diuisidet, nec cohiberi potest, dissolutionē scilicet p seditionē ēditans, aut nexus ad perterrēdos puniendosq; improbos connexionis aliquid huiusmodi emouerit, nimirum vel exundante mari, vel terra dehiscente, nouis & inusitatis imbribus cadentibus, vel Sole deliquium patiente, vel quadam anni parte modum excedente, vel effundentibus se ignibus: tum verò in hac rerum perturbatione & confusione orbi vniuerso terror injcitur, quantumque in pace boni insit, ipsa seditione perspicitur. Atq; vt populos & vrbes & imperia præteream, vt cœtus, exercitus, familias, nauium supplementa, coniugia, sodalitia (quæ omnia vt pace cōseruantur ita seditione funditus euertuntur) ad ista elitas orationem conuertam ac posteaquā vobis calamitates eorum & dispersionem qua nunc sedibus suis pulsi vagam & miseram vitam persequuntur, diutissimeque, vt mihi edita de illis vaticinia fidem faciunt, persequentur, exposuero: tum demū ex vobis harum calamitatum causam vobis vtiq; cognitam perspectamq; sciscitabor, quo aliorum malis ad concordiam erudiamur. Quandiu igitur illi pacem & secum & cum Deo habuerunt, AEgyptiaca videlicet seruitute tanquā fornace ferrea oppressi, communique afflictione coniuncti atque collecti (nonnunquam enim afflictio quoque ipsa optimum est ad salutem pharmacum) plebs sancta vocabantur, & pars Domini, regiumq; sacerdotiū. Nec verò hoc dici potest, nomina quidem ampla & magnifica fuisse: cæterum nominibus res ipsas haudquaquā respōdisse. Nā & ducibus à Deo datis vtebantur, & iter illis faciētibus columna ignis & nubis diu noctuq; præibat, & fugientibus mare diuidebatur, & fame laborantibus cælū alimenta ministrabat, & sitiētibus petra fontis vsum præbebat, & pugnātibus manuū extēsio innumerabiliū copiarū instar erat orationis opera trophæa erigens, ad eaq;

Quid nos ad pacem excitare debet.

Mundus pace conseruator.

Cælum.

Aer.

Terra.

Annus.

Unde Iudæorum dispersio.

Quid virga ferrea.

Babylonia captiui.

Threni.

Lames.

Id quid Threnorū lectio conducat.

quæ à fronte erant, facilem viam sternens fluuij cognatum mare imitantes cedebāt, elementa consistebant, vrbis mœnia tubarum cantu deijciebantur. Quid enim graues plagas eorum causa AEgyptijs inflictas commemorare attinet? Quid Dei voces è monte auditas? Quid duplicem Legem, alteram literalem, alteram spiritalē Quid cæteros honores, quos natio illa meritis suis longè ampliores olim consecuta est? At postquam seditionis morbo laborare, in mutuamque perniciem furere cœperunt, cruceque illos ac profligatissimo illo scelere (quod contra Deum & seruatorem nostrum, eius diuinitatē in humanitate minimè cognoscentes, immanissimè perpetrarunt) ad extremum malorū compellēte, in multas partes dissecti sunt virgamque ferream, hoc est principatum imperiumq; hodie florentissimum, multò ante illis denunciatā ad se attraxerunt: quid accidit, quidque passi sunt? Priores quidem norunt clades, afflictāmque fortunam Hieremias luget, captiuitatemq; Babylonicam deplorat: ac meritò sanè: errant enim ea quoque luctu maximisq; lachrymis digna, excisa mœnia, vrbes solo æquatæ, sacrarium euersum, donaria sacri legio compilata, pedes prophani in sacrosancta loca penetrantes, impuræ manus rebus ijs, quas attractare nefas erat, insolenter se inferentes, Prophetæ conticentes, Sacerdotes captiui abducti, senes crudelissimè vexati, virgines contumelia affectæ, iuuentus occumbens, flamma hostilis & externa, sanguinisque fluuij pro sancto igne ac cruore, Nazaræi raptati, luctus cantionibus subrogati, atque vt ex ipsis Hieremiæ Threnis aliquid producā, pretiosi illi filij Sion & auro comparabiles, illi inquam delicati malorumque expertes, peregrinam terram calcantes, & viæ Sion lugentes, eò quod nulli sint qui festos dies celebrent. Et paulò ante, Manus piarum mulierū inualescēte obsidione non victū filijs porrigentes, sed ad cibum sibi potius parandum eos lacerantes, atque ex charissimis suis pignoribus medicinam aduersus grassantem famem quærentes. An non hæc grauissima non ijs solum, qui tum ea passi sunt, sed ijs quoque, qui nunc audiunt? Equidem, vt de me loquar, quoties hunc libellum in manus sumo, Threnosque lectito (id autem facio, quoties secundarum rerum insolentiam coercere huiusmodi lectione volo) vox mihi interclauditur, lachrymisque obruor, eamque calamitatem velut ob oculos positam videre videor, ac Hieremiæ collamentor. At verò postremā hanc eorum plagam & exilium, atque incumbens illorum capiti seruitutis iugum, memorabilemque illam cladem, qua Romanorum imperio subiecti sunt, ex intestinis eorum dissidijs potissimum ortam, ecquis est omnium, qui lamentationes scribere, rerumque acerbitati parem orationem afferre norunt, qui sātis dignis lamentis prosequi possit? Quinam libri eam capient? Vna vtiq; illis columna eorum calamitate inusta totus terrarum orbis est, per quem variè fusi sparsiq; sunt, cultusq; abolitus & extinctus, ipsumq; adeo Hierosolomitanæ vrbis solū ita misere deuastatum, vt vix agnosci queat: quod etiam hactenus duntaxat illis patet, idque tantū fructus ex vetere sua gloria & amplitudine percipiunt, vt in die conspicui facti, solitudinem lugeant. Porro cum seditiones agitare admodum graue sit, plurimasque calamitates importet (quemadmodum & ex ijs quæ diximus, liquet, & pluribus exemplis pspicere licet) tum vero multo grauius & perniciosius est, compressis inimicitijs, pacisque bonis degustatis, in eundem rursus morbū prouolui, atque ad proprium, vt dici solet, vomitum redire, ac ne ipsa quidem experientia, quæ stultorum magistra est, emendari. Etenim eos leuitatis stoliditatisque notam subire comperio, non qui in vitio aliquo perseuerant, sed qui instar auræ in constantis, aut Euriporum reciprocationis, aut instabilium maris fluctuum temere in contrarias sententias feruntur ac reuoluuntur. Atq; illud insuper mecum expendo, ijs qui seditionibus conflictantur, spem saltem concordiæ solatium afferre, calamitatesque ipsorum maxima ex parte leuare (spes enim mutationis, meliorque fortuna ante oculos posita maximam opem afflictis hominibus afferre solēt) qui verò sæpenumero reconciliati ad eadem semper inimicitias relabūtur, his vna cum alijs rebus melior quoque spes adempta est: vt qui non minus pacem ipsam quam dissensionem timeant, neutrique earum propter vtriusq; leuitatē magnopere fidāt. Nec verò hæc eò à me dici quis quam suspicetur, quod pacem omnem amandam complectendamque esse existimem (nam vt optimam quandam dissensionem, ita perniciosissimam quandā concordiam esse perspectum habeo) sed de ea demum pace loquor, quæ bona est, boniq; causa initur, Deoq; coniungit. Atque vt hæc breui distinctione explicētur hanc à nobis in hac virtute adhibendam esse rationem censeo, vt nec segniores simus, quā modus postulet, nec rursus acriores & ardentiores, vt nec ob lenitatem re-

Judæi Romanis subiecti.

Admonitio

Experiētia stultorum magistra.

Spes.

Non omnis pax amanda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sent. mere nos quibuslibet aggregemus, nec ob petulantiam ab omnibus desciscamus: vt enim iners est supina segnities: ita leuitas agrestis & à societate abhorrens. Cum igitur manifesto se prodit impietas, tum no-
Notandum hoc Gregorio. bis potius faciendum est, vt ferro, & flammis & turbulentis temporibus ac princi-
concilium. pibus atque, omnibus denique rebus obuiam eamus, quam vt mali fermenti participes efficiamur, perniciosaq; doctrina imbutis assentiamur: nec quicquam perinde metuendum est, quam vt ne quid magis quàm Deum timeamus: ob eamque causam fidei veritatisque, cuius serui sumus, doctrinam perfidè deseramus. At cum suspicio sola animum nostrum male haber, timorq; nullis certis argumentis innixus: tum vero lenitate potius quam celeritate vti conuenit, demissione potius quam arrogantia & contumacia: longeq; melius & conducibilius est, vt in cõmuni corpore manentes (membra enim alij alio rũ sumus) instauremus nos inuicẽ atq; instauremur, quã vt præiudicio per secessionẽ facto, fideiq; auctoritate per sècessionẽ amissa, tyrannico potius quã fraterno more pro potestate correctionẽ imperemus.
Ephes.2. Coloss.1. Gregorio patri. Quæcũ cognita & explorata habeamus, fratres, cõplectamur, nos mutuò, exosculemur, vnũ vere efficiamur, eum qui macerię interst itiũ soluit, ac per sanguinẽ suũ omnia cõciliauit, atq; pacauit, imitemur, Dicamus communi huic patri, venerando seni, clementi & bono pastori: Vides probitatis tuæ præmia: tolle per gyrũ oculos tuos, & collectos filios tuos vide, quẽadmodũ cupiebas, quodque vnum vt tibi contingeret, noctes dieśq; postulabas: quo tandẽ in senectute bona peregrinationis tuæ dies cõcludas. En oés ad te venerunt, ac sub pennis tuis requiescunt, tuumq; altare cingunt, cũ lachrimis illi quidem digressi, cum gaudio aũt recurrentes: Gaude & oblectare, patrum optime ac indulgentissime, quoniã his, omnibus, nõ secus ac sponsa mundo suo, indutus es & circũamictus. Loquere tu quoq; ad nos: Ecce ego
Esa.8. Ioan.18. & filij mei, quibus me Deus donauit. Adde aliam quoq; vocem tibi congruentem. Quos dedisti mihi seruaui, nec quenquã ex ijs perdidi. Atque vtinam nemo pereat: sed omnes in vno spiritu maneamus, vna mente collaborantes fidei Euangelij, vna animes, vnum idemq; sentientes, fidei clypeo armati, succinctos in veritate lumbos habentes, aduersus Satanam vnum eiusq; milites bellum gerentes, non eos timẽtes, qui corporis quidem obtruncandi potestatem habent, cæterum animã arripere nequeunt: sed eum, cui in corpora animasq; nostras imperium est, formidantes: præclarũ depositum, quod à Patribus nostris accepimus, custodientes, Patrem & Filium & Spiritum sanctum adorantes, in Filio Patrẽ, in Spiritu Filium cognoscentes, in quos Baptismi aqua tincti sumꝰ, in quos credimus, quibus nomen dedimus, 16 prius eos diuidentes quam coniunxerimus, priusque coniungentes quam distinxerimus: nec tria tanquam vnum accipientes (neque enim eiusmodi sunt hæc nomina, vt per se non subsistant, aut vt de vna tantum Hypostasi prędicẽtur, quasi opes nostræ in nominibus non in rebus sitæ sint) & tria vnum esse credentes: vnum enim sunt non Hypostasi sed diuinitate, vnitas in Trinitate adoranda, & Trinitas in vnitatem collecta, tota adoranda, tota regnans sede & gloria, mundo sublimior, tempore superior, creationis expers, nec occasionis, nec tractu, nec deniq; ro vlla perceptibilis, sola quidem quo erga se ordine intelligens, nobis tamen æquè veneranda & adoranda: sola etiam in Sancta sanctorum penetrans, creaturas autem omnes foris relinquens 17 alias primo velo, alias secundo intercluſas atque diremptas: primo nimirum cælestes & angelicas à deitate, altero vero naturam nostram à cælestibus. Hæc, fratres, agamus, hoc animo simus, eosque qui aliter sentiunt, vt veritatis labem & corruptelam, quoad quidem licebit, assumamus atque curemus, eorum deplorate ac perditè affectos auertamur: ne alioqui morbum eorum antè contrahamus, quam illis salutem nostram impertiamus. Ac Deus pacis, illius inquã pacis, quæ intellectum omnem exuperat, nobiscum erit, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorũ. Amen.

SCHOLIA IN SVPER. ORATIONEM.

1. *Inferni dissipationẽ*) Alludit ad illud Dauidis Psalmo 140. Dissipata sunt ossa nostra secus infernũ, ὑπὲρ ᾅδην, i. plus quàm infernus. hoc est, pene maior in nobis fuit perturbatio & confusio quàm in inferno.

2. *Pro veritate*) Christus veritas vocatur, Charitas, Lapis angularis, Petra, Pax, Sapientia, Lux, Vita, Ostium, Ouis, Caput. Ab his nominibus argumenta ducit Nazianzenus, atque ostendit turpe esse eos inter se dissidere, qui Christum tot nominibus nos ad pacem adhortantem, mutuamq; concordiam quasi legislatorem, principem agnoscant.

5. *Qui Verbi à temeritate alieni*) Greg. melius ἐκ τοῦ λόγου τῆς ἀλογίας ἐκτὸς. Vna eademque pagina τὸν λόγον variis significationibus vsurpat. Nam & λόγον ὑποστάσεως intelligit, & προφορικὸν & ἐνδιάθετον, & pro literarum sacrarum studio accipit: nonnunquam etiam pro fidei & pietatis doctrina. Nã ὑπὲρ τοῦ λόγου διπλοῦν exponere solet Nicetas nostri Theologi interpres, vt vel sit pro Filio Dei, vel pro pia atq; orthodoxa fide periclitari.

4. *Non in vastis imperiti pastoris*) Alludit ad illud Zachar. 11. cap. σκῦλον ποιμένος πεπλάνου ἀτελοῦς. Quibus verbis inertia mali antistitis, nullisq; ad rectè pascendum gregem præsidijs instructi significatur.

5. *Eodem loco patriam*) Alij, inquit, eam terram, in qua ipsis nasci contigit, suam vocare solent: ego verò nullam meam voco, sed omnes pro alienis habeo. Dei enim est terra & plenitudo eius, Psalm. 23. Vnde etiam Diogenes ille Cynicus, vt est apud Laërtium, cùm ex eo quæreretur, cuias esset, mundi ciuem se esse respõdit: quod Graeci vno verbo dicunt κοσμοπολίτην. Sic apud Cic. Tusc. 5. Socrates interroganti cuias ipse esset, mundanum se esse pronunciat. Ac scitè in eadem quæstione Teucer dicit patriam esse, vbicunq; bene.

6. *Spem minimè pudefacientem*) Vt acutè attingit locum illum, qui est apud Paulum Rom. 5 Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit.

7. *Mensamq; verborum*) Hic quoq; alludit ad illud Prou. 9. Sapientia immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. In Graeco Nazianzeni ἡδὺσμα λογικὸν malui vertere mẽsam verborum, q. mensam rationalem. Hoc enim vult, sibi in animo esse amicos suos orationis epulis accipere. Potuissem etiã fortasse non minus aptè vertere spiritualem: vt idem sint λογικὸν & πνευματικὸν, ac pro synonymis à Gregorio posita fuerint. Mille enim locis τὸ λογικὸν τῷ σωματικῷ opponit. Atq; ad eũdem modum in Orat. ad Greg. Nyss. ἀλλ' ἀκούσεται λογικὰ ζωντανοῦντος πρὸς ἀνθρώπους λογικὰ καὶ ἀκρέατα θεὸς ὢν πνευματικὰ διακονίας, ἀλλ' ἐν σαρκὶ πολιτείᾳ.

8. *Iudas & Israel*) Aptissima verborum similitudine vsus est. Vt enim tribus Iuda reliquis; Israelita cùm vnum eundemq; generis auctorem haberent, in partes tamen distracti sunt: sic Nazianzenus quoq; qui ab eodem Christo censebantur, in diuersa tamen studia discesserant, atq; intestino bello laborabant.

9. *Per odium nos*) Id est, Simulatq; nos mutuum odium ardere cœpimus, tu quoq; nos exosos habere cœpisti: vt cùm te nobis ob dissidia nostra inimicum factum esse perspiceremus, pace inter nos conciliata tecum in gratiam rediremus. Atq; ita contrarium contrario, hoc est pacem odio comparasti

10. *Populus inops*) Alludit ad illud Psal. 74. Nec auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.

11. *Cùm coccum seminassem*) Prouerbialis locutio, qua licebit vti, quoties res aliqua prater spem alicui optimè cesserit. Cui ex diametro opponitur vulgatissimum illud prouerbium, Δυσωπὸς ἀνθρακιαί, Thesaurus carbones. De quo vide Eras. in Chiliad.

12. *Pastorem longe præst*) Basilium magnum haud dubiè intelligit, qui Cæsariensis Ecclesiæ clauũ postea gubernauit, eumq; Sasimis antistitem præfecit. Presbyter enim dumtaxat erat, cum hanc orationẽ habuit: quemadmodum ex ipsius vita, quam Greg. Presbyter literis mandauit, apertissimè colligi potest. Certè orationis huius initio testatur se nunq; antea in Ecclesia concionem habuisse.

13. *Data præcisa parti capita*) Episcopos Arianos intelligit, qui à Georgio Alexandrino non pastore sed crudelissimo lupo missi ab omnibus Episcopis chirographum impietatis exigebant. De quo in Orat. funebri in Patrem. Horum enim fraude circumuentus Imper. Constantinus ἔγραψε τοῖς ἐν ὁμοίοις ἐκ ὁμοουσίου, ἐκ μιᾶς τινὸς βλάβης εἰς αὐτοὺς, vt ait Nicetas in Comment. Orat. in Athanasium, hoc est, scripsit idem esse simile & cõ substantiale: nec ex ea quicq; detrimenti orthodoxæ doctrinæ asserri, vt ea voce vti malit. Quam etiam in fraudem incidit Gregorius pater.

14. *Et mansuetus verè pugnax*) Alludit ad illud Ioel. cap. 3. ὁ ῥαὶ ἐκεῖ μαχητάς.

15. *Vt per caliginem*) Greg. ἵν' ἐν σκοτομήνῃ κρύβδην. Verba sunt Dauidis Psal. 11. vel secundum 70. Interp. 10 Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. Vox porrò σκοτομήνη illunem noctem sonat.

16. *Primùm eos diuidentes*) i. Simulatq; eos natura atq; essentia coniunxerimus, Personis quoq; distinguẽtes: ne vel nefaria coniunctione in Sabellij hæresim, vel scelerata diuisione in Arij blasphemiam protoluamur.

17. *Alias primo velo*) Quemadmodum, inquit, Israeliticus populus ab eo loco, cui Sancta sanctorum nomen erat, interiecto velamine arcebatur: ita à perfectissima diuinitatis cognitione Angeli pridem velo vno diuiduntur, mortales autem duplici. Est enim velut alterum quoddam velum inter purissimas illas simplicissimasq; mentes & nos interpositum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORII NAZIANZENI DE PACE

Oratio secunda.

ARGVMENTVM.

QVoniam dissidium aliquod, quod inter Catholicos interciderat, Ariani quantum poterant, verbis adaugebant, atque ex musca, vt dicitur, elephantum faciebant: hac secunda Oratione primùm id agit Gregorius, vt ostendat hanc contentionem non tantam fuisse, quantam illi calumniabantur, immò quò ad fidem & religionem, perpetuum inter eos consensum extitisse. Hinc ad confutandam eorum opinionem transit, qua Filium à Patre genitum, Spiritum autem progressum negabant, eosque in creaturarum ordinem redigebant. Mox veram ac simplicem de Trinitatis doctrina confessionem subnectit. Ac postremò votis pro Arianorum salute ac resipiscentia factis, eorum aduersus pietatem scripta vt vana & friuola sugillat. Hæc autem Oratio eiusdem argumenti cum superiore videri poterat, nisi Gregorius iampridem à Sancta Trinitate dignum se habitum fuisse ad finem huiusce Orationis testaretur, qui eius diuinitatem prædicaret. Ex quibus verbis inter vtramq; Orationem multum temporis effluxisse constat.

FERVIDVS Zelus, clemens Spiritus, benigna charitas, vel potius ipsemet benignitas, æquaminis spes, zelus accendit, Spiritus mitigat, spes expectat, charitas constringit, nec bonum quod in nobis est, dissipari ac diffluere finit, quanuis alioqui fluxæ fragilisque naturæ simus: atque è tribus vnum, aut cùm nobis ineſt, manet: aut cùm conuulsa labefactataque est, *Simil.* in integrum restituitur, aut cùm abscessit reuertitur, non secus ac plantæ, quę manibus per vim abstractæ simulatque missæ sunt, statim ad sese primamque suam naturam recurrunt, idque sibi proprium declarant, vt inuitæ quidem inflectantur, & non inuitæ corrigantur. Quanquam enim in procliui sit vitium, ingensque ad *Vitium in procliui.* malum cursus pateat, vndæque in præceps celerrimè labenti similesit, aut etiam festucæ cuipiam, quæ ad scintillam & ventum facilè succenditur, flammaque effecta, vnà demum cum suo fœtu extinguitur: (flamma quippe materiæ fœtus est, ac materiam ipsam non aliter atque improbos homines improbitas absumit, tãdemque cum suo alimento simul emoritur) si quis tamen virtutis cuiusdam habitum assecutus fuerit, minus iam facilè à virtute desciscet, quàm virtutem primùm adeptus fuerat. Quandoquidem bonum omne tempore ac ratione confirmatum vim obtinet: velut hæc quoque animis nostris infixa charitas, cum qua veram charitatem colimus, & quam charitate complexi sumus, totiusque vitæ moderatricem statuimus. Vbi sunt igitur, qui res nostras tam honestas & laudabiles quàm cum vitio coniunctas obseruant, non vt eas expédant, sed vt improbent: nec vt nobis gratulentur, sed vt insultent, atq; & ea, quæ laudem merentur, calumniando deprimant, & quæ reprehensione digna sunt, tragicis verbis exaggerent, ac insectandis proximorum erratis excusationem vitijs suis quærant. Quæ etiam ipsa vtinam saltem æqua lance ponderarent. Nonnullum enim ipsa quoq; ira fructum haberet, vt est in prouerbio, si inimicorum metu cautiores efficeremur. Verùm cùm odio animiq; peruersitate, quæ rationi tenebras offundit, ipsiq; vituperationi fidem oẽm auctoritatemq; detrahit, ad iudicandum accedũt. Vbi sunt igitur, q diuinitati nobisque

que peræq; infesti sunt? Hoc enim ex omnibus quæ patimur clarissimum & magnificentissimum est, quod cum Deo pericliamur. Vbi sunt, qui suorum quidẽ faciles clementesq; sunt iudices alienorum autem exacti rigidiq; censores, vt hic quoque fucum veritati faciant. Vbi sunt, qui vibices nobis obiectãt, ipsi vulneribus affecti, qui offendicula nostra exagitant, cũ turpiter ipsi prolabantur, qui maculis nostris gaudent, cum ipsi in cœno volutentur qui festucas nobis proferunt, quæ nec insidentes magnum dolorem afferant, & facile depelli atque efflari ab oculis possunt, cum interim trabium mole oppressi misere caligent? Agite igitur, arcanorum nostrorũ estote participes: ad concilium vos licet nobis infestos vocamus: arbitris vtimur hostibus (ô insignem arrogantiã vel certè fiduciam) vt pudefacti victiq; recedatis (quo quid magis nouũ & insolens) cognita nimirum ex eo ipso quod ægrotamus, nostra sanitate. Non enim de diuinitate controuersiam habuimus, sed ordinis ac disciplinæ causa certamen inimus: nec de eo inter nos cõtentio exitit, a vtra impietas potius eligenda esset, cane quæ Deum cõtrahit, an illa quæ vel Sp. sanctũ duntaxat, vel Filium quoque ipsum vna cum Spiritu à diuina essentia distrahit: alteramne impietatis partem amplecteremur. Hi enim, vt in genere dicam, huiusce tẽpestatis morbi sunt. quandoquidẽ certi hẽ assensiones in corde suo ponũt, non confessionis, sed abiurationis, nec theologiæ, sed blasphemiæ. Etenim de liberalitate ac munificentia in profundẽdis impietatis opibus inter se certant, perinde atq; non id metuant, ne impijs erroribus sese constringant, sed ne hac in re leuius tollerabiliusq; peccent, quam cæteri. At nostra haudquaquam eadem est ratio. Nam quod ad diuinitatem attinet, non minus quam ipsa secum diuinitas (nisi hoc nimium sublimiter ac magnificè à me dictum videatur) inter nos consentimus concordesque sumus, labiumque vnum & vox vna existimus, contrario tamen modo atque ij qui Turrim olim extruebant. Illi enim in malum conspirabant: at nos præclarissimis quibusque de causis concordiam inter nos colimus: vt vno animo atque ore Patrem & Filium & Sp. sanctum celebremus, idque de nobis prædicetur, quod vere in vobis fit locus, eos à quibus vnitur vniens, & eos, à quibus laude & gloria celebratur, gloria afficiens, nec tantum prædicetur, sed etiam credatur. Verum alijs de rebus contentio inter nos intercessit, male quoque id quidem: non enim inficiabor (nec enim diabolo aditum vllum aut ansam, nec improbis linguis libertatem datam oportuit:) non tamen tanta, quam obtrectatoribus nostris videtur. Nam cum in hac humanæ naturæ imbecillitate facere non possemus, quin aliquid peccaremus: nostrum illud erratum fuit, quod pastores nimiũ amauimus, nec ex duobus bonis, vtrum melius magisque expetendum esset reperire potuimus, quã diu nobis æquè vtrumque mirari contigit. Hoc nostrum crimen est. Hoc nomine qui volet, nos condemnet aut absoluat. Hoc illud est, quod hæreticis securitatem affert: nec præter id quicquã habetis, quod nobis inpingatis, ne si maxime quidem cupiatis. Muscæ, inquit ille, oleo immorientes atque imputrescentes ipsum vitiant. At liuor ea quæ recta & honesta sunt, virtute ac labefactare volet ille quidem sed nõ poterit. Omnium etenim rerum fortissima est veritas, vt cum Esdra cẽseo. Ac nos quidem nostras controuersias inter nos ipsi sustulimus ac si opus fuerit, tollemus. Non enim fieri potest, vt filij parentibus scelerate litem intendant, interueniente præsertim communi Trinitate pro quã bello vexamur, & propter quam haudquaquam bellum ipsi geremus. Ego pacis sum sponsor, tantillus tantæ rei quoniam Deus humilibus dat gratiam, sublimes contra ad terram vsque deprimit. Quid verò ad vos hinc emolumenti redit, ô communes nostri pacificatores? (Pacificatores enim estis, idque beneficij nobis inuiti confertis.) Nõ enim propterea pij estis, si quid ipsi vel leuius vel grauius peccemus. Nos quidem reprehẽsionem meremur, si quid mali admiserimus: at vos interea impij esse non desinetis, etiam si in peccatum incidamus: immo eo etiam maior est impietas vestra, quo ij, qui labuntur, acerbiores estis. Atque vt nos omnibus in rebus concordes esse perspiciatis, ex eoque perpetuam etiam hanc concordiam fore intelligatis (tametsi huius rei fidem iam; vt opinor, vobis ea, quæ videtis, fecerint, Pater nimirum animi candore præditus, & Filius obsequens, alter alteri pari grauitate assidentes, à quibus si qui in vobis beneuolentiæ concordiæque fomites erant, excusati sunt) tamen id quoque sermo persuadeat. Atque alterum quidem iam audijstis, eiusque admirabilis oratio mea etiamnum auribus insonat, omninoque plusquam in aerem fusum est, in animis nostris conditum atque infixum esse confido: alterum aũt rursus audietis si rursus expetitis, & si cui nondum ad probationẽ sufficiunt, quæ sæpenumero prædicata

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicata sunt, atque etiam tentationes illæ & lapidationes, quas & iam pertulimus, & perferre parati sumus, nequaquam detrimento ducentes pati, sed potius non pati: idque [5] eò magis, quòd periculorum, quæ pro Christo subeuntur, gustum cepimus, præclarissimumque ex illis fructum, hoc est populi huius amplificationem retulimus. Quid igitur vultis? Vtrum id vobis persuasum est, nihil vt nos hac de causa negocij quicquam suscipere, ac secundam de diuinitate orationem habere opus sit, nostræque infirmitati parcitis, quæ tanta est, vt vix hæc ipsa proloqui possim? An potius illud agendum, vt velut surdioribus auribus eundem sermonem identidē inculcemus: quò diuturna saltem vocis contentione in audientium aures loquamur? Sed me hac vestra quiete & silentio ad dicendum inuitare videmini. Nam [6] silentium paræmia quoque ipsa consensum esse docet. Proinde vtriusq; sermonē ex vna anima atq; ex vno ore accipite. Illud demum molestum est, quòd hæc in sublimem quendam montem euectus, vocemq; desiderio parem consecutus ad omnes eos simul, qui peruersam doctrinam fouent, in vniuersō orbe, velut in communi quodam theatro proloqui nequeo. Filij hominum, vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mēdacium: dum non vnam nec simplicem diuinitatis naturam, verùm aut tres inter se disiunctas atq; distractas, atq; adeò defectibus excessibusque pugnantes inducitis: aut vnam quidem, sed ieiunam & angustā (quippe quæ hoc non habeat, vt magnorū causa sit, perinde atque vel non potuerit, vel noluerit) idq; duplici de causa, vel ob inuidiam, vel ob metum: illud videlicet, ne quid æquale introducatur, hoc, ne inimicum & pugnans. Atqui quantò Deus creaturis excellentior est, tantó vtiq; primæ causæ magnificentius est, diuinitatis quàm rerum creatarum principium esse, ac per intermediam diuinitatem ad creaturas venire, [7] quàm vt contrà harum causa, diuinitas, producta fuerit, quemadmodum sublimibus istis nimiumq; curiosis indagatoribus placet. Etenim si in Filij Spiritusque sancti dignitate asserenda eo progrederemur, vt eos vel principij expertes esse diceremus, vel ad alterum principium referremus, [8] timendum profectò esset, ne Deus ignominia afficeretur, aut cōtrarius Deus à nobis inucheretur. Cùm autem quantumlibet Filium aut Spiritū extuleris, nunquam tamen supra Patrem eos posueris, nec à causa abstraxeris, verùm illud præclaram generationem, admirabilemque processionem referas, perconta bor ex te, qui Ingeniti Anarchique amorem tantopere præ te fers, vter tandē Deo maiorem ignominiam inferat, isne qui ipsum talium, quales tu inducis, principium constituat, an ille, qui non talium, quales tu inducis, principium constituat, sed æqualem naturam & gloriam habentium, qualesque doctrina nostra profitetur? An verò tibi ad honorem amplum, atque adeò amplissimum cedet, quòd filium habeas, idque eò magis, si patrem in omnibus rebus exactè referat, veramque progenitoris sui noram atque effigiem gerat, tibique sexcentis seruis imperare minus iucundum futurum est, quàm vnius filij parentem esse: Deo autem quidpiam maius erit, quàm Filij patrem esse, quod quidem glorię accessio est, non decessio, quemadmodum & Spiritus productorem esse? An te illud fugit, cùm Deum Filij ac Spiritus velut creaturarum principium statuis, nec Principium ab ea honorari, & quę ex eo manant, ignominiis affici: illud, quid vilium & exiguorum de diuinitate indignorum Principium constituis: hęc, quia parua, nec creata tantùm sed omnium quoque, quæ creata sunt, contemptissima atque abiectissima facis? quidem horum causa, atq; aliquando dita sunt, non secus ac instrumenta abfice, quæ ante artifices non erant, nec extitissent, nisi quid eorum opera creare collibuisset, perinde videlicet luntas ipsa nequaquam sufficeret. Quid enim alicuius rei causa effectum abiectius est eo, propter quod factum Atego diuinitatis Principium tempore expers, inseparabile atque infinitum cens, & Principium, & ea quæ à Princ manant, æquo honore prosequor: quia talium est Principium, hæc, quia modo, & talia, & ex tali, nec tempore, natura, nec cultu & veneratione cta, vnum diuisim existentia, & coniu diuisa (dictu licet mirum) non minus relationem, quam inter se habent, da, quàm vnumquodq; sigillatim acc & intellectum perfectam ex tribus fectis Trinitatem, vnitate nimirum sese propter opulentiam proferente, rio autem superato, proptere a quòd materiam & formam sit, ex quibus ra constat. Trinitate verò propter fectionem definita (hæc enim prima compositionem superat:) vt nec angu maneat diuinitas, nec in infinitum datur. Illud enim minus glorioſum, Ethnicum ac plurium deorum cult redolens. Quin hoc quoque, nec in

fortasse atque imperitè, sed perquàm etiam prudenter & circunspectè mecum reputo, tibi quidem nihil periculi ex eo imminere, si Filium genitum asseruerīs. non enim verendum est, ne is qui minimè generatus est, crassi corporeiq; aliquid in gignēdo patiatur, cum ne corpus quidem sit, idque vel communes ipsæ de Deo notitiæ facilè concedunt. Quare quid nobis timorem fingimus, vbi non est timor, frustraq; impia dogmata complectimur, vt vulgo dici solet? At vero mihi periculum est, ne diuinitatis iacturam faciam, si creatum ad misero. Nec enim qui creatur, Deus est, nec Dominus, qui conseruus est, quamlibet alioqui primas inter seruos & creaturas ferat, atq; hac vna re meliorem conditionem habeat, quod in contumelia humanius aliquantò tractetur. Nam qui eum debito honore fraudat, non magis ipsum per id quod tribuit, honore afficit, quam per id quod eripit, contemnit atq; aspernatur, vtcunq; resea honoris speciē & prætextum habeat. [10] Quod si passiones circa generationē tibi fingis, quid impedit, quò minus idem quoq; circa creationem faciāt? Nam ne id quidem quod creatur, citra passionem creatur. Quod si nec generatus est vt affirmas nec creatus est, vt vera doctrina censet, quod tibi reliquum est, accipe: qui p creaturæ nomen eò pene audacię prumpis, [11] vt æqualem tibi dicas. Ac tu quidem scelerate diuinitatis iudex atq; arbiter, nihil intentatum relinquis, nihil non audes (non enim alia ratione nomen tuum illustrare poteras, quā si, vt barbari atq; importuni homines, quiq; facultates suas per scelus ac fraudem augere studēt, infirmiores fortunis exturbāt, eodem tu quoq; modò Deum ab imperio & dominatione procul summoueres) Ego contra vnā vocem eamq; breuem & cōpendiosam habebo. Trinitas verè Trinitas est, fratres: Trinitas porro nō diuersarum rerum enumeratio (quid enim alioqui prohibeat, quominus & decadem & centonem ac myriadem nominemus, si cum tot numeris componatur? Multa quippe multoq; his plura in numerum cadunt:) sed æqualium honoreque parium complexio, nomine scilicet ea, q̄ natura vnita sunt, cōnectente, nec quę solutionem nesciunt, solutili numero dissipari sinente. Sic sentimus, sic aīo affecti sumus, vt q̄ relationem atq; ordinem hæc inter se habeāt, Trinitati ipsi soli, ac purgata mente hominibus, quibus vel in hanc vitā vel in posterū Trinitas patefecerit, noscendum relinquamus: nos autem vnā & eandem diuinitatis naturā agnoscam[9], Principij vacatione, generatione, ac processione cognobilem, quēadmodum id quod nobis ineſt, mente sermone ac Spiritu intelligitur (liceat em̄ ex paruis & sensu pditis de maximis rebus & ratione ac mente peeptibilib[9] cōiecturam facere, quandoquidem nulla imago veritatem assequi potest) ipsam secum cōcordem semper eandem, sem p perfectā, qualitatis, quantitatis, tēporis, creationis expertē, incōprehensibilē, nunq̄ se deserētem nec deserturā, [12] vitas & vitā, lumina & lumen, bona & bonū, glorias & gloriā, verā & veritatem ac spiritum veritatis, sancta & sanctitatem ipsam, Deum vnumquodq;, si eorsim consideretur, mente videlicet ea, q̄ separari nequeūt, separāte, Deum rursus hęc tria, si quidē simul intelligantur, ppter motionis & naturę identitatem, eā rationē habentem, vt nec supra se quicq̄ reliquerit, nec aliud quicq̄ trāscenderit: nihil em̄ huiusmodi erat: nec rursus quicq̄ post se relictura aut superatura sit: quid em̄ huiusmodi futurū est? ne deniq; secum aliquid æquale admittat: nihil em̄ est ex omnibus rebus creatis, & seruis, & participantibus, ac circūscriptis, q̄ ad increatā illam & dominā, ac communicantē infinitamq; naturam aspiret. Verùm alia longo prorsus ab ea interuallo distant, alia quodāmodo ad eam accedūt, atq; accessura sunt, idq; non natura sed gratia, nempe cùm seruitutis officio apud Trinitatem egregiè perfuncti supra seruilē ordinem euecti fuerimus: nisi tū hoc quoque ipsum libertas & regnū est principatū nimirū probè agnoscere, nec ea, q̄ inter se distincta sunt, per animi abiectionē confundere, ac permiscere. Porro quibus tam lucu lētum atq; honorificum est seruijsse: quantus tandem horum principatus censendus est? [13] Et cum in cognitione beata vita consistat, quantum illud est, quod agnoscitur? Hoc nobis illustre illud mysteriū designat nostra in Patrē & Filium & Sp. sanctū, nomenq; cōmune fides & regeneratio, impietis abnegatio, diminitatis confessio. Nā hoc cōmune illis nomen est. Quocirca qui trium horū aliquod cōtemptui habet, aut separat, confessionem quoq; ipsam contemnit, hoc est regenerationem, diuinitatem, deificationem, ac deniq; spem vitæ sempiternæ. Videte, quid Spiritus nobis afferat, diuinitatem ipsius confitentibus, quibusq; rursus mulctet, cùm spernitur ac reijcitur. Mitto enim terrorem atq; iram, non ipsi cultoribus, sed contemptoribus denunciatam. Atque hec nobis ad vos breuiter dicta sint, non disputandi modo, sed docendi, non Aristotelico, sed piscatorio, non im-

Psalm. 4.

Ioan. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

improbè ac veteratoriè, sed simpliciter, non circumforaneè, sed concionatoriè & Ecclesiasticè, non ambitiosè, sed fructuosè: vt qui aduersum nos publicas conciones habetis, in eoque vno concordes estis, nos vnam eandemque sententiam tenere eadem doctrina afflari, idem spirare intelligatis, nec vt famelici quidam, parua nostra siue peccata, siue ludicra dicenda sunt temere in vulgus spargatis. Extremę quippe miseriæ est non proprijs viribus, sed aliorum imbecillitate niti atque confidere. En dextras mutuas inspectantibus vobis iungimus. En quid Trinitas effecerit, quam nos pari cultu celebramus & adoramus. Hoc vos benigniores magisque orthodoxos reddet: atque vtinam in ea re exaudiamur. Vtinam hic dies, dies sanctus vocetur, non cõtentionis, sed latitudinis: non tentationis monimentum, sed sed triumphale festum: vt mutua nostra concordia totiusque pene terrarum orbis, qui partim iam ante integra erat valetudine, partim sanitatem recuperauit partim conualescere incipit, vobis quoque salutis ac reformationis causa sit. O sancta & adoranda & longanimis Trinitas: longanimis enim, quæ eorum, à quibus scinderis, impietatem tandiu toleras. O trinitas, cuius ego qui cultor essem minimeque fictus præco, iampridem dignus habitus sum. O Trinitas omnibus aliquando vel per illuminationem, vel per pœnam agnoscenda, vtinam hos quoque, qui nunc contumelijs te proscindunt, adoratores accipias, nec quenquam, ne ex minimis quidẽ amittamus, vel etiam si mihi propterea aliqua gratiæ iactura faciẽda sit: non enim tantum dicere aùdeo, quantum dixit Apostolus. Quid? Hæc vobis minus grata sunt, ac lingua distorquetur, confutationemque parturit. Hanc quoque aliquando videbimus, aut quibus plus ocij quam nobis suppetit, ac scitos & elegãtes vestros fœtus imo abortus cognoscemus, cum ruptis aut dura & solida disputatione confractis[14] aspidum ouis, inanes eos & subuentaneos esse apertè demonstrauerimus, atque impietatis basiliscum in ipsis latitem in medium protulerimus, basiliscum quidem illum, cæterum mortuum & imperfectum ac motu carentem, ipsisq; partus doloribus immortuum, ac priusquam gignatur extinctum (libet enim verbis vestris vti, vt nonnihihil gratiæ apud vos eam) non magis ob contemptionem exercrandum, quam ob abortionem miserandum. Hoc nobis, mihi credite, daturus est ille, cuius munere nobis concessum est, super aspidem & basiliscum ascendamus, & super serpentes ambulemus, qui eiectum Satanam velut fulgur è cœlo collabentem propter antiquũ splendorem, vel impentis instar fugientẽ propter sequentis obliquitatem, atq; in naturæ humi reptis commutationẽ, sub pedibus nostris quotui conteret, vt à malis & calamitatibus quantũ respiremus, summoto penitus dolore, mœrore ac gemitu, nunc & in posterũ, in Christo Iesu Domino nostro cui gloria & robur in secula seculorum. Amen.

Sent.

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM ORATIONEM.

1. *Nonnullum enim ipsa quoque ira*) In Græco Heruagij codice legitur, ἴσως καὶ ἀντὶ χολῆς ὀργῆς. Ex vetusto tamen Regina codice locus emendandus est, ac pro χολῆς legendum χολῆς. Liceret enim, inquit, ex inimicorum nostrorum in nos maleuolentia, animique virulentia fructum aliquem decerpere: si maledicentiam eorum metu vitam nostram cautius & prudentius instituissemus. Quà de re extat elegans Plutarchi tractatus, cui titulus est, De vtilitate ex inimicis capienda.

2. *Cum Deo periclitamur*) Id est, Non alio nomine nobis infesti sunt, quàm quia Dei fidem constanter tenemus, nec ab eaminus vllis auerti possumus.

3. *Vibices nobis obiectant*) Hæc omnia prouerbia commodè in eos torqueri possunt, quicùm grauissimis criminibus ob stricti sint, leuissimas quoque aliorum noxas atrocibus verbis insectantur.

4. *Vtra impietas*) Sabellij & Arij hæreses intelligit: de quibus in Apologetici Scholijs diximus.

5. *Eoq; magis quod*) Hæc enim pijs viris afferunt dolores pro Christi fideique defensione perlati, vt adversa in posterum perferenda vehementius incitentur, quemadmodum alio quodam loco testatur Theologus.

5. *Silentium paræmia*) Qui enim tacet, consentire videtur, vt vulgatissimo prouerbio iactatur.

7. *Quàm vt contrà*) Filius enim (blasphemabant Ariani) propter nos factus est, vt nos per eum velut instrumentum crearet Deus: neq; is substitisset, nisi nos Deus creare voluisset. Niceph. lib. 8 cap. 8.

8. *Timendum profectò esset*) Dogma Arianorum erat, Filium & Sp. sanctum à Patre creatos esse: Catholici contrà, Filium genitum esse, & Spiritum procedere contendebant. Ariani Patris honorem gloriamque impietatis suæ prætexebant, imò, inquit Gregorius, nos Patrem honoramus, vos deprimitis ignominiaq; afficitis. Nos enim eum Filij & Sp. sancti creationis expertium causam esse profitemur: vos eorum vt creaturæ causam esse affirmatis. At qui multò excellentius est Patri, Filij vt Dei causam esse, quàm vt creaturæ, & quidem viliores atq; abiectioris quàm ipsi simus. Si enim ideirco à Patre creatus est, vt nos posteà per eum tanquam instrumentum quoddam crearemur (quemadmodum ipsi falsò asseritis) nobis profectò vilior sit, necesse est. Quod enim alterius causa efficitur, idem quoq; eo inferius esse constat. Hæc breuiter perstrinxi, vt Gregorij disputationi non alioqui nimis perspicuæ luminis aliquid afferrem.

9. *At ego diuinitatis*) diuinitatis. i. Filij ac Sp. sancti. Porrò ne hac principij voce cuiquam lapis offensionis & petra scandali sit, lectorem breuiter admonendum habeo, ἀρχὴν, (principium necessariò vertimus) hoc loco non de tempore, sed de causa accipiendum esse. Nam si ad tempus referatur, non minus principio carent Filius & Sp. sanctus, quàm Pater. Verum Theologi Græci in Personarum quæ ἰδιότητας, i. proprietates vocant, distinctione, τὸ ἀναρχον (quemadmodum & τὸ ἀγεννητον) Patri tribuunt, vt eum à nullo causam habere ostendant, atque hac ratione ipsum à Filio & Sp. sancto distinguant: quorum vterq; à Patre causam habet, Filius nimirum vt ab eo genitus, Sp. sanctus vt procedẽs. Ac ne quis sinistram vllam de Gregorio nostro suspicionem concipere queat, ex Oratione de Dogmate testimonium proferemus, ex quo meridiana luce clarius erit, qua significatione Principia vocem accipiat. Ergo de Filio loquens his verbis vtitur, ἐὰν μὴ ὡς ἀίτιον τὸν πατέρα λαμβάνωμεν, ὃν ἀναρχον φαμεν. ἀρχὴ γὰρ ἔχει τὸν πατέρα ὡς αἴτιον· ἐκεῖνο δὲ ἀπὸ χρόνου νοεῖται ἀρχὴν ὃ, ἀναρχον· ὃν ἀρχὴν ἔχει ὑπὸ χρόνου ὃ χρόνων διαστάσεως. Quibus verbis apertissime nullum se temporis principium in Filio agnoscere testatur.

10. *Quòd si passiones*) Hunc locum fusius tractatum videbis in Orat. de Dogmate. Passiones autem illas sic explicat Epiphanius in Arianæ hæresis confutatione. Suum enim, inquiebant illi, Patrem ex seipso, hoc est ex propria essentia Filium genuit, ὡσαύτως igitur, ὃ ὅμοιόν ἐστι καὶ ἴσον, ὃ οὐ τὸ γεννᾶν ἐπλατύνθη, ὃ συνῆκται, ὃ τι ποτὲ μὲ τὸ πάθος, τὸ σωματικὸν ὑπάρχον. hoc est, vel intumuit, vel sectionem subijt, vel in gignendo dilatatus vel contractus est, vel denique aliquid affectionibus corporeis simile passus est. Eandemq; eodem tractatu cantilenam canunt fanatici homines: Nisi inquiunt, Filium creatum dicamus, Patrem imminuemus. Quod enim creatum est, Creatorem non imminuit: quod autem ex natura progenitum est, vel contractionem, vel dilatationem, vel sectionem efficit, vel quidpiam huiusmodi affectionum progenitori suo assignat. De huiusmodi disputandi ratione grauissimè queritur Basilius in Epistola quadam ad Episcopos Occid. τυγχάνειν ἀδίκως ὑπὸ ἀνθρώπων, ὧν τὸ κέρδος θρίξι τὰ πρωτεῖα φέρεται παρασκευάζοντων τὸ ψεῦδος. Caterùm eiusmodi error, qui perpessionem circa Filij generationem astruere conabantur, in Synodo Antiochena vbi fides Nicena stabilita est, condemnatus fuit, quemadmodum videre est apud Niceph. lib. 10. cap. 40.

11. *Vt æqualem tibi dicas*) Nam si nomine solùm ac non natura est Filius, nihil ab alijs omnibus creaturis differt: quamuis alioqui dignitatis gradu præcellat. Nec enim quia Rex præfectos & duces exercitus antecellit, ideirco ijsdem affectibus obnoxius non est, quibus reliqui mortales, nec eiusdem naturæ conseruus. quippe qui mortalis sit, quemadmodum ij qui ipsius imperio tenentur. Epiphan. loco suprà citato.

12. *Vitas & vitam*) Vna quæq; enim persona separatim considerata Vita est, Lumen, Gloria, &c. cùm autem plurali numero singularem subiungit substantiæ vnitatem respicit.

13. *Et cùm in cognitione*) Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

14. *Ouis aspidum*) Eleganter alludit ad illud Esa. cap. 59. Ouа aspidum ruperunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confractum est, erumpet in regulum. Hoc melius commodiusq; libros hæreticorum comparare potuit, q. pestiferis aspidum ouis, ac Basilisco, qui solo aspectu homini necem afferre dicitur. Basiliscos porrò atq; abortus fœtus similitudinem aptissimè cepit, quia hæreticorum dogmata nihil solidum ac vitale habent, sed plerunq; antequàm parentes suos extinguãtur: certè in Ecclesia perniciem viuacia esse nequeunt, quippe aduersus quem ne ipsæ quidem inferni portæ præualere possint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORII NAZIANZENI ORATIO
tertia de pace.

ARGVMENTVM.

CVM propter mutuam quorundam Episcoporum contentionem plebs Constantinopolitana in partes diuisa, atque in diuersa studia esset distracta, totaque ciuitas perniciosissimo discordiæ morbo laboraret, vt huic malo mederetur Gregorius, hanc orationem habuit: in qua omnibus eloquentiæ viribus contentionis turpitudinem insectatur, ostenditq;, quàm indignum atque à fidei Christianæ professione alienum sit simultates & factiones exercere. Oratio hæc vehemens est & concitata, atque vt in tali argumento, miris amplificationibus exornata & affectionibus ardens.

Pacis excellentia.

PAX Amica, non re duntaxat, sed nomine quoque ipso suauis & iucunda, [1] quam nunc populo dedi, vicissimque accepi, haud scio an fineram ab omnibus fucique expertem vocem, spirituque dignam, ac non potius publica pacta Deo teste abrogata atque reiecta, vt grauior sit nostra cõdemnatio. Pax amica, meditatio mea, & decus meum, [2] quam & Dei, & cuius Deum, & quam Deum esse Scriptura pronunciat, velut in illo Apostoli loco, Pax Dei, & Deus pacis, &, Ipse est pax nostra, ac ne sic quidé reueremur. Pax amica, quã tamet si omnes vt bonam laudibus vehant, pauci tamen tuentur atque conseruant, vbinã nos tanto iam temporis spatio reliquisti? ecquando ad nos reditura es? Equidem te supra mortales omnes expeto atque exosculor, & præsentem complector, & absentem eo animi affectu reuoco, vt nec Patriarcha ille Iacob paribus vnquam luctibus lachrymisque Iosephum desiderarit, à fratribus quidem diuenditum, cæterùm vt ipsi videbatur, à fera correptum & laniatum: nec Dauid amicum suum Ionatham in acie extinctum, aut posteà filium Absalonem. Quorum àlter paternis visceribus distortus clamabat, Fera Iosephum rapuit, fera sceleste & immanis, cruentamque pueri vestem propositam quasi filij carnes osculabatur, eadem re scilicet, & dolorem suum incendens, & consolatione mitigans: alter nunc montibus illis, in quibus prælium commissum fuerat, dira omnia imprecatur, Montes Gelboë, dicens, nec ros per vos pluuia, nec ros cadat. Ac rursus Quomodo Ionathæ arcus & vires ceciderunt? Nunc parricidæ velut insonti ipse tanquam reus sese purgat, ac cum multo tuo in gratiam redit: hoc quoque forte nomine illius interitum acerbè ferens, quòd manus aduersus patrem intentasset (huiusmodi quippe paterna affectio est) quemque sibi hostili more bellum inferentem propulerat, ac profligarat: eundem oppressum atque interfectum vel amicum desiderat, natura nimirum, quæ nihil est violentius, inimicitias superante, Tristis quoq; & misera res erat arca ab exteris occupata, & excisa, atque à Gentibus calcata Hierusalem, filijq; Sion, exules mij, inquam illi, & auro comparabiles, in captiuitatem abducti, atq; etiam numero desperati, eoq; calamitatis redacti, vt in toto orbe hospites sint & peregrini. Grauiora sunt insuper, quæ nunc partim cernimus, partim audimus, patriæ captiuitate oppressæ, innumerabiles copiæ ferro prostrabentes, terra cruore & cadauerum mole laborans, extera natio alienam regionem velut propriam percurrens, non ob deformitatem & ignauiam (neq; enim eam quisquam accuset, hi enim illi sunt qui vniuersum pene orbem bello atq; armis subegerunt) sed propter vitia nostra impiamq; doctrinam aduersus Trinitatem inualescente. Sunt hæc sanè grauia & plena acerba (quis inficias iuerit, qui modò his, quæ vel pertulit ipse, vel perferentibus condoluit, calamitates censere atq; æstimare norit?) Sed nihil ex oibus rebus pernicie molestũ est, vt pax pulsa & fugata, & Ecclesia venustate sua spoliata, priscaq; dignitas & amplitudo sublata & extincta, atque

Philip. 4. 2. Cor. 13. Ephes. 2.

Quantus pacis amor ac desiderium in Greg.

2. Reg. 18. Gen. 37.

Sent.

Improbis & infidelibus deteriores Christiani permulti.

Charitas colenda. 1. Ioan. 4.

Matth. 22.

adeò inuersa ordinis ratio, vt qui prius ex non populo populus, & gens ex gente facti fueramus, nunc in eo periculo versemur, vt verendum sit, ne ex populo maximo & gente in non populum & non gentem dilabamur, atq; in veterem illum statum redeamus, in quo eramus, cùm nobis non imperares, neq; in vnum nomen ordinemq; conuenissemus. Ac profectò facilius mihi videtur aduersam fortunam ferre, q̃ secundam tueri: quippe cùm nos, qui bellis & persecutionibus robur collegeramus, & congregati fueramus, posteaquam coniuncti sumus, diffluximus ac dilapsi sumus. Quis enim, modò sensu præditus, præsentem rerum statum non deploret? Quis orationem huic calamitati parem inuenire queat? Latrones sceleris vinculo inter se deuincti pacem colunt, & tyranni dis socij, aut furti consortes, aut coniurati publicę tranquillitatis perturbatores, aut adulterij participes, atque insuper chororum sodalitia, & exercituum ordines, & nauium supplementa (mitto enim dicere patrimonia ex æquo diuisa, & aduersarias Reip. gerendæ rationes, & ciuilium munerum successiones, & magistratus lege atq; ordine progredientes, atq; adeò celebratissimam hanc sophisticen aut Grammaticen, ne dicam Philosophiam, in quam insano studio iuuenum ambitio fertur, q̃ tamen parum admodum contentionibus dissidijsque agitatur, vt plurimùm verò quieta est & pacata:) nos autem ea animi peruersitate sumus, vt nec concordiæ vllius fœdere ac vinculo cõstringi, nec vnquam in vnum coire possimus, nec ratio atque oratio vlla existat, quæ huic morbo medeatur: quin potius quasi malitiæ non virtutis doctores ac discipuli, multos discordiæ igniculos adijcimus, pacis autem & concordię leuissimam, imò nullam prorsus curam habemus. Atqui illorum cõtentiones & dissidia non multum incommodi secum aduehunt, imo etiam quædam huius sunt generis, vt rixari ac conflictari præstet, quàm animis conuenire. Quis enim nisi mentis expers flagitiosas coitiones & conspirationes comprobarit? A nobis autem si quis scisciatur, quidnam colamus atque adoremus, promptum est respondere, quod charitatem veneremur. Etenim vt à Spiritu sancto pronunciatum est, Deus noster charitas est, eoq; nomine vehementius, quàm quouis alio delectatur. Quòd si præterea rogemur, quæ legis ac Prophetarum summa sit, haud quicquam aliud qnam charitatẽ nos Euangelista respondere sinet. Quid igitur tandem causæ est, cur qui charitatem colimus, mutuis odijs flagramus? qui pacem, implacabile & inexpiabile bellum gerimus? [4] qui angularem lapidem, dirimimur ac distrahimur? qui petram, commouemur? qui lucem, caligamus? qui Verbum, tanto sumus silentio, aut amentia, aut stupore, aut, quo verbo vtar nescio, pleni? [5] vt cùm cibi & somni & cãtus, rerumque obscœnissimarum, vt dici solet, satietas sit, omniumque rerum, non modò tristium & molestarum, sed etiam iucundissimarum saturitas & fastidium tandem oboriatur, cunctaq; inter se vicissitudine quadam cõmoluantur, nobis tamen nec finis nec modus sit vllus partim inferendo rum partim accipiendorum vulnerum, non hæreticis solùm ac fidei doctrina & religione distractis (minus enim dolendũ id esset, zelúsq;, modo fines non excedens, rem præclaram à reprehensione vindicaret) verùm ijs quoq; qui eandem fidem profitentur, atq; aduersus eosdem & de ijsdẽ rebus summa contentione certant. Hoc enim omnium est sceleratissimum, vel maximè miserandum. Et quæ huius rei causa est? dominandi libido fortasse, vel auaritia, vel liuor, vel odium, vel suspicio, aut quidpiam eorum, quibus ne impios quidẽ numinisq; contemptores affici videmus. Quodque valde scitum & festiuum, ipsa [6] calculorum inuersio est. Nam cum deprehensi conuicticq; fuerimus, tum pij atq; orthodoxi sumus, falsoq; ad veritatem confugimus, quasi pro fide simultates geramus: idq; vnum, vt in malis, laude dignũ, imò fœdum inprimis & turpe facinus, quod vitium erubescentes, ad speciosius honestiusque nomen hoc est ad pietatem nosmet transferimus. Fanatice & verè si pelis, dixerit quispiam, & figmentum diaboli, malitiæq; architecte, quisquis es, qui ita afficeris, aut, vt verius loquar, stolidissime & vecordissime, hic tibi hesterno die pius erat: qui fit itaq; vt idem hodie impius atque hæresis crimine constrictus sit, cum nec verbo nec scripto quicquam vel addiderit, vel detraxerit, sed in eadem fidei sententia hæreat, eundem aërem exhalet, iisdem oculis eũdem solem intueatur, aut, si mauis, tanquam de numeris aut mensuris interrogatus idem plane respondeat? At etiam tibi hodie libidinosus & impudicus est, qui hesterna luce Iosephum castitate referebat (huc enim vsq; prorumpit simultas, quasi flamma quędam per stipulam currens, atq; in orbem omnia ambiens atq; complectens) & Iudas hodie vel Caiphas, qui heri Heliam aut Ioannẽ moribus exprimebat, aut alium quendam ex his, qui Christo dederunt, eademq; zona ac-

Omniũ rerum satietas præterquam discordiæ.

Qui heri pius erat, hodie impius est ver sipelli & cõtentioso.

Rationis iudicium peruertit simultas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accincti sunt, atq; eodem vel fusco vel nigro pallio cõtecti, quale vita sancta & grauis, mea quidem lege ac sententia prętendit. Quin etiam pulchrum illũ magnorũ & excelsorum virorũ florem, hoc est pallorem, aut vocis moderationẽ & tranquillitatem, aut incessus grauitatem lenitate permixtã, heri sapientiam, hodie vanitatem inanemq; gloriam nominamus, atq; eandẽ aduersus malos spiritus morbosq; potẽtiam nunc Domino Iesu, nunc Beelzebub ascribimus, & ad iniquam prorsus contentionis iracundiæq; normã has res exigimus. Et quemadmodũ eadem terra sanis quidem & recte valentibus firma, & stabilis, iis autem qui vertigine corrupti sunt, mouetur, nimirum aspicientiũ vitio ad rem inspectã transeunte: aut, si mauis, quemadmodum idem columnarũ interstitium, his qui propius distant, maius, his autem qui longius remoti sunt, minus videtur, loci videlicet interuallo aerem suffurante, atq; oculis crassiora corpora cõnectentibus: ad eundem nos quoq; modũ propter animi maleuolentiam, inimicitiamq; facile decipimur, nec de iisdẽ rebus eadẽ, amantes, & non amantes iudicamus, nobisq; facilè præter ius & æquum; hinc multos sanctos, illinc multos impios subinde tempus designat: immo verò omnes miseros, non hoc tantùm nomine, quòd nobis intrudẽdis pernicioſum exemplar sibi proponunt (facilis porrò & obuia atq; exposita est malitia, vel nullo pertrahente) sed etiã quia libenter omnibus omnia concedimus, hac lege & conditione, vt nobiscum insaniant. Cumq; prius ea nostræ religionis esset disciplina, vt ne superfluum quidem verbũ impunè proferre liceret, nunc contrà præstãtissimos etiam quosq; pietate viros conuiciis maledictisq; proscindimus: & cùm antea ne Legem quidẽ foris lectitare cuiquam fas esset, nec confessiones, hoc est, vt mihi videtur, populi assensum inuocare: nunc conuersis rerum vicibus arcanorum quoq; & mysteriorum arbitria prophanis permittimus, canibus sancta proiicientes, atque ante porcos margaritas mittentes: nec eo contenti, aures illorum mutuis nostris conuitiis contumeliisq; pascimus, ac ne illud quidem perspicere possumus, parum tutum esse arma hosti committere, hominiq; Christianis infesto verba Christianũ lacerantia. Nam quod hodie probro obiecimus, idem nobis postero die obiicietur: iactatisq; sermonibus hostis arridet, non quòd probet, sed quia acerbè atq; amarulentè recondit, vt oblata occasione aduersus eum ipsum, qui cõcredidit, virus euomat atque effundat.

Odio facilè decipiemur.

Matth. 12.

Matth. 7.

Quid hoc morbo laboramus, fratres? quãdiu, eo vexabimur? ecquãdo ab hac crapula & temulentia resipiscemus, aut oculorũ lemam extergemus, atq; ad intuendã veritatis lucem nosipsos efferemus? quæ ista obscuritas & caligo est? quis nocturnus conflictus? quæ tempestas nullum amicorum hostiumq; delectum habens? quare vicinis nostris opprobrium facti sumus, subsannatio & derisio his, qui in circuitu nostro sunt, quod tam obnixum mali studium, quid tam immortali labore fatigamur? quid dico fatigamur? imo scelere ipso velut furiosi roboramur, atq; interitu nostro & exitio oblectamur, nec vsquam est oratio, nec amicus, nec socius, nec medicus vel medicamentis vel sectione morbum depellẽs, nec opitulator angelus, nec Deus: verùm præter alia benignitatem quoque Dei nobis præclusimus. Vt quid, Domine recessisti longè? quo modo auerteris in finem? ecquando nos inuises? quousque tandẽ hæc progredientur? vbi cõsistent? Equidẽ vereor ne præsens calamitas ignis illius in expectatione positi fimus quidẽ sit, vereor inquam, ne huic Antichristus superueniat, nostrosq; lapsus & morbos in sui principatus occasionem arripiat. nec enim, opinor, sanos adorietur, nec charitate septos atq; firmatos: verùm regnũ in se ipsum prius diuidi necesse est, atque ita fortem eam rationem quę nobis insita est, tentari atque vinciri, ac tum vasa diripi nobisq; eadem accidere, quæ nunc hosti nostro à [8] Christo accidisse perspicimus. Proinde ego ingemisco, ait Hieremias in Lamentationibus, atq; oculis meis lachrymarũ fontes huic calamitati pares quærã sapientesq; mulieres accerso, vt luctũ excitent, aut certè adiuuent, ventrisq; dolore afficior, sensuumq; organis prorsus nec quo modo, quibusq; verbis animi molestiam doloremq; leniam, habeo. Proinde vetera silentur: noua, comico risu sugillantur. Mea enim tragœdia hostibus comœdiæ argumentum suppeditat. Proinde nos parum Ecclesiis detraximus, scenæq; adiunximus, idq; in huiusmodi ciuitate, cui studio est, vt aliud quidpiam, ita sacra & diuina per ludum insectari, quæq; pręclarum aliquid potius & laude dignum riserit, quàm vt aliquid risu dignum non inuideat, vt mihi mirum futurum sit, si me quoq; hoc est extraneum pietatis fideique orthodoxæ præconẽ hac oratione vtentẽ ac nõ omnia ridenda esse, sed quædam seriò & grauiter agenda pręcipientem, non riserit. Quid dico riserit? Mirabor, nisi pro mea bene merendi voluntate pœnæ à me expetãtur; vt quidẽ res nostrę se habẽt.

Nec laudator nec conuitiator homĩem efficit meliorẽ

Quid cogitandũ cum linguæ aliæ nos oppugnant

Nec

Nec vero Ecclesię occupate animũ meum excruciãt (id quod fortasse sordidioribus abiectioribusq; animis vsu venire queat) nec aurũ alijs ꝓfluens, nec sceleratæ linguę, quod suũ est, facientes, malè videlicet loquentes, quoniã bene loqui nõ didicerunt. Neq; eñ periculum est, ne Deus loco circũscribatur, aut venalis ꝓstet, vt totus à locupletioribꝰ possideatur. Nec verò me vel laudatores vel cõuitiatores immutabunt (quẽadmodum qui cœno vnguentum, aut vnguento cœnũ admiscent, qualitatesq; ꝑmixtione cõfundunt) vt maledicos hominum sermones molestè ferre debeam, velut à me ipso migrans: alioqui multas vtiq; pecunias laudatoribus numerarẽ, si me laudãdo meliorẽ efficerent. Verum aliter se res habet. Quod eñ sum, hoc maneo, siue maledictis impetar, siue laudibus cuehar. Mortalis aũt temere verbis natat, vt inquit Iob. nec me improbę linguę magis circunfluunt, quã æquorea spuma scopulum circumluit, vel pinum aut aliã quamuis arborem densam & sublimẽ tenues aurę. Ac simul huiusmodi quiddã mecum disputo. Sime falso crimine accusator incessit, non me magis, quã eum qui loquitur, hæc oratio pstringit, etiamsi nominatim cõuitijs petat: sin aũt verum crimen mihi impingit, quid est, cur eum potius quã meipsum accusem? quippe qui ita de me loquẽdi ansam ꝓbeam, non ille mihi ita videndi: vocesq; prætereuectus vt vanas & inanes, mei ipsius ero, hoc tantũ emoluměti ex eorũ improbitate ꝓcipiens vt cautius in posterum vitã instituã. Tertium aũt idq; maximum, quod eximium quiddã & magnificum habet hæc maledicentia, quoniã vnà cum Deo maledictis figimur. Iidem eñ & diuinitatẽ reijciunt atq; abrogant, & Theologum contumeliis afficiũt. Ob eamq; causam nihil horum graue & molestum est, tametsi multi aliter existiment: verùm illud animum meum angit, quòd nemo iam pius ac certus, nec pura & simplici virtute coornatus, necà fuco & simulatione immunis & alienus esse creditur, quamuis etiã animi firmitate, pietateque minimè ficta prædituſ sit: verũ alij apertè perspicueq; mali sunt, alij laruã tantùm & fucum & simulachrũ ꝓbitatis pręferũt, vt virtutis specie fallant. Cumq; nõ ideò statim quidã nigri iudicemur, quia nõnulli tales sint, nec obscuri atq; ignobiles aut deformes, aut ignaui, intemperãtes ac libidinẽ ꝓditi quòd plures ita se habeãt, verùm vnusquisq; priuatim cõsideretur & expendatur, nec res vlla tam in laude quã in vitio posita communiter omnibus attribuatur: hic contrà vitium ad oẽs facilè manat, atq; ob multorum vel etiã quorundã culpam vniuersus ordo in inuidiam crimenq; vocatur. Quodq; omnium miserrimum est, hæc criminatio nõ in nobis cõsistit ac deligitur, verum vlterius se porrigit, ac magnũ & venerandũ religionis nostræ mysterium in eandem inuidiã trahit. Etenim ijs qui nostrarum rerum censuram faciunt, quod omnibus ijs ꝓpemodum cõtingit, qui de rebꝰ alienis iudicare fas sibi esse putãt, alij admodum æqui & moderati sunt, alij periniqui atq; acerbi. Illi enim peruersitatem nostram ita dãnant & insectantur vt doctrinam interim nostram ab omni reprehensionis nota vindicent: hi verò in Legem quoq; ipsam, quasi vitij magistrã culpã conferunt, idq; præsertim, cum in multos malos Ecclesiæ antistites inciderint. Quid hæc, ò fratres, & quandiu? non tandem aliquando resipiscemus? non expergisemur? non erubescemus? nõ si nihil aliud, hostium certè linguis occurremus, quæ falsis etiam criminibus & calumnijs innocentes premunt: non in modico contentionis studio finem imponemus? non cognoscemus quænam quæstiones à nobis pcipi ac cõprehendi, & quatenus cõprehẽdi possint, quænã rursus facultatem nostram superent? quænã huius temporis ac terrenæ perturbationis & cõfusionis, menti nostræ tenebras offundentis? quænã rursus futuri seculi, cælestisq; libertatis, vt alijs tãtisper acquiescamus, alijs purgemur ac præparemur, velut ijs postea initiandi, desiderijq; finem habituri? Non apud nos metipsos distinguemus, quænã huius sint generis, vt ne quęrẽda quidẽ omnino sint, quænã mediocriter indaganda, quænã contentiosis & rixandi libidine flagrantibus cõcedenda ac ꝑmittenda, quoquo tãdem modo se habeant, vtpote doctrinã nostrã nullo modo cõuellentia? quæ fidei soli donanda, quę rationibus quoq; & argumentis, quę deniq; huiusmodi sint, vt ꝓijs fortiter strenueq; decertandũ sit, rationibus tamen nõ ferro atq; armis? Nam aduersas quoq; manus attollere, prorsus à caula nostra abhorret, ijsq; quibus odio sumus, abijciendũ est. Non vnũ hunc pietatis scopũ nobis ꝓpositum esse ducemus, vt Patrẽ Filiũ & Sp. sanctũ, vnam in tribꝰ personis diuinitatẽ & potentiã adoremus, ꝙ nihil supercolentes aut subcolẽtes (libet eñ nonnihil eos imitari, qui circa has res ingenij ac doctrinę laudẽ affectãt) alterũ eñ fieri nõ potest alterũ nefarium est & impium: nec magnitudinẽ vnã nominum nouitate discindentes, nec eñ quicquam seipso maius aut minus est. Hoc quippe fixo & consti-

Ob culpam quorũdam vniuersus ordo damnatur.

Quædã fi-dei soli donanda.

Arma cleri cis illicita.

In tribus personis adorãda est vna diuinitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuto,cæteris quoq; in rebus cõsentiemus, saltem qui eandẽ Trinitatem colimus,atq; eiusdem penè doctrinæ & corporis sumus,ac superuacaneos & inutiles quæstionum hac tempestate exortarum stolones & diuerticula velut morbum quendam cõmunem excidemus, ac de medio tollemꝰ. An verò,vt ea quę adhuc lõgi[9] remota sunt ptream,[10] nõ satis molestię intulerat prauus Mõtani spiritus Sp. sancto sese opponens,& Nouati audacia,siue impura puritas,eleganti nominis specie multitudinem illectans,& Phrygũ ne nunc quidem sopitus furor,non multum à prisca initiandi ratione recedentium,& [12] Galatarũ amentia, impijs nominibus affluentium, & Sabellij cõtractio,& Arij diuisio,atque ex ea nata [13] huiusce tempestatis Sophistarum subdiuisio,tantũ illos superantium, quantum loquax & volubilis lingua tardam & inertem? At nos etiã aduersus nosmetipsos ꝓpemodum cõtendimus,idque cùm circa caput ipsum bellè valeamus, ac ꝓ ijsdem & aduersus eosdem acribus animis cõflictemur.[14] De fraterno illo dissidio nõ ita pridem exorto loquor, ex quo & Deus & homo dedecorãtur,alter videlicet nec salutis nostrę causa omnino progenitus,nec cruci affixus, ac proinde nec à morte excitatus,quemadmodum nõnullis peruersè Christum amantibus visum est,verum hic tantum honoratus,vbi honor in dedecus & contẽptum cedit,[15] atq; ob eam causam in duos filios dissectus aut compositus:alter aũt quia nequaquam plenè perfecteq; assumptus,nec honore affectus asseritur,sed maxima & prestantissima sui parte ꝓteritur atq; spoliatur siquidem præstantissimum in hominis natura est,diuina imago & effigies, mentisq; vis & facultas. Oportebat em̃ scilicet,posteaq; diuinitas vnita & cõtracta esset humanitatem diuidi,ac circa mentem homines alioqui sapientes mentis errore affici,meq; qui totus lapsus sum, atque ex primigeni hominis inobedictia & diaboli fraude cõdemnatus sum: nõ omni ex parte salutem cõsequi,vt ita & Dei beneficium,& nostra salus imminuatur. Ad quam dignitatẽ illud quoq; accedit,quòd qui à Deo salute donati sumus hominum causa bellum gerimus tantumq; in nobis contendendi studium exuberat,vt ipsum quoq; aliorũ cupiditatibus ambitionibusq; commodemus,ac pro alienis thronis & prefecturis ꝓprias inimicitias suscipiamus: in vna eademq; re duo grauissima peccata admittentes, nimirũ & eorũ ambitionem inflãmantes,& ipsi vitij nostri hoc velut admiculũ accipientes, quemadmodũ qui in

Catharos notat.

Apollinarẽ notat.

Hæretici peruersè Christum amantes.

Quid in homine præstãtissimũ.

Peccatum orig.

Nimiũ contendendi studium.

præceps feruntur ꝓpinquas petras,aut frutices. Atqui nobis potius curandum erat,vt eos quiete nostra imbecillitas redderemus. Siquidem rectius ipsis,quam pro ipsis dimicantes,cõsulerem[a]. At nunc alij,mea quidem sententia,perquã miserè mutuis opibus auxilijsq; fulciuntur,adeò vt mundus,qui diuturno labore vix tandem & paulatim nec sine plurimi cruoris effusione collectus fuerat,in duas iam contrarias partes distinctus sit: quicunq; autem paci studeant, mediosq; se ꝓhibeant, ab vtrisque malè mulctentur, vtpote qui vel cõtempti sint, vel etiã bello lacessantur. A qua parte cùm ipsi quoq; hodierno die stemus,qui hæc reprehendimus,ac ꝓpterea cathedram certaminis inuidięque plenã accepimus, haud mirandum erit, si ab vtrisq; laceremur atq; proculcemur, ac post multos nostros sudores & erumnas de medio submoueamur, vt sublato tandem omni obice atq; interstitio cominus atq; omni animorum ardore sese mutuò conuulnerent. Enimuero hæc sedare atq; cõprimere,maximè quidem Dei fuerit;omnia amicitiæ vinculo cõstringentis: deinde autem & hominum eorum qui virtutem summo studio colunt, & concordiæ bonum cognitum atque perspectum habent,à Trinitate quidem exorsum, cui nihil æquè ꝓprium est, ac naturæ vnitas & concordia,ab angelis autem beatisq; illis mentibus perceptum,quæ & cum Deo secum ipsæ quietæ ac pacatæ sunt,tum ad res omnes creatas ꝓgressum, quarum ornamentum in concordia situm est atq; in nobis postremò futurum,quoad animã quidem,per mutuum virtutum commitatum & societatem,quoad corpus autem,per membrorum aut elementorum inter se cõcinnitatẽ atq; proportionem, quarum altera pulchritudo,altera sanitas vero nomine appellatur. Quanquã autem Solomonis illud laudem,qui vt alijs rebꝰ ita bello etiã ac paci tempus dedit: verum veluti lata lege decernit: hoc vnum omnem adijciã,quod licet vtriusq; tempori habenda sit ratio (quandoquidem iuxta illius legem atq; auctoritatem præclarè interdum bellum suscipitur) quãdiu tamen licet, propensiores ad pacẽ esse debemus: hocem̃ sublimius est & diuinius. Abiisse dum quippe fuerit existimare, concordiã priuatim quidem optimã atq; excellentissimam esse,cæterum publicè non pernitem vtilem ac fructuosam:& domum quidem illam & ciuitatem optimè regi atque administrari, quæ vel nullis omnino vel leuissimis dissidijs laboret, aut eo prolapsa primum ad se redeat, morboque liberetur: Reip. autem Ecclesiasticæ melius eo aliud quicquam esse, magisq; conuenire. Absurdum inquam & posterum vnumquemq;,vt secum pacatus sit,curam ac studium adhibere (nil enim vnicuique tam expetendum,quàm vt animi pace fruatur,affectibusq; imperet) erga alios autẽ non eundem se præbere: verum proximi oppressionem atq; interitum,gloriam suam interpretari: cumq; Deus ijs, à quibus læsi fuerimus, nõ solùm septies sed sæpius tantidem noxas condonare iubeat, quod videlicet remissio remissionem conciliet atq; impetret: nos contrà ijs quoq;, à quibus nulla nobis orta est iniuria, calumniã libentius struere,quàm ab alijs iuuari beneficijsq; ornari: cumq; beatitudinem tam pacificis reconditam esse sciamus, vt in eorum,qui salutem consequuntur, ordine soli filij Dei vocentur: nos contrà,dũ contentionis simultatumq; studijs ardemus,in eã tamen opinione versari, vt Deo, qui pro nobis,vt nos secum in gratiam reduceret,bellumq; nostrum intestinũ extingueret supplicio affectus est, rem gratam facere arbitremur. Absit à nobis ô fratres,& amici hęc animi sententia. Pacifici munus,hoc est pacem reuereamur, quam nobis hinc discedens quasi [16] testamento reliquit. Vnum hoc bellum agnoscamus, quod cum aduersarijs potestatibus committitur. Eos quoq; qui nobis infesti sunt, [17] fratrum nomine appellemus, si tamen id ęquo animo patiantur. Exiguum quiddam concedamus, vt quod maius est, vicissim accipiamus,nimirum concordiam: Cedamus, vt superemus. Videte palæstræ leges, athletarum certamina, qui ex eo plerunque,quod humi se deprimunt, aduersarijs supernè incumbentibus victoriam extorquent. Hos æmulemur,non inexplebiles conuiuas aut mercatores, qui partim immodicis epulis ingurgitati atque obruti, partim nimijs mercibus onerata naue,ventrem potius diffruperint, na uimque aquis demerserint, quàm vt ex hac inexplebili auiditate fructum vllum capiant. Ita dum parua lucra captant,grauissimis damnis afficiuntur. Atque ipse hęc quidem clamo & contestor,nec,quod ait Scriptura,facere desinam, Propter Siõ non tacebo,& propter Hierusalem non quiescam. Deficit enim anima mea propter eos,qui trucidantur,quos quidem non gladius aut fames,sed famæ & gloriæ dominandique libido sauciauit. ex quo efficitur,vt non miseratione magis quàm odio sui hominum animos permoueant. Vos autem,si sermonibus meis parueritis, melius vtrisq; id fuerit: sin autem affectu rationem superante repudiandos eos, ac pro nihilo habendos duxeritis, ipse quidem satis,& quoad Deum & quoad homines officio perfunctus fuero (neque enim quisquam,tametsi pacis admodum studiosus, Deique amore præditus, à me aliquid præterea requiret) vos verò quæ deinde sequentur,videritis. Nec enim asperius aliquid adijciam: quandoquidem cũ filijs remissius atque indulgentius agere lex paterna postulat, Vtinam autem magnum illum iudicem propitium atque pacatum vobis experiri contigat, & nunc & in die remunerationis, in ipso Christo Domino, cui gloria & imperium in secula. Amen.

Mercatores.

Paterna lex.

Matth. 18.

Matth. 5. Pacifici soli vocantur filij Dei.

Ioan. 14. Pacem agnoscant Christiani.

Palæstræ lex imitanda.

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM Orationem.

1. *Quam nunc populo dedi*) In Liturgia Græca,quemadmodum & in nostra Latina, sacerdos pacem populo precatur,eamq; vicissim populus ipsi à Deo petit. Vnde Chrysostomus lib. 1. de Compunct. cord. Nam osculum pacis porrigere tempore quo munera offeruntur, in vsu est: sed vereor ne forte plures ex nobis labijs hoc tantummodo faciant, cùm Christus pacem non ex ore sed ex corde desideret,& affectu velit proximum, non ex labijs salutari.

2. *Quam & Dei,& cuius Deum*) Paulus Philip. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra 2. Cor. 13. & Philip. 4. Et Deus pacis erit vobiscum. Postremò Ephes. 2. Ipse est pax nostra.

3. *Extera natio alienam*) Barbari ex vltimis Septentrionis finibus in Thraciam in festo exercitu venerãt, eamque omni belli clade pernastabant. Qui tandem à Theodosio conclusi atque oppressi sunt, quemadmodum narrat Nicephorus. Hanc porrò hostilem barbarorum inuasionem Arianorum hæresi Theologus ascribit.

4. *Qui angularem lapidem*) Christus charitas in Scriptura dicitur,& pax,& lapis angularis, & petra, & lux,& Verbum. Ab his nominibus argumentum ducit Theologus, atq; hinc colligit, eos qui dissidijs contentionibusq; delectantur, professioni suæ nullo modo respondere.

5. *Vt cum cibi & somni & cantus*) Hæc ab Homero petita sunt, qui in Iliade queritur omnium rerum sa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tietatem ac fastidium præterq; belli, hominum animis obrepere.

6. Calculorum inuersio est) Metaphora ducta à iudicijs, in quibus sententia calculis ferebantur. Vnde apud Plinium in Epistolis, album calculum adijcere, idem est, quod comprobare. Nos autem hoc loco perstrigit Theologus, qui turpissimo contentionis studio, quo præcipites ferebantur, pietatis zelum prætexebant.

7. Arbitrium prophanis committimus) Tanta rixandi & concertandi rabies animos eorum peruaserat, vt apud Ethnicos quoq; sese mutuis criminibus maledictisq; configerent. quemadmodum si hoc calamitosissimo & deploratissimo tempore, quo pestiferis dissidijs Resp. Christiana concussa ac labefactata est, apud Iudæorum aut Turcarum aures alij alios proscindamus, quibus nullum spectaculum conflictationibus nostris iucundius potest accidere.

8. A Christo accidisse perspicimus) Alludit ad illud Euangelij, Cùm fortis armatus custodit atrium suũ, *in pace sunt omnia quæ possidet, &c.*

9. Nihil supercolentes aut subcolentes) Greg. ὑπερολοντες ἢ ὑπολοντες. Poteramus hæc verba per periphrasim aliquanto latinius atq; elegantius vertere. Sed ea totidem verbis quamuis non ita leniter fluentibus reddenda fuerunt. Alioqui ridicula fuisset hæc προσανωμαξις, hoc est vt cũ Fabio loquar, *præmollitio*, quæ ad mitigandam ac velut excusandam horum verborum nouitatem à Theologo adiecta est, cùm statim subiungit per parentheſim, *Libet enim nonnihil, &c.*

10. Non satis molestia intulerat prauus Montani spiritus) De Montani & Nouati erroribus, vide Nazianz. Orationem de laude Heronis.

11. Non multùm à prisca initiandi ratione) In Phrygia sacerdotes Cybeles de more castrabantur, quemadmodum infrà referemus in Orat. de Luminibus. In eadem regione Montanus hæresis suæ virus sparsit. Vnde & omnes ipsius sectatores Cataphryges dicti sunt. De quorum impuris & execrandis sacrificijs Aug. lib. de Hæresibus.

12. Galatarum amentia) Marcellianos significare videtur (nam Marcellus Galata erat) qui in eadẽ fere cum Sabellio hæresi erant, ac personarum Trinitatem negabant. De quibus præter Epiphanium videtur Athanasius in Opuscul. contra hæreticos.

13. Huiusce tempestatis sophistarum subdiuisio) Vel Macedonianos significat, qui Sp. sancto, non autem Filio, diuinitatem abrogabant, vel eos potius, qui Filiũ & Sp. sanctum creatos astruebant, ac Filium præstantiorem creaturam asserebant. De quo infrà in Orat. de Baptismo.

14. De fraterno illo dissidio) His verbis Apollinarium notat, qui mentem à Christo assumptam esse negabat. eosq; alludit, quod mox subiungit, Circa mentem errore mentu affici, &c. Hunc porrò quòd nec Arij nec Macedonij pestifero dogmate infectus esset, non ita acriter insectatur Gregorius. Ac proinde non apertam hæresim sed ζηνοεμχίαν ἀδελφικὴν ei impingit: quod videlicet eum aliquando tandem ad meliorem mentem redditurum speraret, quemadmodum in epistola quadam ad Olympium testatur.

15. Atq; ob eam causam in duos filios dissectus aut compositus) Nam cùm intermedia mente diuinitas humanitati vnita sit, profectò quisquis mentem sustulerit, vel Christum in duo secuerit, vel certè compositurit: sublato quippe medio vel duo extrema secantur, vel inter se componuntur. Quorum vtrunq; in Christo absurdum est, perspicuaq; impietatis.

16. Testamento reliquit) Christus Ioan. 14. *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.*

17. Dicamus fratres) Hæc enim verba ita vertenda sunt, vt patet ex Niceta expositione in priorem Orationem de Pascha circa principium.

GREGORII NAZIANZENI IN Plagam grandinis Oratio.

ARGVM. EX GRAECO NICETAE.

IN plagam grandinis hanc orationem habuit Nazianzenus. Tiberinæ enim regionis, in qua natalitius ipsius Arianzi pagus situs erat, fruges iam maturæ grandine percussæ fuerant. Quam calamitatem cùm Gregorius pater ob populi scelera immissam fuisse censeret, silentio vtebatur. Theologus autem plebis impulsu in medium prodiens, patrem potius ad dicendum cohortatur, vt pote & virtute & ætate prouectiorem. Porrò moralis est & suasoria hæc oratio, Nazianzenos ad pœnitentiam vitæq; correctionem exhortans. Naturalem etiam philosophiam & placita philosophorum attingit, nec consuetæ Theologiæ est expers.

Quid

QVid laudabile ordinẽ soluitis? quid legi seruiẽti vim affertis? Quid sermonẽ spiritui cedentem flagitatis? Quid relicto capite ad pedes accurritis? quid Aaronem prætereũtes Eleazarũ in medium producitis? Non æquo animo patior sonre obstructo torrentẽ cum impetu ferri, absconso Sole stellam obtẽtari, cedente canicie iuuentutem leges præscribere, tacẽte sapientia imperitiam iuuenili temeritate se in publicum inferre. Nam quemadmodum ingens pluuia nequaquã maiorem vtilitatem parit, quàm ea quæ minore copia labitur (quippe cùm illa vehementia sua terram deuoluat ac distrahat, forteq; etiam ipsa agricolã mulctet: hæc autem leniter & tranquillè defluens altissimeq; illabens pinguiorem terrã efficit, & cultorem iuuat, spicamq; ad matũrum fructum nutrit) eodem modo nec copiosa verbisq; affluens oratio, sapienti oratione vtilior censenda est. Illa enim exigua fortasse voluptate affectum auditorem reliquit, simulq; cum percusso aere dissoluitur, nec quicquam aliud virium habet, quàm vt verborum lenocinio quasi prælijs quibusdam auidas hominũ aures deliniat: hæc verò mentem penetrat, dilatatumq; os spiritu implet, nec in ipso ortu extinguitur, sed frugem ingentem paucis syllabis gignit. Nondum de vera illa & primaria sapientia loquor, cuius præclarus hic pastor & agricola arcem tenet. Prima sapientia, est vita proba & honesta, Deoque perpurgata, vel certè purgans, Deo inquam purissimo & clarissimo, solumq; purgationis sacrificium à nobis requirenti, quod quidem [4] cor contritum, & laudis sacrificium, & nouam in Christo creaturam, & nouum hominẽ, idq; genus nominibus appellare Scripturæ sacræ familiare est. Prima sapietia est, sapientiam in verbis & dictionum argutijs & fucatis ac superuacaneis disputationibus sitã pro nihilo ducere. Atque vtinam mihi potius [5] quinque verba eloqui prudenter contingat, quàm sexcenta in lingua & voce tubæ obscura & incerta, quæ militem meum ad Spirituale bellum excitare nequeat. Hãc ego sapientiam laudo, hanc complector, cuius ope [6] ignobiles claruerunt, ad quam viles & contempti homines cæteris prælati sunt, cum qua Piscatores vniuersum orbem Euangelij retibus cinxerunt, ac [7] perfecto illo atq; contracto verbo fluxam illam euanidamq; sapientiam profligarũt.

Nec enim qui sermonum sibi comparauit sapientiam, hic protinus apud me est sapiens, nec qui volubilem quidem ac versatilem linguam habet, cæterum imperitũ animum, illis vtique sepulchris non absimilis, quæ quamuis externa pulchritudine & elegantia niteant, interne tamen cadaueribus scatent, multumq; fœtorem tegunt: verùm is demum mihi sapiens videtur, qui pauca quidem de virtute verba fecit, cæterum actionibus ipsis permulta demonstrat, vitæq; integritate orationi fidem auctoritatemq; cõciliat. Præstantior meo quidem iudicio existimanda est pulchritudo ea q̃, oculis cernitur, q̃ q̃ sermonis penicillo pingitur: & diuitię quas manibus tenemus, q̃ quas somni errore nobis fingimus: & sapientia q̃ operib⁹ indicatur q̃ q̃ verbis splendescit. Intellectus em, inquit ille, bonus omnib⁹ facientibus eũ, nõ item prædicantibus. Huius porrò sapientiæ certissimus explorator tempus est, ac veræ [8] gloriæ corona senectus. Nam si iuxta Solomonis meamq; sententiam nemo ante mortem beatus habendus est, incertumq́ est quid posterа dies paritura sit, (eò quòd terrena hæc nostra vita multis mutationibus obnoxia sit, atq; hoc humilitatis corpus sursum deorsumq; iactetur, atque in deterius immutetur) quid tãdem causæ afferri potest, quin is longum vitæ curriculum sine reprehensione cõfecit, & iam communis huius vitæ maris velut in portu est, tutiore ac proinde beatiore sit statu, quàm is cui longa adhuc supereſt nauigatio? Ne igitur linguã illam claudas, quæ multa egregiè locuta est, quæ multos fructus & multos iustitiæ fœtus protulit, cuius quot filij qualesq; thesauri sint, attolle per gyrũ oculos, & vide, totus hic populus, quẽ in Christo per Euangelium genuisti. Quocirca ne nobis suaues illos magis quàm breues sermones inuideas, nec detrimẽti illius, quod iam iamq; acceputi sumus, velut præludium quoddã edas. Loquere, tametsi pauca, at mihi certè plurima atq; iucunda: tametsi minus exaudibilia, at quę tamẽ Spirituali clamore intelligantur, iuxta quem Deus tacentẽ quoq; Mosem audit, ad eumq́ ait, Quid ad me clamas? cùm tamẽ eum sola mente interpellaret. Hunc populum mihi compone, hoc est, alumno disciplinæ tuæ, [10] deinde pastori, nunc autẽ principi quoq; pastori. Doctrinam quandã de pascendi gregis ratione mihi trade: populum hunc obtemperare atq; obedire doce: de præsenti pladicijs, siue ea mente concipiamus, siue ob multã eorũ abyssũ cognitiõe minus assequamur.

Num. 20. Esa. 24.

Similit.

Ratio cur non est vtilior sapientia.

Psal. 80.

Vera et prima sapientia quæ.

Psalm. 50.

Psal. 49.

1. Cor. 5.

Ephes. 4.

2. Cor. 14.

Num. 9.

Mat. 23. Quis vere sapiens.

Osal. 118.

Tempus est explorator sapientiæ. Eccle. 8.

1. Cor. 4.

Exod. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamur. Doce quo modo & misericordia, vt est apud Esaiam, ad libram expendatur (nec enim Dei bonitas & clementia iudicio caret, vtcunq; aliter illis visum sit,
Esa.16. *Matth.20.* qui priores in vinea laborauerunt, [11] imparem illam videlicet in æqua mercedis persolutione rationem nequaq̃ intelligentibus) & ira criminibus nostris proportione respondeat (id quod [12] poculum in
Esa.51. *Psal.74.* manu Domini appellatur, & calix ruinæ qui ebibitur) tametsi alioqui omnibus demeritæ pœnæ atrocitate quidpiam remittas, iræq; meæ cum clementia diluat: ita tamen vt ex asperitate quidem ad lenitatem & gratiam inclinet, si quos metu castigari, & [13] ex leui afflictione emendationem vitę concipere & parturire, ac deniq;
Es.26. perfectum salutis spiritum procreare conspexerit, fœcem tamen interim hoc est extremam iram asseruet, vt eam totã in eos
Fax iræ Domini. *Exod.5.14.* effundat, qui humanitate ipsius & facilitate adeò nõ sanantur, vt etiã obdurescant, instar obduri illius Pharaonis acerbiq; operum iniũctoris, ad diuinæ aduersus impios potentiæ specimen edendũm reseruati. Explica, vnde huiusmodi plagæ & verbera fluant, quæq; sit earum ratio: vtrùm hic mundus temerario quodam & incondito motu gubernationisq; omnis expers
Vnde plagæ & calamitates & morbi. voluatur, & quasi nullus rerum moderationi præsit, casus & fortuna hæc ferant (vt hominibus [14] stultè sapientibus placet, qui à præcipiti & caliginoso spiritu temere feruntur) an potius tota hæc rerum moles vt certa ratione primùm creata, tẽperata, coniuncta, motuq; agitata est, quẽadmodum is solus nouit, qui motus auctor extitit: sic etiam prouidentiæ freno deducta in diuersum moueatur, & commutetur. Expone, [15] vnde sterilitates, & à ventis importatæ calamitates & grandines, præsens nostra plaga & castigatio. Vnde aëris corruptiones, & morbi, & æstuantes terræ tremores, & maris eruptiones, & cęlitus iniecti terrores? Quo modo creatura ad vsum hominum effecta, commune inquam illud & omnibus æqualiter expromptum oblectamentum à natura sua desciscat, atq; in diuersum immutetur: vt quibus ornati gratiam Deo habere negleximus, ijsdem nunc castigemur, atque ex his quæ patimur potentiam eam agnoscamus, quam ex beneficijs in nos collatis nequaquam agnouimus. Quo item modo a-
Esa.40. *Hier.17.* *Apoc.18.* *Psalm.78.* *Gen.15.* lijs de manu Domini [16] duplicia peccata donantur, ac per huiusmodi duplicationem mensura scelerum impletur, secundum quam etiam Israel emendatur: alijs rursus per septuplum [17] in suum redditũ peccata exhauriuntur. Quænam præterea sit illa [1] Amorrhæorum mensura nondũ cumulata. Quonam insuper modo peccator vel supplicio eximatur, vel rursus pœnas luat: illud, quia fortasse ad alteram vitam reseruatur, hoc quia huius vitę pœnæ ad sanitatem reuocatur. Ad hæc cur iustus vel affligatur, vt fortasse virtutis illius periculum fiat, vel lęta omnia experiatur, vt conseruetur: [19] si quidem paupere animo præditus sit, nec ijs rebus, quæ in oculos sensum cadunt, ad modum sublimior quorum vtrunque docet conscientia, hoc est domesticum & verum tribunal. Quadeniq; hæc plaga, & quam ob causam inflicta, an vt virtus nostra exploretur, an vt scelus vindicet: quodq; præterea, vt peccati pœna (etiam si aliter res se habeat) primi, ac sub potenti manu Dei humiliari, quàm explorandæ virtutis nostræ causa immissam existimare, ac proinde ad
Ezech.21. *Esa.34.* *Deut.32.* *Esa.10.* *Osa.13.* mo efferri. Hæc doce atq; admone, ne giuius calamitate hac discruciemur, aut pleriq; faciunt, in profundum malorum prolapsi contemnamus: verùm prudentes hanc castigationem accipiamus, ne ad hebius sensum obstupescendo grauiorem nobis accersamus. Acerba quidem res est ræ sterilitas, & frugum pernicies (quis nim negauerit) iam spe ipsa oblectãtium atq; horreis appropinquantium. Acres, præmatura messis, & agricolæ labobus suis ingemiscentes, ac velut morfœtibus assidentes, quos miti pluuia e*Naum.2.* tritos fera & immanis pluuia demequibus non impleuit manũ suam qui tit, & sinum suum qui manipulos colligit, nec ꝓpter ipsos benedictionem eam viatores agricolis impertire solent, excutsus est. Miserum spectaculũ, terra iniosè vastata, atq; detonsa, suoq; ortu spoliata: quod & beatus Ioël deplorans terræ calamitatem famisq; cruciatum
Hic purgatus & punitus præstat, quàm in futuro seculo *Psalm.6.* gicè, vt si quis alius, exaggerans: & Propheta etiam alius pristinæ elegantiæ atq; natui postremam deformitatem examinatus conferens. Etenim de Dei terram quassantis ira verba faciens, in hunc dum loquitur: Anteriora eius, paradeliciarum, at posteriora campus vastatis. Acerba hæc quidem & certè perquandiu præsentia sola molestiam afferunt, nondumq; atrocioris plagæ sus mœrore animum pulsat: quandodem non secus atque in morbis, ea quæ præsenti sensu doloris afficit, grauior semper videtur, q̃ ea quæ nihil molestiæ exhibet. Verum his multò *Esa.2.* *Mich.6.* biora [20] diuinæ iræ thesauri apud se tinent, quæ vtinam vobis experiri non contingat: nec verò experiemini, mi

ad Dei miserationes confugiatis, eumq;, qui vult misericordiam, lachrymis permoueatis, ac morum emendatione quicquid deinceps iræ sequitur, auertatis. Adhæc lenitas & clementia est ea calamitas, in quam incidimus, mitisq; correptio, [21] plagæq; elementa teneram ætatem coercentis: adhuc iræ fumus, suppliciorũ præludium. Nondum ignem exurentem sensimus, hoc est concitatissimam Dei iracundiam, nec succensos carbones, id est, extremas pœnæ acerbitates, quam partim comminatus est, partim intentauit, partim vi compressit, partim etiam induxit: æquè nimirum & per plagam & per comminationem nos erudiens, ac pro exuberanti bonitate sua, semitæ iræ suæ [22] viam sternens, à minoribus quidem incipiens, ne asperioribus opus habeat, cæterùm maioribus etiam coercens, si ea ad hibere cogatur. Meminit Scriptura [23] resulgentis frameæ, & gladij ebrij in cęlo, qui iugulare in nihilum redigere liberis deniq; vsq; ad carnes ipsas orbare iubetur, ac ne medullis quidem ossibusq; parcere. Legimus etiam [24] anxiæ perplexęq; vrsæ more affectum eum qui omni animi perturbatione vacat, pardiq; instar ad viam Assyriorum occurrentem, non eorum tantùm qui tũc erant, sed quoq; eorum, qui vitæ peruersitate Assyrium referunt, nec vllam valentissimæ ocyssimæque ipsius iræ fugiendæ rationem esse, cum ad vlciscendas impietates nostras inuigilauerit, ipsiusq; hostes zelus, qui aduersarios deuorare nouit, prosecutus fuerit. [25] Quid de concussione & excussione atq; ebullitione dicã, cordisq; confractione ac gemuum dissolutione, atque eiusmodi supplicijs, quæ impijs irrogantur? Nihil enim dico de futuri seculi tribunalibus, ad quæ transmittuntur, qui scelerum impunitatem in hac vita consecuti sunt: vt præstet hic pœna affici atque purgari, quàm ad cruciatus illos transmiti, cum iam pœnarum tempus erit, non expiationis. Quemadmodũ enim is, qui nei memoriam in terris colit, morte superior est, idq; à Dauide præstantissimè sapientissimeq; dictum est: ita his qui è vita excesserint non est in inferno confessio', nec resipiscentia'. Hic enim Deus vitam & actionem, illic rerum gestarum censuram conclusit. [26] Quid faciemus in die inductionis, cuius mihi terrorem Propheta quidam intentat, hoc est iuridicialis Dei aduersus nos contentionis (siue illius [27] in montibus & collibus ineundæ, sicut Scriptura narrat, siue quæcunque tandem & quocunque loco futura sit) cum nos coarguet, atq; ex aduerso stabit, peccata nostra hoc est acres & acerbos accusatores nobis in faciem statuens, acceptaq; beneficia cũ ijs quæ iniquè admisimus, opponens, & [28] cogitatione cogitationem conuerberans, & actionem actione coarguens atq; conuincens, imaginisq; vitijs obsoletæ atque fœdatæ dignitatem à nobis exposcens: postremò nos abducet à nobismetipsis cõdemnatos atq; ita conuictos, vt ne dicere quidem possimus nos iniquo iudicio circuentos pœnas dare: quod quidem in hac vita tantam vim habet, vt ij qui supplicijs afficiuntur, eam pœnæ consolationem habeant. Illic autem quis patronus? quæ causificatio? quę falsa defensio? quæ artificiosè comparata orationis probabilitas? quæ ingenij solertia circumuento iudice veritatem opprimet, æquamq; sententiam eludet, illam, inquam omnia omnibus in
Iudicij extremi descriptio. statera ponentem, actionem, sermonem, cogitationem, virtutesq; cum vitijs ex aduerso expendentem, vt pars propendens victoriam ferat, ac secundum id, quod numero superat, sententi. ꝓnuncietur: [29] post quam non iam superest prouocatio, non iudex sublimior, non alia opera quibus pristinas labes expiemus, non deficientibus lampadibus oleum, quod vel à prudẽtibus virginibus mutuemur, vel à venditoribus emamus: non diuitis pœnitentia *Matth.25.* in flamma colliquescentis, consanguineis- *Luc.16.* que suis emendationem vitæ requirentis: non deniq; vllum temporis spatium resipiscentiæ præstitutum: sed & solum erit, & postremum, terrorisq; plenum tribunal, magisq; etiam iustum quàm terribile imò, vt rectius dicam, idcirco terribilius, quia iustum. Quo quidem tempore sedes *Dan.7.* proponentur, & antiquus dierum iudex sedebit, & libri aperiẽtur, & igneus amnis *Coloss.3.* fluet, & lux in antica parte, & paratæ tenebræ, atq; ad vitæ nunc quidem in Christo *Ioan.5.* absconsæ, verùm posteà simul cum ipso *Ioan.3.12.* manifestandæ, resurrectionem ibunt, qui bona fecerunt, qui autem mala egerũt, ad resurrectionem iudicij, quo etiam [29] iudicis Verbi sententia, qui non credunt, [30] cõdẽnati sunt: atq; vt illos lux omni oratione maior exceptura est, & sanctæ regiæq; Trinitatis purius iam clariusq; colluſtrãtis, totamq; se cum tota mente miscentis contemplatio (quam quidem ego vel sõbitror) ita hos contrà præter alias vel po- *Regnũ cælorũ quid?* tius ante alias pœnas ad id excruciabit, quòd à Deo abiecti sint, atque immortalis ignominia in conscientia insita. sed hæc posterius. Nunc autem quid faciemus fractres contriti & humiliati, & temulenti non à sicera nec vino ad breue tempus animum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum agitante,sed à plaga quam Dominꝰ nobis intulit,ille,inquam,qui dicit,[31] Et tu cor mouere ac tituba',quique ſpiritus mœroris ac compunctionis poculum con temptoribus propinat,ad quos etiam hęc verba concinunrur, Videte contemptores,& inſpicite,& miramini,& funditus interite. Quonam modo enim crimina noſtra coarguétem feremus? aut quid reſponſi dabimus,cùm præter beneficia illa permulta,pro quibus nullam animi grati ſignificationem edidimus, plagas etiam inſuper nobis obiecerit, ac medicinam, qua ſanati non ſumus, ad calculum vocauerit,nosq; prolem quidem verùm reprehenſibilem vocans,& filios quidem cæterùm alienos,& à ſemitis noſtris ob viæ difficultatem & aſperitatem claudicantes ſic allocutus fuerit:Quánam ratione quoque modo erudire vos oportuit, quo vos non erudierim?lenioribus medicamẽtis? ea induxi : Aegyptium cruorem qui ex fontibus & fluuijs , & ex omni aquarum collectione bibebatur,hoc eſt primam plagam præteriui. Ranas etiam & cyniphes ac cynomyas quæ deinceps ſequebantur, prætermiſi. A quinta plaga,id eſt à iumentis & bobus & ouibus auſpicatus ſum, ac ratione præditis animantibus adhuc parcens in bruta ſola impetum feci. Vobis ea calamitas animam nihil tetigit,quin potius rationis minus particibus minusque dociles vos expertus ſum,quàm illa ipſa q̃ percuſsi. Pluuiam à vobis abſtuli:pars vna imbre perfuſa eſt:altera pars,cui pluuiam negaui,exaruit:ac dixiſtis,Strenuè nos geremus.Grandinem vobis immiſi,contraria videlicet plaga vos caſtigans,vineasve ſtras & vuas abſcidi:nec tamen improbitatem veſtram prorriui. Quineriam ad me quoq; , qui ne plagis quidem emẽdor, forſaſſe bis verbis vtitur . Cognoſco te durum ac præfractum eſſe,collumque tuum neruum ferreum eſſe: qui legem meam repudiabat,eandem nunc quoque repudiat: qui flagitioſè viuebat,in flagitioſa vitæ ratione perſeuerat:nihil prodeſt cæleſtis animaduerſio,nihil flagella.[32] Defecit ſollis,defecit plumbum , (quod prius quoq; per Hieremiam vobis exprobraui) in caſſum argentum conflat aduerſarius: ſcelera veſtra non ſunt liquefacta . Num me iratum ſuſtinebitis,dicit Dominus. An nõ alias quoque plagas manus mea poteſt inforre? Adhuc penes me veſicæ ſunt inferueſcentes à camini fuligine , quam Moſes aut ſi quis alius Moſis ſimilis , iræ diuinæ miniſter in cælum ſpargens Aegyptum morbo caſtigat. Adhuc locuſta & tenebræ palpabiles,& plaga illa vt ordine poſtrema , ita doloris acerbitate prima , nempe primogenitorũ ſtrages & internecio,quã vt effugiamus,exterminatoremq; à nobis auertamus,animi poſtes , hoc eſt cotẽplationem & actionem magno illo & ſaluti-fero ſignaculo nimirum noui Teſtamenti ſanguine vnxiſſe præſtiterit , atque vna cum Chriſto in crucem tolli ac mortem obire , vt ſimul quoque cum eo & nunc & in poſtrema ipſius apparitione ad vitam redeamus , gloriaq; afficiamur, non conquaſſemur &obteramur ac lugeamus,impuro ſpiritu intempeſta nocte & in caligi noſa hac vita nos percutiente,ac primigenitos Deoq;[33] conſecratos vitæ noſtræ ſcitus motusq; exterminante. Abſit, vt cum alijs plagis his quoq; probris me Deus inſectetur,ad me[34] ob meam obliquitatem in ira obliqua proficiſcens:[35] Percuſſi vos in aurigine & inflammatione & ſideratione : nec quicquam profeci. Externè filios orbauit gladius , nec ſic tamen ad me conuerſi eſtis,dicit Dominus.[36] Abſit, vt dilecti illius vinea ſim , quæ poſteaquam conſita fuit,& vallo munita , maceriaque & turri cęteriſq; rebus,quoad eius fieri potuit,firmata,vaſtitate poſtea horreſcit & ſpinas profert,ob eamq; cauſam in eũ contemptum venit,vt & turris deijciatur , & maceria diruatur,nec iam putetur atq; fodiatur,ſed omnibus in direptionem & cõculcationem obijciatur. Hic meus timor eſt,hæc ratio:ſic plaga hæc animum meum excrutiat: atq; idcirco huiuſmodi precationem ſuperioribus vobis adiungam. Peccauimus, iniquitatem fecimus,impiè egimus,quoniam mandatorum tuorum memoriam abiecimus ; & poſt cogitationem noſtram peruerſam ambulauimus , quoniam non vt Chriſti tui vocatione & Euangelio dignum erat ſanctiſq; illius cruciatibus, & ea deiectione, quæ noſtra cauſa ſeipſum exinaniuit munere functi ſumus: quoniam[37] profuimus dilecto tuo,ſacerdotes iuxtà populusq; à re deſciuimus,omnes declinauimus ſimul inutiles facti fuimus: non eſt qui iudicium & iuſtitiam faciat,non eſt vlq; ad vnum , Miſerationes tuas & clementiam tuam & viſcera miſericordiæ Dei noſtri vitijs noſtris & conſiliorum noſtrorum nequitia & peruerſitate nobis pręcluſimus. Tu bonus,at nos iniquè egimus. Tu lenis, at nos verberibus digni. Bonitatem tuam agnoſcimus, tametſi ſtolidi atque væcordes. Leuibus flagris pro peccatorum noſtrorum atrocitate affecti ſumus. Tu terribilis,& quis reſiſtet tibi? Terrore tuo mentes cõtremiſcent: & magnitudini brachij tui quis reſiſtet ? Si cælum clauſeris, quis ſolueris,quis cohibebit? Facile eſt in oculis tuis pauperem facere & ditare, mortificare & viuificare,percutere & ſanare, tuaque voluntas,abſoluta eſt actio.[38] Tu iratus es,& peccauimus ,ait ex veteribus quidam Deo confitens . At ego in cõtrarium dico: Non peccamus & tu iratus es. Idcirco vicinis noſtris opprobriũ facti ſumus. Auertiſti faciem tuam, & ignominia obruti ſumus. Verum quieſce Domine,remitte Domine,propitius eſto Domine:ne nos propter iniquitates noſtras in finem tradas,nec ſupplicijs noſtris alios erudias cum liceat nobis aliorũ cruciatibus emendari, quorum tandem? Gentium, quæ te non nouerunt,& regnorum quæ imperio tuo parere detrectauerunt. At nos populus tuus domine,& virga hæreditatis tuę. Proinde caſtiga nos verùm in manſuetudine ac non in ira tua, ne pauciſsimos nos facias & cõtemptiſsimos omnium qui habitant terram. Hac ipſa oratione miſericordiam cæpto.Quòd ſi holocauſtis etiã aut ſacrificijs illius iram placare licet, ne his quidã pepercisſem. Vos verò ipſi quoque pauidum ſacerdotem imitemini. Ita facite dilecti filij,ita facite diuinæ increpationis elementiæq; mihi participes. In lachrymis animas veſtras poſsidete,iram cohibete,ieiunium ſanctificate,curationẽ proclamate,quemadmodum vos mecum beatus Ioel cohortatur,congregate ſenio res,infantes vbera lactantes,ętatem commiſerandã, Deiq; miſericordia præcipuè dignam. Nec me fugit, quid mihi quoq; Domini miniſtro & vobis eundem honorem conſecutis præcipiat, nimirum vt cum cilicijs templum ingrediamur, ac diu noctuque in gradus & altare lamentemur, corporis geſtu ſpecieq; miſerabiles, vocibus miſerabiliores, tum noſtra tum populi canſa intentiſsimè clamantes, non labori non ſermoni parcentes,vllisq; alijs rebus,quibus Dei indignatio ſedatur, dicentes: Parce domine populo tuo, nec deshæreditatem tuam in opprobrium,& quę in ea oratione poſtea ſequuntur : tantoq; maiorem afflictionis & doloris partem nobis aſſumentes, quanto dignitate ſuperiores ſumus, noſtro exemplo plebem ad eõpunctionem erudientes vitæq; ſceleratæ correctionem,quam vtiq; Dei lenitas virgæq; retentio comitatur. Agedum igitur fratres omnes, adoremus & procidamus, & ploremus coram domino,qui fecit nos pro ætatum ſexuumque ratione diſtincti cõmunem planctum inſtituamus,[39] pro inuiſo illi clamore ſupplicem vocem extollamus,eamque ad aures Domini ſabbaoth efferamus: iram illius in confeſsione

præoccupemus: ipſum denique vt iracundia inflamatum,ita lenem & placidum in tueri cupiamus. Quis ſcit, inquit ille , an conuertetur, & pœnitudine tangetur, ac benedictionem relinquet? ego verò id plane ſcio: ego miſericordiæ diuinæ ſponſor. Haud dubiè miſſa facta ira , quæ ipſius naturæ aduerſatur,miſericordiam, quæ ipſi natura ineſt,amplectetur. Ad illam enim à nobis,vi pertrahitur:ad hanc ſuapte natura ſertur. Cum igitur non niſi coactus percutiat,quid afferri poteſt, quin natiua ſua bonitate vtens indulgentem ſe nobis præbiturus ſit,modo noſmetipſos noſtri miſerat,iuſtisq; patris viſceribus viam patefaciamus?Ac proinde in lachrymis ſeminemus,vt in exultatione metamus. Niniuitas imitemur,non Sodomitas.Peccato medeamur, ne cum peccato conficiamur Ionam concionantem audiamus, ne ignis & ſulphuris illuuie obruamur.[40] Quod ſi Sodomis exceſſerimus, ad montem aſcendamus, ad ciuitatem Segor confugiamus,ad Solis ortum eam ingrediamur,ne in tota vicina regione pedem figamus,ne huc atq; illuc oculos verſemus, ne alioqui in ſalis ſtatuam concreſcamus, columnam,inquam,ſanè immortalem,animæq; in vitium relabẽtis accuſatricem. Illud cognoſcamus,quòd[41] omni quidem vitio carere,eiuſmodi proculdubio eſt, vt humanum modum excedat,ſoliq; Deo cõueniat:(nihil enim de Angelis dico,ne vi tijs occaſionem demus,improbiſq; cõtionibus[42] feneſtram aperiamus) contra perditè ac profligatè peccare, impuræ & aduerſariæ dæmonum naturę eſſe,atque eorum qui ipſius afflatu impelluntur : at verò è peccati cœno emergere, atq; ad meliorem frugem redire, hominum eſſe,verum proborum,claſsisq; ſalutem acceptarę. Nam etſi lutea hæc maſſa nonnihil vitij ſecum trahit,terrenumq; hoc tabernaculum mentẽ ſurſum tendentem, aut certè ita creatam, vt ſurſum feratur,deprimit:opera tamen detur, vt diuina imago limum repurget,coniugatamque carnem rationis penuis ſubleuatam in ſublimę ferat.Melius quidem & præſtabilius nobiſcum ageretur, ſi nec huiuſmodi purgatione opus haberemus , nec omninò purgati fuiſſemus, integra videliet atque incolumi nobis manente dignitate illa, ad quam per huiuſce quoque vitæ diſciplinam contendimus,nec per amarum peccati guſtũ è ligno vitæ excidiſſemus: ſed tamen illud potius expetendum eſt, vt peccantes caſtigemur, quàm vt in peccatum labentes nulla pœna coerceamur. Quem enim amat Dominus,caſtigat paterneque

Pſal. 59. Abac. 1. Act. 13.

Pſal. 17. Collatio calamitatis præſentis cum plagis Aegypti.

Eſa. 45.

Hier. 6.

Exod. 9.

Eſa. 64. Pſal. 30. Oratio Gr. ad impetrã dã Dei miſericordiã.

Ioel. 1. 2. Quid faciẽdũ tẽpore afflictionis

Ioel. 2.

Pſal. 94.

Ioel. 2.

Deus natura ſua propenſus ad miſericordiam.

Pſal. 129.

Gen. 19.

Omni vitio carere Dei propriũ eſt

Perditè peccare damonũ eſt ac reproborũ.

E peccati cœno emergere electorum eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Heb.12. beneuolentiæ argumẽtum est obiurgatio
Prou.3. cõtra omnis anima, quę admonitionis est
Apoc.3. expers, incurabilis manet. Quocirca ne-
Ob plagã non conuerti est grauissimum. quaquam graue est plagis affici, sed plaga
meliorem nõ fieri, grauius & acerbius est.
Hier.5 & 8. Atq; eo nomine Prophetã quidã de duro
illo atque incircunciſum cor habente Iſ-
Heb.10. raele verba faciens his verbis vtebatur: Do
Pſal.33. mine flagris eos cæcidiſti, nec doluerunt:
Gen.4. corripuiſti eos, & diſciplinã accipere recu
Cen.3. ſarunt. Ac rurſus: Nec populus reſipuit,
Hier.23 quoad percuſſus eſt. Et alio loco, Quare a-
Pſal.138. uerſus eſt populus meus auerſione praua,
qua penitus exteretur ac delebitur? 43 Hor
rendũ eſt fratres, in Dei viuẽtis manus in-
cidere. Horrẽdus vultus domini ſuper fa-
cientes mala, vitiumq; funditus euertens
& exterminans. Horrenda auris domini
vocem Abel etiã per tacitum cruorem in-
telligens. Horrendi pedes improbitatem
curſũ aſſequentes. Horrenda illa amplitu
do, qua mundum vniuerſum implet, vt
nemini vſquam Dei cõmotionem atq; irã
effugere liceat, non ſi in cælum euolauerit
non ſi in infernum ſe contulerit, non ſi ad
Orientẽ profugerit, non ſi in profundis ma
ris gurgitibus aut extremis finibus ſeſe ab
Naum.1. diderit. Quinetiam ante me Naum ille El
ceſæus 44 Niniuitarum onus in publicum
efferens, Zeloten Deum perhorreſcit, ac
furibundo impetu inimicos ſuos vlciſcen
tem, tamq; effuſa aſperitate vrẽtem, vt ne
ſecundam quidem aduerſus ſceleratos vl-
tionem ſibi reliquã faciat. Nam cùm Eſai
Eſa.1. am audio Sodomorum populo, principi-
busq; Gomorrhæ minitantem, ac dicentẽ
45 Vt quid vltrà percutiemini addentes
iniquitatẽ, min mum abeſt, quin totus co
horreſcam, lachrymisq; confundar. Scele-
ris inquit, acceſſioni & incremento pœnæ
acceſſio iam nulla excogitari poteſt: Ita
per omnia ſuppliciorum genera graſſati
eſtis, atque omne plagarum genus exhau-
ſiſtis, nouam ſubinde pœnã vitijs veſtris
accerſentes. Non vulnus eſt, non liuor, nõ
plaga tumens: corpore toto ſuſa eſt hæc
plaga, prorſusq; incurabilis. Nec enim fo-
mentum imponere licet, nec oleum nec al
ligaturam. Ac quæ deinceps in ea commi-
natione ſequuntur, prætereo, ne præſenti
hac plaga vobis ſim acerbior. Sed tamẽ hu
ius calamitatis cauſam agnoſcamus. Cur
ſegetes ſiccitate affectæ ſunt, horrea pude
facta ſunt, paſcua ouium defecerunt, exte
Ioel.1. nuata ſunt ſpecioſa terræ, cãpi nõ pingue-
Pſal.64. dine ſed mœrore perfuſi ſunt, valles non
Am.9. frumento abundarũt, ſed cõploratę ſunt,
2.Reg.1. montes nobis, quẽad modum poſtea iuſtis
viris, dulcorẽ non ſtillarũt, ſed ornatum
ſuũ exuerũt & contempti ſunt, ac 46 mon-
tiũ Gelboe maledictionẽ cõtrario modo
acceperunt. Facta eſt vniuerſa terra vt à
principio, cùm nõdum ſua pulchritudine
exornata eſſet. 47 Viſitaſti terram, & ine-
briaſti eam: ſed viſitatione mala & perni-
cioſa ebrietate. Proh triſte ſpectaculũ? In
culmo frugum vbertas nobis eſt, & ex par
uis reliquijs ſementis noſtra cognoſcitur,
vixq; primitijs Domino proferẽdis ſuffi-
cit noſtra meſsis, atq; 48 ex mẽſibus potius
quã ex manipulis agnoſcitur. Tales ſunt
impiorum diuitiæ: tales malè ſeminanti-
um meſſes: nimirum vt 49 iuxta veterem
maledictionem multa incipiant & pauca
in horreum inferant: ſerãt, ac meſſem nõ
faciant: vineas plantent, & vuas non expri
mant: vbi decem iuga boum operãtur, am
phoram vnam impleant: apud alios frugũ
copiam audiant, cum ipſi interim egeſtа-
te opprimantur. Vnde hæc tandẽ? & quæ
nobis cauſa calamitatem hanc inuexit? Ne
expectemus, dum alij nos coarguant: ipſi
ſimet in nos inquiramus. Magna vitij me-
dicina eſt confeſsio, & peccati fuga. Primi
ego ſicut populo meo iampridem denun-
ciaui, ſpeculatorisque munere funcius
ſum (non enim venientem gladium co
laui, vt & meam ipſius, & eorum qui audi
unt, animas elucrater) ſic nunc quo
que populi mei contumaciam referam,
peccatum illius mihi vendicans. Sic enim
fortaſſe futurum eſt, vt nonnihil clemẽ
tiæ & reſpirationis impetrem. Alius pau
ſtrum pauperem oppreſsit, terræq; pau
tem aliquam interuertit, limitemque ſo
leratè vel furto vel aperta vi tranſgreſſus
eſt, domumq; domui, & agrum agro ad
iunxit, vt proximo aliquid extorquea
pertinaciq́ue animo in hoc incubuit,
vicinum nullum haberet, perinde ac ſo
habitaturus in terra. Alius vſuris &
mentis terrã fœdauit, colligẽs vbi ſemi
tẽ non fecit, ac metẽs vbi non ſparſit, nõ
cultu, ſed ex pauperum egeſtate ac pe
ria facultates ſuas augens. Alius aream
cularisque primitijs Deum, cuius mu
nere omnia habuerat, defraudauit,
mulque & beneficij immemorem ſe
& ſtultum oſtendit, non modo pro
quibus fruebatur gratias nullas
ſed ne hoc quidem, ſi nihil aliud, mo
ens vt gratitudine ſua liberalitatem
ſibi in futurũ acquireret. Alius nec vi
am nec orphanum miſeratus eſt, nec
nem cibumq; exiguum pauperi, vel
ſto potius, qui per illos vel parcè
tos alitur, impertiit: isque etiam for
qui multis opibus & quidem præter
fruitur (nam hoc longè iniuſtiſsimũ
quiq; in multis horreis anguſtia

Iac.12. teaq; partim implet, parrim euertit, vt fu-
turis fructibus maiora extruat, illud igno
rans fore, vt priuſquã ſpei ſuæ compos fiat
morte abripiatur, rationemq; reddendã
habeat tum vbertatis & copiæ, tum vanæ
animi cogitationis, vt qui aliena bona ma
lè diſpenſarit. Alius viã humilium infle-
xit, & 50 iuſtũ iniuſtis rationibus trãſuer-
ſum egit. Alius in portis corripientem o-
diò habuit piumq; ſermonẽ execratus eſt.
Prou.1.7. Alius 51 ſagenæ ſuæ multa colligenti rem
ſacram fecit, pauperiſq; prædam domini
habuit, aut Dei memoriã ex animo eiecit,
Zach.11. aut certè illius 52 malè recordatus eſt, di-
cens: Benedictus dominus, quoniam diui-
tes facti ſumus: opeſq; ipſius benẽficio ſe
conſecutum iniquè exiſtimauit, à quo pœ
Ephes.5. nis quoq; aſſicietur. Ob eas etenim cauſas
venit ira Dei in filios contumaces. Ob eas
cauſas vel clauditur cælum, vel perniciosè
aperitur: eoq; magis, ſi nec plagis quidem
cæſi reſipiſcamus, atq; ad eum qui natura
Mat.23. ſua 53 ad nos appropinquat, accedamus.
Quid ad hæc dicemus, qui frumentum e-
mercamur, ſordidumq; poſtea quæſtum
ex eiuſdem venditione captamus, tempo-
rumq; difficultates obſeruamus vt opibus
affluamus, & alienis calamitatibus inſul-
Gen.41. temus, atque non vt Ioſeph Aegyptiorũ
facultates 54 diſpenſationis maioris cauſa
(vtrunq; enim pulchrè norat, rẽ frumen-
tariam aceruare atque partiri) ſed vt im-
pij & nefarij homines popularium noſtro
Amos.8. rum bona cõparemus. Qui dicims, 55 Quã
do effluet menſis, vt rerum precia auge-
amus: & Sabbatha, vt theſauros recludam?
Zach.5. Qui duplici menſura ac ſtatera æquitatẽ
euertimus, 56 ac plumbeã iniquitatis mẽ-
ſuram ad nos ipſos deprimimus. Quid ad
hæc dicemus, qui 57 quærendarum opum
nec finem nec modum vllũ nouim? : qui
3.Reg.11. aurũ & argentum non ſecus atq; illi olim
Baal & Aſtarten, & execrandum ſimula-
chrum 58 Chamos adoramus: qui gemma
rum luxus & ſplendores cõſectamur, ve-
ſtesq; molles & diffluentes, quæ à tineis ab
Prou.30. ſumuntur, & latronibus ac tyrannis fu-
ribusq; recõduntur: qui ſeruorũ & quadru
pedum gregib⁹ geſtimus, qui latifundijs
montibusq; dilatamur, & alia iã habemus,
alia adiungimus, alia primo quoq; tẽpore
adepturi ſumus, inſtar illius apud Solo-
monẽ 59 ſanguiſugæ, cuius auiditas exple-
ri nequit, quemad modũ nec inferni, nec
terræ, nec aquæ: nouumq; orbem quẽ poſ-
ſideamus, quærimus, ac Dei terminis ſuc
cenſemus, vt minoribus quã cupiditas no
ſtra inexplebilisq; auaritia poſtulet. Iam
verò quid dicturi ſunt, qui ſublimi⁹ thro-

nis inſidẽt, imperijq; laruã attollunt, ſu-
perciliumq; theatris ipſis ſublimius: nec
principem omnium dum nec in acceſſum
illud verè regni faſtigium animo perpen
dũt, vt ſubditis tanq̃ conſeruis ſuis im-
perent, qui eadẽ clementia opus habent. Iam
eos quoq; mihi conſidera, quos diuinus
Amos egregiè perſtringit, qui in eburne-
is lectis laſciuiunt, primæq; bonitatis vn-
guentis perfundũtur, atq; ad muſicorum
inſtrumentorum ſonos applaudũt, rebus-
que fugientibus vt firmis & ſtabilibus ad-
dicti ſunt, nec 60 Ioſephi calamitate affli-
ctaq; fortuna quicquam cõmouentur. At
qui faciendum ipſis erat, vt eos qui prio-
res in calamitatem inciderant, beneficen-
tia complecteretur, ac miſericordia miſe-
ricordiam ſibi conciliarent: oportebat, in
quam, 61 pinum vlulare, quia cecidit, ac *Zach.11.*
vicinorum plaga erudiri, atq; per aliena
mala res ſuas conſtituere, hoc vtiq; nomi
ne præſtantiorem conditionẽ habentes,
quam ij qui prius afflicti fuerant, quod ip
ſis alienæ pœnæ exemplo ſalutem cõſequi
licet, non aũt alios ipſorum calamitatibus
erudiri. Hæc nobiſcum philoſophare, vir *Ad patrem*
ſacroſancte & diuine, quiq; multo tempo
re multam experientiam, 62 ex qua ſapien
tia naſcitur, collegiſti. His populum tu- *Iob.12.*
um inſtrue. Doce panem eſurienti frange *Eſa.58.*
re, & pauperes tecto carentes colligere, &
nuditatem operire, nec cõſanguineos deſ-
picere, ac præſertim hoc tempore, vt bene
ficentia noſtra ex penuria ſit, non ex re-
dundanti facultatum copia: quo munere
Deus magis delectatur, quàm multis ob- *Luc.21.*
lationibus magnisq; largitionibus. Ad
hæc, immò ante hæc, fac mihi Moſem &
Phinees hodierno die referas. Sta pro no-
bis, & placa, & ceſſet quaſſatio: ſiue 63 per
ſpirituale ſacrificium, ſiue per orationem
ac ſpiritualem allocutionem. Domini ira
cũdiam tua interceſsione ſẽda: plagas de-
inceps ſequentes compeſce. Patris canicie
moueri ſolet, pro filijs obſecrantis. Pro fla
gitijs præteritis ora: meliora in poſterum
de nobis pollicere. Offer populum calami
tate ac metu purgatum, 64 Corpoream ali
moniã pete: angelicam etiã è cœlo deſcen-
dentem prius pete. Hoc ſi feceris, Deum
nobis conciliabis, cœlum mitigabis, matu
tinam ſerotinamq; pluuiã reddes: Domi-
nus dabit benignitatem, & terra noſtra da *Pſal.84.*
bit fructum ſuũ: hæc inquã inferior quoti
dianum, carnis aũt noſtræ terra ſempiter
num, quem diuinis horreis per te nos ac
munera noſtra offerentem, imponemus,
in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui ſit
gloria in ſecula. Amen.

Præpoſitorum ſuperbia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLIA FERE TOTA EX GRAECO NICETAE
Commentario decerpta.

1. Laudabilem ordinem) Nimirum vt iuuenes senibus, & filij parentibus cedant.

2. Legi seruienti) Quæ omnem omnibus in rebus honorem parentibus haberi præcepit: ac senes quidem loqui, iuuenes autẽ tacere iubet. Sic enim est apud Ecclesiasticum cap. 32. Loquere maior natu, decet enim te: cæterum cum accurata scientia. Et rursus, Loquere adolescens, vix cum necesse fuerit.

3. Fonte obstructo) Fontem solem, canicie, & sapientiam patrem suum vocat: se autem torrentem, fluuium iuuentutem, & imperitiam. Ne quis porrò obijceret patrẽ ipsius breui oratione vti, ipsum autem diuersa pia valere: pluuiæ similitudinem adhibuit, cuius vtilitas non in redundanti copia & violento impetu, sed in mediocritate & lentitate sita est.

4. Cor contritum) Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatũ Deus non despicies. Psal. 49. Immola Deo Sacrificiũ laudis, &c. Quod sequitur, Nouam in Christo creaturam, sumptũ est ex Epist. 2. ad Corinth, cap. 2. Ac denique, noui hominis meminit Paulus Ephes. 4.

5. Quinque verba) Paulus 1. Corinth. 14. cap. In Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam, quàm decem millia verborum in lingua. Et paulò superius. Si incertam vocem dederit tuba quis parabit se ad bellũ? ita & vos per linguam nisi manifestum sermonẽ dederitis, quomodo scietur id quod dicitur: Quorum verborum hic sensus est. Quod in tuba, est bellica significatio, hoc in linguarum dono interpretatio. Quemadmodũ igitur tuba, nisi bellicũ quiddam insonuerit, milites & arma non excitat: eodẽ modo qui linguarum dono est ornatus, nullam auditoribus vtilitatem attulerit, nisi interpretationem quoque adiunxerit. Nisi enim qui adsunt, intelligant, frustra in aerem verba funduntur.

6. Ignobiles claruerunt) Per ignobiles & viles homunculos, Christi Apostolos intelligit, quemadmodum declarat vox piscatoris, quam statim subijcit.

7. Perfecto atque cõtracto) Christus enim latissimã Mosis legem his duobus mandatis complexus est: Diliges Dominũ Deum tuum. & Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Hæc porrò verba sumpsit Theologus noster Paulo, qui Rom. 9. hæc ex 10. Esaiæ capite citat: verbum enim cõsummans abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram.

8. Corona gloriæ senectus) Efficit senectus, vt homini tutò gloriari liceat. Vt enim in palæstra is demum in tutò versatur, qui coronam est consecutus sic etiam senex securè gloriari potest, vt cui nulla iam mors timenda sit. Contrà iuuenti dicitur Eccl. 8. Ne glorieris in crastinum: incertum enim est, quid crastinus dies allaturus sit.

9. Deterimenti illius) μιᾶς enim apud hunc auctorem plerumque non simpliciter pro futuro, sed pro eo quod mox euenturũ est, accipitur. His porrò verbis patris mortem innuit: quæ vt ab homine iam natu grandi non longe abesse poterat.

10. Deinde Pastori) Id est, sacerdoti atque antistiti, Nunc autem principi quoque pastori. Ex Sasimis enim iussu tuo huc translatus Pontificis munere fungor, ac populum doctrina instruo.

11. Imparem illam) Nam si iniquum videbatur postremos primis exæquare, non tamen iniquũ erat. Compensabatur enim primorum labore compensabatur postremorũ voluntas, id quod labori deerat, supplens.

12. Poculum in manu Domini) Dei ira & ab Esaia & à Dauide poculum appellatur. Ille enim 51. cap. Exurge Hierusalẽ, quæ poculũ Dei ex manu Domini bibisti & exhausisti. Hic verò Psa. 74. Calix, in quo in manu Domini vini meri plenus mixto, siue mixtione κεκραμένου. Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ. Hoc itaque loco, per vini puri poculum, ira non misericordia temperata intelligitur. Plenum autem mixtione idcirco dixit, quia Dei ira cum lenitate & clementia permiscetur. Postremòper facem, diuinæ aduersus nefarios & impios homines iracundiæ vehemas significat.

13. Ex leui afflictione) Esa. 26. A timore tuo Domine concepimus, & parturimus, & peperimus spiritum salutis. Et rursus eodem cap. Domine in tribulatione recordati sumus tui: in tribulatione parua nobis castigatio tua.

14. Stultè sapientibus) vt Epicurus, qui diuinam prouidentiam sustulerunt.

15. Vnde sterilitates) Agg. 2. ἐπάξω ὑμᾶς ἐν ἀφορίᾳ καὶ ἀνομοφορίᾳ καὶ ἐν χαλάζῃ. πάντα κόπον τῶν χειρῶν ὑμῶν ἐκλιπαρῆσαι πρὸς με. Est autẽ ἀφορία fructũ labes & pernicies ἀνομοφορία corruptio à ventis immodicis, quemadmodũ & in Cilicia Boreã vehementius flantẽ, ac per vastum desertum grassantem, eoq; tum adeo frugibus labem inferre, atque itidem Austrum in Aegypto. Iam verò quatuor sunt concretiones aquosa humiditatis, quæ est in aere: quarum duæ fiunt super terram, nempe nix, si exigua sit humiditas, grando, si magna vis sit humoris: duæ item in terra, nimirum ros, si minor sit humoris copia, glacies, si maior. Terrores autem cæleste sunt fulmina tonitrua, & stellæ præter naturam existentes, cometæ barbatæ & his similes ignea figura.

6. Ego

16 Duplicia peccata) Esa. 40. Consolamini Hierusalem, quoniam impleta est humiliatio ipsius, soluta est enim ipsius peccatum, quia accepit de manu Domini duplicia peccata. 1. duplices pœnas pro peccatis.

17. In sinum) Dauid Psal. 70. in Iudæorum, qui ab Antiocho Epiphane acerbissimè vexabãtur, persona loquens ait: Redde vicinis nostris septulum in sinum eorum, improperium ipsorum, quod exprobrauerunt tibi Domine, id est, multò copiosiorem illis pœnam irroga, sempiternaq; eos ignominia affice. Sinus enim nomine vsus est, vt probrũ eiusmodi intelligamus, quod nulla ratione excutere atque abijcere queant. Vnde etiam Vnigenitus in patris sinu esse dicitur, vt eum nullo modo à Patre separari posse discamus.

18 Amorrhæorum mensura) Genes. 15. Deus cum Abrahamo colloquens inter cætera ait, Nondum completa sunt iniquitates Amorrhæorum vsque in præsens tempus, id est, Et si Amorrhæi impiè & flagitiosè viuunt, tamen eorum scelus nondum eò magnitudinis peruenit, vt gentis illius internecione vindicandum sit.

19. Si quidem paupere animo præditus sit) id est, tentationis impetum sufferre nequeat. Vnde illud Eccl. 7. Calumnia perturbat pauperem. Eoq; etiam spectat illud Hierem. 5. Fortasse pauperes sunt, ac propterea non audiũt, ibo ad adultiores. Pauperes enim eos vocat, qui scientiæ penuria laborant, nec quantum ad interiorem hominem adhuc compositi & absoluti sunt, nec ad perfectam spiritus ætatis mensuram peruenerunt.

20. Diuinæ iræ thesauri) Deuter. 32. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?

21. Plagaq; elementa) Quemadmodum præceptor puero, quem in disciplinã accepit, elementa primũ tradit, deinde syllabas: ad eundem quoq; modum Deus primum nos per minores ac leuiores pœnas velut pueros ducit: ac deinde serie quadam atque ordine maiores grauioresq; adhibet. Quod etiam ipsum indicare videtur Dauid Psal. 17. his verbis vt ens: Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. Quo loco per fumum diuinæ iræ principium, ac velut præludiũ significat: per ignem incitatissimã vim iracundiæ: ac denique, per carbones extremas ipsius partes.

22. Viam sternens) Primũ leges præscribit Deus, deinde iubet, mox pollicetur, tũ minatur, exprobrat, pœnas intentat, se comprimit, minatur rursus, ac postremò plagã immittit, idq; paulatim, nimirum correctionis eueniram patefaciens.

23. Refulgentis framea) Ex diuersis Scripturæ libris hæc constata sunt. Ait enim Ezechiel ca. 21. Hæc dicit Adonai Dominus: Framea framea exacuere, & ira inflammare, vt cædes facias. Exacuere vt fis in nitorem, parata ad dissolutionem. Macta, ad nihilum redige. Ait rursus Deus per Esai. ca. 34. Inebriatus est gladius meus in cælo. Quibus verbis nonnulli significari putant iræ diuinæ impressionem non solùm in mortales venturam, sed & in impuros dæmones excursurã, pœnas ab ijs ob subcælestia perdita repetituram. Alij per gladium hostes Iudæorum intelligunt, per ebrietatem sanguinis saturitatem, per cælum templum Hierosolymitanum, vt Dei domicilium. Quod autem sequitur, Liberis orbare, ex Deuteron. ca. 32. sumptũ est. Foris enim inquit, liberis eos orbabit gladius. Illa aũt, Ne medullis quidem ossibusq; parcere, Esaiæ sunt 10. ca. Deuorabit enim, inquit, ab animabus vsque ad carnes.

24. Anxia perplexaq; vrsa) Deus Israelitis ostendens se vt omnia pro potestate gubernantem, hostes in eos immissurum, pantheræ & pardo se comparat: vt hostilis incursionis vehementiam celeritatemq; significet. Ait enim Ose. 13. Ero illis vt pantheræ atq; vt pardus. Addidit q;. Occurrã eis, vt vrsa anxia atq; perplexa. Quibus verbis tantummodo vis Dei vlcisci intelligenda est, non autem quicquam aliud eorum, quæ vrsa in sunt. Quemadmodum enim inquit Vrsa in angustias redacta, præclusoq; sibi omnes exitus cernẽs, aut etiam fame oppressa incredibili quodam furore obuium quemque aggreditur: sic etiam hostes omni animorũ impetu nos inuadent, nec misericordia vlla dignos habebunt.

25. Quid de concussione) Naum 2. Concussio & excussio & ebullitio & cordis confractio, & dissolutio genuum, & dolor super omnes lumbos, & vultus eorum sicut nigredo ollæ. Est autem concussio, quando mouetur terra. Excussio, quando in sublime proijcitur. Ebullitio, quando feruore concutitur. Quæ igitur in terræ tremoribus fieri solent, ea in hostium assultu atque oppugnatione hoc loco Propheta posuit, futurum videlicet dicens, vt metu fluctuantibus cordibus genua debilitentur, & parturientium instar dolore afficiantur, atque ora eorum concreto sanguine liuescant, hoc est nigrorem contrahant, non secus atque illa igni admota.

24. Quid faciemus) Apud Esai. sic habetur, Quid facient in die visitationis, vt non incidant in inductionem? Quo loco per visitationem vitæ censuram iudiciumq; significat, per inductionẽ aute, condemnationem pœnaq; infictionem. Atque ea inductio Theologum terret.

27. In montibus & collibus) Mich. 6. Surge contende iudicio aduersus montes, & audiant colles vocem tuam, &c. Quo loco iudicium montibus permittit, non velut cum ratione præditis verba faciens: sed quia mõtes quondam Asiriorum cadauera exceperunt, centum nimirum atque octuaginta millibus ab Angelo noctu vna trucidatis: idcirco per montes Iudæ rerum in montibus gestarum memoriam refricare conatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esaias etiam ea.10.elementa ipsa obtestatur, his verbis: Audite cœli, & auribus percipe terra, quæ Dominus locutus est. Filios genui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.

28. Cogitatione) Cogitationem iudex ferit, bona nimirum malam. Consimili modo actionem actionem censet atque condemnat. Quare enim, inquit, hoc cogitasti ac fecisti, ac non illud potius nostras cogitationes, sermones, & actiones tam bonas quàm malas quasi ad libram exigit.

29. Iudicis Verbi sententia) Christus enim apud Ioannem ita loquitur: Iudicium omne dedit Pater Filio. Et rursus: Sermo quem locutus sum, ipse iudicabit eos.

30. Condemnati sunt) Siue quia hoc ipsum non credere, si absit resipiscentia, supplicium est: siue quia eius, qui eadem patrauit, quamuis iudicij sententia nondum damnatus sit, ipsius tamen facinoris natura damnatus est: sic etiam infidelis. Quemadmodum videlicet ipse quoque Adamus sententia & rei natura mortuus erat, tametsi viueret, quo die arboris fructum comedit. Nam qui pœnæ obnoxius se reddidit, sub pœna est, si nondum re ipsa, ac certè sententia.

31. Et tu cor mouere) Ebibito videlicet iræ diuinæ poculo.

32. Defecit follis) Id est, delassatus est, qui cõcilia & admonitiones profert. Defecit plumbũ, hoc est, purgans pœna. Quandoquidem qui ex argento aliquid efficere moliuntur, ad expurgationem alterius materiæ quæ igni opera conficitur, plumbum assumunt. In casum argentum conflat argentarius, id est, seruo credenti in casum adhibetur. Nam corporeo quidem plumbo argenti sordes eliquantur ac purgantur: ac sic tuali plumbo, id est, purgãte pœna, improbitates quæ animæ vestræ naturâ sunt claræ, sordes sunt, hactenus quam eliquatæ sunt.

33. Consecratos vitæ nostræ fœtu) Nam primigeni quoque Hebræorum fœtus Deo consecrari solebant.

34. Obliquitatem) Obliquitas, est auersio à recta via mandatorũ Domini. Ira autem obliqua est vehementior pœna. Nam etiam ij qui obliquo ensis ictu feriunt, acrius vulnerant. Et leo furore suo consossa obliquè impetum facit. Aut si manus, nobis à recta mandatorum Dei semita deflectentibus, ipse quoque auertet, & visitationis oculum obliquè torquet. Quod irascentium proprium est.

35. Percussi vos in aurigine) Amos 4. Percussi vos in aurigine & inflammatione & in sideratione aeris quidem ad me conuersi estis, dicit Dominus. Aurigo à flaua bile procreatur, quæ postquam nimium excreuerit atque inflãmata fuerit, in superficiem extruditur ac diffunditur. Atq; hinc fit, vt qui aurigine laborat, expallescat. Sideratio est cerebri putrefactio. Inflãmatio autẽ calor præter naturã siue febris.

36. Absit, vt dilecti illius vineæ sim: Esa. 5. Vineæ facta est dilecto meo in cornu, loco pingui. Et sepiui eam, atque obuallaui, & ædificaui turrim in medio eius: & expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas. Et paulò inferius: Nunc verò annunciabo vobis, quid faciam vineæ meæ. Auferam sepem ipsius, & erit in direptionem & diruam murum eius, & erit in conculcationem. relinquam vineam meam: non putabitur, nec fodietur. Et ascendent super eam vepres & spinæ: & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem. Quo loco propheticè quidem per vineam, quæ dilecto hoc est Christo facta est, populus Israeliticus designatur, qui in pingui loco, hoc est Hierusalem, terra fluente lacte & melle consitus est: per maceriam, lex: per turrim templum, per vallum, diuinum auxilium à quo extollitur, ne hostium aggressioni pateat: per torcular, ipsa præparatio & præmeditatio ad pietatẽ. Veruntamen prosperata vua fert spinas, id est pro eo vt confirmem oblectaret ac refocillaret, ad pungendos & cruciandos eos, qui ad se accedebant, paratus semper sum. Quis enim Propheta est, cui non manus attulerit? Quare maceria, hoc est lex ab ea ablata est, & turrim eius, id est templum, ipséque Gentibus in prædam ac direptionem ac proculcationem expositus est: ac nunc non putatur, nec foditur, nec vlla cura dignus habetur. Spiritualibus nubibus, id est Prophetis, qui cælestes imbres frugiferis animabus instillabant, interdictum est, ne in Iudæam pluerent. Quocirca nunc in Synagoga illa silentiũ est verbi Dei, nec iam Propheta est, nec princeps, nec dux: sed horrenda serenitas & nubibus vacua. Mortali autem sensu vnusquisque nostrum vinea est Christo consita: ac pro macerie habet sanctarum virtutum præsidium, quo spoliatus aduersariorum direptioni & diaboli proculcationi exponitur, ac prodelicto habitus instar neglectæ vineæ nec resecatur, id est aduersis casibus oppugnatur (quod ad eorum quæ affligunt, vtilitatem, Dei prouidentia cõtingit) nec foditur, id est terrenorum negotiorum turbam non excutit, sed horum mole & grauitate premitur, nec ab anxietate liberam respirandi facultatẽ habet. Nam quemadmodum terra si à radice aliquantum diffluat, arbori in alimentum cedit: si autem ipsi incubuerit, eã opprimit: sic & pecuniarum copia fidelium capiti incumbat, eorum animos demergit: si autem à dominus suis ad pauperum inopiam subleuandã transferatur, tum ipsorum propria efficitur. Id præterea Deo consilio dispensatur, vt vinea spinas pariens, id est anima vitijs imbuta non compluatur, quo videlicet in ipsa exarescant vitij propagines, quæ sunt ignis opera, flammæque alimentum.

37. Probro fuimus dilecto tuo) Probrum enim magistri malus discipulus.

38. Tu iratus es, & pec.) Verba Esa. sunt cap. 64. quasi diuina ira præcesserit, ac peccatum subsecutum fuerit. Nam cum Dei fauore atque auxilio nos reddimus indignos, tum demum ab eo deserimur, atque in peccatum prorumpimus. Vel tu iratus es, propter scelera nostra: atque ipsi atrocioribus peccatis nosmet obstrinximus.

strinximus. Theologus autem hunc ordinem inuertit, imò tuetur, dicens: Nos peccauimus, & tu iratus es, eò quòd increuerit clamor eorum coram Domino.

39. Pro immisso illi clamore) Qualis nimirum erat ille Sodomorum, de quo Gen. 19. Delebimus locũ istum, eò quòd increuerit clamor eorum coram Domino.

40. Quòd si Sodomis) Fugiamus, inquit, vitium tanquam Sodomam: nec solùm illud irretorti oculis fugiamus, sed etiam ad virtutis fastigium ascendamus, nec in circuitu hærẽte vitiorum regione maneamus: denique ad vitium relabamur, ne alioqui velut in columna insculptam accusationis materiam posteris reliquamus, iuxta illud Sapientiæ, Quoniam testimonium sceleris Pentapolitarum constitutum est, infidæ animæ monimentum fixum est, nimirum salis columna.

41. Omni carere vitio) Solonis hoc carmen est, & citatur apud Demosth. in Orat. pro Corona,

μηδὲν ἁμαρτεῖν, θεῶν δ' ἐπαινεῖσθαι πάντα τὰ χρήσιμα.

Omnia præclarè gerere, ac successibus vti
Perpetuis rerum, nec quicquam errare, deorum est.

42. Fenestram aperiamus) Non dicam, inquit, Angelorum quoque esse peccare, ne hinc homines vitiorum illecebris dediti excusationem peccatis suis quærant. Dicturi sunt enim, non mirandum esse homines in peccatum labi, cùm ipsi angeli etiam peccent.

43. Horrendum est fratres) Deus simplex est, & ἀσχημάτιστος, id est, nulla figura exprimi potest. Quæcunque autem de eo vt corporeo dicuntur, symbolicè dicuntur, ac sublimiorem quendam sensum habent. Per oculos igitur Dei inspectricem illius vim intelligamus, quam nullares fugere potest. Per aures autem vim eam qua preces suscipit. Vultus item apparitionem eam & ostensionem, qua per opera perspicuum se reddit, significabit. Manus porrò vim in agendo efficacem. Pedes postremò incessum aduentum & præsentiam ad opem egentibus ferendam, & hostes vlciscendos, aut aliam quandam actionem indicabunt. Hoc itaque sensu fuit Paulus Hebr. 10. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Et Dauid Psalm. 33. Vultus autem Domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorũ. Et Genes. 4. Et dixit Deus ad Cain: Quare fecisti hoc? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et de pedibus Genes. 3. Audierunt Deum ambulantem in paradiso ad vesperam. Horrenda denique illa mundi totius impleto. Hierem. 23. Nunquid ego cælum & terram impleo?

44. Onus Niniuitarum) Cum promulgat commissam sibi aduersus Niniuitas prophetiam, quam accepit mente captus, id est, abreptus. Vnde apud 70. interpretes legitur ὅραμα. Quod Hieronymus ex Hebræa veritate, onus.

45. Vt quid vltrà percutiemini) Esaias cap. 1. Iudæos Sodomitis conferens ait: Quid vltrà percutiemini? Quamque insanabilis sit eorum morbus, vt potè omnibus corporis partibus diffusus his verbis ostendit: Non iam fomentum adhibere licet, nec oleum, nec alligaturam: quemadmodum in vulneribus fieri solet. Grauior enim morbus est, quàm vt his remedijs cedat. Vulnus enim & liuor ac tumor quasdam tantùm corporis partes obsident: at vos vniuersum morbis diuexat: ita vt perturbata atque confusa omnia sint, simulque & vulnus sit, & liuor, ac tumor. Ac proinde iam nec fomentorum, nec olei, nec ligamentorum auxilia quicquam vtilitatis attulerint: hoc est nec sermonum animi tumores clementer emolliens, nec doctrina versutos & malignos mores quasi liuorem quendam cum miseratione & condolentia mitigans, nec denique oratio bominum turbulentos, & ad seditionem concitatos vulneris instar colligans.

46. Montium Gelboe) Dicebat enim Dauid Saulis & Ionathæ morte afflictus ac mœrore prostratus: Montes Gelboe non cadat super vos ros nec pluuia. Hic autem perinde ac quispiam non siccitatem sed contrariam labem imprecatus esset, grando in montes illapsa est.

47. Visitasti terram) Olim, inquit, visitasti terram, vt eam omnibus bonis cumulares, iuxta illud Dauidis Psal. 64. Visitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. At nunc eam longè alio modo visitasti: vt iam illud experiamur, quod tu per Hieremiam cap. 11. dicis: Visitabo super vos in malum dicit Dominus.

48. Ex mensibus potius) Tanta est, inquit, nostra calamitas, tanta frugum penuria, vt non ex manipulorum accessione agnoscamus, sed eius tantùm ex mensium ratione coniecturam faciamus.

49. Iuxta veterem maledict.) Deuteron. 28. Sementem multam facies in terram, & modicum congregabis. Vineam plantabis, & vinum non bibes. Itidem quoque Aggæus cap. 1. Seminastis multum, & intulistis parum. Respexistis ad multa, & facta sunt pauca. Consimiliter etiam Michæas cap. 6. Tu seminabis & non metes: tu exprimes oleas, & non vngeris oleo: vuas, & vinum non bibes. Quibus etiam consona sunt, quæ air Sophonias cap. 1. Ædificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. His quoque non incommodè adiungi possunt, quæ habentur Esa. 5. Vbi arant decem iuga boum, faciesque amphoram vnam. Quod autem de gladio & speculatoris officio sequitur, sumptum est ex capite 33. Ezechielis.

50. Iustum iniustis rationibus, Verba Esaiæ sunt hæc: ἐπιστρέψατε ἐκ τῶν ἀδικιῶν ὑμῶν. id est, subducite vos ab iniquitatibus vestris. Quæ sermonibus simplicitatis alumnos à recta vitæ ratione auerterunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

51. Sagenæ suæ) Habacuc 1. cap. de Rege Nabuchodonosor vaticinium edens: Propterea, inquit, immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo, id est, viribus copijsque suis, quibus Israelitas quasi euerriculo attraxit, victoriam assignabit, nec Deo gratias aget.

52. Malè recordatus est) Quiraptis aliorum facultatibus id quod est apud Zach. cap. 11. ait: Benedictus Dominus, quia diues factus sum: is Dei malè recordatur. Ac proinde ad eum Deus id quod Psalm. 49. habetur, dicturus est: Existimasti iniquè, quòd ero tui similis. Iudicasti enim me tibi ad alios facultatibus suis spoliandos adiutorem fuisse, cùm ego hoc nomine te supplicio sim affecturus.

53. Ad nos appropinquat) Hierem. 23. Deus appropinquans ego sum, & non Deus de longè. Adiecit autem Theologus, Naturæ suæ, propter eam necessitudinem, quæ animæ cum Deo intercedit.

54. Dispensationis maioris causa) Ille enim frumento omni collecto totam Aegyptum Pharaoni comparauit, atque adeò Aegyptios ipsos in seruitutem sibi subiecit: vt terra excoleretur, populusque aleretur, ne fame interiret. At isti frumentarij negociatores, idcirco frumentum emunt, vt fratres suos opprimant.

55. Quando effluet mensis) His verbis Amos cap. 8. crudelitatis istos negociatores accusat, qui finè mensis semper expetunt, vt fœnora fœnoribus adijcientes rerum suarum precia intendant. Et quoniam Deuteron. 31. cap. scriptum est: Septimo quoque anno dimissionem facies, iccirco ipsi quoque annorum hebdomades effluere cupiunt, vt posteà apertis thesauris fœnerentur: nec propter legem debitum remittere necessitatem habeant. Nec eo contenti, parua quoque mensura dantes ad magnam mensuram exigunt ea, quæ recipiunt.

56. Ac plumbeam) Zacharias cap. 5. Ecce, inquit, talentum plumbeum efferebatur: & ecce mulier vna sedebat in medio mensuræ. Et proiecit lapidem plumbi in os eius. Peccati pondus natura sua grauissimum est, quemadmodum & plumbi. Zacharias itaque peccatum sub mulieris forma conspiciatur. Ex vola plumbi siquidem vitia maxima ex parte nascuntur. Peccatū porrò cernit instar grauissimi plumbi iniquitatis infidens, iuxta id quod habetur Psal. 106. Omnis iniquitas oppilabit os suum, fructus verò peccati ignominia. Vel, plumbum grauitatem peccati significat, quòd peccati conuictos in profundum inferni præcipitat. Mensuram autem, diuinæ erga peccatores lenitatis & patientiæ finem, pœnæque principium. Non enim liberum illis erit in infinitum peccare, sed iam iamque grauissimas pœnas luent. Hîc autem Gregorius plumbeam mensuram ad eos accommodat, qui cùm id recipiendum est, quod ad fœnus dederunt, grauioribus ponderibus vtuntur.

57. Quarendarum opum) Vbi sunt, inquit Hieremias, qui argentum & aurum thesaurizant, ijsque confidunt, nec quærendarum opum finem vllum faciunt? Ac profectò non immeritò huiusmodi homines flagillat. Nam qui legitimis limbis semel excesserunt, nec vsibus vitæ necessarijs, sed voluptatibus egestatem desinunt. ijs vtique similes existimandi sunt, qui in pronum feruntur. Vt enim illi, quia nihil firmum stabile habent, in quo pedem certò figere queant, vlterius volui non desinunt: sic etiam isti quò plura congerint, eò maiori congerendarum opum studio inardescunt. Ac proinde non abs re dicebat Solon:

πλούτου δ' ἐνζυγίοισι πεφασμένον ἀνθρώποισι.

Fixus opum non est limes mortalibus vllus.

58.) Chamos) Moabitæ Chamos colebant, Sidonij Astarten, 3. Reg. 11. Astartes autem Veneris Babylonij sacerdotes Baal siue Beel.

59. Sanguisugæ) Prouer. 30. Sanguisugæ tres sunt, charissimæ filiæ non eam exatiarunt. Sanguisuga bolus est sanguinis sitiens: tres ipsius filiæ, tria capitalia vitia, libido, auaritia, & ambitio, à quibus gurgitatur, vt tamen nunquam fames ipsius expleatur. Eodem cap. mentio fit inferni ignis, terræ quæ nunquam satiantur.

60. Iosephi calamitate) ἐπὶ συμβάσει τοῦ Ἰωσήφ. Per Iosephum Iosephi tribum intelligit.

61. Vlulare pinus) Zach. 11. Vlula pinus, quia cecidit cedrus. Quibus verbis Prophetæ nos admonuit diuitum calamitatibus erudiamur, ac dum eos qui opibus ac potentia nos antecellebant, prostratos & oppressos videmus, eorum exemplo perterriti nobis melius consulamus. Cedrus quippe proceritate pinum superat.

62. Ex qua sapientia nascitur) Alludit ad illud Iob cap. 12. In multo tempore sapientia, & in multis scientia.

63. Per spirituale sacrificium) hoc est, vt exponit Nicetas, νοερὰν λειτουργίαν.

64. Corpoream alimoniam) Nicetas τὴν σωματικὴν τροφὴν ἐπιδοσιν exponit. Et certe Basilius τὴν ἐπιδοσιν vocem ad eundem modum interpretatur.

GREG

GREGORII NAZIANZENI DE PAVPERVM AMORE ORATIO.

ARGVM. EX GRAECO NICETAE.

Vasorij generis est hæc Oratio, ad bene de pauperibus & ægrotis merendum exhortãs. Eorum autem causa potissimum habita est, qui in Basiliadis valetudinario lepra laborabant: quod quidem Basilius Magnus extruxerat, eosq; ibi collectos curabat. Pathetica est autem & moralis hæc Oratio: interdum tamen etiam dogmata quædam & naturæ disciplinam attingit, cùm videlicet antitheses quadam in argumentum incurrunt.

VIRI FRATRES, & mecũ paupertate coniuncti (quãuis enim hominũ opinione atque iudicio alij alijs, si ad exiguam lancem expendãtur, antecellant: pauperes tamen omnes in vniuersum sumus, gratiaq; diuina indigemus) hanc de pauperibus amãdis Orationem non malignè fordideque, sed benignis candidisq; animis accipite, vt regni cælestis opibus affluatis: ac communibus votis mecum expoſcite, vt eam affatim copioseque vobis submini strem, orationisq; & doctrinę pabulum animabus vestris porrigam: panemq; spiritualem fame laborãtibus frangam, siue prisci illius Mosis in morem cibum cælitus depluens, panemque Angelorum impertiens, siue paucis panibus myriades etiam hominum ad satietatem vsq; in solitudine alens, quemadmodum postea Iesus fecit, verus inquam ille panis & veræ vitæ auctor. Est quidem haud admodum promptũ & facilè in tanto virtutum numero eam, quæ cæteris præstet inuenire, eique primas honoris partes laudisque palmam dare: nec minus vtique arduum, quàm in prato quodam plurimis suauissimisque floribus ornato florem omnium præstantissimum fragrantissimumq; reperire, alio nimirùm aliàs olfactum prospectumq; ad se retrahẽte, nosq; primùm ad sui collectionem inuitante. Quantùm tamen ipse assequi possum, ita res distinguenda atque consideranda est. Præclara virtus est fides, spes charitas, tria hæc: ac fidei quidem testis est Abraham, qui iustitię laudem ob fidem consecutus est: spei Enos, qui primus spe adductus est, vt Domini nomen inuocaret, iustiq; etiam omnes, qui propter spem afflictiones & ærumnas ferunt: charitatis diuus Paulus, eò audaciæ progressus, vt Israelis causa sibi gratiuus aliquid imprecaretur, Deusq; etiam ipse, qui charitatis nomine appellatur. Præclara virtus est hospitum amor: testimonio est, si de iustis agamus, Loth Sodomita, si autem de sceleratis & flagitiosis, Rahab meretrix, non tamen animo & voluntate meretrix, cui bene de hospitibus merendi studium & laudi fuit & saluti. Præclara virtus fraternus amor: eiusq; rei locupletem testem habemus Iesum, qui nõ modò frater noster vocari sed etiam salutis nostræ causa supplicio affici sustinuit. Præclara virtus humanitas: ac testis est idem Iesus qui non solum hominẽ propter opera bona creauit, atq; imaginem ad res præclarissimas ducem supernorumq; bonorũ conciliatricẽ carni coniunxit, sed nostra etiã causa Homo factus est. Præclara virtus est lenitas & æquanimitas, quemadmodum idem ipse nobis abundè testatur, vt qui non solùm Angelorum legiones ad eorum, qui violento & barbaro impetu in eum insurrexerunt, oppressionem recusauit, nec Petro solùm ob sublatum gladiũ succensuit: verùm ei quoque, cui vulnus inflictum fuerat, aurem ad integrum restituit. quo etiam in genere Stephani deinde Christi discipuli virtus enituit, cùm pro ijs, à quibus lapides in ipsum iactabantur, preces fudit. Præclara virtus est clementia: testes prodeant Moses & Dauid, quibus præ cæteris virtutum ornamentis ea laus Scripturæ testimonio tributa est: prodeat etiam horũ magister, nõ contendens, nec clamans, nec in plateis vocem emittens, nec ijs, à quibus ad necẽ ducebatur, oblucta ns. Præclara virtus est zelus:

Rom. 10.
1. Iohan. 4.
Gen. 18.
Ioſ. 6.
Hebr. 2.
Luc. 22.
Ioh. 19.
Act. 7.
Num. 12.
Pſal. 131.
Eſa. 42.
Matt. 12.
Num. 25.
Zelus.

zelus:

Exod. 16.
Matth. 14.
Gen. 15.
Geneſ. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

zelus: testis Phinees, qui Madianitidem & Israelitam vno eodemq; ictu trāsfixit, vt Israelis filios à probro & dedecore vindicaret, atque ex animi instituto [4] nomen traxit: testes etiam post eum illi, qui his
3. Reg. 19. verbis vtebantur: Zelo zelatus sum pro
2. Cor. 11. Domino omnipotēte. Et Zelotypus sum
Psal. 68. erga vos, Dei zelo. Et, Zelus domus tuę comedit me: nec solùm hoc dicūt, sed etiam sentiunt. Præclara res est corporis sugillatio atque contusio: id tibi Paulus persuadeat, seipsum adhuc coercens, [5] ac per Is-
1. Cor. 9. 10. raelem, qui nimium sibi ipsis fidunt, cor-
Matth. 4. porią; indulgent, terrorem inijciens, atq;
Matth. 26. adeo Iesus ipse ieiunans atq; tentatus, tentatoremq; superans. Præclara res est oratio & vigilia: cuius rei fidem tibi faciat Iesus, sub Passionis tempus somno bellū indicens precibusq; incumbēs. Præclara res est castimonia & virginitas: fidem arroga
1. Cor. 7. Paulo de his rebus leges instituenti, ac matrimonij & virginitatis causam iustè incorrupteq; disceptanti, ipsiq; etiam Iesu ex Virgine nascenti, vt & procreationem honore afficiat, & virginitatem honore præferat. Præclara res est cōtinentia: mo-
2. Reg. 23. ueat te Dauidis auctoritas, qui vt æquè
1. Paral. 11. Bethleemitici putei copia ipsi facta est, & bibere noluit, sed eam tantùm libauit, nec sitim suam per aliorum cruorem explere
Monastica vita. sustinuit. Præclara res est solitudo, & vita ab hominum cœtu commercioq; semota:
Luc. 6. 19. idq; nunc docet Eliæ Carmelus, Ioannis desertum, ac mons denique ille, ad quem sæpenumerò Iesus secessisse, secumq; per ocium versatus esse perspicitur. Præclara res est frugalitas, vitæq; parsimonia: do-
3. Reg. 17. cumento mihi est Elias apud viduam conquiescens, Ioannes cameli pilis corpus obtegens, Petrus lupinis minuto asse veneū-
Phil. 2. tibus famem pellens. Præclara res humi-
Esa. 53. litas animiq; demissio: eiusq; multa exem-
Ioan. 13. pla passim habemus, ac præ cæteris mortalium omnium Seruatorem ac Dominum,
Luc. 19. qui non modò seipsum ad formam vsque seruilem deiecit, sputorumq; probro contumeliæq; faciem suppositum, & cum sceleratis reputatus est, is inquam, qui mundū à peccati labe purgabat: sed etiam discipulorum pedes seruili specie abluit. Præclara res est facultatum iactura, & pecuniarū contemptus: testis est Zachæus, atque etiā Christus: ille dum Christo domum suam ingredieti propemodum omnes suas opes dono obtulit: hic dum adolescentē illum alloquens perfectā vitam ea re definiuit.
Cōtemplatio. Atque vt compendiosiùs adhuc de his re-
Actiua vita. bus agam, preclara est contemplatio, preclara est actio: illa hinc assurgens, atq; in Sancta sanctorum contendens, mentemq; nostram ad id quod ipsi cognitum est, re-
Ipsi mi uehens: hæc verò Christum hospitio ex-
rdia cipiens, officioseque colens, ac vita ipsi &
mè di moribus vim sui erga eam amoris testificans. Horum vnumquodq; vna quædam salutis via est, atque ad aliquam omnino beatarum illarum & æternarum mansionum ducens, quandoquidē vt diuersa virtutum genera atque instituta, ita multæ quoque apud Deum mansiones sunt: suus cuiq; pro merito suo & dignitate tribuitur. Ac proinde alius hanc virtutem affectet, qui studeat, alius illam, alius plures, alius, si fieri potest, omnes: hoc tantùm agat, vt incedat, porroque progredi concupiscat eiusque, qui viam præclarè commonstrat, gressusq; nostros regit, ac per angustam viam atq; portam ad futuræ beatitudinis latitudinem nos ducit, vestigijs insistat. Si tamen ex Pauli atque ipsius etiam Christi sententia & auctoritate charitatem, vt Legis & Prophetarum caput, præceptorū omnium primū maximumq; censendum est: huius potissimam partem in eo situm esse comperio, vt pauperes amore & benevolentia complectamur, atq; eorum, qui nobis cognationis iure sunt coniunctissimi, calamitate moueamur, atq; doleamus. Nihil enim vlla omnino res est, quæ Dei benevolentiam perinde conciliet, ac misericordia (quādoquidem nec quicquā est, quod Deo congruentius offerri possit, vt ipse quem misericordia & veritas antecedant, eiq; misericordia ante iudicium offerendā sit:) nec vlli alij rei potius, quàm humanitati & commiseratioui commiseratio & humanitas ab eo rependi solet, qui suis ma æquitate quemque remuneratur, atque in lance & mensura misericordiam constituit. Porrò cùm iuxta legis illius edictum quæ & cum gaudentibus gaudendum, & cū iis qui in fletu lachrymisq; versantur, gemendum esse præscribit, pauperes omnes & quauis calamitate pressos afflictosque miseratione prosequi, &, cùm hominum ipsi simus, benignitatem hominibus exhibere debemus, siue ob viduitatem ea opem habeant, siue orbitatem, siue exilium, siue dominorum sæuitiam, siue principum acerbitatem, siue eorum qui legendis magistratibus sunt præfecti, inhumanitatem & importunitatem, siue latronum cruētam audaciam, siue furum inexplebilē auaritiā, siue bonorum proscriptionem, ac denique naufragium (omnes enim æquè miserabiles sunt, atq; in manus nostras intuentur, vt nos Dei manus, cùm re aliqua egemus, intueri solemus) cumq; ij rursus, qui nulla sua culpa præterq; morem afflictantur, maiori misericordia digni sunt, quàm quibus

quibus iniquiore & acerbiore fortuna vti consuetum est ac familiare: tum verò nos ij præcipuo quodam miserationis affectu permouere debent, qui [7] sacro morbo labefactati atque infecti sunt, & ad carnes vsque atque ossa & medullas (quod quibusdam Scriptura minitatur) exesi consumptique, atque [8] ab hoc flagitioso & infido corpore proditi: cui quónam modo coniunctus sim, haud equidem scio: quóque pacto simul & imago Dei sum, & cum cœno volutor: quod & [9] cùm incolumi valetudine est, bello me infectatur, & cùm bello premitur, excruciat, mœroréque afficit: quod & vt conseruum amo, charumque habeo, & vt inimicum infestumque detestor: quod & vt vinculum fugio, & vt eiusdem hæreditatis particeps reuereor. [10] Si macerare & debilitare contendam, iam non habebo, quo socio & administro ad res præclarissimas obeundas vtar, nimirùm haud ignorans cuiusnam rei causa procreatus sum, quodque mihi faciendum est, [11] vt per actiones ad Deum ascendam: sin contrà vt cum adiutore & administro mitius indulgentiusq; agere mediter, nulla iam ratio occurrit, qua rebellantis impetum fugiam, omninoque à Deo excidam necesse est, [12] corporis compedibus degrauatus, in terram detinentibus, vel detinentibus. Hostis est blandus & facilis: insidiosus amicus. Proh Deum immortalem, quæ ista hæc coniunctio est? quæ inimicitiarum disidijque ratio? quod vereor, amplector: quod amo, perhorresco. Antequam bellum geri cœptum sit, in gratiam cum eo redeo: antequam pax sit constituta, ab eo disideo. Quánam hoc Dei sapientia, quónam magno & arcano consilio mihi hoc accidere dicam? an hoc agit, vt [13] cùm Dei pars simus, atque supernè fluxerimus (ne ob huiusmodi dignitatem altius efferamur atque intumescamus, Creatoremq; contemnamus) ob eam quæ nobis est cum corpore, colluctationem ac dimicationem eum semper intueamur, omnesq; spes nostras in eo positas habeamus, atque ita connexa nobis infirmitas dignitatem refrenet atque coerceat? an vt intelligamus nos maximos simul atque abiectissimos esse, terrenos & cælestes, temporarios & immortales, lucis & [14] ignis siue tenebrarum hæredes, prout ad alterutrum horum nobis propendere contigerit. Hæc nostra temperatio est, atque ob has causas, quantùm quidem ipse perspicere possum, vt cùm imaginis dignitas nobis animos extulerit, terra eosdem deprimat contrahatq;. Sed de his qui volet, differat, nosq; etiam commodius aliquando disseremus. Nunc verò, quod, carnis meæ atque infirmitatis vicem in aliorum calamitatibus ægerrimè ferens, dicere instituerā, faciendum nobis est, fratres, vt cognatum & conseruum corpus curemus (etsi enim me animi affectus eò abripuit, vt illud tanquam inimicum & infestum accusarē: tamen propter connexionis huius auctorem, velut amicum amplector) & quidem curemus non minus aliorum corpora, quàm suum quisque corpus, tam eorum qui sanitate fruuntur, quàm qui abeodem morbo absumuntur. Omnes enim vnū in Domino sumus, siue diues, siue pauper, siue seruus siue liber, siue sanus siue corporis morbo correptus, atque vnum omnium caput, ex quo omnia, Christus. quodque membra inter se sunt, hoc quisque alteri, atque omnibus vniuersi. Ac proinde contemnendi ac negligendi non sunt, qui in communem infirmitatem priores lapsi sunt: nec magis acquiescendum est, quòd corpora nostra bellè habent, quàm lugendū, quod fratres misera valetudine afficiuntur. quin potius ita existimare debemus carnium animarumq; nostrarum incolumitatem in eo positam esse, vt de illis bene mereamur. Ac rem quælo ita expendamus. Alijs egestas sola calamitosa est, quam fortasse vel tempus, vel labor, vel amicus, vel propinquus, vel temporis mutatio sustulerit: ijs autē nihilominus hæc quoque grauis est, immò eo etiam grauior, quòd vnà cum carnibus & laboris suscipiendi, & sibi ad necessarios vitæ opem ferendi facultas erepta est, maiorque semper ipsis est morbi metus, quàm spes sanitatis. Ex quo efficitur, vt parum admodum adiumenti spes illis afferat, quæ alioqui afflictis & calamitosis vnum est remedium. Ad paupertatem accedit morbus, alterum malum, & quidem atrocissimum, maximeq; infaustum & abominandum, atque huiusmodi, vt id plerique hostibus suis maledicti loco imprecētur. Tertium, quod maxima pars hominum eos, nec adire, nec intueri sustinet: sed fugit & execratur, ac velut dirum aliquod spectaculū auersatur: id quod morbo quo que ipso illis acerbius est, cùm ob calamitatē exosos se intelligunt. Equidem eorū miseriam non sine lachrymis fero, atq; ad cōmemorationem ipsam dolore perturbor atq; conficior. Deniq; vobis accidat, velim, vt lachrymis lachrymas fugiatis. Nec dubito, quin ex his qui adsunt, pinde afficientur, quicūq; Christi ac pauperum amore flagrant, atq; Dei beneficio id habent, vt aliena afflictione permoueantur.

Rom. 12. Gal. 3. Eph. 1. 4. 5.

Spes vnicū remedium afflictis.

Galat. 5.

Ac cala-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ac calamitatis etiam testes vos ipsi estis. Proponitur vobis ob oculos graue & miserandum spectaculum, nec nisi ijs, qui perspectum & exploratum habent, credibile, homines mortui ac viuentes, pluribus corporis partibus mutilati atque truncati, adeoque miserè deformati, vt nec qui aliquando fuerint, nec vnde propemodum agnoscatur, immò vt rectius loquar, veterum hominum miseræ reliquiæ, patres & matres & fratres ac loca ex quibus agnosci queant, proferentes: Ego illo patre natus sum, hac matre procreatus, hoc mihi nomẽ est, tu mihi quondam amicus & familiaris. idq; eò faciunt, quia veteri forma corporisq; lineamentis iam cognosci nequeant, homines accisi ac spoliati pecunijs, genere, amicis, adeoq; corporib⁹ ipsis, homines soli ex mortalibus, ita affecti, vt sibiipsi simul & miserationi & odio sint, nec satis constitutum habeant, vtras tandem corporis partes magis deplorent, præcisáne atque extinctas, an in corpore adhuc manentes: eáne quas morbus exhausit, an eas, quæ morbo reliquæ sunt: illæ quippe miserè absumptæ atque confectæ sunt, hæ miserius conseruantur: illæ ante sepulchrum interierũt: has nemo est, qui sepultura afficiat. Nam optimus & humanissimus quisq; nisi nimus quisque his durissimum atq; inhumanissimũ se præbet: hicq; solùm nos carnes esse ac humilitatis corpore obtectos esse obliuiscimur, tantumq; abeo absumus, vt eos qui cognationis vinculo nobiscum coniuncti sunt, curemus, vt corporum quoque nostrorum salutem, eorum fugam atque auersionem interpretemur, Cumq; nõ desint, qui ad vetus fœtidumq; etiam fortasse cadauer accedant, brutorumq; animantium corpora fœdo odore plena perserant, ac cœno se oblitos atque perfusos sustineant: nos contrà eos omni celeritate fugimus (ô immanem crudelitatem) penè etiam, quòd eundem cum ipsis aerẽ trahamus, indignè ferentes. Quid patre beneuolentius? quid matre humanius? atqui his quoque natura est præclusa, pariq; filium suum, quem progenuit, quem vnicum vitæ oculum se habiturum existimauit, pro quo multas ad Deum sæpenumerò preces fudit, hunc inquam luget quidem ille, cæterùm abijcit, partim libens, partim inuitus. Ac mater dolores quidẽ partus animo recolit, ac visceribus distorquetur, & miseranda admodũ voce natum appellat, atque in medium producta viuum perinde atq; morte abreptum luget. Fili miser, inquiens, & miseræ matris, quem mecũ morbus partitus est: fili miser, fili iã ignote, fili quem præcipitijs & montibus ac solitudinibus alui, [illegible] feris habitabis, tibiq; petra tectũ erit, [illegible] ex mortalibus ij solùm te videre [illegible] bunt, qui pietate excellunt: atque [illegible] hæc tristis Iobi verba inclamabit: Q[illegible] in materno vtero creatus es, atque ex [illegible] tre egressus es, ac non statim peripsi[illegible] mors cum vita concurreret? Quare [illegible] præmaturè excesisti, priusquàm [illegible] vitæ mala degustares? Quare tibi [illegible] inter se iuncta sunt? Quare vbera [illegible] miseram vitam ac morte grauiorem [illegible] rus? Atque his verbis, fonteq; lachry[illegible] rum fundit, ac complecti quidem & [illegible] culari misera cupit, cæterum filij ca[illegible] vt inimicas & hostiles pertimescit. P[illegible] ci porrò clamores atq; infectationes [illegible] aduersus sceleratos & flagitiosos, sed [illegible] uersus miseros & calamitosos excitan[illegible] Ac cædis quidem crimine constrictũ [illegible] deest, qui domo excipiat, quique etia[illegible] dulterum non domus solùm, sed m[illegible] etiam participem faciat, ac sacrilegũ [illegible] socium asciscat, cum ijsque, à quibus [illegible] mentum aliquod atque iniuriam acce[illegible] amicitiæ fœdus percutiat: horum co[illegible] à quibus nulla molestia affectus est co[illegible] ris vitium non secus ac crimen quod [illegible] auersatur. Ita vitij melior conditio [illegible] quàm morbi: atque inhumanitatem [illegible] bero homine dignam amplectimur, [illegible] manitatem autem & cõdolentiam vt [illegible] pem & inhonestam contemnimus. A[illegible] tur ab vrbibus, arcentur à domibus, [illegible] concilijs, vijs, festorum celebritatibus [illegible] uiuijs, (ô acerbam calamitatem) ab [illegible] quoq; aqua, ne profluentibus quidem [illegible] tibus ipsi cum cæteris mortalibus cõ[illegible] niter feruntur. nec aliter creditur, [illegible] fluuij spurcitiem aliquã ac fœditatem [illegible] ipsis contrahant: quodq; mirum atq; [illegible] surdum est, quos vt piacula submouem[illegible] eosdem vt nihil nobis molestiæ infer[illegible] tes ad nos rursus conuertimus, non do[illegible] impertientes, non alimentũ necessariu[illegible] non vulneribus medicinã, non veste m[illegible] bum eorum pro virili obuoluentes. [illegible] proinde noctes dieq; vagantur inopes, [illegible] nudi, ac recto carentes, morbum ostent[illegible] tes, vetera commemorantes, Creatoris [illegible] dem atq; opem implorantes, alij alio[illegible] mẽbris pro ijs quibus carent, vtentes, [illegible] tuum animos hominum ad misericord[illegible] pertrahentium artifices, panis nonnihil [illegible] postulantes, aut perexiguum obsonij, aut [illegible] pannosam quandam ac sordidam vest[illegible] in obscœnitatis subsidium, aut vlceribus [illegible] solarium. Ac clementię apud eos facilita[illegible] tisq; laudem non habet, non qui ipsis quæ [illegible] necessaria sunt, suppeditauit, sed qui non [illegible] fauit.

Spectaculũ miserationẽ dignum.

Humanissimus quisq; erga pauperes inhumanissimus.

A parentibus etiam abyciũtur liberi languentes.

muentus
animarum curatio
instituti
artyrum
d.

r pauperum nobis
ponan-

sæuè atque acerbe ablegauit. Plerique etiam horum ne pudore quidem à publicis conuentibus deterrentur: quin potius in eos se ob necessitatem intrudunt, hos inquam publicos & sacrosanctos conuentus, quos ob animarum curationem instituimus, vel mysterij cuiuspiam celebrandi causa coeuntes, vel Martyribus veritatis diem festum agitantes: vt quorum certamina honore prosequimur, eorundem quoque pietatem imitemur. Et quãuis hominum ora, vt pote homines, propter calamitatem erubescãt, ac montibus aut præcipitibus locis aut syluis, aut denique nocte ac tenebris obtegi vellent: in medium tamen irrumpunt, sarcina miseranda & collachrymanda: id quoque fortasse non temere ac sine ratione, nimirum vt nos in firmitatis nostræ submoneant, ac dehortentur, ne cuiquam rerum præsentium at que aspectabilium velut firmæ & stabili animum addicamus. Irrumpunt autem partim vocis humanę, partim aspectus cupiditate partim vt exigua vitę subsidia ab ijs, qui luxu delicijsque diffluunt, corrogent: omnes denique vt promulgandis luctibus suis leuationem nonnullam sibi afferant. Quis non eorum miseram cantilenam, concinnantium querelis frangitur? Quæ auris huiusmodi auditionem ferre. Quis oculis spectaculũ hoc capere potest. Iacent simul illi male à morbo consocia ti, atque alij aliud quoddam calamitatis genus ad miserationem ciendam erogantes: suntq; sibi inuicem doloris addita mentum, miserabiles quidẽ illi morbi nomine, condolentiæ tamen ergo miserabiliores. Circunstat autem eos promiscuum theatrum, condolentium quidem, cæterum ad breue tẽpus. Hi porrò ad hominum pedes volutantur cum Solis æstu ac puluere, nõnunquam etiam cum asperrimo frigore ac pluuijs ventorumque tumultibus conflictantes, pedibusq; etiam iam iamq; perculcandi, nisi vel tantillum eos tangere exhorrescerem⁹. Ita petitio num clamor internis templi cantibus ex aduerso respondet, atque è regione mysti carum vocũ miserabilis luctus exticatur. Quid verò totã calamitatem hominibus festum diem celebrantibus proponere attinet? Vobis quoq; fortasse lachrymas extorqueã, si omnia sedulo cõmemorare atque amplificare pergam ac festum dolor superabit. Hæcq; etiam idcirco dico, quia nondum vobis hoc persuadere queo, molestiam nonnunquã voluptate, & mœstiti am lætitia, & honestas lachrymas turpi at que obsceno risu prestantiores esse. Atque hæc quidem illi, multoque his, quæ dix imus, miseriora, illi inquã, qui secundum Deum fratres nostri sunt,[16] vel inuitis vobis, qui eandem nobiscum naturam sortiti sunt atque eodem luto ex quo primum creati sumus, efficti atq; conflati, neruis atque ossibus itidem innexi, pellibus & carnibus æquè ac reliqui omnes mortales, conuestiti (quemadmodum quodam loco ait Diuus Iob, in calamitatibus philosophans, partemq; in nostri aspectũ cadentẽ contemnens ac deiiciens) quiq; etiam, vt maiora dicam, imaginis decus perinde atque nos, acceperunt, meliusq; fortasse quã nos tuentur atque cõseruant, etiam si alioqui corporibus labefactati ac perditi sint qui eundem Christum secundum internum hominem induerunt, atque eundem nobiscum spiritus arrabonem fidei suæ cõ missum habent: qui earundem nobiscum legum participes facti, eorundem oraculorum, testamentorum, cõuentuum, mysteriorum, eiusdemq; postremo spei pro quibus Christus qui totius mundi peccatum tollit, æquè mortem obijt: qui cælestis vitæ coheredes sunt, etiã si ab hac longissimè exciderunt: qui cum Christo inhumantur, simulq; ad vitam redeunt, si quidem compatiuntur, & conglorificantur. Quid vero nos inquam, qui magnum illud ac[17] nouũ nomen forte accepimus vt à Christo nominemur, gens sancta, regale sacerdotium, populus eximius & peculiaris bonorum & salutiferorum operum consectator? qui Christi discipuli sumus mitis inquam illius & clementis, qui q; infirmitates nostras portauit, qui vsque ad conspersionem nostrã sese deiecit, qui propter nos carnis huius terreniq; tabernaculi paupertatem subijt, & doloribus langoreq; propter nos affectus est, vt nos diuinitatis opes consequamur? Quid nos qui tantum miserationis ac cõdolentiæ ex emplum accepimus? Quid de his cogitabimus? Quid faciemus. An eos cõtemnemus an præteribimus, an vt mortuos, vt execrabiles, vt perniciosissimos quosq; serpẽtes ac feras bestias deferemus? Nequaquã fratres, alienum est hoc à nobis, qui Christi oues sumus, boni inquam, illius Pastoris, qui errantem ouem reducit, & perditam conquirit, & infirmam corroborat: ab humana autẽ natura hoc abhorret, quę condolentiam veluti lata lege sanxit, ex eadem nimirum infirmitate ad pietatem & humanitatẽ erudita. Quid? sub dióne illi vexabuntur, nos autem clarissimas domos habitabimus, omnigenis lapidibus exornatas, atque auri & argenti splendore oculorũ aciẽ perstringentes, ac tenuissimi lapilli dispositione picturæque varie-

Malach. 2.
Iob. 10.
Quæ vos ad elæmosynam excitare debet.
Rom. 8.
Esa. 62.
1. Pet. 2.
Matt. 11.
Esa. 52.
Misericordia oues Christi decet.
Aedes ipsæ dida.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate oculos veluti illecebris quibusdã inescante ac decipiente, easque partim incolemus, partim extruemus? Quibusnam autem? ne heredibus quidem fortasse nostris, sed alienis atque exteris, ijsq; ne amicis quidem fortasse nostris, sed infestissimis hostibus grauissimeq; nobis inuidentibus: quod quidem malorum omnium extremum est. Quid? illíne in duris lacerisq; vestibus frigore obrigescent, immò ne earum quidem copiam habebunt: nos verò mollibus & circunfluentibus vestibus, pannisq; ex tenuissimo lino ac serico cõtextis deliciabimur, partimq; in ijs ineptiemus potius, q̃ splendorem nobis conciliabimus, (sic enim quicquid superuacaneum ac superfluum est, voco) partim eas arculis recõdemus, curam inutilem & incommodam, à tineis exedendas, atque à tempore, quod omnia conficit, absumendas? Atque illis ne necessaria quidem alimenta suppetét, (ô profusas meas delicias? ô grauem illorum afflictionem?) verùm ad fores nostras iacebunt, fracti fameque confecti, ne petitionis quidem instrumenta corpore suppeditante, priuati vocib⁹ ad lugendum, manibus ad suppliciter protẽdendum, pedibus ad locupletes adeundũ, spiritu ad luctuosi cantus intentionem, quodq; malorum omnium acerbissimum est leuissimum iudicantes, oculis solum gratiam habentes, quod fœditatem suam non intuentur, hi, inquã, adhunc modum se habebunt: nos autẽ in lectulis sublimibus & excelsis, stragulisq; sumptuosis nec attrectandis luculenti luculentè recumbemus, si vel solam petentium vocem audiamus, stomachantes. Atque & pauimentum suauissimis floribus, plerunque etiam extra tempus, fragrare necesse est, & mensam dulcissimis vnguentis exquisitissimisque perfundi, vt magis etiam effœminemur: adolescentes insuper astare partim in ornatu atque ordine, coma solutos & effœminatos,[18] ac cæsarie ad vultus elegantiam accuratius quam expediat, elaboratos & expolitos, petulantibus & impudicis oculis adornatos, partim pocula extremis digitis tenentes quam fieri potest detentissimè simul ac tutissimè, partim follibus ventum super caput excitantes, atque aura manu cõflata obesas carnes refrigerantes: ad hæc mensam carnibus redundare, elementis omnibus nobis vberrimè copiosissimeque submini strantibus, aere, terra, aqua, nosque coquorum & conditorum imposturis lenocinijsque comprimi, omnesq; de eo inter se concertare, ecquis auidum & gratum ventrem maximè demulceat, hanc inquam grauem sarcinam & [19] malorum auctoré, belluam ijs

Molles & superfluæ vestes.

Lazarus pauper graphicè depictus.

Diuitis epulonis descriptio.

Coquorum & cõditorũ impostu ris plerosq; cõprimi.

inexplebilem maximeque infidam, ac[illegible]
cum cibis abolendis iam iamq; abolendi[illegible]
Et quidem illi præclare secum agi putant, [illegible]
si vel aqua expleantur: nos aũt vini pocula [illegible]
vsq; ad timulentiam hauriemus, imò etiã [illegible]
vltra temulentiam, saltem ij, in quibus [illegible]
bido magis dominatur: atque ex pluribus [illegible]
vinis alia reijcemus, alia vt suauia & gra[illegible]
ta eligemus, de alijs etiam philosophabi[illegible]
mur, detrimentoque ducemus, nisi ad p[illegible]
trium vinum exterum etiam quoddam [illegible]
velut tyrannus accedat. Nos quippe mo[illegible]
les & delicatos, & profusiores quam nec[illegible]
sarius vitæ vsus postulet, esse oportet, ac[illegible]
haberi: perinde atque vereamur, ne non
mali existimemur, ac ventris & libidinis
serui. Quid hæc fratres & amici? quid non
quoque animi morbo laboramus, & quo
dem multò grauius, quam qui ægro corpo
re sunt. Hic etenim præter voluntatem e
stit: ille à voluntate proficiscitur. Atq
hic vna cum hac vita finitur: ille non hu
migrantes comitatur. Hic denique mis
ratione dignus est, ille odio, apud eos qu
dem, qui mentis sunt compotes. Cur na
ræ, dum sese offert occasio nõ succurri
Cur cum carnes simus, carnis abiectione
non obuoluimus? Cur in fratrum cala
tatibus delicijs circumfluimus? absit hoc
me, vt vel opibus abundem his *inopia*
rum laborantibus, vel commoda valetu
ne fruar, nisi horum vulneribus opem
rã, vel victũ atq; amictũ satis ampli
am, vel denique sub tecto requiescam,
& panem egentibus pro virium facul
porrigam, & vestem impertiam eosq
cto excipiam. Enimuero duorũ alter
faciendum est vt vel omnia Christo
ijciamus, vt verè atque sincerè eum
ta cruce sequamur, ac leues & expedi
re vlla detorti atque retracti ad super
mundum conuolemus, Christumue
elucremur, propter humilitatem e
propter egestatem locupletati: vel cele
cultates cum Christo partiamur, vt
nostræ honestè possessæ, ijsque qui
inopia conflictantur, impertitæ, sanct
quadam imbuantur. Quod si mihi
li sementem faciam, ita seminem
vt alij fructus edant, atque vt Iobi
rursus vtar pro tritico egrediatur
vrtica, pro ordeo autem rubus: ve
am æstuosus & turbo labores meos
ant ac subtrahãt, vt mihi labor omn
cassum suscipiatur. Quòd si etiam
extruã, thesauros ex Mammona atq
Mãmona ipsi cumulãs: non recuso quo
nus hac quoq; nocte animã reposcar,
nemq; reddendã habeam earum
quas

Vtinam nihil esse in rebus humanis.

Ierem. 9.

In quare sola gloriã dum sit.

quas nefariè cumulaui. Non tandem aliquando resipiscemus? non stuporem atque immanitatem abijciemus, ne tenacitatem dicam? non res humanas cum animis nostris expendemus? non in aliorum malis res nostras optime constituemus? Natura quippe nihil est in rebus humanis firmum & æquabile ac durabile, atque eodẽ statu constãter manens: verum res nostræ velut orbe quodam voluuntur, alias alio tempore, sæpe, etiam vno eodemq; die atque etiam interdum hora mutationes aduehente: vt incertis ventis, ac nauis, mare percurrentis vestigijs, fallacibus noctis in somnijs breuem voluptatem afferentibus, ijsque figuris, quas pueri per ludum in arena fingunt, certior fides haberi possit, quam hominum felicitati. Quo sapientiores habendi sunt, qui quoniam præsentibus rebus minimè fidunt, futuras opes sibi coaceruant, ac propter humanæ prospe ritatis incertitudinem & inconstantiam, benignitatis nunquam collapsuræ studiũ amplexantur: vt ex tribus his commodis vnum quidem omnino adipiscantur, nimirum vt vel nunquam malis afflictẽtur (quandoquidem secundis quoque huius vitæ rebus homines pietate præditos Deus sæpe complectitur, vt benignitate sua eos ad subleuandas aliorum miserias inuitet) vel vt in animis suis libertatem apud Deum habeant, vtpote non propter dispẽsationem quandam in calamitate versantes: vel deniq; vt humanitatem eam & beneficentiam, quam, dum secundis rebus vterentur, egentibus prius erogarunt, ab ijs quibus res prospere fluunt, suo quodam iure reposcant. Ne glorietur, inquit, sapiens in sapientia sua, nec diues in opibus suis, nec fortis in viribus, suis, ne si ad summum quidem peruenerint, ille sapientiæ, alter diuitiarum, alius potentiæ. Ego verò quæ sequuntur, adijciam, nec clarus & celebris in gloria nominisq; splendore, nec qui incolumi valetudine est, in sanitate, nec pulcher in formæ honestate, nec iuuenis in floreti ætate, nec vt rem vno verbo perstringam, in vlla alia re ex omnibus ijs, quæ in terra laudantur, qui ea intumescit: verum qui gloriatur hac vna in re glorietur, quod Deum cognoscat atque requirat, calamitosisq; condoleat, atque ad futuram vitã boni quid piam sibi recondat. Cætera enim omnia fluxa sunt ac tempore peritura, & velut in calculorum ludo alias ad alios iactantur transeuntque nec quicquam est ita possidentis proprium, quod non vel temporis diuturnitate deleatur, vel liuore ad alios migret: hæc vero certa & fixa sunt, nec vnquam recedunt ac dilabuntur, nec spes eorum qui fiduciam in his collocarunt, frustrantur. Ac mihi hæc quoque causa esse videtur, cur nullum huiusce vitæ bonum mortalibus certum sit ac diuturnum, atque hoc, vt si quid aliud, sapienter & egregie ab artifice Verbo & Sapientia illa mentem omnem superante factum esse, vt nos in his rebus quæ aspectu sentiuntur, aliaque aliter mutant atque mutantur, ac sursum deorsumque iactantur atque voluũtur, ac priusquam manu teneantur, fuga se propripiunt, eludamur: nimirum vt eorum incertitudinem varietatemq; perspicientes ad futuræ vitæ portum contendamus. Quid enim fecissemus, si vitæ felicitas firma & perpetua esset, cum, licet fluxa & fragilis sit, vsque adeo tamen ipsi affixi atque astricti simus, ac nos vsque adeo voluptas illius & impostura seruitute oppresserit, vt nihil rebus præsentibus melius atque excellentius cogitare possimus: idque cum nos ad imaginem Dei creatos esse ex Scriptura audiamus, certissimaque fide credamus. Quis sapiens, & intelliget hæc? quis prætereũtia præteribit? quis stabilibus & æternis mentẽ adiũget? quis de præsentibus rebus tanquã de abeũtibus cogitabit? quis de his quæ in spe posita sunt, tanquam de certis ac perennibus? Quis ea quæ verè sunt, ab his quæ inani specie esse videntur, distinguet, atque illa sequetur, hæc contemnet ac pro nihilo putabit? quis pictũram à veritate? quis terrenã scenam à superna ciuitate? quis peregrinationem à certo domicilio? quis tenebras à luce? quis limum profundi à terra sancta? quis carnem à spiritu? Quis eum à mundi principe? quis mortis vmbram à vita sempiterna? quis præsentibus rebus futuras emet? quis fluentibus opibus, opes constantes & perennes? quis rebus in oculos cadentibus eas quæ oculis non cernuntur? Beatus qui hæc Verbi gladio, virtutem à vitio secante distinguens ac diuidens, ascensiones in corde suo disponit, vt quodam loco diuus Dauid loquitur, atque hanc fletus vallem quam celerrime potest, fugiens, quæ supra sunt quærit, ac mundo vna cum Christo in crucem suffixus, vna quoque cum eo ad vitam excitatur, atque in cælum ascendit, vitæ iam non fluxæ & commutabilis nec fallacis hæres: vbi non iam [22] coluber mordens in via, nec calcaneum obseruans, quemadmodum ipsius caput obseruatur. Reliquis autem nobis eleganter Dauid, velut vocalissimus quispiam præco, ab excelso & celeberrimo preconio inclamat, graues corde appellans ac mendacium diligentes, hor

Cur Deus huiusce vitæ bona certa esse noluerit.

Gen. 1.

Gen. 49.

Gen. 3.

Psal. 83.

Psal. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

taturq́ue, ne rebus ijs, quæ in oculos cadunt, animum noſtrum magnopere adiungamus, nec frumenti ſolum ac vini ſatietate omnem huius vitæ beatitudinem metiamur. Quod etiam ipſum, vt opinor beatus Amos animaduertens, atque humi reptantibus ac ſpeciem tantùm boni habentibus rebus inſultans, Accedite, inquit,[23] ad montes æternos. Surge & proficiſcere, quia non eſt tibi hæc requies: ijsdem propemodum verbis vtens, quibus nos Dominus noſter atque Seruator inhortatur, dicens, Surgite, abeamus hinc, non eos tantũ quos tunc diſcipulos habebat, ex illo ſolũ loco abducés, quẽadmodũ quiſpiã fortaſſe arbitratur: ſed & ſemper & omnes diſcipulos ſuos à terra rebusque terrenis ad cælos & res cæleſtes pertrahẽs. Quocirca Dei filium iam ſequamur, illius vitæ requiem quæramus, huius vitæ opes & copias abijciamus, hoc tantũ commodi quod ipſis ineſt, percipiamus, animas noſtres in miſeratione acquiramus, bona noſtra pauperibus impertiamur, vt cęleſtibus opibus affluamus. Animæ quoq; partẽ da, non carni duntaxat: Deo quoq; partem da non mundo ſoli: ex ventre quiddam ſubtrahe, & ſpiritui conſecra: ex igne quid piã eripe, ac procul à depaſcente flamma recõde: à tyranno extorque, ac domino cõmitte.[24] Da partem ſeptem, hoc eſt huic vitæ atq; adeo octo, id eſt ei, quæ nos poſtea exceptura eſt. Ei cuius beneficio plura habes aliquid dato, immo etiam ei, qui omnia elargitus eſt, vniuerſas opes dato Nunquã Dei liberalitatem & munificentiam vinces, quanuis omnium tuarum facultatum iacturam feceris, quamuis te etiam facultatibus adiunxeris. Nam hoc quoq; ipſum accipere eſt, Deo aliquid donare. Quantumuis erogaris, plura tamen tibi reliqua erũt nec quicquam quod ad te propriè pertinet, daturus es: quandoquidẽ omnia à Deo manant. Et quemadmodum fieri non poteſt, vt vmbram noſtram prægrediamur quippe quæ prout gradimur, ſuffugiat, eodemq; ſemper interuallo nos ſuperet: quẽ admodum etiam corporis magnitudo ſupra caput aſſurgere nequit, vtpote corpori ſemper ſuperiectum: eodem modo nec Deus muneribus noſtris vinci poteſt. Neque enim quicquam, quod extra illius bona ſit, daturi ſumus, nec quod illius liberalitatem ſuperet. Noſce, vnde habes, quod es, quod ratiõe ac mẽte vteris, quod que maximum, quod Deum cognoſcis, cę lorum regnum ſperas, paremq́ue cum Angelis honorem, gloriæ ſpeculationem, nunc quidem in ſpeculis & ænigmatis, tunc autem pleniorem ac puriorem,[25] quod filius Dei effectus es Chriſti cohæres, ac ſi mihi ita loqui fas eſt, Deus ipſe factus es. Vnde tibi hæc ommia, & à quo? Aut vt parua hæc, oculisq́; ſubiecta dicam, quis tibi hoc dedit, quod cæli pulchritudinem cernis, Solis curſum, Lunę orbem, ſiderum multitudinem, eamq́; quæ in his ominibus velut in lyra elucet, concinnitatem atque ordinem ſemper eodem modo ſe habentem, partium anni viciſſitudines, temporum mutationes, annorum conuerſiones, diei noctisq́; æquas partitiones, terræ productiones, aeris fuſionem, maris fluxi ſimul ac nabilis immenſam latitudinẽ, profundos fluminũ gurgites ventorũq; pfluuia. Quis pluuias, agriculturã, cibos, artes, domos, leges, Reſpub. vitã mitẽ humanitate excultã, amicitiã & familiaritatem cum ijs, qui tibi cognationis vinculo coniuncti ſunt? Vnde habes, quod animantia partim cicurata tibiq́ue ſubiecta ſunt, partim in alimentum tradita? Quis te omnium rerum, quæ in terra ſunt, dominum & regem conſtituit? Quis, ne ſingula commemorem, ea omnia, quibus homo cæteras animantes antecellit, elargitus? nonne Deus qui nunc ante omnia & pro omnibus humanitatem atque charitatem à te viciſsim petit? An vero nos non pudebit, cum tot tantaq́ue ab eo partim acceperimus, partim ſperemus, ſi ne hoc quidem vnum ipſi conferamus, nimirum benignitatem & humanitatem? An cum ille nos à belluis diſiunxerit, ſolosque ex omnibus ijs quę in terra ſunt, ratione ornauerit, ipſi contra noſmetipſos efferabimus, tantumq; à voluptatibus & delicijs corrũpemur, aut furore afficiemur, aut quo verbo id ex primam neſcio, vt ſimul cum offa & furoribus, quę malè fortaſſe cõparauimus, nos quoque meliore natura eſſe, quam ipſi ſint, exiſtimemus: & quemadmodum olim, vt poetæ fabulantur,[26] genus quoddam erat gigantum & reliquorum hominum: ſic nos quoque ſublimes & humana conditione maiores apud ipſos erimus, vt lut ille Nembroth, aut genus Enach quoddam Iſraelitas opprimens, aut illi quorum ſcelere factum eſt, vt diluuium terram obrueret, atque purgaret? An cum ille, Deus licet ac Dominus, Pater noſter vocari non erubeſcat: nos contra cognatos quoque noſtros abnegabimus? Nequaquam fratres & amici mei, nequaquam ſimus rum diuino munere nobis conceſſarum ſcelerati diſpẽſatores: ne alioqui Petrum dicentem audiamus,[27] Erubeſcite, qui aliena detinetis, Deiq́ue æquitatem imminiatq; ita fiet, vt nemo pauper ſit. Necõgerẽdis aſſeruandisq́; pecunijs laborem alijs

Mich. 2.

Ioan. 14.

Admonitio pulchra.

1. Cor. 4.

Deo donare aliquid eſt accipere

Omnia manãt à Deo. Simil.

Dei in nos beneficia.

tatẽ imite amur, nemo erit pauper

alijs inopia laborantibus: ne alioqui nos acerba & minaci oratione inſectẽtur, hinc diuus Amos ad hunc modũ loquens, Agite iam, qui dicitis,[28] Quando effluet mensis, vt quæſtosè vendamus: & ſabbatha, vt theſauros aperiamus? & cùm deinceps ijs, qui magnam & paruam trutinam habent iram Dei minitatur. Hinc quoque[29] beatus Micheas, eundem quoque fortaſſe luxum reprimens, perinde atque ſatietas contumeliam pariat, efficiatq́; vt in lectiſe burneis laſciuiamus, primæque bonitatis vnguẽtis delicatè perfundamur, atque & teneris vitulis ex armẽtis, & hœdis ex gregibus ſaginemur, & ad muſicorum organorum vocem applaudamus, magisq́; etiam vt quicquam rerum humanarum ſtabile ac diuturnum eſſe arbitremur: fortaſſe autem hæc non tam grauia & flagitioſa exiſtimans, quã quod in delicijs noſtris[30] Ioſephi contritione nihil commouemur. Hoc enim ad ſaturitatis accuſationem adiungit, quod vtinam nobis ne accidat, nec vſque adeo voluptatibus indulgeamus, vt Dei quoq; res eas indignè ferẽtis benignitatem aſpernemur: etiam ſi non protinus admiſſo ſcelere irã ſuam peccatoribus immittat. Primã ac ſupremã Dei legem imitemur, qui pluit ſuper iuſtos & peccatores facitq́ue vt Sol omnibus æque oriatur, qui terram his omnibus animantibus, quæ in illa vitam degunt, liberã, & fontes, & amnes, & ſyluas expandit, & aerem auibus, & aquam ijs quæ in vndis viuunt, primaque vitæ ſubſidia omnibus vberrimè affluentiſſimeq́; conceſſit, non principis cuiuſquã imperio detenta, nõ longe circunſcripta, non finibus diſtincta ſed omnibus ſimul exprompta & opulẽta nec propterea minus copioſa propoſuit: tũ vt naturæ equalitatẽ æqualitate muneris ornaret, tũ vt benignitatis ſuę opes oſtenderet. At homines ſi aurũ atq; argentum & molliſſimas quaſq; veſtes & ſuperfluas, gemmasq́; pellucentes, cæteraq; eiuſdẽ generis, quæ belli ac diſſidij primæq́; tyrannidis indicia ſunt, defoderint, ſtatim ſuperciliũ præamentia tollunt, cognatisq́; calamitate affectis miſericordiã pcludunt, ne ſuperfluis quidem rebus ad neceſſarios vitæ vſus opem ipſis ferre volentes (ô incredibilem ſtultitiam ac vecordiã,) ne illud quidem, ſi nihil aliud, cogitantes, quod paupertas ac diuitiæ, libertas q́; vt appellamus, ac ſeruitus, ac cætera huius generis nomina poſtea in hominũ genus ac vitã irrepſerunt ſimul cum vitio, non ſecus ac morbi quidam, illabentia, ab eoque inuenta. A principio autem inquit ille non fuit ſic: verùm is qui hominem primum creauit, in-

Idem c. 6.

Dei patientia ne abuſamur.

Matt. 5.

Belli ac tyranni dia indicia.

Latth. 19.

genuum arbitrijq́ue libertate decoratum reliquit ſola mandati lege coercitum, atq; in paradiſi delicijs opulentum, idemque reliquo mortalium generi per primum illud ſemen tributum voluit. Libertas porrò & diuitiæ in ſola mandati obſeruatione ſitæ erant: contrà verò paupertas & ſeruitus in illius violatione. Ex quo autem li uores & contentiones & ſubdola ſerpentis tyrãnis homines voluptatis illecebris furtim in fraudem pertrahẽs, atque audaciores aduerſus infirmiores concitans, in vitam irrepſerunt: ab eo tempore in varia nomina cognatum genus diſſectũ eſt, ac naturæ nobilitatem auaritia diſcidit, legem quoq; ad imperandum aditricem aſciſcens. At tu primam illam æquabilitatem, non poſtremam diuiſionem intuere: legem Creatoris, non rerum ſummam tenentis tibi propone: naturæ pro viribus ſuccurre: veterem libertatem honore proſequere: teipſum verere: ignominiã generi tuo contege atque obrue: morbo ſubueni, egeſtati ſolatium affer: qui firmo corpore es, opibusque circumfluis, ægrotanti & inopi: qui minimè offendiſti, collapſo & comminuto: qui læto es & hilari animo mœrenti & afflicto: qui rebus ſecundis vteris, ſiniſtris aduerſisque rebus laborãti. Deo gratitudinis ergò aliquid tribue, quòd ex eorum es numero, qui de alijs bene mereri poſſunt, non qui aliorum beneficentia opus habent: quòd non ex alienis manibus pendes, ſed ex tuis alij. Da operã vt non ſolùm opibus, ſed etiam pietate, nõ ſolùm auro ſed etiam virtute ſis locuples. Cura vt proximo tuo idcirco præſtantior ſis, quia benignior: fac calamitoſo ſis Deus Dei miſericordiam imitando. Nihil enim tam diuinum homo habet, quàm de alijs bene mereri: itamet ſi ille maiora, hic minora beneficia conferat, vterq; nimirum pro ſuis viribus. Ille hominem condidit, ac ſolutum rurſus colligit: tu lapſum ne deſpicias. Ille cum maximis in rebus cõmiſeratus eſt, cum ei præter cætera Legem Prophetas, ac prius etiam naturalem legẽ non ſcriptam rerum quas gerimus iudicem dedit, cum arguit, admonuit, caſtigauit, poſtremò ſẽ pro Mundi vita in redemptionis precium tradidit: atque inſuper Apoſtolos, Euangeliſtas, magiſtros, paſtores morborum depulſiones, miracula, reditum ad vitam, mortis oppreſſionem, trophæum aduerſus eum qui vicerat, fœdus in vmbra, fœdus in veritate, diuiſas Spiritus ſancti gratias,[31] nouæque ſalutis myſterium largitus eſt. Tu verò, ſi quidem maiora quoque beneficia conferre potes, & quibus anima iu-

Vnde paupertas & ſeruitus irrepſerũt in nos.

Bene mereri de alijs diuinũ eſt.

Myſterium non ſaluta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quatur (nam his etiam rebus diuitem te si volueris, Deus fecit)ne his quoque te abstine,quo minus egenti benignè faciasiim mò primum ac potissimum ei, qui abs te petit priusq; etiam, quàm postulet, dato, tota die miserans ac salutifeream doctrinam commodans, sortemq; cum fœnore sedulò exigens hoc est,eius,cui vtilitas affertur, incrementum, quod quidem doctrinæ semper adiungit,quisquis pietatis semina in seipso paulatí auget. Sin hęc cõferre nequis,at hæc quidem secunda & minora quæque facultatis tuæ præsta: subueni, cibum porrige,vestem præbe,medicamentum adhibe vulnus alliga,de calamitate aliquid percunctare,de patientia orationem habe: bono esto animo, accede: haudquaquã ex ea re labesactaberis,haud quaquam vitium contrahes etiam si homines nimium molles & delicati hoc existiment,inanibus rationibus decepti, vel potius hoc siue mollitiei sue atque inertiæ siue impietati prætexant,ad timiditatem & ignauiã velut ad magnum aliquid valdeque scitum confugientes. Hoc tibi & rationes & medici persuadent, atque ij qui eos domi curant: ex quibus nondum quisquam eò periclitatus est, quòd ad eos potius accesserit. Atq; vt hoc demus rem istã formidolosissimam ac suspicione dignam esse,ô serue Christi & Dei,atque hominum amore præditeine tamen demisso ac degeneri sis animo: verum side subnitere,ignauiã misericordia,Dei metus mollitiem vincat:ante humiles rationes carni que indulgentes pietas collocetur. Ne fratrem despicias,ne prætereas, ne vt scelus, vt piaculum,vt aliud quiddam fugiendũ & interdictum auerseris. Membrum tuum est,licet calamitate frangatur. Tibi, licet animo admodum forti prætereas, pauper relictus est,vt Deo:his enim verbis pudore te fortasse permouebo.Humanitatis tibi argumentum proponitur: & si à beneficio accipiendo te [32] alienus abalienare atque auertere conetur.

Quisquis nauigat, naufrago propinquus est,eoque magis,quò audacius nauigat:eodem modo quisquis corpore conuestitus est,corporis alis ,ppinquus est,eoq;magis, quo rectior incedit,nec eos,qui ante se iacẽt,intuetur.Dum secũdo ventonauigas, ei qui naufragiũ facit, manũporrige:dũ sanus es & locuples, afflictoser opẽ.Ne expectes, vt in teipso discas quantũ malũ sit inhumanitas quãtumq;bonũ viscera egẽtib⁹ aperire.Ne experiri velis neũ aduersus eos qui alta ceruice incedũt,ac pauones præteruntes,[33] manum extendentem. In alienis calamisatibus hæc disce: egenti paruũ aliquid dato: neq; enim paruum est,qui omnibus rebus caret, imò ne ipsi quidem Deo,si viribus tuis par sit. Summi muneris loco alacritatẽ dona si nihil habes,collachrimare. Magnũ est infortunato remedium miseratio ex animo collata: ac sinerè condolescere calamitatem magnopere leuat.Ne sit tibi iumento vilior homo,ô homo quod in foueã lapsum, aut oberrãtẽ erigere,ac reducere tibi lex præscribit.In quo quidem profundiusne aliquid & magis arcanum occultet (cuiusmodi plerag veteris legis obscuritas sensuumque varietas habet)non est meum scire,verum Spsancti omnia perscrutantis & cognoscentis:quantum autem ipse ratione atque intelligentia assequi possum, hoc ideo sanxit,vt nos ab humanitate, quam,in rebus paruis adhibemus,ad maiorẽ plenioremq; benignitatẽ exerceat. Quanta enim, quæso, his qui eiusdem nobiscum generis sunt,debetur: quæ vel vlque ad brutas animantes exigitur? Atque hæc & ratio suadet,& lex,& hominum moratissimi quique: apud quos præstabilius habetur beneficium dare quàm accipere, atq;antiquior est misericordia quàm lucrum. Quid verò de nostris Sapientibus dixeris(nihil enim de exteris dico,qui vt tijs suis patronos deos inuenient,& [34] Eacifero primas tribuunt: quodq; eo sceleratius est nonnullis quoque dæmonibus in quibusdam regionibus [35] homines necare in more habent,atq; in pietatis parte crudelitatem ponunt, sacrificijsque huiusmodi & ipsi delectantur,& deos suos delectari putant mali vtique malorum (sacerdotes & discipuli)verũ ex nostris quoque nonnulli sunt,id quod lachrymis dignum est, qui tantum abest, vt ægrotantium vicẽ doleant,ipsisque opem ferant, vt eos etiam probris amarulenter infectentur,ipsisque insultent,ac vanè & inaniter philosophentur [36] vereque ex terra vocẽ mittant,& in aerem loquãtur, non in patentes aures diuinisque dogmatis attentas,eoque audaciæ proruant, vt dicant: à Deo illis est afflictio:à Deo nobis prosperitas. Et quis ego sum,qui Dei decretum rescindã;ac Deo me benignioré præbeam. Aegrotẽt,afflictentur,in calamitate versentur:ita censuit Deus. Atque hic solum Dei amorem præ se ferunt, vbi oboli colligendi sunt,atque aduersus miseros insolescendum est. Illud quidem ex eorum oratione liquido constat Deũ felicitatis suæ auctorem nequaquam arbitrari. Quis enim de pauperibus eã sententiã habebit,qui quidẽ suarum omniũ facultatũ auctorem Deũ agnoscat. Eorundem quip-

Egenti dandum priusquã petat.

Visitandi infirmi.

Simil.

Psal.73. Esa.5.

Tibi vt Deo pauper relictum.

Afflictionũ causæ occultæ.

Omnes fumus peccatores.

Rom.11.

Sap.9.

Ioan.5.

pe est & à Deo aliquid habere, & ijs quæ habent, piè ac secundũ Deum vti. An verò à Deo quoque fiat, vt illi diuexentur, nondum perspicuum: est,[37] quandiu terrena hæc quoque moles perturbationem exsese iactationemque velut in fluctibus tulerit. Quis verò scit,num ille ob vitium crucietur,hic rursus vt bonus ac laude dignus euehatur:ac nõ cõtra,ille ob flagitiosam vitæ rationem attollatur, hic ob virtutem exploretur, ille inquam altius euectus vt grauius corruat, tantisperque expectans, quo ad vniuersa ipsius improbitas morbi cuiuspiam instar prius eruperit, vt iustiori quoque postea supplicio afficiatur:hic rursus calamitatibus præter hominum expectationem pressus, vt tanquam aurum in fornace probetur, ac quantũcunque vitij habet, eliquet (nemo enim duntaxat in procreata natura omnino à vitij labe purus est, quemadmodum litteris sacris proditum est)aut etiam vt probatior & excellentior appareat:nam huiusmodi quoque aliquod arcanum in scriptura reperire est,ac longum vtique esset omnes Sp.sancti voces eo pertinentes enumerare.Sed quis arenam maris, & pluuiæ guttas, & profundi latitudinem metiri queat?Quis diuinæ in omnibus rebus Sapientię profundum perueștigare,qua & res omnes creauit, & quemadmodum ipse vult ac nouit,moderatur.Sufficit enim,vt apostoli exemplo difficultatem illius obscuritatemque prætereuntes admiremur. O altitudinem diuitiarum & sapientiæ ac scientiæ Dei,quã inscrutabilia iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Et, Quis nouit mentem Domini?Qui,vt cum Iob loquar ad extremum sapientiæ eius accesit?Quis sapiens,& intelliget hæc:[38] ac non per id quod percipi non potest quod mensuram omnem excedit, metietur ? Alius enimuero animi magnitudine atque audacia in his rebus efferatur,vel potius nemo efferatur: ego verò vel huius vitæ cruciatus sceleribus & flagitijs, vel lætos rerum successus vitæque tranquillitatem pietati omnino asc ribere vereor:non quòd non vtilitatis interdum alicuius causa hoc accidat,vt vel per improborum calamitatem vitij cursus impediatur vel per bonorum felicitatem virtuti via muniatur: sed quia non semper nec omnino ita eueniat, verum hoc futuri æui sit, in quo alij virtutis præmijs,alij scelerum pœnis afficientur.Resurgent enim,ait Christus,hi ad vitæ resurrectionem,illi ad iudicij resurrectionem. Rerum autem humanarum alia forma est,aliaque gubernatio: tametsi omnia eò ferant,atque apud Deum æquabile quiddam proculdubio habeat id quod nobis salebrosum & inæquale videtur: haud aliter atque in corporibus extimæ atq; intimæ partes, magnitudines etiam & paruitates,ac deniq; terræ tam prominentes quam demissæ partes: quorum omnium pulchritudo mutua comparatione conflatur ac perspicitur,quandoquidem opificis quoque materia,quæ prius inequabilis atque incondita erat,scitè tamen admodum affabreq; elaborata esset,si ad operis cuiusdam structuram accommodaretur: id quod tum demum intelligimus atque fateamur,cum operis elegantiam vndiq; perfectam & absolutam intuemur. Atqui nec ille insciti est artifex,quandiu artificij ipsius ignari sumus: nec res huius vitæ propterea temere atque inconditè gubernantur,quia exploratas earũ rationes non habemus.Quin potius vt animi nostri affectum imagine quadam exprimam,non multum ab ijs qui nauſea & vertigine afflictantur,dissimiles sunt, qui omnia sursum deorsumque verti putant, cum ipsi vertãtur. Idem enim his, de quibus loquimur accidit.Neq; enim Deum sapientiorẽ se esse sustinent,quam primũ ad euentũ aliquem quasi vertigine correpti hęserint cum cõtra faciendum ipsis fuerit vt vel in ratione conquirenda elaborent,velut cura & diligẽtia veritatẽ fortasse accepturi, vel de his rebus sapientiores viros magisq; spirituales consulerent (quandoquidẽ id quoque[39] inter spiritus dona numeratur, nec omnium est scientia)vel eam denique vitæ purgatione aucupari, atque à vera Sapientia sapientiam postulare. Illi vero (ô mirã stultitiã,) ad id quod paratius est & procliuius, se conferunt, nec ratione vlla mundum administrari falso asserunt, cũ ipsi rationem ignorent. Ita propter insciti am sapientes sunt,aut propter superuacaneam sapientiam, vt ita loquar, insipientes atque væcordes.Ex quo factum est, vt alij [40] casum atque fortunam, fortuito sanè temereq; confictam induxerint:alij sideruũ principatũ rationis expertem atq; inuiolabilẽ res humanas arbitratu suo, imò etiã necessariò cõtexentiũ, & inerrantiũ quarundã atq; fixam stellarũ coitiones & recessiones:alij quod cuiq; in mentem temerè venit ærũnoso hominũ generi inuexerunt,quicquid nimirum ex ipsa prouidentia cõprehendi conspiciq; nequit,in varias opiniones variaque nomina partientes. Nec defuerunt, qui magnæ quoque paupertatis prouidendentiam insimularint, dum ea quidem quæ nobis supiora sunt, ab ipsa regi atq; administrari iudicarũt:cæterũ eã ad nos vsq; qui ea vel

Simil.

Multi vertiginem patientibus similes.

1.Cor.12.

Sapiẽtia postulanda à vero sapiẽte.

Fortuna. Fatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

maximè indigemus, deducere grauati sunt: perinde ac vererentur, ne pluribus iuuandis beneficij auctorē meliorem pronunciarent, aut ne Deus bene de pluribus merendo fatisceret: verùm hos, vt dixi, va-
Rom.1. lere sinamus: quippe quos iam Scriptura egregiè vlta est. Infatuatum est enim, inquit ille, insipiens cor eorū. dicentes enim se sapientes esse stulti facti sunt, Deiq; incorruptibilis gloriā immutarunt, figmentis quibusdam atque vmbris prouidentiā ad omnia sese porrigentem contumeliosè proscindentes. Nos autem neq; huiusmodi dogmatum portenta consingamus: si quid nobis, qui ratione vtimur, ac summę rationis cultū profitemur, ratio curæ est: nec iis qui hæc opinantur, assentiamur: tametsi in absurdis verbis atque dogmatis celerem & expeditam linguam habeant, animosque nouitate delectent. Quin potius & Deum rerum omnium parentē & effectorē credamus (quónam enim modo vniuersum hoc extitisset, nisi ab aliquo
Prouidētia Dei. procreatum atque concinnatum fuisset?) & prouidentiam, quæ vniuersam hanc rerum machinam contineat, veluti vinculis astringat, simul inducamus (quandoquidem earundem rerum, quarum conditor est, moderatoremq; eum esse necesse est: alioqui si mundus casu feratur, primo quoque tempore, velut nauis à venti turbine, propter materiæ perturbationem dissoluetur ac distrahetur, atque ad veterem confusionem indigestamque congeriem reducetur) ac rebus nostris præsertim nostrum, siue Factorem siue Fictorē appellare mauis, præesse credemus, etiam si vita nostra per contraria gubernetur, hac fortasse de causa nobis ignota, vt quia ad eorum cognitionem aspirare vix possumus, rationem omnia superantem admiremur. Facilè quippe vilescit, quicquid facilè percipitur: quod autem ingenij nostri aciē superat, quò assecutu difficiliùs, eò etiam maiorem sui admirationem mouet: atque id omne, quod desiderium nostrum fugit, cupiditatē exercet. Ac proinde nec sanitatem omnem admiremur, nec morbum respuamus: nec fluentibus diuitijs cor apponamus profluuio huiusmodi plus æquo adhærentes, ac velut partē quandam animæ cum eo absumentes: nec rursus pauperratem vt fœdam omnino ac detestabilem, vt infamem Deo siue inuisam insectemur. Verum & stultā sanitatē, cuius fructus est peccatum, aspernari, & morbum sanctum honore prosequi condiscamus, eos, qui per dolorē afflictionemque victoriam adepti sunt, venerantes: ne forte Iob quispiam inter ægrotantes delitescat, multò vtiq; ijs qui corpore sano sunt,
Sanitatis stultæ fructus peccatum. præstantior atque augustior, etiam si [illegible] sanie feruеat, etiam si noctu ac diu subdio
Prouer.12. vexetur, cum à plaga, tum ab vxore, tum ab amicis in arctum redactus: & sceleratis opes propter quas meritò diues ille in flammis cruciatur, & exiguam aquæ guttā refrigerandæ linguæ causa supplex postulat repudiemus: & rursus paupertatem gratā & tolerātem, cum qua Lazarus salutē adquitur, atque illius in Sinu Abrahæ requietis opibus affluit, collaudemus. Ac mihi quidem hoc quoq; nomine necessaria esse videtur beneficentia, misericordiaque erga pauperes, vt ijs qui de illis ita sentiunt
Prouer. 19. os obstruamus, nec inanibus verbis cedamus, crudelitatis legem aduersus nosmet ipsos sancientes. Cæterùm multò magis
Prouer. 15. mandato diuino atq; exemplo moueri debemus. Quodnā porrò hoc mandatū est? ac videte quæso quàm constans sit mea oratio meq; fucatum. neq; enim hominibus Spiritus sancto afflatis fuit satis, semel atque iterum de pauperibus sermonē habuisse: nec quidquam duntaxat de his rebus verba facere
Esa.1. reliqui minimè: aut alij copiosius, alij pacius, velut de re non ita magna, nec admodum necessaria: verū & omnes in vniuersum, & sedulò quisq;, vel primum, vel primis ad eam rem nos inhortantur nutu, admonentes, nunc cōminantes, nunc, exprobrantes, nonnunquam etiam eos qui hanc virtutem assequuntur, laudibus efferentes: nimirum vt assidua commonitione nos ad præcepti huius expletionem inflamment. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Quis exurgentem Dominum non extimescat? Et alio loco, Exurge Domine Deus meus, exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum. Elationem huiusmodi deprecemur, nec nobis in mentē veniat videre velle manum illam aduersus contumaces & rebelles homines sese efferentem: quodque eo grauius est, in duros atq; præfractos immissam. Et rursus, Non est oblitus clamoris pauperum. Et: Non in finem obliuioni erit pauper. Et, Oculi eius ad pauperem respiciunt (quod quidē palpebris melius est, & efficacius palpare autem eius explorant filios hominum, id est, minor, vt itadicam, ac secundaria inspectio. Verū dixerit fortasse aliquis, Hæ de pauperibus & egenis illis dicuntur, qui per iniuriā læsi fuerint. Sit ita sanè, nam de hoc litem nullam mouebo. At hoc quoque tamen ad colenda humanitatis officia te extimulat, nam quorum iniuria affectorum tanta ratio habetur, quid, affici potest, quin ijsdē beneficio affectis magis

Luc.10. *Psal.37.* *Psal.34.* *Luc.7.* *Ioan.5.* *Matth.5.* *Psal.40.* *Psal.111.* *Psal.36.*

gis concitet: non dubium est, quin Creatorem honore afficiat, qui creaturam ipsius complectitur. Rursus cum audis, Pauper & diues inuicem sibi occurrerunt: vtrumque autem creauit Dominus: ne illum quidem pauperem, hunc autē diuitem ab eo creatum intelligas, ex eoque insectandi pauperis ansam arripias. Neque enim constat, an à Deo huiusmodi diuisio profecta sit: verum Dei figmentū, inquit ille, vterque æquè est, tametsi quod ad res externas attinet, dispari conditione sint. Hoc te ad condolentiam & charitatē pudore pertrahat: vt cum cogitatio illa tibi animos extulerit, hæc eosdem demittat, teque moderatiorem efficiat. Quid præterea? Qui miseretur pauperis, inquit, Deo fœneratur. Quis huiusmodi debitorem recusēt, æs alienum in tempore non sine fœnore redditurum? Et rursus, Misericordia & fide peccata purgantur. Ergo miseratione purgemur, animique labes & inquinamenta [42] egregia illa herba detergamus, ac dealbemus, [43] alij vt lana, alij vt nix, pro misericordię videlicet proportione. Atq; vt formidabilius aliquid dicam, si nulla est in te comminutio, [44] nec liuor, nec plaga tumens, nec vlla [45] animæ lepra, aut significationis tactus, aut candor, quæ Lex prisca leuiter curabat ac medicam Christi manum requirunt: at eum certe, qui salutis nostræ causa vulneribus & languore affectus est, venerare. Veneraberis autem, si te Christi membro benignum atque humanum præbeas. Quod si te fortasse animarum nostrarum prædo ac tyrānus vel à Hierusalem in Hiericho descendentem, vel alibi vspiam inermem & imparatum nactus, vsque adeo sauciauit vt merito his verbis vti queas, Putruerūt, & corruptę sunt cicatrices à facie insipientiæ meæ, si quidem ita es affectus, vt ne medicinam quidem postules, nec morbi curandi rationem intelligas: heu plagam sane grauissimam, calamitatemque altissimè grassantem. Sin autem salus tua nondum prorsus deplorata est, nec immedicabili morbo laboras, ad Medicum accede, obsecra, vulneribus per vulnera medere, idem eodem acquire, vel potius minoribus remedijs grauiores morbos depelle. Dicet animæ tuæ. Salus tua ego sum. Et, Fides tua te saluum fecit. Et, Ecce sanus factus es: atque humanissimis quibusque verbis te alloquetur: modo te afflictis hominibus benignum & clementem esse videat. Beati, inquit, misericordes, quoniā ipsi misericordiam consequentur. Non in postremis beatitudinum partibus est misericordia. Et Beatus, qui intelligit super egenum ac pauperē. Ac rursus, Benignus vir, qui miseretur & commodat. Et alio loco, Tota, die iustus miseretur, & commodat. Benedictionem arripiamus, intelligentes vocemur, benigni simꝰ, ne nox quidē misericordiæ officia interrumpat. Ne dixeris, Redies redi, & crastino die dabo tibi: ne quid inter propositum tuum & beneficentiam intercedat. Vna enim est beneficentia, quę moram non patitur. Frange esurienti panem tuum, & egenos ac tecto carentes induc in domū tuam, idque læto atque alacri animo. [46] Qui enim miseretur, inquit ille, cum hilaritate misereatur: ac beneficij gratia promptitudine & celeritate cō geminatur, nam quod mœsto animo defertur, aut necessitate extorquetur, ingratum est parumque gloriosum. Lætandum est aūt, non lugendum, cum beneficiū damus. [47] Si vinculū & electionē sustuleris, inquit ille, hoc est tenacitatem & explorationem animique dubitationem, ac quęrulam orationem, quid futurum est? quā magnum & admirandum quantaq; huius rei merces? [48] Erumpet matutinū lumē tuū, & sanitas tua cito coorietur. Quis ergo est, qui lucem & sanitatē non expetat? Quin me mouet quoq; Christi crumena qua nos ad pauperes alendos exhortatur, Pauliq; etiam & Petri conuentio, qui ita inter se Euangelij promulgatio nem partiti sunt, vt pauperes interim communiter complexi sint: ac denique vitæ perfectio Adolescenti illi in eo definita & constituta, vt facultates suas pauperibus erogaret. An tu beneficētiæ officium tibi liberum esse, ac non necessariò præstandum existimas, ac non legis sed consilij rationem habere? Hoc quoque ipse magnoperè vellem & existimare: sed me siniſtra illa manus exterret, hœdi, & probra ea quæ in sceleratos homines ab eo, à quo in ea parte collocati sunt cōijciuntur, nō quia manus alienis bonis attulerūt, nec quia sana diripuerunt, aut adulterium ad miserūt, aut aliud quiddam ex ijs, quæ interdicta sunt, perpetrarūt, hoc ordine cōdemnati: sed quia Christum per pauperes minimè curarunt. Quocirca si quid mihi auscultandum putabitis, serui Christi, & fratres, & cohæredes, Christum, quandiu licet, inuisamus, Christū curemus, Christum alamus, Christum induamus, Christum colligamus, Christū honoremus, nō mensa solùm, vt quidam, nec vnguētis, vt Maria, nec sepulchro duntaxat, vt Ioseph Arimatheus, nec rebus ad sepulturā accōmodatis, vt ille [49] dimidia tantùm ex parte Christum amās Nicodemus, nec deniq;

auro

Prouer.5. *Esa.58.* *Rom.12.* *Hilariter dandū.* *2.Cor.9.* *Esa.58.* *Galat.2.* *Matt.19.* *Beneficētiæ necessitas.* *Christus quēmodo honorādus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

auro thure & myrrha, vt Magi ante eos omnes, quos diximus: sed quoniam omnium Dominus misericordiã mauult quã sacrificium, ac pinguiũ agnorũ myriades commiseratio superat: hanc per pauperes humiq; hodierno die prouolutos ipsi conferamus, vt cum hinc excesserimus, in æterna tabernacula nos accipiant, in ipso Christo Domino, nostro, cui gloria in secula. Amen.

SCHOLIA EX GRAECO NICETAE COMMENTARIO maxima ex parte collecta.

1. Viri fratres) Aptißimè auditores fratres & paupertatis socios appellat, vt ab ipsis quoque nominibus eos ad bene de pauperibus & ægrotis merendum trahat, tum naturam suam, tum incertos rerum humanarum casus euentusq; cogitantes.

2. Ad exiguam lancem) Greg. μικροῖς μίξον μετρίοις ad verbum, si paruæ mensuræ æstimentur, hoc est, corporeis opibus quæ paruæ sunt, quia fluxæ & peritura, vel etiam paruæ, si cum diuinis ac verè diuitijs contentionem veniant.

3. Cibum cælitus depluens) Hoc est, doctrinam diuinitus inspiratam, & cælestes latices, quibus Angeli vescuntur.

4. Nomen traxit) Zelotes enim ob eam causam vocatus est.

5. Ac per Israëlem) Paulus de Israeliticis loquens 1. Cor. 10. Prostrati sunt, inquit, in deserto. Et vnus & viginti tria millia: subiungitq; Exemplum nobis facti sunt, vt non simus concupiscentes malorum.

6. Petrus Iupinis) ἀσαφέστερον θερμοῖς, id est vt exponit Nicetas ἀσαφέστερον ζωντὶ διὰ πικρᾶς μαστιγώσεως. Hoc petitum est ex Apocrypho quodam libro sumptum est.

7. Sacro morbo) Per sacrum morbum lepram intelligit. Vnde Græcus Commẽtator οὐκ ἀλόγως ἐλέπρας ἔλεγεν, quos elephantia, hoc est lepra labefactauit atque corrupit. μικρῶ ἔμπροσθεν etiam plurimis locis expendimus. Ad eundemq; modum explicant ea Gregorij verba, quæ aliquanto inferius habentur πάνυ λυπεῖ με ὁ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦτο ἀγανακτῶν, inquit, ὅτι ἀλιφάσῃ ὁ ὑγρὸν ἐνέγκας, καὶ ὁ σκληθρὸν χυμὸν ἐπιφέρων ὁ τὸ αἷμα ἐκ τῶν παρειῶν ὑπολαμβάνων: Quid enim, inquit, nobis iniuria inferũt, quia humorem eorum corruptus est, & putrefactionis succus sanguini inspersus est, atra bile extra venas suas in puritatem fusa? Atq; inferius adhuc paginis aliquot interiecta, exponens id quod Theologus ait, non esse, metuendum ne morbus ille ad nos contagione transfundatur, οὐδὲ γὰρ, inquit, ἐνδέχεται συνάψεως καὶ τοῦ ζητοῦντος ἐκ τῶν παρειῶν ὑπολαμβάνοντος: Ex quibus verbis alia exempla proferam, liquido apparet, per sacrum morbum, Elephantiam siue lepram significari. Id quod idcirco annotandum putaui, ne quis hic comitialem morbum designari existimet: qui etiam sacer morbus appellatur.

8. Ab hoc flagitioso & insido) Flagitiosum corpus vocat, quia aduersus animã insurgit: insidum, quia non sanitatem, nec pulchritudinem, nec vires conseruat: sed quam celerrimè immutatur: abiectum autem, vt pote humilitatis corpus, vt est apud Apost. Philip. 3. velut per se vile & contemptibile. terra enim est & cinis, vel etiam vt animum nostrum præ infirmitate sua deprimens.

9. Cum incolumi valetudine) σώματος καὶ εὐεξίας καὶ ἰσχύος ἐγκαλῶν. vt eleganter inquit Nicetas, bona corporis habitudo malam animæ habitudinem parit.

10. Si macerare & debil.) Ne videlicet in ipsis voluptatibus tanquam in cæno voluter: vel, quod ait Pythagoras, grauius mihi ergastulum efficiam.

11. Vt per actiones) Hactenus, inquit Plato, corpus fouere atque complecti debemus, vt illud ad Philosophiam administrum habeamus. Quibus verbis consentanea sunt illa Pauli verba, Curam carnis ne feceritis in concupiscentijs. Rom. 13.

12. Corporis compedibus) Corpus enim corruptibile, vt habetur Sapi. 9. aggrauat animam: ac terrenum tabernaculum mẽtem multa curantẽ deprimit. A curis porrò is, qui contẽplationi animum addixit, quam iam in eũ habitum peruenit, vt à corpore detineri atque constringi nequeat, distrahitur, simulatque alia spectacula neglegere cœperit: is autem qui in rebus gerendis versatur, quia nondum à corporis contagione animũ abrupit, non detrahitur, sed retinetur: prius nimirum & antiquius habens vitijs affectibusq; resistere, quam honestos & egregios labores, in quibus anima libertas sita est suscipere. Vel deprimitur quidem, qui ab huiusce vitæ curis nonnihil mentem extulit: detinetur autẽ, qui primum se à terrenarum rerum fastidio abducere, atque ad superna conuolare conatur.

13. Cum Dei pars simus) Pars Dei sumus, quia essentiæ nostræ rationes in Deo prius extiterunt. Superne autẽ fluximus, quia non iuxta rationem in Deo prius existentem, qua conditi fuimus, mouerì cupimus οὐ κατ' ὃν εἰχομεν λόγον ἐν τῷ Θεῷ πρότερον κτισθέντες. Vel etiam aliter, Pars Dei dicimur, quia vis quæ in vnoquoq; homine est, substantia, Dei ratio est. Quisquis enim certum atque constantem virtutis habitum assecutus est, haud dubiè Dei quoque, virtutum omnium essentiæ, particeps est. Vel etiam, Dei pars sumus, vt Dei familiares atq; cognati, propter intelligentem animæ facultatem, (Intellectuales enim naturæ Deo familiares sunt) atque etiam propter principatum, ob quem ad Dei quoq; imaginem conditi esse dicimur. Quod autem nos supernè fluxisse ait, hoc ideo ait, quia anima humana nequaquã infernè creata est vt reliquorum animantium animæ: sed supernè à Creatore corporibus infusa est. Inspirauit enim, inquit ille, in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuentem.

14. Ignis siue tenebrarum) Ita enim vrit ignis ille, vt tamen splendore careat. Arcanus enim hic sermo est quod extremo illo die ignis facultates diuidentur: ac splendor quidem illius ijs qui iustè curriculum vitæ confecerint, assignabitur: ardor autem sceleratis.

15. Cum feris habitabit) Daniel. 4. Cum feris erit habitatio tua.

16. Vel iniuitis vobis) Malach. 2. Nunquid Deus vnus creauit nos? nonne Pater vnus est omnium nostrum?

17. Nomen nouum) Alludit ad illud Esa. cap. 52. Vocabitur eius nomen nouum: & benedicetur in vniuersa terra. Quod autem sequitur. Gens sancta &c. ex libro Exod. cap. 19. sumptum est & ex 1. Epistola Petri cap. 2.

18. Ac casarie) Hanc mollitiem sic notat Phædra apud Ouidium in Epist. Heroidum.

Sint procul à vobis iuuenes vt fœmina compti Eme coli modico forma virilis amat.

19. Malorum auctorem) Quemadmodum Homerus Iliad. 5. naues illas quibus Alexander vectus est, cum Helenam secum in Asiam abduxit, ἀρχικάκους appellat, vtpote quæ acerbißimis calamitatibus posteà causam dederint: ita etiam hoc loco eleganter ventrem ἀρχικάκον vocat Gregorius, quod hinc omnis mortalium calamitas profluxit, vt videre est Genes. 3. Sic & versu 374. Poem. 1. Ventrem malorum auctorem vocat.

20. Ac eam cibis) Paulus 1. Corinth. 6. Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & has destruet. ἀποτρέχουσι ζωντὶ ἐν ἀγνωσίᾳ καὶ ἀπαιδευσίᾳ πάντες, inanem & inertem reddet, nimirum in fine seculi. Per ventrẽ autem non ipsam corporis partem intelligere debemus: sed gulam & ingluiem, quæ in futuro æuo nulla est futura.

21. Velut tyrannus accedat) Patrium vinum scilicet expellens ac de medio tollens.

22. Coluber mordens in via) Gen. 49. cap. Dan coluber in via sedens in semita. Allegorico autem sensu coluber est diabolus in fluxa hac & instabili vita, tanquã in via insidias struens: De quo Gen. 3. dictum est, Ipse observabit caput tuum, & tu observabis calaneum ipsius. Caput porro spiritualis draconis, primæ sunt illius insidiæ, quas obseruare iubemur: calcaneus autem quem ipse observat, gressus atque incessus nostri sunt.

23. Ad montes æternos) Id est cælestia bona: quæ quidem montes dicuntur propter sublimitatem & firmitatem.

24. Da partem septem) Hunc Solomonis locum explicatum habes in Comment. Orationis in sanctum Baptisma.

25. Quod filius Dei effectiues) Paulus, Rom. 8. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod filij Dei sumus: si autem filij, & hæredes &c.

26. Genus Gigantum) Meminit quidem Gigantum Scriptura. Genesis enim 6. cap. sic scriptum habetur Gigantes autem erant super terram in diebus illis: sed per gigantes viros fortißimos ac robustißimos intelligit, non autem natura excellentiores quam reliqui homines, ac prodigiosa corporis magnitudine præditos, quales poetæ suos Gigantes cõmenti sunt. De Nembrod. habes Genes. 10. de Enac. Numer. 13.

27. Erubescite qui aliena detinetis) Hæc verba ex Constitutionũ Apostolicarũ Decalogo sumpta sunt, quem postea Concilium sextum exauthorauit, vt insidiosè ab hæreticis vitiatum.

28. Quando effluet mensis) Hunc locum explanatum habes in Oratione in laudem Basilij.

29. Beatus Michæas) Vel mendosi sunt Græci codices, vel certè memoria lapsus est Greg. Neque enim hæc verba Michææ sunt, sed Amos, prophetæ cap. 6. Sic etiã paulò ante citauit Amos pro Michæa.

30. Iosephi contritione) Per Iosephum hoc loco Prophetæ genus originem à Iosepho ducens intelligit: quod quidem iam tamdiu conterendum atque opprimendum erat. Samariatum temporis ab Assyrijs expugnatæ. Nec tamen cæteræ tribus calamitatem eam prospicientes, vllo animi dolore tangebantur, quin potius miseris insultabant, luxuq; diffluebant, atque huiusmodi luxum certum sibi fore pollicebantur, non autẽ breuem & caducum.

31. Nouæq; salutis mysterium) hoc est Corpus & Sanguinem ipsius vel etiã Baptismi sacramentum.

32. Alienus abalienare) Et si inquit, alienus à diabolus te pauperis miseratione moueri non sinens, auertat et, ne Dei beneficijs cumuleris.

33. Manum extendentem) Psal. 73. Leua manus tuas in superbias eorũ in finẽ. Et Esa. ca. 5. Adhuc manus eius excelsa quibus verbis eam ad plagam inferendam paratam esse significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

34. Lucifero.Greg.κυριλλῶ,Mercurij epitheton.quod eum lucri,imò etiam furtorum præsidem caca antiquitas finxerit.De quo Orat.1.in Iulianum.

35. Hominem necare) Tauroscytas intelligit,qui hospites Dianæ mactare solebãt quemadmodum alio loco fusius commodiusq́ dicemus.

36. Vereq́ ex terra vocem mittant) Alludit ad illud Esaiæ cap.29.Humiliaberis,de terra loqueris:& de humo audietur eloquium tuum. Et erit quasi Pythonis de terra vox tua,& eloquium tuum,& de humo eloquium tuum mussitabit. Ait igitur Gregorius,eos qui tum crudeles voces in pauperes euomant,non è cælo sed ex terra tam importunas voces emittere,id est terrenis non cælestibus sermonibus vti.

37. Quandiu terrena hæc quoque moles) Quandiu,inquit,videro vniuersam hanc rerum machinam corruptioni atque alterationi obnoxiam esse,nosq́; varijs multiplicibusq́; corporis malis propter naturæ infirmitatem subiectos esse.Nam cum corpora ex materia constent,materialis vtique perturbationis atque mutationis participia sunt,resq́; materiatæ materiam sequuntur,fluctibusq́; instabilibus sunt similes.

38. Ac non aer id quod percipi non potest) Greg.καὶ οὐχ᾽ ὃ ἀνεφίκτῳ μιμήσει τὸ ὑπερμέγεθες. Ex eo enim, inquit, Nicetas quod Dei iudicia nec oculis cernere,nec animo percipere possumus,docemur ea vetustissima esse,numeroq́; omni ac mensura sublimiora.Hæc Nicetas.Ex quibus verbis,atque adeo ex ipso sensu negatiuam particulam οὐχ᾽ expungendam putaui, ac legendum,καὶ ὃ ἀνεφίκτῳ μιμήσει τὸ ὑπερμέγεθες,vt hæc verba illius Orationis 2.in Pascha verbis respondeant,τῷ πάντῃ κατελκπτὸν ἀυτὸ μόνου ἀπορίᾳ. Namipse quoque Paulus haud dubie Deum mensura omni sublimiorem ὃ ἀνεφίκτῳ mẽsus est,cum admirabũdus diceret Rom.11. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius? nonne enim hac tantũmodo mensura iudicia illius comprehendit,quod ea ἀνεφίκτα esse diceret?

39. Inter spiritus dona) Scientia inter spirituales gratias numeratur 1.Cor.12.cap.

40. Alij casum atque fortunam) De his omnibus opinionibus in præsentia nihil dicam, quoniam ea sapissimè Nonnus explicat in profanarũ Historiarum expositione,Orat.1.in Iulianum,

41. Same ferueat) In omnibus codicibus Græcis,quoscunq; viderim,legitur κὴν ἰχῶρα ξύν.Fortasse tamen legendum ξύν.Sic enim legitur Iob.2.cap.

42. Egregia illa herba) Misericordijs, inquit sapiens Prouerb.15.peccata purgantur:quemadmodũ herba ea quæ dorycinium dicitur,corporis sordes.De qua etiam Hieremias ca.2.loquẽs,Si multiplicaueris tibi herbã,inquit,maculata es in iniquitate tua coram me.

43. Alij vt lana,alij vt nix) Quemadmodum lana,quæ natura sua candida est, cura tamen hominum & diligentia candidior efficitur:sic etiam homo naturales ad virtutem facultates vsu atque exercitatione proficiens magnos virtutis progressus facere potest. Nix rursus quæ subiecto aqua est,aeriũ accessione candorem contrahit,cum humor ille qui est in nubibus,vehementi ventorum flatu in spumam intumuerit,atq; alitu frigore condensatus fuerit. Ad eundem modum anima naturalem apitudinem tum additione suæ vtilitatis ope.Sp.sancti amplificans,Sanctorũ splendore digna efficitur.

44. Nec liuor nec plaga tumens) Esa. ca.1.Non vulnus,non liuor,non plaga tumens.Vulnus est continuitas corporis solutio,cõnexione videlicet exigua quadam parte intercisa.Liuor, cruentum plagæ vestigium contuso corpore ex eius qui vulnus inflixit,inflixione:φλεγμονὴ tumor cum inflammatione, humore ad affectam partẽ confluente,eamq́; præternaturali calore aduẽte.Hoc autem loco per vulgus mutuas discordias contentiones,atq; hinc natas schismata fort asse intelligit Gregorius:per liuorẽ subdolũ & simulationis plenã animũ:per tumorem seu phlegmonen, elationem exultationem nostri amore permanantem.

45. Anima lepra) Moses Leuit. 13. de leprosis disputans.Si fuerit,inquit, in cute alicuius cicatrix significationis(quã etiam tactum vocat)aut candor &c:Est aũt cicatrix vel tactus significatio lepræ vestigium quo adhuc obscure significatur:candor vestigiũ albius,quo eminus cernitur,ac perspicua est. Translatè ad tactu s lepræ est peccati principium,ac velut assensus:candor vero aperta actio.

46. Qui enim miseretur) Verba sunt Pauli Rom.12.& Eccles.35.In omni munere hilarũ sit faciestua,& Paul.2.Cor 9. Hilarem datorem diligit Deus.

47. Si vinculũ sustuleris) Vide Scholia eius Orationis,quæ est ad ciues Nazianzenos.

48. Erumpet matutinum semen tuum) Non inquit simpliciter dabitur tibi à Deo lumen,sed iuxta Esaiæ vaticinium ca.58 erumpet potius,fulguris cuiusdã instar cũ impetu à Deo demissum. Quibus verbis perspicuè declaratur,qua promptitudine & alacritate beneficia sua Deus nobis impertiat: Illuminationem enim nostram quasi parturit,atq; ad bene de nobis promerendum velut impetu fertur.

49. Dimidia tantũ ex parte) vt pote qui Christum nõdum tantum alloquatur.

GRE-

GREGORII NAZIANZENI ORATIO PARTIM FVNEBRIS IN LAVDEM PATRIS SVI MORTVI, PARTIM CONsolatoria ad matrẽ Nonnã, habita præsente Basilio, ad quem & principium Orationis spectat.

ARGVMENTVM.



Oratione hac primum Basilium magnũ alloquitur, eiq́; velut argumentũ quoddam orationis subministrat. Deinde paternæ vitæ narrationẽ exordiens ostendit, quemadmodũ portentosa quadam atque impia religione abiecta Christianam fidem amplexus sit:idq́ue miris modis exornat, ac simul captata occasione matris laudem annectit. Postea ad propositum Orationis scopum rediens miracula quædam narrat,quæ in illius Baptismo contigerunt.Tum ad Episcopatum eius transit,vbi varias eius laudes prosequitur. Ac pietatem quidem illius fideiq́ue certitudinem per collationem amplificat, obiterq́ue eum purgat:quod imprudens falsocuidam & nefario hæreticorum dogmati subscripsisset.Mox eiusdem liberalitatem benignitatemq́ue in pauperibus complectendis,gloriæq́ue humanæ contemptum laudat. Post quibusdam virtutibus per congeriem enumeratis ad humilitatis laudem redit,eamq́ue eleganter pertractat.Cui ignoscendi facilitatem subiungit,atque iniuriarum obliuionem eximiamq́ue humanitatem cum mira in rebus gerendis dexteritate coniunctam.Ita demum exponit, quemadmodum Deus eum duplici miraculo celebrarit,dum & eos à quibus offensus fuerat, vltio diuina statim consecuta est,& eundem à medicis comploratum præter omnium spem pristinæ valetudini restituit: Et quia his rebus hominum sanctimonia in primis eluescit, addit quemadmodum mater grauissimo & atrocissimo morbo laborans repente sanitatem receperit : ac præterea quonam modo ipse periculosissima tempestate iactatus parentum precatione certissimum mortis periculum effugerit.Hinc ad fortitudinis constantiæque laudem se confert. Quaplu-ribus exemplis demonstrata patris encomio finem imponit. Postremo ad matrem iam senio confectam Orationem conuertit,eamque elegantissimè & scitissimè consolatur.

1.Tim.6. 4.Reg.1. Mat.25. 1.Cor.4. Dan.6. Exod.7.

HOMO Dei,& fidelis serue & mysteriorũ Dei dispensator, & vir spiritualium defideriorum: hoc eñ nomine sublimes & excelsos viros,& supra ea quæ oculis cernuntur, positos Scriptura vocat. Quin te quoq; Pharaonis, hoc est, omnis Aegyptiacæ atque aduersariæ potestatis Deum appello,Ecclesiæque colũnam & fundamentum,& Domini voluntatem,& luminare in mundo verbum vitæ sustinens,& fidei fulcimentum, spiritusq́; domicilium.Et quid nomina ea omnia,quæ tibi tua virtus peperit, alia aliud tibi concilians atque offerẽs,recensere pergo?Cæterum die quæso, vnde te habemus quænam est opera tua,quidque nobis allaturus huc accedis?Quandoquidem omnibus in rebus te Deo adiutore Deiq́ue afflatu impulsuq́ue, atque, ad eorum, qui te excipiunt,vtilitatem moueri compertũ habeo.An vt nos visas huc contulisti? an vt pastorem quæras an vt gregem visites? nos quidem iam nullos, maximaq́ue nostri parte simul cum eo vita perfunctos,atque hunc afflictionis locum grauissimè serentes

Basiliũ alloquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentes,hoc præsertim tempore quo peritum gubernatorem vitęque nostræ facem quam nobis salutis ignem è sublimi ostentantem intuentes recto cursu ferebamur, amisimus:illum autem cum omni virtute pastoralique disciplina, quam diuturno tempore collegerat,à nobis morte abreptum,plenum dierum ac prudentia, & (vt Solomonis verbis vtar) gloriæ senectute coronatum:regem deniq; anxium & abiectum,summoque,vt vides, mœrore tristitiaque profligatum,non iam in virenti loco requiescentem, nec refectionis aqua enutritum,sed præcipitia & solitudines & barathra in quæ dispergatur ac pereat, quærentem, num alium quoque posthac solertem ac prudentem pastorem consecuturus sit,dubitantem,illud quidem certissime sibi persuadentem, nunquam se alium ei virtute parem habiturum, beneque secum agi putaturum,si nō multo inferiorem. Porro cum tria hæc,vt dixi, tibi huc veniendi necessitatem peræquè attulerint,nos scilicet,& grex,& pastor: age pro eo curationis spiritu,quo præditus es, congruentem cuique medicinam adhibe, ac sermonem cum iudicio dispensa, quo tuam sapientiam magis admiremur. Quonam autem modo dispensabis?Primum si illum,vt virtus ipsius promeretur,laudaueris,non solum vt puro puram orationē instar[2] funebris cuiusdam muneris inferas:sed etiam vt vitam illius vitæq; rationem alijs velut exemplar quoddā ad imitandum proponas. Deinde si de vita & morte,de animæ corporisque coniunctione ac separatione,de duobus mundis, hoc nimirum præsenti ac fluxo & fragili,& eo qui animo ac ratione intelligitur;nec vnquam effluit,breuem ad nos orationem habueris,nobisque persuaseris,vt illius quidem imposturas ac perturbationem & inconstantiam,ac velut in vndis sursum deorsumque iactationem aspernemur: huic autem firmo & stabili,& diuino, semperque eodem modo se habenti, atque omnis turbulentiæ & confusionis expersti totos nos addicamus. Sic enim fore,vt eorū qui ante nos è vita discesserint, interitu minus discruciemur,imò etiam lætemur: si nos oratione tua hinc abductos in altum subuexeris, præsentemque molestiam in futuro æuo abdideris, fidemq; feceris nos quoque ipsos ad bonum Dominum concitato cursu properare,atque habitationem peregrinatione meliorem & præstantiorem esse quodque nauigantibus est portus hoc ijs qui huius vitæ procellis agitantur migrationem in alteram vitā esse:aut etiā quemadmodum qui longum iter priores confecerunt,meliore sunt cōditione,quā qui itineris laboribus adhuc fatigantur ita tolerabiliorem & meliorem eorum conditionem esse,qui ad supernum illud hospitium iam peruenerunt, quam qui sinum adhuc præruptumq; huius vitę itinemetiuntur. Ac nos ad hunc modum consolaberis. Iam verò gregis mœrorem qua ratione minues? Primum si te,sub cuius pedis cōquiescere omnibus honestum est & experendum,cuiusq; vocem ardentius optimus,quam purissimos fontes qui siti correpti sunt,antistem illi ducemq; non defuturum pollicearis. Deinde si nos eo adduxeris,vt ne nunc quidem à Pastore illo bono,animamque suam pro ouibus ponente relictos esse cōfidamus: quin potius eū & adesse,& pascere,& viam præire,& oues suas cognoscere,vicissimque à suis cognosci,non illum quidē corpore, sed spiritu nobiscum versantē ac progregis salute aduersus lupos bellū gerentem;nec quemquam latronum more caulā transilire,atque animas veritatis doctrina rectè institutas peregrina voce distrahere,furtimque intercipere finentem. Nec dubito quin hoc nobis quoq; magis[3] postulatione sua faciat, si prius doctrina:quippe qui excussis corporeis cōpedibus,ac fæce illa mentis puritatem turbante liberatus propius iā Deo iūgitur, ac nudus primā illam purissimamq; mentē nudam alloquitur,Angelorumq; chorus ac libertate (si tam audacter loqui fas est) donatur. Sed hæc pro tua dicēdi facultate spiritusq; potentia rectius per te ipse, quā tibi submonstrare possim, philosophiæ ris atque constitues. Cæterum ne virtutis illius ignoratione fiat, vt longe infra dignitatem oratio tua subsistat, pauca quasdam laudes ex ijs,quas in eo perspexi leuiter adumbrabo, primisque lineis informabo,ac deinde tibi eximio harum pictori opus in manus manus tradā,vt tutis illius pulchritudinē accurratius expolias,eamq; tradas memoriæ hominum sempiternę. Ille igitur vt patriā genus, corporis dotes,externū splendorem,cęteraq; quib⁹ gloriari mortales solēt,ad encomiorum leges remittam,atq; ab his,quę nobis prima sunt maximeq; propria initiū dicendi faciā, radicis nequaquam egregiæ, non ad pietatē cōmodē natæ,nec in domo dei plantatæ surculus extitit (prius enim portentorum fiducia non erubesco) quin potius admodum præposteræ ac portētosæ ex duabus rebus valde contrarijs, nimirum Gentili errore atq; legali vanitate constitę. Quarum ambarū partes quasdam sugens ex quibusdā rursus partibus constituta & coagmentata est. Nam qui in ea sunt hæresi,

hæresi,ex Gentilium quidem religione simulachra & sacrificia ita reficiunt, vt ignis interim & lucernarum cultum retineant:ex Iudaismo autem ita sabbatum colunt, 4 certisque cibis sordidè abstinent, vt tamen Circunciſionem repudient. Atque humiles & abiecti homines[5] Hypsistariorum nomen sibi arrogāt, solumq; Omnipotentem venerantur. Hoc ille modo cum ad impietatem biformis quispiam esset in quem tandem virum mutatur? Equidem statuere non possum, gratiamne illam à qua vocatus est,an illius animum ac voluntatem magis laudare debeā. Vtcunque sit,vsque adeò ab ea lippitudine, quæ mentis ipsius oculis inhærebat, repurgatus est, tantaq; celeritate ad Christianæ doctrinæ veritatem accurrit, vt quod superni Patris veraque hæreditatis causa & matre & bonis aliquantis percarere sustinuerit,æquioriq; animo hanc ignominiam,quam summos alij honores,tulerit minus ipse mirer,licet alioqui admiratione in primis dignum. Quid ita? Quoniam hæc gloria illi cum multis alijs communis est, omnesque magna illa Dei sagena includi, ac Piscatorum doctrina irretiri oportet:tametsi alij citius alij serius ab Euangelio comprehendātur. Quod autem mihi ex ipsius rebus potissimum admirari subit, hoc necessario dicendum est. Ille ante etiam quam ad nostram caulam se contulisset, noster erat. Morum quippe probitas cum nobis vendicabat. Nam quē admodum ex nostris plerique nobiscum non sunt,quos scilicet à communi corpore flagitiosa vitæ ratio separat: sic contrà permulti exterorum à nobis stant,quicunque nimirum fidem moribus anteuertūt, ac solo Christiani nomine carent, cū rem ipsam habeant. Quo in numero meus quoque pater erat,ramus quidem ille alienus ceterum morum honestate ad nos propendens. Ac temperantiæ quidem laude adeo excelluit, vt idē simul & amabilissimus esset:quæ duo haud facilè cōcurrere solent. Iustitiæ autē illius quod maius illustriusq; argumentum afferri potest quā quod in magnis Reipub. muneribus administrationibusque versatus,ne teruncio quidem facultates suas auxerit:idq? cum alios cerneret publicis bonis [6] Briarei manus, vt dici solet,inijcientes, ac scelerato quæstu turgescentes? Sic enim opes iniustis artibus collectas voco. Prudentiæ porro quam quam hæc non exigua indicia sint, plura tamen oratio lōgius progressa declarabit. Pro his rebus fidem quoq; ni fallor, præmij loco retulit. Id vero quonā pacto contigerit(neq; enim res tanta silentio præterunda est) perspicuum faciemus. Mulierem fortē quis inueniet?inquit sacra Scriptura,itemque bonum matrimonium nō aliter quam Dei munere ac beneficio contingere testatur. Qua in sententia prophani quoque scriptores fuerunt.7 Illorum si quidem hoc dictum est,Nullam bona vxore meliorem possessionem viro obuenire posse,nec rursus perniciosiorem improba. Quod si ita est,ecquis hoc nomine fortunatior eo nominari potest? Sic enim existimo,si quis ab extremis orbis finibus,atque ex vniuerso hominum genere præstantissimum coniugum conciliare studuisset nullum vsquam coniugum isto præstantius aptiusque reperiri potuisse. Sic enim virorum ac mulierum optima & præclarissima quæque in vnum confluxerant:vt hoc matrimonium nō minus virtutis quā corporum nexus esset. Nam cum alios vincerent,se tamen ipsi mutuò propter virtutis æqualitatem & æquilibriū vincere non valebant. Et quidem illa quæ Adamo adiutrix data fuerat(nec enim hominem solum esse bonum erat) pro socia hostem se præbuit,pro coniuge aduersariam:vt quæ voluptatis illecebra maritum in fraudem induxerit,ac per scientiæ lignum,vitæ ligno exturbauerit. Huic contra mulier dei beneficio concessa nō modo adiutrix, minus enim id laudis & admirationis haberet,sed & dux & antesignana fuit, nimirum eum vita & sermone ad optima quæque suo exemplo ducens. Quę cum cæteris in rebus,sicut matrimonij leges ferebant viro suo parere optimum esse iudicaret: si dei tamen pietatisque se magistram profiteri non verebatur. Quod illius factum cum mirifica laude dignum sit, tum vero admirabilior mariti laus est,qui lubenter cesserit. Illa enim est, quæ cum aliæ mulieres ob formæ elegantiam tam natiuā quā fictā ascititiamq; gloriari atq; efferri solēt, ipsa cōtra hanc vān,quæ in anima diuinaque imagine siue tuenda siue pro viribus repurgāda posita est,pulchritudinem agnoscebat:pictum autem & arte quæsitū ornatum ad eas,quæ theatris delectantur ablegabat. Vnam item verā nobilitatem in pietate sitam esse censebat, atq; in eo,vt vnde ortum habuimus & quo randem perueniuenturi simus, intelligamus. Vnas insuper has tutas atque inuiolabiles opes ducebat,nimirum Deo & pauperibus opes effundere,ac præsertim consanguineis, qui facultatibus suis lapsi essent. Nam his necessaria tātum impertiri eiusmodi esse existimabat,vt calamitatis,potius memoriam refricare quā eam depellere videretur ac prolixiore eosdem benignitate ac libe-

Prouer. 16.

Duo mūdi.

Præsentem molestiā in futuro æuo abdere.

Simil.

Hypsistarij

Hesiodus.

Matrimoniū clarū.

Gen. 2.

Laus matris:

Obsquētissima vxor pietatis magistram se præbet.

Pulchritudo animæ præferēda corporeæ.

Vera nobilitas.

Opes tutæ.

Consanguinei præsertim iuuādi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ralitate complecti, id certi honoris plenissimique solatij esse. Iam cum aliæ amplificandæ domus, aliæ pietatis gloria excellant (vtrumque enim assequi difficile est) vtroque nomine muleres omnes superauit: tum quod vtrumque horum excellentissimè præstiterit: tum quòd sola duo ista complexa fuerit. Rem enim familiarem industria & solertia iuxta leges mulieri forti à Solomone præscriptas ita auxit, quasi pietatem colere nesciret: Deo rursus diuinisq; rebus ita sese totam adiunxit tanquam à rerum domesticarũ procuratione plurimum abesset: neque ab alterutro horum quicquã impedita est, quo minus alterum impleret, quin potius vtrunque alterius ope fulciuit & confirmauit. Ecquod orationis tempus, ecquis locus eã sefellit (nihil em̃ toto die erat, quod prius ageret) imo vero ecquæ vnquam tam certam spem habuit, fore, vt simulatque precibus aliquid petijsset, statim quod peteret, consequeretur? Ecquæ manũ vultumq; sacerdotum æquè verita est, aut omne Christianę sapientię genus honorauit? Ecquæ ieiunijs vigilijsque carnem suam magis extenuauit, aut diuinæ nocturnæque Psalmorum cantioni seipsam affixit? Ecquæ virginitatem magis suspexit, quam uis connubij vinculis astringi sustinens? Ecquæ orphanis ac viduis maiori præsidio fuit? Ecquæ lugẽtium calamitates ita subleuauit? Atque hæc insuper, quæ quanquam parua, nonnullis etiam fortasse contemnenda videntur, quod quibuslibet nõ facile pateant (fit enim fere, vt quod assequi non possumus ne credibile quidẽ, quo animi liuore simus, existimemus) à me tamen permagni fiunt: quoniam à fide & spirituali quodam ardore promanabant. Quo in genere illud est, quod in conuentibus locisque sacris nunquam illius vox audita sit: necessarias tantum illas & mysticas excipio. Quod si olim amplum & gloriosum altari erat, quod super ipsum nec securis ascendisset, nec visa aut audita esset ascia (quo nimirum sublimius quiddã significabatur, nempe natiuum & simplex esse debere arteque carere, quicquid Deo consecratur) cur non illi quoq; ad laudem præclarum sit, quod silentij honore Sancta coluerit, quod venerandæ Mensæ nunquam terga verterit, nec diuinum solum consputando inquinauerit, nec mulier alioqui facillima & suauissima, Gentilium vnquam manibus dextram iniecerit, labiisque labia miscuerit, necnon dicam adduci, sed ne impelli quidem adigique potuerit, vt cum his qui mensæ impuræ ac prophanæ erant, communem salem haberet,

Primum quærẽdum est regnum Dei.

Sacerdotes honorandi.

Ieiunia & vigilia.

Virginitatẽ suspicit nupta.

Deut. 17.

Quale debet esse quod Deo cõsecratur.

Veneranda mensa.

nec præter conscientiæ præscriptum [illegible] fariam domum præterire aut intueri sustinuerit, nec aurem & linguam res diuinas partim pronunciantem Ethnicis narationibus, theatricisque cantilenis corrumpi fiuerit (nihil enim prophani in crosanctis hominibus conuenire putabat) nec, quod maiori admirationi esse deberet, corporis luctui tantum vnquam indulserit, licet alioqui vel etiam externorum calamitatibus grauissimè commoueretur: vel luctuosa vox prior erumperet, quã gratiarum actio, vel ex palpebris mysticè consignatis lachrymæ fluerent, vel tristitia corporis habitus luculento die permaneret: tametsi multæ sæpenumero rerum acerbitates illi acciderint. Piæ enim ac religiosæ animæ esse censebat, diuinis rebus humana omnia submittere. Atque his obscura taceo, quorum testis est Deus, ac herilis ancillæ, quibus res eiusmodi concreditæ. Nam illud quod ad me pertinet, ne commemoratione quidem fortasse dignum ponderim. Quanquam fuit illustre illud eius facinus, quod nos prius etiam quam nasceremur, Deo nihil futuri euentus exterrita, prompsit, vitæque lucem progressos protinus cõsecrauit. Deiuterium fuit, quod voti sui spe non omnino exciderit, nec victima quam obtulerat repudiata fuerit. Atq; hæ virtutes [illegible] imminebant, exiguis paulatim incrementis augescentes. Et quemadmodum matutinos quidem radios suauissime effundit, sub meridiem tamen acrius [illegible] diusq; irradiat: haud secus illa cum in primordijs multa pietatis officia [illegible] securè ostendisset, splendidius ad extrema vberiusq; fulsit. Tum igitur vero [illegible] mum ad pietatem amplectendam [illegible] lum domi habebat qui eam sibi matrimonio iunxerat, quippe quæ non, vt illa oleastro in oliuam inserta esset, [illegible] iam olim & à maioribus Dei Christi amore flagraret, virtutisque patrimonium à parentibus accepisset, nec pro eximia fide diuersæ religionis maritum pateretur, nec licet alioqui patientissima fœmina singularique animi magnitudine [illegible] dita, hoc vnum æquo placidoque animo ferre, vt dimidia tantum sui parte obtineret, rius partis auersionem Deo adiungeret, nec ad corporum coniunctionem [illegible] connexio accederet. Quamobrem diu & ctesq; supplex humique prouoluta Deum pro sui capitis salute cum multis lachrymis obsecrabat, ac viro etiam diose instabat, eumque varijs modis [illegible] ri contendebat, probris, admonitionibus

[illegible] are potius flemũ fletus animi.

Cõfusio nocturna diuitus im [illegible]

Leontius. Miraculũ.

obsequiis, simultatibus, & quod maximum erat morum suorum probitate ferentique erga pietatem affectu qua potissimum re animus flectitur, sponteque sua coactus ad virtutem emollitur. Nec verò aliter fieri poterat, quin [9] assiduis tandẽ ictibus gutta lapidem excauaret, progressuque temporis quod tanto studio contendebat, perficeret, quemadmodum ex his, quæ sequũtur, liquidò patebit. Hęc igitur ipsa petebat, & in spe habebat, vt pote fide quã inuenili ætate feruentior (neq; enim quisquam præsentibus rebus atque ob oculos positis perinde confidit, vt illa rebus quas spe cõceperat: nec mirum cum [10] diuinę liberalitatis periculum iam ab ea factum fuisset) Huic autem ad salutem adipiscendam adiumento erat, cum ratio ipsa curationem paulatim admittẽs, tum insomniorum etiã visio, quibus animam salute dignam plerumque Deus beneficio afficit. Sed quæ tandem fuit ista visio? Neque enim quicquam in tota narratione mihi perinde iucundum videtur. Putabat se quod ante nunquam fecerat (quã uis vxor in oratione frequens esset) ex Davidis Psalmis eam partem canere Lętatus sum [11] in his, quæ dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Nouuserat & insuetus hic cantus: simulque cum cantu cupiditas ingreditur. Quod vbi mulier intellexit, voti iam compos facta, oblatam occasionem arripit, visionem hanc in iucũ dissimam partem interpretans, beneficii que magnitudinem animi lætitia declarans, salutemque adiungens, ne quid, quod vocationi obstaret, intercederet, negotiumque in quod tanto studio incumbebat abrumperet. Ac proinde cum res ita nata fuisset, vt ad profligandũ nuper exortum Arij [illegible] insanũ dogma, quo diuinitas scindeba ur, permulti Episcopi Nicæam properarẽt, Deo sese veritatisque præconibus tradidit, ac desiderium confitetur, communisque salutis auxilium ab ijs poscit, in quibus illustris quoque Leontius erat, [12] qui Metropolin tum nostram moderabatur. Miraculum autẽ, quod hic quoque diuiua gratia editum est, si reticuero, male hercle de ipsa gratia meritus videri possim. Huius porro testes sunt non pauci. Spirituale quoddam erratum exactæ disciplinæ magistri committunt, idque [13] quod futurum erat, superna gratia præsignat ac sacerdotij forma cũ Christiana institutione miscetur. O initiationem minime spontaneam. Etenim in genu flexus fidei elementis imbuitur: adeo vt multi non perspiciaciores tantum, sed etiam minore ingenij acumine præditi, non obscuris signis confirmati, quod post modum euenit, prædicerent. Non multũ temporis interfluxerat, cum huic miraculo miraculum aliud adiungitur. Hunc autem sermonem pijs auribus commendabo: nam apud prophanas animas nulla res præclara fide inuenire potest. Ad eã regenerationem, qua per aquam & Spiritum renascimur, accedit, per quam Christiani nominis creationem atq; consecrationem, terrenique ad spiritualem immutationem transitumq; profitemur: & quidem cum ardenti cupiditate & luculenta spe accidit, nimirum pro viribus ante perpurgatus, atque tum animo tum corpore multo maiore cura diligentiaque lustratus, quam qui olim à Mose tabulas accepturi erant. Illi enim non vltra vestem exiguamq; ventris compressionem ac breuem quandam & extemporalem corporis castimoniam lustrato sese porrigebat: huic vero ad diuinam illuminationem omnis intermedia vita præparatio quædam fuit, & purgationem præcedens purgatio cælesti dono securitatẽ afferens: [14] vt Baptismus vitæ puritati tutò committeretur, minimeq; periclitaretur bonũ illud in animi habitudine aduersus gratiã auda ce. Egressum vero ex aqua lux & gloria eo animi affectu, cum quo ad fidei donum accessit, digna circumfulsit, nonnullis quidem etiam alijs perspicua (qui tum miraculum illud apud se continebant: idcirco efferre non ausi, quod vnusquisq; visionẽ hanc sibi obtigisse crederet, sed aliquantò post illud inter se disseminarunt) ei autẽ qui Baptistæ & initiatoris munere fungebatur, ita clara & cõspicua vt ne mysteriũ quidẽ pectore clausum tenere potuerit, sed eum, quem inungebat, sibi in Episcopatu successurũ palam publicęq; clamauerit. Nec vero est, cur cuiquam id incredibile videatur, qui modo norit, quemadmodũ Moses, cum vulgi opinione adhuc paruus esset, nec vllo honore dignus haberetur, è rubo flagrante quidem illo, sed vim ignis minimè sentiẽte vocatus sit, vel ab eo potius qui in rubo vteunq; se cõspiciendũ præbebat, primoq; illo miraculo fidẽ auctoritatemq; nactus fuerit: Moses inquã ille cui mare scinditur, panis depluit, petra aquam fontis in morem fundit, ignis ac nubis colũnæ vicissim iter præmõstrant manuum extensio crucẽ adumbrans, pro fligatis multis hostiũ millibus trophæũ statuit. Idem Esaiæ illi gloriæ & Seraphinorũ spectatori accidit idem postea Hieremiæ, qui magnã aduersus gentes & regna potentiã accepit. Ex quibus alter diuinã vocem audit, ac priusquã vaticinan-

Regeneratio spiritualis.

Exod. 19.

Miraculũ aliud.

Leontius quẽ baptizat sibi successurum clamat.

Exod. 3.

Exod. 16. 14. 17. 13. 17.

Esa. 64. Hier. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

di prouinciam obeat, carbone purgatur: alter antequam creatur, cognoscitur, & antequā in lucem prodeat, sanctitate donatur. Quin Paulus etiam egregius inquam ille veritatis præco, gentium q; in fide magister, cum infesto adhuc animo Ecclesiam vexaret, lumine collustratur, eumque quem persequebatur, cognoscit, magniq; ministri prouinciam suscipit, omniu mq; aures & animos Euangelij promulgatione cōplet. Quid autem omnes eos enumerare attinet, qui à Deo acciti sunt, talibusq; miraculis cōciliati, quibus ipse quoq; pater ad fidei pietatem est confirmatus? Nec vero dicere cuiquam licet principia quidem talia tamq; admiranda ac propemodum fide maiora extitisse: cæterum ea quę postea secuta sunt, pristinis virtutibus aliquam dedecoris notam inusisse: quēadmodum ijs vsu venire solet, qui rerum honestarum studio celerrimè satiantur porroque progredi non curant, vel etiam ad vitium omnino relabuntur. Non inquam hoc cuiq; dicere licet verū & sibi & vitę superioris vestigijs admodū insistit: adeo vt inter se vtraq; bellissimè congruerēt, nēpe & ea quæ sacerdotiū præcesserāt, cū his quę in sacerdotio rectè honesteq; gessit, & ea quę Episcopatum adeptus egit, cum his virtutibus quas ante eam dignitatem habuit: nec aliter exordiri deceat, quam quo modo ipse finiuit, nec rursus in alium finem progredi, quā vt exorsus est. Enimuero sacræ præfecturę munus nequaquam ipsi leuiter temereq; vt nunc moribus receptum est, sed nonnullo interiecto temporis spatio delegatur: quo nimirum ad sui purgationem aliorum quoq; purgandorum facultatem atque peritiam adiungeret: quemadmodum videlicet spiritualis ordinis lex exposcit. Postquam autem episcopus institutus est, vberius gratia celebratur, vt re vera Dei gratia & non hominum nec, sicut est apud Ecclesiastē, Impetus quidam licentiosus, spiritusq; destinata oratio. Nam cum syluosam & agrestem accepisset Ecclesiam, non ita pridem ab Episcopis gubernari solitam, sed quæ ab vno tantum ex antecessoribus suis exornata fuisset, viro vt eximijs atque angelicis moribus prædito, ita simpliciori, quā sint qui hac tempestate populo præsunt, eoq; etiam celerrimè rebus humanis exempto, perdiu neglectam, & quia nullius antistitis cura excolebatur, desertam, & in vepres redactam, eam, inquam, cum talem accepisset, primum ferinos hominum mores haud magno negocio mitigauit, tum pastoralis artis sermonibus, tum etiam quod se velut spiritualem quā

Sacerdotiū

Episcopatus non temere delegandus.

dam statuam ad excellentissimæ cuiusactionis pulchritudinem expolitā ad imitandum proponeret. Deinde in sacrarum literarum meditatione summa animi intentione versatus, quamuis serius ad huiusmodi studia sese contulisset, tantam eruditionis breui collegit, vt nec aliis ... bus quoquam eorum, qui Theologiā ... sa plurimū laboris exhauserunt, ... esset: ac præterea singulare hoc à Deo ... ficiū acciperet, vt orthodoxę fidei ... & magister existeret, non vt ætatis ... sapientibus mos est, pro temporum ... ne variè se inflectens, nec fidei doctrinam ... nostræ patrocinium ambiguè ac ... riè suscipiens, vt solent qui minus ... fidei radices egerunt, aut veritatem ... ponū ritu adulterāt: quin poti⁹ & ... pietate, & pios eruditionis laude ... lēs, aut, vt recti⁹ loquar, ita secūdas ... nę ferēs, vt pietatis primas obtineret. ... quippe Deum in Trinitate adoran ... tria autem in vnam diuinitatem ... credebat: nec aut vnum asserendo Sab ... dogma fouebat, nec tria profitendo ... tes Arij tuebatur, nempe vel diuinitat ... impiè contrahens, ac resoluens, vel ... magnitudinis aut naturæ diuersitate ... scindēs. Vbi enim sublimius vnum ... que est, quam vt ingenio nostro co ... oneque comprehēdi queat, quonam ... dem hic modo id quod præcellit, ... te percipi poterit, vel doceri? Quan ... porrò immensæ rei dimetiendæ ratio ... tura est, vt quod rebus finitis conc ... uinitati quoq; accidat,[15] superioribus ... inferioribus gradibus definiatur. Ha ... cū animo considerans magnus ille ... Dei, vereq; Theologus ac de his rebus ... sancto impulsus & instinctus, hoc ... nim dicendum est?) effecit, vt nota ... salem, ac secunda quædā Arca super ... delata, quemadmodū ea magni illius ... secūdique huius mundi parentis ... clesia diceretur: quippe quæ in illa ... rum illuuie, quę tum omnia passim ... cibat, atque importunis hæreticorum ... sultibus, sublimis & incolumis ena ... quantoq; alijs numero cedebat, tan ... dē splēdore & gloria superior esset, ... q; ipsi accideret, quod Bethleē ... videmus, quā nulla res „phibuit, quo ... n⁹ & parua ciuitas esset, & totius ter ... tropolis vtpote Christi orbis cōditor ... ctorisq; parentem atque nutricē. Id q ... hac demū coniectura facile colligen ... Nā quo tempore à feruētiore Eccles ... te ob eā causam seditio in nos excitata ... quod literis quibusdā subdolisq; ... in paruam societatem furtim ...

Ecclesiarū tempestas sedata.

Similitudo.

Publicarū domestiarum rerum cura.

Liberalitas in pauperes summa.

fuissemus, solus illæsum cor habere, nec animam simul cum atramento fœdasse, ni groroeq; affecisse creditus est,[17] tametsi per animi simplicitatem abreptus fuisset, dolumq; homo doli expers minimè vitauisset. Quinetiam solus, aut certè primus eos, qui à nobis ob pietatis zelum dissidebant, & sibi & cæteris reconciliauit, postremos à nobis separatos & primos reuersos, tū ob ipsius reuerentiam, tum ob dogmatis puritatem. Ita grauis Ecclesiarum iactatio tempestasq; sedata est, ac procella in auram redacta orationibus consilijsq; illius (liceat enim audacter dicere) fracta atque sublata, nobis interim & pietatis socijs & actionis. Qui cum in omni honesto negocio eum adiuuaremus, ac velut cursim assectaremur, tum hic quoq; Dei beneficio multò maximam laboris studijq; partem impendimus. Verùm hic sermo paulum ordinē suum antegressus: hoc loco conquiescat. Quis autē tot illius virtutes aut enumerando recensere, aut multa præterire cupiens, quod prętermittēdum sit, facilè reperire queat? Vt enim quidq; animum subit, ita præstātius ijs, quę prius effluxerunt, esse videtur, illudq; complector, magisq; ancipitis sum animi, quid mihi sit omittendum, quàm alij, qui in eodem orationis genere versantur, quid dicere debeant. Ita fit, vt mihi copia quodammodo in detrimentum ac penuriam cedat, mensq; ipsa exploretur, dum illius laudes expendere & explorare conatur, nec superiorem inter pares inuenire potest. Nam quod in tranquillis vndis euenire cernimus, vt cùm iniectus calculus centrum effecerit, alius atque alius subinde circulus excitetur, continenterq; in superficiem agitatus, externum circulū semper dissoluat, id mihi planè hîc quoq; accidit. Aliud enim in mentem venit, aliud superuenit, aliud dilabitur, atq; in electione plurimum negocij molestiæq; habeo, quę ea quæ prius arripui, alijs postea in animum influentibus sese subducant. Quis enim illo in negocijs administrandis diligentior? Quis in rebus domesticis sapientior, quandoquidē ipsi & domum & opes mediocres Deus, qui omnia præclarè varieq; dispensat, impertijt? Quis pauperibus,[18] hoc est naturæ pari honore prædite contemptissimæ parti vel animo condolentior, vel manu liberalior ac munificentior? Sic enim haud dubiè quasi alienorū bonorum procurator de bonis suis existimabat, pauperum inopiam quātum poterat, subleuans, nec superflua duntaxat, sed necessaria quoq; in eam rem insumens (id quod hominis amicissimè erga pauperes affecti clarissimum est argumētum) partemq; dans non septem duntaxat, sicut Solomonis lex ferebat, sed ne octauo quidē accedente, sordidi tamē perparciq; animi specimen vllū edens, verùm libentius sua profundens, quàm alij amplificent,[19] vinculum & electionē tollens, hoc est, vt quidem interpretor, illiberalitatem, atq; eius qui stipem acceprurus est, exploratiōem, sitne videlicet ea dignus, an indignus, nec murmuris verbū cum largitione coniungens. Quo vitio pleriq; laborant, qui quāuis largiantur, nequaquā tamen promptè & libenter tribuunt: quòd quidem erogatione ipsa maius est & excellētius.[20] Multò enim præstat ob eos, qui opē merentur, immerētibus quoq; porrigere: quàm dum metuimus ne in indignos beneficium conferamus, dignis etiam misericordiæ officia denegare. Atque eò pertinere videtur, quod Scriptura inquit, panem in aquam quoque mittendum esse: vtpote nec defuturum nec periturum apud iustum harū rerum ponderatorem, sed eò peruenturū, vbi omnia nostra collocabuntur, ac tempestiuè occurrent, vtcunque aliter existimemus. Quodq; maximum & pulcherrimum censendum est, ad illius liberalitatem mirus gloriæ contemptus accedebat. Nam quamuis opes largiendiq; promptitudinem cum vxore communē haberet, quippe cum qua de præclarissima virtute contenderet: largiendi tamen curam ipsi vt optimæ & fidelissimæ huiusmodi rerum dispensātrici magna ex parte relinquebat. Quam autem mulierē dico? Quæ tanto tamq; immodico largiendi amore flagrabat, vt ne[21] Atlanticum quidem pelagus, aut si quid aliud maximum est, ad exhauriēdum sufficere potuisset: quę Solomonis sanguisugā in contrarium æmulata est, inexplebili boni cupiditate, insaturabilem ad malum auiditatem vincēs, tamque ad bene de omnibus merendum prompta & alacris, vt nulla huius rei sātietate affici posset: quæ denique non opes solùm omnes, quas vel primùm habuit, vel postea consecuta est, cupiditate sua minores existimabat: sed se quoq; ipsam, si fieri potuisset, & liberos, vt ex ipsa sæpe audiui, prompte ac lubenter vendidisset, vt in pauperum vsus insumerentur. Huic totas largitionis habenas ille permiserat. Quæ res mea quidem sententia præstantior est, quàm vt huius exemplū proferri possit. Nam qui in pecunijs liberales extiterint, alios quoq; facilè reperire est, siue eas spectes, quæ in publicas & vrbicas magnificētias perditè effunduntur: siue quæ Deo per pauperes fœnori dantur, solæque ijs

Propter diuōs etiam indigētes.

Ecclesiastes.

Gloriæ contemptus.

Amor largiendi.

Prou. 28.

Liberorum curæ minor quàm pauperum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui eas expendunt, reconduntur. At qui nullam ex ea re hominum famam gloriamq; captarit, haud ita facilè reperiemus. Permulti si quidem ad impensas prompto animo faciendas sola honoris cupiditate ducuntur. Vbi autem largitio arbitris caret, ibi quoque largiendi langueſcit alacritas. Atque hæc fuit illius beneficentia: pluraque etiam his vt vobis compertа relinquemus: adeo vt si quid huiusmodi de nobis commemoretur, ex eo fonte dimanet, iliusque profluuij pars sit. Iam vero quis vnquam cum maiori Dei fauore[22] vel homines sacrario obtulit, vel ob iniurias ipsis factas zelo exarſit, aut sacram mẽsam prophanis iniecto pauore repurgauit? Quis tanta sententię integritate atq; constantia pariqueiustitię ſtatera vel causam diſceptauit, vel ſcelus odio habuit vel honore virtutem proſecutus eſt, vel optimos viros cæteris antetulit? Quis aut pari facilitate peccantibus ignouit, aut cum rectè currentibus curſum inijt? Quis cum vtrunque tempus & virgæ & baculi perſpectum haberet, baculo tamen magis eſt vſus? Cuius porro oculi magis ad fideles terræ, cum alios omnes, tum præſertim eos, qui in ſolitaria & cælibe vita terrã terręq; cõmoda contemſerunt, ac Deo viuũt Iam quis aut faſtum magis coercuit, aut animi humilitatem amauit, idque non ficte ac ſuperficiariè, quemadmodum plerique ex his, qui nunc ſapientiæ ſtudium præ ſe ferunt, atque in ſpeciem belli ſunt & elegantes, ſtultiſsimis vtique mulierculis haud diſsimiles, quæ natiua pulchritudine carentes, ad colores confugiunt, theatriceq;, vt ſic loquar, comptæ atque ornatæ ſunt, ob venuſtatem inuenuſtæ, atq; ob fœditatem deformiores. Non enim illi in veſte, ſed in animi conſtitutione humilitas ſita erat, nec ceruicis depreſsio aut vox ad exilitatem compoſita, aut faciei nutus aut promiſſa barba, aut oblonga cæſaries, aut certus incedendi modus humilitatem mentiebatur (quæ vt ad breue quoddam tempus effingi poſſunt, ita quam celerrime coarguũtur :[23] nihil enim ſimulatum cõſtans eſt & durabile) Quin potius idem & vita maxime ſublimis & animo perquã humilis erat: cuiusque ad virtutem nemo aſpirare poterat, ad eiusdem congreſſum quiuis perfacilem aditum habebat. Quiq; ab alijs veſtitus ratione non differebat, à faſtu ſcilicet ac ſordibus æquè abhorrens, idem interno ſplendore multos antecellebat. Et cum ventris morbum auiditatemq; inexplebilem comprimeret ac domaret, ita tamen in ea re ſe gerebat, vt hoc minime agere videretur: alterum vt ſe purgaret, alterum ne animo efferretur, inſtituti nouitare gloriam aucupans. Etenim hominis eſſe arbitrabatur ciuilem vitam amplectentis, dicta, factaque ſua omnia huc referre, vt nominis ſplendorem apud exteros aſſequatur, quippe qui hanc præſenti vita nihil beatius eſſe ducat: ſpiritualis autem & Chriſtiani ad vnam tantũ ſalutem coniectos oculos habere, atque ea quæ ad eam ſpectant, præclara exiſtimare, quæ vero ad eam nihil afferunt adiumenti, vt vilia nulliusque precij aſpernari: obeamq; cauſam partem eam ſui, quę aſpectu ſentitur, pro nihilo putare, atque in eo vno elaborare, vt pars interna quam beliſſime valeat: eaque plurimi æſtimare, ex quibus & ipſe quàm optimus futurus ſit, & alios exemplo ſuo ad optima quæq; pertrahat, ſed nulla in eo præſtantior magiſque propria, ac ne multitudini quidem ignota virtus fuit, quam ſimplicitas animæque candor & iniuriarum obliuio. Nanque ex veteriore ſimul ac recẽtiore hominum memoria, alij virtute, prout gratiã aliquam Dei beneficio conſecuti ſunt, floruiſſe creduntur. Iob inuicta in calamitatibus patientia, Moſes & Dauid clemẽtia, Samuel oraculorum editione rerumq; futurarum proſpicientia, Phinees zelo à quo etiam nominatur, Petrus & Paulus promulgandi Euangelij acrimonia & contentione, filij Zebedæi grandiloquentia, vnde & filij tonitrui cognominati ſunt (de quid cæteros enumerare neceſſe eſt, cum ad vos, qui eos noſtis, orationem habeã) at Stephanum patremque meũ nulla re perinde nobiles & illuſtres reddit, atque animi ſimplicitas & innocentia. Ille ſiquidem ne in extremo quidem vitæ periculo eos, à quibus impetebatur, oderat, ſed cum lapidibus obrueretur, pro lapidãtibus preces fundebat, vt Chriſti diſcipulum decebat, cuius cauſa cruciatus quoque ipſe præclarior illi erat, quam mors ipſa, quippe qui Chriſto lenitatis patientiæque fructum offerret. Hic vero nullum temporis momentum inter obiurgationem offenſionemque cõdonationem fluere patiebatur: adeo vt ignoſcendi celeritas dolorẽ quoq; ipſum pene anteuerteret, atque ſurriperet. At nos quidem iræ diuinæ fæcem quandã eſſe ex Scriptura ſacra audiuimus & credimus, hoc eſt reliquias iræ aduerſus impios & ſceleratos homines incitatæ: quãdoquidẽ Dominus vltionũ eſt Deus. Quãuis enim pro ſua clemẽtia ex aſperitate in gratiã inclinet, nõ tamẽ peccãtibus õnino parcit, ne benignitate atq; ignoſcẽdi facilitate deteriores fiãt. At pater ijs à quib⁹ lacessitus eſſet, nihil reſeruabat, vir alioqui abundã-

Multos lucratus eſt Deo.

Solitaria & Cælebs vita Deo viuentiũ.

Fictæ humilitatis deſcriptio.

Sent. Vera humilitas.

Ira refrenatio.

Clemẽtia.

Ira prudentibus etiam noxiosa.

cundiæ vulneribus non prorſus immunis ac rebus ſpiritualibus, in quibus à zelo vincebatur: paratus tamen armatusque, ſi res ita tuliſſet, atque aduerſus dolorem acerbitatemque animi, tanquam aduerſus hoſtem, multo ante inſtructus & expeditus. Sic enim ne ſexcenti quidem homines, vt dici ſolet, emouiſſent. Quin dulcis quoq; hic illius animi motus erat. Nam nec illius furor erat ſecundum ſimilitudinem ſerpentis animum incautè ſuccendens, atque ad vlciſcendum paratus, & ex prima commotione ad iram vindicandæq; iniuriæ cupiditatem prorumpẽs, verum apis aculeo ſimilis, qui ita pungit, vt mortem non afferat: ac rurſus humanitas & clemẽtia tanta, quanta vix ab homine poſtulanda videtur. Rotas & flagra ſæpe minabatur, ac præſtò erant, qui hæc proferrent: tandem tamen vel in aurium compreſsionem, vel in maxillarum ſugillationẽ, vel denique pugni in genam impactionem periculum deſinebat. Sic minæ ſoluebantur. Veſtes & calceamenta detrahebantur, atque humi ſtratus iacebat, qui facinus aliquod perpetrarat, confeſtim ab eo qui peccauerat, in eum qui iraſcenti impigrè obſeruierat, vt malorum miniſtrum ira ſe conuertebat. Quanam verò ratione clementior quisquam benigniorque videri potuiſſet, digniorq; qui Chriſto dona offerret? plerumque enim vix commoueri ceperat, cum eum à quo commotus fuerat, ſtatim excuſabat, illius peccatis non ſecus ac proprijs erubeſcens. Ros Solem potius matutinos radios diffundentem ſuſtinuiſſet, quàm vt vllæ iracundiæ reliquiæ in ipſius animo remanerent. Simul enim atq; loquebatur,[24] protinus ira cum verbis aſcẽdebat, ſolum recti amorem velut aculeum quendã infixum relinquens, nec tardius vnquam Sole occumbens, aut iram, quæ prudentibus etiam viris exitium affert, producens, aut aliquam fœditatis ſuæ notam corpori imprimens, vt potè cui in ipſa quoque iactatione atq; perturbatione ſua conſtaret ſerenitas. Ac proinde ipſi res mira atque ab humanis ſenſibus aliena, contingebat, non vt ſolus obiurgator eſſet, ſed vt ſolus ijs etiam, quibus ſuccenſebat, & amori & admirationi eſſet: quod videlicet in eo comitas obiurgationis acrimoniam vinceret. Ac profectò à viro iuſto caſtigari pſtat quã vngi ab improbo. Illius enim aſperitas etiam ipſa propter vtilitatem ſuauis eſt: huius cõtra obmorum peruerſitatem benignitas quoque ſuſpecta. Quanquã autem animo ita conſtitutus eſſet morumque diuina quadam ſimplicitate præditus, petulãtibus tamen hominibus & contumelioſis ob pietatem terrori erat: immo vt rectius loquar, nulla eos res alia malè mulctabat, quam contempta ſimplicitas. Non enim fieri poterat, vt cuiquam bene vel malè precaretur quin ei ſtatim vel diuturnum aliquod bonum, vel breuem moleſtiam afferret. Alterum enim ab intimo corde proficiſcebatur: alterum ab extremis tantum labijs manabat, ac paternæ cuiuſdam obiurgationis rationem habebat. quinetiã multis eorum, à quibus offenſus fuerat, ne tardior quidem ac pediſſequa, vt poetico verbo vtar, vis illa vltrix occurrit: ſed in ipſo iræ articulo percuſsi ſunt, reſipuerunt, ad eum acceſſerunt, ad genua acciderunt, veniam impetrarunt, honeſtè victi diſceſſerunt, atque tum caſtigatione tum culpæ condonatione meliores facti ſunt. Nam ſæpenumero magni ad ſalutem momenti eſt ignoſcendi facilitas, cum qui iniuriam intulit, pudore coercens, atque à metu ad amorem & beneuolentiam, multo tutiorem certioremq; traducens. Caſtigati porro ſunt, alij à bobus iũgo vexatis, & quod nunquam antea ipſis acciderat, repẽte incurſantibus excuſi atq; diſiecti, alij ab equis manſuetiſsimis etiam obedientiſſimisq; iactati & proculcati, alij intolerãdis febribus perpetratique facinoris imaginatione correpti, alij alijs modis eruditi, atque ex his quę perpeſsi fuerant, obedientiam edocti. Sed fuerit ſane tanta tamque illuſtri humanitate & clemẽtia:[25] induſtria tamen eaque virtute, quæ in rebus gerendis verſatur, cuiquam alij cedebat? Minimè. Verum idem & lenis ac placidus erat, vt ſi quis vnq; & in agendo pærequè ſtrenuus. Nam cũ hæ duæ res ferè inter ſe pugnẽt & aduerſentur ſimplicitas nimirũ & aſperitas, alteraq; manſuetudinem cum inertia coniunctã habeat, altera rebus quidẽ agendis apta ſit, verũ humanitate careat: ille vtrumque mirificè complexus eſt, vt & tanq; aſper & vehemens rerũ actionibus incũberet cum manſuetudine: & tanq; à rebus gerẽdis alienus, ſe ſubmitteret cũ induſtria: idq; & in præfecturæ munere & loquendi libertate, & in omni genere gubernationis.[26] Sic emẽ ſerpẽtis circa malũ prudentiã cum columbę circa bonũ ſimplicitate cõmiſcuit, vt nec prudentiam in malitiã, nec ſimplicitatẽ in ſtoliditatẽ degenerare ſineret: ſed ex ambab⁹, quoad eius poterat, vnã virtutis ſpeciẽ efficeret numeris omnib⁹ abſolutã. Hunc igitur virtute tali præditũ, ita in Epiſcopatus munere verſatũ atq; eiuſmodi gloriã apud oẽs adeptũ, quid mirũ ſignis quoq; quibus Deus pietatẽ confirmat, dignum habitũ fuiſſe?

Manſuetudo plurimũ prodeſt.

Aſperitas ſimplicitatẽ præperata

Matt. 10.

Miraculis cõfirmata pietas.

Horum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Horum porrò miraculorum quę in eo patrata sunt, hoc vnum est. Morbo laborabat, ac male affecto erat corpore. Quid autem mirandum, si pij quoque viri calamitatibus vexentur, siue[27] ad exigui limi purgationem, siue ad virtutis exploratio nem experimentumq́; patientiæ, siue denique ad imbecillorum eruditionem, qui in illis fortiter aduersa perferre condiscunt, afflictionibusque minime frangi ac debilitari? Morbo igitur laborabat, & quidem tum cum sanctum & nobile Pascha, diem inquam illum dierum regem,[28] noctemq́; luculentam peccati tenebras discutientem, qua nos cum copioso lumine salutis nostræ festum agitamus, quiq́; cum luce propter nos extincta mortificati eramus, ijdem ea resurgēre simul excitamur. Hoc tempore morbus vrgebat. Is autem, vt breue faciam, talis erat. Febris quædam ardens & peracerba internas omnes corporis partes exurebat, vires collapsæ erāt, nihil stomachus appetebat, somnus excesserat, quò se verteret nesciebat, ac deficiente arteriarum pulsu subinde concidebat. Iam oris interiora atque adeò palatū ipsum, & quicquid eo superius pendet, tot tamque continuis tetrisq́; vlceribus scatebant, vt ne aquæ quidem facilis & periculo vacuus meatus esset. Nec verò aut medicorum artes, aut amicorum ac necessariorum quam libet assidue preces, aut vlla cura ac medela morbo depellendo par esse poterat. Atque hic eo valetudinis statu erat, prauos quosdam ac deploratos spiritus ducens, ac ne præsentes quidem agnoscens, totusq́; in peregrinationem incumbens, resq́; iampridem expetitas ipsique præparatas. Nos verò in æde sacra sacerdotes simul & supplices eramus (desperatis videlicet omnibus alijs remedijs ad magnum Medicum, & noctis illius potentiam tanquam ad extremam opem auxiliumq́; confugientes) quid dicā? festúmne vt ageremus, an vt lamentaremur? dieine solennitatem vt lætis animis celebraremus, an vt illum velut iam è viuorum numero sublatum funereis honoribus ornaremus? Quas tum lachrymas vniuersus populus profudit? Quas voces & clamores, quos hymnos Psalmorum decantioni admiscuit? A sacra domo sacrificium, à mysterio mysteriorum arbitrum, & antistitem,[29] à Deo dignum astitem requirebat: idque præcinente mea Maria tympanumq́; non triumphale, sed supplex pulsante, ac tum primùm frontem præ dolore perfricante, populiq́; simul ac Dei fidē cum clamoribus implorante (illius, vt dolentis vicem doleret, lachrymisq́; insuper obnixè contenderet: huius, vt precantes exaudiret) ipsumq́; adeò miraculorū omnium (ingenium enim acuit dolor) submonente. Quid hīc igitur noctis illius, & iacentis ægroti Deus facit? Mihi ad eorā quæ sequuntur narrationem progredienti cohorrescere subit: ac vos etiam cohorrescatis, velim: nec tamen fidem orationi detrahatis: neque enim fas est, & nobis illo verba faciētibus fidem abrogare. Mysterij tempus aderat, & religiosa & venranda statio, commodoque ordine collocata multitudo, sacris quæ peragebantur cum silentio acquiescens, cum ille ab eo qui mortuos ad vitam reuocat, & à noctu sacrosancta excitatur. Primùm ægrè paulum se mouet, deinde firmius: mox perexili & obscura voce famulum quendā ex his qui domi manserant, nominatim accitum præstò esse, vestem dextramque porrigere iubet. Quo prompte & cum pore obsequente ipse manu tanquam scipione nixus Mosem illum in monte precantem imitatur, languidisq́; manibus orationem cōpositis vel cum populo vel ante populū mysteria celebrat, paucis quidem atq; infirmis, quibusq́; poterat, verbis: cæterùm mente vt mihi videtur integerrima (rem miram?) sine sacrario in crario, sine altari sacrificus, sacerdos cul à mysterijs remotus. Atq; hæc illi Spiritus sancti munere cōtingebant, ipsi quē cognita, cæterùm à præsentibus haud quaquam animaduersa. Posteà Deo benefícijs erga homines collatis gratā orationem, vt moris est, subiunxit, poloq́; bene precatus, in lectulum rursus conijcit, cumq́; nonnihil cibi admisisset somnoq́; dedisset, animo recreatur, viresque paulatim sanitate, cùm nouus ille lennitatis dies (31 ita enim dominicam appellamus, quæ Resurrectionis dominicam prima excipit) aduenisset, in templa se cōfert, ac cum omnibus Ecclesiæ coetus salutis Encænia celebrat, ac pro valetudine gratiarum sacrificium offert. Quæ dē res miraculo illo quod in Ezechia editum est, meo quidem iudicio nequaquam inferior haberi debet: quem in morbum lapsum & deprecantem vitæ accessionem cremento Deus honorauit: idq́; per recta actam (vt ipsemet qui salutē accepit, precibus contenderat) graduum vmbrā incauit, simul gratia ac miraculo Regem nans, & diei augmento dierum augmentum confirmās. Idem miraculū circa marrem aliquantò pòst contigit, quod etiam sum commemorare operæprecium esse & eam honore, si qua vnquam alia, honoremus: & patri hac narrationis cienae

Pij cur aliquando afflīguntur.

Rex dierū.

In morbis desperatis quid agendum.

Exod. 15.

cietate rem gratam faciamus. Hanc quoque morbus inuadit, fortem alioqui fœminam & generosam, atque omni vitæ tempore commoda valetudine vsam. In multis autem doloribus, ne sermonem longius producam, nihil eam perinde discruciabat, atque inedia, qua multos iam dies periculosè afflictabatur, neque huius mali remedium vllum inueniebat. Quonam igitur modo eam Deus aluit? Non manna pluens, vt olim Israeli: aut petram frangens, vt sitienti populo fonte aperiret: aut per coruos pascens, vt illum Heliam: aut per prophetam in sublime raptum satians vt Danielem antea, cum fame in lacu vexaretur. Quonam ergo modo? Visum est ipsi me, quem charissimum habebat (neque enim quenquam aliū nostrum ne in somnis quidem præferebat) noctu repente superuenientem cum caristro cādidissimisque panibus pro meo more benedictis atque signatis eam aluisse, sicq́; conaluisse, Ac nocturnæ visioni veritas respondebat. Ab eo enim tempore ad se redijt, spemq́; meliorem concepit, quemadmodum dilucido & perspicuo argumēto declaratum est. Nam cum postero die ad eam matutino ingressus, primum solito hilariorē vidisse, deinde hæc consueta, Vt se noctu habuisset, ecqua re opus haberet, percunctatus essem. Tu me, respondit illa sanè incunctanter & tranquillo vultu, nate nutriuisti, ac postea rogas ecquid valeo. Simulque nutu mihi ancillæ significabant, ne contradicerem, sed prōptē responsum hoc acciperem: ne potefacta rei veritate mœrore frangeretur. Vnum adhuc vtriusque cōmune adiungā.[31] Cum Alexandria per mare Parthenicum in Græciam nauigarem: nauigabam autem intempestiua prorsus anni parte animo ita perpellente, in naui Aeginæa (nam id me vel maxime impulit, quod in nauas mihi familiares incidissem) cum inquam nauigarem, paulumque processissemus, tam atrox tempestas exorta est, vt non multas pares memi nissent, qui mecum vehebantur. Hic omnibus mortis timore perculsis ipse animæ mortem grauius pertimescebam. In periculum enim miser veneram, ne Baptismo non iniciatus è vita discederem: spiritualem aquam inter exitosas & mortiferas vndas desiderans. Ac proinde clamabam, obsecrabā, spatium quoddam tēporis expetebam: conclamabant etiam in in communi licet vitæ discrimine qui simul nauigabāt, & quidem grauius, quam quidam è familiaribus meis ac necessarijs, benigni videlicet hospites & humanitate præditi, atque ex periculis hoc doctri

Exod. 16.

Num. 14.

Reg. 17.

Dan. 14.

Vim bene Rus.

næ assecuti, vt aliorum calamitate mouerentur. In hoc malo, quo tum eram, parentes quoq; versabantur, per noctis visum in periculi partem venientes, atq; è terra opem ferebant vim fluctuum precibus velut excantātes: quemadmodum postea sub ducta temporis ratione domū reuersi cognouimus. Quod etiā nobis salutaris somnus indicauit, cum tandem aliquando eū remittente nonnihil tempestate cepissemus. Furiam mihi tenere videbar, truculentum quiddam intuentem, periculumque minitantem: hanc enim: nobis perspicue depictā nox apponebat. Alius ex vectoribus (pueris erat mei studiosissimus & amātissimus, meaq́; causa, vehementer anxius) cum eo statu essem, matrē meam sibi videre videbatur, quæ mare ingressa nauim prehensam haud magno labore ad terrā pertraheret: fidemque faciebat hæc visio. Tranquillabatur em̄ mare statimq́; citra magnā vexationem Rhodum appulimus. Huius ipsi periculū donum extitimus. Vt enim nos Deo vouimus, si discrimen effugerem, ita periculo defuncti nosmetipsos obtulimus. Ac de his quę vtriq; cōmunia sunt, hæc nobis dicta sint. Mirari aūt iampridem quosdam eorum arbitror, quibus illius vita perspecta est & explorata, quid sit cur cum in rebus ita immorati simus, ac si sola hæc argumenta laudis haberemus, turbulentorum tamen tēporum, quibus eū, velut instructa acie, sese opposuisse constat, mentionē facere distulerimus: tanquam ea vel incognita habeamus, vel non ita magna & præclara ducamus. Agedum igitur hæc quoq; superioribus adijciamus. Tulit nostra ætas primū, &, vt opinor, postremū malum,[33] Imperatorem Dei mentisq́; desertorē. Hic parum amplum esse arbitratus Persas imperio suo subijcere, magnū verò & gloriosum Christianos in potestatē redigere, simulq́; dæmonibus, à quibus ducebatur, ita suadenti bus, nullum genus impietatis prætermittebat, nunc alliciendo, nunc cōminando, nunc fallendo, nec callidis solūm artib⁹, sed vi etiam homines ad se pertrahendo. Nec tamen eius ita obscura esse cōsilia poterant, quin satis omnes animaduerterent eum versutis consilijs persecutionē tegere: nec rursus apertam vim intētabat: quo alterutro falsē modo caperemur, vel fraude circumuenti, vel per vim expugnati. Hūc porrò qui magis aut contēpserit aut oppresserit, ecquis tandem reperietur? Ac cōtemptionis quidem cùm multa alia signa proferri queunt, tum argumēto etiā esse possunt sagittarij illi, eorumq́; præfectus, quos in ecclesias nostras immiserat, vt eas

Votum Gre gorij in periculo ma ris.

Pater Gre. se opposuit tempestati Ecclesiæ.

Iulianus Christianos persequitur modis omnibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt eas vel voluntate sibi adiungeret, vel armis subigeret. Nam cùm plerisque alijs oppugnatis huc quoq; cum eadem animi ferocia venisset, ac pro imperio potestate templum sibi dedi iussisset, tãtum abfuit, vt quidquam eorum quæ cupiebat, perficeret, vt nisi patri meo vel suopte cõsilio vel cuiusdam admonitu protinùs cessisset, calcibus etiam cęsus discessurus fuerit. ita in illum furore & zelo templi sacerdos æstuabat. Pestem autem & exitium quatandem ratione quispiam illi magis conflasse videri queat, quàm & publicè coniunctis totius populi votis & orationibus impium fundens ac profligans, ac ne temporis quidem turbinem reformidans, & priuatim nocturnã aduersus eum aciem opponens, hoc est humili cubitatione senile s & roscidas carnes conficiens, & lachrymarum fonte pauimentum proluens in annum etiam fermè integrum, idq; eo solùm, cui res occultæ perspectæ sunt, arbitrio faciens, ac propter pietatem ab ostentatione, sicut iam diximus, alienam, sedulò adnitens, vt nos res ea lateret. Atque omnino latuisset, nisi ipse aliquando ex improuiso cubiculum ingressus, humilisque decubitus signa conspicatus, atque ex quodam ipsius famulo quidnam hoc esset percõtatus, noctis arcanum intellexissem. Alteram eiusdẽ temporis eiusdemq; fortitudinis narrationem accipite: Cesareæ ciues de Archiepiscopi creatione factiosè inter se contendebant (nam alter clanculum se abduxerat, alter requirebatur) acrisq; seditio erat, compressuq; atque sublatu nequaquam facilis. Præter id enim, quòd in hac re præsertim ob fidei feruorẽ natura sua ad tumultus excitandos procliuis est ea ciuitas: cathedræ insuper illius splendor & gloria contentionis acrioris causam afferebat. Atque hoc statu reserat, ac nonnulli Episcopi aderant Archiepiscopum electuri. Sed cùm in plures sentẽtias popularis multitudo distraheretur, alijq; alium proponerẽt (quemadmodum in huiusmodi negocijs fieri consueuit, prout quisque vel cuiuspiam beneuolentia, vel Dei pietate mouebatur) tandem plebs tota vno consensu 34 primarij ordinis virum vnum, eximia illum quidẽ vitę probitate prędituin, nondum tamen diuino Baptismo consignatum, inuitum & repugnantem corripientes, simulq; militaribus copijs, quæ tum in vrbem venerant, opem afferentibus, in sublimi sede collocarunt, Episcopisq; obtulerunt, ab ijsque petere institerunt, vt eum salutari aqua tingerent, atque Archiepiscopum nominarent, suasioni interim vim admiscẽtes, quia aduersas in Repub. partes tuebatur. non id quidem admodum grauiter & modestè, admodum tamen piè atque ardenter. Nec enim cuiusquam virtus aut pietas oblata occasione clarius amicuit. Sed tum quid factum est, quoq; progressus est tumultus? Coacti sunt, rore purifico hominem persuderunt, antistitem pronunciarunt, in throno collocarunt, manibus tamen potiùs quàm voluntate syncerog animi affectu, sicut postea declaratum est. Vt enim volentes lubentesq; discesserunt ac quæ vellent, liberè decernere potuerunt, consilium inter se ineunt, haud scio an spirituale, sed ineunt tamen, atq; omnia gesta fuerant, abrogare statuũt, eamq; constitutionem, vt minùs legitimè factã pro irrita habere, vim ei, cui non minor vis illata fuerat, obiicientes, ac sermones quosdam petulanter magis quàm sapienter tempore iactatos vrgentes. At magnus piscopus noster, æquusq; rerũ æstimator nec cum ijs, qui huiusmodi consilium habant, abduc̃tus est, nec eorum sententiam comprobauit: sed constans atque inuictus permansit, haud minùs quàm si nullus omnino vim perpessus fuisset. Nam vtrisque vis allata fuisset, vel vicissim accusandos eos esse dicebat, si ipsum accerent, vel culpa soluendos, si ipsum eluerent, vel, quod iustius erat, ne absoluendos quidem, tametsi ipse crimine ueretur. Si enim ipsis venia deberetur tique & illi: sin illi nullo modo parcendum esset, multò ijs minus delictis esse sperandã. Longè enim ipsis honestum futurum fuisse periculum subire que omni ratiõe obsistere, quàm in posteà moliri: eo præsertim tempore veteres inimicitiæ potius essent depondæ, quàm nouæ excogitandæ. Sic enim res habet. Aderat quippe Imperator uersus Christianos fremens, atque hausta lectionem irato infestoque animo ferens grauesq; in eum, qui Archiepiscopus tutus fuerat, minæ iactabantur, atque nouaculæ acie sitæ res ciuitatis erant cone die in rerũ natura esse desineret seruaretur, ac clementiæ humanitatis nonnihil impetraret. Ad eum enim rem,[36] quem ob Fortunam secundam fortunæ tempore solutam euersamq; piebat, noua hæc atque insolens Pra electio accedebat, quam publici iuris uulsionem atque oppressionem interpretabatur. Quin ipse quoque prouinciæ fectus rationes conquirebat, quibus porisatrocitati obsequi, & eum malo quo posset mulctare: ne erga eum quod alioqui amicè ac beneuolè affectus esset quia aduersas in Repub. partes tuebatur.

Cæsarea ad seditionem procliuis.

Populi consensus in electione Episcopi.

Eusebiꝰ nõdum baptizatus eligitur in Episcopum inuitus.

Magna libertas animi episcopo digna.

Laici rebus Ecclesiasticis ne se ingerant.

Basilius magnum intelligit

Quibus cõ mutẽda sit electio episcoporum.

inimicè atq; infensè. Quocirca eos à quibus electus fuerat, velut accusatores illius futuros per literas accersebat, non iam leniter & remisse, sed minis etiam quibusdam additis, tanquam hoc Imperator flagitaret. Cum igitur pater de ea re epistolam accepisset, sine vllo metu ac cunctatione vlla responsum huiusmodi dedit: ex quo animaduertere licet, quæ in eo animi libertas fuerit, quóue spiritu acta. Nos inquit, optime præfecte, rerũ omnium quæ geruntur, censorem vnum ac regem habemus, qui nũc armis oppugnatur. Is & præsentem electionem expendet, quam nos rite ac legitimè, atque ex ipsius voluntate fecimus. Vobis autem tametsi vim afferre, si ita tulerit animus, in procliui sit: id tamen nunquam extorquebitis, quin ea quæ facta sunt, vt rectè iusteque facta patrocinio nostro defendamus: Nisi hanc vobis legem promulgare libeat, quibus ne limis quidem oculis res nostras aspicere fas est. Hanc epistolã præfectus ipse admiratus est tametsi ad breue aliquod tempus stomachatus, mirificè suspexit: quemadmodum ex multis intellectũ est, qui res illius perspectissimas habebãt. Atque hoc & Imperatoris repressit impetũ, & ciuitatem periculo, atque adeo nos dedecore atq; infamia liberauit. Hoc ciuitatis exiguæ cathedręq; sum missioris Episcopus præstitit. An non autem principatum ita tenere multo melius ac præclarius est, quã è sublimioribus thronis declamare, ac rebus potius quam nominibus superiorem esse? Iam quod in illius rebus gestis ordine quidem postremum, vi tamen & facultate primũ & maximum, quis est tam ab orbe nostro remotus, vt nesciat? Rursus eadem ciuitas eandem ob causam seditione laborabat, eo nimirum, qui honesta & egregia vi ad Episcopatũ pertractus fuerat, celeri morte abrepto, atque ad Deum, cuius causa in persecutionibus fortiter strenuèq; decertarat, profecto. Atq; ea seditio quantò acrior & feruẽtior, tanto etiã stultior & absurdior erat. Non enim obscurum erat, quis præcelleret (quẽadmodum nec inter sidera Solis præstantia ignota est) sed perquam clarum clarum ac perspicuum, cum alijs omnibus, tum eximiæ præsertim ac purissimæ populi parti, hoc est & sacris ministris [37] & nostris Nazaræis quibus vel solis vel potissimum illis, electiones istas committi oportebat (sic enim nunquam Ecclesijs malè esset) ac nõ ijs, qui opibus ac potentia florent, aut temerariæ plebi, plebisque adeo ipsius vilissimo & contẽptissimo cuiq;. Nunc vero parũ abest, quin ciuiles magistratus meliore ordine ac disciplina regi existimem, quam nostros, qui diuinæ gratiæ ascribuntur: atque huiusmodi res melius timore quam ratione administrari.[38] Nam nisi ita esset, quis modo sanæ atque integræ mentis te relicto ad alium se contulisset, diuine vir & sacrosancte, te inquam in manibus Domini depicto, matrimonij experte, nihil possidente, carne propemodum & sanguine vacuo, te inquam doctrina & verbis post Verbum, inter philosophos sapiente, inter mundanos cælesti, sodali inquam ac socio meo, dimidiaq; (audãcius hoc dicã) animæ meæ parte, ac mecum & vitæ & doctrinæ communione cõiuncto. Vellem mihi te apud alios libera oratione describere liceret, ac non coram ista te præsente perpendere tur, necesse vt habeam quam plurima parcè laudare, ne in assentationis suspicionẽ incurrã. Verum vt eò, vnde oratio digressa est, redeam. Spiritus quidem hominem suum norat (quidni enim nosset?) ceterũ obsistebat inuidia, quorum autem, dicere me pudet: atq; vtinam nec ex aliorum sermone, qui res nostras comica dicacitate sedulo infectantur, eorum nomen audire liceret. Sed hæc, vt fluuij petras eas quas in medio fluxu offendũt prętereamus, atque obliuione digna silentio tegamus, ad eaq; quæ deinceps sequuntur, progrediamur. Probè sciebat vir spiritualis, quæ Spiritus erant: ob eamq; causam demissos omnes & abiectos affectus submouendos esse iudicabat, nec coitionibus anticipatisque opinionib⁹ certãdum, nec plus gratiæ quã Deo tribuendũ: sed vnã tantũ Ecclesiæ vtilitatem communemque omnium salutẽ ob oculos ponendam. Ac proinde literas scribebat, monebat populum, concilabat sacerdotes cũ alios tum eos qui sacro munere fungebantur, obtestabatur, decernebat, etiam tum absens suffragiũ ferebat, canicie fretus in alienis quasi in suis auctoritate vtebatur. Deniq; quoniam electionẽ legitimam ac regulare esse oportebat, cũ vnus ex eorum numero, qui ponti ficẽ nominarent, desideraretur, è lectulo se abstrahit, homo iam & senectute & morbo fractus, atq; ad vrbẽ inuenili animi vigore cõtendit, vel potius emortuo corpore, ac paulũ spirante defertur, magnificæ parẽtationis instar hanc sedulitatẽ sibi fore persuadens, etiãsi quid ipsi humanitus accidisset. Atq; hîc quoq; miraculũ cõtigit, minime dubiã fidem faciẽs. Labore cor roboratur, alacritate vegetatur, negociũ administrat, ad conflictũ se parat, in throno Archiepiscopũ collocat, domumque tandem reducitur, nõ iam vehiculo tan-

Magna libertas animi episcopo digna. *Laici rebus Ecclesiasticis ne se ingerant.* *Basilius magnum intelligit* *Quibus cõ mutẽda sit electio episcoporum.* *Laus Basi li.* *Ecclesiæ vtilitas & salus spectanda.* *Electio sit regularis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quã sepulchro, sed tanquã arca diuina vsus. Quo etiam in munere lenitatis illius, de cuius laude haud pridẽ verba facere de ſij, luculentius argumentũ dedit. Cum eñ ipsius collegæ cõtentionis, in qua victi fuerant, ignominiam, senisq; omnibus in rebus auctoritatem & principatum grauiſsimẽ ferrent, ob idq; ipsi insensi essent conuicijsq; eum incesserent, eos quoq; tollerãtia sua fregit ac superauit, maximum auxilium sibi in animi facilitate & humanitate positum reperiens, atque in eo, quòd maledictis lacessitus maledicta non regerebat. Quid enim graue esset, si cum rebus superior fuisset, lingua se vinci pateretur? Quamobrẽ sic eorum animos lenitate sua cepit, ascito præsertim in sentẽtię sua auxilium tempore vt ira in admirationem cõuersa ad eum ipsi excusatum venirent, genibus aduoluerentur, pudore ob ea quæ prius admiserant suffunderẽtur, abiectisq; odijs eo Patriarcha, Legislatore & iudice vterentur. Haud disparis zeli ea illius contentio fuit, qua se hæreticis opposuit, cum impij tum Imperatoris copijs suffulti expeditionem aduersus nos susceperũt, vt nos quoq; in potestatem accepturi alisq; adiuncturi, iam ferme omnibus in seruitutem redactis. Nam hic quoq; non paruo nobis adiumento fuit, tum per se ipse, tum per nos etiam fortasse quos velut non ignauos ac degeneres catulos in illos tanquã in sæuissimas bestias immittebat, ad pietatem nimirum exercẽs. Vnum habeo 39 quod vtriq; succensẽam (ac peto à vobis ne meam hanc dicendi libertatẽ ægrè molesteq; feratis: expromam enim animi dolorem, etiãsi grauis hic sermo futurus sit) quòd me huius vitę malis offensum, ac solitudinẽ adamantem, vt haud scio an quis quã nostri seculi, communemq; hunc turbinem & puluerem omni celeritate vitare salutemq; meam in tuto collocare obnoxio studio cõtendentem, nescio quo modo in hoc permolestum & insidiosum animarum forum per speciosum sacerdotij nomen intulistis. Qua ex re multas calamitates partim iam subij, partim expecto. Nam qui mali aliquid iam perpessus est, vix induci potes, vt sibi melius aliquãdo fore speret, etiã si aliud psuadeat ratio meliora suggerẽs. Sed ne illud quidẽ prætermittam, quod cum in omnibus rebus fortẽ & tolerantem animũ sublimioremq;, quã vt corporis integumẽto cederet, prestitisset: tũ vero postremo morbo, qui eũ simul cum senectute adoriebatur, eoq; diuturno & periculoso laborãs, illud quidẽ cum alijs hominibus cõmune, habuit, quod ægrotaret, hoc autẽ non ita cõmune, sed ad modum peculiare alijsq; miraculis cõgruens & cõsentaneum. Nam cum quotidie ac frequẽter quoq; quauis die, interdumq; etiã hora dolore cõprimeretur, solo ministerij sacri tempore cõfirmabatur, doloreq; sucedebat, quasi iussu & impio fuga tus. Cum autem centum ferme annos vixisset, 40 fines vtiq; tempori nostro à Dauide cõstitutos ptergressus, ex ijsq; in Episcopatu quinq; & quadraginta, quod humanæ vitæ spatium est, exegisset: ita demum in bona senectute diem extremum claudit. Quonã modo? In orationis verbis ac gestib⁹ nullo vitij vestigio, plurimis virtutũ exemplis relictis. Atq; eo nomine maior quã hominis conditio ferre videatur, ipsius veneratio in omniũ linguis mẽtibusq; versatur: nec facile quisq; reperiet qui illius memoriã animo recolens, nõ etiã 41 posita, sicut scriptura loquitur, manu ad os suum, imaginationem quoq; ipsam amplectatur. Hic illi vitę cursus fuit: hic vitę finis. Et quoniã liberalitatis ipsius munificentiæq; monimentũ posteris relinqui oportebat, quodnã tãdẽ aliud potius cõueniebat, quã hoc templum quod Deo & nobis extruxit (populi quidem largitione nõnihil adiutus, multo maiorem autem sumptuum partem è suo impendens) opus sanè memorabile ac pdicãdum magnitudine pmulta, pulchritudine cuncta ppemodum antecellens? Nam & octo equilateris rectis in se occurrit: & columnarum ac porticuum elegãtia per laquearia in altum assurgit, & quidem eiusmodi picturis ornata, vt nec naturæ ipsi cõcedãt. Quid quod supno cæli splendore collustratur, vberrimisq; lucis fõtibus spectãtium oculis irradiat, vt verè lucis domicilium? Ad hęc eximię materię spatijs equilis vtrinq; positis plurimumq; interme dij loci cõplectentibus cingitur: ac pterea portarum & atriorũ venustate plucet, accedentesq; pcul inuitat. Nõdum de externo ornatu loquor, de lapidum quadratorum atq; in trinã cõiunctionem aptatorũ pulchritudine & magnitudine: quorũ alij marmorei sunt, nimirum qui in basibus & capitibus, quibus anguli intercipiuntur, locati sunt, alij patrij quidem illi, non tamen exoticis inferiores. Nondum, de varijs & muliplicibus zonis, à fundamentis ad verticem vsq; ptensis atq; intextis, cuius ea est altitudo, vt spectatorem damno afficiat, visum circunscribens. Quonã modo tanti temporis opificium tantiq; laboris & industrię tam breui sermone oculos ponerem? An hoc dixisse fuerit satis, quod cum cæteræ ciuitates multis extructionibus publicis priuatisq; decorentur

Ac tem-

Cõuitiorũ tolerantia.

Hæreticis se opponit Episcopus.

Gre. solitudinis amãtissimus.

Sent.

Fortis at tolerans animus.

ac templum quidem ad hunc modum se habet. Quoniam autem sacerdote etiam opuserat, 42 hunc quoq; domi acceptum offert: templi magnificentia dignum necne, dicere haud queo, sed tamen offert. Quandoquidem porro victimæ quoque requirebantur, has insuper adiungit, nempe filij afflictiones, atque in rebus aduersis patientiam: vt Deus ab eo rationale holocaustum habeat, ac pro legali hostia Spirituale victimam egregiè consumptam. Quid ais pater? Vtrum ista sufficiunt, atq; hanc vel prosecutricem, vel funebrẽ, orationem ita accipis, quasi laborum eorum, quos iuuandis prouehendisque meis studijs suscepisti, fructum tuleris, ac pro tuo veteri more 43 pacem orationi concedis, eique ne modum excedat tædiumq; pariat, finem imponis? An additamentũ quoddam & corolarium desideras? Sed finem haud dubiè statuis: satis quippe longam orationem habuimus. Hoc verò mihi bona tua venia adijcere liceat. Fac sciamus quæ tua sit gloria, quod lumen te circunstet: atque vxorem tuam aliquanto post, & liberos, quos adhuc viuens funere extulisti, & me quoque nequaquam iam vltra, certe perexiguo tempore cum huius vitæ miserijs conflictatum atq; ante tabernacula illo hoc dulci tumulo suscipe, quem vtriq; nostrum condidisti, videlicet hic sacerdotem tuum & cognominem honore afficiens: veniamq; tribue, siue quid dicẽdo prẽter misimus, siue quid tua gratia assumptum minus commodè tractauimus: ac deniq; cum gregem vniuersum & omnes Episcopos, quorum pater vocatus es, tum me præsertim paternè à te & Spiritu aliter coactum guberna, ne tuam vim vsquequaque accusem. At tu, quid censes, ô meorum sermonum actionumque iudex? Si hæc satis copiosè disseruimus, tuoq; desiderio satisfecimus, calculũ adde, & accipiemus (nam profecto calculum tuum calculum Dei interpretamur:) sin autem & illius gloria & tua expectatione longè inferiorem orationem habuimus, in prõptu est, qui suppetias ferat. In illius laudes vocem tuã tempestiuæ pluuiæ instar expectatam immitte. Ac sanè maximis te nominibus obnoxium habet, & vt pastor pastorem, & vt pater filium: quod ad gratiã attinet. Quid verò mirandum, si 44 qui terrarum orbi per te intonuit, idem nunc fructum quoque aliquem ex tua voce percipiat? Restat iam, vt cum spirituali Sarra præclari nostri patris Abrahæ coniuge & equali, funebrem sermonem habeamus. Non est, mater, eadẽ Dei hominumq; natura, aut, vt in genere loquar, superorũ &

Psal. 50. Cĩrcumcelliones.

Iob. 31.

Mansuetia mea magna.

Gregorius patrem defunctũ inuocat.

Basilium allegatur

Matrẽal. loquitur.

Mors nomine magis quam re formidabilis.

Vna mors peccatum.

Viduitas.

eorum qui in terra versantur. Apud illos enim constans & immortale est, tum hoc ipsum, quod sunt, tum quęcunque ad illos pertinent. Quæ enim à rebus firmis & certis oriuntur, eadem quoque firma & solida esse necesse est. Res autẽ humanæ quo modo se habẽt? Labuntur & intereunt, & aliam atq; aliam subinde mutationem capiunt. Vita quidem & mors tametsi inter se plurimum differre videantur, inter se tamen mutuo transmeant, vicissimq; succedunt. Etenim vita ex corruptione parẽre nostra principium ducens, ac per corruptionem, hoc est perennem eius quod præsens est excessum, iter faciens, in corruptionem tandem nimirum in huius vitæ finem desinit. Mors contra, quæ non modo nos à prẽsentibus malis vindicat, verum ad supernam quoq; vitam sæpe traducit, haud scio an propriè mors appellari queat, vt pote nomine magis quam re formidabilis. Atq; absurdè sanè & præposterè affecti esse videmur, qui ea quæ formidolosa non sunt, extimescamus, ea autẽ quę metuenda sunt, vt meliora magisq; expetenda cõplectamur. Vna vita est oculos ad vitam coniectos habere. Vna mors peccatum. animæ enim est interitus. Cætera quibus nonnulli insolentius efferuntur, nocturna quædam visa sunt, veris rebus imposturam facientia, & fallacia animæ spectra. Hoc animo si fuerimus, mater, nec ob vitã nos magnopere efferemus, nec morte nimiũ angemur. An verò mali quidpiam nobis acciderit, si hinc ad veram vitã migrauerimus, si mutationibus vertiginibus, satietatibus, ac turpi illa tributi pendendi necessitate liberati cum rebus certis minimeq; fragilibus futuri simus, parua lumina circum lumen illud magnum tripudiantes? At te ab eo seiunctam discruciaris? spes te oblectet. At acerba res est viduitas? audio, sed illi non acerba. Vbi porro charitatis bonum erit, si faciliora nobis ipsis dantes, asperiora proximo tribuamus? Immo quid est omnino, quod tibi acerbũ videri debeat iam iamq; morituræ? Instat fatalis dies, diuturna nõ erit hęc molestia. Ne ignauis cogitationibus res leuissimas oneremus. Magnis reb⁹ priuati sumus: at etiam consecuti fueramus. Atqui priuari omnium est, adipisci paucorum. Quare mentem nostrã illud nõ deijciat, sed potius consoletur. Aequũ eñ est meliora deterioribus cedere. Filiorum mortẽ adhuc florentiũ & ad viuendũ idoneorũ fortissimè & sapientissimè tulisti: fac etiã senilis corporis iamq; vita cõfecti (tametsi sensus integerrimos animi vigor ipsi conseruarit) abiectionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

feras. At deest, qui tui curã gerat. An vero nõ tibi præsto est tuus hic Isaac, quẽ tibi omnium instar ille reliquit. Parua hæc ab eo postula, vt te manu fulciat, vt seruilia officia præstet: maiora hæc repende, maternam benedictionẽ, orationes, atque alterius æui libertatem. Doles te admoneri? Id verò laudo, namque ipsa multos admonuisti, nimirum eos omnes qui in tam longo vitæ curriculo ad tuam sapientiam sese contulerunt. Quare ad te fœminam in primis sapientem nihil hæc oratio pertinet: sit autem afflictis & lugentibus comunis solatij medicina, vt se mortales prosequi mortales intelligant.

SCHOLIA.

1. *Homo Dei*) Homines Dei & viri Dei sæpe in veteri Testimento appellantur Prophetæ. Et ita Timotheũ Paulus nominat 1. Timoth. 6. De seruo fideli habes Matth. 25. Iam animarum præfectos Apostolus superiorum Dei dispensatores vocat 1. Cor. 4. Daniel vir desideriorum dictus est Danielis 10. Sic Moses Dominus Pharaonis à Deo ipso appellatur Exod. 7. Et paulus Ecclesiam veritatis columnam & firmamentum esse dicit. Item ad Philip. scribens cap. 2. In quibus, inquit, lucetis tanquam luminaria in mundo verbum vitæ sustinentes.

2. *Funebris cuiusdam muneris*) Græca vox ἐπιτάφιον latius patet quam ἐπιτάφιον. Accipitur enim pro omnibus his rebus, quæ eorum, qui ex hac vita migrarunt, ornando funeri impenduntur. Λόγον ἐπιτάφιον vocat in Orat. funebri in Cæsariũ, munus illud quod Cæsarius moriens à parentibus impetrarat: nimirum vt ipsius in eorum gratia facultates suas quibus vellet testamento relinquere posset. Hac etiam Orat. ἐπιτάφιος accipitur pro luculento quodã atque ad propagandam hominis vitæ sanctiorem memoriam illustri testimonio & encomio pro epitaphio.

3. *Postulatione sua*) Greg. τῇ πρεσβείᾳ. quod in Orat. quadam μεσιτείαν dixerat, hoc loco πρεσβείαν dicit. Nec enim aliud vnquam Ecclesia, cũ de Sanctis agitur, per mediatoris nomen intellexit quã quod ij pro nobis Deum interpellent. Absit enim vt cuiquam pio in mentem veniat, hanc vocẽ in ea significatione accipere, qua Christum Mediatorẽ Dei & hominum Paulus vocat: quod tamen nimis frequenter, ne dicam impudenter, nobis aduersarij obijciunt. Quod autem hic auctor eandem de diuorũ intercessione fidem teneat, quam nos tenemus cũ ex his duobus locis apertissimè liquet, tũ ex fine Orationũ ex Basil. in Athanas. & in Cyprianum eandem sapius repetendam habeam:

4. *Ceti iuque cibu*) Lego enim ex vetusto Reginæ codice βρώματα ἰσχνὰ. non vt male in Heruag. πτῶμα ἰσχνόν.

5. *Hypsillariorum*) Ὑψίστου Græcè excelsissimum sonat antitheti itaque elegantia vtitur. Humiles, imo illi & abiecti homines non verentur sibi summorũ nomen arrogare. De Hypsistarijs autẽ nihil apud Epiphanium, Augustinum, Theodoritum, Damascenum, & alios qui olim de hæresibus scripserunt, me legisse memini. Consimilia tamen fere de Euphemitis seu Massalianis narrat Epiphanius lib. 3. tom. 2. Aiunt enim eos ex Gentilibus nec Iudaismo nec Christianismo attendentes, deos quidem dicere, nullum tamen adorare, sed vnum solum venerari, quem omnipotentem vocant. Refert etiam eos cum luculento lucernarum apparatu (λυχναψίαν vocat) conuentus habere. Quæ quidem non multum ab ijs discrepant, quæ de Hypsillarijs scribit Gregorius.

6. *Briarei manus*) Briareum vt & alios Gigantes centũ manus pedesq; draconũ habuisse fabulãtur poetæ, Vnde Ouid. 1. Metamorph.

Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempestate fui, qua centum quisque parabat
Inijcere anguipedum captiuo brachia cæco. Briarei ergo manus inijcere prouerbialiter dicitur, quo in eos non incommodè vti licebit, qui rapacissimas manus quibus vis rebus inijciunt, ac sceleratum latrocinio suas opes cumulant.

7. *Illorum siquidem hoc*) Hesiodus enim in libro, qui inscribitur Opera & dies, ad hunc modũ loquitur:

Οὐ γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ κτήσασθ' ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς:
Nil homini melius contingit coniuge casta.

8. *Nefariam domum*) μιαρὸν οἶκον: ex his quæ præcesserunt, per nefariam & scelestam domum, idolorum templum intelligere videtur.

9. *Assiduus tandem ictibus*) Vulgatissimus est hic versiculus apud Græcos

κοιλαίνει πέτρην ὕδατος ἐνδιὴνεκὲς ὄμβρος Guttula multa cadens durissima saxa cauabit.

Gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo.

Quibus verbis significatur, nihil esse tam arduum, quod non assiduo labore & studio persicere, atq; assequi possimus. Naso hunc versiculum ad hunc modum extulit.

Quid

Quid magũ est durum saxo, quid mollius vnda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua. Eandem vim habet adagium illud:
πολλάκις ἡ πίτυς πίτυν ἔτρωσε δαμάσσῃ. Multis ictibus quercus deijcitur. Vide Erasm. in Chiliad.

10. *Diuinæ liberal. periculum*) Nimirum cum ipsa filium Gregorium à Deo precibus impetrauit: quemadmodum paulò superius exposuit.

11. *In his quæ dicta sunt mihi*) Greg. ἐπὶ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ. quod commodius etiam fortasse in actiua significatione efferri queat, Propter eos qui dixerunt mihi: vt Angelos intelligamus salutis hominum cupientissimos.

12. *Qui metropolim tum nostram*) In vetusto exemplari ad marginem hãc annotatiunculã inuenimus, τῶν καισαρέων λυστίρας καππαδοκίας μητρόπολιν τύχας, καὶ τότε ἡ μουσικωτάτη· τὴν γὰρ καππαδοκίαν μίαν οὖσαν εἰς δύο τέμνων. εἶτα πόλει ἐπὶ βλάβῃ. ὃ τὰς ἡρὸν λύπην τῷ ἀειμνήστῳ βασιλεῖ ὑπηρετῶν ὁ βασιλεὺς οὗλος. Quæ verba imitio, vt mihi videntur luxata, reddidimus. Nostræ tum metropolis, id est, Cæsareæ. Secundæ autem Cappadociæ Tyana metropolis erat. & tertia Musicyßus. Cappadocia enim cùm prius vna esset, in duas, ac postea in tres scißa est. Id autem eò faciebat Imperator Valens, vt sancto Basilio dolorem inureret. De Leontio autem isto, de quo loquitur noster Theologus, non memini aliquid in Hist. Eccles. extare. Porrò Tyana ciuitas erat Græca in finibus Cappadociæ sita, Philostrat. in vita Apollonij cap. 3. lib. 1.

13. *Quod futurum erat, gratia præsignat*) Quoniam cùm hoc in more positum esset, vt Catechumeni nequaquam genua flecterent, sed aures tantùm oleo vngendas præberent: ipse præter Catechesis legem, cùm Christianismo initiaretur, genu flexit. Quoniam is, qui Catechistæ munere fungebatur, errore lapsus, non institutionis Christianæ, sed sacerdotij atque antistitij orationem protulit. Quanquam priorem rationem veriorem esse existimo. Hanc quoque annotationem ad marginem adscriptam reperi. Sic enim Græca habent, ὅτι τὸν κατηχούμενον οὐκ ἐνωθότως λέγει τὰ εὐνοῦχε, ἀλλὰ μόνοι τοῦ ἁγίου χρίσματος τὰ ὦτα, ἀνὴρ ἱερεὺς ὢν ὁμοῦ καὶ κατηχήσων ἔλαιεν κατεχούμενον· καὶ ὅτι ὐκατηχήσας ἀνδρ πλειόνων οὐ κατηχήσων, ἀλλὰ ἱερωσύνης ἐνέχειν ἐπείνει. Ὅτι πρῶτον ἡ ἀλληθεστέρα γένεσις ἡμῶν.

14. *Vt Baptismus vita puritati*) τελείωσις hoc loco, vt sensum Auctoris apertius redderem, Baptismũ vertere malui quàm ad verbum Perfectionem. τελείωσις enim hic idem est, quod τελείωσις 3. lustrica initiatio siue Baptismus. Hoc autem vult Theologus Gregorium patrem ea ante susceptum Baptismum integritate vitæ, sanctimoniaque fuisse, vt ei tutò committi Baptismus posset. Nam ijs qui à suscepto Baptismo scelerate flagitioseque viuere non desinunt, parum tutum est tam eximium atque excellens bonum committere. Hac autem eò dicuntur, quia eo tempore serius ad Baptismum accedere solebant, quam nunc: cùm laudabili more, ne periculum mora afferat, infantes baptizantur.

15. *Superioribusque & inferioribus gradibus*) βαθμοῖς καὶ ὑποβάσεσιν. sublimiori enim gradu Patrem collocabãt hæretici, Filium inferiori, Spiritum infimo. Arius enim, vt testatur Epiphanius in hæresi Sabellij, ὑπεβάσετο τὸν υἱὸν ἀλλοίωτον τῷ πατρὶ καὶ τὸν ἅγιον πνεῦμα τῷ υἱῷ ὑποτεταγμένον. De qua etiã fusius tractat, cùm de Arianis agit. Idẽ etiam Apollinario tribuit Theodorit. in Epit. diuin. dogmat. lib. 4. Huius enim inuentum est, inquit, magnum, maius, maximum.

16. *Nam quo tempore*) De hac re vide Argumentum in primam Orationem de Pace.

17. *Tametsi per animi simplicitatẽ*) Chirographum illum intelligit, cuius meminit Basilius in Epist. ad Bosporium Episcopum, cùm se intolerabili dolore affectum esse scribit, quòd Dianius, quem vnicè amabat, fidei illi, quam ex Constantinopoli Gregoriani reportauerant, subscripsisset. Ex quibus verbis impiæ illius subscriptionis Georgius Cappadox fuisse creditur. De quo multa in Orat. de Athanasij laudibus.

18. *Hoc est naturæ pari honore*) Elegantius in Græco ὃδ' ἀτιμοτέρω μέρει δ' ὁμοτίμου φύσεως. sic enim pauperes vocat, quòd cùm eandem cum cæteris naturam habeant, nec minus quàm illi ad Dei imaginem conditi sint, impiè tamen & crudeliter contemnantur.

19. *Vinculum & electionem tollens*) Greg. ἀνακιρῶν συνδεσμὸν καὶ χειροτονίαν. verba sunt Esaiæ cap. 58. Quo loco quia Propheta de benignitate erga pauperes tractat: idcircò Theologus συνδεσμὸν exponit μικροψυχίαν: quod vitium est animi præparci, nimiumque sordidi & auari: si quidem auarus manum contrahit, velut quibusdam vinculis constringit. χειροτονίαν autem δοκιμασίαν interpretatur, quòd quemadmodum in electionibus hominum accuratè censentur & expenduntur: ita etiam tenaces homines, cùm pauperibus aliquid erogãdum est, solicitè nimium exquirunt, sintne eleemosyna digni. His itaque verbis admonet Gregorius, vt discamus non nimium curiosè pauperes explorare ac perscrutari, si simplici animo de ipsis bene mereri studeamus. Extat apud Chrysostomum tractatus, De non curiosè perscrutandis pauperibus.

20. *Multò enim præstat*) Hanc sententiam ex Demosth. Orat. de Corona mutuatus est: cuius hæc sunt verba: βέλτιον δὴ τοὺς ἀξίους τιμᾶν καὶ τοὺς ἀναξίους, ἢ τοὺς ἀξίους ἀποστερῶν τῆς προσηκούσης τιμῆς διὰ τοὺς ἀναξίους. Præstat, inquit, propter dignos indignis etiam honorem habere, quàm dignos meritò honore spoliare propter indignos. Idem & ferè legitur in Orat. contra Leptinem.

21. *Ne Atlanticum quidem pelagus*) De rebus immensis & infinitis hæc verba prouerbio vsurpari possunt. Atlanticum porrò pelagus ab Atlante Mauritaniæ monte nomen accepit, estque ea pars Oceani, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mauritaniam ab Occidente alluit. Quamquam Cicero in somnio Scipionis pro magno mari fuit Oceanum accipit, quo terra tanquam insula circunfusa est.

22. Vel homines sacrario obtulit) Sic enim ὁ βῆμα interpretor, vetustum codicem secutus, ad eiusmodi ginem hæc verba annotata reperi, πρὸς κληρικοὺς καὶ διὰ τοῦ λειτουργοῦντος λόγου. Itaque quoties hic auctor βῆμα τοῦ ἱερέως. vel διὰ περὶ ὁ βῆμα dicit, idē est ac si διὰ τῶν περιεστώτων καὶ τοῦ διὰ λειτουργούντος diceret. Pro autem, quod sacrarium verto, pars ea templi intelligenda est, in qua Antistiti soli ac Presbyteris & Diaconis stare licebat, cùm res diuina fiebat. Sciendum enim est eadem sacram Græcorum in tres partes solitam: quarum prima βῆμα seu ἱερατεῖον ab eis dicitur, quod sit locus sacrificio deputatus: ideoq; in eo altaria duo, vnum minus in medio illius partis situm, in quo sacerdos quæ sunt ad sacrificandum necessaria præparat: alterum maius, in quo corpus & sanguis Domini consecratur, ob eamque causam sancta sanctorum, sacra mensa, propitiatorium, magni sacrificij officina, & locus Dei dicitur. Nos partem illam primam adis sacræ vulgò vocamus Chorum, le Chœur. Pars verò secunda ab illis ναὸς, à nobis la Naif appellatur, in qua vniuersus populus congregatur: in cuius parte ima sunt mulieres, ita à viris separatæ, vt à nullo videri possint, cùm sint in tabulato superiori, ex quo sacra quæ fiunt per clatros prospiciunt. In superiori autem parte quæ est Sacrario proxima, est Chorus Cantorum ab vtroque templi latere collocatus. Pars autem extrema πρόναος dicitur, id est templi vestibulū, in quo qui publicā agunt pœnitentiam consistunt. De his plura vide in quadam epistola quam Gentianus Heruetus libro Nicolai Cabasilæ de diuino altaris sacrificio a se Latinè reddito præposuit.

23. Nihil enim simulatum) Ficta omnia tanquam flosculi celeriter decidunt: nec simulatum quicquam potest diu latere. Cic. 2. Offic.

24. Protinus ira cum verbis) Hunc locum quamuis & impresso codice & veteri exemplari refragrante, corrigere non dubitaui. Nam cùm in vtroque legeretur, καὶ ὁ λόγος ἔτι ἐβόα· συνεπῄχει, ita transtuli, quasi non λόγος sed θυμὸς vel χόλος in textu haberetur. Quia enim sensu ex eo elici posset, si ita verti esset, quod cum verbis sermo recedebat. Atque quemadmodum reddidi apertissimus est sensus, mentemque Auctoris bis apertissimè repræsentat.

25. Industria tamē eaque virtute) ἐπιτηδεύσεως hoc loco industriam verti. Neque enim pro virtute omnibus numeris absoluta accipienda est, sed pro industria agendique facultate, vt idem sit ὑπαρχεῖν quod πρακτικὸν εἶναι. id quod ex his, quæ mox sequuntur, facilè colligere licet.

26. Sic enim serpentes) Christus Matth. 10. iubet nos prudentes esse sicut serpentes, & simplices sicut columbas. Vtriusque virtutis laudem patri suo Gregorius tribuit. Ait enim eum in malo vitando serpentem prudentiam imitatum fuisse, in bono autem columbæ simplicitatem.

27. Ad exigui limi purgat.) Tres causas affert, cur iusti nonnunquam in calamitate versentur: primā, vt quantulumcunque vitiosæ faecis in ipsis est, huiusmodi afflictione purgetur. Alteram, vt virtus eorum exprimeretur. Postremam, vt qui minus firmo animi robore septi sunt, eorū exemplo ad fortiter ferendas huius vitæ acerbitates erudiantur.

28. Noctemque luculentam) Quomodo ea nocte, quæ Paschatis diem proximè antecedit, cum multis ritibus in Ecclesia pernoctare soliti sint veteres Christiani, vide Orat. 1. de Pasch. & Nicetam ibidem.

29. A Deo dignum astitem) Sic enim παράστατιν astitem voco, vt προστάτης præstes vel antistes dicitur, cuius qui latus fulcit, παράστης dicitur. Qui seconde vn autre. Inepte autem hoc loco παράστατιν pro propitiator seu auxiliator verteretur, vbi de Deo sermo habetur. significat enim eum, qui Deo summo antistitem in sacro ministerio astat, atque apud eum administri officio fungitur.

30. Pro beneficiis erga homines collatis) Ad hunc modū mihi hoc loco vertenda visa est dictio hæc εὐχαριστία. Videtur enim significare patrem suum ministerio sacro perfunctum, grata oratione Dei beneficia prosecutum, ac tandem populo bene precatum esse. Quanquam nihil impedio, quo minus per τῆς εὐχαριστίας τελετὴν sacrosanctæ Eucharistiæ verba intelligamus. Hoc enim vult Theologus, Patrem suum licet morbi acerbitate fractum ac pene confectum ardenti quodam zelo è lectulo profiliisse, ac rem sacram in cubiculo ad eundem modum peregisse, vt sanus in Ecclesia consueuerat.

31. Ita enim Dominicam eam) De hac Dominica Gregorij nostri extat Oratio commentarijs Græcis a Nicetæ illustrata, quam suo loco videbis.

32. Cum Alexandriæ) Hanc rem hoc Iambico Tetrastichо ad hunc modum extulit Cyrus Theodorus Prodromus.

Ὅ παρθενικὸν κῦμα παρθένε πλέων,	*Dum nauigares Parthenico virgo mari,*
ἐνεπαφρόεσσαι ἀρίαις ῥιπαῖσι,	*Fluctusque nauem verberarent horridi:*
νῦχθ' ἑστῶσαν ἔδυς πανυπέρτατον ξύλον,	*Tum te seruasti, tum nautas tuos precē.*
καὶ ζῶντα μέλπω τὸν πολυμόχθου ῥάβδου.	*Cum rore nondum tinctus eßes lustrico.*

33. Imperatorem Dei) Iulianum scilicet: de quo commodius aliàs dicamus.

34. Primarij ordinis virum) Eusebium Cæsariensem intelligit, qui proximus ante Basilium inuitus inuitum

tumque repugnans à plebe Archiepiscopus creatus fuerat. Ad eum propter orthodoxæ fidei defensionem ciuitate pulsum, atque in exilio agentem tres Epistolas scripsit Nazianzenus.

35. In nouacule acie) Quæ in summo periculo posita sunt, ea prouerbiali locutione in nouacula acie stare dicuntur. Adagium autem ab Homero ductum est. De quo vide Erasmum in Chiliad.

36. Quem ob Fortunā) Obscurè alludit ad Cæsariensium facinus, qui Fortunæ sanum, quod vnum Paganis superetat, Iuliano ipso imperante subuerterant. Cui simile illud est, quod ait Orat. 1. in Iulianum: ἰδίᾳ γοῦν ὑπὲρ τῶν τύχης ἐκλιπεῖν ἀεννάου τὸ καιρὸν ἢ κύντυχίαι ἀτυχηθέντι: vbi pro περιυβρίσθαι posuit ἀτυχηθέντι, vt ex his verbis τύχη κύντυχία & ἀτυχῆσαι venustatis plusculum gratiæque orationi accederet. Fingit enim iustam causam Iuliano fuisse, cur iracundia furoreque inflammaretur, ob Fortunam melioris fortunæ tempore (hoc est Idololatræ Iuliano rerū summā tenenti) infortunio affectā, id est, euersam & solo æquatā.

37. Et nostris Nazaræis) Nazaræos monachos vocat, quòd hi quoque sanctitatis votum faciant, Deoque se consecrent. Hæc enim lex erat Nazaræorum Numer. cap. 6. Nam profectò totos se pietati colendæ studio addicere ac deuouere debent, qui monasticam vitam profitentur, & si modo nomini suo respondere velint, à diuisibilibus rebus (vt Dionysij magni verbo vtar) hoc est, terrenis & caducis omni ratione abducere, atque ad beatam illam vnitatem transferre.

38. Nam nisi ita esset) Per Apostrophen Basilium alloquitur.

39. Quod vtrique succenseam) Patrem & Basilium alloquitur: à quibus inuitus & reluctans Sasimis fuerat præfectus.

40. Fines vtique à Dauide) Psalm. 89. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. si autem in potentatibus octoginta: & amplius eorum labor & dolor.

41. Posita manu ad os suum) Multis locis hac phrasis in Scriptura reperitur. Puto tamen eum respexisse ad illud Iob 29. ἀγροὶ ἐπάνοικοι λαλοῦντες διδασκάλοις ἐπιβεβυσμένοις τὸ στόμα· οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐμακαρίσαν με, καὶ ἐπῆραν τὸν τῆς λαρυγγίσεως ἀκόλουθον. Vbi ponere manum suam ad os suum, & linguam faucibus adhærētem habere, nō simpliciter est tacere, sed admiratione ac veneratione alicuius defigi, ac linguam tenere.

42. Hunc quoque domi acceptum) Se intelligit: atque adeo ὑπερφρονῶν καὶ ὑπερηφανῶν φρονήματι addit, templi magnificentia dignum nec nē, dicere haud queo.

43. Pacem orationi concedit) Pacem fermoni dare prouerbialis est locutio, idem significans quod finem loquendi alicui imponere, ac silentium indicere.

44. Qui per te orbi intonuit) Id est, qui studio suo & contentione te ad Archiepiscopatum euexit: vt illi acceptum ferri debeat, quòd velut ex editissimo quodam loco totum orbem pia doctrina, salutisque præceptis instruxisti.

GREGORII NAZIANZENI IN LAVDEM D. CYPRIANI MARTYRIS ORATIO.

ARGVM. EX GRAECO NICET.

Nazianzo mons quidam abruptus ac præruptus imminet: ad cuius radices calentium aquarum scaturigo est. Illic igitur cum Theologus partim ob quietæ & tranquillæ vitæ studium partim ob solatium, quod ipsi è renibus laboranti thermarum vsus afferebat, versaretur, festo magni Cypriani, cuius templum paruo interuallo ab vrbe distabat, interesse non potuerat. Postridie igitur illius diei, quo Martyris commemoratio celebrari solebat, Nazianzum reuersus hanc in eius laudē Orationem habuit.

CYPRIANVS fere nobis effluxit (ô graue damnū) idq; vos pasi estis, qui in eū omniū maximè suspicitis, annuisq; honoribus festis q; celebratis. Cyprianus, inquā, cuius, ve letiāsi alioqui ob liuionis vitio laboraremus, meminisse tamen necesse fuerat: si quidem optimi potissimum viri memoria colendi sunt, ijque quos memoria complecti non modo pium est, sed etiam vtile ac fructuosum. Verum hoc debitum fœnore dissoluamus: si tamen pares huic saltem rei facultates habemus, ac non omnium rerum egestate ac penuria conflictamur. Quòd si etiam admodū pauperes inueniamur, *Piorum memoria vtilis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

non dubito,quin ille pro eximia ſua animi magnitudine atque æquanimitate, tũ noſtræ moræ tum inopiæ facile ſit veniam daturus: modo hoc nomine gratias Deo agamus, quod memoria illius ex animis noſtris haudquaquam effugerit. Quã obrem ad eam rem, vt æquum eſt, accingamur, atque hinc principiũ ducamus. Quã commode atque opportune egregijſque Dei menſuris, qui omnia cum libra & mẽſura conſtituit ac moderatur, ad vos redimus: à ſilentio & quiete ad ſermonem: [1] à Martyrum ſtudioſa, ad Martyres, à corporea relaxatione ad ſpirituales epulas: Deſiderabamus vos, filij, pariq́ue, vt mihi perſuadeo, deſiderij affectu à vobis expetebamus (videte paterni animi candorem nam & quid mihi acciderit narro, & veſtro erga me affectui teſtimoniũ præbeo) atque hactenus inter nos diſiuncti atque diuulſi, vt deſiderium noſtrum vtrinque perſpectum reddere, atque, ipſa locorum diſtantia & interuallo, [2] quemadmodum pictores tabulas explorare poſſemus, rurſus conuenimus. Quam magnus eſt memoriæ igniculus, vel breuis familiaritas vitæq́; conſuetudo, ijs duntaxat, qui moribus ſunt ad amandum propenſis, Deiq́ue erga genus humanum amoré imitantur: Quidni autem, cum Chriſti, qui ad formam vſque ſeruilem noſtræ ſalutis cauſa ſeipſum exinaniuit, & à cæleſtibus alienos auerſoſq́; ad ſeſe collegit, diſcipulos nos profiteremur, mutuo amoriſcõple xu inter nos hæreremus, fideiq́; vnitatem invinculo pacis, quæ legis & Prophetarũ myſterium ſeu caput eſt, ſeruaremus? Iam igitur hoc vnum beneficium, & primum habemus, quod quã celerrimè ad mutuos amplexus ipſi accurimus. Neque enim procraſtinationem fert zelus: [3] totiusq́ue vitæ inſtar eſt vnius dieculæ ſpatium deſiderio laborantibus. Alterum eſt, idq́ue maximum, [4] quod non poſt feſtum acceſſimus, ſeriusq́; quam vt Martyrum ſacris intereſſe queamus, eoq́; oblectamento animiq́; iucunditate frui, quæ hinc nobis cõparatur. Nam cęteris quidem in rebus me quouis homine ſegniorem ac languidiorẽ eſſe non inficior, omnemq́ue cupiditatem tum abieciſſe, cum ad Chriſti ordines me contuli, neque ex omnibus rebus, quæ aliis iucundæ atq; expetẽdæ videri ſolent, vlla teneri atq; inflammari, non opibus, quę humi diſtrahuntur, ac ſurſum deorſumq́; voluũtur, nõ vẽtris voluptatibus, [5] non ſatietate flagitij & cõtumeliæ parẽte, non veſte molli & diffluẽte, non gemmarũ ſplendore & gratia, nõ auditu præſtigijs illudente, nõ olfactu animum emolli ente, non populi theatriq́ue applauſu in furorem agente, quem ijs iampridem qui eius rei deſiderio afficiũtur, haud gra- uatim reliquimus, non ijs denique, quę in primo illo guſtu, qui nobis peſtem exitumq́ue attulit, originem traxerunt; quam potius magna in ſtultitia væcordiaq́; eos verſari exiſtimo, qui ab huiuſmodi rebus ſeſe vinci patiuntur, ac vili & ſordido ea eas ſtudio nobilitatẽ animę labefactant fluxisq́ue & fugacibus quaſi certis & ſtabilibus totos ſe tradunt. Huius vero rei explebili quadam auiditate teneor, nec ea vnquam diuelli poſſum, mihiq́; etiam hunc affectum ineſſe facile patior: Martyrum honoribus oblector, pugilum cruentas geſtio & exulto, atque aliorum quidem certamina & victorias, coronas autem eas eſſe iudico. Vſque eo gloriã hanc prę- pio, mihiq́; eorum egregia facinora ve- co. Atque omnium quidem Martyrum memoria læta colenda eſt, omnibus que linguæ & aures & mentes prompte ſper- endæ, vt de eorum laudibus libenter a- quid dicamus & audiamus, omniaq́; a- eorum certaminibus inferiora eſſe cen- mus. Nam cum multa nos ad meliora vi- tæ ſtudium ducant, atque ad virtutem e- erudiant, [6] Ratio, Lex, Prophetæ, Apo- li, [7] Ipſaq́; adeò Chriſti primi Marty- ſupplicicia, qui crucem conſcendit, mo- codem ſecum duxit, vt peccatum mo- affigeret, ac de ſerpente triumpharet, ſi- noq́; ſanctitatem afferret, voluptatem vi- ceret, Adamũ ſalute donaret, prolapſa- q́; imaginem erigeret atque inſtaura- cum tot inquam, tantaq́; habeamus, minus tamen ad vitam rectè inſtituen- nobis vtilitatis afferunt Martyres, hab- cauſta ratione prædita, victimæ perfec- oblationes Deo gratæ & acceptæ, verita- præcones, falſæ doctrinę ſuggillatores, legis, quę ſpirituali ſenſu intelligitur, pletores, erroris oppreſſores, vitij inſec- tores peccati diluuiũ, mundi luſtrato- tu mihi Cypr. re nomineq́; chariſſimo [10] ſupra cęteros Martyres celebrãdus curris (nec eñ verendum eſt, ne Martyr Martyrib⁹ inuideãt) atq; & virtute ſua iorẽ in modũ afficior, & memoria recor- ac p̃ gaudio quaſi lymphatus feror, qua damq́; modo in eodẽ tecum martyrio ſor, ſociumq́; me certamini aſcribo, to- q́; ad te trãſeo: ſiue me tibi doctrina q; eloquentia cõciliet qua tu tãto reli- mortales anteibas, quanto nos brutis a- mãtibus pręſtamus (ſit eñ neſcio quo- ęto vt nõ minus inter eos, qui ſtudij cu- dã atq; inſtituti cõiunctione ſociati ſu- quã qui affinitatis & cõſanguinitatis

Sad.it.

Memoriæ igniculus magnus. Philip.2.

Epheſ.4.

Sent.

Martyrum ſacra.

Greg. verũ human.cõtemptus.

Satietas flagitij p.trẽs.

imil.

Ipr. Carthag. elog.

Ipr. ante nuerſio- ſeuator.

Ip. erudi- ſignia

Ipr. libri.

Ipr. conſi- n.

amor coaleſcat) ſiue id repentinæ & inopinatæ mutationi tuæ, quæ vim omnem oratoriæ facultatis excedit, omniq́ue exemplo præſtantior eſt, aſsignari debeat. Nam iucundior quoque poſt nubem, qua prius obducebatur, Sol illuceſcit, & ver dulcius eſt poſt hyemis triſtitiam, & ſuauior arridens tranquillitas, atque in modum ſtagni fuſum æquor, littoribusq́; alludẽs, poſt ventorum tumultum fluctusq́ue tumeſcentes. Hic Cyprianus, auditores, vt & ij qui vitam illius perſpectam habent ſubmonitione ipſa magis oblectentur, & ij quibus incognitæ atque inauditæ ſunt ipſius virtutes, hiſtoriam omnium noſtrarum pulcherrimam, communemq́; Chriſtianorum laudem atque ornamentum diſcant. Hic, inquam, Cyprianus Carthaginenſium quondam, nunc autem totius orbis eximium decus, opibus conſpicuus, potentia iluſtris, genere clarus, (ſiquidẽ maximum eſt nobilitatis argumentum, Senatorem eſſe, primariamq́; in eo ordine ſedem obtinere) flos iuuentutis, elaboratum naturæ opus, doctrinæ principatus, tã philoſophiæ quam cuiuſuis alius generis diſciplinæ, idq́; quacunque eum parte cenſere volueris: adeo vt in eo & plurimarum artium cognitio mirabilior eſſet, quam vnuſcuiuſq́; exacta & perfecta ſcientia, & rurſus vnuſcuiuſq́; exquiſita & modis omnibus abſoluta pceptio plus admirationis haberet, quam variarum artium collecta ſcientia: & vt apertiori diſtinctione hęc explicem, alios multiplici rerum cognitione, alios excellẽtiſsima & abſolutiſsima ſingularum artiũ perceptione alios vtraque laude, omnes autem omnibus nominibus facilè ſuperaret. Ac eruditionẽ quidem libri ipſi teſtantur quos ille cõplures & egregios pro religione conſcripſit poſteaquam Dei, qui omnia facit atque in melius cõmutat, benignitate ac miſericordia, doctrinã ſuam tranſtulit, brutamq́; literarũ peritiam veritatis verbo ſubiecit. Quæ vero mihi iam dicendi ratio tenenda ſit, planè incertus ſum. Partim eñ vereor, ne nimis prolixum, penitusq́; intempeſtiuum ſermonem habeam, ſi omnes Cypriani laudes mihi commemorandas duxero, partim ne maximo eos qui adſunt: detrimẽto mulctẽ, ſi quid præteriero. Vt igitur inter temporis breuitatem ſtudiumq́; auditorũ medium quendã curſum teneã, hæc mihi ineunda ratio videtur, vt cętera quidem ſcientibus relinquã ijs qui ea ignorãt, ſi qui tamen tales ſunt, exponẽda: vt ex ea re vtrique parem vtilitatẽ capiant, tum qui illius virtutes docẽtum qui addiſcũt, (quemadmodũ huius viri vel ſola recordatio ſanctitate animũ imbuit, maximumq́ue pondus ad ſtudiũ virtutis excitandum habet oratio:) Ego vero ex illius rectè factis vnum aut alterum breuiter cõmemorem, quę etiam huius ſunt generis, vt ea ne ſi maximè quidẽ velim, præterire queã. Dicam porrò quæ prioris ipſius vitæ ratio fuerit, quę ſalutis via, quæ vocatio, quę in meliorẽ vitæ ſtatum mutatio. Equidem eos admodum ignaui ſordidiq́; animi eſſe exiſtimo, qui rerum minus laudandarum commemorationem Martyri contumeliã inferri cenſent. Hac enim ratione nec magnus ipſe Paulus laudem mereatur, & Matthæus in ſceleratiſsimorum hominum numero habẽdus fuerit, ac noſter etiã Cyprianus: quippe cum & ille priſtinarum ſuarum perſecutionum, immutatiq́; zeli mentionem faciat, vt videlicet ex vtriuſque collatione Dei beneficentiã magis concelebret & alter in diſcipulorum albo Publicani cognomentum ſibi ipſi, perinde atque aliud quoddam nobilitatis inſigne atque ornamentum adiungat: atque hic denique ſuperioris vitæ turpitudinẽ longa oratione proſcindat, vt ipſam quoque ſcelerum confeſsionem Deo muneris loco offerat, ac multis eorum, qui ab obſcœna & flagitioſa viuendi ratione ad ſalubriora conſilia animum appellunt, ſeſe velut ſignum quoddã ad bene ſperandũ attollat. Quod igitur illius ſcelus fuerit, quamq́; magnũ & atrox expendite. Dæmonum cultor erat, qui Chriſti poſtea diſcipulus fuit, & perſecutor acerbiſsimus, qui poſtea magnus veritatis ꝓpugnator extitit, atq; & re & verbis (nam vtriusq; ſummam vim ac facultatem habebat) viã noſtram doctrinamq́; perturbabat, qui poſtea vtraq; re pegregiã Chriſtianis operã nauauit. Iam quãtus huic malo ex arte magica cumulus accedebat, à quo pootiſsimũ ad hominum ſamã peruenerat! quantoq; itẽ hæc crimina exaggerabat corporis intemperantia & libido, quæ tantã vim habet, vt ſapientes etiam alioqui viros mentis errore afficiat deteriusque ſentire cogat, equulei petulantis & indomiti more rationem ſecum abripiens. Ad ipſum iam mali caput ſe cõfert oratio: nec vero quiſquã priora Cypriani flagitia intuẽs, voluptatibus indulgeat: [11] verum ſequentis potius vitę exemplo, ad pudicitiã temperantiamq́; reuocetur. [12] Virgo quædam erat patritio genere nata, honeſtisque moribus prædita (audite virgines ac ſimul exultate, immo etiam quæcunq; pudicitiã in matrimonio coliti, ac pudicarũ amore flagratis: nam vtris q; cõmuni ornaméto eſt iſta narratio) ac

virgo

Paulus & Matthæus.

Philip.3. Gal. 1.Cor.15. 1.Tim.1. Matt.9.10.

Confeſſio ſcelerũ oſfertur Deo muneris loco.

Cypr.dæmonũ cultor, & chriſti perſecutor. Cypr.magus ac libidinoſus.

Iuſtina vir go chriſtiana.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virgo hæc forma erat perquam liberali & egregia, vt ipsi hæc verba accini commodè possent, Omnis gloria filię regis interna, germana Christi sponsa, pulchritudo recondita, viua statua, donarium sacrilegas manus nō metuēs, fanum inaccessum, [13] hortus clausus fons obsignatus (vt nonnihil quoq; Solomō ipsi accinat) soli Deo seruata. [14] Huius amore magnus Cyprianus captus est: vnde, quomodo haud scio, quippe virginis omni ex parte tutæ & morum grauitate præditæ. Nam res quoque non attrectandas lasciui oculi atq; procaces pertingunt, organum nempe omnium promptissimum atque inexplebilis auiditatis. Nec tantum captus est, sed eius quoque pudicitiam attentabat. O prædicandam stultitiam, si quidem futurum sperabat, vt eam per sacrilegium raperet, vel potius singularem illius impudentiam, qui Cypriano in mentem immittebat, vt hoc facinus aggrederetur. Ille enim est, qui aduersus primum hominē iam inde à principio in paradisum irrepsit, & medius inter Angelos stetit solum ad cruciatum deposcens, ac postremò ne Dominum quidē ipsum à quo profligandus & contrucidandus erat, adoriri dubitauit, eiúque, qui nulli tentationi obnoxius est, tentationem admouit (quoniam eam Dei partem quæ aspectu sentiebatur, Adamo similem esse videbat) quasi ipsum quoque deiecturus. Nec enim fore suspicabatur, vt humanitatem aggressus in diuinitatem incurreret. Quid igitur eundem p Cyprianum quoque sanctam animā, corpusque nullo modo contrectandum attentasse mirandum est? Solicitabat ergo eam Cyprianus, atq; ad huiusmodi lenocinium non aniculam quādam ad hos vsus accommodatam, sed dæmonem quendam libidinis ac voluptatis amantem asciscit. Rebelles quippe atque inuidi spiritus ad obeunda huius generis ministeria celeres esse solent, multos nimirum casus exitijsque sui socios habere cupientes. Huius porro lenocinij præmia, victimæ, & libamina erant, affinitatesq; ea, quæ per sanguinem & sacrificiorum nidorem cum eo cōtrahitur. Talem enim ijs mercedem persolui oportebat, qui talia in talibus rebus beneficia contulissent. At puella simulatque vim mali persensit, atque insidias intellexit ([15] puræ etenim diuinæ animæ diaboli technas celerius peruestigāt, quamlibet versipellis ille sit, atq; in conatibus suis varius ac multiplex) quid facit, & quid aduersus malitiæ parentem & architectum molitur? Deploratis omnibus alijs remedijs ad Deum confugit, atq; aduersus nefarium & execrādum amorem sponsum suum patronum ad de-

Psal. 44. Virginis vere laudes, Cant. 4. Cyp. Iustinæ amore captus. Sens.

Gen. 3. Iob. 1. Mat. 4. Luc. 4. Cur diabolus Christū tentarit.

Cypr. dæmonē sibi adiutorem adsciscit. Dæmones cupiunt habere multos exitij sui socios. Anima pura diaboli technas facile detegit Iustina ad Deum confugit Susanna. Dan 13 Tecla.

cans. Quid hic igitur demens ille amator, & pudicus ac prudens arreptitius? Mali depulsionem quærit, & inuenit. Ingeniosus enim & industrius esse solet, quisquis diuexatur. Quænam autē depellendi mali ratio fuit? Ad virginis Deum, quemadmodum Saul ad Dauidis citharam, fidiúque pulsus confugit: ad huius pastorem se confert, atq; vt amore per acceptam plagam, ita malo spiritu per fidem in Christum purgatur, amoremq; commutat. [18] Quæ res adeo noua atq; insolens Episcopo visa est, vt multo tempore fides illi abrogaretur, ac repelleretur: quod incredibile, ac miraculi simile videretur, Cyprianum aliquādo inter Christianos nomen suum profiteri, quamuis etiam alijs omnes homines Christianam fidem amplecterentur. Cęterum commutat, mutationemq; lucro argumento confirmat. Magicos eñ libros publicè proponit, de imbecillitate perniciosi thesauri triumphū agit, amentiam prædicat, ingentem ex illis flammā excitat, diuturnamque impostura, quæ ne vni quidem carnis flammæ ompem afferre potuerat, igne absumit, à dæmonibus secedit, Deo adiungitur, atq; (ō insignem diuinæ gratię magnitudinem!) per sceleratum amorem ac spiritū, Deum inuenit, ac sacri gregis ouis sacra efficitur, & quemadmodum ex quodā intellexi, euertendi quoq; templi munere fungitur, cum id videlicet multis precibus contendisset, vt ad expiandum anteactæ vitæ fastū humilitatis studia coleret. Pastor deinde creatur, ac Pastorum optimus & probatissimus. Neq; enim Carthaginensi tum Ecclesiæ, nec Africæ ab eo & propter eum etiā nunc illustri celebriq; præsicitur verùm etiam Occiduis omnibus regionibus, ac propè etiam ipsi Orienti, necnō Australi & Septentrionali oræ, quocunq; illius fama & admiratio peruagata est. Sic Cyprianus noster efficitur. Hæc signorū & prodigiorum Deus facit: hæc, inquam, ille, qui Iosephū frat rum scelere atq; iniuria vænalem in Aegyptum duxit, & in fœmina explorauit, & in frumenti largiti ōe nobilitauit, & per insomnia erudiuit, sapientiaq; instruxit, vt in externa regione auctoritate floreret, atq; à Pharaone ornaretur, paterq; maximarū illarum copiarū fieret, ppter quas Aegyptus excruciatur, mare scinditur, panis pluuiæ instar fundi tur, Solis cursus inhibet promissa terra p sortē distribuitur. Diuina eñ sapiētia magnarū rerū fundamenta multò ante iacere, [19] ac cōtraria p cōtraria procurare nouit: vt maiorē sui admirationem mortalib⁹ excitet. Si iam nihil haberem quod adijcerem: hæ tamen Cypriani virtutes ad numeros omnes laudationis explendos abundè sufficerent: nunc vero tot tantaq; mihi dicenda restant, vt etiam si nihil eorum, quæ superius allata sunt, illi ad laudem suppeteret, his tamen quæ sequuntur omnes post se relicturus sit. Nam vt media incidam, pecuniarum contemptum, fastus compressionem, corporis frenationē, & puritatē, cú prioris vitæ cupiditatibus ex diametro pugnantem, in vestitu frugalitatem, in congressibus grauitatem cum humanitate coniunctam, pari interuallo à vilitate atq; arrogantia remotam, asperas item humi cubitationes & vigilias, quibus, homo alioqui huiusmodi rerum studi m serò ingressus, eos qui priores hoc vitæ genus amplexi fuerant, multum facileque superabat, vt etiam doctrinæ vbertatem fileam, qua vt omnium mores instruxit, & dogmatum insciti fustulit, & clarorum hominum vitā exornauit, & principis ac regiæ Trinitatis diuinitatem quam nonnulli scindebant, nō nulli etiam contrahebant, ad priscam integritatem reuocauit: piæ videlicet vnionis connumerationisq; finibus sese continens: vt hæc, inquam, omnia vitandæ prolixitatis causa, missa faciam, eius vitæ fine oratio nostra concludetur. Furebat aduersus nos Decius, omniaq; tormentorum genera conquirebat, ac grauissima quæq; supplicia partim iam inferebat, partim intentabat, pariq; contētione in vtrumq; horū incumbebat, vt & Christianos opprimeret, & priores omnes persecutores crudelitate superaret, immo potius vt vel Christianos omnes, vel Cyprianū vnum vinceret atq; in potestatē redigeret. Nam quantò illum pietate & gloria reliquis prestare intelligebat, tanto præclariorem quoq; & illustriorē victoriā suā fore perspiciebat, si eum superasset. Illo enim modo nihil aliud se perficere posse, quam vt Christianos vinceret: hac autem ratione, vt philosophiam quoque ipsam, & doctrinam extingueret. Porrò linguam prius amputare, atque ita mutos & elingues eos, qui ab ea fuleiri solebant, abducere, præstantissimi ducis esse censebat: nō rectè quidem ille nec piè hæc cogitans, non tamen omnino temerè & inconsultè, quantum quidem ad eius consilium & conatus attinebat, quemadmodū res ipsa declarauit. Nā cùm, vt scopulus quidam incursantes fluctus, sic ille impetus omnes assultusq; mademque ab eo in exilium actus esset, haud quaquam in priuata salute sua vir egregius acquiescebat, aut præclarè secum agi pu-

Cypr. virtutes post cōuersionem.

Decij imp. persecutio.

Simil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cypr. exulat.

agi putabat,quod vita ipsi erepta non fuisset,nec securitatem corporis potius hanc ignominiam,quam animę periculum interpretabatur,si ocio & silentio indulgeret,eorumq; salutem negligeret,qui grauissimo tempore periclitabãtur,vt qui neminem haberẽt, qui ipsos ad certamen erudiret,animisque obfirmaret.Nec enim ad augendum animi robur leue momentum ijs affert oratio,qui ad virtutis stadium accinguntur.Proinde quamuis corpore abesset,spiritu tamen aderat,in eodem que cum his,qui pugnabãt,certamine versabatur:& quibus lingua opitulari non poterat,ijsdem per literas succurrebat.Alipte enim,tametsi in exilio positus,sese præstat,cohortatorias orationes conscribens pietatemque literarum monumentis cõsignans pluresque propemodum solus ipse per epistolas ad subeundũ martyrium in ducit,quã cæteri omnes,qui tum dimicantibus præsto fuerãt. Admonet enim ne patriam,ne genus,ne facultates & copias,ne principatum & potentiam, aut aliud quidpiam humi iacentium rerum atque caducarum veritati præmijsque illis quæ virtutis causa periculum adeuntibus in cælo recondita sunt, anteponamus.Hanc enim negotiationem omnium præstantissimã esse,qua perexigui sanguinis præcio cæleste regnum emitur,ac breuia & fragilia bona cum sempiterna gloria commutantur. Vnam enim magnis & excelsis viris spiritualem illam ac mente sola perceptibilem Hierusalem patriam esse,non eas, quas hic angustis finibus circũscriptas esse,atq; ab alijs alijq; hominibus subinde incoli videmus: vnũ itẽ generis splendorem in eo consistere,vt diuinam imaginem tueamur, atque exemplar nostrum imitemur, quantum quidẽ ijs,qui carnis vinculis astricti sunt,ac perexiguos duntaxtat primarij riuulos accipere queunt,assequi datur: vnum porro principatum in hoc positum esse,vt pestiferum spiritum imperio teneamus, ne in ijs certaminibus,quæ pietatis causa suscipiuntur,animos nostros frangi atque expugnari sinamus,vbi vitium cum virtute confligit,& fluxus ac fragilis mundus cum firmo & stabili, & truculentus certaminis præses cum generosis athletis, & Belial aduersus Christum acie instruit. Ob easque causas & gladios contẽnere, & frigidum ignẽ, ac feras quamlibet immanes & acerbas,mites existimare & famem pro summis delicijs ducere,amicorum autem & propinquorum lachrimas & luctus ac gemitus vt diaboli illecebram,viaque ad Deum ferentis obicẽ præterire suadebat.

Sent.

Cypr. suos ad martyriũ scriptis cohortatur

Negociatio præstantissima

Christiano rũ patria, nobilitas, principatus.

2.Cor.6.

Hæc enim generosarum fortiumque [illegible] *.2.*
marum esse,grauisque consilij atque [illegible] *Ecclesiast.28.*
dentis. Atque harum rerum [illegible] *Cypr. corquum exemplum ille ipse erat, qui ha- publi-*
cebat ac scribebat,vt pote [illegible] qui omnib. *cum orbis*
sterconibus duxit,vt Christum elucre- *tum.*
tur.Hoc animo præditus Cyprianus,
huiusmodi sermonibus christianos ad
tamen armans,permultos ad mortem
Christi nomine oppetendam impe-
Quodnam autem huius rei præmium
lit?quam copiosum atque profusum
eos etenim omnes,quos præmiserat,
tis obtruncatione [21] martirij palmam
piscitur,multisque tormentis hanc
nidem imponit. Sic Christo offerun
ad Christum migrat ille impietate
ens pietate affluentior,Cyprianus,
ille,tum persecutor magnus,tum
tus pugil,non minus ob vitę mutation
quam ob virtutem admirandus. Ne
nim tam honorificum est virtutis
effigiemque conseruasse, quam
vitæ ratione animum ad pietatis
contulisse. [22] Illud enim cõsuetum
hoc consilij & prudentiæ:illud frequentissimum
ac vulgare,hoc rari omnino exempli
quale illud quoque ipsius miraculum
(Libet enim in Martyris gratiam
per adhuc in oratione immorari,)
it ipsius vitę ratio:hic certaminis
Cum autem extremum vitæ diem
(si tamen hoc verbo vti fas est, ac
tius res ea vel discessus ad Deum,
derij cumulus,vel vinculorũ solutio
oneris excussio appellanda est) hic
dignum vita sanctissimè acta mi
designatur.Nam quanquam Cypri
men apud omnes non modo Chri
verum eos quoque qui doctrinę
uersantur(omnes enim æquè ven
sui virtus afficit)clarissimum ac
mum esset: corpus tamen obscurum
atq; hic thesaurus [23] apud mulier
dam acri atque ardenti pietate
occultabatur, idque perdiuturno
re: siue hoc eo fieret,quod Deus
lierculã honoraret,ac propterea
tyrem complexu suo teneret:siue
desiderij nostri periculum
experiretur,num hac iactura
mur,acerbissimeque ferremus
crosanctis reliquijs defraudari.
posteaquam ille Martyrum
mune omnium bonum alicui
concedere,ac singulari erga illam
publicis commodis detrimentum
minime sustinuit: per reuelationem
pus in apertum profert,atque
sus honorem probæ cuidam

vt mulieres ex eo quoque sanctificentur,
quòd quemadmodum Christum ante pererunt,resurrectionisque ipsius nuncium discipulis attulerunt, ita nunc etiam Cyprianum, hoc est publicum orbis bonum partim indicarunt,partim tradiderunt.Hæc laudum illius postrema est. Sic in medium prodijt, qui indignus erat,vt in obscuro delitesceret:nec sui furtum tolerare sinitur. Quandoquidem præstanti ori atque excelsiori animo erat, quam vt eos honores ambiret,qui corporibus haberi consueuerunt. Hæc sunt, quæ dicenda habuimus,atque haud scio,an plura dicere necesse sit. Neque enim, etiam si orationem in longum produxerimus, quicquam tamen afferre queamus, quod illius virtutibus,& existimationi, quam de eo vnusquisque concepit, vlla ex parte respondeat. Atque hæc etiam eo diseruimus, vt debito illi honoris officio vtcunque defungeremur. Vestræ iam partes sunt,ea quæ restant,à vobismetipsis adiungere,vt nonnullum ipsi quoque Martyri munus offeratis, dæmonum profligationem,morborum depulsionem, futurarum rerum præscientiam: quæ quidem omnia vel cineres ipsi Cypriani, modò fides adsit, efficiunt:quemadmodum norunt,qui huius rei periculum fecerunt,ac miraculum ad nos vsque transmiserunt, eiusdemque memoriam posteris quoque tradituri sunt.Quin potius ita vos comparate,vt his maiora offeratis,qualiaque eos offerre decet,qui eum veris honoribus afficere instituerint corporis nimirum extenuationem,animi subuectionem, vitij fugam, virtutis incrementum : virgines carnis contemptum,vxores virtutis potius quàm corporis cõcinnitatem & elegantiam,iuuenes in comprimendis animi perturbationibus sotitudinẽ, senes consilij & prudẽtiam, principes egregiam legum constitutionem, præfecti militares clementiam, eloquentiæ cultores, aptam & rationi congruentem orationem, atq; vt de nostra disciplina aliquid dicam,sacerdotes mysticam initiationem ac disciplinam, populares obedientiam, mœrentes consolationem, lætiatque hilares timorem,diuites largitionem,pauperes gratiarum actionem, omnes denique muneris cuiusdam instar,belli apparatum aduersus peruersum illum & amarulentum persecutorem afferant: vt nec aperto marte nos vulneret,nec obscuris sagittis impetat nec [24] vt caligo bellũ inferat,nec angelis lucis fallat,furtimq; ad sempiterni exitij barathrõ precipites agat.Graue & pernicioſum est per oculos capi, per linguam sauciari,per aures inescari, per ebullientem iram inflammari,per gustum deijci, per tactum emolliri,atq; arma salutis in mortis arma conuertere:cùm contrà nobis faciendum sit vt fidei clypeo cõmuniti aduersus diaboli astutias in procinctu stemus, victoriamq; cum Christo assecuti,simulque cum Martiribus colluctati magnam illam vocem audiamus,Venite bene dicti Patris mei, regnum vobis promissum hæreditate percipite, in quo lætantium omnium choreamque sempiternam agentium habitatio est,in quo sonus festũ celebrantium,& vox exultationis & diuinitatis,ac plenior illuminatio, qua nunc in ænigmatis dũtaxat & vmbris fruimur Hoc honorum genere magis oblectatur Cyprianus,quàm cunctis alijs in vnũ congestis.Hæc & cùm apud homines versatur,vita moribusque præstabat, & absens per nostrã vocem omnibus præcepit, quã obsecro ne contemnatis ac pro nihilo ducatis,si tamen aut illius in dolorum acerbitatibus tolerantiæ,ac certaminum pro veritatis defensione susceptorum, aut etiam mei,qui hac legatione fungor, apud vos vlla est ratio. Habes, vir diuine & sacro sancte,[25] meorum sermonum primitias:Habes tum doctrinę præmiũ, tum laminis,non oliuam Olympicam,nec pomа,delphicas nugas, aut Isthmicam pinum,aut Nemæum aprum,quibus miseri adolescentes olim ornabantur, verùm orationem,qua nihil est quod Verbi cultoribus magis cõueniat: quæ si certaminum tuorum doctrinæque meritum assecuta est,verbo id acceptum fero. At tu nos è cę lo benignus aspicias, sermonesq; nostros & vitam gubernes, sacrumque hunc gregem pascas,aut pascẽtem adiuues, cum in rebus,quoad eius fieri poterit, eum ad optima quæque dirigens, tum graues lupos, syllabarum verborumq; captatores amoliens,sanctęque Trinitatis,cui nunc adsistis,pleniorem clarioremque splẽdorem nobis concilians,quam adoramus, quam celebramus cui munere nostro fungimur in Filio Patrem, in Spiritu sancto Filium adorantes,cui vtinam etiam post confectum huius vitæ curriculum puri, & ab omni offendiculo liberi adstemus, eaque perfecti perfectè fruamur,in ipso Christo domino nostro,cui omnis gloria, honor, & imperium in secula seculorm. Amen.

Contrà dictum publicum pugnandum. Eph.6.

Matt. 26. Psal. 86.

Psal. 117. 1. Cor. 13.

Quibus honoribus decolantur Martyres.

Cypr. alloquitur. Olymp. oliua. Delph. poma. Isthm. pinus. D. Cyp. invocat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLIA MAXIMA EX PARTE E GRAECIS NICETAE Commentarijs collecta.

1. A Martyrum studiosa) Greg. ἐν τῷ φιλομάρτυρι. quam vocem Graecus interpres vel ad praecedentem dictionem ἡσυχίαι, quae quietem seu solitudinem significat, refert: vel ad mulierem quandam Martyrum minis studiosam.

2. Quemadmodum pictores tabulas) Quemadmodum, inquit, rectius tabulas suas ex interualllo proferunt atq; expendunt, quę si oculos propius admotos habuerint: ita mutuus amor separatione melius exprimitur, quę perpetua vitę consuetudine & contubernio. Hanc autem similitudinem ab Euripide sumpsit, ex quem Graecorum Imperatorem Hecuba his verbis alloquitur:

ὡς γραφὶς ἀποσκοπεῖς — Pictoris instar nonnihil tu disitus
Ἰλούμι᾽, ἀναβλήσασ᾽ ἵν᾽ ἔχω κακά. i. — Vide malorum quae me moles obruat.

3. Totiusq; vitę instar est) Tritum est illud quoq; Theocriti:

ἐς μὲ πόδιν᾽ ἔτι ὦ χαμαιγενέκοιτον. i. — Vna dies cupidis senium mortalibus affert.

4. Quòd non post festum accessimus) Hoc prouerbio notantur ij, qui serius ad rem aliquam accedunt: & vtitur Plato in Gorgia. Vide Erasmum in prouerbio. Post festum venisti.

5. Non satietate flagitij & contumeliae) Celebre est illud quoq; Theognidis τίνυτέ δικάρδ᾽ ὕβριν. Satietas contumeliam & libidinem parit. Quisquis enim cibis ac vino se ingurgitat, idem quoq; facilè in libidinem praeceps fertur. Ac proinde non immeritò Theologus in Orat. de Baptismo nos admonet, ne cupediarum ingurgitemur, acriorum titillationum sororibus, nimirum veneris ac libidinis. Vnde illud peruulgatum ex Comico: Sine Cerere & Baccho friget Venus.

6. Ratio) λόγον hic bifariam exponit Nicetas, vt vel sermonẽ significet: Deus enim multos sanctos viros allocutus est: vel insitam nobis à natura rationem.

7. Ipsaq; adeò Christi primi Martyrij) Testatus est enim sub Pontio Pilato bonam confessionem, quemadmodum, inquit Apostolus, 1. Tim. 6. At q; primus ex omnibus, qui post ipsum extiterũt, pro veritate mortem emptus est. Quaritis enim, dicebat, me interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis.

8. Oblationes Deo gratas & acceptas) Non autem exauthorata at q; reiecta iuxta veterũ Legis doctores, quae corporeo modo peragebantur. De quibus partim per Danidem ait Deus: Non accipiam de domibus tuis vitulos, nec de gregibus tuis hircos. Et rursus, Holocaustis non delectaberis. Partim etiam per Esaiam, requisiuit haec de manibus vestris. Quanquam etiam licet in veteri Testamento certa dispensationis gratia permissa essent: ea tamen, quae vitiosa erant, tum quoq; reijci solebant.

9. Legis expletores) Iubentis victimas & holocausta offerre. Illius enim corporali sensu intellectas, quae erant bruta animantia: spirituali autem modo acceptas S. Martyres. Qui etiam legem expleuerunt, non tantum quantum ad spiritualem intellectum minus integram at q; perfectam. Expleuerunt aũt, cùm ipsos, hoc est perfectas & Deo acceptas victimas obtulerunt. Quod quidem lex Mosis obscurè postulabat, si ea, quae offerebantur, eiusmodi esse volebat, vt nihil in ijs desiderari posset, quantò magis eandem ab oblatoribus ipsis exigebat?

10. Supra ceteros Martyres) Vincentius Lirinen. in lib. aduersus prof. nouat. Cyprianum vocat Sanctum omnium & Episcoporum & Martyrum lumen beatissimum.

11. Verùm sequentis potius vitę exemplo) Ob eam enim causam sanctorum virorum lapsus literis mandati proditi sunt, non vt ipsi quoq; in peccatum prolabamur: sed potius vt metu corripiamur, & vitam nostram instituamus. Sin aũt prolapsi fuerimus, nequaq̃ in peccato hęreamus. verùm eorum exemplo nos ipsi erigamus, ac superioris vitę labes meliori viuendi ratione detergamus.

12. Virgo quaedam erat patritio genere) Virgo haec Antiochena erat, quae Syriae ciuitas est. Adeò & Christi donia parentibus nata. Ipsius aũt nomen erat Iustina. Porrò hic tres lineas habet Heruagianus codex, quas nulli ex manuscriptis libris agnoscunt, nec Nicetas ipse in Comment. Ac proinde nec eas in contextu retinendas duxi.

13. Hortus clausus) Hortus est virginitas, non vnum pietatis virtutisq; fructum, sed multos & varios ferens. Est autem hic hortus clausus, id est obseptus & ab insidijs tutus, nec fures admittens.

14. Huius amore magnus Cyprianus) At fortasse dixerit quispiam: Is qui Cypriani martyrium conscripsit, nequaq̃ amore virginis exarsisse Cyprianum narrat, verùm iuuenem quendã nomine Aglaidem. Huic obiectioni sic responderi potest, vt dicamus vtrumq; horum contigisse. Cyprianus enim in ea Oratione, quam suae confessionem edidit, Aglaidem quidem prius Iustinam deperijsse scribit, ad eamq; rem se illi operam nauasse: postea autem cùm puellam conspicatus esset, in ipsius quoque amorem incidisse. Theologus verò breuitatis studio extremum tantùm assumpsit, vt argumenti instituto magis necessarium. Ille amorem Martyris vitam literis mandauit, praetermisso Cypriano Aglaidis tantùm meminit: fortasse quòd virginis

reuerentia ab huiusmodi commemoratione deterreretur.

15. Purae enim ac diuinae animae) Anima puritatem familiarem habens, ac sese vndiq; circunspiciens, etiã si pernicios quadam ac pestifera cogitatio in eam lenis cuiusdam aurae incubuerit, eam protinus repellit atque propulsat. Quòd si ita diutius maneat, ipsiq; insultet, tum verò intellecto at q; deprehenso illius imperu seipsam excitat, acriusq; cum ea manum conserit at q; decertat, non naturae videlicet sed diabolici afflatus huiusmodi assultum at q; insurrectionem esse iudicans.

16. Patreq; magis tyrannico) Haec interpretatio mihi simplicior visa est, q̃ sit ea, quam Enarrator Graecus attulit. Sic enim ad verbum exponit: Deus Theclam à proci Thamyridis importunitate ac tyrannide vindicauit, qui violentiorem se erga illam praebebat, q̃ ipse pater. Nec enim tot iura procus habet ad vim adamatae puellae asserendam, quot pater ad filiam imperio suo subijciendam. Et Thamyris plus sibi q̃ patri ipsi licere volebat, vi scilicet ac minis ab ea extorquere contendens, vt ipsius libidini morem gereret. Nec enim memoriae proditum est Theclam à patre quoq; vexatam imperiosèq; coactam fuisse. Haec ille. Cui quòd minus assentiar, impedit haec dictio τυραννικὸν (scriptum est enim κ, τυραννικωτέρῳ πατρὶ) quae durior at q; odiosior est, q̃ vt pro legitima illa & moderata potestate, quam patres in liberos habent, accipi queat. Et certè violentior est haec interpretatio.

17. Et Assyrios pueros inter flammas) Assyrios vocat Israëlitas pueros, vel quia tum temporis apud Assyrios captiui detinerentur, at q; in eorum terra commorarentur: vel etiam fortasse propter generis auctorem Abrahamum ab Assyrijs, hoc est Chaldaeis oriundum. Quod verò de quarto adiungit, alludit ad id quod dicebat Nabugodonosor, Nonne tres in medium ignem vinctos iniecimus, & ego quatuor viros solutos video? Quartus autem ille Angelus Dei erat, ad egregios iuuenes liberandos missus.

18. Quae res adeò noua Episcopo) Antihimum intelligit Antiochenae Ecclesiae pastorem.

19. Ac contraria per contraria) Per seruitutem enim & ignominiam at que carcerem ad libertatem & gloriam Ioseph peruenit. Itidemq; Cyprianus per obscoenum & flagitiosum amorem artemq; magicam, eamq; damonis intemperiem, qua actus est, ad amorem diuinum ac fidem animaq; sanitatem adductus est: at q; ita contraria contrarijs curata sunt.

20. Qui omnia prostercoribus) Greg. σκύβαλα. i. arundinis internodia, quae paleis multò sunt crassiora, prosusq; mutilia. Aut secundum magnum Basilium σκύβαλα vocauit Apostolus excrementa siue stercora.

21. Martyrij palmam adipiscitur) Apud fluuium Gallum in Nicomedia vnà cum Iustina sub Claudio, qui post Decium imperium tenuit, capite truncatus est Cyprianus.

22. Illud enim consuetudinis) Hoc duplici modo exponit interpres Graecus, τῷ τῆς συνηθείας. i. huiusmodi virtutis habitus longa consuetudine acquiritur. Vel τῷ τῆς συνηθείας. i. haec res communis est, non autẽ rara & insueta.

23. Apud mulierem quandam) Mulieris huius praenomen erat Matrona, cognomen autem Rufina, quae sui generis originem ad Claudium referebat.

24. Vt caligo bellum inferat) Diabolus tenebrarum nomine à Ioanne appellatur. Idem etiam nonnunq̃ se in Angelum lucis transfigurat, vt Paulus testatur. Ergo ille aperto marte atque vt caligo nos infectatur, quando in perspicua scelera nos impellit, ac tenebrosa & obscoena flagitia in mentem nobis immittit: occulte autem at q; vt angelus lucis nos aggreditur, cùm falsa boni specie nos circunscribit, ac simulans se optima & saluberrima consilia porrigere, ad exitium sempiternum incautos pertrahit.

25. Meorum sermonum primitias) Veteres mortuis sacrificia peragebant, eáq; primitias appellabant: ac praeterea varia certaminum genera instituebant. In quibus qui victor discessisset, in Olympia quidem, qui Arcadiae locus est pro praemio oleae ramum ferebat: apud Delphos autem poma, quae etiam παίγνια. i. nugas seu ludicra vocat Theologus. quòd puerile sit ac ludicrum huiusmodi praemium. Iam qui in Corinthi Isthmo vicisset, pini ramum accipiebat. Qui autem in Nemea, apium referebat. At q; his honoribus adolescentes afficiebantur: eo certè nomine miseri, quòd magnorum laborum exigua praemia consequerentur.

ATq; haec ferè omnia ex interpretatione Graeca, quàm breuissimè fieri potuit, in gratiam studiosorum excerpsimus. Ex quibus satis incertus reddor, vtrùm Cyprianus idẽ sit, cuius praeclarissima opera Latina extant, cuiusq; in Ecclesia amplissima illustrissimaq; est auctoritas, an quispiam alius potius. Nam duos eo nomine fuisse apud Historicos constat. Atq; vt ea, quae mihi dubitandi causam afferunt, in mediũ producã: primùm quòd sit Apher ille Cyprianus, cuius encomiũ hac Oratione contexit Gregorius his rationibus ferè colligi potest. Nam eum & Carthaginensem & Carthaginis Episcopum fuisse, ac multa scripsisse, & pro Christi fide primùm exilio, deinde etiam capitis supplicio mulctatum fuisse narrat. Quae omnia Cypriano nostro bellè conueniunt. At rursus ex altera parte haec me mouent, primum quòd eum magicis

Universidad de Deusto
Biblioteca

gicis artibus operam dediſſe Iuſtinæq; virginis Chriſtianæ pudicitiam attentaſſe, ad hoc nefarium facinus dæmonis cuiuſdam lenocinio vſum fuiſſe ſcribit. Quæ Antiochiæ in Syria contigiſſe Græcus interpres affirmat. Et, ſi Cypriano noſtro tribui poſſent, à Pontio eius Diacono, qui vitã ipſius literis conſignatam ad nos misit, meo quidem iudicio nequaquam prætermiſſa eſſent, qui etiã diſertis verbis uotum Cypriani pectus bonas artes ante Chriſtianæ religionis profeſsionem biſſe teſtatur. Huc accedit quòd Græcus Enarrator, ipſum ab Anthimo Antioch Eccleſiæ antiſtite pietatis Chriſtianæ rudimentis informatum, ac ſalutari aqua fuiſſe ait. Tum illud per magni momenti mihi eſſe videtur, quòd Cypriani quog γεφυρινὸν λόγον, Confeſſoriam orationem teſtem producit, in eaq; Aglaidis tantu vt alijs placet, Aglaij & Iuſtinę mentionem fieri ait, cum tamen nulla Cypriani Oratio ſit, quæ hunc titulum præferat, eiuſq; hiſtoriæ vel vnum verbum faciat. verò me omnium maximè mouet, quòd Cyprianum hunc apud fluuium Gall Nicomedia capitis abſciſsione Martyrij coronam adeptum fuiſſe commemorat res profectò Cypriano noſtro nulla ratione conuenire poteſt, quẽ haud longe thagine capitali pœna affectum eſſe conſtat. Iam quod ad temporis rationem Theologus hunc Cyprianum iuſſu Decij in exilium pulſum fuiſſe aſſerit: autem Græcus imperante Claudio (quem tamen falſo, niſi omnes Chronolog tiũtur, Decio, ſucceſsiſſe ait) mortem pro Chriſto ſubijſſe affirmat. Atqui & Diaconus & omnes hiſtorici Cyprianum noſtrum ſub Valeriano & Galieno eſſe cõſtantiſsimè tradunt. Nam quòd eo nomine, vir quidam doctiſsimus, teraria præclarè meritus μυριανικῶς & μαρτύριον & Gregorium notandum putauit ipſius iudicio plurimum tribuo, hac tamen in re ipſius ſententiæ haud facilè pſerim. Nec enim veriſimile eſt Theologum in prædicandis illius laudibus, niuerſarijs honoribus Eccleſia proſequi ſolebat tam fœdo errore prolapſum tum in perſecutionis tempore, tum in perſecutoris nomine hallucinatus ſit, ſertim recens adhuc eſſet martyris illius memoria (nõdum enim ab ipſius morte anni fluxerant) nec propter feſtum illi inſtitutũ obſoleſcere poſſet. Atq; vt in temporis ratione Auctorem noſtrum memoria lapſum fuiſſe, cui tandem le videri poterit, eum hunc errorem nouo errore cumulaſſe: cùm diuturno apud mulierculam quãdam, quam Matronam Ruffinam vocat Interpres, delituiſſe, ac tandem alteri mulieri diuina reuelatione indicatum fuiſſe dicit eo à Latinis quoq; hiſtorijs coarguetur, quæ nulla huius rei mentione facta taxat ſcriptum reliquerunt, ipſius corpus cum cereis & ſcholaribus in area candidi procuratoris cum magno triumpho inhumatum fuiſſe. Habes, lector bitationis cauſæ animũ meum ancipitem teneãt, atq; in vtramq; partem ſi tamen ὁ πανήγυρις ἀληθὴς eſſe debet, vt quodam loco recte cenſet noſter Greg ſecundum eam partem, quæ pluribus rationibus nititur, ſententia ferenda eſt marim hac Oratione non Aphrum, ſed Antiochenum Cyprianum laudari. enim tota ferè Oratio vnà cum enarratione Nicetæ cõmodiſsimè referri pot rè dixi, propter eum locum, in quo Carthaginis Epiſcopatusq; Carthaginenſis tionem facit, qui Antiocheno Cypriano attribui nequit. Verùm haudquaq randum, ſi vt in gemellis fratribus, interdum formæ ſimilitudine decepti alter altero accipiamus: ita Gregorius in duobus eiuſdem nominis viris, multarũq; giarum virtutum ſimilitudine coniunctis cæcutiens ſeu hallucinatus, Antio nonnulla tribuerit, quæ Aphro conueniebant.

GREGORII NAZIANZENI FVNEBRIS ORATIO in laudem Baſilij magni Cæſarienſis Archiepiſcopi.

ARGVMENTVM.

ILluſtris eſt hæc Oratio & princeps inter eas quæ in demonſtrationis nere verſantur. In qua, tanq; pulcherrima materia, omnes ingenij

ſtriæq; vires effudiſſe videtur Theologus, perſpicuumq; omnibus facere voluiſſe, quantas ſecum opes ex Aegypto ad terram ſanctam deportaſſet. Ideo luculentum hic eloquentiæ ſpecimen edit? Nec me fugit doctiſsimum quendam virum huic Auctori oſtentationem tribuiſſe: quia videlicet prophana interdum operibus ſuis admiſceat. Sed profectò æquum fuit eum temporis, quo hæc ſcripſit Gregorius, rationem habere. Quod ſi feciſſet, minimè mirum ei viſum fuiſſet, hominẽ qui & Athenis & plerisq; alijs Græciæ vrbibus ſceleratos & impuros falſorum deorum cultus oculis hauſiſſet, libenter oblata occaſione in eos ſtilum ſtringere. Id ſi quis hac tẽpeſtate faceret, ineptiæ & vanitatis notã nõ effugeret: qd' iã nemo ſit adeo vecors & ſtupidus, q non hæc errorũ portenta rideat & execretur. Hanc porrò Orationẽ poſt ſuũ ex vrbe Conſtantinopolitana in patriam reditũ ad Baſilij magni (quem Abbas Vrſpergenſis, qui ante 330. annos ſcripſit, obiiſſe narrat anno ſalutis noſtræ 383. & ſequenti anno Synodũ 150. Epiſcoporũ Conſtantinopoli habitã) ſepulchrũ habuit Gregorius.

ERgo hoc oportebat, vt cùm multa nobis Baſilius magnus Orationũ argumẽta propoſuiſſet (ſic enim meis Orationib. geſtiebat, vt nemo vnq perinde ſuis) ſeipſum tandẽ in ſummæ cõtentionis ac dimicationis argumentũ ijs proponeret, qui in eloquentiæ ſtudijs elaborarunt. Sic enim exiſtimo, ſi quis vim ſuam facultatemq; que dicẽdi experiri, eamq; poſtea velut ad normam exigere vellet, materiam vnã ex omnibus ſibi proponens, quẽadmodum pictores primarias illas tabulas, ex quib⁹ exempla petunt: eum hac ſola ſubmota, velut oratoriam omnem vim ſuperante, cæterarum primã quamq; delecturum. Tã ardui laboris eſt huius viri encomium, nõ nobis ſolùm, q iã olim ambitionem oẽm profligauimus, verùm etiam illis, quibus vita eſt oratio, quiq; cõ ſtudium omne cõ tulerunt, vt huiuſmodi argumentis nomi nis ſui famam illuſtrent. Ac de hac re ſic exiſtimo: &, vt mihi pſuadeo, admodum rectè. Cæterùm qua tandẽ alia in re dicendi facultate vti queo neſcio, ſi nunc ea minimè vſus fuero, aut quid ipſe gratius face re poſſim, vel mihi, vel ijs apud quos laudi virtus habetur, vel eloquẽtiæ deniq; ipſi, q̃ ſi huius viri laudes oratione proſecutus fuero. Ita enim me primũ ipſe velut ære quodã alieno vtcunq; liberauero. debetur quippe, vt ſi quid aliud, viris cùm cætera egregijs tum in dicendo copioſis, oratio. neinde illo⁹ ſimul & voluptate afficiet hic ſermo, & ad virtutis ſtudiũ extimulabit Quarũ em̃ rerum laudes pdicantur, eædẽ quoq; haud dubiè creſcunt: nec quicq̃ ominino eſt, qd' nõ hac ratione augeatur. Poſtremò qd' ad eloquentiã attinet, vtroq; modo res pclarè ſe habitura eſt. Nã ſi ad ipſius dignitatẽ & meritum ppius acceſſerit, vim ſuã luculenter oſtenderit, ſin aũt ab illius pſtantia longè abfuerit (quod ominino ijs, qui eũ laudare inſtituerint, accidere neceſſe eſt) re ipſa inferiorẽ ſe eſſe declarabit, eũq; cuius laudes celebrãtur, oẽm vim orationis virtute ſuperaſſe. Atq; ego has cauſas habui, cur ad dicendũ prodirẽ, cauſamq; hanc ſuſciperem. Quòd aũt ſeriad hoc munus accedam nemini mirũ videatur. Verùm ignoſcat mihi, velim, diuina anima, mihiq; & nunc & antè veneranda. Profectò aũt quẽadmodum cùm apud nos ageret, multa mea errata pro amicitiæ iure pręſtantioriq; lege corrigebat (nõ em̃ eum virtutis legem omnibus fuiſſe dicere verebor) ſic nunc quoq; ſupra nos poſitus facilem ſe mihi exorabilemq; præbebit. Ignoſcant etiam quæſo quicunque ex vobis ad contexendas illius laudes acrius incitãtur, ſi qui tamen alijs acriores ſunt, ac non potius omnes in hoc vno viro laudando pares ſumus. Non enim negligẽtia & ſocordia officij noſtri partes deſeruim⁹ (abſit à nobis tanta vel virtutis vel eius officij, quod amicitia pſcribit, incuria) nec quòd hoc laudationis munus cuiquã alij poti⁹ q̃ nobis cõuenire arbitraremur. Sed primum, vt verum fatear, ſermonẽ habere ſubuerebar, quemadmodũ qui ad ſacra accedunt, priuſq; vocẽ animumq; purgaſſem. Deinde vt eius rei, quã non ignoratis, memoriã vobis refricem, in veræ fidei periclitantis defenſione interim occupati fuim⁹, egregiè coacti, nec ſine Dei numine fortaſſe peregrè profecti, nec prętermagna-

Baſilius lex virtutis omnibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnanimi illius veritatis ꝓpugnatoris, quiq; nil vnq̃ aliud q̃ piam ſeruatricemq́; orbis vniuerſi doctrinam exhalauit, volũtatem animiq́; ſentẽtiam. Nam de corporis infirmitate vix quicq̃ proloqui audeo apud generoſum virum corporeq́; antè etiam q̃ ex hac vita migraret, ſublimiorẽ, atq; aſtruẽtem eiuſmodi eſſe animi bona, vt nihil ipſis corporis vinculum officere poſſit. Atq; hic purgatio noſtra finẽ habeat. Neq; cũ longiore defenſione mihi opꝰ fore arbitror, duntaxat apud eũ cæterosq́; quib. res noſtræ ſunt ꝓſpectæ. Iam igitur laudationem ipſam aggrediamur,[3] illius Deũ Orationis noſtræ patronũ & antiſtitẽ in principio locantes atq; obſecrãtes, ne laudũ tenuitate tanto viro contumeliam inferamus, ab ijsq́; q iam in hoc argumẽto verſati ſunt, longo interuallo ꝓtereamur: niſi fortè ab illius virtutum præſtãtia oẽs æquo interuallo diſtamus, non ſecus atq; à cælo Soliſq́; radijs, qui ea contuentur. Enimuero ſi Maiorum imaginibus eum generisq́; ſplendore aut vllis omnino leuib. rebus, quibus humi defixi homines efferri ſolent, gloriari viderem: [4] alius vtiq; Heroum catalogus appareret. Tot tantaq́; à Maioribus illius ad eum ornandum accipere poſſemus? ac ne hiſtorijs quidẽ quicq̃ hac parte cederemus, hoc certè nomine ſuperiores futuri, quòd non commentitijs fabuloſisq́; narrationibus, ſed rebus ipſis, quarum multi teſtes ſunt, gloriamur. Nã cùm permulta nobis laudum argumenta ex paterno latere Pontus ſuppeditet, & quidem priſcis ſuis miraculis, [5] quibus & Hiſtoricorum & Poetarum volumina plena ſunt neutiquam inferiora: tum etiã ꝓmulta ſubminiſtrat veneranda hæc mea patria Cappadocia, [6] non minus bona inuenum nutrix q̃ equorum. Ita fit, vt paterno generi materni generis ſplendorem opponamus. Ecqua eñ in familia plures vnquam extiterunt, qui copijs militaribus præfuerint, populos rexerint, apud Imperatorum aulas gratia & auctoritate valuerint, opibus, ſublimibus thronis, publicis honoribus laudibusq́; claruerint? In quibus quidem commemorãdis ſi animo obſequi liceret [7] nec Pelopidæ quicq̃ præillis eſſent, [8] nec Cecropidæ, [9] nec Alcmæones [10] nec Aeacidæ, [11] nec Heraclidæ, nec alij nobilitate præſtantiſsimi, qui cum nihil proprium habeant, quod apertè prædicent, ad obſcura & ignota confugiunt, generisq́; ſui originem ad dæmones quoſdã deoſq́; fabuloſos referunt: [12] quorũ ea eſt ratio, vt qdꝰ de ipſis magnificè narrat, fide careat, quod aũt creditur, flagitioſum ſit cõtumeliæq́; plenum. Sed quoniam de eo

Genus.

Patria.

viro mihi oratio inſtituta eſt, qui nobilitatem viritim expendi oportere cenſeba. nec cum formę atq; colores & equi tam generoſiſsimi q̃ abiectiſsimi & ignauiſsimi ex ſeipſis explorari ſoleant, nos contrà externarum rerum lineamentis depingunt aut alterum ex ijs, quæ à maioribus ipſe habuit, quæq́; & ipſius vitæ conuenunt, & maximam illi, ſi commemorẽtur, voluptatem allatura ſunt, oratione prædcutus, ad ipſum protinus me conuertam. Aliarum quidem familiarum vel etiã ſingillatim cuiuſlibet hominis alia ſunt decora & laudum ornamenta vel maiora vel minora, quæ inſtar paternæ cuiuſdam hereditatis vel lõginquius vel propinquius exorſæ ad poſteros deuoluuntur: huius autem vtriuſq; generis inſigne atq; ornamentum pietas fuit, quemadmodum nunc oratio declarabit. Perſecutio erat, & quidem atrociſsima & formidoloſiſsima, ijs loquibus ea perſecutio nota eſt, quam Maminus excitauit, quæ complures haud iapridem obortas excipiens, crudelitate ſuaperfecit, vt omnes quæ ꝓceſſerant, leues humanitatis plenæ fuiſſe viderentur. credibili quadam audacia furens, in quoque omnibus impietatis palmam ferre cotendens. Hũc athletarum noſtrorum pariq; ſuperarunt, alij ad mortem vſq; pene vſq; ad mortem dimicantes, hinus videlicet relicti, vt victoriæ ſuę eſſuperſtites, nec in ipſo certamine animo efflarent, ſed alijs virtutis aliptę, viuentyres, animatæ columnæ, [13] tacitiq; prænes relinquerentur. Horum numerum xerũt paterni illius proaui, quibus pomnia pietatis genera graſſatis extempeſtas illa coronidẽ inuexit. Nã illi aĩo ita cõſtituti & cõparati eſſent, voĩa facilè ꝓpeſſuri eſſent, ob q̃ Chriſtoqui certamẽ ipſius noſtra cauſa ſuſcepimitanť, corona donat: qm̃ tamen certeorũ legiimũ eſſe oportebat ([14] lex martyrij hæc eſt, vt nec noſmetipſos inriculũ vltrò cõijciamus, vt & plecutoris & infirmioribus athletis cõſulatur: diſcrimẽ adducti certamẽ detrectemlud quippe temerarij ac ꝓcipitis eſt animhoc timidi & ignaui) in hoc quoq; filigiſlatori parendũ ſtatuũt, ac quid conceperint, vel potius quonã à diuina gratia oĩa eorũ cõſilia gubernãte ducti ſint, ſo audite. Ad quãdã võticorũ montiũ fyllic aũt ꝓmultæ ſunt & dẽſę & valdeplæ ac ſpatioſæ) cũ paucis admodũ ts hic quidẽ alij tẽporis diuturnitatẽ adderent (ſi quidẽ in annũ pene ſeptimum quę amplius protractũ illis exilium fu-

xod. 16.

um. 11.

Parentibus Baſil. Deus libos in deſerto ſubminiſtrat.

narrãt) viuẽdi ratiõnẽ corporibus generoſis anguſtã & inſolentẽ, vt veriſimile eſt, quodq́; item ſub dio agentes algoribus, calorib⁹, pluuijs diuexati fuerint: poſtremo quod in moleſta huiusmodi ſolitudine hominũ ſocietate & cõmercio caruerint. Quę res q̃ calamitoſa & acerba ijs fuiſſe putãda eſt, qui frequẽter ſatellitio cingi atq; ornari ſolebant: Ego aũt quod maius eſt, maioriq; admiratiõe dignum, exponam. Nec mihi quiſquam fidem abrogabit, niſi qui rem leuem nec magnopere laudandã exiſtimarit pro Chriſti nomine perſecutiones & pericula ſubire, perniciosè vtiq; periculoſiſsimeq́; iudicãs. Suauiores quaſdã epulas egregij viri expetebant, vt qui tẽporis lõginquitate fracti ac debilitati eſſent ac neceſſariorũ ciborũ faſtidium contraxiſſent. Nec ideirco tamẽ Iſraelitarũ ſermonibus vtebantur ([15] non eñ queruli & murmuratores erãt, vt illi, cùm Aegyptũ fuga, reliquiſſent, fameq́; in deſerto ꝓmerentur) nimirum ſolitudine meliorem ſibiq́; magis exoptandã Aegyptum eſſe, vtpote carnium ollas: cæteraq́; omnia, quæ illic reliquerãt affatim & copioſè ſubminiſtrantem. (Nec eñ iam, qua væcordia erãt grauis ipſis lateritius labor & argilla videbatur.) Verũ alia quę ſanctitatẽ maiorem fidemq́; ꝓ ſe ferebant, ꝓloquebãtur. Quid eñ, dicebant, fierine hoc nequit, vt Deus ille miraculorũ, qui peregrinũ populum & ꝓfugum ita copioſè in deſerto aluit, vt & panẽ plueret & aues effunderet, non ſolum neceſſarijs ſed etiã delicatioribꝰ cibis eũ nutriens, qui mare ſcidit, ſolis curſum retardauit, amnẽ repreſsit (aliaq́; deinde ſubiungẽtes, quęcunq; ab eo geſta fuerãt, ſolet eñ in huiuſmodi rebus animus veteres hiſtorias puolutare, Deiq́; gloriam ex multis miraculis efferre) idem etiã, infere bãt, nos pietatis athletas hodierno die lautioribus obſonijs paſcat. Tot ferę diuitũ menſis, quales quondã nobis erant, fuga elapſæ in his mõtibus latitãt: tot eſculentę aues ſupra nos, qui eas expetimus, ſuperuolant: quorũ quid omnino eſt, qdꝰ te vel ſolum annuente nõ facile capi poſsit? Hæc eorum verba erant, ac præda verborum comes erat, obſoniũ ſponte oblatum, conuiuium nullo labore inſtruẽtum, cerui è tumulis repẽte apparẽtes: qua magnitudine q̃ pingues q̃ ad necem prompti & parati: ꝓpemodum eos cõijceres, qdꝰ non citius vocati eſſent, moleſtè ferre. Illi capitum nutu trahebãt: hi ſequebãtur: quo inſectãte & cogente? Nemine. Quibus equis quibus canibus? quo latratu & clamore venatico? quibꝰ iuuenibus viarum exitus occupantibus, vt venationis leges poſtulant? orationis tantum iuſtęq́; petitionis vinculo cõſtricti. Quis vel noſtra, vel omnium qui vnq fuerunt, memoria[16] talem venationẽ capturamq́; cognouit? O rem admirandam: Ipſi prædæ ſuę promi cõdierant quantum voluntas ferebat, detentum eſt. quod ſuperarat, ad ſyluas in ſecundã menſam relegarum eſt. Coqui ſimplices & extẽporales, cœna cõpoſita & moderata, conuiuę grati beneficijq́; memores, mirãdum illud facinus iam quaſi ꝓludium habentes rerum in ſpe poſitarum. Ex quo etiã ad eam dimicationem, quę hęc illis afferebat, alacriores redditi ſunt. Atq; hæ meæ narrationes ſunt. Tu verò, qui me inſectaris, qui fabulas admiraris, age, [17] Dianas tuas & Orionẽs, & Actæones, infelices, inq̃ illos venatores mihi narra, [18] ceruamq́; vir gini ſubſtitutã, ſi tam amplum & glorioſum hoc ducis, vt interim narrationem hãc minimè fabuloſam eſſe donemus. At quam fœda ſunt, quę deinceps ſequuntur: Quid eñ vtilitatis habeat hæc ſubrogatio ac cõmutatio, ſi virginem à mortis piculo vindicat, vt hoſpites iugulare doceatur, & ꝓ humanitate & miſericordia inhumanitatem referre cõdiſcat? Atq; hoc ex multis vnum, multisq́; vt opinor, æquiparabile, mihi dictum ſufficiat. Quod etiam ipſum nõ eo cõmemorauí, vt Baſilij gloriæ cumulum aliquẽ afferrẽ (nã nec mare influentium in ſe fluminum aquis indiget, etiã ſi q̃plurima atq; ampliſsima illabãtur: nec is, quem nunc laudamus, ab aliena laude quicq̃ mutuari neceſſe habet) verùm vt oſtenderem, quibꝰ ille maioribus, quodq́; exemplar intuens, q̃ longè eos antecelluerit: Etenim ſi alijs honorificum eſt, ad nominis celebritatẽ à maioribus aliquid accepiſſe: multò certè præclarior ipſius laus cenſenda eſt, qui maiorum ſuorum laudibus aliquid ex ſe adiecerit, nõ ſecus ac fluctus retrorſum labentes. Quanq̃ autem parentum ipſius, quos nõ minus virtutis q̃ corporum cõiunctio ſociauit, multa quoq́; alia monimenta extent, pauperum alendorum cura, hoſpitum exceptio, animæ ꝓabſtinentiam purgatio, pars bonorum Deo conſecrata (quæ res tum temporis haud ita multis ſtudio erat, nunc verò ex primis exemplis aucta honorijq́; habita) aliaq́ue omnia quæ Pontici & Cappadoces inter ſe partiti ſunt atque eorum narratione multorum aures expleuerunt: mihi tamen nullo nomine celebriores atque illuſtriores eſſe videntur, quam [19] egregiæ ſobolis procreatiõe. Nam eoſdem & multorum filiorum & honeſtorum parentes in fabulis fortaſſe reperias: hos aũt experiẽtia ipſa nobis exhibuit tali nimirum ipſos

Iphigeniã intelligit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtute præditos, vt etiã si nequaquã tales liberos extulissent, sibi ipsis tamen ad nominis commendationem sufficere possent: rursus huiusmodi liberos gignentes, vt licet eo virtutis minimè peruenissent, omnes tamen sobolis felicitate superaturi essent. Nam cùm vnus duntaxat aut alter cum laude viuunt, id tale est, vt bonitati naturæ posit ascribi: at vndiq; perfecta & ad summum prouecta omnium virtus, ijs haud dudiè, à quibus procreati atq; instituti sunt, assignari debet. Quod quidem liquidò demõstrat beatus Sacerdotũ & virginum numerus, eorumq; qui in coniugata vita eã vim sibi adhibuerunt, vt matrimoniũ nihil ipsis impedimenti afferret, quo minus ad parẽ virtutis gloriam aspirarent, sed ea vitæ generum potius quã ratione viuẽdi discrimina esse censerẽt. Ecce verò Basilius huius nostri pater incognitus est, vir magni apud oẽs nominis, qui paterni voti compos factus est, si quis vnquã alius, ne dicã solus. Cum enim reliquos oẽs virtute antecellat, à solo filio primas ferre phibetur. Eccui Emmelia, quæ id prius appellata est, quod postea fuit, aut id fuit, quod prius nũcupata fuerat, illa in quã meritò ἐμμέλεια, i. curæ & diligẽtiæ nomen ferens: quæ, vt vno verbo dicã, hoc inter viros: vt si quidẽ eum de cuius laudibus orationẽ suscepimus, ad naturę subsẽruiendũ mortalibus dari oportebat, vt quẽpiam ex priscis illis viris ad publicam vtilitatẽ diuino munere concessis, neq; huic ab alijs potius quã ab his gigni cõueniret, neq; illis rursus cuiusquã alius potius quã huius parentes nominari. Quæ res vtrisq; percommodè accidit. Posteaq; aũt legi diuinæ obtemperãtes, quę honorẽ omnẽ parentibus haberi iubet, ijs, quorũ mentionem fecimus, primitias laudum persoluiad ipsum iam orationem cõferamus, hoc tantum præfati (quòd neminẽ fore puto, qui nõ verissimè à me dici existimet, qui modò illũ nouerit) sola illius voce nobis, qui illius laudes oratione prosequi paramus, opus esse. Idem em ipse & illustris est materia ijs, qui laudationis munus aggrediũtur, & solus pro eximia sua dicendi facultate huic materiæ par. Ac pulchritudinis quidẽ & roboris & magnitudinis laudem, quibus hominum vulgus delectari conspicio, volentibus relinquemus. Non quòd in his etiã quoq; eorum, qui res paruas & abiectas magni æstimãt, & circa corpus volutantur, inferior esset, cũ adhuc ętate floreret, necdum philosophia carnem domuisset: sed ne idem nobis, quod imperitioribus athletis vsu veniat, qui cõsumptis in vana & superuacanea colluctationem viribus, in serijs posteà certaminibus, ex quibus victoria coronęque decus comparatur, minus firmi robustique reperiuntur. Ea autem quæ nec dictu superua, nec ab orationis scopo aliena fore videtur, laudanda suscipiam. Illud quidem inter oẽs sanæ mentis homines constare arbitror, eruditionem inter humana bona primarium locum tenere: non de hac ostrate solùm ac nobiliore loquor: quæ tempto omni sermonis lepore atq; ornatu salutem vnã, earumq; rerum, quarum tione atque animo intelliguntur, plurimi tudinem arctissimè cõplectitur: sed etiã de externa, quam pleriq; Christiani, suo quodã iudicio vt insidiosam & perniciosam, & procul à Deo auertentem, fugiendiant. Quemadmodum enim cælum, ram, aërem, quæq; eorum complexu centur, non ideo aspernari debemus, nonnulli ea sceleratè acceperunt, Deum pro Deo colentes: quin potius colligquidquid eis ad vitam vsumq; vitæ modi inest, quidquid periculosum gimus, non creaturam aduersus Creatorem væsanorum hominum more cotes, sed ex rebus cõditis Conditorem cipientes, intellectumq; omnem, vt stoli verbis vtar, Christo captiuum mittentes. Quemadmodum insp ignis, nec cibus, nec ferrum, nec res lia suapte natura vel perniciosissim rum pro vtentium iudicio hanc vel qualitatem assumit: atque adeo ex re bus bestijs quasdam interdum salut medicamentis admiscemus: eodẽ mque modo admissa ea prophanæ dispnæ parte, quæ in inquirenda rerum ra & contemplatione versatur, exc ad dæmones & errores exitijsque ducit, abiecimus: imò etiam ab ea tis cultum adiuti sumus, quippe qui teriori id quod erat præstantius, cõprimus, atque illorum imbecillitatem ctrinæ nostræ fideiq; robur esse cen mus. Quamobrem non idcirco nenda est eruditio, quòd ita quibu videatur: quin potius insulsi atque steri habendi sunt, qui hoc existimanesque sui similes esse optarint, vt eorum ignorantia communis ignoratio tenebris obtegatur, nec quisquã ipse scitiam prodat & coarguat. Quod niam à nobis positum atque confes est, age, Basilij vitam contemplemur. Primis igitur ętatis annis sub eximio tre, quem publicum virtutis magistrum eo tempore Põtus proponebat, vel js inuoluitur, atq; [20] optimo illo pueromoque figmento, quod Dauid diserte

eleganter vocat, nocturnoque oppositum effingitur. Hoc præceptore doctrina & virtute simul increscentibus atque assurgentibus egregius adolescens imbuitur, non thessalicum & montanum quoddam antrum quasi virturis scholam & officinam iactans, nec arrogantem quendã Centaurum Heroum sui temporis præceptorem. Nec verò ab eo artẽ percipit, qua lepores sagittis cõsigat, vel hinnulos cursu insequatur, vel ceruos venetur, vel in rebus bellicis excellat, vel feroces equos scitissimè domet, eodem videlicet & equo vtens & magistro, nec fabulosis ceruorũ ac leonum medullis nutritur: sed liberales artes docetur, atque ad Dei cultũ eruditur, & vt vno verbo complectar, per primas ac pueriles disciplinas ad futuram perfectionem ducitur. Nam qui vel vitæ probitate solùm vel doctrina præstant, atq; ab altera deseruntur, ij mihi nihil à luscis differre videntur, qui cum in magna calamitate tum verò in maiore deformitate sunt, siue alios inspiciant, siue ab alijs inspectentur. At quibus vtraq; laude clarere, ac velut ambidextris esse cõtingit, hi nimirũ omnibus numeris absoluti sunt, ac deinceps iam [22] alterius vitæ beatitudine pfruuntur. Quod quidẽ illi, vt par erat, cõtingit, domesticum habenti virtutis exemplar, in quod oculos cõijciens iam inde ab ineunte ætate optimus erat. Et quemadmodum equuleos ac vitulos, simulatq; in lucem prodierunt, matribus suis assultare videmus: sic ille patrem cũ equino & generoso impetu è propinquo affectabatur, nec à summis virtutis illius agitationibus longo interuallo distabat: aut, si mauis, in ipsa quoque virtutis delineatione futuræ virtutis pulchritudinem indicabat, atque accuratioris vitæ notis ante accuratioris vitæ tempus inurebatur. Illic porrò cum satis vberẽ doctrinã collegisset, nec rei cuiusquam honestę ignarum & expertẽ eum esse oporteret, nec ab apicula, quæ ex quibuslibet floribus vtilissima quæque decerpit, labore ac diligentia superari: Cæsaream, vt eius vrbis scholarum particeps esset, celeriter contendit, hanc inquam eximiam ciuitatem, & nostram (nam meorũ quoque studiorum dux & magistra extitit) non minus literarum atque doctrinæ quàm vrbiũ quibus præest & dominatur, Metropolim: quã si quis doctrinæ palma spoliauerit, rem omnium pulcherrimam ipsiq; maximè propriam eripuerit. Nam cum aliæ ciuitates alijs ornamentis vel antiquis vel nouis glorientur, prout opinor vel historijs, vel rębus quibusdã visendis ornatæ sunt: [23] hanc cõtrà, vt arma vel tra

gœdias notæ quædã atq; insignis, sic literarum gloria nobilitat illustremq; reddit. Iam quę sequuntur, ij exponãt, qui & eum apud se eruditerunt, & fructum ex ipsius eruditione perceperunt, quantus vide licet magistris, quãtus æqualibus esset quo modo illos æquaret, hos omni doctrinæ genere superaret, quantam apud oẽs tum populares tum ciuitatis principes gloriã breui tempore assecutus fuerit, maiorem, quam illa ætas ferebat, eruditionem, rursus maiorẽ eruditione morum constantiã & grauitatẽ ostendens: Rhetor inter Rhetores, prius etiam quã sophisticam exhedram accepisset: Philosophus inter philosophos, antè etiam quã Philosophiæ decreta esset amplexus: & quod maximũ est, sacerdos inter Christianos etiam ante sacerdotium. Tantum ipsi omnes in omnibus rebus concedebant: In artibus porro ac disciplinis secundariam duntaxat curam operamq; ponebat: hoc nimirum fructus ex ijs colligens, vt earum adiumẽto ad nostram philosophiã vteretur: quãdoquidem earum facultas ad explicanda animi sensa necessariò cõparanda est. Mẽs enim insans hominum torpedine affecto rum incessui nequaquã dissimilis est. At vero antiquissimum atq; præcipuum illius studium in eo versabatur, vt veræ philosophiæ operã daret, sesecq; à mundi contagione abrumperet, Deoq; adiũgeretur, terrenisque superna lucrifaceret, ac fluxis & fragilibus firma & æterna compararet. Hinc Byzantium vrbem totius Orientis principatum tenẽtẽ (excellẽtissimis enim Oratoribus Philosophisq; florebat, quorum breui optima quæque ingenij celeritate ac magnitudine collegit) atque inde Athenas, hoc est literarum domicilium à Deo atque inexplebili eademque laudãda doctrinę cupiditate mittitur, Athenas inq, mihi vere aureas, ac si cuiq alij, bonorum parẽtes. Nam ille hominẽ non illũ quidẽ antè ignotũ, sed tamen notiorẽ reddiderũt. Ac literas cõquirens, beatitudinẽ percepi: mihiq; diuerso modo idem quod Sauli accidit, qui patris asinas quærens, regnũ inuenit, plusq; lucrifecit in ea re, quæ ipsi secũdariæ curæ erat, q̃ in ea q̃ potissimũ agebat. Ac nobis quidẽ hactenꝰ plana & facilia ac verè regia laudũ illius via, perum cursum tenuit oratio: nũc autem q̃ dicendi rationẽ sequar, aut quo me vertã nescio. Habet em præceps aliqd atq; arduum hic sermo. Huc em in dicẽdo progressũ nõnihil supioribus adiũgere paulumq; in hac narratiõe immorari gestio, atq; vnde, quoq; modo, quibusq; ex principijs cõ

flata

Basilius pater Basilij.

Emmelia mater.

Laus. Basilij à corporis bonis.

Basilius ad res liberales decetur.

Cæsarea ciuitatũ gloria nobilis.

Rhetorica philosophus summus.

Præcipuũ Basilij studium.

Basilius Athenas à Deo missus.

1. Reg. 9. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

flata inter nos amititia, siue, vt appositius dicam, animorum consPiratio & coalitio fuerit, explicare. Quemadmodum enim oculi à iucundis spectaculis nõ facilè recedunt, ac si quis per vim eos retrahat, eodẽ rursus feruntur: sic nec sermo à rei iucundissimæ commemoratione. Sed in eo conatu pertimescẽdam mihi inuidiam esse conspicio. Adnitar itaque, vt quàm parcissimè potero, id faciam. Quòd si nos fortè violentus amor cupiditatisque modum excedere coegerit, affectui nostro quæso, ignoscite, affectuum omnium iustissimo, & quo non affici, damno ac detrimento ducendum est, ijs quidem certè, qui sana atq; integra mẽte sunt. Habebant nos Athenæ prosluuij cuiusdam fluuialis instar ex eodem patriæ fonte in diuersas regiones doctrinæ cupiditate dissectos, rursumque velut ex composito, Deo videlicet ita impellente, coeuntes. Ac me quidẽ aliquanto antè habebant, illum autem haud multò post, & quidem cum mirifica & luculẽta spe expectatũ. Etenim in multorum linguis versabatur, antequam aduenisset: nec quisquam erat, qui non præclarè secum agi putaret, si id quod summo studio expetebat, prior occuparet. Nec vero alienum erit narratiunculam vnam cõdimenti cuiusdam vice orationi adiungere, vt sciẽtibus submonitioni, ita ignorantibus documento futuram. Insano quodã erga Sophistas studio Athenis sunt affecti quamplurimi studiosissimiq; adolescentes non modò ignobiles & obscuri, sed nobiles etiam & illustres, vt qui miscellanea quædam multitudo sint, & iuuenes effrenato animi impetu præcipites. Quẽadmodũ igitur cernere est eos, qui equis & spectaculis oblectantur, circa aduersarios equorum cursus affectos esse (exiliunt, clamant, puluerem in cœlum mittunt, sedentes habenas moderantur, aërem verberãt, equos digitis quasi stimulis in alterum atque alterum latus subinde iungunt, cùm nihil horum in ipsorum potestate situm sit, facilè inter se aurigas, equos, equorum stationes, certaminis duces permutant, idque quinã tandem iuuenes? tenuiores plerunq; ac pauperes, & quib⁹ ne in vnũ quidem diem victus suppetit) eodem planè modo ipsi erga præceptores suos aliosque eiusdem artis professores eorumque æmulos affecti sunt, in hoc elaborantes, vt & numero crescant, & illos opera sua locupletiores efficiant. Atque ea res vehementer absurda est & prodigiosa. Præoccupantur vrbes, viæ, portus, summa montium, planities, solitudines, omnes deniq; Atticæ ac reliquæ Græciæ partes, atq; adeo incola

Simil.

rũ permulti. Nam & illos in partes ac stu-
dia distractos habent. Cum autem iuuenis
quispiam accesserit, atq; vel libens vel in-
uitus in eorum à quibus captus est, manu-
bus & potestate fuerit: tum verò [24] Attica
hæc illis consuetudo est, ludusque rei se-
riæ admixtus. Primum apud eorũ aliquẽ
qui priores ipsum arripuerint, hospitio
accipitur, vel amicorũ vel propinquorum
vel qui eiusdem sunt patriæ, vel qui artẽ
Sophistices apprimè callent, ac lucra ma-
gistris conciliant, eoque nomine apud eos
in summo honore ac precio sunt: quando-
quidem illis mercedis loco est habere qui
ipsorum cõmodis studeant. Deinde à quo-
uis volente cauillis lacessitur: quod quidẽ
ni fallor, eò faciunt, vt nouitiorum fastus
& superbiam retundant, atque à principio
ipsos in potestatem redigant. Lacessitus
autem ab alijs impudentius atque audacius, ab alijs eruditius, prout ille vel rusticis
& ineptis moribus, vel vrbanitate fuerit
præditus. Atque ignaris quidem terribilis
atq; inhumanum videtur: ijs autem per-
cundum suauitatisque plenum, quibus-
ignota est ea consuetudo. Plus enim te
ris habet hæc minarum ostentatio, quã
res ipsa. Tum per forum ad balneum eun
pompa deducitur. Pompa autem hoc
do se habet. Qui deducendi iuuenis
re funguntur, ordine dispositi atq;
spatijs distincti bini eum ad balneum
tecedunt. Cùm autem propius accesserit
quasi fanatico furore correpti clamore
ingentem tollentes (hic autem clamor
bet, vt vlterius progredi desinant, ac
suo consistant, tanquam eos balneum
nimè admittat) simulque fores pulsant
& iuuenem strepitu perterrentes, ac de
de introeundi potestatem ipsi faciente
ita demum eum in libertatem asseru
atque à balneo redeuntem deincep
æqualem accipiunt. Atque hoc
est totius ceremoniæ iucundissimu
nimirum ab his qui molestiam exhibe
quam primum liberari. Tunc igitur
um magnumque Basilium non ipse
venerabar, perspiciens illius cùm in
bus grauitatem atque constantiam,
in sermone tempestiuitatem: sed alij
am quibus perinde cognitus non erat,
idem facerent, persuadebam. Nam plera
que statim venerationi erat, vt qui
& auditione iam eũ percepissent. Ex
effectum est, vt solus ferè ex omnibus,
studiorum causa Athenas veniebant, co
muni lege solutus sit, maiorem vtiq
honorem, quàm nouitij conditio ferre
debatur consecutus. Hoc nobis amicitiæ
principium, hinc coniunctionis ignicu

amicitiæ inter Greg. & Basilũ principiũ.

Armenij gnales.

in disputatione par- ta accessio quiduis potest.

fic mutuo amore fauciati sumus. Postea huiusmodi quoque quiddam accidit nam ne hoc quidem prætermissione dignum est. Haud simplicem apertamque nationem Armenios esse inuenio, quin potius admodum tectam & simulatam. Tum ergo nõnulli iampridem cum ipso familiaritate & amicitia cõiũcti, vtpote ex patre ac veteri sodalitio (nã in illius schola instituti fuerant) ad ipsum per amicitiæ specié accedentes (inuidia autem non beneuolentia ducebantur) [25] cõtentiosis potius quã doctis & argutis interrogationibus eum vrgebant, ac primo impetu sibi subijcere conabantur: tum quod egregiam ipsius indolem iãpridem nossent, tum quòd ipsi tantum honoris eo tempore haberi permolestè ferrent. Graue enim minimeq; ferendum esse, eos qui philosophica pallia priores induissent, atq; in ratione scitè & facundè dicendi elaborassent, extero & nouititio nequaquam anteferri. Ego autem ille Athenarum amans ac stultus (nõ enim eorum inuidiam senseram, frõtis in tegumento fidem habens) Athenarũ gloriam in ipsis conuulsim eclerrimeq; contemptam indigno animo ferens, succum bentes iam adolescẽtes & terga vertentes reducta disputatione suffulciebam, atque auxilij mei momentum afferens (in talibus autem rebus vel perexigua accessio quiduis potest) [26] æqualia, vt ille ait, prælij capita constitui. At vbi disputationis arcanum intellexi, quod iam ne contineri quidem poterat, sed iam perspicuè detegebatur: repentè mutato consilio [27] remigationem ad puppim conuerti, ab illius partibus stans, dubiamq; victoriam reddidi. Qua ex re, vt erat ingenio in primis acuto, magnam statim voluptatem cepit, atque alacritate perfusus, vt eum Homericis verbis omnino describam, egregios illos iuuenes disputatione perturbatos insectabatur. nec antè argumẽtationibus ferire destitit, quã eos in effusam fugam vertisset, victoriamq; haud dubiã adeptus fuisset. Hæc nobis amicitiæ non iam scintilla, sed fax conspicua & sublimis accenditur. Atq; illi quidem sic infecto negocio discesserunt, cum suam temeritatem multùm incusantes, tum fraudẽ nostram animo vsque adeo iniquo ferentes, vt apertas mihi inimicitias indicerent, ac proditorem criminosè appellarent, nõ modò eorum sed Athenarum quoque ipsarum quoniã primo impetu ab vno homine confutati atq; ignominia affecti fuerant, idq; ab eiusmodi homine, cui ne fidenti quidẽ animo esse per tempus licebat. Hic cõtra (ita enim oẽs affici solemus, vt cùm quẽdã magna spe atque expectatione complexi sumus, ac repentè ad ea vẽtum est, omnia opinione nostra inferiora videamus) hic inquam, cùm idem quoque ipsi accidisset mœrebat, angebatur, non habebat quod sibi de Athenien si profectione gratularetur, quærebat quòd spe cõceperat, inanem felicitatem Athenas nominabat. Ego autem maximam mœroris partem depelle bam tum argumentis cõgrediens, tum rationibus deliniens ac velut excãtans: cùm vt res erat, nec hominis mores confestim sed diuturno tempore ac perfectissima familiaritate vitæq; consuetudine percipi nec eruditionem ab ijs, qui eam periclitantur, ex paucis argumentis ac pauco tempore cognosci dicerem. Si ceum ad animi trãquillitatem reuocaui, ac beneuolentiæ spem simul præbens, & accipiens, arctioribus vinculis mecum astrinxi. Vt autem temporis progressu alter alteri cupiditatem nostrã confessi sumus, ac veram philosophiam id esse quod à nobis expeteretur: tum verò iam vterq; alteri quidui eramus, contubernales, conuictores, concordes, vnum idemque spectantes, mutuum amorem quotidie inflammãtes. Nam cõporum quidem amores, quia res fluxas sibi proponunt, fluunt quoque ipsi, non secus ac veris flores: nec enim flamma consumpta materia remanet, sed vnà cum ea extinguitur: nec libido marcescente fomite subsistit. At pudici & Deo grati amores, quandoquidem rei certæ innituntur propterea firmiores quoque ac diuturnio nes sunt, quantoque maior pulchritudo ipsis obseruatur tantò etiam arctius & secum & inter se cõstringunt earundem rerum amatores. Hæc quippe superni amoris lex est. Equidem sentio me extra temporis & mediocritatis fines abreptum ferri nec scio quomodo in hos sermones incidam, nec rursus quo pacto me ipsum ab huiusmodi cõmemoratione reprimere queam. Mihi enim id quod prætermissum est necessarium semper videtur, meliusque & excellentius, quam ea quæ prius accepta sunt. Quòd si quis me vi abstrahere tentet, ne vlterius pergam, idem mihi quod polypis accidet: qui si à stabulis extrahantur, eorum acetabulis petræ agglutinantur, nec prius à seinuicem depelluntur quã ex illa vi quidpiam vtrinque accepe-rint. Proinde si quis hoc mihi cõcesserit, habeo quod quæro: sin minus, à me ipso impetrabo. Ad hunc itaque modum inter nos affecti, talibusque bene muratæ domis subiectis, ita demũ porrò progredieba mur, Dei & amoris ope suffulti. Heu quo modo

Inanem felicitatẽ Athenas nominat Basilium.

Amor pudicus & Deo gratus est stabilis.

Polypi.

Pindarus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo hæc sine lachrymis commemorabo: Par spes doctrinæ, hoc est rei [29] omnium inuidiosissimæ, nos ducebat: & tamen aberat inuidia, sola æmulatione flagrabamus. Hoc vtrique certamen, non, vter primas ferret, sed vter alteri primas cederet: vterque enim alterius gloriam suam existimabat. Vna vtrique anima videbatur, duo corpora ferens. Quòd si minor fides ijs habenda est, [30] qui omnia in omnibus posita esse dicunt: at nobis certè credendum, quòd vterque in altero & apud alterum positi eramus. Vnum hoc ab vtroq; nostrum agebatur, vt virtutē coleremus, atque ad futuras spes vitæ nostræ rationes accommodaremus, ante mortem à terra migrantes. Quod quidem nobis ob oculos proponentes, vitam, actionesque omnes nostras dirigebamus, tum diuini præcepti ductum sequentes, tum alter alteri virtutis studium extimulantes: atque (nisi hoc arrogantius dicere videar) vterque alteri norma atq; amussis eramus, qua rectum à prauo discernitur. Nec enim cum flagitiosissimis ac petulātissimis qui busque sodalium nostrorum consuetudinem habebamus, sed cum optimis & honestissimis, nec cum pugnacissimis, sed cum tranquillissimis & pacatissimis, ijsq; quorum consuetudo maximos fructus afferebat: illud nimirum exploratū habentes, multò facilius vitium contrahi, quàm virtutem communicari: quemadmodum facilius quoq; morbus contrahitur, quàm sanitas impertiatur. Disciplinis porrò nō tam iucundissimis quàm præclarissimis oblectabatur: nam hinc quoque vel ad virtutem vel ad vitium iuuenes informantur. Duæ nobis viæ notæ erant, altera primaria & præstantior, quæ videlicet ad sacras domos nostras sacrosque doctores ferebat: altera secundaria nec eiusdem honoris, nimirum quæ ad externæ doctrinę professores ducebat. Reliquas omnes, quæ ad festa, spectacula, celebres conuentus, epulas ferebāt, volētibus reliqueramus. Nihil enim, mea quidem sententia, magni faciēdum est, quod nihil affert ad rectè honesteque viuendum, nec sui studiosos meliores reddit. Iam cùm alijs alia quædam cognomenta sint, vel à parentibus accepta vel ex seipsis hoc est ex proprijs vitæ studijs institutijsque cōparata: nobis contrà magna res erat, & illustre nomē, Christianos & esse & nominari: atque ea re magis efferebamur, quàm [31] Gyges palæ annuli cōuersione (si tamen hoc fabulosum non esset) per quam Lydios tyrannide oppressit: [32] aut Midas auro, quod ipsi interitum accersiuit, cùm voti sui compos factus nihil præter aurum posideret, quæ & ipsa Phrygia est fabula. Nam quid hyperborei [33] Abaridis sagittam, aut Argyum [34] Pegasum dicam, quibus minus pro clarum erat per aerem ferri, quàm ocios mutua opera simulq; ad Deum subuehi? Atque vt rem in pauca contraham, pernecessæ quidem alijs, quoad animæ salutem Athenę sunt (nec enim id à pijs viris temere existimatur: nefarijs enim opibus, hoc est simulachris magis affluunt, quàm re qua omnis Græcia: difficileque est non cum eorum laudatoribus & patronis in errorem abripi) nobis autem detrimenti ab ijs allatum est, vtpote admodum communitis firmissimeque obsepto. Quin potius, quod vix crēdibile est, fidem confirmati sumus, ipsorum dem & impostura cognoscentes, atque illic dæmones contemnentes, vbi in ma fica laude sunt dæmones. Quòd si quis aut esse creditur, [35] fluuius per mare cis fluens, [36] aut animal in igne, quo omnia consumuntur, saliens: hoc ipsi ter æqualium greges eramus. Illud præclarissimum quod circa nos quod non ignobile sodalitium erat, præceptorem illum habens ac ducem sequendemque rebus gaudens: quamuis alios pedites, vt verus habet prouerbium, Lydium currum, hoc est illius curriculum mores curreremus. Ex quo id assequimur, vt non solùm apud præceptores cios, sed apud totam etiam Græciam, præsertim clarissimos quosque Græcos illustri fama celebraremur. Quin etiam vltra Græciæ fines progressi sumcut multorum sermone compertum Nam vt quocunque Athenarum famdem quoque præceptorum nostrorum ma sese proferebat: ita quicunque pretores, ijdem quoque nos cognoscebant, mulque de nobis audiebant, ac prædicebantur: ac par quoddam non obscurum incelebre apud eos & eramus, & dicemur. Nec nobiscum [38] Orestes suos Iades vllo modò conferendos putabat, nec Molionidas illos Homerico vere lebratos, quos calamitatis societas ars egregiè aurigandi nobilitauit, tempore frena & verbera inter se partes. Ar enim imprudens ipse in meas des prolapsus sum, quas ne ab alio quidem vnquam prædicari sustinui. Quanquam mirum videri non debet, si hic quoq; ctum aliquē ex illius amicitia obiter cepi, quemadmodum cùm viueret, ad tutem, ita cùm vita excesserit, ad laudem commendationem. Verum ad meta reducenda est oratio. Quis prudentia

Basilius & Gre. videbātur anima vna duobus inclusa corpo ribus.

Cū quibus conuersandum.

Sent.

Sent.

Bas. & Gregorio magnares erat Christianos nominari.

Bas. in ar ribus omni bus excellu

inde canus erat, etiā ante caniciem? quandoquidē hac re senectutem Solomon quo q; definiuit. Quis vel senibus vel iuuenib. æquè venerabilis, nō de nostræ tantū memoriæ viris loquor, sed de ijs etiā, qui longo antè tempore vixerunt? Quis doctrina propter morum elegantiam minus eguit? quis tamen vberiorē doctrinam cū vitæ integritate cōiunxit? Quod disciplinę genus est, in quo versatus nō sit, atq; ita eximiè versatus, quasi in eo solo elaborasset: sic nimirū omnia cōplexus, vt nemo ne vnū quidē vnūquodq; asūt adeo excellēter, quasi nihil aliud ꝑterea didicisset? ad ingenijem acumē studiū accedebat: ex quib. imperium artibus scientijsq; cōparatur. Qui cùm celeritate naturæ propter laborem & contentionem minimè opus haberet, quemadmodū nec labore propter ingenij magnitudinē: sic tamen vtrumq; cōiunxerat, vt non satis liqueret, vtro nomine ad mirabilior esset. Quis in Rhetorica, [40] illa inq; vim ignis spirante cum eo comparandus, tametsi illius mores à Rhetorum moribus abhorrerent? Quis in Grammatica, quæ linguam ad græcismum format, historias colligit, metris pest, carminibus leges pscribit? Quis in Philosophia, excellsa proculdubio arte ac sursum gradiente, siue eam partem spectes, quæ in actione ac speculatione posita est, siue eam quæ in logicis demōstrationibus aut oppositionib. concertationibusq; versatur, q̄ Dialecticā vocant: in qua adeo excellnit, vt ijs qui cū eo disputabāt, [41] facilē esset è labyrinthis sese extricare, q̄ argumētorum eius laqueos effugere, si quando res ita postularet. Iā verò [42] Astronomiam Geometriā, numerorum ꝓportiones hactenus didicisse cō tentus, ne ab illis, qui harum artium glori a sibi placent, cōmoueretur, quidquid supererat, vt pietatis cultorib. infrugiferū contēpsit: adeò vt & quod elegit, magis admirari ac ꝓdicare liceat, q̄ quod reliquit: & rursus id quod reliquit, maiori laude efferre, q̄ id quod elegit. Iam Medicinam, quę Philosophię & laboris atq; industriæ fructus est, [43] corporis aduersa valetudo, necessariā ipsi reddiderat. Vnde exorsus ad artis habitum tandem puenit, & quidē eius, nō quæ circa ꝑspicua oculisq; subiecta atq; humilia versat, sed quæ in doctrina ac philosophia consistit. Sed quid hæc, tametsi magna & præclara, si cum morum illius doctrina conferantur? Qui virtutis ipsius periculum fecerunt, [44] Minoem illum ac Rhadamanthum pro nugis habent, quos pratis asphodelo refertis & cāpis Elysijs Græci donandos dixerunt, paradisum nostrum imagine quadā concipientes, ex Mosaicis, vt opinor, nostrisq; libris, tametsi in nomine nonnihil discrepent, alijs tamen vocabulis hoc ipsum indicantes. Atq; hęc ita se habebāt, eratq; doctrinæ mercib. nauis onusta, quantum quidem humanę naturę assequi datur ([45] neq; eā vltra Gades transmeare cuiq̄ concessum est) ac iam faciēdum nobis erat, vt in patriā rediremus perfectiusq; vitæ genus ordiremur, resq; ipe conceptas atq; inter nos cōpromissas arriperem[a]. Verat discessus dies, & quicquid ad discessum pertinebat, extremę allocutiones, prosecutiones, reuocationes, gemitus, complexus, lachrymæ. Nihil em̄ cuiq̄ perinde molestum & acerbum est, vt ijs qui illic simul educati sunt, & ab Athenis & à se inuicem diuelli. Tum igitur triste & miserum ac cōmemoratione dignum spectaculum accidit. Circunstare nos sodalium & æqualium, nonnullorumq; etiam magistrorum chorus, prorsus negare se nobis abeundi potestatem facturos, obsecrare, cogere, hortari, omnia deniq; ea tum facere tum dicere, q̄ verisimile est eos, qui in dolore versantur. Hoc loco faciā, vt & meipsum & diuinā illam atq; innocētem animā (licet hoc audacius aliquanto dictum videri possit) nonnihil tamen accusem. Ille em̄ cum causas exposuisset, quare pro reditu suo tam obnixè contenderet, ijs qui ipsum retinere conabantur, superior visus est: & quanq̄ ægrē, abeundi tamen licentiam impertrauit. Ego autem Athenis eorum precibus cedens, partim ab ipso proditus, vt qui eò se adduci passus sit, vt dimitteret non dimittentem, ijsque à quibus trahebar, manus daret. Res profecto antequam contigisset, incredibilis: diceres quippe quasi corpus vnū bifariā secari, atq; vtramq; partem emori: aut boues quosdam collactaneos & coniugatos disiungi, lugubre quid dā vtrinq; alterum alterius causā mugientes, nec sęparationem ferentes. Nec tamen in longum mihi producta est hæc calamitas (neq; em̄ diutius miserandus conspici, nostręq; disiunctionis rationem omnib. reddere sustinui: (sed non ita multo tēpore Athenis postea cōmoratus, præ animi desiderio [46] equum illum Homericum imitor perfractisq; eorum, à quibus retinebar, vinculis, campos pedibus pulso, atq; ad sodalem meum impetu feror. Domum autem reuersi, cum mundo ac scenæ nonnihil inseruijssem[b], hactenus scilicet, vt plerorumq; hominū desiderio vtcunq; satisfaceremus (nā ipsi quidem ab ambitione actheatrica quadam ingenij ostentatione abhorrebamus) ad nosipsos quamprimum redijmus, atque ex imberbibus in-

Ex Mosaicis libru p.a radissum nō stris Græcis cognouerunt.

Basil. ad suos redit Gregorio relicto Athenis.

Bas. & Gregor. Athenis ab ambitio ne.

O ter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter viros Profiteri cœpimus, virilius iam ad Philosophiam progredientes, non iam corpore (haud eñ permittebat liuor) sed desiderio & amore coniuncti. Ille enim à Cæsarien si ciuitate vt alter quispiam conditor ac conseruator retinetur, ac deinde, quoniam me non fruebatur, necessarias quasdam 47 peregrinationes minimeque à propositæ sibi philosophiæ scopo alienas iniuit. At me & parentum pietas, & senilis ætatis curatio, 48 & incursantes calamitates ab illius consortio abstractum tenuerunt, haud rectè quidem ac iustè fortasse, sed tamen tenuerunt. Atque haud scio, an mihi hinc quoque omnis vitæ difficultas asperitasq; fluxerit quodq; incommodum ac salebrosum ad philosophiam iter habuerim, nec cupiditate mea animique propositio satis dignum. Sed rerum quidem nostrarum status, quò Dei voluntas tulerit, feratur: vtinamque illius precibus in melius feratur. Hunc verò multiplex Dei erga genus humanum beneficentia & prouidentia in multis antè muneribus explo ratum, ac quotidie clariorem illustrioremque compertum, in sacrum Presbyterorum ordinem ascribit, luculentamque Ecclesiæ facem memorabilemque proponit, ac per vnicam Cæsariensem ciuitatem vniuerso terrarum orbi præluceat. In quo etiam hanc rationem tenuit, vt minimè repentè eum ad huiusmodi gradum subueheret, nec eodem temporis momento salutari aqua tingeret, ac sapientia instrueret: quemadmodum plerisque eorum accidit, qui nunc ad præfecturas in flammati cupiditate rapiuntur: verùm ordine ac spiritualis progressionis lege hoc eum honore afficeret. Nec enim mihi perturbatio illa temeritasque probatur, quæ apud nos interdum & in nonnullis primarias Ecclesiæ sedes tenentibus oboritur: nec enim eò audacię progrediar, vt omnes accusem: iniquè enim facerem. Verùm nauticam legem præclaram censeo, quę gubernatori futuro primum remos committit, deinde ad proram collocat: sicque prioribus muneribus ipsi commissis tandem eum post diuturnam maris verberationem ac ventorum obseruationem ad gubernacula constituit. Eadem rei militaris est ratio: miles primùm, deinde Centurio, tum Imperator. Hic optimus ordo est, ijsque qui subsunt, in primis conducibilis. Quàm præclarè nobiscum ageretur, si eodē statu res nostræ essent. Nunc autem periculū est, ne ordo in toto Christianismo sanctissimus, in toto Christianismo maximè sit ridiculus. Non eñ virtute magis q̄ malitia & fraude sacerdo-

Basil. Presbyter.

Ordo seruādus in præfecturis.

Lex nautica.

Lex belli.

Indigniores ad sacerdotia primo mentur.

tij dignitas paratur: nec meliores ac digniores, sed potentiores thronis insident. Samuel inter Prophetas, ille inquam futurorum prospiciēs: sed & Saul vilis & abiectus. Roboam Solomonis filius inter Reges: sed & Hieroboam seruus & rebellis. Cumque nec Medici nec pictoris nomen quisquam obtineat, nisi prius morborum naturas expenderit, aut multos colores miscuerit, variasque formas penicillo expresserit: Athletes contrà facilè inuenitur non elaboratus, sed recens quantum ad dignitatem, simul satus ac prouectus, 49 quemadmodum gigantes poetæ finxerunt. Vno die sanctos fingimus, eosq; sapientes & eruditos esse iubemus, qui nihil didicerunt, nec sacerdotium quicquam antè contulerunt, præterquam velle. Atque is quidem inferiori sede acquiescit, humilisque stat, ne sublimem promeretur, atque & multo diuque in diuinorum sermonum meditatione versatus est, & multum diuque studiosi leges sanxit ad spiritui obediēdum. At contrà fastuosè sedet, atque aduersus superiores supercilium attollit, nec thronis tremescit, ne aspectu cohorrescit, cū deratum hominem cupiditatibusque perantem inferiori loco stanté intuetur, verùm simul cum imperio & dignitate sapiētiorē quoq; sese existimat, praua sentiens, atque à potentia & auctoritate dementatus. At non eadē magni ęquę Basilij ratio fuit: quin potius virtutum omnium, sic etiam modestiæ nis in his rebus tenendæ alijs exemplum præbuit. Nam cùm prius sacrosanctos fratres populo lectitasset, qui eorum esset natior erat, nec hunc sacerdotij gradum dignum se duxisset: ita demum in Presterorum ac deinde in Episcoporum thedra Dominum laudat, non hanc statem furatus, nec ea per vim potitus honorem persecutus, sed ab honore tus, nec humano fauore sed diuino uinitatis saccerdotium consecutus. rum oratio de illius præfectura hos nos maneat: ac paulum in earum narratione, quas ante Episcoparum immoremur. Quale enim hoc quoque hi pene effluxit, in medio eorum, qui bis commemorata sunt, iacens. Cum lio simultatem quandam is, si qui mus ante eum Ecclesiæ præerat, exo bat: quibus autem de causis aut quo silentio præterire satius est, cęterum ercebat, vir cæterà quidem non ingefus atque eximia pietate præditus, vt secutio tum tēporis exorta & acris sus eum susceptа contentio perspicue clarauit: sed tamen in Basilio humana

Nazarai.

Baſ. cum greg. secessit in Ponum ibiq; monachus vixit.

Basil. redit.

quid passus. Neque enim viles tantum & plebeios, sed etiam præstantissimos quosque viros Momus attingit: vt solius Dei sit omni peccato atque animi perturbatione vacare. Ergo aduersus eum concitatur Ecclesiæ pars selectior & sapiēntior si modò sapientiores ij habendi sunt, quā reliquum mortalium vulgus, qui seipsos à mundi consortio segregarunt, ac vitam suam Deo consecrarūt. 50 Nazaræos nostrates dico, atque in huiusmodi res præsertim maxima animi contentione incumbētes. Qui turpe & indignum esse arbitrati principis sui contumeliam repulsæq; iniuriam dissimulanter ferre, periculosissimum sanctus aggrediuntur. A magno & seditionis experte Ecclesiæ corpore deficere, sese que abrumpere constituunt, non exiguam quoque multitudinis ipsius partem amputantes, tàm eorum qui plebeio ordine cēsebantur, q̄ eorū qui magistratus gerebant. Id autē ob tres causas easq; firmissimas pfacile erat. Primū eñ Basilius tanta apud oēs veneratione erat, quāta haud scio an quisquam nostræ ætatis philosophorum, eamque vim habebat, vt cohorti suæ, si voluisset, animos ac fiduciam afferre posset. Deinde qui negocium illud facessebat, propter tumultum in ipsius electione coortum ciuitati suspectus erat, vt non magis ritè ac legitimè quàm tyranni cè præfecturam consecutus. Postremò aderant 53 Episcopi quidam ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad suas partes per trahebant. Quid igitur præclarus ille & Pacifici discipulus? (nec enim ijs qui contumeliam ipsi inferebant, aut qui ipsius partibus studebant, obluctari poterat: nec illius erat dimicare, aut Ecclesiæ corpus lacerare, alioqui etiā bello vexatæ, atque ab hæreticis, penes quos tum summa rerum erat, in periculum adductæ: simul etiam consultoribus nobis syncerisque monitoribus in ea re vsus) nobiscum hinc profugus in Pōtum secedit, pietatisque gymnasia, quę in illis locis erant, moderatur: atque cum Helia & Ioanne summis philosophis solicitudinē amplectitur: fructuosius id sibi esse existimans, q̄ in præsenti negocio cogitationem quandam suscipere philosophia sua indignam, ac consilij prudentiæque clauum, quem in tranquillitate tenuerat, in tempestate perdere. Quamuis autem adeò philosophica & admirabilis fuerit illius secessio: excellentiorem tamen & admirabiliorem ipsius reditum fuisse reperiemus. Ita enim se habuit. Cùm in his studijs versaremur, intstitit repēte nubes grandinis plena & perniciosè stridens, quæ Eccelsias omnes, in quas incidit, prostrauit, & quascunque inuasit 54 Imperator auri amantissimus & Christi hostis infestissimus, ac duobus his grauissimis morbis laborans, inexplebili nimirum auaritia & blasphemia, post persecutorem persecutor, post apostata non quidem apostata, sed nihilo tamen eo meliorem se Christianis præbens, vel, vt rectius loquar, Christianorum purissimæ & pijssimæ parti ac Trinitatis adoratrici: quam quidem vnam pietatem salutaremque doctrinam voco. Non enim diuinitatem velut ad libram expendimus, nec vnam & inaccessibilem naturā substantiarū diuersitate à seipsa separamus, nec malum malo curamus, impiam Sabellij cōtractionē magis impia diuisione ac sectiōe dissoluētes. Quo morbo correptus 55 ille à furore nomen habens Arius magnam Ecclesię partem labefactauit, atque conuulsit, nec patrem honore prosecutus, & ea, quę ab ipso causam habent, aspernatus, dum inæquales diuinitatis gradus inuexit. Verum vnicam patris gloriam esse censemus, æqualem vnigeniti dignitatem, vnicam item Spiritus sancti cum eo exæquationem. Ac si quid horum trium in inferiori dignitatis gradu ponamus, totā Trinitatem à nobis dissici atque peruerti iudicamus: tria quidem 56 quo ad proprietates, vnum autē quo ad diuinitatem agnoscentes & colentes. Quorum cùm ille nihil animaduerteret, nec sublimes oculos efferre posset, verū ab is qui eum ducebant, deprimererur, secum etiam diuinitatis naturam deprimere non dubitauit, ac scelerata creatura Dominū in seruorum ordinem deiecit, naturamq; increatam ac tēpore superiorem in rerū creaturarū numero collocauit. At q; hoc quidē ille animo & cum huiusmodi impietate aduersum nos expeditionem suscipit (nec enim aliud quiddā ea res existimanda est, quā barbarica incursio, non mœnia, non vrbes, nō domos, aut alia quæ dam parua & manufacta eiusq; generis, vt denuo erigi atque extrui possint, euertēs, sed animas ipsas distrahens.) Impetū quoque vna cum eo facit exercitus ipso dign°, nefarij Ecclesiarum antistites, sæui orbis illius Terrarchæ, qui ipsius imperio & ditioni subiacebant. Qui cùm Ecclesias partim iam tenerent, partim oppugnarent, partim ob Imperatoris opem ac vim tum illatam tum minaci oratione denunciarā in potestatem venturas sperarēt: huc quoque, vt Ecclesiam nostram in deditionem acciperent, venerunt, nulla re perinde vt prædictorum hominum simultate, atque illius qui tum nobis præerat, imperi-

Valens Imp. hostis Christi.

Sabel. contractio.

Arij diuisio

Trinitatis vera confessio.

Valens orthodoxos persequitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia,morbisq; nostris freti atq; subnixi. Magnum ergo certamé propositum erat, nõ ignaua etiã multorum alacritas:sed infirma erat acies, vtpote propugnatore carẽs ac perito artifice tam in doctrinæ quã in Spiritus facultate.Quid igitur generosa illa mentisq; magnitudine præstans anima, Christiq; amore verè inflammata? Ne longa quidem ad hoc oratio comparanda fuit,vt ad nos sẽ conferret,nobisq; adiumento esset : verùm simulatque me legatione fungentem aspexit(erat enim vtrique nostrum commune hoc certamen, vt qui fidei defensores atque patroni designati essemus) statim legationi cessit ac spiritualibus rationibus secum optimè sapientissime q; distinguens, aliud simultatis tẽpus esse(si quid etiam eiusmodi affectui indulgendum esset) nempe pacis ac tranquillitatis,aliud rursus æquanimitatis, nẽpe ne cessitatis & periculorum tempus, hoc, inquam,secum reputans confestim 57 è Ponto nobiscum excedit, atque erga periclitãtem veritatem zelo exæstuat,vltroq; suppetias nobis affert,totumque se matri Ecclesiæ tradit. At fortasse alacriter quidem hanc rem aggressus est, verùm nequaquã vt illa animi alacritate dignum erat,dimicauit:aut strenuè ille quidem dimicauit, sed non consultè ac prudenter:aut ita prudẽter, vt tamen sine periculo:aut hæc quidem omnia cumulatè ac suprà quàm dici queat,præstitit,cæterùm in illius aio veteris simultatis fomites quidam residebãt. Minimè gentium. Omnia quippe simul præstat:inimicitias ponit,consultat, acié instruit,scandala & offendicula intermedia submouet,cunctaq; ea, quorum fiducia illi bello nos lacessendos putauerunt. Alios asciscit,alios retinet, alios propulsat.Alijs murus firmus & vallũ efficitur· alijs securis petram scindẽs, aut ignis in spinis,vt scriptura sacra loquitur,sarmentitios homines & in diuinitatẽ contumelioſos facile absumens. Quòd si quid auxilij Barnabas, qui hæc loquitur ac scribit, Paulo decertanti tulit, Paulo habẽda est gratia,qui illũ in certaminis partẽ & societatẽ asciuit,Atq; illi sanè sic infectis rebus discesserunt,tunc primum turpiter pudefacti & profligati, atq; edocti,etiam si alios oẽs homines,Cappadoces tamen nõ itatemere contemnere ac pro nihilo putare: quorũ nihil tam propriũ est,q̃ fidei certitudo fidusq; ac Syncerus erga Trinitatẽ affectus:58 cuius etiã beneficio hoc habent, quòd animis cõiuncti sunt atq; cõcordes, viribusq; pollẽt, eadẽ videlicet auxilia, q̃ diuinitati ferunt, accipientes, multoque etiam præstantiora & valentiora. Proximum autem Basilio negocium ac studium hoc fuit. Antistitẽ obseruare,suspicionem extinguere, mortalibus omnibus persuadere mœrorem illum quo affectus fuerat tentationem quandam colluctationem peruersi spiritus extitisse,honestæ & laudabili concordiæ inuidentis: cæterùm ignarum se esse,quid obedientiæ ordinq; spiritualis leges postularent. Ac prodesse,docere,dicto audientem se præbere,monere,quiduis denique illi esse fultor bonus,opitulator commodus, norum oraculorum explicator, rerum gendarum præmonstrator,senectutis sidium,fidei adminiculum, domestico fidelissimus,externorum ad res gerendas aptissimus, vt vno verbo dicam, tantius beneuolentiam obtinens,quanto apud eũ odio flagrare putabatur. Ex hoc assecutus est,vt etiamsi illi cathedra honore secundus esset,Ecclesiæ tamen perio potiretur.Etenim pro beneuolquam conferebat, authoritatem vicis accipiebat:ac mirus quidam erat inos concentus nexusque potestatis. Illibem ducebat, hic ductorem: atque incuiusdam leonum curatoris præsarte curabat.Nanque vt nuper in Nimi cathedra constitutus ac terrenæ mrię nonnihil adhuc spirãs,nondũ mhis quæ spiritus erant, numeris omabsolutus,magnisq; etiam fluctibus uescentibus atq; ingruentibus Ecclestibus opus habebat homine,qui cunnu ductaret atque fulciret. Eoquemine ipsius ope atq; auxilio acquieeoq; imperãte seipsum impare arbitIã verò ipsius erga Ecclesiã curæ acpcinij quanquam multa quoque alia & argumenta sunt,libertas animi, cæteros magistratus tum potentiquosque ciuitatis alloquebatur,59 cuerfiarum solutiones nequaquam ectæ, sed ab eius voce formatæ ac tutæ modoque ipsius tanquam legeptę, pauperum tutelæ plures quispirituales sed tamen corporeæ non cæ(nam id quoque sæpenumero prodest, eos nimirum, in quos beneum confertur,per beneuolentiam re) pauperum alendorum, hospitumcipiendorum,virginum curandarum dium, 60 monasticarum legum instiones partim scripto partim voce ditæ, 61 precum descriptiones,sacrapcinnitates,ea denique omnia, quibusmo verè diuinus Deoq; adiunctus vtilitati esse potest : hoc tamen vnũ mimum est maximeq; illustre atq; insiFames grassabatur,& quidé post hom

Basi.& Gregor.fidei cõtra Valẽtem defensores.

Occurrit obiect.

Hier.5. Iud.9. Psal.117.

De seipso loquitur. Gal.2.

Hæretici victi.

Cappadocum laus.

asarea & Nazianzũ ge à mari

Mercatorũ auaritia. Prou.19. Eccl.29. Prou.11.

Exod.16. 3.Reg.17.

Num.6. Moses & Helias

1.Cor.14.

Psal.58. Prou.4. Luc.1.

memoriam atrocissima. Languebat ciuitas,nec ex vllo loco auxilium afferebatur, nec vlla calamitatis medicina. Nam marimæ quidé vrbes eiusmodi rerum penuriæ facilè sufferunt,dantes nimirum ea,quibus affluunt,ac vicissim ea, quibus carent à mari accipientes: at nos qui procul à mari degimus,nec ex ijs rebus quibus abundamus,vtilitatem vllam capimus,nec ea quibus egemus,vlla arte cõparare possumus: vt qui nec ea,quę habemus,exportare,nec ea quibus caremus, importare queamus. Sed in huiusmodi malis nihil grauius atque acerbius , quàm crudelitas cupiditaq; inexplebilis eorum, qui rei frumentariæ copia circunfluunt. 62 Obseruant em temporum difficultates , atq; ex annonæ penuria lucrum captant,& ex aliorum calamitatibus messem faciunt:nec illud audientes, Eum qui pauperes commiseratur Deo fœnori dare:Nec rursus illud, Eũ qui frumentum abscondit,plebi execrabilem esse:nec deniq; quicquam aliud eorũ , quæ vel humanis & benignis hominibus pollicetur scriptura, vel duris & inhumanis cõminatur. Verum immodica quadã & inexplebili cupiditate flagrãt,maleq; sibi consulunt,vt alijs suã,ita sibiipsis Dei,cuius ope non multò magis se indigere sentiunt, quàm alij ipsorum auxilio egeant, viscera præludentes. Atque hęc frumentarij mercatores cauponesq; faciunt, qui nec cognationis iure mouentur, nec erga Deum,cuius munere ipsi alijs inopia laborantibus in rerumcopia viuunt, grati animi officio funguntur. At Basilius panem quidem è cœlo per orationẽ fundere, populumq: profugum in deserto alere minimè poterat,nec alimoniã sumptus expertem vasis fontis instar scaturire, quodque vix humani sensus capiunt,inanitione ipsa intumescentibus, vt altricem suam in hospitalitatis præmium aleret, nec postremò quinque panibus copiosissimæ multitudinis famem explere, quorum reliquiæ etiam ipsæ tales erant, vt pluribus mensis sufficerent.Hæc enim Mosis erant & Heliæ,& Dei mei,à quo ad eos quoq; huiusmodi potestas manauerat : fortasse etiam temporibus illis statuiq; rerum connexũ:quandoquidé signa infidelibus nõ fidelibus dantur.Verùm quæ his cõsentanea sunt & eodẽ tendunt,ea cum pari fide cogitauit atque perfecit. Apertis em̃ oratione sua & cohortatione locupletũ horreis,facit quod est in scriptura,cibum esurientibus frangit,panibusq; pauperes satiat, alitq; eos in fame,atq; esurientes animas impler bonis.Quo tãdem modo? neq; em̃ hoc ad laudis cumulũ parui momenti est. Nam cum eos,quos fames vulnerarat, in vnum coegisset,non nullos etiam spiritũ ægrè trahentes,viros,fœmmas, puerulos, senes,omnem ætatem commiserationedignam,omnia ciborum genera, quibus fames depelli solet,corrogans,atq; ollas pulmentarioũ salsiq; nostratis obsonij atque ad leuãdam pauperum famen accommodati plenas proponẽs:ac deinde Christi, qui linteo præcinctus discipulorũ pedes abluere nequaquam grauabatur,ministerium imitans, simulq; puerorũ siue conseruorum suorũ ad eã rem opera vtẽs, corpora pauperum animasq; curabat,honorem cũ necessario alimento cõnectens, ac doloré eorum vtrinq; leniens. Talis erat nouus noster procurator, & secundus Ioseph:immò etiã quiddam habemus, quod de nostro magnificentius prædicemus. Ille enim arte fami occurrit, ac benignitate Aegyptum emercatur, vbertatis tempore ad famẽ venturam cõmodissimè vsus,aliorumq; insomnijs ad eam rem ordinatus:hic autem gratuitam beneficentiã exercebat,neq; in hoc frumentariæ largitionis auxilio quæstum vllũ captabat,id vnũ spectans, vt misericordia misericordiã sibi cõciliaret,ac pro terrena frumenti erogatione cœlestibus opibus frueret. Accedebat sermonis alimonia, pleniusq; beneficium ac munificentia, illa inquam verè cœlestis & sublimis: siquidem Angelorũ panis sermo diuinus est , quo aluntur atq; irrigãtur animæ Deũ esurientes , ac cibũ non defluentem & abeũtem sed perpetuò manentem expetentes, cuius ipse dispensator erat,& quidé perq̃ locuples,homo alioqui omnium,quos noui,tenuissimus atq; egentissimus, nõ panis famẽ aut sitim aquæ sanãs,sed verbi illius verè vitalis ac vim alendi habentis,eumq; qui rectè nutritur,ad spiritualis ætatis incrementum ducentis,auiditatem explens. Ob hæc igitur ac tanta (quid em̃ omnibus recensendis lõgiorem moram trahere necesse est?) cùm is qui nomen à pietate appositè duceret,ex hac vita migrasset, atque in ipsius manibus animã suauiter exhalasset, ad excelsam Episcopatus sedem euehitur: non id quidé citra laboré nec citra inuidiã & dimicationem tũ eorum qui patriã cum imperio administrabant, tum perditissimorũ quorumq; huius vrbis ciuium,qui ab illorum partibus stabant. Verùm fieri aliter non poterat,quin Sp. sanctus vinceret:atq; adeò abundè vicit.Nã ad eum vngendum viros pietate claros Deiq; æmulatione flagrantes ab exteris regionibus exciuit,in ijsq; nouum Abraham & Patriarcham nostrum, parentem meum dico,cui

Comparatio Bas. cũ Ioseph. Gen.41.47

Psal.77. Sermo diuinus panis Angelorũ.

Eusebius moritur. Basil.creatur episco

Vi.guntur episcopi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gre.pater. miranda etiam res quædã accidit. Nam quamuis non solùm senectute confectus, sed etiam morbo fractus ac debilitatus esset,animamq; ageret: iter tamen capescere nõ dubitauit, vt calculo suo electioné iuuaret,spiritus videlicet ope atq; auxilio fretus. Atq; vt rem in pauca conferã, vehiculo,non secus ac mortuus feretro,impositus,iuuenis redit,firmus ac vegetus sublimes oculos gerens,à manuum impositione & vnctione, addo etiam & ab illius, qui vngebatur,capite,confirmatus,bonæque valetudini restitutus. Hoc igitur pri-

Labor sani tatẽ affert. scis narrationibus accedat,quòd labor sanitatẽ affert, & alacritas animi mortuos excitat,63 & exilit senectus spiritui commodata. Enimuero cũ primariæ sedis honore ita affectus,vt par erat eos qui itavixerant,eamq; gratiam consecuti fuerant, eaq; apud homines existimatione florebant,nullo sequẽtis vitæ facinore vel philosophiam suam dedecorauit, vel eorum qui hoc munus ipsi crediderant,spem expectationemq; fefellit:quin potius quantum alio prius, tantùm quotidie seipsum vincebat,optimè vtiq; ac sapientissimè de his rebus sentiens. Sic eñ existimabat priuati quidem & plebeij hominis virtutem in eo consistere, vt vitio careat, aut quoquo modo probitatem colat:principi verò ac pfecto ac pręsertim huiusmodi principatũ gerenti turpe & ignominiosum esse,non multũ reliquis antecellere,nec meliorem in dies existere,nec parem dignitati suæ ac throno virtutem afferre. Vix enim fieri,vt ad summũ contendendo medium assequatur,ac virtutis exuberantia populum ad mediocritatẽ pertrahat. Imò verò,vt rectius de his rebus disserã, quod ego in seruatore animaduerto, atq; etiam omnes,vt opinor,qui ingenio ac doctrina paulò maiore sunt,cùm sublimioré naturam ac nostrã cõplexus in terris versaretur,idẽ hîc quoq; vsu venisse reputo. Ille enim,inquit,vt ętate ita etiam sapiẽtia & gratia proficiebat:non quòd hæc in illo incrementum caperent(quid eñ eo, quod à principio perfectũ est, perfectius esse possit)sed quòd paulatim patefierent & elucerẽt. Eodem modo Basilij virtus eo tempore nequaquam, vt opinor, accrescebat: sed culturã occupationemq; maiorem accipiebat,vberiorem nempe materiam suppeditante potestate. Primũ illud omnib. perspicuum facit,dignitatem quã acceperat,non humanę gratiæ, sed diuino beneficio acceptam referendam esse. Id autem res quoque nostrę liquidò demonstrarũt. Qualia eñ mecum circa illud tẽpus philosophabatur: Nam cùm oẽs in hac opinione

Quã differat virtus priuati à virt.præsulis.

Explicatio loci.

Luc.2.

ne versarentur, me statim facturum, vt summa cum animi voluptate ad cum accurrerem (id quod fortasse alius quis fecisset)cum eoque imperium potius partirer,quàm proximam authoritatem haberem,idq; ex amicitia nostra conficerent:ego tamen cùm in omnibus rebus rogantię suspicionem,vt si quis alius, vitans,temporis illius inuidiã vitans, etiam quòd negocia ipsius adhuc turgere & perturbari viderem,cupiditati mespe num inieci,domique me cõtinui. Quomine quidẽ mecum ille expostulauit: ueerum veniam concedit. Ac postea cùm eum venissem,atq; eadem de causa cathedræ honorem,insignioremque inter pbyteros sedẽ repudiassem, nõ modò num hoc factum non accusauit, sed vehementer etiã,vt debuit, cõprobauit: atq; nonnullis,qui rationis ipsius ignarierant, 64 fastus insimulari maluit,quàm aliquid facere quod rationi consiliisq; suis adsaretur. Quonam porrò modo luculentus specimen edere potuisset animi abmi adulationis fuco liberi, solamque nesti legem intuentis,quàm ita de quos primo amicorum ac necessariorũ co numeroque habuit,constituens? De de eos,qui cum ipso dissidebant, ac magnifico medicinę genere curat. Nenim id assentatorię atq; abiectè facit perq; grauiter & pręclarè: vt pote non sentis solùm temporis rationem habe sed hoc etiam agens,vt eos in posterũ cto audientes haberet. Nam cùm mul dissolutos & eneruatos homines ethi asperitatem rursus feros & cõtumaces dere perspiceret, vtrique malo ab altero opem parauit: rigiditatem nimirum manitate,mollitiem aũt seueritate rans:sermone ad animarum curatio haud multùm indigens,opere quã ma perficiens:nec callidè homines ad seruire cogens,sed beneuolentia deu ens:nec imperij potestate vtens,sed statis represione atq; ignoscendi facul te pelliciens. Sed nihil tantum ad momenti habuit, q̃ quòd omnes ingen acumine ipsi concedebant, incompa lemq; ipsius virtutem esse pspectum bant:atq; in ea opinione versabantur, nõ aliter sibi salutis rationem cõstare se putarent, q̃ si cum ipso & sub ipso rentur:contrà vnũ hoc certissimum riculum existimarent,si in ipsius offen nem incurrerent: ab eoque dissingere hil aliud esse interpretarentur, quã à Deo separari. Sic vltro cesserunt nus dederunt,& quasi tonitrui fonu inflexeruut,alius alium ad excusationem

Eccle.24.

Eccle.79.

Christiano epube-

Pet.2.

Psal.79.

ent.

rou.25.

anteuertentes,conceptamque priùs aduersus ipsum odij vim in non minorem beneuolentiæ vim commutantes ac virtutis incrementum(quam quidem vnam sir missimam purgationem inueniebãt)præterquam si quis ob deploratam improbitatem neglectus ac proiectus est, vt ipse in seipso contereretur atque extingueretur, non secus ac rubigo simul cum ferro consumi solet. Postquam autem res ipsius domesticæ ex animi sui sententia constitutæ sunt,& quemadmodum nemo fide carens, virtutisq; illius ignarus vnquã arbitratus esset,maius quidpiam & sublimius animo agitare incipit. Nam cùm oẽs alij tãtum modo,quod ante pedes est, videant, suaq; vt in turo sint,laborẽt(si tamen id satis tũ esse potest)nec vlterius progrediantur, nec magni aliquid & egregij vel cogitare vel conficere queant: ipse contrà, tametsi cæteris in rebus mediocritatẽ adamaret, hic tamẽ nequaq̃ sibi moderatur: verũ sublato in altum capite mentisq; oculis quoquo versum iactatis omnes eas orbis partes,ad quas salutifera Christi doctrina peruagata est,animo complectitur. Cumque magnam illã Dei hæreditatẽ,ipsiusq; doctrina & legibus ac supplicijs acquisitam, gentem illã sanctam,regium illud sacerdotium,perniciosè se habere,atq; in sexcẽtas opiniones & errores distractũ esse,vineamq; illam ex Aegypto hoc est eximpia & caliginosa ignorantia translatam & & supplantatã,eoq; pulchritudinis magni tudinisq; progressam,vt terram oẽm tegeret,ac supra montes & cedros assurgeret, hanc inquã à peruerso & truculento apro, id est à diabolo,miserè peruastatã esse cerneret:haud quaquã satis esse iudicauit, vt secum ipse hanc calamitatem fletu prosequeretur,manusq; duntaxat ad Deũ tolleret,ac malorum vrgentium finem postularet,atq; ipse interea dormiret. Verùm faciendum sibi quoq; putauit,vt opis nõ nihil afferret,ac de suo erogaret. Quid eñ hac calamitate tristius,aut pro qua tandẽ re magis elaborandũ homini sursum spectanti? Vno etenim homine rectè vel male se habente nihil hinc mali ominis Reip. importatur: at Rep. hoc aut illo modo affecta priuatim etiam vnum quemque eodem modo affici necesse est. Hæc igitur ille publici commodi procurator & antistes secum reputans atque perpendens(quandoquidem tinea est ossium cor acri sensu præditum, vt verè Solomoni videtur,atq; vt indolentia læta est, & alacris,ita condolentia tristis & acerba pectusque conficit diuturna cogitatio) idcirco discruciabatur,mœrebat,conuul-

Ioan.9.

Psal.131.

Basilius hæreses scriptis oppugnat.

Exod.31. 36.

Valens.

Luc.11.

Actio sine doctrina imperfecta 2.Tim.4.

nerabatur, eodem modo afficiebatur, quo Ionas,quo Dauid,animum desponde bat,nec somnum oculis nec dormitationem palpebris concedebat,quicquid carnis reliquum habebat curis absumebat, quoad huic malo remedium inuenisset:diuinam & humanam opẽ implorabat,quæ publicum incẽdium opprimeret, offusam que nobis caliginem discuteret, Atq; illud quidem vnum valde saluti ferum excogitat. Nam cum seipsum,quantum fieri poterat,collegisset,& cum spiritu conclusisset, atque omnes humanos sensus excitasset,& altissima quęque atque obscurissima scripturæ loca peruoluisset,piam doctrinam literis consignat, aduersarijsque colluctationibus & prælijs importunam hæreticorum audaciam propulsat,eos qui dem qui manus conferere ausi fuerant, armis linguę cominus seriens ac subigens: eos autẽ qui longo interuallo ab eo diffugerant,atramenti sagittis impetens, ijs literis,quę olim in tabulis insculptæ fuerunt, nihilo inferioris,nec vni tantum & exiguæ Iudæorum nationi de cibis & potionibus,& temporarijs sacrificijs,carnisque purgationibus leges imponentis, sed omnibus hominibus atque omnibus orbis partibus de veritatis doctrina,ex qua salus pertractatur,pertractãtis. Deinde quoniã actio doctrina carens atq; actionis expers doctrina æquè imperfecte sunt,idcirco acti onis subsidiũ doctrinæ adiungebat, alios adiens, ad alios legationem mittens, alios accersens,admonẽs, arguẽs, obiurgans, cõminãs, probris incessens, p gentib.pro vribus,pro singulis etiã hominibus certamen suspiciens,omne salutis genus excogitans, vndecunque medicinam morbo adhibẽs, Beseleel ille, ille inquam arcæ diuinæ fabricator, materiam omnem & artem ad opificium accommodans, atque omnia contexens ad eximiam quandam vnius operis pulchritudinem & concinnitatem. Quid alia dicere necesse est? Verumenimuero teterrimus Christi hostis imperator,& fidei tyrannus cum maiore impietate acrioriq; belli apparatu, vtpote cum valentiori aduersario rem habiturus ad nos iterum venit,impuri ac pestiferi illius spiritus in morem, qui ab hominis corpore depulsus diuque vagatus, ad eundem rursus cum maiori spirituum agmine habiturus redit, quemadm odũ in Euangelio habetur. Huius ille discipulum se profitetur,partim vt priùs acceptæ cladis incommodũ sarciret,partim vt prioribus palestris cumulum aliquem afferret. Indignum enim & miserum esse existimabat,cùm multas gẽtes imperio tene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret, magnamque gloriam consecutus esset atque omnes impietatis viribus in potestatem redegisset, ditionique suæ, quicquid obuium habuerat, subiecisset, ab vno homine atq; ab vna ciuitate superari, nec solùm impiæ doctrinę patronis, à quibus dubebatur, sed etiam omnibus mortalibus vt quidé ipsi videbatur, ludibrio esse. 65 Persarum quidem regem ferunt, cùm aliquādo infinitam hominum multitudinem secum ducens atque iracundia & audacia furens in Græciam expeditionem faceret, non eo tantùm nomine superbia elatum & in minis immodicum fuisse, sed vt maiorem illis timoré incuteret, grauiorem que sui terrorem excitaret, nouo quodam atque inaudito furore elementis quoque ipsis vim attulisse. Terra quædam noua & mare audiebatur noui illius opificis, & exercitus in cõtinenti nauigans, ac rursum in mari pedibus iter faciens, abreptæ item insulæ, & mare verberibus cæsum, cæteraque omnia, quæ væsani exercitus ducisq; haud dubium argumentum erant, ignauioribus quidem formidolosa, fortioribus autẽ ac solidiori animo præditis stulta & ridicula. Hic verò bello nos lacessens nihil quidem vlla huiusmodi re opus habebat: verùm quod his sceleratius & pernicio sius erat, hoc & facere & dicere ferebatur. Posuit in cœlum os suum, blasphemiam in sublime loquens, & lingua eius transiuit in terra. Eleganter enim illum ante nos Dauid inuectiua oratione confixit, illum, inquam, cœlum in terram deprimẽtem, naturam mundo sublimiorem in creaturarum numerum cogentem, quam ne capere quidem creatura potest: tametsi ob nostri amorem aliquantisper nobiscum versata sit, vt nos humi iacẽtes ad seipsum attrahat. Porrò cùm illustria fuerint primaillius facinora, tum verò illustriora ea certamina extiterunt, quę postrema aduersum nos habuit. Quænam autem prima dico? exilia, fugæ, bonorum proscripti ones, insidiæ tam apertæ quàm obscuræ, verborum illecebræ, vbi offerebatur occasio, vis vbi verborum blanditijs efficere nihil poterat: Alij ab Ecclesijs exturbabantur, quicunq; scilicet fidem orthodoxam ac nostratem profitebantur: alij introducebantur, nempe qui pestiferā perditamque imperatoris religionem tenebāt, qui impietatis chirographa exigebāt, qui his etiam atrociora scribebāt. 66 Adde presbyteros in mari deflagrantes, adde impios & nefarios belli duces, non Persas superantes, non Scythas in ditionem redigentes, non aliam quandam barbaram gentẽ repurgantes: sed Ecclesijs bellum inferen

Xerxis insolentia.

Valẽs orthodoxos, & maximè Basiliũ persequitur.

Psal. 72.

Cur Christus nobiscũ versatus

Orthodoxi Episcopi exulare iussi.

Presbyterorum mors miseranda.

tes, in altaribus saltitantes, & incruenta sacrificia hominum & victimarum cruore fœdantes, ac virginũ pudorem per summam contumeliam violantes, idq; quam tandem ob causam? vt Iacob Patriarcha expelleretur, ipsiq; Esau ille, antè etiam quã in lucẽ prodijsset, odio habitus fotus garetur. Habetis rerum primùm ab eo mere gestarum historiam, quæ ad hunc quoque diem multis lachrymas mouent, cùm in memoriam veniunt atque exponuntur. Vt verò alia omnia peruagatus hanc firmam & ab iniuria tutam Ecclesiarum matrem impetum fecit, vt vitaret que illũ veritatis igniculũ, qui solus reliquus erat, opprimeret: tum primùm mulũ se consilium inijsse intellexit. Nam sagitta in durius ac solidius corpus incidẽs, repulsus est, ac rudentis instar effectus cessit. In talẽ Ecclesiæ Antistitẽ sedit. In tantum scopulum impactus fregit ac dissoluit: Atque alia quidem eorum qui tunc periculum fecerunt, mone ac commemoratione accipere Nemo autem est, qui non hæc memoprodat: verùm ij demum admirati figuntur, qui perspecta atq; explorata bent illius temporis certamina, insidpollicitationes, minas, illos ex Senatu ordine ad eum missos, eumque flectere nitentes, illos ex militari, illos ex ceo, illos, inquam, inter fœminas interviros fœminas, atq; vna tanrũ tate viriles, qui cũ naturali modo nari nequeãt, quod vnũ possunt, scortant 69 illũ deniq; Nabuzardã præfectum artis suæ gladios minitanque ad ignẽ sibi congruentẽ transmi Ego verò id quòd ex omnibus summè admiror, & quod, ne si cupã dẽ, præterire queã, breuiter, quifieri poterit, exponã. Eccui tandem gnitus ille est, qui tum apud nos cti munere fungebatur, cùm suapte te aduersus nos præsertim inflãmatus ab illis quoq; 71 Baptismi aqua tinctus potius obrutus atq; cofectus fuerat amplius quã necesse haberet, Imperi subseruiens, atque ex eo quòd illi bus in rebus obsequeretur, diuerterit perium sibi conseruans? Ad hunc sus Ecclesiam frementem, leonisq; em præ se ferentem, ac leonis more entem, tamque ferum & immanem, multis ne adiri quidem posset, vir pr rus adduci; immò verò ingredi, indeacsi non ad iudicium, sed ad fel lebritatem vocaretur. Quonã autem do vel præfecti audaciam, vel Basilij tutẽ & sapientiã, cum qua ei restitit,

Præfectus Basilium.

Basilius exilii Christi

Basilius mouetur Bas.

digna oratione complectar? Quæ tua est, inquit, ratio, heus tu, nomine illũ compellans (nondum enim eum Episcopi nomine appellandum ducebat) vt tanto imperio obsistere audeas, soluscq; omnium præfractè & contumaciter oblucteris. Quorsum, respõdit Basilius, hæc oratio spectat, & quænam hæc est contumacia? Nondum enim id satis intelligo. Quoniam, inquit ille, Imperatoris religionem minimè proferis, omnibus alijs iam substratis ac supratis. Non enim, inquit Basilius, hæc vult Imperator meus: 72 nec creaturam vllam adorare sustineo, cùm & Dei creatura sim & Deus esse iubeat. Nos verò, inquit ille, qui hæc imperamus, quid tandem tibi videmur, nihilne? Age verò non magnum & honorificum existimas nobiscum adiungi, sociosque nos habere? Ad hæc Basilius: Vos quidem præfecti estis, & illustres, non inficias eo: minimè tamen Deo præstantiores. Socios autem vos habere mihi quidem amplum & honorificum fuerit (quidni em, cùm ipsi quoq; Dei creaturæ sitis) sed vt alios quosdã ex his, qui nobis subiecti sunt. Non enim personarum dignitate, sed fidei integritate Christianismus dignoscitur. Hac oratione commotus præfectus, ac maiori ira succensus è cathedra surrexit, atque asperioribus verbis cum eo agere perrexit. Quid? Potestatem hanc non pertimescis? Cur verò pertimescam, respondit Basilius? Quid fiet? quid patiaris? Quid patieris, intulit ille, vnũ è tam multis, quæ meæ sunt potestatis. Quęnam hæc, subiunxit Basilius? facito enim, vt ea cognoscamus. Bonorũ, inquit ille proscriptione, exilium, cruciatus, mortem. Tum Basilius: Si quid aliud habes, id nobis minitare. Horum enim, quæ adhuc commemorasti, nihil nos attingit. Quonam, inquit ille, modo hæc intelligis? Quoniã, inquit Basilius, primùm bonorum proscriptioni obnoxius non sum, quippe qui nihil habeam: nisi fortè laceris ac detritis hisce pãnis indiges, ac paucis libellis, in quibus omnis mihi vita sita est. Nec verò exilium vllum cognosco, qui nullo loco circunscriptus sum, ac neque terram hanc, quã nunc colo, meam habeo, & eam omnem, in quã proiectus fuero, pro mea duco: immò, vt rectius loquar, vniuersam terram Dei esse scio, cuius aduena ego sum & peregrinus. Iam quid accipere queant tormenta, cùm corpore caream? nisi fortè primam plagam dixeris: huius enim solius inferendæ potestatem habes. Mors porrò beneficij mihi loco erit: citius enim me ad Deum transmittet, cui viuo, & munere meo fungor, maximaq; ex parte obij, & ad quem iampridem propero. Quo sermone attonitus Præfectus, Nemo, inquit, me (nomenque suum adiunxit) ad hunc vsque diem ita est allocutus, nec pari verborum libertate. Neque em, ait Basilius, fortasse in Episcopũ incidisti. Alioqui hoc prorsus modo disseruisset, vt huiusmodi rebus in certamen veniés. Nam cæteris quidem in rebus, ô præfecte, clementes & placidi sumus arque omnium abiectissimi, quemadmodum hoc nobis lege præscriptum est, ac nõ dicã aduersus tantam potentiã, sed ne aduersus plebeium quenq; & infimi ordinis hominẽ superciliũ attollimus. 73 Verũ vbi Deus nobis periclitatur ac proponitur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. Ignis autem & gladius, & bestiæ, & vngulæ carnes lacerantes voluptati nobis potius sunt quã terrori. Proinde contumelijs nos affice, comminare, fac quicquid collibuerit, potestate tua fruere: audiat hæc etiam Imperator: nequaquam profectò nos vinces, eoque adduces, vt impiæ doctrinæ assentiamur: nisi his quidem atrociora miniteris. Hæc postquam dixit, ac præfectus audijt, ipsiusq; in resistendo virtutem adeò interritam & insuperabilem esse cognouit, eum quidem à se amandauit atq; excedere iussit, nõ iam cũ ijsdem minis, sed cum quadã reuerentia & summissione Ipse autem quàm celerrimè potuit, Imperatorem adiens, Impetator, inquit, ab huius Ecclesiæ antistite victi sumus. Præstãtior est, quã vt minis, firmior quàm vt sermonibus, fortior quàm vt verborum blãditijs superari possit. Ignauiorũ alius quispiã tentãdus est: huic aũt aut vis apertè inferẽda, aut nõ expectandũ, vt minis cedat. Qua de causa factum tuũ improbans Imperator, Basilijq; laudibus victus (74 est em ea vis virtutis, vt eam etiã in hoste miremur) cogi eum vetuit, idemque ipsi accidit, quod ferro solet, quod tametsi flãmis emolliatur, ferrum tamen esse nõ desinit: minisque in admirationem conuersis illius quidem societatem haudquaquam amplexus est, quod eum de sententia decedere puderet: cæterùm quàm honestissimè potuit, facinus suum excusare studuit, quẽ admodum oratio declarabit. Templum enim cum omni suo satellitio ingressus (erat porrò Epiphaniorũ dies atq; homiũ frequentia celebris) ac populi pars factus, ita perfunctorie cum ipso in gratiam redit. Ac ne hoc quidem prætermittendum est. Postquam enim introijt, atque ipsius auribus Psalmorum cantio intonuit, populiq; pelagus, omnemque eam concinnitatem, quæ tam circa sacrarium

Quales dedo bent esse Episcopi. Luc. 22. Matt. 20.

Præfectus à Bas. victus.

Virtus etiã in hoste spicitur. Simil.

Dies Epiphaniorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium,quàm prope ſacrarum elucebat, angelicam potius quàm humanam aſpexit, atque ipſum quidem ante populum recto corpore ſtantem,qualem ſcriptura Samuelem deſcribit,nec corpore,nec oculis,nec animo, perinde ac ſi nihil noui contigiſſet,vllam in partem ſe mouentẽ, ſed Deo, vt ita dicam,& altari affixum: eos autem à quibus cingebatur cum timore quodam ac reuerentia ſtantes:hæc,inquam, ſimulatque ptrſpexit,nec vllum vnquam exẽplum tale conſpicatus eſſet, humanum quiddam paſſus eſt, ac vertigine oculorũ tenebrisque totus corripitur. Atque id plerisque adhuc obſcurum & incognitũ erat. Verum 76 cùm dona, quæ ipſemet effecerat,diuinæ menſæ offerẽda eſſent,nec quiſquam,vt mos ferebat, ſimul ea capeſſeret (quòd non ſatis liqueret,an ea Baſilius acceptурus eſſet)tum verò manifeſtè ſe morbus prodit. Ita enim vacillare cœpit, vt niſi quiſpiam ex ſacrarij miniſtris vacillantem ſuppoſita manu retinuiſſet,miſerè vtique & luctuosè prolapſurus fuerit. Iam verò quæ ad ipſum Imperatorem,& quanta cum ſapientia prolocutus eſt (cùm quidẽ ille, neſcio quo modo, rurſus in Eccleſiam noſtram ſe cõtuliſſet ac ſecretariũ ingreſſus eſſet,atq; in illius conſpectũ colloquiumq;,quod iampridem expetebat,veniſſet) quidnam aliud dicendum eſt, niſi Dei voces eas fuiſſe,quas & qui cum Imperatore erant,& nos qui ſimul ingreſſi fueramus,audiuimus. 76 Hinc Imperatoriæ erga nos humanitatis & clementiæ principiũ natum & conſtitutum eſt:hæc occaſio maximã bellici illius inſultus, quo tũ vexabamur, partẽ non ſecus ac fluctus quoſdã fregit ac diſſoluit. Sequitur alia narratio ſuperiorib. haudquaquã inferior. Vincebant ſcelerati, atque aduerſus Baſilium exilium decernitur: nec quicquam eorum quę ad eã rem pertinebant,deſiderabatur. Nox aderat, paratus currus, plaudebant hoſtes, mœrebant pij,nos prompti atque alacris viatoris larus cingebamus, nihil denique quod ad præclaram ignominiam pertinere poſſet, requirebatur. Sed quid accidit? Exilij decretũ reſcindit Deus. Nam qui Aegypti aduerſus Iſraëlitas ſæuientis primogenitos percuſsit, idem Imperatoris quoque filio morbi plagam infert. Et quidem qua celeritate: Illinc exilij tabulę, hinc morbi decretum, ac ſcelerati ſcriptoris manus inhibetur, & ſanctus periculo liberatur. Ita febris beneficio ſeruatur vir pius, Imperatoris audaciam coercẽtis. Quid hoc Dei iudicio vel ęquius vel celeri? fingi atq; excogitari poteſt. Poſtea autem Imperatoris filius ęgrotabat,afflictaq; corporis valetudine erat,ter etiam,vt pote pater, ſimul ægrotans, remedium vndecunq; morbo conquirens atque optimos quoſque medicos deligens ac precibus,vt ſi alias vnquam, incumbens humique prouolutus. Nam reges quoque calamitas deijcit: nec mirum, cùm Dauidem etiam ob filij morbum eodem modo affectum fuiſſe ſcriptura teſtetur. Cum autem huic malo medicinam nullam inueniret,ad Baſilij fidem confugit: & quoniam ob contumeliam recẽs ipſi illatam ſuo nomine accerſere verebatur, alijs arctiſſima familiaritate & benuolentia complectebatur, hanc legationem committit. Ille verò nihil cũctatus, neque fortaſſe alius feciſſet, calamitoſo tempore aduerſus eum inſultans confeſtim atque ad eius aduentum protinus remittur morbus,paterq; meliorem ſpem mo fouere cœpit. Quòd niſi falſam dulci admiſcuiſſet, ſimul videlicet ſum aduocans,& hæreticis fidem habesanum quoq; & incolumem filium ſe recepiſſet: atque id pro certo & ingtato habebant, qui tunc aderant, calatisq; participes erant. Idem autem præfecto non multò poſt accidiſſe Nam hunc quoq; morbus quiſpiam tus viri ſancti manibus ſubſternis profectò plaga cordatis hominibus cumentum cedit, ac plerunq; prorum ſucceſſu melior magisq; expectaafflictio. Aegro corpore erat, illachrybat, diſtorquebatur, Baſilium accebſeerabat. Satisfactionem habes, elabat: da ſalutem. Et quidem hanc cotus eſt, vt ipſe fatebatur, & multis rei ignaris perſuadebat. Neque enim virtutes admirari, ac prædicare debat. Etenim huiuſmodi quidem fo ea,quæ cum illis egit, fuerunt, eumq nem habuerunt. Cæterùm cum alio modo ſe geſsit, aut paruis de rebus rum egregiè dimicauit, aut non ita ter diſſeruit, nec vt hominum comrationem, aut certè inſignem laudem reretur? Minimè gentium. Verùm 77 nefarium Ader aduerſus Iſraelem excitauit, idem contra hunc quoque ticæ prouinciæ præfectum excitat quidem prætextu, quaſi mulierculæ iuſdam cauſa ſtomacharetur, ſed re quòd impietatis patrocinium ſuſcipe rectæq; fidei aduerſeretur. Mitto alianes contumelias, quibus Baſilium quod perinde eſt, ac ſi Deum dicere uerſus quem & cuius cauſa bellum rebatur. Quòd vero & eum qui contra liam inferebat, maxima ignomin

t Reg. 7.

Valẽs mẽſæ diu. offert munera. Mirum.

Baſ. exiliũ decernitur

Exod. 12. Valẽtis filius ægrotat.

fecit,& pugilem noſtrum ſummopere extulit (ſi modò magnum quiddam & excelſum exiſtimandum, Chriſtiana ſapientia florere,eaque virtute hominum vulgus anteire) id oratione perſequar. Mulieri cuidã amplisimo loco natæ,cuius maritus haud pridem extremo vitæ die functus erat,iudicis aſſeſſor vim afferebat,inuitamque ad nuptias pertrahebat. Illa autem cum nulla ratione hanc vim effugere poſſet,conſilium capit non maioris audaciæ quàm prudentiæ plenum. Ad ſacram etenim menſam confugit, Deumque aduerſus importuam hanc iniuriam propugnatorem ſibi aſciſcit. Quid igitur per Trinitatem ipſam(vt iudiciali quoque dicendi genere nonnihil inter laudandum vtar) faciendum fuit,non dico magno Baſilio,ac de his rebus leges alijs conſtituenti, ſed alij cuipiam longè illo inferiori, dum tamen ſacerdoti? Quid aliud,niſi vt eã aſſereret,retineret, omni cura tueret, Dei clementiæ & legi,quæ altaribus honorem haberi iubet,manũ porrigeret,omnia denique prius faceret & pateretur, quã vt in humanius vllum aduerſus eam conſilium iniret,ſicque & menſam ſacroſanctam, & fidem etiam illam, cum qua ſupplicabat, cõtumelia afficeret. Nequaquã, inquit nouus iudex: ſed omnes imperio meo cedere ac Chriſtianos leges ſuas perfidè prodere oportet. Ille igitur ſupplicem depoſcebat, hic omni vi retinebat. Ac proinde ille furore percitus mittit denique magiſtratus quoſdã,78 qui ſancti cubiculũ perſcrutaretur, ignominiæ cauſa potius id faciẽs, quã quod eiuſmodi quicq; neceſſe eſſet. Quid ais? Illiusne viri cubiculum ab omni vitio affectu tranquilli, quem Angeli complectuntur, quem vel ſolum intueri fœminæ reformidant? Nec eo contentus, ipſum inſũper adeſſe & cauſam dicere iubet, neque id placidè & humanè, ſed quaſi aliquem rei capitis dammatum. Aderat Baſilius. Ille ergo ira & arrogantia plenus ſedebat: hic ſtabat, quemadmodũ Ieſus meus Pilato iudicante. Cunctabantur porro fulmina, Deique gladius adhuc exacuebatur,& differebatur, arcusq; ita cõtendebatur, vt tamẽ retineretur, pœnitentię videlicet tẽpus aperiens. 79 Hoc enim apud Deum in more atq; vſu poſitum eſt. Atq; hic mihi quæſo alterũ perſecutoris & athletæ certamẽ vide. Pallium detrahi ac lacerari iubebat: at ille, exuã præterea, ſi ita lubet, etiã tunicam. Carnis experté verberib. ſe affecturũ minabatur: corpus ſummittebat. Vngulis lacerare. At ille, huiuſmodi, inquit, laniatione medicinã afferes hepati, magnopere vt vides me affligenti ac debilitanti. Atque hi quidem in his erant. Ciuitas autem ſimulatq; huiuſce mali communisque periculi certior facta eſt (neq; enim quiſquam erat, qui non contumeliam ipſius periculum ſuum eſſe interpretaretur) tota furore corripitur atque inflammatur, ac velut fumo exagmen mouente, certatim omnes cuiuslibet generis atque ætatis excitantur & exurgunt, ac præſertim armorum opifices, imperatorijq; textores. Nam hi in huiuſmodi rebus acrius incitantur, atque ob libertatem ac licentiam, qua fruuntur, ad audiendum ſunt paratiores. Vnicuique porro armorum vice erat, vel quod ars offerebat vel quod in re præſunti tumultuariè confecerat. Faces in manibus, ſaxa, fuſtes in promptu, vnus omnium curſus, vnus clamor, communis animorum alacritas: armabat eos ira, immò ad prælium ducebat. Ne mulieres quidem tunc armis carebãt, hac nimirum occaſione animos earum exacuente (radij autem ipſis haſtarum loco erant) immo nec mulieres iam manebant, quippe quas zelus roboraſſet, atque in virilem fortitudinem animique magnitudinem traduxiſſet. Quid multa? pietatem omnes ita demum inter ſe partituros censebant, ſi ipſum diuiderent ac diſcerperẽt, atq; is maiorem apud eos pietatis laudem habiturus videbatur, qui primus ei qui tantum facinus aggreſſus eſſet, manũ iniiceret. Quid tum igitur audax ille & factuoſus iudex? Supplex erat, miſerandus, calamitoſus, quouis homine deiectior: quoad in conſpectum prodiens ille citra ſanguinem martyr, & citra plagas victricem coronam aſſecutus, populo ſui reuerentia ægrè repreſſo, ſupplicem ſuum ac vexatorẽ periculo vindicauit. Hæc ſanctorum Deus, qui omnia facit atq; in melius commutat, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus gratiam admetitur. Quidni autem is, qui mare ſcidit, & fluminis curſum inhibuit, & elementis vim attulit, & manuum extenſione trophæum erexit, vt exulem populũ conſeruaret, idem hunc etiam à periculis extraheret? Atq; hic mundanũ externum q; bellum concluſum eſt, finemque habuit Deo fauente lætum atque felicem, quale mque fides illus merebatur. Hinc verò Epiſcoporum, & eorum qui militiæ ſocietatem cum illis inierant, bellum incipit: bellum cùm per ſe admodum turpe & ignominioſum, tum ſubditis ipſis non minus pernicioſum. Quis enim alios ad moderationem ac tranquillitatem induce queat, ſi affectis prę ſulibus? Actres quidẽ erant cauſæ, cur multi etiam antè parum æquo & amico erga eum animo eſſent.

Prima,

Tumultuatur ciuitas ꝓpter Baſ.

Furor arma miniſtrat.

Præſ. deie-ctio & libertas.

Lac. 4. 1. Pet. 5.

Epiſcoporũ bellum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima,quòd in fidei negocio cum eo nequaquam consentiebant, nisi quantum id ipsis,cogente multitudine, necessario faciendum erat. Altera,quòd dolorem ex ipsius electione conceptum nondum penitus ex animis ieiecerant. Postrema,quòd se longè multumque ab eo gloria superari acerbissime ferrent:tametsi id cõfiteritur pisimum esset. Oborta est & alia quædam simultas,quæ hæc omnia redulcerauit. [80] Nam cùm patria nostra in duas prouincias & Metropoles diuisa esset ac multa ex priori nouæ Metropoli adiungerentur:ea de causa inter illos dissidium excitatum est. Hic enim æquum esse dicebat, vt cum publicis diœcesibus nostræ quoque simul diuiderentur:ob eamque causam eas parœcias, quæ nouæ prouinciæ nuper adiunctæ fuerant,vt iam ad se pertinentes atque ab illo distractas vendicabat. Basilius contra veteri consuetudine nitebatur,atque huic diuisioni,quæ olim à Patribus facta fuisset,inhærebat. Atque ex hac contentione permulta mala partim iam accidebãt,partim impendebant. Episcopos subdole ad se pertrahebat nouus Metropolites, prouentus diripiebat, Ecclesiarum Presbyteros partim oratione inflectebat, partim subrogatis alijs eiiciebat. Ex quo efficiebatur,vt Ecclesiarum negocia deterius se haberent:vtpote quæ in partes ac studia scinderentur. Homines quippe rerum nouationem quodammodo delectantur, ac libenti animo [81] noxas suas obiter elucrãtur: facilius q; est cõstituta labefactare q̃ labefactata in pristinũ statum reducere. Quod aũt illũ magis in furorem agebat, [82] Taurici redditus ab ipso quidem obiter cernebantur. verùm ad Cæsariensem deuehebãtur. Sancti Orestis prouentus colligere maximi æstimabat:adeò vt ipsius etiam iter facientis mulos aliquando corripuerit,ac ne vltra progrederentur cum prædatoria manu prohibuerit. Et q̃ speciosus his rebus prętextus adhibebatur: Filij spirituales, & animæ,& fidei doctrina,cæteraquehuiusmodi cupiditatis inexplebilis integumenta(res inuentu perfacilis) itemque illud, Vectigal hæreticis persoluendum nõ esse: quisquis enim illi molestiã exhibebat, in hæreticorum numero habebatur. Nec tamen ille Dei sanctus sublimisq; Hierusalem verè Metropolites aut errantes secutus est, authoc dissimulare sustinuit, aut paruum huius mali remedium excogitauit. Sed perspiciamus,queso,quã magnum & admirãdum, & illius (quid enim aliud dicam?)anima dignum. Etenim dissidiũ hoc in Ecclesiæ lucrum emolumentumq; conuertit,ex eaq; calamitate insignem

Cappadoci a in duas prouinc. diuisa.

Anthimus.

Sent.

Taurici reddirus, & s. Orestiu.

Bas. calamitatẽ in vtilitatem vertit.

vtilitatem traxit,patriam nimirum [illegible] bus Episcopis communiens. Ex quo [illegible] præclarissimæ res secutę sunt. Nam & [illegible] marum cura maior suscepta est: & quæ [illegible] bet ciuitas prouentus suos habuit: & [illegible] lum hac ratione cõpressum & exci[illegible] est. Huius concilij vereor, ne velut [illegible] dix quædam ipse fuerim. Neque enim [illegible] nestius ac speciosius verbum,quo vtar, [illegible] currit. Nam cùm cætera omnia huius [illegible] facta, suprà quàm dici queat, admiren[illegible] num hoc laudare nequeo (affectum [illegible] animi confitebor,alioqui nec multum [illegible] gnitum)eam nimirum, qua mecum [illegible] ter morem vsus est, inhumanitatem [illegible] diffidentiam,cuius mœrorem ne [illegible] quidem adhuc exhaurire potuit. Ex [illegible] etenim fonte mihi omnis vitæ incom[illegible] tia & perturbatio manauit,quo[illegible] sophari nequeam,aut certè non exi[illegible] tametsi de posteriori non magnopere [illegible] borem. Nisi quis tamen hoc à me [illegible] us purgatione accipiat,quoq altius q[illegible] pro hominis cõditione sentiens,a[illegible] prius etiam quam vita excederet, [illegible] sus,omnia ad spiritum referebat: atque [illegible] micitiæ iura atque officia, quę alioqui [illegible] ctè colebat, hic solum aspernabatur. [illegible] Deum anteferri oportebat,atq; ante[illegible] res habere res in spe positas,quàm [illegible] & caducas. Equidem mihi vereor [illegible] video,ne dum apud eos qui omnes [illegible] laudes requirunt,negligentiæ cul[illegible] tare cupio,in immodicæ prolixitat[illegible] men apud eos incidam,qui media[illegible] laudibus efferunt,quã nec ille con[illegible] bat,sententiã,hanc, [84] Modus omn[illegible] mus,in primis laudãs,ac toto virg[illegible] lo seruãs. Ego tamen vtrisq; con[illegible] nempe & ijs qui breuitatis nimium [illegible] si sunt,& ijs quibus nulla satis est [illegible] oratio,hunc fere dicendi modum [illegible] Alij aliud quidpiam rectè & cum [illegible] ciunt,nõnulli etiã ex pluribus virtu[illegible] neribus quædã assequuntur:memo [illegible] qui omnia ad summum absoluerit,[illegible] duntaxat,quos nunc cognoscimus,q[illegible] is apud nos pstantissimus habetur,q[illegible] plura complexus fuerit, vel vnius [illegible] ros omnes expleuerit. At Basilius [illegible] omnia virtutum genera grassatus est, [illegible] eo magnificentiæ suæ specimẽ edidit, [illegible] tura videat. Id quod hac demum ra[illegible] perspiciemus. Est qui paupertatẽ [illegible] vitamq; simplicẽ & superuacaneis [illegible] carentem. Illi vero quid vnquam [illegible] ter corpus ac necessaria carnis integ[illegible] ta? Diuitiæ autẽ illi erant nihil habere [illegible] crux,quam solam tota vita familiarem [illegible] bebat,multisque pecunijs excellentiorem [illegible]

rates heb.

rnes.

t. con- sia.

nita- cali- Laus.

t. 6. vt 8.

sibi esse existimabat. Neque enim fieri posse,vt quisquam omnia,etiam si velit,colligat:verũ omnia aspernari licere, sicq; omnibus rebus præstantiorem sublimioremque se præbere. Hac porro mẽte præditus atque ita comparatus,ara opus non habuit,nec inani gloria,nec publico illo præconio, [85] Crates Cratetem Thebanum liberate donat,esse enim optimus non videri studebat. [86] Nec verò in dolio ac medio foro habitabat, vt ex omnium largitione deliciosius viueret,inopiã in rerũ copiam nouo modo conuertens:verùm pauperat ab omni gloriæ cupiditate alienus,atque omnibus facultatibus,quas vnquã habuerat,æquo animo proiectis leuiter faciq; vitæ pelagus transmittebat. Præclara res est continentia, & paruo contentum viuere,nec à voluptatibus superari,nec vẽtri tanquã truculento & sordido domino parere. Quis vnquam tenuiori ac parciori cibo vsus est,pene etiã dicam, perinde carnis expers? Nam ventris ingluuiem atq; ingurgationem ijs obiecerat,qui ab hominum natura ad brutorũ naturam magis degenerarunt, quorumq; seruilis est vita atque in terram prona. Ipse aũt nihil eorũ,quæ semel in stomachum transmissa pari postmodũ honore sunt,magni ducebat:verùm necessarijs tantùm cibis,quandiu licebat,vitam sustentabat, solasq; has voluptates ac delicias censebat, nempe à voluptatibꝰ & delicijs abhorrere,nec ob eã causam pluribus postea indigere: sed lilia & aues,quibus simplex & natiua est pulchritudo,& victus facilis atque ex tempore quæsitus ob oculos habere,quemadmodum Christus meus admonet, qui carnis paupertatem nostra causa subijt,vt nos diuinitatis ipsius opibꝰ affluamus. Hinc illi tunica vna,& pallium vnum,& humi cubitatio,& balnei cõtemptio,& vigiliæ(illa eius decora & ornamenta) & cœna suauissima atque pulmentum ,panis & sal,nouum inquam illud condimentum, & potio sobria & vberrima,quã nobis nihil laborantibus fontes proferunt. Ex quibus, immò cũ quibus rebus originem morbi morborumque curationes traxerunt: id quod cõmune vtriusq; nostrum studiũ fuit. Dicebat quippe me,cùm cætera omnia inferiora,laborem, calamitatũ saltem æquã partem ferre. Eximia res est virginitas & cælibatus,atq; in Angelorũ naturę q; singularis ordine censeri, vereor eẽ dicere Christi,qui cum propter nos procreatos procreãdus esset,ex Virgine procreatur, [87] virginitatem lege pscribens,vt hinc abducentem ac mundumco ntrahentem vel potiꝰ mundũ ad mundum trãsmitten

Virginum cœnobia. Basil. libri de Virginitate.

Matt. 25.

Vita ciuilis & monastica.

Monasteria à Basil. extructa.

Charitas & paup. alendorum studium. lend. studium.

Matt. 8. Basi. valetudinarius. Orbis miracula.

tem,prẽsentem nimirũ ad futurum. Quis igitur vel virginitatem maiori honore prosecutus est,vel carnem legibus frenauit,idque non suo rãtùm exemplo, sed ijs etiam studijs quibus incubuit? Cuius sunt Virginum cœnobia? cuius præcepta illa literis cõsignata,quibus cùm omnes sensus coercebat, tum membra omnia componebat, ac virginitatem verè seruare persuadebat,pulchritudinem ab ijs rebus,que aspectu sentiuntur,ad ea quæ oculorum obtutum fugiunt,conuertens,atque externã quidem hominis partem extenuans macieque conficiens,flammæq; materiã subtrahens, internam autem & occultã Deo, qui solus purarum animarum sponsus est, atque insomnes animas,si modò cum claris lãpadibus & copiosa olei alimonia obuiam ipsi prodierimus,secum introducit, spectandam offerens. Ergo cum solitaria vita,& ea quæ societate gaudet, vt plurimum inter se dissiderent ac pugnarẽt,neu traq; omnino vel commoda vel incõmoda sua pura & immixta haberet, verùm illa tranquillior quidem esset magisque sedata & constituta, Deoque coniungens:ceterum quia in eo instituto nec explorari nec ex comparatione cognosci virtus poterat, fastus non omnino expers esset: hæc contra occupatior quidem & fructuosior verum à tumultibus minus libera : præclarè eas inter se reconciliauit,ac permiscuit,pietatis nimirum gymnasia & monasteria extruens nõ tamen longo interuallo abijs,qui in sodalitio viuunt, remota, nec velut muro quopiam interiecto ea distinguens atque à se inuicem separans, verum probè coniungens ac dirimens : vt nec contemplatio communicationis expers esset,nec actio tranquillitate & speculatione careret:sed quemadmodũ terra & mare ,ita etiam hæ duæ vitæ commoda sua inter se communicantes ad vnicã Dei gloriã cõcurrerent. Quid præterea? Egregia virtus est charitas, & pauperum alendorum studium,atq; humanæ infirmitati opẽ ferre. Paulum extra ciuitatem pedẽ effer, [89] ac nouã ciuitatem conspice, illud, inquam,pietatis promptuarium,commune locupletum æariũ, in quod nõ modo redundantes ac superfluæ opes, sed iam necessariæ quoque facultates illius cohortationibus reconduntur, tineas excutientes , fures non oblectantes, inuidiæ certamen & temporis corruptelam effugientes. In quo morbus æquo animo toleratur,& calamitas beata censetur, & misericordia atque humanitas exploratur. [90] Quid cum hoc opere Thebas septem portas habentes? Quid Aegyptias

Universidad de Deusto
Biblioteca

illas comparem? Quid mauros Babylonicos,& Mausoli in Caria sepulchrũ, & Pyramides,& Colossi æs immensum, & delubra mira magnitudine atque eleganti arte confecta,iam euersa & prostata,cæteraque omnia, quæ homines admirantur, atque historijs prodiderũt:ex quibus omnibus præter inanem quandam & exiguã gloriam nulla prorsus vtilitas ad extructores redit? Mihi verò nulla res perinde admirabilis videtur,atque compendiaria hæc ad salutem via,facilisque in cælũ ascensus. Non iam oculis nostris triste & miserandum spectaculum proponitur,homines ante mortem extincti, ac plurimis corporis membris mortui,ciuitatibus expulsi,domibus,foro, aquis, ab hominibus etiam sibi charissimis, nominibus potius quàm corporum lineamentis noti: nec in publicis cœtibus celeberrimisque conuentibus secundum sodalitia & cõtubernia offeruntur, odio potius ob morbum quàm miserationi habiti,miserabilium cantionum artifices,si quibus tamen vox quoq; ipsa supereſt.Quid nostras omnes calamitates commemorem,atq; amplificem, cũ nulla oratio tanto malo par inueniri queat?At ille omnium maximè nobis persua sit,vt cùm homines simus, homines ne cõtemnamus,nec nostra in illos crudelitate Christum vnum omnium caput ignominia afficiamus:sed in alienis calamitatibus nobisipsis optimè consulamus, Deoque misericordiam,qua ipsi egemus, fœneremur.Quocirca ne labra quidem vir generosus & generosis parentibus ortus nominisque splendore clarissimus ægrotis admouere grauabatur,sed vt fratres amplectebatur,non vt quispiam fortasse existimauerit, inanem gloriam captans (Quis enim ab hoc affectu remotior?) verùm id agens,vt sapientissimo ipsius exemplo cæteri quoque ad ægrotorum corporum curationem accedere non vererentur.Ita nõ modo loquẽdo sed etiã tacendo eos cohortabatur. Nec verò institutum hoc in ciuitate quidem florebat,cæterùm in reliqua regione externisque locis non perinde egebat: verùm omnibus populi præfectis humanitatis erga pauperes liberalitatisque certamen commune proposuit. Et aliorũ quidem coqui, & lautissimæ mensæ,& cupediariorũ lenocinia & scitamẽta & elegantes currus,& vestes molles lateq; diffluentes:Basilij aũt ægroti, & vulnerũ cura,& Christi ęmulatio: tametsi nõ sermone sed actione leprã purgaret.Quid ad hæc nobis dicturi sunt, qui homini fastũ superciliumq; obijciunt iniqui sanè ac duri rerum huiusmodi iudices,91 atque obliquę & peruersę regulę admouẽtes. Aut-

Leprosi.

Eph.4.5. Prou.19. Basil. lepros osculatur.

rò probabile est eũ,qui leprosos deosculatur & huc vsque se demittat,aduersus tumentes valentes supercilium attollere? Eum carnes continẽtia atq; inedia cõficiens, ani mi fastu turgere? Eum qui Phari um insectetur,atq; illius deiectionem arrogãtia natam cõmemoret,Christique ad formam vsque seruilem sese demisisse,& cum publicanis esitasse,& discipulorum pedes abluisse,nec crucem reformidasse sciat,vt peccatum affigeret(quanquid hoc mirabilius,92 Deum, qui caque expugnari nequit,ac perfectionis ni sublimior est, pendẽtem, & quilatronibus & prætereuntium ludibriopositum intueri?) Estne,inquã, verle eum superbia efferri,seque omnes teferre,quemadmodum illius obtribus videtur?Sed illi,vt opinor, mconstantię atq; exactæ grauitati fulmen imposuerunt.At ijdem hominlè quoque mihi facturi videntur,vt tẽ temerarij nomine appellent,& tem ac circumspectum timidi,& rantem agrestis & inhuman, & crudelis atque ab hominum consortio horrentis.93 Neq; enim hoc quidem lè tradiderunt,virtutibus adiũcta dammodo vicina esse vitia,nihil lius esse iudicetur, quàm reuera enim magis aut virtutem ornauit tium coercuit?quis vel officio prohctis benigniorem ac suauiorem, tibus seueriorem molestioremque buit?vtpote cuius vel leuis etiam dationis instar esset,& silentium tionis,in propria nimirum curiosiscientia culpam explorans.Quòd

Cor.2.

Psal.18. Comp. Eccl. cum Sole.

mè facetus ac scurrilis & circumserat,nec vt imperitæ multitudini esset,omnia omnibus fiebat & obsetur:quid tum? Nonne laudem potireprehensionem hoc nomine mertem apud mente præditos: Nisi quinem etiam accusandum putet, quemiæ parem oculorum obtutum habeat, sed toruum quiddam & hocum ac regium intueatur: cuius ipsique saltationes fortes & generosas cum admiratione iucundæ: atque scenicos vt suaues & humanitate nos admiretur, quoniam populi vostibus inseruiunt,colaphosque sibi eem in malum impingendo, strepque ciendo risum ei mouent. Quaetiam,si hoc quæramus, quis in cois vitæq; cõsuetudine adeò iucundum tum quidem ipse cognosco, qui mè illius mores expertus sum? Quis

Cal.12. Sam.10.

narrando festiuior? Quis in iocando eruditior.Quis in obiurgando lenior? Sic vt neque castigario in ferocitatem, neque in dulgentia in mollitiem recideret, sed vtriusque excessum fugeret, vtroque cum

Eccle. 3.8. Basil. eloquentia.

ratione & tempestiuè vtens,iuxta Solomonis leges omnibus rebus tempus constituentis.Sed quid ista sunt,præ illius dicendi facultate palmaque doctrinæ, qua extremas orbis partes inter se conciliauit? Adhuc in mortis radicibus versamur, à verti

Prouer.

ce remoti adhuc fretum traijcimus relicto magno & profundo Oceano. Sic enim existimo, siqua vnquã fuit vel futura est buccina,in aerem quã latissimè penetrans aut vox Dei totum orbem complectens, aut vniuersæ terræ motus nouo quodam & mirando modo exortus,hæc omnia vocem illius ac mentem fuisse, tantò omnes superantem ac post se relinquẽtem, quanto nos brutis animantibus superiores sumus.Quis seipsum magis spiritui purga-

Basil. doctrina.

uit,atque ita præparauit, vt dignus esset, qui oracula diuina explicaret? Quis rursus scientiæ luce vberius collustratus est, & profunda spiritus prospexit, ac cũ Deo quæ Dei sunt,perquisiuit? Quis porrò dictionem habuit animi sensa melius interpretantem,ita vt neutro, multorum instar,claudicaret, nempe vel mente sermonis experte,vel sermone mentis inope:verùm parem in vtroque laudem obtineret parq; ipse sibi haud dubiè esset vereq; integer & absolutus. Spiritum quidẽ sanctum omnia scrutari,etiam profunda Dei scriptura testatur,non vt ignorantem sed vt contemplatione maiorem in modum sese oblectantem. At Basilius omnia, quæ spiritus sunt,inuestigauit. Ex eoque mores omnes eruditi,ac 95 sublimiter loqui docuit,hominumque animos à rebus præsentib⁹ distractos ad futura traduxit. Laudatur apud Dauidem Solis pulchritudo, & magnitudo, & cursus, & pernicitas, & vis ac facultas:quippe qui sponsum nitore, gigantem magnitudine referat, ac longè lateque progrediendo tantam vim habet, vt ab extremis æquabiliter extrema collustret,nec locorum interuallis calor ipsi us vllo modo minuatur. Basilio itidẽ pro pulchritudine virtus fuit,pro magnitudine Theologia, pro cursu perpetua virtutis agitatio, continuisq; incrementorum gradibus ad Deum ferens,pro viribus deniq; doctrinę semen ac distributio: adeò vt nihil sit, cur mihi dicere verẽdum sit, In omnem terram sonum illius exijsse, atque in fines orbis terræ vim illius verborum: quod de Apostolis Paulus dixit à Dauide mutuatus. Quænam hodie alia vllius cœtus lætitia? quæ conuiuiorum voluptas?quæ fori?quæ Ecclesiarum?quæ priuatorum deliciæ? quæ monachorum aut cænobitarum seu societate gaudentium?quæ vel eorum qui à negotijs sese remouerunt,vel eorum qui in rebus gerendis versantur? quæ vel eorum qui prophanæ, vel eorum qui nostræ disciplinæ studium profitentur? Tua & perpetua & maxima oblectatio, illius opera & lucubrationes. Nec scriptoribus materia vlla alia & copia post eum præter ipsius scripta suppetit. Silentur cętera,quæcunque in diuinorum oraculorum explanatione à quibusdam elaborata sunt:noua prædicantur atque is apud nos eruditissimus habetur, qui libros ipsius maximè intelligit, ac lingua versat,auribusque instillat. Vnus em omniũ loco satis superq; est studiosis ad eruditionem comparãdam. Hoc tantum de eo dicam. Cùm Hexaemeron illius in manus sumo,atque in ore habeo,cum Creatore coniungor,ac creationis rationes cognosco,Creatorem que magis admiror ac suspicio,quã prius solebam,cum solo aspectu magistro vterer.Cum aduersarios ipsius libros lego,Sodomiticum ignem video,quo pernicioſæ ac sceleratæ linguæ in cinerem rediguntur,96 aut Chalanæ turrim,vt malè cõstructam, ita rectè interruptam atque compressam.Cum tractatum quem de Sp.sancto cõscripsit,euoluo,Deum,quem habeo, nanciscor, ac libero & præsidenti animo veritatem confiteor, illius videlicet Theologiæ ac speculationi insistẽs.Cùm alias eius enarrationes plego,quas rudioribus atq; ingenio minus acuto præditis explanat,97 trisariam in solidis cordis sui tabulis describens: eò adducor,vt in externo literæ corticæ minimè consistam, nec verborum tantum superficiem spectem,sed vt vlterius progrediar,atque ex gurgite ad gurgitem adhuc pergam,abysso abyssum accersens,ac lumine lumen inueniẽs, quoadusq; ad summũ tandem verticem peruenero.Cum Martyrum Encomia lego, corpus aspernor, & cum iis, qui laudibus efferuntur, animo versor,atque ad certamen excitor. Cùm Orationes eas,quas de moribus ac bene viuendi ratione scripsit in manus accipio & corpore purgor, templumque Dei capax efficior, atque instrumentum musicum à Spiritu pulsatum, diuinamque gloriam & potentiam decantans. Hoc recon cinnor & componor, atque in alium virum migrò,diuinitusque immutor. Quo niam Theologiæ autem mentionem feci, eiusq; in dicendo sublimitatis, qua ille in eo potissimum argumenti genere vsus est:

Hexaemeron. Basil.adu ersarij libri. Gen.19. Tract. de Sp. sancto. Enarrationes. Pro.22. Psal.41.25. Martyrum laudes. Orat.morales. Theologia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc adhuc superioribus adiungam. Simplicibus enim & imperitis vtilissimũ est prouidere, ne damno afficiantur, malè & sinistrè de ipso existimantes. Mihi verò cum improbis & malitiosis est oratio, qui ex eo quod alios calumnijs incessunt, vitiis suis opem ferre moliuntur. Ille etenim pro rectafide ac doctrina, & trinitatis sanctę coniunctione & condiuinitate, aut si quo magis proprio & perspicuo verbo res ea notari potest, nõ modo Archiepiscopali throno, adquem ne à principio quidem cupide prosilierat, ejici atque exturbari, sed etiam exilium & corporis cruciatus ac mortem deniq; ipsam prompto alacriq́ue animo pertulisset, ac lucro potius quã periculo deputasset. Hoc verò ita esse apertè declarant ea, quæ & fecit, & passus est: vt qui etiam ob veritatis defensionem exilio mulctatus nihil amplius sategerit quam vt vnum ex comitibus acceptis pugillaribus juberet se sequi. Cæterũ sermones cum judicio dispensare de Dauidis cõsilio & sententia necessarium esse judicabat, atque aliquantisper bellli tempus & hæreticorum principatum tolerare, quoad libertatis tempus tranquillitatisq́; succesisset, linguęq́; libertatem ac licentiam attulisset. Illi em̃ nudam atq; apertam vocem, quę Sp. sancto diuinitatem tribueret arripere cupiebant (quod quidẽ tametsi verum erat, impiũ tamen illis, ac nefario impietatis antistiti videbatur) vt eo cum summa Theologica lingua ciuitate pulso Ecclesiam ipsi occuparent, eamq́; sceleris sui propugnaculum prædiumq́; facerent vnde postea velut ex arce quadam omnia quæ reliqua erant, popularentur, atq; incursionibus peruastarent. Quas eorum insidias vt eluderet Basilius, alijs quidẽ vocibus è scriptura petitis, testimonijsq́; minimè dubijs eandem vim habentibus, necessarijsque argumentis aduersarios ita comprimebat, vt nullo modo repugnare atq; in contrarium niti possent: sed, quæ maxima disputationis & ingenij virtus est, propris vocibus constringerentur: quem admodum is liber, quem hoc argumento edidit, perspicuè ostendet, in quo calamũ quasi ex spiritus pyxide mouet. Sed tamen propriam & apertam vocem interim vsurpare differebat, tum ab ipso spiritu, tum ab alijs etiam synceris ipsius propugnatoribus gratiam petens, ac rogãs, ne hoc suo consilio offenderentur, nec committerent, vt dum vnam voculam mordicus retinere conarentur, propter inexplebilem cupiditatẽ omnia perderent, cõ uulsa nimirum turbulentissimo tempore ac distracta pietate. Ipsos em̃ nihil ex eo in commodi ac detrimenti acceptur[os], si dictiones paulum immutentur, modo alijs verbis eadem doceãtur (neque em̃ salute[m] nostram in sermone magis quam in rebus consistere: quippe cum ne Iudæi quidem reijciendi sint, si ad aliquod tempus Christo vocem vncti sibi concedi postulantes, religioni nostræ assentiri velint. At Reip. nõ posse maiorem pestem accidere niciem afferri, quam si ab hæreticis occu[pa]retur Ecclesia. Nam quòd alioqui [im]pius quã quiuis alij Sp. sanctũ Deum [no]set, cum ex eo perspicuè constat, quod [et] hoc sępe de loco superiore, quoad per tempus licebat, prædicauit, & priuatim [ap]eos, à quibus interrogabatur, haud [cun]ter confessus est: tũ verò in suis ad [me]monibus aptius id ostendit (neque [enim] quicquam vnquam, cum de his rebus [ma]cum colloqueretur, animo tectum occultumque habuit) nõ simpliciter hoc affirmans, sed quod antea ipsi perrarò accidebat, sibi rem omnium maximè horrendam imprecatus, nempe vt ab ipso Spiritu [de]deret, nisi cum Patre & Filio Spiritum [eu]consubstãtialem & æqualẽ coleret. Quod si quis in huiusmodi rebus me illius [ad]admiserit: aliquid, quod plerisq; incogitum antè fuit, euulgabo. Nam cũ temporis angustijs premeremur, hanc ipse [ra]nem iniebat: vt sibi quidem verbi [di]sationem, nobis autem, quos o b [no]obscuritatem nemo aceusaturus [pa]ciecturus esset, loquendi libertatem [co]mittebat. Atq; ita Euangelium nostrum firmum & validum erat, vtrinsq; auxilio suffultum. Nec verò hæc eo à me commorata sunt, vt illius gloriã oratione defenderem (præstantior enim est, quam accusatoribus, si qui tamen sunt, in [il]famam quicq̃ liceat:) sed ne ijs solis [vi]bus, quæ in illius libris reperiuntur, [ae]tatem circunscribẽtes, imbecilliori [ad]nitantur, eamq́; de diuinitate differationem, quam ei tempus illud non [de]spiritus numinè afferebat, versutæ [ma]suæ prætexant: verum eorum quę [ex]sensum ac scopum, quem sibi in [scr]proponebat, expendẽtes ad veritatem [ac]gis accedant, atq; impiæ doctrinæ [pro]soribus os obstruant. Mihi quidem [om]busq́; qui me charum habent, vtinã [ad]illius Theologia. Atq; adeò tam [cer]de ipsius circa hanc rem animi [pur]ducià habeo: vt pręter alia omnia [hoc]que cum eo commune habere non [rec]sem: ita vt illi mea, mihi vicissim [illi]omnia & apud Deũ & apud cãdidissimos quosq; homines adscribantur. Nam [pug]Euangelistas idcirco inter se pugnare [dix]rimus, quoniam alij in exponenda Christi humanitate plus operæ posuerunt, alij ad explicandam diuinitatis materiam se contulerunt: atque alij ab humana natiuitate, alij ab his rebus, quæ naturam nostrã superant, opus suum auspicati sunt: sic videlicet prædicationem inter se partiti, vt eorum, qui eam excipiebãt, vtilitas ferebat atque à spiritu quem domesticum habebant, ita informati edoctiq́; Age igitur, cũ multi viri tum in veteri tum in nouo testamento pietate illustres, extiterint, legislatores, militares duces, Prophetæ, doctores, fortes vsque ad sanguinis profusionem, cum illis Basilium nostrum conferamus: vt hinc, qualis fuerit perspiciamus. Adam hoc honore affectus est, vt Dei manu crearetur, & deliciarum paradiso frueretur, legemq́; primam acciperet: attamẽ ille, ne quid ob primigeni parentis reuerẽtiam cõtumeliosè dicã, præceptum nõ seruauit. Hic autem & illud accepit, & cõseruauit: nec à scientiæ ligno noxã contraxit & flammeum gladium ptergressus haud dubiè ad paradisum peruenit. Enos primus ad Dominum inuocandum adductus est: hic autem non solum inuocauit, sed quod inuocatione multo præstantius est, alijs quoque promulgauit. Enoch translatus est, exiguæ pietatis premium (fides em̃ adhuc in vmbris erat) hac translatione cõsecutus, vitæq́; sequentis periculũ effugit: huius aũt vita omnis nihil aliud quã translatio erat, quippe qui pfectè in vita perfecta probatus & exploratus fuerit. Noe arca commissa est, & secundi mundi semina paruo ligno cõcredita & in aquis cõseruata: hic aũt impietatis diluuium effugit, sui amq́; ciuitatem salutis arcam effecit, in hæreticorum vndis facilè & leuiter superna tantem, atq; ex eo vniuersum orbem recuperauit. Magnus Abraham, & Patriarcha & noui sacrificij sacrificator eum quem ex promissione acceperat, beneficij authori offerens, victimam paratam & alacrem atque ad cędem properantem. Atq; nec para na huius nostri laus est, qui seipsum Deo obtulit, nec quicquam in eius locum, tanquam ipli par (quidnam enim illud esset?) substitutum est, sed plenè perfecteque litatum. Isaac etiam antè quam in lucem ederetur, promissus est: hic autem sponte seipsum promisit, ac Rebeccam, hoc est Ecclesiam non procul quæsitam sed è propinquo vxorem asciuit, nec per seruilem legationem, sed diuino beneficio concessam atque commissam: nec in filiorum prælatione circumuentus est, sed vnicuique, quod promerebatur, cum spiritus iudicio & delectu sine vlla fraude ac circunscriptione tribuit. Iam vero Iacobi scalam & columnam eam laudo quã Deo vnxit, eius præterea cum eo colluctationẽ quæcunque tandem illa erat, vt quidem ipse ipse opinor humani moduli cum diuina sublimitate comparatio & cõtentio vnde etiam humanę naturę superata signa gestat. Quin & illius circa ouium greges calliditatem ac solertiã & facilitatem & duodecim ex eo natos Patriarchas, & benedictionum partitionem cum egregia futurarum rerum prædictione coniunctã laudibus veho. At huius quoque non conspectam tantum, sed & transitam & quoti dianis virtutum gradibus conscensam scalam laudo, & columnam quam Deo non quidẽ vnxit, sed erexit, impiorum dogmata ad infamiæ sempiternæ notã inusta habentem, dimicationemq́; eam, quam non aduersus Deum, sed pro Deo susceptt, hæreticorum doctrinam ꝓfligantem: ac præterea pastoralem illius artem, ex qua locupletatus est, plures oues nota distinctas, quã non signatas adeptus: elegantem item & numerosam sobolem secundum Deum procreatam: ac deniq; benedictionem, qua multos fulciuit. Ioseph dispensator fuit, sed Aegypti solius, neque id sępius, nec ni si corporeo modo. At hic & omnium, & semper, & spirituali modo: quod quidem illa frumenti erogatione mea quidem sententia longè excellentius atque augustius censendum est. Cùm Iobo tentatus est, ac supior discesit, confectisq́; certaminibus illustri præconio victor pronunciatus est, nullo incursantiũ acerbitatum (quæ multæ fuerunt) impetu labefactatus, sed tentatorem nullo negotio superans, atque amicorum calamitatis arcanum ignorãtium inconsultam orationem compescens. Moses & Aaron in sacerdotibus eius. Et magnus quidem Moses qui Aegyptum vexauit, populum cum cum signis multis ꝓdigijsque seruauit, in nubem perrupit, duplicem legem sanxit, alterã literalem & externam, alterã internam & spiritualem. Aaron autem Mosis & corpore & spiritu frater pro salute populi orationes fundens, & sacrificia offerens, magni illius & sacrosancti tabernaculi mystes, quod fixit Dominus ac non homo. Vtriusque horum æmulus fuit Basilius, gentem hæreticã non corporeis, sed spiritualibus & rationalib⁹ plagis excruciãs, ac peculiarẽ populum & bonorum opum sectatorem ad promissionis terrãducens, tabulisq́; quæ non confringuntur sed conseruantur, leges non iam obscuras & vmbratiles, sed pror-

Basil. à calumnia purgat.

εὐαφάκτως ἐ εὐσεβῶς.

Psal. 111. Bas. circa sermones dispẽsatio.

Nãgelistæ inter se pugnant.

Basil. cũ patribus vtri[us]que testamenti col[lo]cato.

Abraham. Gen. 12.

Gen. 22.

Adam. Gen. 2.

Gen. 3.

Enos. Gen. 4.

Enoch. Gen. 5.

Noe. Gen. 7.

Iacob. Gen. 28.

Gen. 32.

Gen. 30.

Gen. 49.

Ioseph. Gen. 41.

Iob.

Psal. 98.

Moses.

Aaron.

Heb. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prorſus ſpirituales inſcribens, atqueadeò in ſancta ſanctorum non ſemel quotannis ſed ſæpius,& vt ita dicam, quotidie ingrediens, atq; hinc nobis ſanctã Trinitatem patefaciens,ad poſtremò non temporarijs aſperſionibus ſed purificationibus æternis populum purgans. Quid pulcherrimum habuit Ioſue? militarem pfecturam & partium diſtributionem, terręq; ſanctæ occupationem. Quid noſter? nõne dux eorum qui ſalutem p fidem aſſequuntur? nonne diuerſarum hæreditatum ac ſedium, quæ apud Deum ſunt, aſſignator, quas militibus ſuis diſtribuit? Adeo vt commode his verbis vti poſsit, Funes ceciderunt mihi inter fortiſsimos: Et rurſus, In manibus tuis hæreditatas meæ, hæredites vtique terrenis ac direptioni obnoxijs multò pręſtantiores. Atque vt Iudices & Iudicum clariſsimos quoſque prætereamus, Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius, atq; ante natiuitatem datus, & poſt natiuitatem confeſtim ſacer, ac cornu ſuo reges & ſacerdotes vngens. Quid Baſilius? Nónne ab infantia & ab ipſa matrice Deo conſecratus, ac cum diploide altari oblatus eſt, & cœleſtia pſpiciebat, & Chriſtus Domini erat, & vnctor eorum qui ſpiritu aliter initiabantur? Dauid inter reges magni nominis, cuius cum multæ de hoſtibus victoriæ ac triumphi hiſtoriis ꝓditi ſunt, tum ꝓcipuum decus & ornamentum eſt clementia, & ante regiam dignitatem vis citharę mali ſpiritus excantãtrix. Solomon cordis latitudinem à Deo poſtulauit & impetrauit, eoq; ſapientię & contemplationis progreſſus eſt, vt omnes ſuæ ætatis mortales nominis celebritate ſuperaret. Baſilius autem niſi me opinio fallit, nec illi clementię, nec huic ſapientię laude quicq̃, aut minimum certè concedit: adeò vt imperatorum quoq; dęmonum intemperijs actorum furorem emolliret, nec regina tantùm Auſtri, aut quidam duntaxat homines ſapientiæ ipſius fama pmoti è finibus terræ ad eum ſe conferrent: ſed omnibus orbis finibus ſapientia ipſius nota eſſet. Ac ſequentem Solomonis vitam filentio prętereo, tametſi omnib⁹ perſpectam & exploratam, etiam ſi ipſi dicere ſuperſedeamus. Laudibus Heliã effers, quòd mira animi libertate tyrãnos allocutus ſit, ac per ignem acceptus fuerit: Elyſęi etiam præclaram hæreditatem, Meloten inquã illam, quam Heliæ ſpiritus comitatus eſt? Huius quoque vitam lauda in igne traductam, id eſt in tentationum agmine, ac ſalutem per ignem partam, vrentem quidem illum, ſed non perurentem (quòd

Ioſue.
Pſal.15.
Iudices.
1.Reg.1.
1.Reg.16.
Dauid.
1.Reg.16.
3.Reg.4.
3.Reg.10.
Matt.12.
Helias.
3. Reg. 18.
4. Reg. 2.

de admirando illo rubo ſcripturæ prodit) ſublimitusq; ipſi datam pellem, mirum carnis extenuationem & macię. Mox to irroratos in flammis adoleſcentes, & ventre ceti precantem fugitiuum Prophetam, atq; ex Beſtiæ ꝓcordijs quaſi è thalamo prodeuntem, & iuſtum illum leonum furorem in lacu conſtringentem: mitto mirati ſunt. Quorum vt tollerantiã æmulatus eſt Baſilius, ita gloriã quoq; eſt aſſecutus. Tranſeo nunc ad nouum Teſtamentum, ac cum ꝑclariſsimis illius viris ipſius rationem conferens ex magiſtro diſcipulum honorabo. Quis præcurſor fuit? Ioãnes, vt vox ſermonis, & vt lychnus luminis, ante quẽ & in ventre exiliit, & infaros per Herodis furorẽ tranſmiſit, vt illic quoque mox venturum prędicaret. Quòd ſi cui durior atque audior hæc forte videatur oratio, illud ꝓ cogitet, me in hac cõparatione nõ id agere, vt eorum, qui è mulieribus nati ſunt maximo, Baſilium vel anteponam, vel æquem: ſed vt eum æmulatorem illius eſſe oſtendam, atq; ex eius forma & ſchemate nihil in ſeipſo circunduliſſe. Nam cẽ probis viris atque honeſti ſtudij ignam laude affert ſummorum virorum quamuis parua imitatio, annon etiam philoſophię illius imaginẽ pſpicuè inſculpſit? Ipſe quoque in deſerto habitauit, qui Chriſti prędo fieret, & ſi non præfor: atque ad eum egrediebatur mõs omnis vicina regio, ſed etiam exteræ longè diſita. Ipſe quoque inter dæmenta medius, illius videlicet lucerna rogans, huius ſpiritum promulgãs. externæ & viſibilis legis antiquarius abſconditam legem implens. Petri Pauli contentionem & acrimonia cationis imitatus eſt, illorum, inquã ri nominis virorum, nominisque onem aſſecutorum, atque vtriuſq; filiorum Zebedæi grandiloquentiã ſcipulorum omnium frugilitatem perfluarum rerum contemptum. Prorea claues etiam cœlorum ipſi tuntur, nec ab Hieroſolyma tantùm que ad Illiricum, ſed maiorem Euangelio complectitur, filiusque trui non quidem nominatur, ſed citur, atq; ad Ieſu pectus iacens illi dicendi & profunda animi ſenſa Nam Stephanus fieri, quanquam rato eſſet animo, prohibitus eſt, mirum ac reuerentia compreſſo

Et vitia corporis Baſil. nonnulli voluerunt imitari.
Echo.
Simil.
Baſil. mors

tium impetu. Atq; vt de his rebus compẽdioſius adhuc loquar, ne ſingulis recenſendis ſermonem nimium producam, res ꝑclaras ac laudandas partim ipſe inuenit, partim æmulatus eſt, partim ſuperauit. In quantum autem omne virtutis genus excoluit, omnibus noſtræ memoriæ hominibus palmam prętripuit. Vnum omnibus adijciam, idq; breue. Tanto ipſius virtus fuit, gloriæque affluentia, vt multa ex paruis ipſius rebus, atq; adeò ex corporis vitijs ab alijs ad gloriam nominisq; claritatem parandam excogitata ſint. Cuius generis ſunt, pallor, barba, certus inceſſendi modus, tum etiam non admodum cupidè prompteque loqui, ſed vt plurimum cogitabundum atq; intrò ad ſe conuerſum eſſe: id quod multi non rectè imitantes nec animaduertentes in triſtitiam atq; inamœnam quandam auſteritatem incidunt) veſtis etiam genus, & lectuli ſordidio ac de induſtria, ſed ſimpliciter temereq; faciebat. Ac multos iam Baſilios ſpecie tenus videre licet, quaſi in vmbris: nimiũ enim illis dedero, tot ſi eos reſonabili Echus voci ſimiles eſſe dixero. Nam illa quamuis poſtremam duntaxat ſermonis partem, expreſſus tamen refert atq; expri mit: hi autem longius ab eo diſtant, q̃ quãtùm accedere concupiſcunt. Illud verò non iam parui momenti, ſed permagni ad gloriam ponderis meritò exiſtimatur, commercium cum eo aliquando habuiſſe, aut eum coluiſſe, aut quid piam ab eo ioco vel ſeriò dictum aut factum monimenti loco ferre: quemadmodum ipſe quoque ſæpe gloriatus ſum. Quandoquidem quæ ab illo neglectim ac perfunctoriè fiebant, multò præſtantiora & illuſtriora ſunt, q̃ ea in quibus alij elaborant. Cùm autẽ cur ſu confecto fideq; ſeruata reſolutionis deſiderio teneretur, tempuſcji coronarum appeteret, atq; illud quidem non audiuiſſet, Aſcende in mõtem, & morere, verùm Morere, atque ad nos aſcende: hic quoque miraculum edit ſuperioribus nequaq̃ inferius. Nam cùm ferme mortuus & exanimis eſſet, maximaq; ex parte vita perfunctus, circa extremos ſermones inualeſcit, vt cũ pietatis verbis abſcederet, ac fideliſſimis ſui cultoribus ad Eccleſiaſticos gradus prouchendis manum & ſpiritum prębetine ſacrario fraudarentur, quos diſcipulos atq; in ſacerdotio adiutores habuerat. Ad ea quæ ſequuntur, grauatim quidem, ſed tamen ſe conferet oratio, licet alijs potius q̃ nobis hic ſermo conueniat. Necenim in dolore philoſophari queo, & ſi vt philoſopharer, vehementer cõtenderim: dum mihi in animum ſubit cõmunis damni memoria calamitatiſq; illius, quam illius morte totus terrarũ orbis accipit. Iacebat ille extremos ſpiritus ducés, atq; à cœleſti choro, ad quem iãpridem oculos conuerſos habebat, expetitus. Circunfuſa aũt illi erat tota ciuitas calamitatẽ hanc ægerrimè ferens, ac diſceſſum perinde ac tyrannidem accuſans, eiuſq; animam non ſecus ac ſi vel manib⁹ vel precibus retineri ac cogi poſſet, arripere tentans. Mentis enim error quam erat, qui non aliquam vitæ ſuæ partem, ſi fieri poſſet, illius vitæ addere paratus eſſet. Vt autem victi ſunt (oportebat enim eum hominem inueniri atq; cõuinci) atq; ipſe ad Angelos eos, à quib⁹ abducebatur, poſtrema hæc prolocutus, In manus tuas commendo ſpiritum, animã lætus exhalaſſet, non tamen quàm ſacroſancta doctrina eos, qui aderant, nonnihil inſtruxiſſet, extremiſq; alloquijs meliores eſſeciſſet. Tum verò miraculum omniũ, quæ vnq̃ fuerunt, celeberrimum deſignatur. Differebatur vir ſanctus, ſanctorũ manibus exaltatus: atq; omnes operã dabant, partim vt ſimbriam arriperent, partim vt vmbram, partim vt feretrum, quo ſanctus portabatur, vel ſolùm attrectarent (quid enim illo corpore ſanctius ac purius?) partim vt propius ad eos q̃ corpus ferebant, accederẽt, partim vt aſpectu ſolo frueren-tur, tanquam eo quoque vtilitatis aliquid afferente. Plena erant fora, porticus, diſtega & triſtega hominum illum deducentium, præeuntium, ſequentium, aſſectantium, ſeque inuicem conculcantium, multa millia hominum omnis generis & ætatis ante eum diem incognita. Pſalmodiæ luctu interrumpebantur ac vincebantur: patientia doloris magnitudine frangebatur. Certabant noſtri cum exteris, cum Ethnicis, Iudæis, aduenis, ijq; viciſsim nobiſcum, vtris vberiores lacrymæ vberiorem vtilitatem afferrent. Vt finem faciam, in periculum etiam luctus deſinit, pluribus nimirum hominibus illa propulſionis & protruſionis violentia extinctis, atque hinc ſimul cum eo digreſsis, qui etiam mortis nomine felices exiſtimati ſunt, vt ipſius itineris comites, atque, vt ſeruentiorum quiſpiam dixerit, funebres victimæ. Tandem corpus vix raptoribus elapſum, ac proſequentium victor in parentum ſepulchro conditur, ac ſacerdotibus ſacerdotum princeps, prædicatorib⁹ magna vox meiſque auribus inſonans, Martyribus

Funus Baſilij.
Luc.8.
Act.5.
Pſalmodiæ in funere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sancti pro vitis sacrificia offerũt, & preces fundũt.

martyr adiungitur. Ac nunc ille quidem in cælis est, illicque, vt opinor, 140 sacrificia pro nobis offert: ac pro populo preces fundit (neque enim ita nos reliquit, vt prorsus reliquerit) Ego autem semianimis & semifectus Gregorius: vtpote à præclara illa coniunctione abruptus, ac tristem vitam & difficilem trahens, vt probabile est eum, qui ab eo disiũctus sit, haud scio quid de me tandem fiet illius castigatione priuato. Quanquam nunc quoque ab eo admoneor, ac per nocturna visa castigor, si quando ab officio recesse-ro. Nec verò ipse solùm luctus laudibus adiungo, atque illius vitæ rationem literis mando, ac tempori communem virtu

Ad quid Sanctorum historia conducat.

tis tabulam, salutiferumque omnibus Ecclesijs omnibusque animabus exemplum propono, in quod velut in viuam quandam legem intuentes vitam nostram dirigemus: sed nec vobis, qui ab illo doctrina sacra imbuti estis, quicquam aliud confuluerim, quàm vt eam vobismetipsis semper proponatis, ac tanquam ipse & vos videat, & à vobis videatur, spiritu instauremini. Adeste iam omnis illius cœtus, tam clerici quàm populares, tam nostri quàm exteri, atque encomium ipsius mecum contexite, alius aliam quampiam illius virtutem exponentes & conquirentes, qui thronis insidetis, magistratus principẽ, q. Rempublicam geritis, ciuitatis principem, multitudo moderatorem, studiosi præceptorem, virgines pronubum, coniugatæ castigatorem, solitarij pennarum aptatorem, cœnobiaci iudicem, simplices itineris ducẽ, speculationes amantes Theologum, hilares frenum, calamitosi solatium, senes baculum, iuuenes pędadogum pauperes largitorem, locupletes dispensatorem. Quin mihi quoque videntur & viduæ patronum suum laudaturæ, & orphani patrem, & pauperes pauperum liberalissimum, & peregrini hospitalem, & fratres fratrum amatorem ægrotantes medicũ cuiuscũq; volueris morbi & medicinæ, & sani sanitatis custodem, omnes denique eum, qui omnib⁹ factus est, vt omnes aut quamplurimos elucraretur. Habes hæc à nobis, Basili, hoc est à lingua quoque dam tibi suauissima, atq; honore & æquali. Quæ si ad virtutis tuæ meritum propè accesserint, beneficium id tuum est. (Teenim fretus hanc orationem instituo) sin autem longè infra illius dignitatem & spem tuam substiterunt, quid faciemus homo & senectute & morbo & tui desiderio confectus? Quanquam Deo quoq; gratum est, quod viribus respondet. Tu verò sacrum & diuinum caput, nos cœlitus inspicias, 105 carnisq; stimulum à Deo nobis ad disciplinam datum aut precib. tuis sistas, aut persuadeas, vt forti animo perferamus, omnẽ vitam nostram ad id, quod maximè conducibile est, dirigas, nosq; posteaquam ex hac vita migrauerimus, in tabernaculis tuis excipias, vt simul viuentes, & sanctam ac beatam Trinitatem, cuius nunc exiguam speciem & imaginem accepimus, puri⁹ perfectiusq; cõspiciendesiderijs nostris finem statuamus, atque eorum bellorum quæ gessimus vel pertulimus, hoc præmiũ accipiamus, Atq; hanc quidem à nobis orationem habes: nouissimum post te vita perfunctos quis laudaturus est? si tamen aliquam laudis materiam orationi suppeditauerimus. In Christo Iesu Dño nostro, cui gloria in sæcula. Amen.

SCHOLIA FERE TOTA EX GRAECO NICETAE

Commentario excerpta, nonnullis additis ex Nonno Monacho.

LECTORI. S.

In Scholijs huiusce Orationis quædam ex Nonno Græco scriptore, qui historiarum à Theologo nostro commemoratarum explicationem conscripsit, adieci, nimirum ea, quæ in Niceta desiderabantur. Nam in reliquis omnibus, quæ in hanc orationem conscripsit, eandem prorsus cum Niceta cantilenam canit: eadem verba, eisdem verbis conuestita. Insignem omnino plagiarium alterutrum horum fuisse necesse est, nisi forte vterque ab eodem fonte hauserit, aut res eadem diuersis authoribus tributa fuerit. Vt autem quæ præter Nicetam Nonnus dixerit, intelligas, Nonni verba hoc signo [ ] includimus.

1. Et ad virtutis studium) *Virtus enim laudata, vt quidam ait, velut arbor crescit. Quarum enim rerum Laudes celebrantur, eas quoq; progressum & incrementum accipere compertum habeo. In nulla igitur re ex om-*

ex omnibus aliter accidit, quin incrementum ex eo quòd laudatur, accipiat. Sic ad verbum. Enarrator Graecus hac Gregorij verba satis obscurè posita explicat. Est & alia expositio Graeca minutissimis literis ad marginem scripta, quam Latinè reddere nõ grauabor. ὅτι γὰρ τοὺς ἐπαίνους αὐξάνει ἀλλὰ τόπων παρῆκε, τὰ ἐπιδόσεις. *Quorum laudes noui, horum planè & augmenta.* 1. *Quarum rerum laudes noui, eorum quoq; hominum, qui eas approbent, ad virtutem incrementa perspicuè noui. Atq; ita pronomen τούτων refert ad τῶν ἐπαίνων & non ad πράξεων. In nulla igitur re (ex omnibus scilicet quæ laudantur) vsu aliter venire reperias, quin ij qui ea deferentur, accessiones & progressus faciant. Vel, in nullo est omnium.* 1. *tam eloquentia q̃ dicent⁹ q̃ audit⁹ris, cui argumenti laus non conueniat. Hanc porro sententiam Dorica lingua ita dicit at Clemens Alexandr. lib.* 1. *Paedag. cap.* 1. ἀρετὰ ἐπαυξάνεται λόγῳ τε καὶ ἔργῳ.

2. Pro amicitiæ iure) *Lex amicitiæ est communia existimare, quæ amici sunt, atq; eum errata corrigere. Lex autem præstantior & spiritalis errantem amicum in viam reducere.*

3. Illius Deum orationũ) *Quemadmodum enim dicitur Deus, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob ob excellentem ipsorum virtutem: sic dici etiam posse Basilij magni Deus, quem in operis successum in voco, ne laudibus meis Basilium ignominia afficiam, vtpote inferioribus ipsius dignitate & merito.*

4. Aliis vtiq; Heroum) *Non iam admirationi esset catalogus, quem in poësi sua ostendit Homerus, generosos quosdam & semideos viros recensens ac laudibus exornans.*

5. Quibus & historicorum) *De his enim rebus poema conscripsit Apollonius, & historiam ediderunt Xenophon & Polybius.*

6. Nõ minus bona inuenum) *Alludit ad illud Homeri, apud quem Vlysses Ithacam describens,* Ἴθακη δέ τε καλὴ κατ' ἀσπασίην κεδνὴ τέτυκται. *Aspera sed inuenum nutrix percommoda.*

7. Nec Pelopidæ) *Pelops Tantali Phrygiæ regis filius fuit. Tantalus autem cùm bellum aduersus Ilium Ilij conditorem suscepisset, metuens ne ab eo vinceretur, Pelopem filium cum maxima vi pecuniæ in continentem nauigare iussit: hac conditione, vt si victoriam adipisceretur, in Phrygiam remearet: si autem vinceretur, in Europa maneret. Pelops itaq; acceptis pecuniis in Apiam, quæ Graciæ regio est, nauigauit. Huius porrò regnum tenebat Oenomaus Hippodamiæ pater, quem cùm in certamine vicisset, filiam eius vxorem duxit, ac regione occupata, eam pro Apia Peloponnesum nominauit. Omnes igitur qui ab eo originem duxerunt, Pelopidæ vocati sunt, velut Atreus, Agamemnon, Thiestes, Menelaus & postremus Orestes.*

8. Cecropidæ) *Cecrops rex fuit Athenarum, qui magnopere Atticam exornauit: vocabatur autem Αὐτόχθων, quòd duas linguas calleret, Græcam & Aegyptiam. Ferunt enim Athenienses Aegyptiorum colonos fuisse à Saensibus oriundos. Dux autem Coloniæ fuit hic Cecrops: qui ad Aegyptiæ linguæ cognitionem Græcæ quoque peritiam adiunxit. Qui autem ab eo genus traxerunt, Cecropidæ appellati sunt.*

9. Nec Alcmæones) *Alcmæon vir clarissimus, patria Atheniensis fuit. Is tyrannide oppressam à Pisistrato ciuitatem in libertatem vindicare cupiens, Delphos consulendi oraculi causa profectus est: ac precio corruptis omnibus Apollinis ministris, facta virgini persuadet, vt si quando Spartanus quispiam oraculum peritu-rus eò se conferret, nil aliud responsi daret, q̃ quòd vellet Deus liberas esse Athenas. Adigitur cùm sæpius facti-tiam Alcmæoni peperit, vt qui prudenti consilio ab Athenis seruile iugum depulisset.*

10. Nec Aeacidæ) *Aeacus Iouis filius dicebatur, vir insigni iustitiæ laude præditus. Quocirca cùm aliquando aquæ penuria Graciæ premeretur, adeum profecti sunt ciuitatum principes, eumq; obsecrarunt, vt à patre suo precibus suis pluuiam impetraret. Qui cùm stetisset, ac preces fudisset, confestim siccitate soluta, profluens aqua Graciam irrigauit. Quæres præcipuè testatam fecit Aeaci pietatem. Is duos filios habuit, Peleum & Telamonem. Ex Peleo Achilles natus est, vt ex Telamone Aiax, qui omnes Aeacidæ sunt vocati.*

11. Nec Heraclidæ) *Hercules Iouis quoq; filius est habitus, qui egregia illa certamina poëtarum fabulis decantata obijt. Multi autem ab Hercule originem duxisse dicuntur: quorum primus & illustrissimus fuit Hyllus: à quo & Lacedæmoniorum reges omnes Heraclidæ appellabantur.*

12. Quorum ea est ratio) *Quorum maiorum id quod magnificè prædicatur ac laudatur, admirationem q̃ parit, fide caret, velut, Quòd dij sint. Quis enim Deum cum muliere mortali congressum fuisse crediderit? Contumelia autem generis & infamia id quod creditur. Nam si in Deum non cadit vllus libidinis affectus, sequitur vt obscœnus homo sit & impostor, qui cum muliere consuetudinem habuerit. Nam cùm illud fide careat, reliquum est, vt hoc credatur.*

13. Tacite præcones) *Non sermonibus sed membrorum laceratione pietatem prædicantes.*

14. Lex autem Martyrij) *De ea lege iam antè dictum est.*

15. Non enim querulis & murmuratores) *Quater murmurasse Iudæos legimus, bis in Exodo, primum apud Mara, secundò in Raphidim; bis item in Numeris, nimirum ad aquam cõtradictionis, & in puteo ex quo profecti sunt, Omoth.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

16. Talem venationem) Hanc venationem sic versibus expressit Cyrus Theodorus.

κυνηγετᾶ τιν' ἀι χαμαὶ κυνηγέτῃ	Venatur arte subdola captat ferã,
κραυγαῖτ', ὑλακαῖτ' πλακτέσκυσι, δήλοις, λόχοις.	Clamore sæuo, nexibus latratibus:
κυνηγετῶνται δ' ἀνδρῶν κυνηγέται	Venantur autem Basilij fortes sui
εὐχαῖτ', προσευχαῖτ', πίστ' ἐκ βαθυμίᾳ.	Ardentibus precibus, fideq; non leui.

17. Age Dianas tuas) Diana λοιφῇ cõsa & dicta est, quasi scitè ceruos feriens. Hac irata Orionis & Aurorae alterum vt ipsius amore captum à scorpione percutiendum curauit, eamque ob causam eam cum ferunt esse fabulantur poëtæ alterum autem, quòd nudam ipsam conspicatus esset, propriis canibus dilacerandum obiecit.

18. Cerua mq; illam virgini) Cùm Græci aduersus Troiam nauigarẽt, Iphigenia Agamemnonis filia Aulidem Bœotiæ ciuitatem in sacrificium Dianæ oblata est. Diana autem miseratione permotа cerua loco mactandam dedit, eamq; periculo ereptam ad Tauroscythas abduxit: à quibus sacerdos Dianæ facta est, atq; hospitibus manus adferre, hominesq; ipsi immolare didicit. Sic igitur Theologus Gentium refellitur: Etsi magnum ad laudem & gloriam tibi est, quòd dea tua Diana virginem periculo liberauerit, quæ postea sequuntur in narratione, turpia & fœda sunt. Quæ enim hinc vtilitas prodijt, quòd è periculo extracta est Iphigenia, vt impia crudelitate homines sacrificare disceret.

19. Egregiæ sobolis) Basilij pater multos liberos procreauit, Macrinam, Basilium, Gregorium, Petrum, Gregoratium: quorum tres virgines fuerũ, tres autem Episcopi. Basilius Cæsaræ, Petrus Sebastiæ, Gregorius Nysæ. Hic porro quamuis nuptias amplexus sit, vim tamen adhibuit, ne ab ipsis ad virtutis cursum impediretur. Sic enim connubialem vitam delegit, vt tamen eandem vitæ rationem idemque institutum cum fratribus & sorore haberet. Ita fiebat, vt hæc tria, nimirum cælibatus matrimonium & sacerdotium, vitæ quidem genere & instituto inter se different, non item vitæ gerendæ ratione. Ad eundem enim virtutis scopum omnia limabant.

20. Optimo illo & puriß. figmento) Figmentum Baptismatis intelligi, vel potius morũ, quæ Baptismo Dauid vocat dicens: Die formabuntur (sic enim legendum est, non dies, vt respondeat genitiuo Gregorij) quod quidem pulcherrimum figmentum nocturno, quod per congressum sit, sordidumq; & terrenum est, aduersatur.

21. Quendam Centaurum) Chiron Centaurus Achillem in disciplinam acceptum equina sua pectora imponitum taculari, ac lepores & hinnulos ferire docebat, eumq; lactis loco, vt ferunt fabulæ medullis nutriebat. Vnde & Achilles dictus est, quòd communis & vsitati alimenti expers fuerit, χωρὶς ἐκ μαστῶν τροφὴν ἔχων. Venatio dicitur. Vtebatur itaque Achilles eodem & equo, nimirum ipsi insidens, & magistro, quemadmodum docebatur.

22. Alterius vitæ beatitudine) Qui vtramq; laudem assecutus est, doctrinæ scilicet & vitæ, is perfectus ac deinceps iam alterius seculi beatitudine vitam traducit. Nam quæ futurum seculum ex sua mente habet, hæc ille anticipans animi detestatione præstat, vitæ nimirum puritatem & contemplationem.

23. Hanc contrà vt arma) Vt in scutis vmbilici quidam, aut alia picturæ species, & in poëtarum operibus nonnulla alia signa apponũtur: velut apud Sophoclem est Tragœdia, quæ inscribitur Ἔκας μαστιγοφόρος, flagellifer.

24. Attica hæc illiu consuetudo) In hanc Athenienſium consuetudinem hoc tetrastichon itidem Theodorus.

καὶ καὶ τὸ λεβὴν ξεῖτ ἀθήνησι ξένοις	Ingens Athenis hospites ex balneo
ὡς πλῆκτρον, ὡς φόβημ' ὁρᾶν, ὡς καινὸν θέα.	Timor obsidebat, & nouo spectaculo.
ἀλλ' ἄχρι ξύνεσ τὸ σοφὸν βασιλέως	At in perito & moribus laudabili
μένει φυγὸν δ' ἔλιπε νεκάλλων νόμος	Huius Basilio soluitur legis vigor.

25. Contentiosis potius) In hanc quoq; disputationem ita lusit idem author.

ἐρίζομανὲς ἀρμένιοι, πάλιν μάτην	Armenie frustra disputas, frustra sumes
κἀμὲ μεμφόλογος εἶς, πάλιν κενῶς χειῶν φόβος.	Fundis disertos. quæ tua est prudentia,
κἀμὲ τίς χαρὶ ἐν εὐσυλλογισμῷ κἀμὲ λόγῳ	Vt disputando Gregorium tanto viro
πρὸς γρηγορίᾳ κἀμὲ βασιλὶς σύμα.	Iunctum tibi vnquam posse speres cedere?

26. Aequalia prælij capita) Gr. ἴσους ἐμάνο κεφαλάς. Hoc hemistichium ab Homero Iliad. [illegible] significatur æquum & anceps prælium. Quemadmodum & illud, quod paulò pòst sequitur, ἔπρεπε δ' ἀμφοτέροισι. Quod epitheton sæpe victoriæ tribuit poëta. ἐπιπαλὰς autem exponit interpres noster ἐπιστρεφόμενον, τὸν ἀκοντιστὴν καλλιεσσάμενον, i. ad Basilium inclinantem & spectantem.

27. Remigationem ad puppim) Gr. πρύμναν ἐρέσσων. Prouerbium de ijs, qui cursum reflectunt, ducta à remigibus, qui prorsum in remigando pulsantes puppim rursus pulsant, cùm nauim conuertunt. Hoc adagium ijs quadrat, qui consilium in diuersum mutant, vel partes quas prius tuebantur,

atque in contrarium nituntur.

28. Aureis columnis) Præclarissimæ cuiusq; institutæ principia iuxta Pindarum aureæ columnæ dicũtur, Ode 8.

29. Rei omnium inuidiosissimæ) Inuidia est dolor ob proximi bona conceptus. Aemulatio verò seu zelus imitatio bonorum, & acris ad ea animi affectio.

30. Qui omnia in omnib. posita (Hoc Empedocles & Anaxagoras astruxerunt, cæterùm non cum eadem sententia. Hoc enim de quatuor elementis asseruit Empedocles, quòd non solùm discreta & separata, sed etiam inter se commixta sint. Id aũt hinc perspicuo argumento colligi, quòd omne animal ex quatuor elementis gignatur. Anaxagoras aũt cùm ex veteri quodam philosophiæ placito nihil ex eo, quod nusq; sit, fieri posse didicisset, generationem ita tollebat, vt in eius locum distinctionẽ introduceret. Negabatur enim hæc quidem inter se commixta esse, sed cùm crescerent discerni. Etenim in eodẽ fœtu & capillos esse, & vngues, & venas, & arterias, & neruos, & ossa: quæ ob partium tenuitatem primùm obscura essent, paulatim aũt cùm augmentum caperent, discernerentur. Quonam enim modo, inquiebat, ex non capillo capillus fieret, & ex non carne caro? Atq; id non modò de corporibus prædicabat, sed & de coloribus. Etenim & nigrum in albo, & in nigro album esse affirmabat. Eodemq; etiam modo in ponderibus leue cum graui, & vrsùm graue cum leui coniunctum esse profitebatur. Quæ quidem omnia à vero abhorrent. Quonam enim modo contraria cum contrarijs simul esse queant? Hoc igitur decretum sugillans Theologus ait: Tametsi Anaxagoræ fides habenda non est ex rationibus, quas nunc commemorauimus, omnia in omnibus posita esse asserenti: tamen quod in hoc dogmate est impossibile, idem in amicitia nostra ratione possibile reperitur, Alter enim in altero, & alter apud alterum eramus. Alter quidem in altero, quia animorum & voluntatum consensione coniuncti: alter autem apud alterum, quia corporibus diuisi.

31. Quam Gyges) Plato 3. de Repub. Gygem annulum inuenisse narrat, cuius palam cùm ad se conuerteret, à nemine conspici poterat, eaq; arte Lydorum regnum occupasse. Hanc fabulam ad verbum transtulit Cic. lib. 3. Offic. Herodotus tamen hanc rem aliter narrat.

32. Aut Midæ auro) Midas cùm optasset, vt quicquid attingeret, in aurum verteretur, eiusq; voti cõpos factus esset, fame miserrimè periit: quòd cibi omnes, quos attrectaret, in aurum commutarentur. (Narrant alij, eum accepto huiusmodi oraculo salutem accepisse. Iussus est currum agitare, illicq; vbi currus inhiberetur, consistere, ac ciuitatem extruere. Quod quidem fecit, atq; Ancyram in Galatia condidit: quòd videlicet anchora currum repressisset, ac Midam vlterius progredi vetuisset. Atq; ita vrbs extructa est & vocata Ancyra. Hanc posteriorem partem ex Græco Nonni vertimus.)

33. Abarydis Hyperboræi) Hyperborei populi sunt maximè Septentrionales, ac Scythis interiores. Porrò hunc Abarydem poëta Apollini seruisse narrat, ab eoq; sagittam accepisse, cum qua totam Graciam circũibat, atq; oracula edebat. Sunt etiam qui dicunt, eum, cùm sagittam in aërem mitteret, cum ea circunferri solitum fuisse.

34. Pegasus) Cùm Patarica Chimæra enata esset, ac Lyciam, cuius regnum Prætus tenebat, peruastaret, eius obtruncandæ negocium Bellerophonti datum est. Erat autem hæc bellua ab antica parte leo, à postica draco, à media Chimæra, ex qua igniu euomebatur. Immane planè superatuq; difficile monstrum. Ergo cùm Pegasum equum, qui pennas habere, atq; ab vnguibus aquam stillare ferebatur, Bellerophon diuinitus accepisset, eius operam Chimæram inuolat, ac plumbi globum lanceæ suæ cuspidi impositum in Chimæræ fauces iniecit: quod quidem vi flammæ solutum ac liquefactum Chimæram interemit. Nonnus.)

35. Fluuius per mare) Alpheus Arcadiæ fluuius Siculi fontis, cui Arethusa nomen est, amore captus mare penetrare, in cumq; influere dicitur, nec ex maris contagione salsuginis quicq; contrahere. Vide Lucianum in dialogo Neptuni & Alphei.

36. Aut animal in igne) Salamandram intelligit, quæ naturam habet frigidissimam & humidissimam: ideoq; causa est, vt in ignem rerum omnium voracem incidens exiliat, adeoq; non lædatur, vt ipsum potius extinguat. Vide Plinium lib. 10. cap. 66.

37. Ad Lydium currum) [Hoc prouerbio notantur, qui cum multò superioribus contendunt. Ductum est hoc adagium à curribus Lydij, quorum tãta est celeritas, vt nullo modo anteuerti possint. Alij à Pelopis curru originem traxisse hanc paræmiam volunt. quidam enim Pelopem non Phrygem sed Lycium fuisse narrãt: Ergo cùm ille curru suo Oenomaum vicisset, ab eo tempore in vsum abijt hoc prouerbium, Ad Lydium currum curris. Nonnius.]

38. Orestes & Pylades) [Orestes Agamemnonis filius & Pylades tanto amore sese inuicem complexi sunt, vt mortuo Pylade vna cum eo Orestes ad inferos descenderit. Nonnus.]

39. Nec Molionidæ illos) Molionidæ gemini fratres erant cum corporibus, tum artibus: quorũ Homerus meminit: quamuis Actorionæ eos vocauerit à patre. Theologus autem Molionidas à matre. Actoris enim & Moliones filij erant. Cæterùm parum hic animum ad Gregorij verba Nonnus aduertisse videtur, qui per Molionidas Otum & Ephialtem insitæ magnitudinis gigantes intelligit quam quidem expositionẽ Theologi

Universidad de Deusto
Biblioteca

logi verba apertißimè refutant, vbi de astrigatione verba facit. Nec enim quicq̃ eiusmodi de Oto & Ephialte fabulis proditum est. Verùm hoc ei imposuit, quòd non à patre Actore sed à matre Molione eos Theologus vocauerit.

40. Illa, inquam, vim ignis spirante) Homerus de Chimæra verba faciens, his verbis vsus est, quæ quidam ad Rhetoricen traduxit Gregorius, nimirum quia ipsa quoque diuisa sit in demonstratiuum genus, in deliberatiuum, & in iudiciale.

41. Facilius esset è Labyrinthis) [In Creta insula mons est, in eoq; antrum quoddam accessu ac recessu admodum difficile atq; arduum: in quod Minotaurus iniectus esse dicitur. Quoniam ergo ex Labyrintho difficile extricare difficile est: idcirco hanc vocem ad eas argumentationes Theologus accommodauit, è quibus euelendi nulla est ratio. Nonnus.]

42. Astronomiam, Geometriam) Astrorum enim nexus & mutuas comparationes, quibus prouidentia vtitur, & sideris natalitij indagationem, & fatum, & geniturarum effectus, itemq; certis astris ea quæ fiunt, & fiunt, assignare, omnem, inquam, huiusmodi rerum cognitionem aspernatus est. Eam autem partem, quæ docet, quomodo per cœlestium siderum motum partim anni vicissitudines fiant, ac per supernorum conversionem aptissimam concinnitatem animos nostros in opificis admirationem rapit, eaq; signa, quibus vel imbres, vel siccitates, vel motus ventorum, vel aliud quidpiam eius generis mediocriter inquirit, non modò non reijciendam sed amplexandam etiam duxit: ita tamen vt cùm cætera alia tum astrorum motum ad Deum autorem referret. Consimili modo ex Geometria eam partem, quæ magnitudines & figuras & quid vnumquodq; sit, exquirit, haudquaq̃ improbauit. Illud autem, Quoniam cœlestia corpora circulari motu feruntur, circuli autem principium non facilè sensibus nostris comprehenditur: idcirco existimare mundum habere visibilem principij expertem esse, Deoq; coæternum, hoc & similes nugas repudiauit, ac procul abiecit. Iam arithmeticam methodum hactenus probauit, vt analogias quasdam quæreret. Analogia autem est similitudo numerorum, & in vnum idemq; collectio, vt cùm dicimus, Quam rationem habet octonarius ad quaternarium, eandem quaternarius ad binarium. Dupli enim rationem habet. Eodē modo de magnitudinibus. Quam rationem habent octo cubiti adquatuor eandē quatuor ad duos. At diuinam quandam vim & potestatē numeris tribuere, Deumq; his subijcere, & affirmare res eas quæ fiunt, secundū eos fieri, id verò vt vanum execratus est. Proinde vtrinque ex æquo laudandus Basilius tum quòd optima elegerit, tum quòd pessima reliquerit.

43. Corporis aduersa valetudo) Habitudinem corporis infirmam & morbosam non parui momenti ad philosophiam esse tradidit Plato.

44. Minoem illum) [Minos & Rhadamanthus Iouis filij habiti sunt: quorum alter legislator fuit, alter iudex seuerus & incorruptus. De ijs ergo poëtæ narrant, atq; adeo Plato ipse, quòd fato perfuncti sint in tenebras relegati sunt, sed ad beatorum insulas & Elysium campum transmiserit. Dictus est autem hic Elysius quasi ἀλύσεως & ἀπολύσεως τῶν πολέσεων, quòd à pœna soluat. In eo campo eos, qui instituta sua coluerint, habitare veteres finxerunt. Asphodelus autem herbæ nomen est, quod odorem non malum, saporem autem suauem ac radicem vtilem habet. Nonnus.]

45. Neq; enim vltra Gades) Gades locus est circa occiduas partes inter Hispaniam & Africam, vbi mare permeabile esse negauit antiquitas. Vnde adagium ductum est, quo vti licebit, cùm quis ad eum modum nemem̃; peruenerit, vltra quem progredi non sinit natura. Vnde etiam Pindarus de Gadibus loquens, ait οὐ δ' ἔτι σοφοῖς ἄξεινος ἀκτὰ βροτοῖς. i. Quod vltra Gades est, aquè sapientibus & stultis inaccessum est. Vnde & ἀῦτ dici ait Nonnus πρὸς πόλον γοῦν ἡ πόλις ἀφορᾷ, τουτέστι βάραθρον, hoc est, quòd terræ velut collum in eo loco sit.

46. Equum illum Homericum) Homeri sub finem sexti Iliados hæc verba sunt.

ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ σταθμὸν ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδήσιος ἀρούρης,
ἐλθὼν λούσεται ποταμοῖο, περὸν δὲ οἱ ὦμοι,
κυδιόων· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
ὤμοις πίσεινται, ὃ δ' ἀγλαΐῃφι πεποιθὼς,
ἐρρώδ' ἐς νομὸν ἵππων· ἀτὰρ δέ οἱ γυῖα φέρεσκε.

Quos versus ita vtcunq; Latinos fecimus:

Atq; vt in obscuro stabulo cùm forte moratus
Indignatur equus, stringentia vincula rumpens,
Ac pedibus terram pulsans per amœna vagatur
Prata, fluentis aquæ medio prouoluere corpus
Assuetus, tumiduſq; caput sustollit, & illinc
Atq; illinc latos humeros iuba concutit ingens.
Ipse autem rapido consuetæ ad pascua cursu
Fertur, &c.

47. Peregrinationes) Nam Seleuciam ad Theclæ templum profectus est, vel orandi causa, vel etiã quietæ ac tranquillæ vitæ studio.

48. Et incumbentes calamitates) Obierat enim soror Gorgonia, atq; ante eam Cæsarius frater, cuius opibus & facultatibus diripiendis multi inhiabant. Vnde Gregorius patris iam natu grandis curam gerens, dum sceleratorum hominum audaciæ & importunitati occurrit in varias calamitates incidit.

49. Quemadmodum Gigantes) Ferunt Cadmum Agenoris filium apud Thebas Bœotiæ vrbem draconis à se interfecti dentes seuisse, atq; hinc extitisse gigantes, homines à capite vsq; ad femur armatos, quicodem die mito prælio seipsi mutuis vulneribus confecerint.

50. Dementatus) Nam præter meritum felicem esse, stultis malè sentiendi occasio est.

51. Qui proximus ante eum Ecclesiæ) Eusebium intelligit, qui proximus ante Basilium Cæsariensem Ecclesiam moderatus est, atq; in exilium pro orthodoxæ religionis defensione missus est.

52. Nazaræos nostrates) Per Nazaræos intelligendos esse Monachos dictum est à nobis alibi.

53. Episcopi quidam ex Occidente) Roma duo Episcopi Cæsaream venerant, Lucifer & Eusebius ad Cæsariensem Ecclesiam tranquillandam missi.

54. Imperator auri amantiss.) Valētem significat, qui Iuliano fidei Christianæ desertori in impietate successit. Nam quod ad imperium attinet, inter vtrumq; medius interceptus est Iouinianus. At q; ex hoc loco nõ nonnulli existiment.

55. Arius ille à furore nomen habens) Arius ἀπὸ τοῦ ἄρεως, i. à Marte dictus est bellacissimo & furioso dæmone.

56. Quòd ad proprietates) Proprietas Patris est, quòd ingenitus sit: Filij, quòd genitus: Sp. sancti, quòd à Patre & Filio procedat.

57. E Ponto nobiscum) Vide de hoc latè Epistolas Basilij.

58. Cuius etiam beneficio hoc habent) Catholici Patrem & Filium & Sp. sanctum vnum esse profitebantur. Ita quia tria hæc vniebant, vicissim Trinitatis beneficio illud consequebantur, vt inter se concordes atq; vnites essent.

59. Controuersiarum solutiones) Ratio, inquit, qua in dirimendis controuersijs vtebatur, nequaq̃ fide carebat, aut in dubium veniebat, quin recta esset, sed ab ipsius sententia constituebatur ac confirmabatur: ac modus ille, quo dissidia consopiebat, legis vim obtinuit: adeo vt deinceps huiusmodi controuersiæ eodem modo solverentur. Vel fortasse hic sensus est, Basilio contentiones quorundam & dissidia solutæ, nemo erat qui sibi ipsius voci & sententia detrahetet. Neq; enim verbo tenus philosophatur, sed ea quæ docebat, facti is prius exprimebat. Ita pro lege non scripta ipsius vita & mores habebantur.

60. Monasticarum legum institutiones) Leges monasticas in Asceticis tradidit Basilius. Quem tamen librũ non Basilio sed Eustathio Sebastiæ Episcopo tribuit Nicephorus in sua Ecclesiast. Hist. Et tamen sub nomine Basilij adhuc extat Asceticorum liber à Ruffino illo magni Hieronymi æmulo Latinus factus.

61. Precum descriptiones) orationes ordinauit cùm alias tum diuinæ mystagogiæ siue Liturgiæ, quæ & extant.

62. Obseruant temporum difficultates) Gr. καὶ τῶν πραγμάτων τὴν ἀμέλειαν. Vera enim est hæc lectio, & ita habent exemplaria omnia manuscripta, quæ quidem viderim. Vnde Nicetas hæc verba explicans, ὃ δηλοῖ, φησὶ, τὸ ὑπόμνημα τὸν ἀναβάλλεσθαι, καὶ ἐπιβλέπειν ἐν ἄνεσι τὰ πάθη. Inopiam, inquit, egenorum non leuant. sed obterunt atq; augent. Hoc ideo annoto, quia suspicatur Budæus legendum in accusandi casu τὸν λιμὸν. sed non hoc vult Gregorius, huiusmodi sceleratos negotiatores egestatem ac penuriam inducere, verùm eam in lucrum suum conuertere, & ex publica calamitate commoda sua comparare, famemq; per se atrocem crudeli negociatione atrociorem reddere. Nam quod idem Budæus Nazianzenum sequ. pagina commodius hoc verbo vsum esse ait, cùm de Iosepho verba facit, non dubito, quin si totam periodum accuratius expendisset, pro sua insigni eruditione aliter sensurus fuerit. Eodem enim plane significatu hoc verbum vsurpauit. Nam vt Basilij erga pauperes benignitatem humanitatemque altius efferat, eum cum Iosepho comparat, superioremque esse ostendit, ad hunc modum argumentans. Tametsi non vulgarē vtero; laudem mereatur, quòd difficillimo tempore plebem fame laborantem aluerit: eo tamen nomine maiori laude dignus censendus est Basilius, quòd Iosephi publicam famem in regis vtilitatem conuerterit, atque alimonia totam Aegyptum Pharaoni emercatus fuerit: Basilius autem gratuitam erga plebem benignitatem exercuerit, neque in ea magnificentia quicquam aliud sibi proposuerit, quàm vt de pauperibus & fame laborantibus præclarè mereretur. Hanc porrò Basilij liberalitatem versibus ita prosecutus est Cyrus Theod.

καππαδόκων τὸ πάχνωδες ἔθνος ἀμοῦ,
ἰητῆρι χέρι τὸν ἐσορῶ βιοτείῃ
τὸ φάρμακον κλίνοντι ἐρεθίζον κνέφαιον

Fame æstuabat Cappadox quondam solum.
Morbo medelam vir beatus porrigit,
Ollis fabarum pellitur morbus grauis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ὑπηρετοῦντος. Δαΰμα, τὸ λειτουργικόν. Ipso ministro, qui fabas donauerat.

63. Et exilit senectus) Gr. ἦρας χρισθέντος πνεύματι. sic enim legitur in Hernagiano codice, & in vetustis Regiæ exemplari. Atq; etiam ita legit Græcus Enarrator. Cæterùm in vetustiß. libro non χρισθέντος sed ἐνισχυθέντος scribitur cum huiusmodi annotatiuncula ad marginem ascripta, ἡ δὲ ἀκριβὴς φωνὴ λέγει· ἦρας χρισθέντος πνεύματι. quæ profectò verior est lectio. Hoc enim vult, patrem suum idcirco meliorem valetudinem recepisse, quòd ad Basilij electionem sese vtendum spiritui dedisset.

64. Fastus insimulari) Hinc fortasse est, quòd Abbas Vrspergensis in Chronico, vbi de Valente imp. scribit, Basilium ex nonnullorum sententia superbiæ vitio laborasse. Atq; noster Theologus postea huiusce vitiosculam à Basilio multis rationibus auertere conatur.

65. Persarum quidem regem) Xerxes, vt est apud Herodotum, quò maiorem Græcis terrorem imperatorum quoq; naturam immutare adnixus est. Proinde Hellespontum nauibus quasi ponte iunxit, inde iniecta humo pedibus per eum cum toto exercitu iter fecit. Rursus cùm verticem Athos montis transisset, in eumq; maru fluxum induxisset, tum cum omnibus suis copijs continentem hanc nauibus exercitum fit. Quin etiam pars exercitus cùm in Eretriam insulam transmeasset, Eretrienses nouo & insuspicato abripuit. Etenim vnusquisq; militum dextram in alterius sinistram iniecit, atq; ita sagena instar totos & conclusos viuos omnes abduxerunt. Adhæc cùm pontem illum, qui primò factus fuerat, vi ventis firmiter compactum ventus is, qui Hellespontias dicitur, vehementiore flatu disiecisset, Xerxes mandauit virgis iussit verberari.

66. Adde presbyteros) Occloginta presbyteri orthodoxi, qui legati ad Valentē Nicomediam missi fuerant, nauibus incensis impositi crudelissima morte interierunt.

67. Sed Ecclesijs bellum) Dux enim exercitus Sebastianus, qui Manichæus erat, Alexandriæ cum militum caterua ipso die Dominico in populū impetum fecit, atq; incensa pyra virginibus vndiq; admotis vi ab ijs extorquebat, vt se Arianas esse dicerent. Viros autem quadraginta acerbissimè exussit atque virgis statim à palmis defectis furculos adhuc cuspidum in se habentibus terga eorum ita exussit vt nonnulli propter infixos corpori cuspides à chirurgis diuecti fuerint, nonnulli etiam è vita migrarint. Ad hanc crudelitatem accesit adolescentis cuiusdam importuna petulantia, qui altare conscendit, atq; eo saltitauit. Hæc autem eò perpetrabantur, vt eiceretur Athanasius, atq; in eius locum Arianus induceretur.

68. Lingua scortantur) Præuaricatio in Deum scortationis seu fornicationis genus est, vt apud Prophetas. Fornicati sunt in ligno. Et Dominus in Euangel. Iudæos vocat generationem prauam & adulteram, quòd ipsum verum sponsum abiurarint ac reiecerint. Et Dauid de Iudæorum perfidia & defectione legem violatam nicati sunt in adinuentionibus suis.

69. Illum denique Nabuzardam) Quemadmodum Nabugodonosor principem coquorum Nabuzardam Hierosolymam misit, vt ciuitatem incenderet: sic Valens Demosthenem coquorum præfectum simili prohibitate & audacia virum aduersus Basilium misit. Ad quem dixit Basilius: Nos quoque illustrabimus Demosthenem vidimus. Hic Demosthenes factorum se minabatur, vt Basilium gladijs suis interficeret. Sed ad æternum ignem sibi congruentem transmissus est. Vt enim fabri ærarij per ignem opera sua conficiunt, etiam illi, qui artem extruendarum epularum faciebant.

70. Præfecti munere) Modestus vocabatur hic Præfectus, de quo ita Cyrus Theod.

ἔπαρχε σὺ μὲν ἄλλοις ἔῤῥεξας ἄλλα,	Præfecte, ses tu cæteris quidem omnibus,
μόνῳ δ' ὑπάρχων τῷ σοφῷ βασιλεῖ.	Modeste, verùm Basilio Magno subes.
ἃ χὴ γυναῖκας ἀντὶ παρθένων θίλας,	Præsse quamuis gestias, subes tamen:
μυρμηκιᾷς δὴ, καίπερ ὢν λέων βρύχων.	Formica sanè es, rugias licet vt leo.

In eundem etiam morbo correptum ac Basilij opem implorantem ita ludit.

οὐχὶ σὺ χθὲς ἐτόλμας βρύχωτ' ἐλέων,	Eccùmne, nuper qui fremebat vt leo,
κοὐ πᾶσι φόβον ἐνῆκας ὅλῳ μίαν δείσας δράσειν,	Virumq; sanctum territabat insolens?
νῦν ἱκετεύει, πτωχὸς αἰτεῖ, δακρύει,	Nunc ingemiscit, nunc miseriam supplicat,
ζητεῖ νέους λῦσαι, ἵν' κἀμὲ λαμβάνῃ.	Petit leuamē: quodq; postulat, capit.

71. Baptismi aqua tinctus, vel potius obrutus) Gr. ἐλεγάκτιος, ἐκέκλυστο δὲ ἐκκλησίαις πλειόναις ἀφ' ἑνός. Hoc enim loco συγκλυσθῆναι idem est quod καταποντισθῆναι, ἀφανισθῆναι, ἀπολλύσθαι interprete Nicetâ. Hoc sensus, Eos qui ab hæreticis baptizantur, huiusmodi aqua non tam tingi, quàm submergi, obrui, atq; perdi. Quo dicto tolli. Non quòd vim suam non habeat hæreticorum Baptismus, sed quia cum Baptismo impia & pestifera doctrina imbuantur, qui ab ijs baptizantur. Pari elegantia in Oratione de Baptismo ait, τὸ βάπτισμα ὑπὸ βαπτισθέντων.

72. Nec creaturam ador. sustineo) Non sustineo Filium Dei creaturam ac factura dicere, hoc est creaturam ipsum adorare: cùm creatura ipse sim Dei, immò Deus ipse per adoptionem fieri iubeat, nimirum mandatorum, quæ diuinitatem nobis pariunt, obseruationem. Ait enim Deus per Dauidem. Ego dixi

estis, & filij Excelsi omnes.

73. Verùm vbi Deus nobis periclitatur) Deum enim amittimus, si quidem ipsum dignitate sua spoliamus.

74. Est enim ea vis virtutis) Eandem sententiam pluribus explicatam apud Chrysost. extare in Epistola ad Episcopos & presbyteros in carcere monuimus suprà.

75. Cùm dona, quæ ipsemet) Gr. σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ ἐκπωματικὰ ὁ βασιλεὺς, i. aurea vasa, quæ Imperator ipse fabricatus fuerat. Sic enim ἀνατυπεῖν exponit Nicetas.

76. Hinc imperatoriæ) Gr. λόγους vt Græcus interpres exponit, ἡ γυναικεία δὲ, συνετὴ διάλεξις· ἐπὶ δὲ βουλὴν τὸ πρόσφορον, ἀδρομὴ· hoc est, generosa & prudens disputatio, aut, si mauis, consilium & occasio.

77. Nefarium Ader) Quærendum est, quare à Theologo & Ader seu Adad, & Præfectus ab eodem diabolo excitati dicantur, cum 3. Reg. cap. 11. scriptum sit, quòd suscitauerit Deus aduersarium Ader Solomoni. Hæc quæstio sic solui potest, vt dicamus, Deum vtrumq; mouisse non faciendo, sed permittendo. Familiare enim est sacræ scripturæ permissionis loco actionis verbum vsurpare. Permisit atq; Deus, operatus est aût diabolus. Porro Eusebius erat hic Præfectus, qui vt Imperatricis auunculus hoc imperium acceperat.

78. Qui sancti cubiculum) Hanc contumeliam his versibus insectatus est Cyrus Theod.

τἆρ' ὦ πρᾶγμα ὕπαρχε κἀξ ἀσχέτου.	Præfecte, quodnam dedecus? iniuria
γυναῖκας ἀντὶ παρθένων βασιλεῖ λάβοις	Quænam hæc? Requiris in domo mulierculas
γυναῖκας ἀντὶ παρθένων μειρακίσκους ἀεὶ λόχους.	Tectissq; puris angeli Basilij?
κοὐ δείσ' ὑπερνεύοντ' ὄμματ' ὄμμα τὸ Διός.	Nec extimescis vindicis fulmen Dei?

79. Hoc enim apud Deum) nimirum peccatores tolerare, ac lenitate & patientia, vti, atq; resipiscentiæ occasionem aperire, ac tempus & locum dare, quibus homines à sceleratæ vitæ ratione recedant, quemadmodum in Sapientiæ libro scriptum est.

80. Nam cùm patria nostra) Diuisa enim fuerat Cappadocia nostri Theologi patria in duas prouincias & præfecturas. i. in primam Cappadociam & secundam, atq; in duas Metropoles, Cæsaream & Tyanā. Ac multa à priore præfectura secundæ adiungebantur. Atq; inde orta est inter Episcopos contentio. Nouus enim Tyanorum Metropolita Anthimus (quoniam alius primæ Cappadociæ præerat, alius secundæ, tametsi ambæ ad id tempus vnum duntaxat haberent Metropolitam) æquum esse contēdebat, vt cum publicis administrationibus & præfecturis Ecclesiarum quoq; parœciæ simul diuidcrētur: ac propterea parœcias Ecclesiasticas, q̄ noua prouincia, i. secunda Cappadocia, in qua tum Metropolis erat Tyanorum ciuitas, adiunctæ fuerant, sibi vēdicabat. Ac Basilius veteri consuetudine ac diuisione à patribus iam olim facta niteba tur, dicebat quo mundana quidē diuidi, cæterum Ecclesiastica suo loco manere. Neq; enim quicq̄ ensi cū Spiritu cōmune esse, vt quoniam duo præfecti militares, idcirco duos quoq; Episcopos esse necesse esset.

81. Noxas suas obiter elucrantur) Noxas suas seu debita sua, siue aeris alieni, siue etiam castigationis & pœnæ libenter elucrantur: hoc videlicet assequentes, vt propter rerum mutationem perturbationem causam dicere minimè necesse habeant. Promiscua enim plebs cùm sacerdotem peccare cernit, id obiter lucratur, vt quæ velit, faciat: quòd iam nemo sit, qui ipsius peccata coarguat atq; insectetur.

82. Taurici reditus ab ipso) Fructus & prouentus S. Oresti in mōtem Taurum qui est inter Ciliciam et Cappadociam, deuehebantur.

83. Ac diffidentiam) A multis accusatus est Basilius, quòd Sasimis vili & inamœno ac perangusto oppidulo Gregorium amicum iuratissimum præfecisset, tanq̄ ipsius virtuti parum consideret. De eare vide argumentum 2. Orat.

84. Modus omnis optimus) Μέτρον μέτρα, Cleobuli, qui inter septem Sapientes enumeratur, sententia est.

85. Crates Cratetem) Crates cùm possessiones suas vastas ac desertas reliquisset, ascendit in editū quendam locum, ac publicè proclamauit: Crates Cratetem libertate donat. i. à pecuniarum seruitute seipsum in libertatem asserit.

86. Nec verò in dolio) Cynicus Diogenes Sinopensis in media vrbe dolium habitabat, vt paupertatem in opulentia instrumentum conuerteret, atq; ab omnibus stipem accipiens delicatè viueret.

87. Virginitatem lege præscribens) Non quòd eam lege præscripserit Christus: sed quòd exemplo suo ad virginitatis studium præstantissimos quosq; adhortatus fuerit.

88. Cùm solitaria vita, & ea (Anteq̄ in Græcam interpretationem incidissem, vtramq; vitam à Gregorio designari, nempe solitariam & ciuilem seu in medio positam exilitimabā. Interpres tamen ad Monachos vtrumq; vitæ genus refert, ac μετὰ λαικῶν συζῆν exponit. Eremicos aût eos, qui omnem hominum societatem fugiebant. Id quod apertius declaratur in oratione de Laudibus Athanasij.

89. Ac nouam ciuitatem conspice) Valetudinarium intelligit, quod curādis pauperibus ægrotis extra Cæsaream Basilius extruxit.

90. Quid cum hoc opere Thebas) Quædam hîc mundi miracula attingit: quæ septem ista fuisse dicuntur: primum, Thebæ Aegyptiæ centum portis cinctæ mira & visenda pulchritudinis: secundum, Babylonij muri, quos ex latere & bitumine confecit Semiramis, quorum ambitus trecēta stadia continebat, latitudo cubi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tos octogintà: tertium est Cariæ sepulchrum, quod Mausolus regionis princeps maximum & variam ar-
gnificum construxit: quartum, Aegypti pyramides, ædificia quædam à Ioseph, vt nonnulli opinantur, ag-
dela frumenta prudenter admodū elaborata, ἀπὸ τῶν πυρῶν. à frumento nomen consecuta, vt auctor
to atq; alijs quibusdam placet, Aegyptiorum regum sepulchra. quanq; non à vero abhorret, vt inquit
quin has pyramides post Ioseph tempora excesserūt; Iudæorum ex Aegypto in regum sepulchra
rint. Aiunt etiam nunc in Aegypto pyramides esse quasdam partim exiguas partim magnitudine
ad honorem ignis confectas, ac iuxta illum in acutum à quadrato desinentes: quintum, Colossus
mulachrum Apollinis omnium maximum. Sunt autem, qui dicunt Colossum hunc aream esse cubi-
tirudinis secundum Aristotelem sexcentos cubitos habentem: sextum, Capitolium Romæ: septimum,
ni templum, quod erat apud Cyzicenos.

91. Atq; obliqua & peruersa regulæ admou.) Gr. καινίζοντα καινίσαι προσάγοντες, i. interpretes Grae-
cat, καινίζειν αὐτὸν, ἢ ὀρθοῦν βακτήριοι, ἀνιᾶσι ἀνορθοῦσι. i. formare atq; erigere illum cupientes, cum ipse
& obtorti sint.

92. Deum pendentem intueri) Non quòd diuinitas penderit, cruciq; affixa sit, quemadmodū
Theopaschitæ, i. qui Deo passionem tribuūt: verum hoc dixit ratione communicationis, quam Grae-
ων appellant. Nam Dei quoq; ea caro erat, quæ in crucem sublata est, ac non alius cuiuq;. Pependit
in cruce quantum ad humanitatem, qui secundum diuinitatem capi ac superari non poterat.

93. Neq; enim hoc quidam male) Menandri hoc dictum est, ἐγγὺς κακὸν ἡδονή. Malum
tura à propinquum est. Et Aristoteles ait, virtutibus esse vitia ἀγχίδυμα, hoc est, vicina: quòd velut par-
dam propinqua, ob incertitudinem homines fallant, ac pro alia ad aliam introducant, nimirum ip-
se similitudine quadam deceptos.

94. Si qua vnquam fuit, vel futura, est) Buccina præterita, Apostolorum fuit buccina, de qui-
faiam dicitur, Buccinant buccina magna. Buccina autem futura, est extremus dies: de qua Paulus
1. ad Co. cap. 15. Vox autem Dei mundum complectens illa est: de qua dicit Dauid, Deus deorum
& vocauit terram. Iam per orbis terræmotum, fidei mutationem indicat scriptura, à Gentilismo
mum à Iudaismo ad Christianismum. Quemadmodum igitur sonus buccinæ in longum protenditur,
Dei ab omnibus auditur, & vniuersalis terræmotus nullius mortalis sensum fugit: sic Basilij quoq;
nes orbis fines peruasit.

95. Sublimiter loqui) Sublimem Theologiam docuit, librum nimirum edens de Sancta Trinitate, cap.
men non extat.

96. Aut Chalanæ turrim) Sic Esaias hanc turrim vocat in translatione 70. Interpretum, quae
ris Babylonica vocari solet.

97. Trifariam in solidis) hoc est, historicè, moraliter, anagogicè: vt omnium & multorum &
ædificationi consulatur. Alludit autem ad Solom. in Prouerbijs.

98. Sermones cum iudicio dispensare) De hoc commodius moratione de Athanasij laudibus
eam dictionem explicaturi.

99. Vnde etiam humanæ naturæ) Non enim est rectipes virtus in corpore mortali, quem admodum
Philo Iudæus: sed quasi corpore correpta nonnihil claudicat. Obtorpuit enim, inquit Scriptura, cu-
moris, & claudicabat. Femur autem generationis signum: quandoquidem genitale membrum
est. Scala igitur diuinam submissionem præfigurat: lapis angularem lapidem Christum: lucta vnio-
cum carne quam accepit, vel comparationem & contentionem mediocritatis nostræ naturæ cum
sublimitate: femoris dolor humanam generationem victam esse significat. Nam natura nostra, si
na componatur, huiusmodi collatione quasi graui dolore oppressa subelaudicat.

100. Tanta ipsius virtus fuit) Sic quidam cacozeliæ morbo laborantes Aristotelis balbutiem
& Platonu gibbositatem ac præstantissimis illorum viribus reluctis; naturæ vitia complectebantur.

101. Si eos resonabili Echus voci) Si dixerimus eos ita Basilium imitatos fuisse, quemadmodum
tatur: illa è concauis locis reuerberatio vocis, quæ Echo dicitur, nimium ipsis dederimus. illa enim
extremitatem vocis simulet, extremásq; syllabas reddat, euidentius tamen sermonem exprimere
Dionysius magnus in huiusmodi significatione ἀνηχεῖσθαι verbo libenter vtitur.

102. Oportebat enim eum hominem inueniri) Quoniam scilicet excellentius vixerat, quàm humana
bellicitatis ratio ferre videretur. Vnde & Cyrus Theod. hanc rem ita carmine expressit.

Ὥσπερ γὰρ ἄκρατος ἀγχιβαθὴς	Vt carne casso vita decursa est tibi:
τέθνηκεν ὡς ἔπαρτος ἀνδρὸς ὠκὰ μόρου.	Vt carne tecto clausus est vitæ dies.
ἢ πῶς δ' ἀφθὴς τῶν δεινῶν ἕλκους μέρος.	Ni te attigisset mortis atræ spiculum.
ἐμμελὴς ἂν τοῦδ' ἔκυρσας ὧν ἀκαπνόκλαυ.	Non visus esses molis huius particeps.

103. Martyribus martyr) Annus Basilij sub Maximiano Martyrij coronam adeptus est.

104. Sacrificia pro nobis offert) Eadem pagina vides, lector, quid Gregorius de Sanctorum inter-

105. Carnisq; stimulum à Deo nobis) Renum infirmitatem significat, atq; articulorum debilitatem siue podagram. Sic enim locum illum Pauli de corporis infirmitate, & non da fomite cōcupiscentiæ veteres quidam intellexerunt. Quamuis probabilior mihi eorum videatur sententia, qui hæc verba de libidinis pruritu accipienda putant.

GREGORII NAZIANZENI AD CIVES Nazianzenos graui timore perculsos, & principem irascentem. Oratio.

ARGVMENTVM.

CRimen Nazianzenorum ciuium quod illud fuerit quod principis iram commouerit, ex hac oratione non satis constat. Coniectura tamen ductus existimo eos aut edicto quopiam, aut fort asse tributo rum vectigaliumq; grauitate offensos signa quædam dedisse animorū ad seditionem spectantiū. Verisimile enim est Gregoriū multò acriorem ad eos orationē habiturū fuisse, si eā nō modò in animo habuissent, sed etiā reipsa cōcitassent. Insignis aūt est hic locus mouendæ clemētiæ diligenterq; legēdus ac memoriæ mandandus. Accidit enim sæpenumero, vt idem argumentū tractare necesse habeamus. Porrò illud te etiam obiter admonendum esse duxi, quisquis es rei Theologicæ studiosus, vt sedulò animaduertas, qua arte & copia citatos oratonis principio quosdam scripturæ locos amplificet, luculentum certè operæpretiū facturus, si eam dilatandi rationem tibi imitandam proposueris.

VEntrē meum, ventrem meum doleo, & cordis mei sensoria incitātur ait quodam loco Hieremias, qui humanitate & condolētia parem ex omnibus Prophetis habuit neminem, cum rebellantem & contumacem Israelem deplorat, à Deique benignitate se auertentem. Quo loco ventris quidem nomine suam ipsius animam intelligit: hoc enim sensu persæpe hanc vocem in scripturis acceptam reperio, vel quòd abdita sit, conspectumq; oculorum fugiat (id enim habet anima cum ventre commune) vel quòd sermonis alimenta capiat, atque vt sic loquar, digerat. Quem enim vsum cibus corpori adfert, eundem animæ præstat oratio. Per sensoria autem fortasse impulsiones animæ cogitationesque significat, easq; potissimum quæ à sensibus proficiscuntur: quibus optimus vir peruellitur, & incalescit, atq; impetu fertur, nec iam præspiritus æstu teneri ac coerceri potest. hoc enim verbum μαιμάσσειν promptitudinem quandam indicat iracundia permixtam. Quòd si quis hæc ad ipsius etiā corporis sensoria referat, haud quaquam absurdè id fecerit: quandoquidem oculi aurescq; non modò tristibus spectaculis, atq; auditionibus discrutiantur, verùm etiam ob cōmiserationē lętiora videre atq; audire cōcupiscunt. Quocūq; verò hæc sensu accipiantur, perspicuum est vtiq; Propheram graui dolore affici & incitari, atq; Israeliticæ gentis calamitates molestissimè ferre, siue corporeas illas intelligas, eiusq; qui corporeo modo cernitur, siue spirituales, eiusque qui spirituali modo percipitur. Nam & alibi fontem lachrymarum idem Propheta requirit, atq; extremum quendam recessum exoptat solitudinemq; complectitur: quò liberè nullo loco; obturbante Israelem defleat, sicq; magnam sui mœroris partem exhauriat, & vulneris in pectore hærentis dolore quomodo leuetur. Consimilem in modū Dauid multis ante Hieremiam annis calamitates suas acerbè ferens, quis, inquit, mihi dabit pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam. Columbæ pennas expetit, vel quòd leuiores sint ac perniciores (talis enim est, quisquis iustitiā colit) vel quòd Spiritum adumbrent, cuius vnius auxlio pericula fugimus: vt quam longissimè se ab iis malis remoueat, quæ tum grassaban tur. Ac deinde spem angustarum rerum medicinam subiungit. Expectabam, inquit,

Hierem. 9.

Psal. 54. Cur pennas columbæ expetat Dauid.

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quit, Dominum qui saluum me facit à pusillanimitate & tẽpestate. Quãrationẽ alio etiã loco tenuit, vbi cõsestim dolori remedium subnectit, præclarumq; & sermone & operemagnitudinis animi nobis in grauibus molestijsq; rebus pstandæ documentũ pbet. Renuit, inquit, consolationẽ
Psal.76. accipere anima mea, Audísne anxietatis & desperationis verba? Num quis te Dauidis causã timor inuasit, velut incurabili morbo laborantis? Quid ais? Respuis exhortationem? negas tibi solatij spem vllam reliquam esse? Nihílne tibi medebitur, non oratio, non amicus non propinquus, nõ monitor, non malis tuis indolescens, non tristem rerum suarum statum exponens, nõ vetera commemorans, nõ præsentia cum illis comparans atq; ostendens, q̃ multos homines vel ex atrocioribus malis Dei benignitas extraxerit? Siccine, piecta est, abijt, concidit, perijt spes omis, nec quicq̃ aliud supersit, q̃ vt iacentes & supini finem expectemus? At sunt hæc tamen Dauidis verba, qui alioqui in tribulationibus dilatur: qui vel mortis vmbra circumfusus,
Psal.4. Dei tamen ope subnixus erigitur, atq; aduersus oẽs difficultates superat. Quidnam igitur me facere par est, me tenuem & infirmum, me crassum terrenum, nec tanta spirit⁹ facultate præditum? Dauid ęstuat, neq; habet, quò se vertat: & quis saluus esse
Psal.22. poterit? Quæ res mihi laboranti vel subsidio, vel solatio futura est? Ad quem in rerum asperitatibus & angustijs perfugiam? Audi quid Dauid respondeat, magnus, inquam, ille medicus, ac malos etiam spirit⁹ per Spiritum in ipso habitantẽ excantans.
1. Reg. 16. Ad quem confugiẽdum tibi sit, vis ex me
Esa. 35. & 45. scire, nec ipse p te intelligis? Quis est, qui laxas manus roborat, & genua dissoluta
Psal. 65. consolatur, qui educit per ignem, & per medias vndas viam salutis commonstrat? Nihil, inquit, instructa acie opus est, non armis, non sagittarijs, non equitibus, non consultoribus, non amicis, nihil deniq; necesse est foris auxilium quærere: habes domi auxiliares copias, quæ & tibi & mihi, & cuiuis volenti in promptu sunt. Adsit modo voluntas, animiq; propositum: propinqua est consolatio in ore tuo & corde tuo. Memor fui Dei, inquit, & delectatus sum. Quid memoria parati⁹? Me-
Psal. 76. mor ergo est tu quoq;, & delectaberis. O fa-
Vera consolatio & Dei recordatio. cilem & parabilem medicinam? O celerem curandi rationem. O egregiã diuini beneficij magnitudinem. Non modò animi deiectionem mœstitiamq; sedat Dei
Ezech. 18. recordatio, sed & delectationem affert. Vis alia insuper diuinæ erga humanum genus beneuolentiæ testimonia produ-

cam? Si, inquit, conuersus ad Dominum ingemueris, salutem consequeris. Videsne quemadmodum salus cum gemitu & lamentatione coniuncta sit? Et adhuc re-
quente dicet, Ecce adsum, & loquetur a-
mæ tuæ, Salus tua sum ego: Nihil inter
tionem & rei petitæ obtentionem inc-
dit, non aurum, non argentum, non
didæ & eximiæ gemmæ, non cætera,
bus hominum mentes ad lenitatem &
mentiam inflectũtur. Posteaquam
atq; infensus Deus per Sophoniam
cutus est, desertas reddam vias eorum
nemo eas ingrediatur. Deficient ciui-
eorum, eò q̃ à nemine incolantur;
acerbissima quæq; minatus est, post-
summo mœrore animos deiecit, ne
rum caliginem offudit, spei melioris
men statim inducit, meq; huiusmodi
tione recreat & reficit. Veruntamen
Timete me, & accipite disciplinã, &
delebimini. Aliquantoq; vlterius
sus lætioribus adhuc humanioribus
bis vtitur. In tempore illo dicet Do-
Bono animo esto Sion, ne langueſcat
nus tuæ. Dominus Deus tuus in te
te seruare potest: inducet super te
tatem, & innouabit te per dilectionem
& contritos colliget, & oppressos
bit, & iectos admittet. Hæc sanct
hæc rationes volunt, hęc mẽa postul
tio. Vos verò suscipite sermones
tiæ, vt est apud Solomonem, ne
profundum malorum lapsi contem
nec tam ab vrgente molestia & diffi
te, quàm ab imperitia vestra stultitiæ
absorbeamini. Res humanæ velut
quodam voluũtur, fratres, ac nos per
traria Deus erudit: vt sapienter omn
agmentauit, quasiq; vinculis astrin
non minori sapientia (vt inaccessa
lius iudicia, minimeq; humana
peruestigabilia) cum vniuersam
machinam, tum res quoque mor
regens ac gubernans. Mouetur enim
sic dicã, ac fluctuat vniuersitas rerum
ca immobilem, ratione quidem
quam (idẽ enim ipse inter omnia
& immobilis stat, etiam si nostram
mitatem animorumq; habetudinem
giat) verum rebus varijs in singulos
occurrentibus atque incidentibus.
hoc antiquum fixumque Dei decr
est, ipsius latibulum esse tenebras ob
los nostros suffusas, permultasq; in
us gubernatione hãc rationem habe
à nobis nisi in ænigmatis & imagi
nibus peruideri nequeant: siue hæc
ne fastum nostrum & arrogantiam
ercere velit, vt intelligamus q̃ nihil

ficum prima illa veraque sapientia consideramur, eamq; ob rem ex illo vno pendeamus, in eo nostra omnia posita esse censeamus, semperq; radijs illis collustrari quęramus: siue per earum rerum, quæ oculis cernuntur, inconstantiam & conuersionẽ ad ea quæ certa & æterna sunt, auocare. Cæterum nihil motus expers est, vt diximus, nihil planum & æquabile, & in finẽ vsque sibi constans, non læti & tranquilli animi affectio, non ægritudo, non opes, non egestas, non vires, non infirmitas, non humilis & deiecta vitæ conditio, non principatus, non presens, non futurus rerum status, non nostra, non aliena, non parua, non magna, nec denique quidquid dicere quisquam possit. Atque æquale hoc vnum habet ipsa inęqualitas, quòd in omnibus rebus huiusmodi vicissitudo reperitur. Omnia quippe facili quodam circuitu feruntur atq; recedunt, sibiq; inuicem aduersantur: vt ventis tutius, aut lineis in aquis descriptis fides haberi posse videatur, quã hominum felicitati. Ac liquor quidẽ secundarum rerum cursum impedit: calamitatem autẽ sistit commiseratio, idq; meo quidem iudicio non sine magna sapientia, singulariq; & mirando cõsilio contingit: ne vel aduersitas solatio, vel prosperitas freno & disciplina careat. Prudẽter verò illi faciunt, qui calamitatibus erudiuntur, dumque illis, velut aurum igne, purgantur, Dauidicum illud in ore habent, Bonum mihi, quia humiliasti me: quòd videlicet ea res iustificationum Dei cognitionẽ in nobis excitet: quiq; Petrum imitãtur, Seruatoris opẽ cùm iam iamq; aquis obruendus esset, implorantẽ: qui denique Deo propter dolorem magis adiunguntur, ac beneficiorum omnium authorem per afflictionẽ sibi cõciliant. Anima eã morbo affecta Deo, ppinqua est: ac penuria ipsa efficit, vt ad eum, qui largiendi potestatẽ habet, nosmetipsos conseramus quem alioqui fortasse ob nimis expromptam liberalitatem contemptui haberemus. Quocirca, fratres, oculos in cælum erectos habeamus, omni tempore rerumque statu bonam spem præferamus, neque vel in prosperis rebus timorem, vel in aduersis spem abijciamus. Memores simus tum in tranquillitate tempestatis, tum in tempestate naueleri: nec turpiter & fœdè in afflictionibus deficiamus, aut improbos seruos imitemur, qui bene merentem quidẽ de se dominum laudibus celebrant verum eidem corripienti nequaquam pari studio & voluntate adiunguntur: cum tamen interdum accidat, vt dolor sanitate, & submonitio remissione atq; indulgentia, & visitatio neglectu, & castigatio venia melior sit & præstabilior. Atque, vt rem in pauca conferã, sic nos instituamus vt nec pro calamitatibus cõseruemur, nec propter satietatẽ omniumq; rerum copiã insolentia efferamur. Subijciamur tum Deo, tum alij alijs, tum ijs qui imperium *1. Pet. 2.* in terra gerunt: Deo quidem omnibus de causis, alij autẽ alijs propter charitatis fœdus, principibus denique propter ordinẽ publicæq; disciplinæ rationem, idque tan *Principib.* tò etiam magis, quantò clemẽtioribus mo *cur parendum.* deratioribusq; illis vtimur. Graue ac pe- *Sent.* riculosum est indulgendi assiduitate clementiam exhaurire: ne alioqui illorũ aspe ritatis & crudelitatis pœnæ tandem à nobis expetantur, vt qui ventis inuectis tranquillitatẽ sustulerimus, & luci calliginẽ induxerimus, melliq; absinthium admiscuerimus. Iam verò inter cætera nostræ doctrinę leges hanc quoq; habemus comprimis laudandam, & spiritu, qui id quod præstare possumus cum eo quod honesti ratio posit, exploraũit, legeq; sanxit, præ *Eph. 6.* clarè constitutam: qua vt serui heris suis *Col. 3.* & vxores viris, & Ecclesia Christo, & discipuli magistris ac pastoribus dicto audientes esse atque obtemperare iubentur, ita nobis etiam præscribitur, vt præcellentibus potestatibus pareamus, non solum propter iram, sed etiã propter conscientiã, vt *Rom. 13.* qui pendendo tributo simus obnoxij: nec committamus, vt ob scelera & flagitia nostra legem odio insectemur, ac vindicem gladium expectemus: quin potius id agamus, vt per timorem purgati laudem à potestate & magistratu consequamur. Vna atque eadem est regula, & tamen ita recto parcit, vt quod superfluũ est, incidat. Vnus itidem Sol: & tamen vt sanis & in- *Simil.* corruptis oculis splendorem affert, ita ægros & imbecilles præstringit, & obscurat. Atque vt ex nostra doctrina quid piam in medium proferam, vnus est Christus. Idem tamen in ruinã & resurrectionẽ positus est, in ruinam nimirum incre- *Luc. 2.* dulis, in resurrectionem autem ijs qui fi- *1. Pet. 2.* de prædíti sunt: & alijs quidẽ petra offen- *Rom. 9.* sionis est ac lapis scandali, ijs nempe qui nescierunt neque intellexerunt, verum in tenebris ambulant (quales illi sunt, qui vel simulachra prodijs colunt, vel defixos in litera mentis oculos habent, nec quicq̃ *Psal. 81.* præterea splendoris accipere vel cupiunt vel possunt) alijs contra lapis angularis & petra laudabilis (ijs videlicet qui verbi di *Eph. 2.* uini vinculo cõstringuntur, eiq; insistũt) aut, si mauis, margarita illa, quam bonus negociator omnibus suis facultatibus emercat. At nos fratres, dũ officiũ ipsi dese *Matt. 13*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rétes magistratus potestatem iniquo animo ferimus, perinde vtique facimus, ac si quis certaminis præsidem vt improbum accuset, cùm ipse in palestræ leges peccet, aut medicum vt indoctum & audacem, quòd sectionibus & cauterijs grassetur, cũ ipse graui morbo laboret, asperioribusq; remedijs opus habeat. Atq; hæc mihi ad subditos partim admonendi partim consolandi gratia dicta sint, mihi inquã pauperi pastori, gregem hunc paruum cõponenti & instauranti, cui & gaudẽti gratulari ac læto animo esse, & mœrenti condolescere pastoritię meę artis lege prescripta iubeor. Quid verò vos principes & pfecti? Ad vos em̃ iã nostra se cõuertit oratio, ne alioqui iniquè omninò facere videamur, atq; his quidẽ quæ in rem futura sint consulere, vestræ autem dignitati potentiæq; cedere, quasi vel pudore vel metu nostrã secundum Christum libertatẽ demittentes, aut rationibus quidem illorum accuratius prouidere, vestri autẽ curam minus tangi, quibus eò etiam maiori solicitudine prospiciendum est, quòd ea res plus in vtramq; partem momenti habeat vberiorq́ inde vtilitas promanet, si negocium prospere successerit. 3 Contrariũ em̃ tum à nobis absit, tum ab oratione nostra. Quid igitur dicitis? aut quid inter nos cõuenit? An me liberè loquentẽ æquo animo feretis? Nam vos quoque potestati meę meisq; subsellijs lex Christi subijcit. Imperium em̃ ipsi quoq; gerimus, addo etiã pstantius ac perfectius: nisi vero equũ est Spiritum carni fasces submittere, & cœlestia terrenis cedere. Sed nõ dubito, quin hanc dicendi libertatẽ in optimam partẽ accepturus sis, vtpote sacri mei gregis ouis sacra, magniq; Pastoris alumna, rectęque iam inde à primis annis à spiritu ducta & instituta, sanctæque & beatæ Trinitatis lumine æquè ac nos ipsi collustrata. Proinde breuis erit mihi tecum oratio. Cum Christo imperium geris, cum Christo prouinciam administras. A illo gladium accepisti, nõ tam vt eo vtaris, quam vt mineris ac terreas. Quare tibi videndum est vt illum tanq̃ donarium quoddã purum & integrũ ei qui dedit, serues. Imago Dei es: verùm imaginẽ quoq; Dei regis hic quidẽ certa dispensatione gubernatã ad aliã autem vitam migrantem, ad quã oẽs quoq; concedemus, posteaq̃ in hoc vitę ergastulo vel stadio, 4 vel pfignatione vel adumbratione aliquãtisper luserimus. Flectat te naturę cognatio: moueat te exẽplar tuum: fac Deum imiteris, nõ mundi principẽ: benignũ dominum nõ acerbum & crudelẽ tyrannum. Ille homicida erat ab initio. Ille & primo homini pmanenti transgressionẽ vulnus inflixit, & aerumnosam vitã inuexit, tũ & inferẽdæ tũ fundæ pœnę legẽ per peccatum indu-

Simul.

Rom.12.

Episcoporũ imperium præstat regum imperio.

Imperatorẽ alloquitur.

Ioan.8.

Gen.3.

Tibi verò homo Dei, in mentem veni quis te finxerit, quo voceris, quot quanq; habeas, quot nominibus obstrictus sis, quo rationẽ, legẽ, prophetas acceperis, ius beneficio hoc ipsum consecutus sis, quòd Deũ cognoscis, quodq; futurum paras, vt bonis in expectatione positis aliquando pfruaris. Quocirca Dei humanitatem misericordiã ęmulare. 5 Nihil tã diuinum habet homo q̃ beneficentiã ac bene de hominib⁹ merendi studium. 6 Licet tibi nolo labore diuinitatẽ assequi: noli obstare diuinitatis adipiscẽdæ occasioni & ignauiæ. Alij opes suas effundunt, alij exhaurire carnẽ spiritui mancipant & Christo pter Christum emoriuntur, penitus; mundi cõsortio abrumpunt. Alij charissima sibi pignora Deo cõsecrant. Noe tibi Abrahæ sacrificium inauditum, qui vnicum filium diuinitusq; pmissum immò ad quẽ ipsa promisio referebatur Deo libentius obtulit, q̃ ab eo primùm perat. Horum nihil à te postulamus: vnum petimus, vt clementiã, qua Deus ęgis q̃ cunctis alijs rebus in vnum cõtulisti delectat, omniũ munerũ loco cõferas nũ propriũ donum labe omni vacuum Dei liberalitatẽ & munificentiã inuitãs lenitatem admisce terrori, spe tempera. Multa quoq; perficere gnitatem ignoscendiq́; facilitatem ratum habeo, ad debitã gratiam dã pudore ipso cõpellentem: cum cet in summa vim inferendi atq; uertendi potestate noxã cõdonantem in quem fuimus misericordes, pœnitentia nostra victum ac pudore fractum nostri amorem ptrahimus. Nihil ti sit, vt ꝓpterea inducas in animũ admittere, quòd à principis dignitate horreat. nihil cõmiserationem animo mansuetudinem excludat, nõ temporcerbitas, nõ princeps nõ metus nõ pfecturæ spes, nõ audacia & asperitas bus & gratia florens. Ad necessaria ra sunt benevolentiæ tibi pfidum Misericordiã Deo mutui nomine minem vnq̃ Deo aliquid prius ero pœnituit. In beneficio referendo cę sus est, maximè ille quidem cęlestia ijs, à quib⁹ ipsi antè quidpiã collatum tuoq; datum fuerit, rependens, nonnu tamen huius quoque vitę cõmoda dens, vt futura certiori fide expectemus. Breui transibit & dilabet hic mundus, tæq; scena dissoluetur. Temporis

Eccl.1.

cõmoditate ad quæstũ nostrum vtamur: fluxis & fragilib. ęterna cocamus. 7 Vnusquisq; nostrum correptioni & pœnę obnoxius est, ac secum lutea hęc massa pluri mum æris alieni circumfert. Veniã ergo alienis peccatis demus, vt nostris impetremus: remittamus, vt vicissim nobis remitti postulem⁹, vides in Euãgelio quo modo quidã talentorum multorum debitor addu-

Matt.18.

catur, atq; omni ære alieno liberetur Nec mirũ: ad bonum em̃ & facilem dominum accesserat. At ille ære alieno solutus nequaq̃ pari humanitate alijs debitum remittit (nã animi quoq; destinatione & voluntate seruus est) nec misericordiam q̃ in maiori pecunię summa cõsecutus est, in minori pecunia cõseruo suo impartit, si nihil aliud, at ꝓpositum sibi certe liberalis erga alios animi exẽplum sequẽs. Cuius rei indignitate grauissimè mouetur dominus. 8 Nam quæ postea sequuntur, silentio ꝓteribo. Tantum hoc dicam, conducibilius omnino esse, vt priusquã in altero sæculo vitę rationes referamus, huius vitę benignitatẽ impendamus. Quid ais? Num te sermones nostri permouerunt, quorũ te amore ac cupiditate flagrare sępe cõfessus es, pstantissime princeps, atq; vtinam addere liceat, clemẽtissime? Num tibi ꝓtereа supplicis cuiusdam libelli loco canicies hæc offerenda erit annorumq; nostrorum numerus, diuturnumq́ & incontaminatum sacerdotium, quod ipsi quoque Angeli puri purissimi Dei cultores fortasse verentur, vt ipsorum cultu & sacrificio dignum? Num hæc inquam te permouent? An maius aliquid audiendum erit? Auda

Sacerdotiũ incontaminatum reuerentur

cem autem me dolor facit. Christum tibi offero, Christiq́; pro nostra salute inaniti onem, & impatibili: supplicia, & crucem, & clauos, quibus peccato solutus sum, & sanguinẽ & sepulturã, & reditum ad vitã & ascensionem, atque adeò mensam hanc, ad q̃ communiter accedimus, 9 salutisq́ue meæ signa, quę eodem ore perago, quo has ad te preces fundo hoc inquã sacrosanctũ mysterium atq; in cœlũ nos tollẽs. Quod si hęc singula minus apud te valeãt: at vniuersa certò valeãt. Da nobis & tibi ipsi hãc gratiã, & domesticæ Ecclesiætuæ, atq; huic pclaro Christi cœtui, de quo ita velim existimes, cum tibi nobiscũ supplicẽ esse tametsi obeundę legationis munere nobis cedat, vt maiorem apud te, à quo honore affecti sumus, authoritatem habiturus: ne illud etiam dicã, quòd imperij tui interdicto huius loci accessu prohibetur. Hac vna re patere te vinci, vt humanitate nos superes. En tibi corã Deo & Angelis & regno cœlorum, illiusq; vitę pmijs supplices meos offero. Fidem meã honora quã mihi commissam alijs cõmisisita fiet, vt tua quoque in maioribus rebus & grauioribus honoretur. Atque, vt vno verbo rem complectar, Dominum ipse quoque in cœlo habes. Hunc tibi talem erga te iudicem experiri contingat, qualem te his, qui tuo subsunt imperio, prębueris. Vtinam autẽ nobis & in hac vita mitia & benigna cuncta cõtingant, & in altero sæculo leniora. In Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, & imperium, & honor, & regnum cũ Patre & sancto Spiritu sicut erat, & erit, & nunc est, & in seuula seculorum. Amen.

Angeli.

Philip.2.

Sacrosanctum mysterium altare.

SCHOLIA.

1. *Mouetur enim*) Græca verba ita inuoluta & intricata sunt, vt vix vllus sensus ex ijs elici queat. In Regina tamen codice eodẽ modo leguntur, quo in Heruagiano: nisi, quòd hæc verba τὰ αὐτὰ ἐμοῖς in manu scripto desint, & certe parum ad rem facere videntur. Meo quidem iudicio commodior esset lectio, si ita haberetur. καὶ τοῦτο μὲν τὸ πᾶν πρὸς τὸν ἐπίτροπον ἐστὶ, τὰ αὐτὰ ἐμοῖς (ὁ γὰρ ἄνωθεν ἐν πᾶσιν ὢν ἀεὶ, ἀπλανῶς καὶ ἀσφαλῶς κυβερνᾷ τὰ ὅλα διὰ τῶν μερῶν) ἀλλ' ἐμὲ μὲν ἀδικεῖ, σὲ δὲ &c. vt intelligat Gregorius vniuersam rerũ machinã moueri ac fluctuare, non quidem quòd ad rationẽ gubernationis (omnia enim sapientissimè moderatur Deus) sed quod ad varios rerum euentus attinet

2. *Anima enim morbo affecta*) Eandem sententiam in priore ad Cæsarium fratrẽ Epistola profert, eamq; D. Petro tribuit quæ tamen in neutra ipsius Epistolarum extat. Quare idem de hac sententia dicere possumus, quòd Græcus interpres eum locum Orationis de Cura Pauperum explicans, in quo ait verum lupinis minuto ase emptis vesci solitum, τῶν ἐκ τῆς μὲ ὑποκειμένης (φησὶν) βίβλου ἀναγνώσεων. Hoc inquit, ex libro nequaquam ab Ecclesia recepto atq; approbato sumptum est.

3. *Contrariũ enim tum à nobis*) Perspicua & absoluta fuisset sententia, si sic dixisset: Veritas maior ad Rẽp. redit, si res hac ex sententia successerit. Et contra si infelicem exitum hic conatus habuerit, maximã inde negocia publica calamitatem hauriunt. Verũ tanta est huius authoris religio, vt cum triste aliquid miserumque proferendum est, consultò se reprimat: ne vel simplex & nuda cõmemoratio mali aliquid animũ habere videatur. Hæc autem figura à Cicerone præcisio dicitur, apud authorem nostrũ frequentissima, tuæ vitæ προχάραγμα & σύνθημα vocat, quòd non plena ac perfecta sit, sed velut rupu & imperfecta. προχαράττειν dicuntur sculptores, quemadmodũ & ζωγράφοι pictores, cum primam manũ operi apponũt.

5. *Nihil*

Universidad de Deusto
Biblioteca

5. *Nihil tam diuinum habet homo*) Cicero pro Ligario: *Homines ad deos nulla re propius accedunt, quã salutem hominibus dãdo.* Et Plin. lib. 2. Nat. Hist. *Deus, inquit, est mortali iuuare mortalem, & hac aeternã gloriam patet via, &c.* Et Strabo lib. 10. *Rectè dictum est, mortales tunc maximè Deos imitari, cum benefici sunt. Vide Erasmum in prouerb. Homo homini Deus.*

6. *Licet tibi nullo labore*) Nam ad ignoscendũ nulla externa actione opus est est, *in qua subeundus sit grauis aliquis labor: sed adid solius vocis & linguae opera requiritur.*

7. *Vnusquisque nostrum correptioni*) Allusio haec ducta est ex cap. 8. Eccl. quo loco in vulgata translatione vitiosè legitur. *Omnes in corruptione sumus. Legendum est enim in correptione.*

8. *Nã quae postea sequuntur*) Est hic quoq; praecisio, de qua modo diximus, vel vt alijs placet, reticentia.

9. *Salutis isq; meae signa*) Gr. ὅλη τύπωσις ἐμῆς σωτηρίας. *Ne te conturbet, Christiane Lector, quòd Gr. noster augustissimum Eucharistiae sacramentũ typos seu signa salutis nostrae appellet. Quo etiã modo Tertul. lib. 4. cõtra Marcionẽ nomine figurae vtitur, & signi vocabulo Augustinus aduersus Adimantũ scribẽs. Quibus vocibus nihil aliud intellexerunt, quã partem eã sacramenti, quae in oculorũ sensum cadit, hoc est, accidentia panis & vini. Sunt enim haec signa, sed rerũ praesentium, nimirũ corporis Christi realiter & substantialiter praesentis. De quare aliquantò fusius tractauimus in annotationibus orationis in laudem Gorgoniae.*

GREGORII NAZIANZENI DE LAVDIBVS ATHANASII MAGNI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, ORATIO.

ARGVMENTVM.

Simpliciter laudatoria est haec oratio, & non funebris, vt quidam existimarunt. Neq; enim lamentationes vllas habet, nec cõsolationes: nec ad sepulchrũ Athanasii pronũciata est. Nam cum apud Constantinopolin peregre ageret Gregorius, imperante Theodosio, hanc orationẽ conscripsit. Magnus aũt Athanasius anteà Valente imperium obtinente ad Deum migrauerat, cùm totos quadraginta sex annos Alexandrinam Ecclesiam non sine grauissimis laboribus rexisset.

Virtutes omnes in Athanasio.

THanasiũ laudans virtutem laudabo. Idem enim est illũ dicere, quod virtutẽ laudibus efferre: quoniã virtutes omnes complexu suo tenebat: vel, vt verius loquar, tenet. Deo etenim omnes viuũt, qui secundum Deum vixerunt, etiã si ex hac vita migrarint. Vnde & Deus, Deus Abraham, & Deus Isaac, & deus Iacob dicitur, *Matt. 22.* vt viuentiũ Deus non mortuorum. Virtutẽ autem laudãs, Deum laudabo, à quo virtus ad homines promanat: cuiusq; beneficio nobis contingit, vt ad eum per cognatã illuminationem euehamur, vel potius reuehamur, [1] nam cum multa ac magna sint atq; adeò tot & tanta, vt nemo ea sermone cõplecti possit, quae nos à Deo partim habemus, partim habituri sumus. In hoc tamen potissimum elucet ipsius erga genus humanum beneficentia, quòd ad eum animos erigimus, eiq; velut necessitudine quadã cognatione iungimur. Nam quod sensibilibus rebus est Sol noster, hoc intelligibilibus est Deus. Ille enim mundum hunc aspectabilẽ collustrat: hic inuisibilẽ. Ille corporis oculos ita afficit, vt lumen ipsius intueri possint: hic mẽtes deiformes reddit. Atq; vt ille cùm & ijs quae oculorum sensũ pdita sunt, & ijs quae in aspectum cadunt, hãc vim tribuat, vt & illa videre & hęc visu pcipi possint, interim tamẽ ipse omnia, quae oculis subiecta sunt, pulchritudine antecellit: eodẽ modo Deus, cũ tã ijs, quę intelligẽtia vtunt, q̃ quae mẽte & intellectu cõprehendũtur, hoc adferat, vt & illa intelligãt, & hęc intelligẽtia pcipiantur, ipse tamẽ intelligibiliũ omnium summus & vertex, in quo desiderium omne cõsistit ac defigitur, nec suprà eum vsquã fertur. Nec eñ quicq̃ sublimius habet, aut omnino habebit mens vlla, quãtumuis philosophica, altissimè tendẽs ac summè curiosa. Hoc etenim rerum omnium expetendarum extremum est, quo *Athanasius refertur cum illis qui ei præfuerunt.* cum peruenerimus, conquiescit omnis speculatio. Quicunque igitur corporis crassitie [2] rationis & contemplationis ope perrupta, solutaque hac carnea, [3] sine nubes siue obuelatio dicenda est, cum Deo cõmercium habere, ac purissimę luci quan-

Elegãs collatio Solis cum Deo.

Beatus quis.

quantũ humanae naturę datũ est, cõmiscri licuerit, is duplici nomine beatus cẽsed est: tũ quòd hinc seipsum extulerit, tum quod illius vitae diuinitatem sit consecutus, quã verum & syncerum philosophiae studium conciliat, ac mentis supra terrenum binariũ subuectio, propter eam, quã in Trinitate intelligimus vnitatem. Qui autem ob hanc carnis copulam deterior factus est, atque ita luto cohaesit, vt nec veritatis radios intueri, nec supra inferiora *Miser quis.* hęc assurgere queat, idq; cùm superne origine traxerit, & ad superna vocetur: hũc cęcitatis ergò miserum existimo, etiam si res huiusce vitae illi ex animi sententia fluant, tantoque etiam miseriorem quantò magis à secundo rerum fluxu delusus fuerit, sibiq; aliud quodpiam bonum vero bono praestabilius esse persuaserit: malum vtique malae opinionis fructum decerpens, vt vel tenebris mulcetur, vel ignem videat, quẽ vt lucem non cognouit.

Pauci homines sunt Dei.

Hæc paucis tum nostrae tempestatis tum veteris memoriae hominibus curae ac studio fuerunt, (pauci enim Dei sunt, quamuis omnes ipsius figmenta simus) legislatoribus, praefectis militaribus, sacerdotibus, Prophetis, Euangelistis, Apostolis, pastoribus, doctoribus, omniq; spirituali agmini & complemento: inter omnes aute eos huic quoque, in cuius laudem hæc à nobis habetur oratio. Quos tandem hos dico? Enoch illum, Noe, Abraham, Isaac, Iacob duodecim Patriarchas, Mosem, Aaronẽ Iosue, Iudices, Samuelem, Dauidem, Solomonem aliquãtisper, Heliam, Helisęum, Prophetas, qui vel captiuitatem anteceſſerunt, vel post eam floruerunt, atq; hæc ordine quidem postrema, cæterum veritate prima, quae circa Christi incarnationem seu humanitatis assumtionẽ contigerunt lucernam illam luci praecuntem, vocem sermoni, mediatorem mediatori, mediatorem, inquam, veteris & noui Testamenti, Ioannem illum egregium, Christi discipulos, eos denique, qui post Christi tempora vel populo praefuerunt, vel orationis facultate & doctrina claruerunt, vel signis ac miraculis nobilitati sunt, vel martyrio perfuncti sunt. Ex his Athanasius alios æquauit, ab alijs paruo interuallo superatus est, nonnullos etiam, nisi hoc audacius à medictum videatur, anteceſsit: atq; aliorum dicendi facultatem, aliorum actionem, aliorum clementiam, aliorum zelum, dimicationes, quorundam plura virtutum ornamenta, nonnullorum etiam omnia imitando consecutus, atque aliud ab alio mutuatus, quemadmodum qui formas excellentissimè pingunt, atque in vnam suiipsius animam complexus, vnum ex omnibus virtutis simulachrum numeris omnibus absolutum edidit: sic videlicet se comparans, vt & eruditos ac disertos actione, & agendi vi praeditos eruditione atque eloquentia vinceret, aut si mauis, & doctrinae gloria florentes, doctrina & rebus agendis aptissimos actione superaret: atque & vt ijs qui mediocrem in vtroque genere laudem habebant, eo superior esset, quod in altero horum summè excelleret, & rursus ijs, qui in altero duntaxat genere summopere eminebant, hoc eo nomine praestaret, quod vtraque virtute ornaretur. Quod si his qui ipsum ætate praecesserunt virtutis exemplum ipsi praebuisse magnum atque honorificum est: non minus certè huic nostro praeclarum censeri debet quod posteris exemplum ipse fuerit. Atque omnem quidem illius vitam sermone prosequi ac laudibus efferre longius fortasse fuerit, q̃ orationis institutum ferat, atq; historiae opus fuerit, non encomij: quã etiam vt posteris documento atq; oblectationi futuram proprio scripto mandare cumprimis optaram, quemadmodum ipse diui Anto *D. Antonij.* nij vitã conscripsit cũ vitae monasticae leges sub narrationis specie promulgaret. verũ pauca ex multis illius ornamẽtis, quę-q̃; nunc nobis vt notiora & insigniora vltro memorię offerũtur expoſuisse contenti (vt simul & cupiditati nostrae satisfaciamus, & officium huic festo debitũ persoluamus) plura ijs, quibus ea cognita sunt, relinquemus. Neq; eñ alioqui pium nec tutum est, cum impiorum hominum vita memoriae prodatur, pietate praestantes viros silentio transmittere: idq; in ea ciuitate, quam vix etiam multa virtutis exempla seruare possint, vt quae sicut circos & theatra, ita diuina quoque mysteria pro ludo habeat. Ille igitur in diuinis moribus atque disciplinis statim educatus est, cum liberalibus artibus perexiguum temporis tribuisset, ne videlicet huiusmodi rerum omnino rudis & ignarus videretur eaque nescire, quae sibi contemnenda duxerat. Neque enim generosam ac magnificam animam inanibus studijs occupari fustinuit, eodemq; modo affici, quo imperiti athletae, qui dum aerem sæpius quàm corpora feriunt, pmiorum spe frustrãtur. Atq; & veteris & noui Testamenti libros oẽs ita permeditatus, vt ne vnum quidem quisquam alius, modo contemplationis, sed etiam egregiae ac luculentae vitae diuitijs augetur, mirificeq; vtrunque cõnectit, catenam verè auream atque

Constantinopolin intelligit.

Inania studia.

Athanasius instruit cognitione vtriusq; Testamenti.

Catena vere aurea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque eiusmodi, vt nequaquam à multis connecti queat: hanc nimirum rationem iniens, vt & vita duce ad contemplationem vteretur, & contemplatione vitam morumque elegantiam obsignaret. Nam vt timor Domini principium est sapientiæ, velut prima quædam incunabula: ita sapiétia cum timore superato ad Dei amorem nos subuexerit, ex seruis iam amicos ac filios effícit. Sic porrò nutritus & eruditus, vt nunc quoque eos oporteret, qui plebis antistites futuri, & magnumq; Christi corpus tractaturi sunt, secundum magnum Dei consilium ac præscientiã, quæ magnarum rerum materiam longè antè constituit, in magnum hunc clericorum ordinem cooptatur, atque in eorum, qui appropinquanti Deo appropinquant, numerum ascribitur, ac sacrosanctæ stationis & ordinis honore afficitur, cunctisq; Ecclesiasticorum graduum muneribꝰ deinceps perfunctus, vt quæ media sunt resecem, Alexandrino populo, quod idem est ac si dixissem, vniuerso terrarum orbi præficitur: neque satis constituere possum virtutisne præmium, an Ecclesiæ fontem ac vitam huiusmodi dignitatem acceperit. Hanc eñ oportebat veritatis siti languentem ac probè confectam, Ismaelis in stat potione refici, aut velut Heliã, refrigerata siccitate terra, è torrente refocillari, paulumque spirãtem ad vitam reuocari, semenque Israeli relinqui: ne vt Sodoma & Gomorra efficeremur, quarũ perpulgatum scelus peruulgatiori interneciõne vindicatum est, incolis nempe igni & sulphure demersis atque obrutis. Propterea nobis iam iacentibus cornu salutis erectum est, lapisque angularis nos & sibi & inter nos cõstringens opportunè iniectus est, aut ignis malæ & vitiosæ materiæ purgator, aut ventilabrum rusticũ, quo à gratuitis dogmatis leuia discernuntur, aut gladius vitij radices excidens, Deique filius belli socium nanciscitur, Spiritusque hominem, qui pro ipso spiret, inuenit. Sic igitur atq; ob eas causas totius populi suffragijs, non autem secundum peruersum exemplum, quod postea inoleuit, neque per vim ac cædem, sed apostolicè & spiritualiter ad Marci thronum euehitur, nõ minus pietatis quàm primariæ sedis successor. Vt enim si hanc spectes, remotissimus ab eo futurus es tita si illius rationem habeas, statim illi proximus inuenietur. Quæ quidem proprie successio existimanda est. Nam qui eandem fidei doctrinam profitetur, eiusdem quoque throni particeps est. Qui autem contrariam fidẽ amplectitur, aduersarius quoque in throno

Psal.110.

Educatio futuri præsulis.

Corpꝰ Christi.

Leuit.10.

Psal.149.

Athanas. ordines omnes Ecclesiasticos assequitur.

Gen.21.

3.Reg.17.

Esa.1.

Gen.19.

Lucæ 9

Psal.117.

Suffragia populi.

Athan.ad Marci thronum euehitur apostolicè.

Successionis, veræ notã.

Quis impropriè dicatur successor.

censeri debet. Atque hæc quidem notã illa vero rem ipsam & veritatem habet successionis. Neque enim qui per vim irrupit, successor habendus est, sed qui fide præditus est. Nisi quis fortasse itacessorem dicat, quèad modum morbo sanitati, & tenebras luci, & tempestatem tranquillitati, & dementiam prudẽtiæ succedere dicimus. Posteaquam autem hũc modum Præsul designatus est, ad quoque protinus modum imperium ministrat. Non enim simulatque ad tanum peruenit, velut qui tyrannidem dam aut hereditatem præter spem arrunt, statim ob rerum copiam insolelatus est. Hoc enim adulterinorum & criptitiorum præsulum est, eoq; munquod profitentur, indignorum: qui nihil prius ad sacerdotium attulerint los labores atque ærumnas virtutis pertulerint, discipuli simul magistripietatis designãtur, aliosque ante propquàm ipsi purgati fuerint: heri facta hodie sacerdotes, heri extra sanctã, sanctorum arbitri & antistites, veretio, pietate rudes & recentes (quod ac fauoris humani non Spiritus opus qui cum cætera omnia violenter perrint, ad extremum ipsam quoq; pietatyrannide premunt: quorum non dignitati, sed dignitas moribus fstruit, ordine admodum prepostero denique plura pro suis quàm pro ignorantijs sacrificia debẽt, ac prorum alterũ peccãt vel quia venia pus habent vltra modũ alijs ignoscvt sic non modò non reprimatur sed etiã doceatur: vel quia imperitate peccata sua tegunt. Quorum que fugiens Athanasius, vita quidem limis erat, verùm animo humilis tute, vt nemo ad eam aspirare posrùm ea comitate, vt ad eius congfacilis omnibus aditus pateret, ab ira alienus, miseratione prædimone iucundus, moribus iucundis ma angelicus, animo magis angelicus obiurgando placidus, in laudando endi vim habens, sic vtrunque temvt neutram virtutem immoderatam befactaret, verùm & obiurgatio beneuolentiã, & laudatio grauitatem que authoritatem præ se ferret; nos mollities dissoluta, aut seueritas & importuna esset, quin potius illa nitatis & clementiæ, hæc prudentiæ men haberet, vtraque vero laudem entiæ obtineret: ita denique se vt nec sermone, propter mores ad institutionem sufficiẽtes, magno

Heb.5.

Christi.

1.Tim.3.

Athan. assi

tua iciu-

17.9.

opus haberet, nec rursus, propter vim facultatemq; dicendi, virga admodum egerer, sectione porrò multò minus, ob virgã moderatè ferientem. Quid autẽ vobis hominem describere attinet, quem Paulus anteuerteus depinxit, partim cùm Pontificem illum magnum, qui cœlos penetrauit, deprædicat (huc enim vsque progredi non dubitabit oratio, cum scriptura eos, qui secundum Christum viuut, pro Christis agnoscat (partim cùm Timotheo in Epistola, quã ad eum scribit, leges imponit, cum, qui Ecclesiæ antistes futurus est, sermone fingens atq; informãs. Nam si legem eam velut regulam quandã huic viro, cui ab his virtutibus laudẽ teximus, admoueris, quam recta sit, liquido perspicies. Agite igitur, ac mecum laudationis munus suscipite. Nam circa orationem laboro, ac multa quidem præmittere cupio verùm alias ab alio detineor, neque quod præcellit reperire queo, velut in corpore vndique æquali atq; eleganti. Mihi enim vt quidque occurrit, ita pulchrius ac præstantius videtur, oratione mq; ad se rapit. Facite igitur quicunque laudum illius inter vos patiamini, ac præclarum certamen inter vos ineatis, viri simul & fœminæ, adolescentes & virgines, senes & iuuenes, sacerdotes & populus, monachi & cœnobiaci, simplices atq; exactioris vitæ sectatores, quicunque vel contemplationi addicti estis, vel in actione positam vitam promitemini. Hic illius velut corpore vacantis ac materiæ expertis in ieiunijs atq; orationibus assiduitatem, ac velut corporis omnisq; materiæ carentiã laudibus vehat ille insuperabilem in vigilijs ac psalmodijs contentionem. Alius egentium curã ac patrocinium: alius vt vel superbis & elatis restiterit, vel ad Humiles se demiserit, narret. Virgines pronubum laudent matrimonij iugo constrictæ moderatorẽ, qui solitariam vitam agunt, pennarum accõmodatorem, qui in sodalitio viuunt legislatorẽ, simplices itineris ducẽ, speculationi dediti theologum, hilares frenũ, calamitosi consolatorẽ, canicies baculum, iuuentus pædagogum, paupertas suppeditatorem, diuitiæ dispensatorem. Quin mihi, videntur & viduæ patronum laudaturæ, & pupilli patrem, & pauperes pauperum studiosum, & peregrini hospitalem, & fratres fratrum amatorẽ, ægrotantes medicum, idque cuiuscunque morbi ac medicamenti volueris: sani valetudinis custodem, omnes denique eum, qui omnia omnibus factus est, vt omnes, vel quãplurimos elucraretur. Atque hæc, vt diximus, alij mirentur ac prædicent, qui-

Lucæ 9.

Pyrrhones

Act.17.

Arius in obscœnis locis diffrumpitur instar ludæ.

Sabellij contractio.

bus tantum ocij suppetit, vt exiguas illius virtutes laudibus prosequantur. Exiguas porrò cum dico, ipsum secum comparans dico, virtutesque illius cum virtutibus conferens: (9 Ne)que enim id quod glorificatum est, glorificatum est, ériã si valde sit splẽdidum propter exuberantẽ gloriam, sicut scripturæ oraculo proditum est) alioqui pauca etiam illius ornamenta eiusmodi sunt, vt ad nominis celebritatẽ aliis abundè esse queant. Nobis autem (nec enim ferendum est, nos relicto verbo rebus leuioris momenti ministrare) ad id, quod præcipuum laudum ipsius caput, conuertenda est oratio, Deo verò, cuius causa hunc quoq; sermonem instituimus acceptum referendum erit, si quidpiam dixerimus, quod illius grandiloquentiæ, animique virtuti respondeat. Fuit quondam tempus, cùm res nostræ florerent, ac præclarè se haberent, cùm nimirum superflua hæc & verborum lepore atq; arte fucata tractandæ Theologiæ ratio ad diuinas caulas ne aditum quidem habebat: 10 verum idem erat calculis ludere inuersionis celeritate aspectum fallentibus, aut omnigenis & lasciuis corporis flexib. spectatores ludificari, quod noui quidpiam ac curiosi de Deo vel dicere vel audire: simplex contra ingenuaque oratio atque doctrina pietas existimabatur. At posteaquã Sexti & Pyrrhones & contradicẽdi libidine incitata lingua, velut grauis quidam ac malignus morbus in Ecclesias nostras infeliciter irrepsit, quodque Actorum liber de Athenien sibus narrat, ad nihil aliud vacamus, quàm ad noui aliquid dicẽdum vel audiendum. O quis Hieremias confusionem nostrã caligineque deplorabit, qui solus lamentationes calamitatibus exæquare nouit: Hanc rabiem auspicatus quidem est ille à furore omen habens, Arius, qui etiã petulantis & effrenatæ linguæ pœnas dedit, in obscœnis & impuris locis extinctus, 12 atque orationis nõ morbi viribus oppressus, ac Iudæ instar disruptus ob eandem verbi proditionem. Verum alij hunc morbum excipientes impietatis artem cõdiderunt, nimirum qui diuinitatem Ingenito circumscribentes, nõ modò Genitum sed etiam Procedentem diuinæ naturæ finibus exturbarunt, nominis tantum societate Trinitatẽ honorantes, immò ne hoc quidem ipsi integrũ relinquentes. At nõ eodẽ modo sensit beatus ille, & verè homo Dei, ac magna veritatis tuba. Quin potius illud pspectum habens, & tria hæc in numerũ vnum cõtrahere, impij erroris esse, nouiq; dogmatis Sabellij, qui primus diui-

Quo tempore florebat Ecclesia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitatis contractionem excogitauit, & rursus tria quantum ad naturam distrahere, nihil aliud esse, q̃ portentosam diuinitatis sectionem introducere: illud, inq̃, perspectum & exploratum habens, hanc rationem secutus est, vt & vnum, quantùm ad diuinitatem præclarè seruares, & tria quantũ ad ꝓprietates piè doceret, ne aut vnius assertione diuinitatem confunderet aut trium professione distraheret, sed intra pietatis fines consisteret, immodicá in vtráque partem incliationem oppositionemq̃; vitans. Atq; idcirco primũ in sancto Concilio Niceæ habito, atque illo lectissimorum virorum numero, quos spiritus sanctus in vnum coegeret, quantum in ipso fuit, morbum compressit, nõdum ille quidem in episcoporum numerum allectus, verum primi inter eos, qui simul cum ipsis eò perrexerant, ordinis. Nam is tum rerum status erat, vt nõ minus virtute q̃ graduum Ecclesiasticorum dignitate honoris præstantia censeretur. Deinde cum hoc malum peruersi spiritus follibus excitatum iam atque inflammatum esset, bonamq; orbis partem inuaderet (hîc enimuero tragici illi actus initium capiunt, quorum fama terrã pene vniuersam ac mare peruagata est) varium illi quidem ac multiplex, vt strenuo rectę doctrinę patrono bellum infertur: (aduersus eum em̃ qui obsistit, ac contra nititur, maximè infesta esse acies hostilis solet) atq; aliunde alia quædam calamitas influit (solers quippe & ingeniosa ad excogitandum malum est impietas, atq; ad suscipiendum facinus mirè audax: quonam autem modo hominibus parcerent, qui dignitati non pepercerant?) Vnus tamẽ hic impetus atrocissimus fuit. Nam ipse quoq; ad hanc tragœdiã nonnihil cõfero. 13 Atq; hic mihi charissimum solum, patriã, inquam, meã omni crimine solutam velim: non em̃ patriæ sed ijs qui libera animi voluntate eã elegerunt, improbitas assignanda est. Illa em̃ sacra & apud omnes pietatis laude clara & illustris: at hi Ecclesia parẽte indigni. Porrò in vinea quoq; spinam nasci audistis, ac Iudas, qui in discipulorum numero erat, proditor fuit. Nec verò desunt, 14 qui ne meum quidem cognominem culpa liberent, qui eruditionnis amore & studio tum temporis Alexandriæ peregrè agens cùm ab ipso humanissimè, non secus ac filiorum charissimus acceptus esset, tãtam q̃ue apud eum gratiã & authoritatem adeptus, vt res ei maximi ponderis committerentur, consilium, vt sermo est, capit aduersus patrẽ & patronum insurgendi. Et quanq̃ alij tragœdiæ huius authores essent: 15 manus tamen Absalonis, vt dicitur, cum illis erat. Si quis vestrũ est, 16 qui necnum illã, ex qua sancto viro falsum crimen conflatum est, & mortuum illum vicem & iniustum exilium norit quid dicam? Intelligit. Verũ hoc lubẽs obliuiscar. Sic existimo, in dubijs rebus atq; incertis endum nobis esse, vt ad humanitatem mentiamq̃; propensiores simus, fontemo potius absoluamus, q̃ sententia nostra demnemus. Malus enim celérrimè adcitur, vt bonum etiã virum condemnetra vir probus ne malum quidẽ facile dẽnauerit. Qui em̃ ad vitium minimecliuis est, is nec facile ad malẽ de alio picandum mouetur. Quod autẽ ita mo, sed res est, nec inexplorata quauis suasio, id verò narrabo. Monstrosa Cappadox, ex vltimis terræ nostræ oriundus, malus genere animo pessomni quidem ex parte liber, sed dupmixtus, cuiusmodi mularum gescimus, primùm alienæ mensę seruaita vilis, nulliusq; precij, vt hordeasa veniret, atq; omnia ad ventris tum facere tum loqui didicisset, tumcùm ad Rempub. gerendã perniciocessisset, atq; extremo & sordidissimus muneri, hoc est suillis carnibus turba militaris alitur, suspicióq; fuisset, ac sceleratè cõmissam sibi pociam ad ministrasset totam q̃ functasuam ad ventrem retulisset, postea nihil illi præter corpus reliquit, mo fugam concipit, atque aliam egionem ciuitatemq̃; subinde pervt fugitiuorum mos est, postremò munem Ecclesiæ perniciem instaudam Aegyptiacæ plagæ Alexandruadit. Hic errandi finem, malitiæ & improbitatis initium facit, homora quidem abiectissimus, non libedisciplinis imbutus, nõ in congressu loquio facetus, non pietatis larum & inanem speciem præ se ferens, ad melè agendum, resque perturbappositissimus. Nostis oẽs, ac cõmratis, qualia aduersus sanctum virum petrauerit. Perſæpe enim in impiomanus ac potestatem iusti veniunt, illis honor habeatur, sed vt horum exploretur: & quanquam mali in asperrima sint, quemadmodum fatestatur, irridentur tamen interhac vita pietatis cultores, quamdiu benignitas occultatur, ac magna rerum prõptuaria, quę in posterum q; recõduntur: tum cùm & sermo & cogitatio iusta Dei trutinã expen-

atque ipse ad iudicandam terrã surrexerit, consilium & opera colligens, atque ea, quæ apud ipsum consignata seruantur, de tegens, in medium q̃; proferrens, Hæc tibi tum oratione sua, tum doloribus Iob persuadeat, qui tametsi homo veritatis cultor esset, irreprehensibilis, iustus, pius, & quæcunq; illi testimonio scripturæ tribuuntur: ab eo tamen, qui ipsum depoposcerat, tot assultibus tamq̃ densis & copiosis quatitur, vt cùm multi sæpe ex omni hominũ memoria calamitatibus affecti non nihil etiam, vt probabile est, afflicti ac debilitati sint, nemo tamen cum illius miserijs cõparari queat. Non em̃ pecunias tantum & facultates, & luculentam ac numerosam prolem, quę res ab omnibus hominibus vehementer expetuntur, nõ hæc inquam duntaxat amittit, & quidem ita, vt nec luctibus ipsis ob afflictionũ seriẽ perpetuamque connectionem locus esset: sed postremò in ipso quoque corpore incurabili ac visu etiã horribili plaga affectus, calamitatis cumulo vxorem habebat pernicioſorem morbo consolationem affe-
rentem. Id enim obnixè agebat, vt ad corporis plagã animæ vulnus accederet. Certissimos etiam amicos suos malorum, vt ipsius verbis vtar, cõsolatores habebat nõ depulsores, qui cum ipsius dolorem perspicerent, nec arcanam doloris causam intelligerent, in ea opinione versabantur, vt non virtutis explorandę, sed vindicandi sceleris causa hanc illi plagam inflictam esse putarent. Quid dico putabant? Immò nec ipsi calamitatẽ exprobrare verebãtur idque eo tempore cùm etiã si peccati pœnam lueret, animi tamen dolorem consolatoria oratione fallere ac mitigare conueniebat. Atque hoc statu Iob erat, ac diui
næ circa eum actionis principia hoc modo se habebant. Virtus enim cum inuido spiritu concertabat: hic vt virtutem superaret, omni ope contendebat: illa, vt inuicta permaneret, omnia perferebat. Atque hic, vt iustis excruciandis viam facilem vitio strueret, laborabat: hæc vt bonos retineret, etiam in calamitatibus superiores. Quid verò is qui ad eum per turbinem & nubes oracula edebat, qui ad vindicanda flagitia tardus est, & ad ferendum auxilium celer, qui virgam peccatorum in sortem iustorum non omnino immittit, ne iusti malitiam addiscant? In fine certaminis illustri præconio athletam suum victorem pronunciat, atque afflictionis arcanum aperit. Num tu censes inquit, me aliam ob causam hæc in te decreuisse, quã vt iustitia tua eluceſcat? Hæc vulnerum medicina, hæc certaminis corona, hoc patientiæ præmium. Nam quæ deinde secuta sunt, parua fortasse (quanuis nonnullis magna videantur) & paruorum abiectorumq̃; hominum causa constituta, tametsi alioqui duplo maiora, quã quæ ei ablata atq; extorta fuerant, recepe-
rit. Proinde ne hic quidem mirum videri debet, quod meliori conditione Gregorius, quã Athanasius fuerit: sed illud miribilius videri debuisset, si calumniarum igne vir iustus exploratus nõ fuisset. Immo ne hoc quidem valde mirandũ, verùm illud potius admirationem habuisset, si in longum hæ flammę pertractæ fuissent. Hinc ille solũ vertit, ac de exilio quã præclarisi mè statuit. Nã ad sacra illa & diuina Aegypti monasteria se confert: in quibus homines à mundi consortio distracti, ac solitudinem amplectentes Deo viuunt, magis q̃ cæteri omnes, qui in corpore versantur. 17 Quorum alij vitam prorsus solitariam & ab hominum societate remotam agunt, sui ipsorum tantum & Dei colloqui fruentes, atque hanc duntaxat partẽ pro mundo habentes, quam in solitudine cognoscunt. Alij autem charitatis legem cõmunicatione ac societate colunt, solitarij sunt & promiscui, ac cæteris quidem hominibus negocijsque mortui, quęcunq; in ciuili atque in medio posita vita voluuntur, versantq; simul & versantur, ac nobis repentinis & crebris mutationibus impoſturam faciunt, sibi autẽ inuicem mundi loco sunt, ac mutua comparatione virtutem acuunt & extimulant. Cum his consuetudinem habens magnus ille vir, vt omnium aliarum rerum sequester & conciliator erat, nimirum illius exẽplum sequẽs, qui per sanguinem suum res distinctas & dissidentes pacificauit: ita solitariã quoq; vitã cum cœnobiaca in gratiã reducit: illud ostendens, & Episcopatum monasticę philosophię minimè experte esse & monastica disciplinã sacri antistitis institutione opus habere. Sic enim hæc duo, hoc est actionem tranquillam, & actuosam tranquillitatem consociauit atque coniunxit, vt persuasum omnibus redderet, monasticæ vitæ professionem morum potius gratiam & ab hominum societate remotam agerendarum facultate præstabat, & maximo solus erat: Si cui tamen illud, Singulari ter sum ego, donec transeã, ad huius dicti cõprobationem cõfirmationemq̃; pondus magnum habere videtur. Ita fiebat, vt qui alios virtute anteibãt, iidem ab illius consilio & mente longiori abessent interualo, quàm quo reliquos antecedebant, at-

Quid sentiendum de Trinitate.

Patres Niceni à spir. sancto congregati.

Virtus honorata.
Tragœdia Arianæ initium.
Ariani bellum inferunt Athanasio.
Impietas audax & ingeniosa ad malum.
Patria non est assignãda improbitas.
De Gregorio loquitur.

Iob iustus affligitur.

Qua homines vehemẽter expetunt.

Perniciosa consolatio.

Virtutis certamẽ cũ inuido spiritu.

Iob.33.

Psal.140.

Iob.42.

Athanas. exulat.
Monasteria Aegypti.
A mũdi cõfortio distracti Deo viuũt magis quã cæteri.
Heremitæ.
Cœnobitæ.

Coloss.1.

Monastica professio
morũ gravitate potius quã corporis secessione notari atque exprimi.
Singulari providentia factum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que ad sacerdotij munus numeris omnibus adsoluendum pauca conferentes, multò plura ad monasticæ vitæ rationem partibus omnibus explendã reciperent. Tantaq; Athanasius apud eos authoritate flagrabat vt quidquid illi placuisset, pro lege haberent, ac rursus vetitũ sibi atq; interdictum existimarent, quod ille sententia sua improbasset, illiusque decreta pro Mosaicis tabulis ducerent, maioriq; cum veneratione, quam quæ sanctis viris deberi videatur, afficerent. Nam cum quidam eo se contulissent, vt pium virum perinde ac feram quandam vestigarent, nec eũ passim quæsitum inuenirent, ne alloquendos quidem eos, qui missi fuerant, duxerunt: verum ceruices gladijs obijciebant, velut pro Christo periclitantes, atque ita animo comparati, vt si quid acerbi pro eo perferrent, magni id ad philosophiã momẽti esse iudicarent, diuturnisq; ieiunijs, & humi cubitationibus cæterisq; corporis afflictionibus, quas pro perpetuis delicijs habent, multò sublimius ac diuinus. Atq; hic in studijs versabatur, illud Salomonis comprobans, quo suum cuique rei tempus prẽfinitur, Ac proinde aliquantisper belli tempus fugiens latitabat, vt cum aduentante pacis tempore colluceret: quemadmodum & paulo post contingit. At Georgius, nemine iam ipsius impetum propellente, Aegyptum incursionibus vastat atq; impietatis robore Syriam populatur: Orientis etiã quantum potest, arripit, ægros & infirmos quotidie, quemadmodũ torrentes ea quæ simul voluuntur, assumens, ac leuiores aut ignauiores adoriens. Quin etiã[18] imperatoris simplicitatẽ sibi conciliat: pietate em̃ ipsius moueor, ne lenitatem dicã. Nam si verè dicendum est, zelum habebat: verum nõ secundum scientiam Tum ex principibus eos sibi pecunia cõparat, qui auri amorem Christo pferebant (ipsi etenim opes & copiæ, bona pauperũ erant in flagitiosos vsus insumpta) atque ex his[19] potissimũ muliebres homines, & inter viros nomine virorum indignos, sexu quidẽ dubios, impietate aũt certos & perspicuos, quibus cum mulierc ularum cura cõmittatur, haud scio qui fiat, vt imperatores Romani eosdẽ virorum officijs muneribusq; preficiant. Tantum valuit ille diaboli administer, ille zizaniorũ sator, ille Antichristi p̃cursor, ita negocium partiens,[20] vt Episcopo quodã ea tempestate disertissimo linguæ vice vteretur (si cui tamen disertum eum appellare libeat, qui nõ tam impius sectarius fuit, q̃ hostis & cõtentionis studio flagrans: nomen enim haud inuitus prẽteribo) ipse autem manus instar cohorti suæ esset, ac veritatem auro cõuelleret, quod quidem ob p̃- os vsus collectum impietatis instrumentum scelerati fecerunt. Huius factionis potentia cõcilium illud peperit,[21] quod Seleuciæ primum, vbi fanum est sanctæ egregię virginis Theclę, deinde in hac amplissima ciuitate coactum est, quas vrbes pulcherrimis antea nominibus claras pissimarum rerũ notis celebres illustrg reddidit: siue Babylonis turrim, quæ guas pulchrè diuisit (quemadmodũ illas quoq; in malũ nẽpe concordes) Caiphæ conciliũ, quo Christus cõdemnatur, siue quocumque tandẽ alio nomine conuentus hic appellandus est, qui euertit, ac perturbauit. Piã em̃ & veterem doctrinã ac Trinitatis patronã, iactorum lo, ac machinis impulsa & labefactata substantialis voce sustulit: impietatem,[22] perscripti dogmatis ambiguitatem, fenestram aperuit: hoc quidem prætextu quasi scripturam vereretur, ac vocum batissimarum vsum amplecteretur, propter vera Arianismum nullo Scripturæ co proditum introducent. Hęc enim ba, Simile secundum scripturas, simplicibus hominibus illecebra erat impietatis hamo circunlecta,[23] statua ad omnes transeuntes sese obuertens, communem triusq; pedis cothurnus, cribratio adnẽ ventum accõmodata, ex nefario recens p̃scripto, consilioque aduersus ritatem excogitato licentiam atque thoritatem assecuta: Sapientes erant ad malè agendum: at bene non norant.[24] Hinc subdola illa & teratoria hæreticorum condẽnatio vt speciosius ac probabilius esset conabantur, verbis quidem ab Ecclesia proscripserunt, reipsa autem in medium produxerunt: sic videlicet cum illis gentes, vt non infinitæ impietatis crimen ipsis imputetur. Hinc prophani sanctorum ces, & noua atque inusitata inuectiones sticæ nempe quæstiones spectantes tractatæ, atque iniqua rerum gestarum inquisitio, & precio cõducti sycophantæ & sententiæ stata mercede pronuntiatæ. Hinc alijab Ecclesiarũ thronis in lebãtur: alij in eorum locũ subrogabantur sic tamẽ vt ab ijs impietatis, chirographum non secus atq; aliud quid piã necessario exigerentur. Atq; in prompu erat atrocitatem, & calumniator à tergo. Ea res tos è nobis, inuictos alioqui viros, in dem impulit, qui quãuis mente neq; prolapsi fuerint, subscriptione tamen uersi acti sunt, ac cũ illis vtroq; nomine

Ecclesiæ desertio. *Greg.* *Ecclesia quomodo collecta erat.* *Ecclesiæ primæ.*

Ecclesiæ status.

Ecclesiæ status.

*Ecclesiæ status

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem attulisset:alterũ quod Iulianũ Apostatã Imperatorẽ nominasset:tertiũ quod nouis fidei dogmatib. studuisset: simulq; cum his vocib.è vita discedisse,licentiã itaq; rursus doctrina veritatis accipit, atq; ij qui vexati atq; oppressi fuerãt solutam libertatẽ,zelo nempe iracundiã acuente. 30 Quod etiã ipsum Alexãdrinis accidit,qui vt in eos à quib⁹cõtumelia affecti sunt acerbissimi esse solent, importunã hominis audaciã indiuisimis aĩs ferentos, tum nouo mortis genere peruersitatẽ,tũ noua cõtumelia morte notandam atq; infamãdam duxerũt.Notus est vobis camelus ille atq; insueta sarcina,& noua magnitudo,prmaq; illa,ac nisi me opinio fallit, sola circunductio,quæ etiamnũ cõtumeliosis hominib. minaciter denunciatur. Posteaq; aũt illa iniustitiæ tẽpestas,illa pietatis labes & corruptela,ille mali spiritus ꝓcursor huiusmodi supplicio mulctat⁹ est,meo quidẽ iudicio haud laudãdo(nec eñ quid eũ pati,sed quid nos facere decebat,spectandũ fuit)sed mulctat⁹ est tamẽ, totiusq; populi impetũ atq; iracundiã subijt: tũ vero athleta ille nobilis ex ꝓclara peregrinatione(sic eñ ipsius fugã pro Trinitete & cũ Trinitate conceptã appello)in vrbẽ redit atq; ita lætos & alacres ciues offendit, immõ etiã vniuersam ꝓpe Aegyptum vndiquaq; in vnum concurrentẽ, atq; ab editis omnib.locis,vt alij sola Athanasii voce,alij forma & aspectu ad satietatẽ fruerẽtur alij quod de Apostolis ꝓdicatur,ex vmbra saltem ipsa, nouaq; corporis figura sanctitate imbuerenť: vt cũ multis iã sæpe numero ex omni memoria honores habiti sint, multis etiã obuiã proditũ sit,idq; non ꝓfectis tantum publicis,& Episcopis, sed necessariorum quoq; suorũ amplissimis quibusq; & clarissimis:nullius tamẽ occursionis maior frequẽtia & splẽdor memoretur:vnũ duntaxat Athanasium,eumq; honorẽ,quo ad priorẽ vrbis ingressum ornatus fuerat,cum exeadẽ fuga & ob easdem causas inita Alexandriã repeteret,cũ ea cõparari posse.Quin & de honore illo huiusmodi quispiã sermo circũfertur, dicã eñ supuacaneus licet videri possit, ac velut cõdimentum,aduentitiumq; florẽ oratioĩ adiungã.Post illius aduentũ vehebatur in vrbẽ quidam alterã iam ꝓfecturam gerens(noster hic erat,quippe Capadox vir clarus &illustris:nec mihi dubiũ est,quin Philagrium illũ à me noninari sentiatis.) Ea porrò ciuium erga illum amoris flamma vt nec vlla alia similis nec erga alium: honor autẽ,vt rem totam paucis verbis obponẽs:cui etiã vrbis administratio tum

Zelum iracundiam. acuit.
Alexãdrinorũ natura.
Georgius dat pœnas iust.
Athan. reuocari ab exilio gestit tota Aegyptus.
Act. 5.
Philargius.
Alexãdriæ.

ciuium deprecatione tum imperatoris aculo & sententia rursus demandata fuit. Tum igitur è vulgo quispiam cui in multitudo videbat,ac velut pelagus quã nequaq; oculis circũscriptũ, ad aurquendã & familiarẽ, vt in huiusmodi accidere solet,ita locutus esse fertur. mihi,vir optime,tantãne vnq; populi titudinem vidisti, tamq; concordibus ad vnum hominẽ ornandum effusum nime,inq; iuuenis.Ac ne Cõstantium dem ipsum pari honorificentia exfuisse opinor: tanq; videlicet ꝓ imperis nomen summus honoris vertex ꝓcaretur.Tum ille per q̃ suauiter arrisit Quid ais,inquit, quasi magnum alq; & admirandum dicens? Immo Magnũ quoq; Athanasium pari honore introctum fuisse,vix adduci possum vt credam; simulq; iusiurandum quoddã ad id dixerat,cõfirmandum adiunxit: Edhic sermo spectabat, quẽad modum evobis ꝓspicuum esse arbitror vt imquoq; ipsi Athanasium anteferret. erat apud oẽs viri huius veneratio stupore ingressus ei⁹ memoria hominmentes etiamnum defixas tenet: Nacundum genera & ętates artesq; dislet enim maximè ciuitas illa ad humdum instrui,cum publico honore adum aliquem suscipit. Quonam vero do spectaculi illius magnitudinem ne referre queam?) 31 Fluuius vnus rant,Nilum etiam Poëta quispiam ret,illum inq̃ vere aurifluum,& ꝓpter rẽ,ab vrbe ad Chæreum retracto cursu entem,diei vnius itinere,atq; eo amLiceat mihi p vos quęso paulum a hac narratione lasciuire. Illic enim satur,nec sermonem ab ea solen uocare facile possum. Pullus ipsum bat(ac peto à vobis,32 ne me amenscetis)non secus fere, ac Iesum mou lus ille,siue gentilis populus, quem rantiæ vinculis solutum popul scendit,siue quid aliud nobis hoc ne designet.Cæterùm hoc vnum tramq; pompam interfuit, 33 quo stum rami susceperunt,& varia ta,multipliciq; florum, genere coante ipsum ꝓiecta & subiecta sunt autem & magnifico Athanasio nihil factum est.In coq; vno imparespartes habuit.Iã hic quoq; aduentu sti expressam imaginẽ videre licet, erant etiam,qui ante ipsum elamapamq; agerent: nisi quod nó puerotaxat turba fausti illum acclamatio excipiebat,verùm etiam omnis sexcors & aduersatrix hominum sese

Occurrit obiectioni.
Ira.
Athan. templum sacri legis repurgat.
Ioh. 2.
Athan. pro captam fidei doctrinã erigit.

superare contendentium. Nam quid publicos plausus cõmemorem,& vnguentorũ ꝓfusiones & totã vrbẽ lumine coruscantẽ publica item & priuata conuiuia cæteraq; quib. argumenta lætitiæ ciuitates edunt, quę tum illi abũde & supra q̃ par erat,conferebantur? Sic vir eximius,& cum tali pompa & celebritate ciuitatem suã ingreditur Sed eñ fortasse vitæ rationes ita instituit vt eos decet,qui tantæ hominũ multitudini ꝓfuturi sunt, verùm nequaq̃ parẽ vitæ doctrinã attulit,aut nó ita decertauit, vt docuit, aut minus q̃ quiuis eorum,qui ꝓrecta doctrina certamen adierunt,pclitus est:aut minores q̃ pro merito certami num honores cõsecutus est: aut deniq; honorib. illis, quibus in ingressu ornat⁹ est, post ingressum dedecori atq; ignominiæ fuit? Minimè gẽtium. Verum omnia inter se nó secus atq; in cithara cohęrebant, pulchręq; cõgruebant,tum vita & doctrina tum certamina & pericula, tum redit⁹ & quę reditum sunt cõsecuta, Nã simulatq; Ecclesiã accepit,non codẽ modo assectus est,quo ij solent,qui ꝓ irę importentiã cæcutiunt,& vt quidq; primuin occurrit ita illud,qlibet etiam dignum à quo manus abstineãtur, ꝓtrudunt aut feriunt,ita nimirum animi principatum tenente. Verum hoc tẽpus ꝓcipuè ad nominis celebritatem & gloriam idoneum sibi esse arbitratus (quandoquidẽ vt qui in calamitate versatur,sem p moderatior: ita qui refe rendę iniurię potestatem accipit,insolentior esse solet)tanta lenitate atq; humanitate res reorum,à quib. læsus fuerat,administrauit, vt ne ijs quidem ipsis, si hoc dici potest molestus fuerit ipsius redit⁹. Ac tempłum quidẽ sacrilegis hominibus,qui in diuinitatis doctrina cauponariã exercẽbãt, ac dogmata de Christo institorũ more ad quæstum traĉtabãt,repurgat, in hoc quoq; Christum referens:nisi quod nõ flagello texto,sed ꝓbabilibus argumẽtis atq; ad pſuadẽdum accómodatis id efficit. Tum eos,qui & inter se & cum ipso simultates gerebãt,in concordiã reducit: & qui dem ita,vt nullius pacificatoris opera,ad eam rẽ opus haberet. Ad hęc iniuria affectos tyrãnide liberat,nullum eorum, qui ipsius causæ studebãt,& eorum,qui aduersas partes sequebanť,delectũ habẽs.Prolapsam insu p fidei doctrinã erigit, ac libere rursus Trinitas ꝓdicatur,su p cãdelabrum posita,splendidoq; vnius diuinitatis lumine animas oẽs collustrãs. Leges etiã rursus orbi terraũ ꝓscribit,ateq; omnium mentes ad se cõuertit,alijs epistolas mittens alios accersens, nõnullos etiã vltro accedentes erudiens, omnibusq; liberã voluntatem ꝓ lege proponens. Hoc eñ solum ad ꝓmonstrandum virtutis iter sufficere censebat.vt in summa dicam, egregiam duorum lapidum naturam imitatur. Nam & ꝓcutientibus adamas efficitur,& disiden tibus magnes arcana naturę vi ferrum trahens,ac durissimam omnium materiam sibi adiungens.Sed scilicet fieri non potebat,vt hæc inuidus spiritus ferret, atq; Ecclesiam pristinę gloriæ suæ veteriq̃ sanitati restitutam videre sustineret,dissectis nimirum partibus celerrima cicatrice, velut in corpore, obductis.Ac ꝓinde Imperatorem aduersus eum excitat in eodem secum defectionis perfidięq; scelere versantem,ac malitia parem tempore solo posteriorem,qui prim⁹ Christianorum Imperatorum aduersus Christum furore peitus,34 atque impietatis basilisĉum, quem multo ante parturiebat, oblata occasione cum impetu repente ꝓferens: simulatq; Imperator declarat⁹ est,35 statim & erga Imperatorem,qui ipsius fidei imperium cõmiserat,scelerate ſegerit & erga Deum, cui salutem debebat,scelerat⁹. Ac plęcuti onem omnium quotquot vnq̃ fuerunt, terrimam excogitat quater⁹ pſuasionem & sermonis blanditias tyrannidi adiungens(nã eos etiã honores,qui ob exantlata certamina tribui solent,Martyrib.inuidebat)fortitudinis laudem in dubiũ reuocabat,verborum nempe captiones & arguti as ad mores suos transferens, aut vt verius loquar,à moribus & ingenij vafricie ad ea scelera studium cõferens,dæmonisq; qui, in pectore domicilium habebat, artem, multiplicemq; versutiem imitans. Hic parum amplum atque præclarum esse arbitrat⁹ est vniuersam Christianorum nationem imperio suo subijcere:magnum autem & gloriosum fore, si Athanasium eiusq; in Christiana doctrina facultatem vinceret ac ꝓstigaret. Perspiciebat eñ se consilijs suis in nostram perniciem susceptis haudquaq̃ proficere, quod aduersus eum in acie staret Athanasius,eiusque conatibus resisteret. Id enim, quod ex Christianorum parte inaniebatur, gentilium accessione atque illius prudentia subinde replebatur: quod miradum erat. Quæ cum veterator ille ac subdolus persecutor animaduerteret & cerneret, ne personam quidem diutius ferre,ac seruili dissimulatiõe vti potest: verum animi pernem ciuitate pellit. Egregium enim virum 36 triplici certamine vincere oportebat,vt pleno atq; perfecto laudis prœconio celebraretur. Non multum temporis interfluerat,cùm impium illũ & sacrilegu

Athan. immaturata ætatis & magnesia naturã.
Iul. imperio pereitus in Christum furore.
Persecutio teterrima.
Athan. rursus in exilium mittitur.
Iuliani mors.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Persas vis numinis vltrix ablegat: illicque causam disceptat, & quē magnificum & honoris cupiditate flagrantem transmiserat, eundem mortuum reducit, ne miseratione quidem quenquam permouentē, immò, vt mihi quispiam narrauit, nec ad sepulturam assumptum, sed à terra quæ propter ipsius scelus tremore affecta fuerat, excussum, æstuq; vehementi, piectum: insequentis, vt opinor, supplicij primordium. Hoc porrò extincto Imperator alter exoritur, nequaquam ore impudens, quemadmodum is, de quo antè verba fecimus, nec duris & ærumnosis operibus, & edictis Israëlem opprimens, sed mira pietate animiq; lenitate prædit⁹. Qui vt præclarissimum sui fundamētum iaceret, rectamq;, legum sanctionem, vnde conueniebat, auspicaretur: cùm omnes alios Episcopos, eum tum ante oēs, qui omnib⁹ virtute antecellebat, ac citra dubitationē vllam pietatis causa bello vexatus fuerat, ab exilio reuocat. Quin etiam fidei nostrę veritatem à multis laceratam & perturbatā, atq; in sexcentas opiniones partesq; distractam sibi tradi postulauit: vt maximè quidem vniuersus orbis, si fieri posset, in fidei negotio consentiret, Spiritusq; auxilio in vnum coiret: sin minus, ipse certè optimę parti sese adiungeret, simulq;; & ei robur afferret, & ab ea vicissim acciperet, excelsè simul & magnificè de rebus maximis cogitans. Atq; hic potissimum Athanasius puritatis suæ fideiq; in Christum firmę & cōstantis specimen edidit. Nam cùm cæteri omnes, qui doctrinam nostram profitebantur, trifariam diuisi essent, ac multi circa filium, plures etiam circa Spiritum sanctum ægram fidem haberent (vbi leuior impietas pietatis opinionem ferebat) pauci autem vtrinq; sani & incolumes essent: primus ille & solus aut cùm admodū paucis veritatem palàm apertisq; verbis ,pmulgare nō dubitauit, vnam trium personarum diuinitatem & essentiam scripto confessus: & quod multis illis patribus in explicanda filij diuinitate prius concessum fuerat, idem ipse postea in asserenda spiritus sancti diuinitate superno afflatu consecutus. Atq; Imperatori 37 donum verè Regium & magnificum offert, scriptam nimirum fidei confessionem 38 aduersus nouum dogma nusquam in Scriptura expressum: vt sic & imperatorē Imperator, & doctrinam doctrina, & libellum libellus frangeret atque opprimeret. Huius confessionis, vt mihi videtur, authoritate pmoti tum Occidentales, tum quidquid in Oriente vitale est, partim animo tenus pietatem colunt, si quid ipsorum ver

Dan 8. Iouinianus.

Athan. reuocatur ab exilio.

Fides quorundam ægra.

Vna trium personarū diuinitas. Symbolum Athan.

bis fidei habendum est, vlterius autem ri
non proferunt, velut mortuum quendam
fœtum in materno vtero extinctum: pa
tim eam fomitis cuiusdam instar leniu
accendunt, hactenus scilicet, vt tempo
atque ardentioribus orthodoxis, aut pa
plebi vtcunque satisfaciant: partim denq
omni verborum libertate veritatem p
dicant: à qua parte vtinam ipse stem
enim maius quiddam iactare audeo) no
iam timiditati meæ ignauiæq; consule
eiq; aliorum tarditatem & mentis imb
cillitatem prætexens, (39 satis enim sup
que dispensauimus, non modo alienos
bis non adiungentes, sed nostros etiā p
dentes: quod sane malorum dispensa
rum est) verùm partum in lucem efferes
& accuratè nutriens, atque omnibus o
culos proponens, quotidie augescentem
Sed hoc in illo minus admirationis me
ri videtur. Nam qui re ipsa pro veritat
defensione periclitatus fuerat, quid
rum, si eandem scripto cōfessus fit? Qu
verò mihi in ipso maxime mirari su
quodq; non citra damnum silentio
riri potest, hac præsertim tempestate
multæ cōtentiones disidiaq; gignun
hoc superioribus adijciam. Nam his q
q;, qui nunc viuunt, documento esse
at hæc actio, si ipsum nobis imitand
proponamus. Quemadmodum enim
vna aqua non tantum ea pars diffun
quam manus inter hauriendum reli
verùm id etiam quod manu compre
sum per digitos effluxit: eodem mod
nobis non impiæ solum doctrinæ sc
res præciduntur, verùm etiam qui p
tatis laude in primis excellunt, sub
non in leuibus duntaxat & contem
dis dogmatis, sed in verbis quoq; a
dem omnino sensum pertinentibus. N
cùm essentia vna, & tres Hypostases
bis pie dicerentur, quòd alterum di
tis naturam, alterum Personarum
proprietates declaret, ac simili quo
modo apud Romanos intelligeren
cæterùm ob linguæ illius angustia
borumque inopiam hypostasim ab
tia distinguere non possent, campo
causam in illius locum Personarum
duxissent nomen, ne tres substantias
mittere viderentur. quid tandem
git? Res profectò ridicula, vel potiu
ferenda. Diuersæ fidei speciem p
lenis illa circa vocis sonum contentio
Hic deinde 40 alij Sabellij errori affi
ri visi sunt, quòd tres Personas dice
alij Arij impietatem amplecti quòd
ctis Personis tres hypostases nomin
quorum vtrumque pertinax

Athan. pa- inter diffiden- cōciliat

dendi studium effinxerat. Quid postea? Cùm parua quædā, vt in contentione fieri solet, molestiæ causa semper accederet: eò tandem res adducta est, vt periculum esset, ne orbis terrarum fines vnà cum syllabis à se inuicem distraherentur, & abrumperentur. Quæ cùm beatus ille vir, & verè homo Dei, magnusq; animarum dispensator oculis auribusq; perciperet, tam stultam & absurdam orthodoxæ fidei sectionem dissimulandam ac negligendam sibi non putauit: verum medicinam morbo quam primùm infert. Quonam autem modo id facit. 41 Vtraq; parte leniter & humanè accersita, verborumq; sententia diligenter & accuratè perpensa, posteaquam cōcordes reperit, nec quantùm ad doctrinam quicquam inter se dissidentes, ita negocium transegit. vt nominum vsum ipsis concedens, rebus eos constringeret. Hoc diuturnis illis laboribus & disputationibus, quas iam vnusquisq; literis mandat, fructuosius est, vt pote quæ ambitione non vacant, ob eamq;ue fortasse circa fidei doctrinam quiddam innouatur. Hoc multis vigilijs & humi cubationibus præstantius, quarum vtilitas in his, qui virtutes eas assecuti sunt, defigitur, nec latius se porrigit. Hoc peruulgatis atque omni fama celebratis ipsius exilijs & fugis nihilo inferius existimandum est. In eadem quippe studia, ob quæ calamitates illas sibi perferendas duxerat, post calamitates ipsas incumbebat. Quin id etiā ipsum in aliis facere non desinebat, alios laudibus vehens, alios parcè leniterq; percutiens, aliorum socordiam excitans, aliorum immodicam alacritatem coercens, alijs dēniq; ne laberentur, prouidens, alij vt lapsi erigerentur, rationem iniens: moribus simplex gubernandi arte multiplex, verbis sapiens, animo sapientior, 42 si cum humilioribus ipsi res esset, ad eorum captum se demittens, si cum sublimiori mente præditis altius assurgens, 43 hospitum præses, supplex, auerruncus, vnus vniuersa ea verè cōplexus, quæ sigillatim dijs suis Gentiles tribuunt. Addam & connubialem, & virginum antistitem, & pacatum, ac pacificatorem, & eorum qui ex hac vita ad alteram properant, deductorem. O quantam nominum copiam mihi virtus ipsius suppeditat vndecunq; cognomentum ipsi captanti? Cum autem eum vitæ cursum tenuisset, atq; ita institutus fuisset aliosq; instituisset, vt & vita ipsius morumq; ratio Episcopatus norma esset & ipsius dogmata, p fidei orthodoxę lege haberētur: quod tādem pietatis præmium capit: (neq; enim hoc neglectim transmittēdum est) in bona senectute vitam claudit, patribusq; suis Patriarchis & Prophetis & Apostolis ac Martyribus, qui pro veritate dimicauerant, adiungitur. Atq; vt epitaphium quoddam paucis complectar, excellentiori honore in discessu decoratur, quàm quo in ciuitatis ingressibus cumulatus fuerit, sic videlicet e vita migrans, vt multas lachrymas excitaret, maioremq; ijs rebus, quę in aspectum cadunt, nominis sui gloriam in omnium animis reconderet. At enimuero, vir mihi chare & sacro sanctę, qui pter cæteras tuas laudes sermonis & silentij modū mirificè coluisti, orationi quidē nostræ finem hic constitue, si virtutū tuarum præstantiā haudquaquā assecutæ, at viribus certè nostris minimè inferiori. Nos autem vtinam ipse benignus è cœlis aspicias, atq; hunc populū gubernes, perfectū perfectę Trinitatis, quæ in Patris & Filij & Spiritus sancti contemplatione perspicitur & colitur, adoratorem: meq;ue, si quidem res pacatæ futuræ sint in vita retinens, gregemq; mecum pascas: sin autem Ecclesia bellis flagatura est, reducas: aut assumas, tecumq;ue & cū tui similibus colloces, tametsi magnum sit quod postulo, in Christo Domino nostro, cui omnis gloria, honor, & imperiū in secula. Amen.

Gēril. deorum epitheta.

Athanasij mors. Hen. 15.

Epitaphiū.

Athan. alio quitur.

Athanasiū orat.

SCHOLIA MAXIMA EX PARTE COLLECTA. ex Niceta Commentarijs.

1. *Nam cùm multa ac magna sint*) Quātitas vel in magnitudine cōsideratur, vel in multitudine. Et magnitudinem quidē vt continuam metimur, multitudinem vt discretam numeramus. Ac quantū magnitudini respondet: quorum multitudini. Rursus quātitas partim finita est, partim infinita. Finita est, quæ aut sub mensuram, aut sub numerum cadit. Infinita qua præcellentia quadā mensuram omnem numerumq; superat. Atq; id magnum siue multum indefinitè vocatur. Quo modo dicimus, Magnā esse Dei misericordiā, magnum verbi incarnati mysterium. Proinde cū diuina beneficia in nos collata nec mensura nec numero comprehendi possint Gregorius, indefinitè magna & multa esse dixit.

2. *Rationis & contemplationis ope*) Virtutū duæ sunt species, altera contēplatiua, altera actiua. Actiua in rerum agendarum dijudicatione versatur: contemplatiua circa rerum diuinarū cognitionem occupatur. Atque actiua quidem, ratio & prudentia vocatur: contemplatiua autem mens & sapientia. Quocirc

Theolo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theologus rationis & contemplationis mentionem faciens, actionem haudquaq; omisit: verùm eam cum ratione complexus est. Ratio enim simpliciter vocatur rectum & erroris expers iudicium. Hoc circa ea, quæ in intelligentiam cadunt, versatur: actum contemplatio dicitur: aut circa ea, quæ sensi piuntur, & tunc actio nuncupatur. Ratio enim & actiuam virtutem ad certitudinẽ dirigit, in re du quid factu sit melius discernens, ac temerarios & præcipites corporis impetus coërcens, ne actio ta reperiatur: & rursus contemplationem numeris omnibus absoluit, ac naucleri instar ad veritatem Contemplatio enim si freno careat, fortasse in præcipitia quoq; hominem impellere queat. Itaq; hoc prie & simpliciter rationis nomine virtutẽ eam, quæ in actione posita est intelligere debemus, vt nunq; separata sit ratio. i. rectum rerum iudicium. Ac proinde per hoc quod antecedit, id quod consequi significauit, atq; actionem ex causa non materia nominauit. Non ergo imperfectè de virtute Theologus cutus est, cùm actiua virtute prætermissa per rationem & contemplationem omnes philosophiæ meros expleri pronunciauit: quin potius diuisum ab actione verum rerum iudicium & actum ipsum xit: quippe cùm actio rationi omnino coniuncta sit. Ratio enim corporis motum componit, ac rectæ one, quasi freno quodam iniecto ipsum prohibet, ne in vitium ruat: speculatio rursus ea, quæ rectè & iudicata sunt, eligenda decernit. His autem duobus, hoc est ratione & speculatione virtus omnis phica conficitur & conseruatur, atq; ab his per corpus elucescit non tota quidem, sed obscura quadam simulachra: nec id propter seipsam, sed vt spectatores ad æmulationem incitentur: sic quidem, vt si set, qui huiusmodi exemplo ad virtutem se conformaret, sibi tamen vnusquisq; proculdubio sufficeret tum gratijs animum mirificè oblectans, etiam si ea per corpus in lucem splendoremq; minimè Quare non necessarium putauit Gregorius actionem eam, quæ corporis operam requirit, nominare huius generis esse cognosceret, vt virtutem non efficeret, sed perspicuam duntaxat redderet, ac tantummodo cogitationum & ratiocinationum administra esset.

3. Siue nubes, siue obuelatio) Corporis affectus & vitia nubes dici possunt, quia velut interiecto muro supernum menti splendorem obstruunt: obuelatio autem, quia menti incumbunt, eiusq; ficiunt, nec eam acutè cernere sinunt. Vel alio modo, nubes affectum carnis significat, qui vt nubes principem animorum partem caligine obducit: obuelatio autem sensuum impostura, sensilium perficiei innitentem, aditumq; ad ea res, quæ animo & ratione percipiuntur, intercludentem. Qui verorum ac naturalium bonorum oblitione captus animus ad sensilia totam suam vim & act rat, ira & cupiditates, & turpes atq; obscœnas voluptates per ea excogitans.

4. Magnumq; Christi corpus) Magnum Christi corpus vocat Theologus, vel Panem viuificum, Ecclesiæ cœtum, cuius caput est Christus. Vtrumq; autem horum Sacerdotes tractant, nempe Panem & Ecclesiam.

5. Quæ magnarum rerum materiam) Vide Niceph. lib. 8. cap. 44. & Sozomenum lib. 2. cap. 17. vbi quemadmodum Athanasius adhuc puer ab æqualibus suis per ludum Episcopus creatus Episcopalia obierit, ac multos baptizarit, ijsq; manus apposuerit.

6. Appropinquanti Deo) De hoc in Scholijs in Orat. de plaga grandinis.

7. Ad Marci thronum euehitur) Marcum Euangelistam intelligit, qui scripto in vrbe Romana Euangelio, cùm Alexandriã perrexisset, primus ciuitatis illius Episcopus creatus est, eamq; sedem octo annis gubernauit. Athanasius autem Alexandro, quem ad Nicenum concilium secutus fuerat, in Episcopatu successit, ordine decimus nonus, anno Domini 334. vt vult Abbatis Vrspergensis Chronicon.

8. Qui deniq; plura prosuis) Apud Iudæos lex erat, vt sacerdos duplex sacrificium offerret, alterum pro seipso, alterum pro peccatis populi. Vide Paulum in Epist. quam ad Heb. scribit cap. 9.

9. Neq; enim id quod glorificatum est) Paul. 2. Cor. 3. gloriam Mosis gloriæ Christi comparationem nuans, his verbis vtitur: Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem Hæc igitur verba ad Athanasij laudem accommodat Theologus, quibus significat, eas virtutes, quas congeriem enumerauit, quamuis maxima laude dignæ sint, paruas tamẽ esse, si cum his, quæ nos est, comparentur. In quam etiam sententiam mox ad illud Act. 6. alludit, Non æquum nos deserere bum Dei, & ministrare mensis.

10. Verùm idem erat calculis ludere) Quemadmodum calculatorij impostores, qui manuum agilitate oculis digitorum celeritate spectantium oculos fallunt: vt quæ decem fortasse sint numero, reperiantur: quemadmodum etiam saltatores & ob multitudinis oculos membra turpiter ad Ecclesiam aditum non habebant: sic neq; ij, qui de Deo noui aliquid & curiosi proferre audebant.

11. At postea quam Sexti & Pyrrhones) Sextius & Pyrrho philosophi alijs omnibus philosophis bant, atque aduersus omnes opiniones & sententias disputabant, nec percipi quicquam posse Eamque ob causam Ephectici nominati sunt, quasi inhibentes & impedientes, ne quid de vlla tueretur.

12. Atque orationis non morbi viribus) Quo modo Alexander Constantinopolitanus Archiepiscopus

resisteham Arium pia orationis telo confecerit, vide Niceph. lib. 8. cap. 51.

13. Atq; hic mihi charissimum solum) Cappadox enim erat Georgius Arianus infestissimus Athanasij hostis. Quatenus autem Cappadox erat, inquit Theologus, videor mihi, vt patriam cum eo communem habeã nonnihil etiam ad insidias aduersus Athanasium structas conferre.

14. Qui ne meum quidem cognominem) Gregorium intelligit, qui exauthorato & pulso Athanasio ab Arianis Alexandrinæ Ecclesiæ antistes designatus fuerat. Cui etiam statim Episcopatum Ariani abrogarũt, quòd in dogmate eorum tuendo & propagando parum diligentem se præbuisset: atq; in eius locum Cappadocem Georgium instituerunt.

15. Manus tamen Absalonis) Hoc adagium in eos quadrat, qui scelus, quod conceperunt, per alios perpetrandum curant. Natum est hoc prouerbium ab Absalone, qui, vt in libris Regum habetur, cùm patrem regno exturbare moliretur, hanc tamen fabulam primùm per alios agendam curabat: Huic non absimile est illud Herodoti, Vestem consuit quidem Ilistæus, induit autem Aristagoras de quo alio loco dicemus.

16. Qui manum illam) Quibus calumnijs impetitus fuerit Athanasius ab Arianis, quotq; in eum falsa crimina congesta fuerint, nemini ignotum est, qui modò Ecclesiasticam historiam vel à limine salutarit. Inter alia obiectum est ei, quòd magicæ artis gratia Arsenio cuidam brachium amputasset. quod; factius apud iudices fidem inueniret impudentissima hæc calumnia, propositum est cuiusdam hominis mortui brachium ab accusatoribus: quod Arsenij esse contendebant. Verùm statim sceleratissima hæc fraus detecta est. Nam ille ipse Arsenius, quem falsò interfectum esse ab Athanasio dictitabant, productus ab innocente reo se viuum & incolumem ostendit. Ita risu simul & indignatione iudicium solutum est. Vide Ruff. hist. lib. 10 cap. 17. Socr. lib. 1. cap. 29. & Niceph. cap. 48. & 49. lib. 8.

17. Quorum alq; vitam prorsus) Vide Hieronymum de custodia Virginitatis ad Eustochium: vbi duplicem hanc vitæ monasticæ rationem elegantissimè describit.

18. Imperatoris simplicitatem) Constantinum intelligit.

19. Potissimùm muliebres homines) Gregorius Eusebium Eunuchum imperatoriæ aulæ præfectum Arij dogma profitentem magnis muneribus ad suas partes traduxit.

20. Vt Episcopo quodam ea tempestate) Eusebium Pamphili intelligit Arianæ sectæ coryphæum.

21. Quod Seleuciæ primùm) Vide Niceph. lib. 9. cap. 38. & 39. vbi formulam Arianæ confessionis videbis.

22. Perscripti dogmatis ambiguitatem) Quoniam ita dubiã Synodus illa fidei confessionem edidit, vt pie simul atq; impiè intelligi posset. Verbi gratia: Pater maior est filio, &, Filius similis est Patri, aliaq; huius generis loca. Huiusmodi enim nomina in vtramq; partẽ propẽdent. Nam & Pater Filio maior piè dici queat, quantùm ad causam, impiè aũt, si de natura sermo habeatur. Et Filius Patri similis pio sensu dici possit, modò κατα παντα λογον, i. per omnia ac sine vlla diuersitate (τὸ γὰρ ὅμοιον ἁπλῶς & ὡσαύτως κατα παντα λογον eandem vim habet, quod ὁμοούσιον, vt vult Basilius Epist. 1. ad Maximum) addamus: alioqui impium fuerit hoc profiteri. Huic porrò fraudi sua scripturam prætexebat, cuius tantam apud se authoritatem esse dicebant, vt quoniam nusquam illa τὸ ὁμοούσιον meminisset, sibi quoq; faciendum esse, vt ab hac voce abstinerent, ac probatissimis dictionibus vterentur, qualem τὸ ὁμοιούσιον, i. similis vocem esse contendebant. Atq; id Apostoli testimonio confirmare nitebantur, qui Filium Patris imaginem vocat, quæ quidem exemplaris relatio atq; expressio est.

23. Statua ad omnes sese obuertens) Sic impiam Synodum vocat, quòd dubiam atq; ancipitem fidei doctrinam edidisset, communibusq; nominibus vtens tum ad hæreticos, tum ad orthodoxos aspectum conuerteret. Atq; hanc cothurnum quoq; vocat, hoc est, calceum vt vriq; pedi conuenientem. de quo vide Erasmum in prouerbio, cothurno versatilior. Quod autem sequitur, Cribratio ad omnem ventum, ex Ecclesiastici libro sumptum est, vbi ait Sirach. Ne cribres ad omnem ventum. i. ne finas te transuersum ferri ab omni vento doctrinæ, nec per animi inconstantiam & lenitatem temerè quemlibet sequaris: nec omni semita incedas, sed sola pietatis regia via.

24. Hinc subdola illa hæreticorum) Aetium enim Syrum Ariani condemnarunt, vt opinionem hominibus asserrent, se rectæ doctrinæ assentiri, ac maiori fide & authoritate τὸ ὁμοούσιον oppugnarent. Verùm ea condemnatio à ficto & subdolo animo proficiscebatur. Nam re vera illius dogma stabiliebant ac tuebantur. Et eum faciendum ipsis esse visum est, vt eum condemnarent, magnæ cuiusdam impietatis crimen illi non impegerunt: sed ostentationis duntaxat, & nimiæ in scribendo contentionis ipsum damnarunt.

25. Hinc profani sanctorum) hæretici laicis adiuncti de pijs Episcopis iudicium ferebant, & vitæ rationẽ ab ijs contra ius fasq; exposcebant. An non enim iniquum est Episcoporum actiones inspectantibus laicis examinari, ac miscere res non miscendas, hoc est, laicorum aspectum & mysticas quæstiones. Nam res sacras & sacrorum virorum seorsim, ac non laicis præsentibus exquirere debent Episcopi.

26. Ac sinon flammæ fumi certè) Nõ quidem aperto hæresis nomine sese obstrinxerunt, quia animus eorum purus ab omni hæresis contagione fuit: quatenus tamen impio dogmati per imprudentiam subscripserunt, velut fuliginem quandam camino contraxerunt.

27. Illustrium rerum mutatio) Duæ in omni hominum memoria illustres vitæ mutationes extiterunt, quæ etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam duo Testamenta vocantur, & terræmotus obrei celebritatem: altera quidem ab idolorum cultu ad c. 11.
gē, altera à lege ad Euangelium. Atq; hac duo Testamenta sunt. Iam tertium quoq; terræmotum fore denunciat, hoc est, migrationem ex hac vita ad alteram: in qua nec motus iam vllus est, nec vlla perturbatio. Nam cùm Deus per Aggæum dixisset, adhuc semel, & ego cœlum & terram moueo, de vniuersali transmutatione hoc dictum Apostolus in Epist ad Hebræos ait, & illud, Adhuc semel, rerum fluxarum ac incertarum translationem significare, vt deinceps maneant, quæ motu ac perturbatione carent. Tertium igitur iuxta Pauli sententiam dictum hoc intellexit, tertium terræmotum secundum Christi præ exponens, ad quam vniuersus orbis ex corruptione ad incorruptionem vindicabitur atq; immobilis turus est.

28. Monastica philosophiæ sectatores) Gr. τὸ φιλόσοφον. Græcus interpres exponit, Monachos.

29. Vnum, quòd generi suo) Constantius fratrem Constantinum à militibus interfici finit, cùm id facere prohibere posset: ac Gallum Iuliani fratrem cognatum suum ob tyrannidis affectatæ suspicionē è medio stulit. Deinde Iulianum ad imperij societatem asciuit. Tertiò circa fidem res nouas moliturus est. Ediderat sanxit, vt Filius ὁ μισθωτὸς & non ὁμοούσιος diceretur.

30. Quod etiam ipsum Alexandrini) Alexandrini grauissimis contumelijs à Georgio vexati, mortuo stantio crudelissima morte ipsum affecerunt: ac deiecta membra altissimo camelo imposuerunt, atq; mortuum quoq; sæuientes vrbem circumierunt. Sarcinam itaq; insuetam, inusitatam, atq; amentem tam vocat, altitudinem aūt cameli nouam, primam autem circunductionem circuitionem eam, primùm contigit, * Permirū autem videri posset, quòd Gregorius Alexandriæ Christianorum plebi eadem tribuit, cùm extet Iuliani Apostatæ Epistola ad Alexandrinos Serapidis cultores, quam etiam cit Niceph. lib. 10. cap. 7. in qua grauissimè illis succensens, quòd proculcata legum imperijq; rioso impetu Georgio necem attulissent, nullam omnino Christianorum mentionem facit: haud quaq; ne, quo aduersus orthodoxam religionem odio flagrabat, prætermissurus, si huius facinoris participes tissent. Quin etiam Epiphanius lib. 3. tom. 1. apertè hanc eadem ab Ethnicis factam narrat. Neq; propterea in Martyrum numero habendum esse, quòd ab Ethnicis sit interfectus. Neq; enim ob fidem ana confessionem, sed ob immanem rapacitatem ac tyrannidem excruciatum atq; obtruncatum Marcell. lib. 21. videtur innuere illam eadem facta consentientibus Christianis, qui alioqui eum ab eorum manibus facile poterant liberare.

31. Fluuius vnus oēs erant) Hoc, inquit, inter Nilum & populum Alexandrinum intererat, quod Chereo, quæ terra est, hoc nomen à quodam habitatore consecuta est, in vrbem influit: at populum tum tunc sanctò Athanasio obuiam sese effundens, in contrarium à ciuitate ad Chareum fluuium ter & eo amplius extensus est.

32. Ne me amentiæ accusetis) quòd Alexandrinum hunc ingressum cum Christi in vrbem nam ingressu comparem.

33. Quòd Christum rami) Quoniam Græcorum verborum sensus obscurus videri potest, Græcam interpretationē adijciendam putaui, quā in versione nostra secuti sumus: τὸν μὲν ἐκ ὑψηλοῦ χαμαὶ ὁ ἀθανάτ & ἐπὶ ὄνου πτωλαι ἰμάντιν ὑποδίχονται. τὸν δ' ὄχι. Hoc solū, inquit, æquale cum Christo non habet Athanasius: quòd illum vestes & rami suscipiunt, hunc verò non item.

34. Atq; impietatis basiliscum) Hæc sumpta sunt ab Esaia dicēte, Oua aspidum fregerunt, & quæ ex medere parabat, cùm ea confregisset, vtrumnam (οὔπιον enim legit interpres Græcus, non ὠὸν, quemadmodum in impressis Græcis Bibliis legitur) inuenit, in eoq; basiliscum. Quæ verba iuxta literæ sensum hoc vocat, aspidum ouа frangunt, nihil aliud reperiūt q̄ Basiliscum. Perniciosissimus aūt serpentis fœtus basiliscus vel ipso aspectu necem afferens. Quantum autem ad Gregorij mentem attinet, Iulianum spiritualiter à diaboli fœtum & ouum appellat, impietatem, quam basiliscum vocat, aliquantisper in pectore nentem: quæ, simulatq; ille imperio potitus est, statim eruperit, atq; in apertum prodierit.

35. Statim & erga Imperatorem) Iulianus Constantium veneno sustulit, cuiusdam illius domestici rem vsus opera. Sic interpres: cui tamen non astipulatur Niceph. lib. 10. cap. 2. Illud quidem certissimum eum summa animi ingratitudine Constantij erga se beneficia excepisse. Quòd si in illum nefarium, leratior in Deum extitit. Lectoris enim aliquando munere in Ecclesia functus fuerat. Quinetiam rant, cùm ad Ecclesiam cum fratre profugisset, præsens mortis periculum vitasse.

36. Triplici certamine vincere) Primum enim sub Constantino, deinde sub Constantio, postremò liano Athanasius exulauit.

37. Donum verè regium) Egregium illud Athanasij Symbolum intelligit, quo vir pius Catholicæ fidei nam complexus est.

38. Aduersus nouum dogma) Annotat Græcus interpres in nonnullis exemplaribus nō ἀγράφως scriptum esse, sed ἐγγράφως: vt significet scriptam illam fidei formulam, cui omnibus subscribēdi necessitatem imponebat Constantius.

39. Satis enim superq; dispensauimus) Vbi habet vulgata Psalmorum translatio Psal. III. Disponit sermones suos in iudicio, Septuaginta habent ἀνομοῦσι, i. dispensat.* Et Christus pastores animarum fideles dispensatores vocat: & Apostolus dispensatores mysteriorum Dei. Hanc tandem vocem sui iuris fecerunt ac veluti ciuitate donarunt Graci Theologi, per eamq; prudentiam illam intelligunt, quam in verbi diuini prædicatione muneriſq; sui administratione adhibere debere Ecclesiæ antistites, vt nihil impudè, nihil temerè, nihil deniq; nisi omnibus circunstantijs accuratissimè perpensis & exploratis dicant aut faciant, vt omnia consilia sua cogitationesq; ad vnius charitatis scopum referant, nec quicq̄ aliud sibi proponant q̄ Ecclesiæ ædificationem, ac plebis sibi commissæ vtilitatem. Exempli causa: Si quis Sp. sancti diuinitatem publicè consiteri dubitet, quis non hoc hoīs portentū execretur? Et tamen id factū esse à Basilio Magno testatur noster Gregorius, nō modò sine ipsius reprehēsione, sed etiā cum maxima laude. Nam cùm Pneumatomachas, quorum tunc latè patebat imperium & potentia, huic vni occasioni imminere perspiceret, vt si apertè Sp. sanctum Deum esse consiteretur, Hatim eum ciuitate pellerent, atq; ita gubernatore è sublato, quemadmodum Cyprianus loquitur, atrociter & violentè circa Ecclesiæ naufragia grassaretur: eorum insidijs hac ratione sibi occurrēdum putauit verus ille œconomus, vt à nuda quidem & aperta voce abstineret, caterùm alijs verbis eandem rem explicaret. Ita subdolum eorum consilium elusit vir prudentissimus. Hinc satis liquet, quemadmodum diuersa ratione res eadem in alijs grauissimi criminis, in alijs maximæ laudis nomen habeat. Sed profectò verum est quod scripsit Aristoteles, Vitia virtutibus esse vicina, & vt ipsius verbo vtar, ἀρχίνium desererent. Prudentes tamen & cauti dispensatores videri volebant. Fingebant se rationem imbecillorum habere, qui nondum sublimioris doctrinæ capaces essent, atq; eiusmodi fuco ignauiam suam tegere conabantur, quos falsissimè perstringit hoc loco Gregorius. Atq; vtinam hac tempestate talium dispensatorum minor esset numerus. Hieronymus in Epistola quadam ad Augustinum dispensationis vocabulo in eandem sententiam vtitur: Qua fronte, inquit, quæ audacia Paulus in alio reprehendit, quod ipse cōmisit? Ego, immò alij ante me exposuerunt causam, quam put auerunt, non officiosum mendacium defendentes, sicut tu scribis, sed attendentes honestam dispensationem: vt & Apostolorum prudentiam demonstrarent, & blasphemantis Porphyrij impudentiam coercerent.

40. Alij Sabellij errori) Romani quòd tres hypostases dicere recusarent, Orientalibus Sabellij errorem seles, quoniam tres hypostases mordicus retinerent, nec earum loco tres personas admittere vellent, in eam opi nionem apud Romanos venerunt, quasi Arij dogmati assentirentur. Arius enim tres hypostases natura inter se distinctas confitebatur, tres autem personas vnius naturæ minimè recipiebat.

41. Vtraq; parte lemiter) Percunctatus est ab Orientalibus Athanasius, num Arianorum more tres hypostases substantia inter se distinctas asereret, atq; vnamquāq; hypostasim distinctā ac separatā, quemadmodū ses substantias, argentum, & aurum: aut vt tria principia & tres deos. Hic orientales se ab huiusmodi sentētia abhorrere confirmarunt, atq; idcirco tres hypostases profiteri, quoniam in S. Trinitate credierent, non nomine tenus sed verè existentem & subsistentem. Nam & patrem verè esse ac subsistere, filium verè esse ac subsistere, itidemq; Sp. sanctum. Quam dictionum interpretationem comprobans Athanasius, ad Romanos iam se se conuertit, ab ijsq; quæsiuit, Num iuxta Sabellium ea de causa tres Hypostases non admitterent, vt Filium & Sp. sanctum tollerent, aut quasi neuter illorum esset aut subsisteret. Illi verò negarve hanc sibi vnius Hypostasis asserendæ causam esse: verum illam potius, quòd vnum atq; idem esse censerent Hypostasim & substantiam: substantiam porrò vnam crederent, tum quòd ex Patris substantia Filius quoq; sit, tum propter naturæ identitatem. Vnam enim diuinitatem atq; vnam eius esse naturam constantissima se se fide tenere, ac non aliam Patris, aliam Filij, aliam Sp. sancti. Et certè Romani, qui eo nomine in crimen vocabātur quòd vnicam tantùm Hypostasim esse contenderent, idem profitebantur, quod Orientales: atq; ab vtrisq; anathemate seriebantur Arius & Athanasius, alter vt Christi hostis, alter vt diuinitatis abrogator. Itaque negocio diligenter expenso pollq̄ inter eos, quantùm ad doctrinæ sententiam, nihil dissidij esse reperit, suas vtrisq; dictiones liberas reliquit.

42. Si cum humilioribus) Hoc loco per humiliores Nicetas eos intelligit, qui crassiore atq; obtusiore sunt ingenio, quemadmodum per μετρίως eos, qui maiori acumine præditi sunt.

43. Hospitium præses, supplex) Gentiles Iouem suum ξένιον, & ἱκέσιον vocabant, vt amicitiæ & hospitalitatis præsidem ac supplicum antistitem. Herculem autem Apotropæum, Auerruncum Varro appellat, vt malorum depulsorem: Mercurium item Pompæum, vt in via homines trāsmittērem, ac viatoribus iter præmonstrantem: & Iunonem veletiam Venerem Zygiam, hoc est, Pronubam, vt quæ summo studio ab ijs, qui matrimonij iugo coniuncti erant, colerentur. His autem omnibus nominibus Athanasius ob virtutem appellatur. Philius enim dicitur, vt eos amans, qui amore digni sunt: Xenius, vt peregrinos hospitio excipiens: Supplex, vt preces pro populi salute fundens: Zygius etiam ac Parthenius, vt matrimonio & virginitati leges condens & præscribens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORII NAZIANZENI DE MACHABAEIS.

Oratio.

ARGVM. EX GRAECO NICETAE.

Lib.1.cap.3 IN *Machabæorum libris vir quidam describitur Iudas nomine cognomento Machabæus, qui pro ciuitate Hierosolymitana, & legis, & Mosaicæ cultu, contribulibusq; suis multa præclarè ac strenuè gessit. Propter quem cæteris quoq; historiæ partibus Machabæorum nomen scriptum est. Quoniam igitur in eodem volumine* *Lib. 2. cap. 6. & 7.* *Eleazari, septemq; filiorum & matris decertatio continetur, Machabæi etiam ipsi nominati sunt. Neque enim qui historiam conscripsit, eos à Iuda Machabæo genus duxisse tradit.*

Dies festus Machabæorum. QVid autem[1] Machabæi? (horum enim nomine diē festum agitamus) qui tametsi ob eā causam apud paucos honorētur, q̄ eorum certamen Christi ętatem p̄cesserit: digni tamen sunt, quos omnes honoribus complectantur, quoniam pro legibus institutisq; patrijs dolorum acerbitatem forti animo pertulerunt. Qui porrò ante Christi supplicia martyriū subierunt, quid tandē erant facturi, si post Christi tēpora vexati fuissent, eiusq; morrem nostræ salutis causa susceptam ad imitandum propositam habuissent? Namqui nullo huiusmodi exemplo ob oculos posito tanta virtutis laude floruerunt: cui dubiū esse potest, quin ijdem tale exemplar intuentes multò generosius fortiusq; sese periculis obiecturi fuerint? Ac simul arcana hęc doctrina est, nec mysterio vacans, mihi quidem, pijsque omnibus viris admodum probabilis: [2] neminem videlicet eorum, qui ante Christum natum martyrio perfuncti sunt, id citra Christi fidem esse consecutum. Quanquam enim Verbum, suo postea tempore liberè promulgatum est: [3] puris tamen animis etiam antè innotuit: quemadmodum ex multis qui autè ipsius natiuitatem honoribus affecti sunt, liquidò perspici potest. Quocirca Machabæi non idcirco contemnendi sunt, quia ante crucem extiterūt: verùm quia ad crucis normam vitæ suæ rationes exegerunt, ideo laudandi, ac verborum honore celebrandi: non vt ipsorum gloriæ quicquam accedat (quid enim ijs oratio afferre possit quorum gloria ipsis actionibus rebusq; gestis nititur?) sed vt gloriam consequantur qui laudes eorum exponant, ac virtutem eorum æmulētur, eiusmodi nimirū celebratione quasi stimulis quibusdā ad rundem rerum studium excitati. Enimuero quinam hi fuerint, quaq; primū ex institutiōe atq; doctrina in eam virtutis gem gloriamq; peruenerint, vt tū amplis festis ornentur, tū multò maior, q̄ oculis cernitur, eorum gloria in omnium animis condita sit: studiosis ac diligentibus viris 4 perspicuè liber ille declarabit. Nam tionem animi perturbationibus impe docet, in eiusq; arbitrio esse, vt in virtu patrem, hoc est, vel ad virtutem, vel ad tium, ppendeamus. Nam libelli illius thor, cum pleraq; alia testimonia, tum rū quoq; dimicationes ad huius argu ti confirmationem attulit. Mihi verò tantùm dicere sufficiet. Hinc igitur p mùm nobis occurrit Eleazarus, primi corum, qui ante Christum passi sunt, admodum Stephanus postea cōstāq; C stum secuti sunt, sacerdos & ætate pro ctus, nec minus prudentia q̄ capite cō anteaquidē pro populo sacrificia pro offerens, nunc verò seipsum quoque p offerens, hostiam ex omni parte pol ctam, vniuersæque plebis expiatri fausium ac lætū certaminis prælud 6 loquens pariter ac tacens cohorta septemque insuper filios offerens, in tutionis suæ fructum, hostiam viuen sanctam, Deo placentē, omni legali cio clariorem & puriorem. Liberorum nim rectè facta parentibus asscribere mæ æquitatis. Altera ex parte proc fortes & generosi filij, nobilis matro les nobilis acres & strenui veritatis p les,[7] Antiochi tēpestate sublimiores, saicæ legis synceri discipuli, morum

Nemo ante Christum citra Christi fidem passus. Mach. non contēnendi.

Abrahæ sacrificium. Gen. 22. Gen. 17.

Antiochus. Epiphanes. Mos. lex. triorum atque institutorum obseruatorres exactissimi, numero septem (qui numerus apud Hebræos maxime commendatur, quietisque septenariæ mysterio ornatur) vnum idemque spirantes, vnum eundemque scopum sibi proponentes, vnum ad vitam iter mortem pro lege Dei oppetitam agnoscentes, non minus animis quā corporibus fratres, moreis inter se riuales ac mutua mortis zelotypia flagrantes. (O rem admirandam:) supplicia corporisque cruciatus velut thesauros quosdam præripientes, ac pro pædagoga lege periclitantes, non tam admotas tormentorum faces extimescentes, quam ea, quæ superarent, requirentes, vnum hoc metuentes, ne sesa tyranni crudelitas finem cruciandi faceret, atque ita nonnulli ex ipsis coronæ expertes discederent, atque à fratribus inuiti distraherentur, expetitisque supplici is erepti malam & infelicem victoriam referrent. Postrema nobis considerānda est egregia mater, excellentiq; animi magnitudine prædita, quæ ira filios amabat, vt Dei quoque amorem insculptum in animo haberet ac maternis visceribus præter naturę morē distorqueretur. Non enim filiorum supplicijs commouebatur: verum hic eam timor anxiam habebat, vt vereretur, ne quis casus illos à mortis acerbitate vindicaret: nec tam eos qui animam efflauerant, desiderabat, quā reliquos illis adiungi optabat, atque eorum causa, grauiori solicitudine premebatur, quā illorū qui iā ex hac vita migrarant. Illi em̄ vt potè iam rebus humanis exēpti, extra oēm periculi aleā erāt. Hi aūt dubio adhuc & incipiti certamine cōfligebant: atq; illos quidem iā Deo cōmendarat: hos aūt vt Deus acciperet, laborabat. O virilē animā in muliebri corpore: O præclarum & magnificum munus: O sacrificio illo Abrahæ (vereor ne hoc à me audacius dicatur) maius præstantiusque sacrificium: ille enim vnum duntaxat aläri animo obtulit, quan quam vnigenitum & diuinitus promissum,[8] immo ad quem promissio ipsa referebatur, quodque maius est, quia non generis tantum sui, verùm omnium etiam huiusmodi hostiarum primitiæ, & radix constitutus est: hæc autem populum vniuersum filiorum Deo consecrauit. In quo sanè, tum matres tum sacerdotes victimarum ad necem promptè atque alacriter accedentium, holocaustorum ratione præditorum, hostiarumque omni festinatione ad lanienam properantium multitudine superauit. 9 Atque vbera quidem illis ostentabat, puerilemque educationem in memoriam redigebat, caniciemque ipsam protendebat, ac seniles annos supplicis cuiusdam orationis loco proferebat: non quo illorum mentes ad salutis & vitæ curam desiderium que reuocaret, sed vt ad cruciatus perferendos mortemque subeundam adiergeret: sic videlicet existimans, non mortem eorum, sed mortis dilationem sibi esse pertimescendam. Cuius animi robur atque constantiam nihil flectere & emollire ac debilitare potuit, non instrumenta lux andis artubus accommodata, non rotæ propositæ, non exquisitissima quæq; tormentorum genera, non ferrearum vngularum acies, non furentes bestiæ, non ensēs qui acuebantur, non feruentes ollæ, non ignis qui excitabatur, non miscellanea turba, non vrgentes satellites, non generis aspectus, non membra quæ discerpebantur, non carnes quæ lacerabantur, nō defluentes sanguinis riui, non flos ætatis, qui absumebatur, non præsuntia mala nō impendentes acerbitates. Quinetiam ipsa periculi protractio, quæ in talibus rebus grauissima alijs esse solet, leuissima illi videbatur, ex eoque spectaculo incredibili quadam voluptate perfundebatur. Morā quippe supplicijs afferebat non ipsa modò tormentorum, quæ admouebantur, varietas, quæ alioqui omnia illi vsque adeò nihili pendebant, vt ne vnum quidem aliquis quisquam pari vnquam animi magnitudine contempserit: verùm etiam tyranni multiplex oratio, nunc eos contumeliosè alloquentis, nunc minas adhibentis, nunc sermonis blanditijs eos delinire cupientis, nullumque non mouentis lapidem, quò id quod sperabat, assequeretur. At verò in filiorum ad tyrannum responsis tantum inerat sapientiæ animorumque præstantiæ, vt & aliorum omnium præclara facinora in vnum locum collata præ eorum constantia & fortitudine perexigua & minuta videri necesse sit: & rursus fortitudinis ac tolerātię parua laus futura sit, si cum sapientissimis eorum sermonibus cōparetur: adeò vt illorum hæc propria sit, quòd ijdem & tanta animi fortitudine cruciatus exceperint, & in suis responsionibus ad persecutoris minas, iectosque suppliciorum terrores tam lucu lentum sapientiæ specimen ediderunt. Nihil enim horum generosos adolescentes generosioremque parentem infregit atq; deiecit. Quin potius illa supra omnia se efferens, impetumque animi cum ardenti amore cōmisens, egregiæ cuiusdā parentationis loco seipsam liberis obtulit, ac prægressos secuta est: idque proh Deum immortalem q̄ fortiter (vltro em̄ ad sup-

Machab. ad Antiochū quale responsum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plicia gradiebatur) quamq; luculenta cũ oratione funebri: Quanquã enim filij præclaros atque haud dubiè præclarissimos ad tyrannum sermones habuerunt, cum ijsque in aciem prodierunt, ac tyrannum fuderunt & profligarunt: illustriores tamẽ matris sermones fuerunt, quibus eos prius ad martyriũ cohortata est, ac deinde funus eorum exornauit. Quinam igitur filiorum sermones fuerunt? Operæprecium quippe mihi facturus videor, si eorum vobis memoriam refricuero: vt quemadmodum certaminis, ita sermonum quoque Martiribus cõuenientium exemplum habeatis, si in eadẽ tempora incideritis. Alij quidem alio sermonis genere vtebantur, prout quemque vel tyranni verba, vel periculorum ordo, vel animi alacritas armabat. Cæterùm, vt formula quadam eos cõplectar, tales erant: Nobis Antioche, cæterique qui adestis, rex vnus est Deus, à quo procreati sumus, & ad quem reuertemur. vnus legislator Moses, quem nequaquam prodemus, cotumeliaque afficiemus,[11] nõ per ea pericula, que virtutis causa suscepit ac miracula quæ plurima patrauit, si alius quidẽ Antiochus te acerbior, atq; importunior nobis minitetur. Vnum salutis incolumitatisque præsidium in eo positum vt præcepta diuina seruentur, nec lex qua communiti sumus disturbetur atque corruat, Vna porrò gloria, vt talium rerum causa gloriã omnem aspernemur. Sole denique opes & diuitiæ bona ea, quę in spe atque expectatione habemus. Nec quicquã aliud nobis torrori est, quàm ne quid magis quam Deum extimescamus. Cum his rationibus, cum his armis in acie stamus: cum huiusmodi iuuenibus tibi sermonẽ esse scito. Est quidem dulcis hic mundus, & patria tellus, & amici, & propinqui, & æquales, fanumque maximum & celeberrimum, & festa à maioribus accepta & mysteria, cæteraque, quibus nos omnibus hominibus antecellere videmur. Verum ista Deo periculisque ijs, que pro virtute suscipiuntur, haudquaquã suauiora sunt: caue id existimes. Alius enim nobis mundus est, omnibus rebus, quæ oculis cernuntur, longè sublimior ac diuturnior. Patria autem superna Hierusalem, quam nullus Antiochus obsidione cinget, ditionique atque imperio suo subijciet, vt pote validioribus præsidijs circunseptam quã vt cuiusquam viribus expugnari possit.[12] Cognatio item prima illa inhalatio & qui secundum virtutem progeniti fuerint. Amici porrò Prophetę & Patriarchę à quibus pietatis formã & exemplum accepimus. Aequales pterea, qui nobiscum hodie in ijsdem periculis versantur, atq; in doloribus perferendis contemporanei sunt. Nam quod ad hoc templum attinet, longè eo magnificentius est cœlum. Iam verò nobis pro festo ac celebritate, Angelorum chorus est. Ac postremò mysterium vnum magnum atq; adeò maximum ac plerisq; tectum & incognitum, Deum et quem religionis quoque nostræ mysteria referuntur. Quocirca res parvas nullique precij nobis polliceri desine. Necetu turpibus & ignominiosis honoribus alici sustinebimus, nec damnosa lucra complectemur: non ita miserè perditi; neq; ciabimur: Quin tu quoque nobis minas desine: vel cõtra facturos nos minabimur, vt imbecillitas nemini obscura sit, atq; super tormentorum nostrorum metu intentabimus. Nam nobis quoq; ne fit cius ignis est, quo persecutores nostros cruciamus. An tu cum gentibus ciuitatibusq; tibi certamẽ esse putas, aut ignauis regibus bellicæque rationis ignaris, quorũ alij superiores discedere, alijs vinci queant? nec mirum, cum nequam pro rebus tanti momenti se in periculũ conijciant. Immò verò aduersarius gem Dei aciem instruis, aduersus tabulas Deo exsculptas, aduersus patrios ritus modo recta ratione & iudicio, sed antiquitate graues & ornatos, aduersus septem fratres vnius animæ vinculo strictos, septem trophæis æternam mini tuo infamiam inusturos, quos vincere parum amplum atque honorificum fuerit, & ab ijsdem vinci admodum turpe & pudendum. Ab illis genus cimus, illorum discipuli sumus, quibus ignis nubisque columna viam commostrabat, quibus mare scindebatur, fluminis cursus inhibebatur, Solis motus primebatur, panis pluuiæ ritu fluebat, nuum extensio numerosissimos exercitus orationis telo fundebat atque in fugam vertebat: quibus bestiæ cedebant, flamma nihil nocebat, regesque virtutis admiratione correpti discedebant. Arque vt quidpiam eorum, quæ tibi cognita sunt, proferamus, Eleazari discipuli sumus, cius tu fortitudinem perfectam & exploratam habes. Pater prior decertauit, cerrabunt postea filij. Absciscit sibi sequentur victimæ. Multarum tu quidem rerum terrorem nobis injicere tas verum ad plura parati sumus. Quid autem nobis, vir superbe atque insolens minis istis tuis facies? quos cruciatus res? Nihil his hominibus fortius, ad quiduis perferendum prompto & acri sunt animo. Quid cunctamini carnifices? quid moras nectitis? quid b:nignum & suaue iussum expectatis? vbi gladij? vbi vincula? festinationem requiro. Ignis maior accendatur, acriores bestiæ magisque actuosæ producantur, exquisitiora tormẽta proferantur, sint omnia regia & magnifica. Primogenitus ego sum: primum me cõsecra. Ego postremus: ordinis ratio immutetur: sit quoque quispiam eorum, qui mediæ sunt ætatis in primorum ordine, vt sic æquas honoris portiones obtinea-mus. Quid parcis? Expectas fortasse, vt ab hac mente atque oratione decedamus? Immò verò iterum ac tertio sæpiusque eundem sermonem repetemus. Non impuris cibis vescemur, nõ manus dabimus. Religionem nostram prius amplecteris, quam vt in tuam ipsi doctrinam conceda mus. Vt in summa dicam, aut noua pœnarum genera excogitato aut hæc, quæ in prõptu sunt, à nobis contemni, p certo habẽ. Atque hæc fuit illorum ad tyrannum oratio. Iam verò quæ inter se cohortandi causa dicebant, quæque spectanda præbebant, quàm præclara, quàm sacra, piisq; hominibus quouis alio spectaculo atque auditione iucundiora: Equidẽ ipse ea memoria recolens incredibili voluptate diffundor, ac mente & cogitatione cum ipsis athletis versor, mirabiliterque in hac narratione mihi placeo. Amplectebãtur se mutuò, atque exosculabantur, non minus læ tis animis, quàm si iam ad certaminum finem ventum esset. Eamus ad pericula fratres, clamabant, eamus, properemus, quandiu furit & ardet aduersum nos tyrannus ne forte languescat, atq; ita salutis iacturã faciamus. Proponũtur epulæ instructissimæ: ijs inter simus.[13] Pulchra quidem atque egregia res est, cùm fratres simul habitant, simul epulantur, seque inuicem constipant, ac protegunt: pulchrius tamẽ ac laudabilius virtutis causa simul periclitari. Quod si pro patrijs moribus atque institutis certamen inire licuisset, fecissemus id qudem: nam hoc quoque mortis genus egregium est. Verum quo niam temporis ratio id non tulit: ipsa certè corpora offeramus. Quid enim? Etiam si hoc tempore non moriamur, nonne aliquando tamen velimus nolimus, moriendum nobis erit? Nonne debitum naturæ munus obeũdum? Proinde quod facere necesse habemus, vltro liberaliterque faciamus:[14] callidum consilium circa mortem incamus:[15] quod commune est, nobis vendicemus: vitę iactura vitam emercemur. Nemo nostrum huius vitæ more flagret: nemo ignauus sit ac timidus. Perficiamus, vt cum in nos tyran-

Machab. verba.
Deus vnus.
Moses legislator.
Verum salutis præsidium.
Præclarus timor.
Mundus verus & patria.
Galat. 4.
Cognatio.
Gen. 2.
Amici
Aequales.
Templum.
Ira constantia.
Mutua fratrum cohortatio.
Psal. 132.
Iob. 1.
Eccl. 40.
Tandẽ moriendum.

nus inciderit, de cæteris desperet. Periculis ille quidem ordinem imponat, nec de ea re alacritatis seruore quicquam inter nos contendamus. Nam & primus alijs viam præibit: & postremus certamen obsignabit. Cæterùm hoc nobis fixum certumque sit, vt omnes sine vlla exceptione coronam adipiscamur, nec vllam nostri partem persecutor accipiat, nequitia que & scelere intumescens perinde de vno superato glorietur, ac si omnium constantiam infregisset. Demus operam, vt quẽadmodum ortu, ita etiam morte fratres appareamus. Omnes vnius instar, & instar omnium vnusquisque periclitetur. Eleazare suscipe, mater sequere., Hierusalem mortuos tuos magnifice inhuma, si quid tamen reliquum fuerit, quod sepulturę mandari possit. Concertationes nostras commemora, posterisq; nominisque tui studiosis pium atque copiosum vnius ventris sepulchrum ostende. Quæ cùm dixissent ac fecissent, seque,[16] velut aprorũ dentes, inuicem acuissent: pro ętatis ordine quisq; in eadem animi promptitudine perseuerabant. Atque ea res vt contribulibus voluptatem & admirationem afferebat: ita metu atque terrore persecutorum animos consternabat. Quicum aduersus vniuersam Iudæorum nationem expedi tionem suscepissent, à septem fratribus eõ cordi animo pro pietate dimicantibus ita facile superati sunt: vt iam ne de cæteris quidem spem admodum lętam haberent. At vero egregia mater, & verè illorum tali virtute præditorum parens, illa inquam, præclara & magnanima legis alumna, interea quidem gaudio simul ac timore afficiebatur, atque in duorum affectum meditullio posita erat. Nam vt filiorum fortitudine, certaminumque spectaculo mirifice delectabatur: sic rursus cum incertum pugnæ euentum incredibilemque tormentorum magnitudinem secum reputaret, timore cõmouebatur. Ac proinde illos, non secus atque auicula pullos suos arripiente angue, aut alia quapiam infidiatrice bestia,[17] circunuolabat, stridebat, obsecrabat, certantes adiuuabat, nihil denique non dicebat ac faciabat, quo illos ad victoriã paratiores instructioresq; redderet. Cruoris guttas rapiebat, fragmenta membrorum excipiebat, reliquias adorabat. hunc colligebat, illum porrigebat, aliũ parabat. Omnibus acclamabat. Euge filij mei, euge strenui milites, euge in corporibus ferme incorporei, euge legis canę senectutis meę, atq; ciuitatis, quæ vos aluit, atq; ad eam virtutis magnitudine euexit, antistites atq; patroni. Paulũ adhuc

Persecutores terret constantia martyrũ.
Simil.
Matri ad filios versa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

&vicimus. Fatiſcunt carnifices: hoc vnum phorreſco. Paulũ adhuc, & ego inter mulieres beata, & vos inter adoleſcentes beati. At fortaſſe matris vos deſiderium angit? nequaq̃ vos deſerã, hoc vobis pollliceor: nõ tam liberos meos odi. Poſtq̃ autem oẽs martyrio pfunctos eſſe, ſeq; ob eorum mortem metu omni liberatam vidit: tum verò mira cum animi hilaritate ac lætitia caput in altum efferens, nõ ſecus atq; ij qui in Olympia vicerunt, manuſq; extendens magna & clara voce in hæc verba prorupit. Gratias tibi ago, pater ſancte, & tibi magiſtra lex, tibiq; parens noſter & filiorum tuorum in certamine anteceſſor Eleazare: quoniã partuum meorum fructum accepiſtis, atq; mater omnium matrum laratiſſima effecta ſum Nihil mundo reliqui feci, omnia Deo tradidi, theſaurũ meum, ſpes meas ſenectutis altrices, Quã magnifice honorata ſum, q̃ excellenter ſenectus mea curata atq; tractata eſt: Habeo educationis veſtræ pmia, ô filij: quoniam oẽs virtutis cauſa decertãtes vidi, oẽs victores aſpexi. Equidem ſic carnificum ora intueror, quaſi ab illis beneficiũ acceperim: nihilq; propius ſit, q̃ vt hoc nomine tyranno gratias habeã quòd hunc ſuppliciorum ordinem tenuerit, vt me vltimã ad periculã reſeruarit: quo plem ipſa meã prius cõſpicata, & in vnoquoq; filiorum cõflictata ita demum cum pfecta ſecuritate poſt pfectas victimas hinc excedã. Nõ comã laniabo, nõ veſtes ſcindam, nõ carnes vnguibus lacerabo, nõn planctum excitabo, non pficas accerſam, [18] nõ tenebras concludã, vt ipſe quoq; aer fortunas meas lugeat, nõ conſolatores expectabo, nõ panem luctuoſum apponam. Hęc eñ ignauis & abiectis matrib. conueniunt, q̃ carnis duntaxat ſunt matres, quib. liberi nullius egregiæ narrationis argumento relicto intereunt. Mihi verò chariſſimi filij nequaq̃ mortui atque extincti, ſed Deo oblati eſtis, nec defeciſtis ac perijſtis, ſed aliõ migraſtis: nec lacerati ſed cõpacti & coagmentati eſtis. Non fera vos abripuit, nõ fluctus obruit, nõ latro iugulauit, non morb. oppreſſit, nõ vis belli ſuſtulit, non deniq; vllus humanus caſus. In maximis equidem luctib. eſſem, ſi quid horum vobis accidiſſet. Tum vero lachrymando, vt nunc lachrymas cõprimendo, materni amoris ſpecimen edidiſſem. Sed hęc adhuc parua. Verè igitur vos luxiſſem lachrymiſq; proſecuta fuiſſem, ſi turpiter ac pniciosè ſeruati, ſi tormentis fracti fuiſſetis, ſi quem veſtrum pſecutores ſuperaſſent, quéadmodum ipſi fracti ac ſuperati ſunt. At nunc quę vobis cõtigerunt, eiuſmodi ſunt, vt lętas acclamationes, gratulationes, gaudium, gloriã, choreas, atq; hilaritatem oẽm ijs, qui ſuperſtites relicti fuerint, excitare debeant. Nam ipſa poſt vos delibor. Iam cum Phinees aggregabimur, cũ Anna celebrabimur: niſi fortaſſe etiã maior gloria noſtra futura eſt, q̃ vn⁹ erat, vos cõtra pmulti eſtis emulandi flagrãtes ac ſtupratorum interfectores corporum, ſed animarum ſcortationes dio transfigentes. Rurſus illa vnum duntaxat, diuino beneficio ſibi cõceſſum q̃; inſantem: ego contra ſeptẽ viros prõptos & alacres Deo cõſecraui. Atq; Hieremias quoq; ipſe mihi elogium bre cõcludat, nõ lugens. ſed laudib. ſtis ominib. pium vitę exitum ti eſtis, ſupra ſapphriniũ lapidẽ clariſtra, quippe qui Deo pgeniti atq; oblatiſtis. Quid iã ſupeſt? Adiunge me quęlijs, ô tyrãne, ſi quis apud hoſtes quoq; tiæ locus eſt. Ita eñ illuſtrius tibi hoc tamen fuerit. Atq; vtinã mihi p omnia ſupplicia, quib. illi affecti ſunt, gratiam tingat: vt ſaniem meam cum eorum carnesq; decrepitas cum carnib. cõmiam. Nam ipſa quoq; ſuppliciorum inſtimenta propter filios amo. Quòd ſi nõ concedatur, at illud certè optarim, cineres cum cinerib. coniungantur, vnum idemq; monumentum excipiat li ijs, qui pari virtute pditi ſunt, partis genus inuidere. Valete matres, filij. Sic à vobis prognatos educate: ſi educemini. Pulchrum vobis exemplum dedimus: facite vt ad eundem modum tetis. Hac oratiõe habita, filijs ſeipſis iecit, idq; tanta cum alacritate, vt ad gum (hoc eñ ſupplicij genere multabatur erat) nõ ſecus atq; ad nuptialẽ thalamum curreret, ac ne carnifices quidẽ expectãnẽ ſanctum & generoſum corpus homines attrectarẽt. Hunc ſacerdotem cœpit Eleazarus, cœleſtia myſteria edoctus atq; profeſſus, Iſraelemq; ternjs aſperſionib. ſed proprio cruore ſtrans, atq; extremum vitæ diem exemplum myſterium faciens. Hunc iuuenum fructum tulerunt filij, qui nõ voluptati inſeruierunt, ſed fœdos animi motus onis impio cõpreſſerunt corpus q; à peccati ſordib. tenuerunt, atq; ad omnibus affectuũ tumultibus liberã lati ſunt. Hoc cõmodi ex multiplici le cepit mater: ſic & viuis gloriata eſt cũ ipſis diẽ vitę vltimum clauſit: nõ tamen q̃ quos mundo pcreauerat, hibuiſſet, dolorcs q; quos in parienlerat, certaminum numero recenſuit partuumq; ſeriẽ ex ipſorum morte

Olympionicæ.

Matris oratio poſt filiorũ martyrium.

Matres ſolius carnis.

Gen. 39.

Perſecutores victi.

Similit.

Iephte ſacrificium. Iud. 11.

Dan. 6. 14.

Dan. 3.

Martyres.

gnouiſſet. A primo eñ ad vltimum vſque omnes dimicarunt, aliiq; alii velut in fluctuum iactatione, ſuccedens virtutis ſuæ ſpecimen exhibebat, maioremq; ad perferendos dolores alacritatẽ afferebat, eius nimirum, qui pceſſerat, periculis incitat⁹ & exacutus: adeò vt tyrãnus cõmode ſecum agi duceret, quòd nõ plures illa liberos perijſſet: ſic eñ maiorẽ haud dubiè cladẽ in famiamq; ſibi ſubeundã fuiſſe. Aç tũ primùm ſe nõ omnia vi atq; armis aſſequi poſſe cognouit: cũ inermes pueros oppugnare aggreſſus eſt, ſolis pietatis armis inſtructos, atq; ita affectos, vt ad quęuis tormenta ppetienda, q̃ ille ad inferenda, paratiores eſſent. Hoc facinus Iephte ſacrificio cautius atq; honorificentius. Neq; eñ vt illic, pollicitatio nimium pceps, victorię q; deplorate cupiditas offerendi muneris neceſsitatẽ imponebat: ſed à libera voluntate ſacrificiũ proficiſcebaẽ & quidẽ eiuſmodi, vt ijs tantũ, quæ in ſpe poſita ſunt, pmiis niteretur. Hoc Danielis certaminibus haudquaq̃ inferius habendum eſt, qui leonib. in eſcam obiectus eſt, manuumq; extẽſione belluas ſuperauit. Hoc iuuenum in Aſſyria captiuorũ luctationib⁹ haudquaq̃ cedit, quos, cùm nullis rationibus adduci potuiſſent, vt patriæ leges violarẽt, cibum q; profanum admitterent, Angelus in medijs flãmis refrigerauit. Hoc deniq; victimis illis, quæ poſtea pro Chriſto cæſę ſunt nequaq̃ minorem laudem gloriamq; promeretur. Illi enim quemadmodum orationis initio à nobis dictum eſt, Chriſti ſanguinem ſequebantur. Deumq; qui tantũ tamq; admirabile mun⁹ ſalutis noſtrę cauſa cõtulit, ad huiuſmodi certamina ducẽ habebant: his aũt nec multa, nec talia virtutis exẽpla contigerunt. Horũ fortitudinẽ & tolerantiã cum vniuerſa Iudęa admirata eſt perindeq; ac ſi ipſa victricẽ cõronã accepiſſet, exultabat animisq; erigebatur (maximum eñ ciuitati propoſitũ erat certamen, vtrum eo die legis authoritas euer teretur, an gloriã ac ſplendorẽ adipiſceret atq; in eum caſum tota Hebręorum natio venerat, vt omnis rerũ ipſorũ ſtatus huius certaminis piculo contineretur, atq;, vt dici cõſueuit, in nouaculę acie ſtaret) tũ ipſe quoq; Antiochus admirat⁹ eſt, cõuerſis ni mirũ in admirationẽ minis. Nã egregiorũ hominũ virtus hoſtibus quoq; ipſis admirationem excitare ſolet, cũ ſedata iracundia facinus in ſeipſo ppenditur. Quare infecto negotio diſceſsit, [20] tũ Seleucũ patrẽ, à quo plurimi honores huic nationi tributi, templumq; magnificis donis exornatũ fuerat, multis laudib. proſecutus: tum Simonẽ, qui eũ ad hãc expeditionẽ ſuſcipiendã induxerat, grauib. verbis inſectat⁹, vt pote qui crudelitatis ipſius ignominiæq; accepte author extitiſſet. Hos igit & ſacerdotes, & matres, & filii ęmulẽtur. Sacerdotes quidẽ, in Eleazari ſpiritualis parentis honorẽ, qui nõ modo ſermone, ſed etiã opere, quod optimũ erat, oſtendit ac docuit matres aũt in generoſę matris honorẽ, verũ amoris erga filios argumentũ edentes, ac Chriſto liberos ſuos exhibẽtes, vt p huiuſmodi ſacrificij gen⁹ matrimonio quoq; ſanctitas cõparetur: filij deniq; ſacroſanctorũ filiorũ exemplo pmoti atq; adoleſcentiã nõ in fœdis & obſcœnis affectib. ſed in certaminib. aduerſus animi vitia ſuſceptis cõterẽtes, ſtrenueq; cum quotidiano Antiocho cõfligentes, qui mẽbra omnia bello laceſsit varijſq; modis pſequitur. At hletas eñ quouis tẽpore ac modo ex omni genere & ætate, ſiue a pto bello vexentur, ſiue obſcuris inſidijs appetãtur, habere cupio ac tũ priſcis tũ recentib. hiſtorijs aduari atq; apũ ritu ad vnius ceræ confeßionẽ ſuauitatemq; vtiliſſima queq; colligere: vt & p vetus & p nouum Teſtamentũ [21] Deus in nobis celebretur, q̃ in Filio, Spirituq; ſancto glorificatur, & cognoſcit ſuos, & à ſuis cognoſcitur, & cõfitentes ſe cõfitetur, & glorificntes glorificat, in ipſo Chriſto. cui gloria in ſecula. Amen.

Quãti emolumẽti Machabęorũ cõcertatio.

Sent. Selencus Ant. pater 2. Mach. 3.

Simon.

Quem imitari debeãt ſacerdotes.

Ioan. 10. Marc. 8. Luc. 18. Ioan. 12.

Diabolus quotidianus noſter Antiochus.

SCHOLIA FERE TOTA EX NICETAE Commentarijs collecta.

1 *Quid aũt Machabæi*) Quærebatur à pleriq; num in Martyrũ numero habendi eſſent Machabæi. Ac nõ nulli negabant id nominis iure illis tribui poſſe, eaq; rationẽ nitebantur, quod nequaq̃ eos pro Chriſto ſanguinem profudiſſe dicerent, verũ pro Legis defenſione, hoc eſt, pro ſuillis carnibus mortẽ oppetiſſe. Sed proſecto ſplẽdidior atq; illuſtrior illorum q̃ aliorũ Martyrũ gloria exiſtimãda eſt, vtpote qui tum mortẽ virtute ſua ſuperarint, cùm terribile quiddã adhuc ſpiraret. Atque adeo pro Chriſti quoque nomine vulnerum acerbitatem pertulerunt: quandoquidem ipſe eſt, qui veterem ſimul ac nouam legem ſanxit: quemadmodũ teſtatur Hieremias, dicens, Feriam cum ipſis Teſtamentum nouum, non ſecundum Teſtamentum, quod pepigi cum patribus eorum. Quoniam autem quidam de his ſanctis minus honorifice ſentiebãt, nec in Martyrum album eos referebant, ideo percundi modo orationem auſpicatur.

2 *Neminem videlicet*) Eiuſdem ſententia eſt Auguſt. lib. 10. de Ciuit. cap. 25. vbi ait omnes ſanctos & ſub lege & ſub prioribus ſeculis in ſacramento & fide Chriſti iuſtificatos fuiſſe. Cuius etiã lib. 18. hæc verba ſunt: Diuinitus autem prouiſum fuiſſe non dubito, vt ex hoc vno (Iob intelligit) ſciremus etiãper alias gentes eſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes esse potuisse, qui secundum Deum vixerunt, eiq; placuerunt, pertinentes ad coelestem Hierusalem. Quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi cui diuinitus reuelatus est vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui venturus in carne sic prænunciabatur, quemadmodum nobis venisse visitatus est, &c. Orig. quoq; tom. 2. in com. in Ioan. Hæc verba, Christo confixus sum cruci, tam eorum qui Christi aduentum præceserūt, q̃ qui secuti sunt, esse ait. Eodem modo Leo Papa serm. 3. de Natuit. ait fidem qua viuimus nullo fuisse ætate diuersam: Et serm. 7. omnes sanctos qui seruatoris tempora præceßerunt per hanc fidem iustificatos fuisse.

3. Purùs tamen animis) Christus Discipulis suis dicebat, Multi Prophetæ cupierunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Huiusmodi autem cupiditate affici non potuißent, nisi ipsis Christus ante cognitus fuisset.

4. Perspicue liber ille declarabit) Iosephus inter alia opera pulcherrimum tractatum edidit περὶ αὐτοκρατορος λογισμοῦ, i. Quòd ratio passionibus imperet: vel, vt vertit Erasmus, de Imperatrice ratione. In quo profectò totam Machabæorum historiam exponit. Quare hanc sibi Gregorius minimè repetendam existimauit, ne bis crambem, vt dicitur, asserre videretur: sed eam hic solùm expolit, varijsq; sermocinationibus amplificat.

5. Occurrit Eleazarus primitiæ eorum) Primitiarum nomine appellatur non id solum, quod ordine primum est, sed etiam, quod precio & dignitate primum est. Quoniam & veteres fructuum primitias offerebant ac numerabant, excellentiora seligentes. Primitiæ itaq; dicitur Eleazarus, non vt ordine primus (nam ante eum multi Prophetæ ac iusti viri pro pietate mortem subierunt) sed vt præstantißimus. Aut, si mauis, ordine quoq; primus sit, quoniam martyrij portam aperuit, atq; athleticum curriculum confecit.

6. Loquens pariter ac tacens cohortatio) Gr. φθεγγόμενος ἅμα καὶ σιωπῶν παρακέλευσις. sic eos vocat, qui non solùm oratione atq; doctrina, sed etiam integerrima vitæ exemplo homines ad virtutis pietatisq; studium cohortantur.

Gen. 17. 7. Antiochi tempestate sublimiores) Antiochus ille Epiphanes dicebatur. de quo vide latè in libro 2. Machab. 2. lib. 2. cap. Nobilis appellatur.

8. Immò ad quem prom. ipsa ref.) Nam cùm Abraham pro Ismaële ancillæ filio precaretur ac diceret, Vtinam Ismael viuat coram te! tum respondit Deus: Ecce Sara vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Isaac, & statuam Testamentum meum cum ipso in Testamentum æternum, & semini eius post eum, &c.

9. Atq; vbera quidem illis oīt.) Hæc videtur ab Homero mutuatus apud quem Iliad X. Hecuba hortatur Hectorem dehortatur, ne vrbem egressus cum Achille certamen ineat:

Μήτηρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δακρυχέουσα. Parte alia grauibus lachrymis perfusa genas
Κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρῃ δὲ μαζὸν ἀνέχουσα, Nudabat; sinum genitrix, maternaq; mamma
Καί μιν δακρυόεσσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, Vbera tendebat, vocesq; è pectore tales
Ἕκτορ τέκνον ἐμὸν τάδε τ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον Mittebat lachrymans. Hector charissima proles
Αὖ τοῦτο, σφῶϊ δὲ λαὸν ἐρύκετον ἀμφὶς Ἀχαιούς. Hæc te permoueant, tu me miserere precantem
Quæ verba sic Latinè reddi possunt: Si lactanda tibi quondam vbera nocta premebam
Porrexi.

10. Tormentorum varietas) Extat tamen Marij Victorini carmen de Machabæis, quos omnes crepitantes impositos subiectis combustos flammis narrat, & sic perijsse: nec alia perpessos tormenta dicit. At vide latius Machab. historia extat.

1. Cor. 15. 11. Non per ea pericula) Formula est iurandi, cui similis illa Gen. 42. Alioqui per salutem Pharaonis iuratores estis: Itemq; illa apud Paulum, Quotidie morior per gloriationem nostram. Id quod siculè admodum apud Græcos hæ particulæ νὴ & μὰ: quarum altera affirmationibus subsernit, altera negationibus.

12. Cognatio item prima illa inhalatio) Alludit hæc facta est ad id quod scribitur Gen. 2. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Ex hoc volunt Machabæi, mortales omnes cognationis vinculo inter se inuinctos, esse, quandoquidem ab eadem Dei insufflatione siue inspiratione vitam acceperint.

13. Pulchra quidem atq; egregia) Quod de fratrum contubernio vitæq; consuetudine ait, ex Dauide sumptum est, qui Psal. 132. ait: Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum habitare fratres in vnum? Quod autem de vicinis atq; epulis sequitur, ex lib. Iob acceptum est, apud quem cap. 1. sic scriptum habetur: Ibant filij vnus quisq; ad conuiuia sua per domos, vnusquisq; in die suo, &c. Quod deniq; de mutua fratrum defensione addit, ad Salomonis sententiam Theologus, à Salomone mutuatus est. His enim ille verbis vtitur: Fratres in necessitatibus tales sint. Frater enim à fratre adiutus, instar firmissimæ vrbis est.

14. Callidum consilium circa mortē) Gr. σοφιστικὸν περὶ θανάτου. quod quidem fiet, inquit Græcus orator, si pro Legis defensione subire voluerimus. σοφίζονται περὶ θανάτου, qui vitam, quam natura debent, pro Christo piaq; doctrina defensione perdere non dubitant.

15. Quod commune est) Ne expectemus, dum communem mortem obeamus, qua omnes homines ex hac vita tolluntur: sed martyrij mortem, quæ ipsius qui certauit, propria est, perferamus. 16. Velut

16. Velut aprorum dentes) Natura hoc apris dedit, vt dentem eum, in quo tota vis eorum posita est, alijs dentibus affrictum ita exacuant, vt nulla nouacula parem incidendi vim habeat.

17. Circumuolabat, stridebat) Hoc ab Homero quoq; sumpsisse videtur, qui Iliad B. ita loquitur:

ἔνθα δράκων ἐπὶ νῶτα διαπρὸ φαίνετο βωμοῦ, Hic pullis, quos extulerat bis ventre quaternos,
ἐσχατιὴ ἀμφὶ θρόνῳ, πρὸς βένθεα δενδρέου ὑπερθεν πεφυῖα. Struxerat in summo platani paßercula nidum.
ὄγδοον αὐτὰρ μήτηρ ὠδίνησι τέκνα. Ecce draco horrendus misero stridore gementes
καὶ τὸν ὀχνηδὸν ἐλεεινὰ κατὰ δρυὸς ὄζον ποτίζων. Dente premit, vastamq; ferus demittit in aluum.
μήτηρ δ' ἀμφιποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα. At genitrix circum charißima pignora lugens,
Quæ Latinè ad hunc modum efferri poßunt. Atq; graui pectus concußa dolore volabat.

18. Non tenebras concludam (Quidam enim ex his, qui grauissimo mœrore premebantur, in cubiculū se ipsos includentes, atq; omnem lucis aditum obstruentes, per huiusmodi tenebrosam habitationem semetipsos excruciabant, atq; adeo tenebras concludebant, tanuas omni ex parte peßulo obdentes, nimirum vt detentus aër caligine velut pullatus, simul cum ipsis lugere atq; ingemiscere videretur. Neq; enim aër substantia sua lucem habet: verùm cùm perspicuus ac translucidus sit, lumen accipit, ipseq; collustratus lucem ad nos transmittit. Priuatus autem luce aër caligo est.

19. Supra niuem fulsistis) Hieremias in fine Threnorum de Nazaræis Hierosolymitanis verba faciens ita loquitur. Purificati sunt Nazarætei, super niuē fulserunt, supra lac coagulati sunt, super lapidē sapphirinum aualsio eorum. Obtēbrata est supra fuliginem forma eorum: non agniti sunt in egressionibus suis. Adhæsit pellis eorum ossibus, aruerūt, & facti sunt vt lignum. Quasi diceret: Qui niue splendidiores apud Iudæos esse videbantur, supra fuliginem obscurati sunt, &c. Verùm hæc Hieremias ait, lugens Nazaræos Hierusalem. Mihi aūt, inquit mater, idem Prophetæ elogium funebre contexat, nequaq̃ lugens, verùm sanctam filiorum mortem laudibus vehens, qui supra lac coagulati sunt. i. quemadmodū lac in caseum condensatur, sic ipsi quoq; ad concordiam concreti sunt, atq; ad vnum pietatis zelum diffusi.

20. Tum Seleucum patrem) Vide historiam Machabæorū. vt de Simone Ioseph. cap. 4. lib. suprà nominati.

21. Deus in nobis celebretur) Sic malui vertere, q̃ vt interpres Græcus πλεονεκτῆτον σαβαὼθ, i. superet Sabaam. Nec enim ὑπερλαμπῆ idem est, quod παρυπερλαμπῆ aut παυυπερλαμπῆ.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO
in laudem Heronis Philosophi ab exilio redeuntis.

ARGVMENTVM.

LAudat Heronem Philosophum, quòd pro Christi nomine virgarū supplicium atq; exilium magno fortiq; animo tulerit: fuerat porrò ille professione Gynicus, vt ex orationis contextu perspicuè colligi poteſt. Primùm aūt, quoniam ineptū videri poterat coram aliquē in os laudare, officij sui rationes exponit. Deinde illius vitæ institutū extollit, ac paratione cū vita solitaria amplificat, thesimq; illam cōmodè tractat, Officiū qd ad societatē hominum tuendā valet, præferēdum esse illi officio, quod cognitione & scientia cōtinetur: de quo vide Cic. 1. Offic. Sequebatur iam vt ad eius martyriū transitum faceret: verùm cùm se in argumento non admodū lato & spatioso versari perspiceret, per occasionem varias Ecclesiæ persecutiones interserit, & miserandum Presbyteri cuiusdam supplicium enarrat, Lucijq̃, qui electo per vim Petro Athanasij successore, Alexādrinæ Ecclesiæ sedē inuaserat importunam crudelitatem tāto artificio depingit, vt res non narrari, sed oculis geri videatur. Tū ad Heronis supplicium accedit, eiusq; exilium multis circumstantijs exaggerat. Postremò mysterium Trinitatis ingreditur, multisq; verbis explicat, quod sit vero Christiano de diuinitate sentiendum atq; credendum. Sed illud pene præterij, qd Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum hanc orationē non in Heronis, sed in Maximi philosophi laudem habitam esse affirmat, atq; hanc inscriptionem falsam esse contendit.

Phi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PHilosophum laudabo tametsi corpore æger. Idenim est philosophicum. ac iure quidem & meritò laudabo, quandoquidē ille philosophus est: ego verò sapiētię cultor. Ac proinde nō incōgruē hoc laudis munus suscipiam, vt si nihil aliud, hoc certè nomine philosopher, q̄ philosophum laudē atq; admirer. Sic enim existimo, duorum alterum nobis faciendum esse, vt vel philosophiæ operam demus, vel philosophiam certè honoribus ac laudibus efferamus: nec alioqui à recto atq; honesto penitus aberremus, ac brutæ cuiusdam væcordiæ damnemur qui rationis participes creati sumus, ac rationis ope atq; adiumento [1]ad primariā illā rationem properamus. Philosophicè quoque, vt alia, ferat vir egregius se laudari, virtutumq; suarum præconiū æquo animo accipiat. Non enim vt ipsius gratiam nobis conciliemus, eum laudabimus (nec em̄ nos fugit, q̄ ab omni honoris cupiditate philosophi huius animus abhorreat: simulque eam in nobis sermonis tenuitatem & imbecillitatē agnoscimus, vt laudibus illius aliquid potius detractura, q̄ cumulum alicui allatura sit:) verùm vt nostrismet ipsi cōmodis vtilitatiq; consulamus. Hoc enim non iam contemptura ac pro nihilo habitura est Philosophia, quippe cui hoc vnum præcipuum studiū sit, vt de vita humana, mortaliumq; genere p̄clarè mereatur. Prima porrò bene merendi ratio est rerum honestarū commendatio. Ex virtutis quippe collaudatione zelus nascitur, q̄ virtutem beatitudinis procreatricem gignit, beatitudo autem rerum expetendarum summus est apex, ad quem oēs suas & animi & corporis agitationes vir probus refert. Adesdū igitur philosophorū, atq; adeò veritatis martyrū optime ac p̄stantissime. Adesdum adulterinę illius sapientiæ consutator, q̄ in verbis sita est atq; orationis suauitate ac velut præstigijs animos hominum ludificatur, altiusq; assurgere nec vult, nec potest. Adesdum vir vtraq; virtute insignis, tam quæ in speculatione q̄ quæ in rebus gerendis versatur [2]qui sub aliena persona philosophiam nostram p̄fiteris, ac ne sub aliena quidem fortasse. Angelis etenim, cùm corporeo modo informantur candida vestis, atq; hilaris & exporrecta facies tribui solet, ad designandum, ni fallor, naturæ illorum puritatē. Adesdum philosophe & sapiens (quousque enim ille amor sapientiæ iactabitur, & nusquam sit sapientia?) ? Adesdum etiam non petulantia atq; impudentia, sed vitæ libertate, nō oblatratione, sed recti cultu. Adesdum noctibusq; illis quas pro animarū salute peruigiles traducis, atq; eo etiam nomine canis, quia virtutis familiares ac domesticos mulces, externos latrando insectaris. Adesdū, ac sacrosancto huic loco assistę; mysticæ, mihiq; etiam per ea diuinitatis consequendæ mysteria obeunti propitius te adiūge: quandoquidem huc tibi dictum aperiunt & doctrinæ præstantia, vitæ integritas, ac deniq; purgatio illa suppliciorum p̄pesione comparatur. Adesdum, inquam, vt coronis nostris cingatuum vinciam, luculentaque voce nostra media Olympia, nec in perexiguo Graiotheatro, sed coram Deo & Angelis, atq; vniuerso Ecclesiæ supplemento victores proclamem, vt qui non pancratio, aut cursu, aut alio quodam leui atq; leuia præmia inito certaminis genere pugilicaris, nec ad Heroum cuiuspiam autmonum honorem, quibus calamitates etiam & fabulæ nominis celebritatem peperērunt (huiusmodi enim sunt, quæ de his honorificè prædicantur, posteaquam temporis antiquitas, vimq; legis obtinenda fuetudo stultitiæ opem attulerit; vertere-n commenta profligaris ac damnis, in honorem Dei viuentis, suisq; bonibus ad patiendum nos instituis, quo certamine qui vicerit, regni cœlestis opes pro præmio consequatur, Deo victore omnia in posterum dolore, fictioneq; sublimior. Sed quod tandem est istud præconium? si quidem vsquam diosius ac notius quæritis, erit huius di. Hic est veritatis athleta minime & Trinitatis ad sanguinem vsq; pronator, atq; eorum, qui ipsum iniuriarendæ causa prosequebantur, patiens critate persecutor. Nihil enim est, persecutoris vim perinde frangat patientis alacritas animiq; promptido. Si verò pleniorem fusiorem proclamationem habere cupitis, tacrit. Hic optimis parentibus opti & nobilitate claris nobilissimus pratus est. Nobilitatem porrò cùm non eam opinione vulgi metiōr, sit. Neque enim nostrum est, ac philosophi quidem, eam generis claritatem admirari, quæ à fabulis & sepulchris percilioq; iam pridem corrupto ac facto manat: nec eam, quæ sanguinis diplomatibus comparatur, quippe noctes afferant, ac regum ignobilium quoq; fortasse manus, nobilitatem

Aut philosophandum, aut philosophiæ laudāda.

Cur laudetur Hero.

Præcip. stu dium philosophiæ.

Sent.

Apostrophe ad Heronē.

Virtus duplex.

Angelorū imagines. Marc. 16.

Vera nobilitas.

Hero & martyr & parentibus martyribus natus.

Cynicismus Alexādriæ Laur. Constantinopoli.

Sent.

Quāti momenti vita genus sibi cōstituere.

Hero delicias, opes, & principatū cōtemnit.

Quid boni nomen obtineat.

Philosophiam sibi elegit Hero.

quiddam aliud, impetrantium atque decernētium, sed eam demum nobilitatem intelligo, quam pietas vitæque sanctimonia, ascensusq; ad primarium illud bonū, ex quo originem traximus, insculpit. Quo quidem eum nobilitatis genere claruisse vel hoc vnum argumēto esse potest, quod non modò Martyr ipse fuit, sed parentibus quoque Martyribus natus est. Ita virtutis exemplum nequaquam longè petendum habuit. Iam quod ad ciuitatem attinet, siquidem sapientiæ ratio habeatur, totius orbis terrarum est ciuis (3 nec enim Cynicismus exiguis finibus circunscribi sustinet) si verò corpus spectemus, Alexandria ortus est, ciuitate, vel huic nostrę pari, vel primo certè post eam honoris numero collocandæ: quæ cum omnibus rebus vrbes omnes antecellit, tum nihil tam proprium habet, quàm animorum seruorem, & quod in eo præclarissimum est, acerrimum erga Christianam religionem studium, ab electione illud quidem libera quę voluntate principium ducens, cæterum à natura postea fixum & confirmatum. Animi enim acrimonia cùm ad pietatem accesserit, zelum parit: ab eo autem in tuto fides collatur. Enimuero cùm ita vt eum decebat, qui talibus parentibus editus, ad eamque virtutis frugem peruentus erat, educatus institutusq; fuisset, iamque temporis ratio postulare videretur, vt certū sibi vitæ genus cōstitueret (quod ego tanti momenti esse duco, vt totius vitæ vel rectè ac prosperè, vel male atq; infeliciter traducendæ fundamentum in eo positum esse putem) maius quiddam atq; excelsius, quam vulgus soleat, animo agitare cœpit. Neque enim qui delicijs & operibus ac potentia excellunt, alios homines ita contemnere solent, vt ipse hæc omnia neglexit, ac pro nihilo putauit. Ac delicias quidem vt primam ærumnam & calamitatem, opes autē vt extremam paupertatem, imperium denique & potentiā vt summam imbecillitatem aspernatur, atque ablegat. Neque enim quidquam boni nomen obtinere posse statuebat, quod dominos suos haudquaquam meliores, immò sæpe etiam deteriores redderet, nec constanter cum his à quibus possidetur, maneret. Philosophiam ergo perturbationum animi dominam sibi antistitem sumit, strenuèque ad virtutem contendit, atque antequam à corporis mole disiunga tur, à corporis mole sese prædicit, ac futuma ea, quæ oculis cernuntur, assurgit, totumque se pro naturæ suæ magnitudine generosaq; animi destinatione rebus firmis ac sempiternis adiūgit. Quod posteaquā semel in animum induxit, ne in deliberationem quidem admittendum putauit, vtram potius philosophiam sequeretur externamne ac prophanam, atque in philosophię larua & obtentu veritatis vmbras asimilantem, an verò nostrā humilē illā quidem in specie & abiectā, cęterū interné occulteq; sublimē, ac mortales ad Deum euehentem. Nostram enim vt sine controuersia meliorem, a omnibusque, vt dicitur, calculis superiorem statim amplectitur, nequaq̄ passus mentem suam ad deterriora transuersum agi, aut orationis elegantia distrahi, quaij qui prophanarū artium studijs incumbunt, insolentius efferuntur. In hoc autē elaborat, vt ex duobus nostræ vitæ generibus vtrum præstantius sit, atque & sibi & omnibus Christianis fructuosius intelligat: quod perfectissimi animi ac sapientissimi esse iudicaret, priuatę vtilitatis cum publicis commodis coniunctam habere rationem, neq; enim quenquā nostrum sibi natum esse: sed omnibus etiam, quotquot eiusdē naturę sunt participes, atque ab eodem authore & ad eadem creati sunt. Cum autem priuatam vitam & solitariam, atque à populi commertio abhorrentem, magnam quidem & pręclaram atque humana conditione sublimiorem esse videret, cæterum sibi tantùm vsui esse, nec ab ea quicq̄ ad alios vtilitatis permanare, vt quæ charitatis, q̄ in prestātissimarū virtutum numero esse sciebat, communitatem & humanæ societatis fœdus repudiaret, atque id præterea incommodi habere, quòd eorum virtus, qui sic viuerent, explorari nō posset, quippe quæ nec in rebus gerendis exerceretur nec cum alijs in cōparationē veniret: eam contrà quæ hominum societate & frequētia gaudet, præterquam quòd multa quotidie ocurrunt, in quibus virtutis suæ periculum facere queat, ad multorum etiam vtilitatem esse diffusam, atque ad diuinam dispensationem propè accedere, quæ vniuersam rerum molem condidit, amicitiæque vinculis constrinxit, genusque nostrum propter vitij irreptionem à summo bono exturbarum atq; directum, per consortium illud vitæque consuetudinem, quam nobiscum habuit, ad pristinam dignitatem reuocauit. Hæc, inquam cum animo volueret ac perpēderet, simulque Græcorū, qui pallio & promissa barba, grauitatis speciem præ se ferunt, fastum atque insolentiam reprimere operæprecium esse censeret: quidnam fecerit & quomodo philosophiam tractauerit, audite. Medius quodam modo inter illorū vanitatem, & nostram sapiētiam incedit, atque

Philosophia Christiana.

Duplex vitæ genus apud Christianos.

Non nobis nati sumus sed omnib.

Vita solitaria.

Vita ciuilis

Hero mediocris incedit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hero medius incedit, Philosophorum secta. Homerus. Cynici.

atq; illorum quidé personā externamque speciem, nostrorum aūt veritatem & sublimitatem profitetur. Ac proinde Peripatericorum scholas & Academias, grauemq; illam Stoicorum porticum, necnō Epicuri casum nec temeritatem vnà cum amotis ac voluptate corona lanea cingens (quēadmodum [6] quidam ipsorum poetā ornauit)quàm longissimè à se facessere iubet. Cynicæ autem sectæ partem eam, quę impietatem numinisq; contemptum spirat, execratus, frugalitaté autem vitæq; dę gendę facilitatē laudibus prosecutus atq; amplexus, hoc iam est quod cernitis, canis aduersus veros canes, & Philosophus aduersus stultos, & Christianus ad bene de omnibus merēdum paratus, atq; illorum quidem arrogantiam habitus gestusque corporis similitudine, nonnullorum verò ex nostris ineptiam vestis nouitate refutans, perspicuumque faciens, nec pietatem in paruis lenibusq; rebus, nec sapientiam in vultu ad tristitiam compositio, verum in animi firmitate mentisque purita te, syncęraq; ad virtutem summumq; bonum inclinatione consistere: nihil referre quo habitu simus, & cum quibus cōsuescamus, modò nos ita comparemus, vt siue soli simus, mentem à sensibus contrahamus, siue cum alijs versemur, in hominum cœtu priuato more viuamus, atque inter eos, qui à philosophia abhorrēt, philosophiæ studia colamus: & quemadmodum Arca illa Noę in diluuio vim diluuij non sensit, & Rubus ille mirabilis, quē Moses in monte conspexit, ita conflagrabat, vt tamen à flammis exhauriri nō posset, eodem modo nos quoq; nec multitudinis imperitę vitijs inficiamur, (quemadmodum nec adamas percutientiū ictibus labefactatur) & pro virili nostra curemus vt alij per nos meliores efficiantur. Huius philosophiæ fructus, [8] nō sermone conditæ ciuitates (9 scindapsi quidā, vt ipsi aiūt & tragelaphi, quę lingua sola cōstruūt (nec [10] pdicamenta quædam & analyses, & syllogismorum compositiones, nec [11] symbamata & parasymbamata, atque argutatrix illa & captiosa sapientia, [12] nec lineæ quædam nusquā existentes, nec syderum nexus, habitusq; aduersus Dei prouidentiam excogitati. Hęc enim ille secundo loco numeroq; semper habuit, atq; hactenus, quasi per ludum attigit, ne ab illis, qui se earum rerum scientiam tenere profitentur, illudi atque exagitari posset. Primarium autem & antiquissimum eius studiū hoc erat, apud pfectos & magistratus iura proferre, cum omni libertate reges alloqui, quemadmodum eximius ille Dauid, qui

In quo pietas & sapientia.

Gen. 6. Exod. 3. Mosis rubus.

Adamas

Scindapsi, tragelaphi Prædicam. Symbam. & parasymb.

Primariū Her. studiū Psal. 118.

in regum conspectu loquebatur, nec erubescat: temerarios plebis incitatæ motus compescere, principum sæuientium lentiam coercere, familias discordia labrantes sanare, indoctorum rusticitatem doctorum arrogantiā castigare, diuitias insolescentes, [13] satietatem cōtumeliæ libidinis parentem, paupertatem ad scelrata facinora impellentem, iram longiuseuagantem, secumq; rationem abripientem voluptatem modum excedentem, tristipetulantem & dissolutum, mœrorem primium excruciantem sopire, iuuentutis constantiā, senectutis ignauiam animodeiectionem, orbitatis desperationem primere. Hæc vero nonne syllogismis lineis stultoq; circa syderum contemptionem studio multùm anteponet, quis mente sana fuerit? Illud secum tantans, quòd si ad syllogismorum comonem, vel ad Geometriam aut Astromiam omnes studium suum atque opecontulerint, nihil ea res vitæ humanæ futura sit, quin potius omnia dissolut extingui necesse erit: contrà si ea offquæ à me commemorata sunt, de medsublata fuerint, summa omnium rerperturbatio & confusio secutura sit. Hquantò Antisthenis arrogātia, [14] & Diogenis helluatione, & Cratetis de mateniorum communitate sententia sublira & pstantiora sint, quid dicere attin Verum nominis eorum reuerētia nterreat, quo minus in eos asperius alidicamus: vt nonnullum ipsi quoq; fruex Heronis philosophia percipiant. Nautem vt media incidamus, prudentiamempe, grauitatem, temperantiam, modstiam, morum suauitatem & gratiā, in cgressibus facilitatem & humanitatem, terasq; virtutes, quibus omnes mortsuperat, ad id quod ordine quidem pmum, dignitate tamen & facultate pripem locum obtinet, orationem conuertmus. Fuit quondam illud tempus, cum hæreseon procellis trāquilla & pacata nia habeamus, cùm videlicet [16] Simonis & Marciones, & Valētiniani, & Basilides & Cerdones, Cherinthi etiam, & Carpocrates, posteaquā suis nugis ac portentis dogmatis rerum omnium authorem pediuturno tempore secuissent, bellum Bono [17] aduersus Creatorem & opificem nefariè gegissent, [18] suomet tandē, vt nerebantur, Profundo absorpti, ac Silentio traditi fuerunt. Nam Montani quoq; malus spiritus, & Manis tenebræ, & Nouatemeritas dicam, an puritas? & Sabellij nefaria vnius in diuinitate Personæ assertio cesserant, sesēque subduxerant, altera alterum

Ecana Sydus. Constantij & Iuliani imperium. Cap. 20.

Eunuchos erat. Sub cūstātio calamitat.

Lucianus in bello contra Persas cæsus.

exigua scintilla magnam orbis terrarum partem populatus, tandem à Patribus nostris, pioque illo hominum numero, qui Nicæam perrexerunt, certisq; finibus ac verbis diuinitatis doctrinā circumscripserunt, cōfectus atq; oppressus est. [20] Rursus malum imperium, & rursus malum recrudescit, atque instar subputridi maleq; obducti vulneris aperitur & foras erumpit, grauesque lupi, alij aliunde nos intercipientes Ecclesiam discerpunt. Armantur sacerdotes aduersus sacerdotes, plebs aduersus plebem furibundo impetu fertur, Imperator ipse plenam impietati libertatem potestatemque concedit, atque aduersus orthodoxam doctrinam leges instituit, ijsque præterea, qui nec in virorum nec in mulierum numero censendi sunt, quorū magna erat apud eum authoritas & potētia. Quis verò temporis illius calamitates pro rei atrocitate commemorare ac deplorare queat? exilia, bonorum proscriptiones, ignominiæ notas, infinitā hominum multitudinem, atque adeò ciuitates totas in solitudine conuentus habentes, ac sub dio afflictaras, pluuijsque & frigore vexatas & oppressas, atq; etiam illine pedem efferre coactas? (Nam ne solitudo quidem eos à periculi metu vendicabat.) Quis, vt grauiora proferam, cruciatus, mortes, actos de Episcopis, monachis, viris, mulieribus, adolescentibus, ac senibus triumphos? Nam quid de præfectis illis dicam, qui partim noua tormenta excogitabant, partim ad ea quæ excogita fuerant, acerbitatis aliquid addebāt, sesēque impietatis administros præbebant: quibus hoc vnum plerunque ad gloriam nominisque splendorem abunde fuit, quòd imperatoris voluntatem sua crudelitate superassent? Sed iam egregia illa persecutio strā disceptarat, execrandum videlicet hominem opprimens, ac multorum innocētiū sanguinem vnius sanguine luens: eū statim turpis & indecora persecutio coritur, quę Christianorum patrociniū atq; vltionem impietati suæ prætexens in veros pietatis cultores & Christianos impetum facit. [21] Tantò vtiq; præcedente persecutione acerbior, quòd tum quidem minimè dubia atq; obscura erat Martyrum decertatio: nunc autē res eò redijt, vt persio quoq; ipsa laude careat, duntaxat apud iniquos martyriorū expēsores. Vultis omnibus, qui adsunt, atq; huic etiā forlerantia pdito, perturbationibusq; superiori, vnius duntaxat ex his, quę tum perpetrata sunt, narratione lachrymas extundam? Testes aūt huius sermonis permultos habeo. Nam ad multos huius supplicij tragœdia permanauit: illiusque etiam tempestatis historiam, nisi me opinio fallit, omniū seculorum posteritas excepturа est. Nauis Presbyterum portans, eumq; non sceleris vllius conuictū, sed fidei causā periclitantem, in mare demittitur, non vt vectorem seruet, sed vt perdat. Atque is quidem qui vehebatur, vtpote vir pietate præstans, animo erat prompto & alacri. Comes autē illi ignis adiūgitur, ac nouitate pœnæ maiorē in modū oblectat persecutor. Proh spectaculū graue: Proh graue tragœdiā: Nauis mari fertur, spectantiū multitudo ad littus effunditur, partim in sultantium, partim illius vicem lugentium. Quonam pacto rem tantam breui oratione repræsentabo? Ignis accenditur, nauis vnà cum onere suo absumitur, ignis aquæ miscetur, resq; inter se contrariæ ad pij viri supplicium concurrunt, duoq; elementa corpus vnum partiuntur, & nouo atque inaudito more [21] facula super mare attollitur, ad quam vt suauem & amicam fortassе quispiam accesſit, propior autem factus miserandum atque incredibile spectaculum offendit, nauigationem sine gubernatore, naufragium sine tempestate. Sic presbyter in cinerem dilabitur, imō ne in cinerem quidem, vtpote per vndas sparsus. Nec verò tantùm apud barbaros homines sacerdotij dignitas impetrare quiuit, vt minus inhonesto saltem mortis genere interiret, aut si hoc nimium erat, at certè sepultura, quæ non impijs quidem & facinorosis hominibus negari debet, conderetur. Hæc impij hominis equo rea expeditio fuit: hic pij viri finis. Nec vsquam purior sanctiorq; ignis supernè effulsit, nec qui eum ipsum, qui excitata huiusmodi flamma nauigantibus præluebat, excruciaret. Sed quid externa colligo? Ad dimicationem tuā iam nostra se cōferat oratio, eaq; certamina, quæ p fidei pietate subijsti, quibus superioris vitæ decora tanq egregio quodā sigillo cōsignasti. Vigebat in ciuitate tua hæresis malum, à qua etiam initium duxerat. Postquam autem sanctissimum illum orbis oculū, & sacerdotum antistitem, illum tuæ confessionis per ea quæ orthodoxę fidei causa fuscepit, pericula, ducē & magistrum, illā sub limem vocē, illud fidei columen, secundā illam Christi lucernā, & si hoc verbo vti fas est, pcursorem, in bona senectute mortuum, plenumq; dierū secundum Deum transactorum, [22] post tot calumnias, post tot certamina, post celebrem illā neminiq ignotā manū, post viuentes illos

Heliodori Presbyteri in mari cremati historia.

Sacerdotij dignitas.

Sepultura.

Her. allocutur.

Athanasij laus.

Gen. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arsenij manus.

mortuos,ad seipsam transtulit beatissima Trinitas,quam semper,dum apud mortales ageret,religiosissimè coluerat, & pro qua varijs periculis sese obiecerat (Non est apud me dubium,quin ex hac descriptione Athanasium facilè agnoscatis) Post quam igitur extremo ille vitę die functus est,[23] ac secunda quædam Aegypti plaga seipsam Ecclesiæ obtrusit,ille,inquam,veritatis proditor,ille luporum pastor, ille per caulam transcendens latro, secundus ille Arius, [24] turbida illa & importabilis euersio, ille impio fonte vberior fluuius: piget me quidem temporis illius flagitia, immanesque cædes,cum quibus sacrosanctā sedem homo ferus & barbarus inuasit, nefariisque illius ingressus præludia referre:ex multis tamen pauca deplorabo, quæ vos quoque mecum deplorabitis, & iam antè deplorastis:ad eamque rem Dauidis verbis vtar.Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum.Et quæ sequūtur. Posuerunt cadauera seruorum tuorum in escam volatilibus,& feris in laceratione.m. Quin illud insuper adijciam,quod idem Propheta in altera lamentatione alioque psalmo cecinit.Quanta malignè egit inimicus in sancto tuo?Et gloriati sunt, qui oderunt te in medio solennitatis tuæ. Quid enim? an non gloriati sunt?an non varijs calamitatibus atque omni malorum genere sanctum templum conspurcarunt? [25] Ducis munere fungebatur homo sceleratus Dei que contemptor, ne Christiani quidem nomen gerens(hoc enim totius contumelię indignissimum est)verum ab idolis ad Dei templū properans, ab impuris sacrificiorum cruoribus ad execrabiliores & detestabiliores,ac fortasse huiusmodi aduersus nos contumelia quasi victima quadā dæmonibus litans.Prodibant in aciem co piæ iracundia feruentes, immanis atque importunus exercitus aduersus inermes homines,bellicæque rationis ignaros. Expellebat antistes Athanasij successor, quē præter inaugurationem ritè atq; ordine spirituali peractam,canicies & prudentia decorabāt.[26] Regnabat autem Tabeel alienæ sedis hæres.Pijs arma intentabātur,sacrosanctis hominibus nec sine piaculo attrectandis impurissimæ manus afferebantur,psalmorū cantillationi tubæ clangor opponebatur.Iam quæ sequuntur,cōsidera,cadentes viros in locis sanctis, pedibus protritas mulieres,quarū nonnullę quoq; vterum gerebant,partus p̄maturos,vel vt aptius dicam,partuum expertes, virgines miserandū in modū raptatas, fœdius etiam cruciatas(nam virorum ac mulierum

Secunda Aegypti plaga Lucius.

Ioan.10.

Psal.78.

Psal.73.

Petrus Athanasij successor. Tabeel. Esa.7.

In virgines sacras persecutio.

verecundia impedior,quo minus crudelitatis modum exponam,atque occultā dedecoris sermone denudem,vtpote quibus etiam tum denudatis erubescā)alias interiores templi puteos sese dijcientes,alias ex editiore loco se in præceps dātes,propter earum rerum quas cernebant, indignitatē,alias denique super eas, quæ tacebant,aceruatim collabentes: adde cædibus succedentes, casus casibus, sanctis prophanis pedibus calcata, altaria sanctis corporis obscœnis & impudicis vasculis onibus,atque vt audio (hoccine lingua audax proferet?) saltationibus, fœdis membrorum contorsionibus ludibriata, tumeliæque habita, adde blasphemas in guas in sacrosanctis thronis cōciamantes mysteria scurriliter irrisa ac suggillata, psalmodias silētio cōpressas,gemitū ingens loco excitatos, fluētes sanguinis riuos, lachrymarū fontes,sacerdotes p vim abiectos, monachos laceratos,expressām deq; percursationis illius Asyriorū imaginē, qua sanctam Hierosolymam quondam populati sunt, quam nec oratio satis dignè exprimere atque ob oculos ponere nec auris cōcipere potest, vnus vt ad calamitatem pro rei atrocitate compārandam adhibendus sit Hieremias, totos etiā lachrymarum fontes expostulans atque ex vrbis mœnibus ob easdem calamitates ad luctum homines hortans, isque Sion lamentationem immittens, quòd nullos,qui festos dies agirent, audiri cant.Hanc tragœdiam vidit quidem Oriens,cæterùm Occidens quoque deplorauit, cui immanissimæ crudelitatis signa, fugus antistes publicè spectanda proposuit.Nam pro ijs qui trucidati fuerāt,ecclesias eorum vestes [27] Ecclesiæ Romanæ protulit,ac per tacitam accusationem omnibus lachrymas mouit,vt calamitatis magnitudinem euidentius exprimeret,quam stisque ope atque auxilio iuuaretur,quam admodum & eum adiutum fuisse constat. Fit em̄ ferè,vt qui opibus ac potentia præcellit,ad infirmi afflictiq; hominis miseriam subleuandam afflectatur, spontaneoq; beneuolētię affectu ad illius,qui digni tatis gradu lapsus est, partes accedat. Ille verò contumeliam cùm omnes boni vitæ grauissimè tulerunt, tum tu cæteris tanto grauius acerbiusque tulisti, quanto & dicendi facultate atque doctrina antecellis,& zeli acrimonia.Quocirca vt pro fide & pietate bellum susc̄ipis,ita tibi vicissim ab impietate bellum infertur, atque præter alias multas dimicationes, quas duriter priuatos & principes, publicè atque priuatim , quouis denique tempore & loco

Theronis in persec. contantia.

Exulat Hiero.

Cæsi.

Pietas matronæ vitæ præsidium.

3. Reg.1. Psal.44. Ioan.11.

Hiero.4. post anno ab exilio rediit.

Ezech.37.

doces,admones,arguis,increpas, perturbas,virtutis causa susc̄episti, tandem à vesano & impio magistratu correptus (ó nobilem calamitatem , ó sacra tua vulnera) virgis quidem egregio corpore laceraris, sed ita tamen, vt nō tu supplicio affici,sed alius cuiuspiam supplicijs interesse videreris:& quanquam pars tui aspectabilis debilitaretur, ea tamen quæ mente percipitur,haudquaquam consternatur:quin potius ita te geris,vt fortitudiuem velut in columna sculptam omnibus consp̄icendam proponas, ac vel racens: neque enim munus iam suū exequi lingua poterat,patriæ magister efficiaris. Quid postea?Et patrię finib. exterminaris,[28] qui nec propriā vnquam vllam nec alienā agnouisti (credo,vt per te alij ad pietatem erudiantur) atq;[29] Oasis,fera & barbara solitudo, nunc tamen propter te incolam sanctus locus,ad exulandū tibi decernitur. Age igitur,quando reditus tui commoda nobiscum communicasti, fac nonnihil quoque eorum,quæ in exilio rectè & cum virtute gessisti nobis impertias. Fac nobis in theatrum cedat reditus tuus. Ecquos illic philosophari docuisti?Ecquos ab impiis opinionibus repurgasti? Ecquos ad veræ pietatis cultum traduxisti? Videre mihi equidē videor scholam illam & initiationē, maximamq; circa te auditorū frequentiā.Illud etiā dicas mihi velim, habeāsne,qui corporis tui reliquijs solatij & opis quidquā afferret,an tibi quoque paupertas erat perferenda? Habeāsne certaminis socios:an hoc quoque solatio te care re æquo animo ferebas? Vtrùm te sororū, quæ in eadem tecum vitæ puritate & tolerantia versābantur, desiderium angebat: an verò sublimiore animo eras, quàm vt earum consuetudinē vitæque familiaritatem requireres?Vtrum te vetulæ parētis solitudo flectebat: an verò magno & prædidenti animo eras,vt qui pietatem,maximum vitæ præsidiū,illi reliquisses?Enimuero quādo te,vt par erat,ad nos recepisti atq; ille qui eos à quibus glorificatur, glorificat , & eos à quibus irritatur , irritat,qui eorum à quibus timetur, voluntatē explet, & mortuis rursus vitā inspirat, qui vt Lazarū quatriduo postquā è vita migrauerat,sic te post quadrienninm præter spem omnium ad vitā reuocauit,qui iuxta Ezechielis Prophetarum omnium maximè admirandi excelsiq; visionē,ossa cū ossibus,&iuncturā cum iuncturā cōnectit, quandoinq; ille cupientibus nobis cupientem te reddidit:fac in ijsdem vitæ studijs & sermonis libertate perseueres:ne aliorsum in eā opinionem homines adducas,

vt te afflictionibus fractum atque deiectū fuisse, philosophiamque per ignauiam prodidisse arbitrentur. Dissice tuo more atque conturba Gentilium superstitionē, recentes deos,& fœdas atque obscœnas fabulas,& obscœniora sacrificia, luto lutum purgantium(vt quidam ipsorum aliquando me audiēte dicebat) hoc est brutorum animantium corporibus corpora sua lustrantiū.Eorum etiā tum honesta ac speciosa figmenta,[30] tum prodigiosa deliramenta conturba:quibus si diuinitatē desiniunt, ó miseros & perditos homines: si autē eam designare se velle dicunt,ó stultos & vecordes:Doceant enim,quæ ratio, quod turpitudinis illius,qua in huiusmodi rebus vtuntur,arcanum. Debent em̄ rerū honestarum imagines quoq; ipsæ & simulachra omni turpitudinis specie vacare. Quòd si aliud quiddam præterea esse cōtendunt,quin id probant, quibusq; ex libris & Theologis hauserint, ostendunt? Iam rebellantium etiam hęreticorum impetus frange, idq;eò etiam acrius, quòd iam ante multas acerbitates pertulisti. [31] Philosophi siquidē animus supplicijs ipsis & doloribus generosior reddit, atq; vt cādens ferrū frigidæ aquę asperſione ita periculis obdurescit. Quin pietatis quoque fideiq; nostrę doctrinam circunscribe,sic nos instituens , vt Deum vnum ingenitū cognoscamus,vnum item Gentium Dominum Filium videlicet, Dei quidem illum nomine, cùm de eo separatim sermo habetur,appellandum, Domini autem si cùm Patre nominetur (illud propter naturam,hoc propter vnicū diuinitatis principatum)vnum denique Spiritum sanctū à Patre procedentem aut etiam prodeuntem, Deum quoq; ipsum, apud eos quidē, qui adiacentia spiritualiter intelligunt, ab impijs oppugnatum,ab ijs autē, qui rectius sentiuut,animo conceptum,ab ijs verò,qui magis spirituales sunt,nō conceptū tantùm,sed etiā p̄dicatum. Qua in doctrina illud quoq; nobis cauēdum ostendes, ne aut Patri principium tribuamus , ne quid primo prius introducamus , ex quo id quod primum est , originem traxisse consequatur Filiū & Spiritū sanctū principij expertes esse astruamus, ne Patrem sua proprietate spoliemus. Illi quippe principio minimè carent, & tamen quodam modo carent : quod sanè dictu misam, principio carent (ex Deo enim sunt, licet non post ipsum quemadmodum ex Sole lumen:)sed quantum ad tempus principij sunt expertes. Nec enim temporis rationi subduntur.Nam alioqui fluxa & pe-

Gentiles not.a.

Sent. Simil.

Fidei doctrina.

Principio caret pater filius nō ternō spiritus sanctus.

Causa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritura certis atque permanentibus, & ea quæ essentia carent, ijs quæ essentiam habent, antiquitate superiora essent. Atque hic illud etiã admonebis, vt nec tria principia constituamus, ne in gentilẽ deorum multitudinẽ incidamus: nec rursus vnũ, cæterùm Iudaicum quoddã & angustũ, atque inuidum & impotens: quod quidẽ nobis acciderit, si vel diuinitatem in seipsam absorpserimus (quemadmodum ijs videtur, qui Filium ex Patre ita producunt, vt eum rursus in Patrem resoluant: vel naturas deiecerimus, atque à diuinitate distraxerimus, vt sapientibus huius tem poris placet, perinde atque ille pertimescat, ne naturæ hæ ipsi sese opponãt, aut supra creaturas nihil possit. Quin illud quo que adiunges, vt nec Filiũ ingenitũ (vnus enim Pater ingenitus:) nec Spiritum sanctum Filium esse affirmemus: vnus enim est Vnigenitus: vt hoc quoque diuinum habeant, singularitatem nimirum, ille Filiationis, hic Processionis, non autem Filiationis. Adhæc nos ita instituendos habebis, vt Patrem verè patrem esse credamus, ac multò quidem verius, quám qui apud nos id nomẽ obtinent, tum quia proprio & singulari modo pater est, non autem sicut corpora: tum quia solus, non enim cum mulieris coniunctione atque congressu: tum quia solius, nempe Vnigeniti: tum quia solùm, nec enim ipse prius quam Pater esset, Filius fuit, tum quia in totum & totius pater (quod de nobis certò affirmari nequit:) tũ quia à principio, nec enim posterius Pater esse cœpit: eodẽ modo, filium verè filium, quòd & solus & solius, ac singulari modo, & solùm (non enim pater quoque simul est) & in totum Filius, & totius, & à principio, hanc rationem habens, vt nunquã Filius esse cœperit,[32] non emẽ ex pœnitentia diuinitas, neque ex progressione atque incremẽto deificatio, vt ille aliquãdo Pater esse desinat, hic filij nomen amittat: consimili modo Spiritũ sanctum verè sanctum. Neq; enim alius talis est, nec eodem modo, neq; ex accessione profectuque sanctitatem habet, sed est ipsamet sanctitas, nec magis & minus, nec quoad tempus, originem vnq̃ habuit, nec finem habiturus est. Hoc enim Pater & Filius & Spiritus sanctus cõmune inter sehabent, quòd minimè creati sunt, quòdq̃ diuinitate iunguntur. Hoc itẽ cõmune Filius & Spiritꝰ sanctus habẽt, quòd vterque eorum ex Patre est. Hac autẽ proprietate inter se distinguntur, [33] quòd Pater Ingenitus sit, Filius Genitus, Spiritus sanctus Emissus. Quòd si modum quærere pergis, quid ijs relicturus es, [34] quos solos mutuò se cognoscere, atque à se mutuò cognosci Scriptura testatur: aut ijs etiam nostrũ, quibus in altero æuo diuinitas illustrari continget? Fac sis prius quidam eorũ, quæ commemorauimus, aut certè ex illis: ac tum tantũ cognosces, quantum ad id opus est, vt mutua sit cognitio. Nunc verò satis habe docere, Trinitatem in vnitate & vnitatem in Trinitate adorandã, cuius & diuisio & coniũctio planè admirabilis sit. Non est quòd pertimescas, ne à Gentium Filium confitearis, passiones in Deum cadere necesse sit. Deus quippe impatibilis est, etiãsi genuerit. Hoc tibi sit deo, eum diuino, nõ autem humano more genuisse: nec mirum cùm ipsius essentia ab hominum essentia diuersa sit. Verùm illud verendum tibi est, ne tempus illi tribuas, eumque creatum cõtendas: non erit profectò Deus erit, si creatus fuerit. Verùm, inquam, ne si superuacaneo patrocinio Deum tueri vis, Deum tollas, in eandem tecum seruitutis ordinem eum redigens, qui simul cum Patre & Filio Deus est, quique etiam te ex seruitute in libertatem vindicat, si modò verè & syncerè dominium confitearis, iam nihil causæ subest cur tibi Processio metum & scrupulum iniiciat: nec enim Deo vel producendi vel non producendi necessitas indicta est, vtpote in omnibus diuiti: verùm hoc tibi potius timendum est, ne Spiritui sancto diuinitatem adimens, in auersionem illam & comminationem incidas, quæ ijs intentatur, qui Spiritũ sanctum blasphemo & sacrilego ore impetunt, non qui diuinitatẽ ipsius cõfitentur. Vide ne diuini principatus vnitatẽ nefario honore cõplectaris, diuinitatẽ cõtrahens aut circunscribens. [35] Nec verò quicquam est, quod tibi Deorum ternionẽ obijci reformides & erubescas: quãdiu alius quoq; eadẽ ratione in duplicis numinis adoratione periclitabitur. Aut em̃ cum illo crimen obiectum diluerit, aut cum illo hærebis: aut ille quidẽ simul cum argutationibus suis [36] diuinitatis naufragium faciet, tibi verò incolumis diuinitas permanebit. Quòd si ratio ipsa laboraret, satius vtique est in ratiocinationibus hærere ac debilitari, dum Spiritũ diuinum sequamur, quàm impijs dogmatibus facilè assentiri, vt nos ex difficultatibus non tricemus. Contentiosas disputationes, quamq; pietatem, ac ieiunam sapientiam temne, & quidẽ magis, quã [37] arancarum fila, quæ muscas quidem irretiunt, cæterùm à vespis crabonibusq; perrumpuntur: nec dicam à digitis aut alio quopiam gratiori corpore. Hoc vnum nos timere doce, ne mirum ne argutijs nostris disputandique subtilitate perfringamus. Disputatiõe vinci nequaquam graue & calamitosum censeri debet: non enim omnium est disputatio. Verùm hæc tute, sat scio, promptius excellentiusq; pertractabis (id mihi vulnera tua spondent, corpusque istud, quod pro rectæ doctrinæ defensione permultos labores exantlauit) nosque etiam vnã tecũ pro virili nostra philosophabimur. At tu cùm egregiam peregrinationem in iueris, Trinitatis in tabernaculis habitantis, (si tamen omnino in manufactis habitat Deus,) memor esto, mesisq; huius exiguæ, non illius quidem ex parua pietatis semente, paruę tamen adhuc & tenuis paulatimque collectæ. Idem enim nobis accidit, quod ijs qui stipulam in messe colligunt, vt cum Propheta loquar, & racemulos in vindemia, cùm nulli sint botri. Vides quantula sit hæc collectio: ac proinde in eã curam iucumbe, vt area locupletior fiat, torcularque plenius. Narra tum quemadmodum vocati fuerimus, tum quemadmodum præter hominum fidem huc venerimus, non vt voluptatum ac deliciarum, sed vt ærumnarum socij simus, vt calamitatum participes facti, in glorię quoque partem aliquando veniamus. Hunc populum habes precibus adiutorem, peregrinationisque comitem, hunc, inquam, gregem, numero quidem paruum & angustum, cæterùm pietate neq; quaq̃ angustũ, cuius ipse angustiã magis, q̃ aliorũ amplitudinem latitudinemq̃ suspicio. Hæc dicit Spiritus sanctus, huius ope fretus & ignem pertransibis, & belluarum rabiem consopies, & feros agrestesque principes mitigabis.[38] Ita peregrè proficiscere, ita nauiga, atque ad nos rursus te refer, abunde diues, secundò laureatus, ac nobiscum triumphale carmen decantaturus, & nunc, & in posterum, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Solus pater ingenitus.

Deus Pater quomodo pater.

Proprietates distinguẽtes personas.

Act. 7. 17.

Matth. 7.

SCHOLIA.

1. *Ad primam illam rationem*) Ita vertimus ἀλλοιν, vt Christum intelligamus. Dandæ enim operæ fuit, vt Græcorum verborũ gratiã, quoad eius fieri posset, in translatione retineremus: quæ quidẽ mihi persẽsset, si pro Ratione, Verbum transtulissem.

2. *Qui sub aliena persona*) Neq; enim exigebatur ab ijs, qui à Gentili superstitione ad Christianismũ migrabant, vt pristinum quoq; habitũ abijcerent. August. lib. 19. de Ciuit. cap. 19. Nihil sanè, inquit, ad istã pertinet ciuitatem, quo habitu vel more viuendi, si nõ est cõtra diuina præcepta, istã fidem qua peruenitur ad Deum, quisq; sectetur. Vnde ipsos quoq; philosophos, quando Christiani sunt, non habitum, vel consuetudinẽ victus, quæ nihil impedit religionem, sed falsa dogmata mutare compellit.

3. *Adesdum canis*) Omnes hæ allusiones sunt ad philosophiam Cynicã, quã Hero profitebatur.

4. *Nec enim Cynismus*) Diogenes Cynicus aliquãdo interrogatus, cuius esset, κοσμοπολίτης, i. mundi ciuem se esse respondit. Idem de Socrate refert Cic. Tuscul. 5. Philo. li. de mũdi creat. Adamũ verum κοσμοπολίτην fuisse ait. At q; in lib. de vita Mosis hoc nomen omnibus virtute prædituꝫ conuenire affirmat.

5. *Omnibusq;, vt dicitur calculis*) Phrasis est forensis Græcis Oratoribus familiaris admodum. dicunt enim se ἅπασι τοῖς δικασταῖς τοῖς ψήφοις. cùm ita discedunt victores, vt ne sententiã quidem vnã aduersarij ferant.

6. *Quenquã nostrum sibi natum*) Hanc Platonis & Stoicorum sententiã ad verbum interpretatur Tullius 1. Offic.

7. *Quidam ipsorum poetam ornauit*) Plato è ciuitate sua Homerum ejciens, ob ipsius tamen doctrinam ingenijq; præstantiam lanea eum corona donat vide lib. 3. de Repub. Arnob. lib. 8. aduers. hæres. Præclarè Plato Homerum illum inclytum laudatum & coronatum de ciuitate, q̃ in sermone instituebat, ejecit.

8. *Non sermone conditæ ciuitates*) Platonem perstringit, qui lib. 2. de Repub. sermone ciuitatẽ constru-xit. Eodẽ modo Lucianus Platonis leges suggillans, Iouem hoc nomine conquerentẽ inducit, quòd à mortali bus nihili pendatur, ipsiusq; altaria Platonis legibus frigidiora sint. Quibus verbis Platonem falsissimè notauit, qui eiusmodi Rempub. instituerit, vt nulla vnquam ciuitas extiterit, quæ exemplo illius regi at q; administrari sustinuerit.

9. *Scindapsi quidam & Tragel*) Scindapsus vox est nihil significans, quemadmodũ apud Clementẽ Alexandr. & Boetium, Blitiri. Tragelaphus autem, vt nominis etymon sonat, animal est hirco & ceruo simile, quod à multis usquã extare creditur. De quo vide Aristotelẽ in lib. de interpret. Platonis igitur Respublicam Tragelaphi similem esse dicit Gregorius, quòd ij cùm nulli sint, esse tamen fingantur. Plinius tamen li. 8. Tragelaphos circa Phasin reperiri ait. Ac Moses ipse Deutron. 14. Iudæis Tragelapho vesci permittit. Et Iob. cap. 39. partus Tragelaphi meminit.

10. *Præcamenta*) Hæc & quæ sequuntur in Aristotelis Logica tractantur.

11. *Nec symbamata & parasymbamata*) Ad Chrisippum alludit, virum ingenij acumine præstãtem at q;

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Dialecticis argutijs philosophorum omnium facilè principem, quem harum dictionum inuentorem fuisse Luciano constat. Is enim in eo diagolo, cuius titulus est Vitarum auctio, emptorem his verbis, vt Gracchum mittamus, cum Chrysippo verba facientem inducit: Dic mihi primùm, an non molestè feras te precio addici, ac seruũ esse. Haudquaquam, inquit Chrysippus: neq; enim hæc in nobis sita sunt. Quæ autem in nobis sita non sunt, ea sive sq; deq; habenda sunt. Tum emptor, Haud intelligo, quid tibi hac oratione velis. Quid ais tu quit Chrysippus: non intelligis, quòd horum alia sint προηγμένα, alia contrà ἀποπροηγμένα? Ne nunc quidem intelligo, respondet emptor. Nil mirum, inquit Chrysippus, nec enim nostras dictiones familiares habes, nec percipiendi acumine vales. At qui Logicam speculationem perdidicit, is nõ modò hæc nouit, sed etiã quid symbama & parasymbama, quidq; hæc inter se differant. Ad hæc emptor: Obsecro te per Philosophiam, ne graueris id quoq; dicere, quid sit symbama & parasymbama. Nam haud scio, quo modo harum dictionũ sonus centus aures nostras affecerit. Non grauabor, inquit Chrysippus. Etenim si quis claudus illo ipso pede claudus in lapidem impingens vulnus acceperit, huic symbama quidem erat claudicatio: parasymbama autem, cum vulnus accessit. Ex quibus verbis vnum hunc Luciani scopum in hoc Dialogo fuisse liquet, vt stulta & inepta philosophorum dogmata, eorumq; in nouandis verbis curiositatem irrideret.

12. Nec lineæ quædam nusquã existentes) Lineã à Mathematicis definitur, longitudo latitudinis expers. Eam ita q;, quoniam nulla oculorum acie peruideri, sed sola imaginatione percipi potest, nusq; extare dicit.

13. Satietatem contumeliæ parentem) Eandem sententiam apud Græcos vulgatissimam habes superiori Oratione.

14. Et Diogenis helluatione) Vide Scholia Orat. in Basilium: & Nonnum in 1. Inuectiuam in Iulianum.

15. Verùm nominis eorum reuerentia) Quasi diceret, Quamuis illos optimo iure insectari & exagitare possim: tamen quia Cynici quoque sunt, quemadmodum noster Hero, in communis nominis gratiam mihi temperabo, quo minus in eos asperioribus verbis inuehar. Quod autem Crateti κοινωνίαν, hoc est, vxorum communitatem tribuit, non conuenit cum Diogene Laertio, qui huius dogmatis authorem Diogenem fuisse tradit.

16. Simones & Marciones) Enumerat multos hæreticos, non tamen ætatum ordine seruato. Nos breuitatis causa eorũ errores referemus. Simon Magus turpitudinis mysteria proponebat, resurrectionẽ tollebat, non quidem à Deo constructum, nec Legem datam asserebat. Basilides easdem fere opiniones tenuit. Carpocrates Iesum à Ioseph o more aliorum mortalium genitum esse dicebat. Valentinus carnis resurrectionem negabat. Cherinthus Carpocratis deliramenta propagauit. Cerdon Christum nec genitum esse, nec resurrexisse affirmabat. Marcion tria principia inducebat bonum, iustum, & malum. Montanus Paracletum se esse affirmabat. Manes duos ingenitos Deos colebat, per se naturales, sempiternos, atq; inter se oppositos: & alterum quidem bonum, alterum verò malum constituebat: alteri lucis nomen tribuebat, alteri tenebras. Horum errores fusissimè persequitur Epiphanius in titulo cõtra Manichæos, & Augustinus passim, maximè contra Faustum Manich. Nouatus ab occasione eorum, qui in persecutione Decij Christum abiurauerãt, primus hæresim prolapsus est, vt negaret ijs, qui post Baptismum peccassent, spem salutis reliquam esse. Quibus ille errorem profitebantur præterquàm quòd ab illo Nouatiani dicti sunt, Catharorum .i. purorum sibi arrogabant. Hæc autem hæresis Romæ damnata est à LX. Episcopis & plurib. Presbyteris, vt refert Eusebius Eccles. Historiæ lib. 6. cap 43. Sabellius eundem esse dicebat Patrem, eundem Filium, eundem Spiritum sanctum: ac proinde non rectè vnico duntaxat principatui (quam μοναρχίαν Theologus vocat) præesse putabatur. Nec enim rectè vnitatem essentiæ defendit, qui tres personas confundit. Arius Patrem Filio maiorem esse aiebat, nec eiusdem esse substantiæ, sed meram creaturã. De hũ qui plura scire volet, legat Epiphanium, Theodoritum, Damascenum, Gr. Augustinum, Alphonsum à Castro, & alios, qui ex instituto de hæresibus scripserunt.

17. Aduersus Creatorem & opificem) Narcion & tota Gnosticorum colluuies, ac multi etiam alij hæretici, mundi rerumq; omniũ effectorem ac conditorem malum fuisse astruere conati sunt. Vide Tertull.

18. Suomet tandem Profundo) Pulchrè ad prodigiosum Valentini deliramentum alludit, qui Aeonas ex se comminiscens, primas partes Bythio, vel, vt Irenæo placet, Bytho attribuit, secundas Sigæ. Porrò Βυθὸς profundi finis profundum sonat, σιγὴ silentium. Vnde meritò Tertullianus Valentini stuporem notat, quòd ei, qui in sublimi loco sedem habere deberet, Byth ij nomen indidisset. Theologus igitur huiusmodi errorum vanitatem suomet gurgite ac silentio obruta fuisse ait.

19. Iudæ proditione) De hac re vide in Scholijs Orat. cui titulus est, De seipso, & ad eos qui affectata Constantinopolitanæ sedis ipsum insimulabant.

20. Rursus malum imperium) Possent hæc de Constantio intelligi: tum quòd is ab Arianis seductus varijs eos varijs calamitatibus affecit, vt videre est apud Socratem in Hist. Tripart. lib. 2. cap. 20. 27. 28. & 38. & eunuchos in summo precio habuit, vt testatur idem Socr. lib. 3. cap. 1. & Ruff. lib. 1. cap. 15. Tum quia Imperatorem leges aduersus fidem orthodoxam promulgasse dicit noster Gregorius. Quod Cõstantio conuenire potest, qui sarciendæ inter Episcopos concordiæ studio, lata lege τὸ ὁμοούσιον, Consubstantialis vocem sustulit.

lerat, sicut à nobis in Scholijs Orat in Athanasium dictum est. Verùm quæ de Perside sequuntur, Authorem nostrum de Iuliano loqui apertissimè ostendunt. Illic enim execrandus Imperator suæ à Christiana religione defectionis pœnas exoluit. Huius porrò nefarij hominis animo tantum fidei nostræ iniustum erat odium, vt clementiæ personam, quam ad facilius euertendum Christianissimum induerat, diutius ferre non posset: sed aperta crudelitate aduersus pietatis cultores grassaretur, eosq; horrendis suppliciorum generibus excruciaret, prouinciarumq; præfectos omnia immanis cuiusdam & barbaræ crudelitatis exempla in Christianos edentes non modo nullà pœnà coerceret, sed ampliioribus etiam honoribus ac dignitatibus ornaret. Vide de Niceph. lib. 10. à cap. 7. vsq; ad 14. & cap. 20. & 24. Quo etiam cap. tantam fuisse præfectorum immanitatem narrat, vt grauius etiam quàm Imperator iuberet, Christianos affligerent. Eodem quoque lib. cap. 13. scribit Iulianum Episcopos inter se commisisse, miraque vafritie bellum inter eos ciuile & intestinum constituisse

21. Tantò vtiq; præcedente persecutione acerbior) Valentis persecutionem innuit, quæ eò minus splendoris habebat, q̃ illa Iuliani: quòd Iulianus vt dæmonum cultui addictus apertè Christianos impetebat: in hac autem Valentis persecutione, nec qui patiebantur, Martyrum laudem consequebantur, propterea quòd Christiani nomen gerebat, qui eos persequebatur. Idem sæpe deplorat Basilius in Epistolis.

21. Facula super mare attollitur) In maritimis turribus, quæ Phari vocantur, faces quædam ad præludendum nauigantibus attolli solent. Vt ita q; crudelitatem huius supplicij amplificet, ait fieri potuisse, vt quispiam ex alto flammam hanc prospiciens, tanq; ad amicum littus appulerit, ac propinquus nauifactus calamitatem hanc conspexerit.

22. Post tot calumnias) Vide Scholia Orat. in Athanas. vbi de Arsenij manu, quam magicæ artis operã ab Athanasio excisam calumniabantur Ariani.

23. Ac secunda quædam Aegypti plaga) Lucium intelligit, qui Petro Athanasij successore sua sede deturbato, per vim Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum se constituit. De cuius horrenda in orthodoxos crudelitate (Arianæ enim erat factionis) vide Socr. lib. 4. cap. 22. 23. & 24. Et Ruff. Eccl. hist. lib. 2. cap. 3. & 6.

24. Turbida & impotabilis euersio) Alludit ad illud Habac. 2. qui turbidæ euersionis (vel fortasse melius vertiginis) poculum à sceleratis antistitibus populo propinari ait, ἀνασπᾶν autem vitium exponit Theologus in magno Apologet.

25. Ducis munere fungebatur) Ruff. lib. 2. Eccl. hist. cap. 3. de Lucio verba faciens, Mittit, inquit, armatam equitum & peditum manum, Tribunos, Præpositos, & bellorũ duces tanq; aduersus Barbaros oppugnaturus elegit. sed de tota hac tragœdia vide quæ in sequentib. Orat. scholijs annotauimus.

26. Regnabat autem Tabeel) Per Tabeelem Lucium intelligit, quòd quemadmodum ille de vsurpando Iudæa regno consilium inierat, eodem quoque modo Lucius vero ac legitimo antistite pulso in alienam sedem per vim irruperat.

27. Ecclesiæ Romanæ protulit) Petrus enim è carcere elapsus ad Damasum Papam Romanum fugit, vt est apud Socr. cap. 22. lib. 4. & Niceph. lib. 11. cap. 26.

28. Qui nec propriam vnq̃ vllam) Eleganter Augustinus in Cypriani laude, Si quæris exilium, quò Christianus inbeatur ire, prius si potes, inueni, vnd e Christianus cogatur exire. De patria sua in alienam te arbitrarij excludere hominem Dei, in Christo nusq̃ exulem, nusq̃ peregrinum.

29. Oasis) In eandem Oasin Euolcium relegatum fuisse narrat Theodorit. apud Cassio. lib. 7. hist. Tripart. Eius etiam meminit Niceph. lib. 9. cap. 29.

30. Tum prodigiosa deliramenta) Huius generis est illa exactio Saturni, Iouis tyranni, vt mittam illa Priapi & Veneris tam obscœna simulachra, vt ne oculus quidem pudicus ea intueri sustineat.

31. Philosophi si quidem animus) Huic non multum dissimile est quod ait Horat. lib. 4. Carm.

Durus vt ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes animumq; ferro.

32. Non enim quantùm ad causam) Quoniam non me fugit nonnullos suboffendi cùm in Græcis scriptoribus aliquoties Patrem Filij causam dici audiunt atq; nostrates Theologos veteresq; Latinos fere omnes ab hac voce libenter abstinere non absre facturus mihi videor si hoc admonuero, quod ad rem ac sensum attinet, nihil omnino inter Græcos & Latinos dissidij esse, tametsi non eadem voce vtriq; vti soleant. Quod enim Latini dicunt Filiũ ex Patre esse, hoc τὸ ἐκ τινὸς voce Græci intelligunt. Quanq̃ ne ipsi quidem Hilarius & Augustinus ab hac voce interdum abstinent. Ille siquidem lib. 9. de Trinit. ait filium ex patre causam sumere: quæ admodum & lib. 2. Patrem Spiritus authorem esse dicit. Hic verò lib. de diuers. quæst. quæst. 83, Deus, inquit, omnium quæ sunt, causa est. Quod autem omnium rerum causa est, etiam sapientiæ suæ causa est. Nec vnq̃ Deus sine sapientia sua fuit. Igitur sapientiæ suæ sempiternæ causa est sempiterna, nec tempore prior est q̃ sua sapientia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

32. Non enim ex pœnitentia diuinitas) Si enim non fuisset aliquando Filius, ac postea esse cœpisset, sequitur Patrem illius temporis pœnituisse, quo erat sine Filio.

33. Quod Pater ingenitus sit) Athanasius in Epist. de synodo Arimini & Seleuciæ, ingeniti vocem duo significare ait, id quod cùm existat factum non est, & id quod suæ naturæ autorem non habet. Priore significatione nõ solùm Pater, sed Filius quoq; ingenitus dici potest: posteriore aũt hac vox Patri soli conuenit.

34. Quos solos mutuò se cognoscere) Nemo enim nouit Patrem, nisi Filius. Et Paul. 1. Cor. 2. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

35. Nec verò quicq̃ est) Erant, qui Patrem quidem & Filium consitebantur, sed Sp. sanctum negabant: (quales Macedoniani) eosq; qui tres Personas credebant, per ludibrium Trideitatis (τριθεΐτας enim vocem Gregorius vtitur) quasi trium deorum cultores appellabant. Hos igitur admonet, ne his vocibus commoueantur. Eadem enim ratione Bideitatis crimen (διθεΐτας vocat) in huiusmodi irrisores retorqueri possit. Argumentum autem Gregorij tale est. Aut illi Bideitatis crimen à se depellant, & tum vos quoq; facilè Trideitatis obiectionem dissoluetis: aut in hoc modo explicando inhærebunt, & tum non erit, cur vobis Trideitatem obiciant, cùm ne ipsi quidem Bideitatis obiectionem diluere queant: aut illi iactum pietatis facient, vos autem veram de diuinitate sententiam retinebitis.

36. Diuinitatis naufragium faciet) Metaphora accepta à Paul. 1. Timoth. 1. vbi ait Hymenæum & Alexandrum circa fidem naufragasse.

37. Aranearum fila) Eleganter ad hæreticorum dogmata accommodat id quod de Atheniensium legibus dicebat Thales, si Τζετζεῖ credimus, Hist. 5.

Τοῖς ἀραχνίοις ὅμοιοι γὰρ οἱ νόμοι.
Τὰ μὲν μικρὰ ἢ ἀσθενῆ δυνάμενοι κατέχειν.
Ἐκ τῶν δυνατωτέρων δὲ ῥηγνύμενοι ἐκφεύγειν.
Aranearum telis leges sunt similes,
Parua & infirma retinere possunt:
A fortioribus autem facile perfringuntur.

38. Ita peregrè proficiscere) Qui Græca intelligent, videbunt hic quædam verba desiderari. Existimo tamen me ab Authoris sententia nequaquam recessisse.

GREGORII NAZIANZENI AD Arianos, & de seipso, Oratio.

ARGVMENTVM.

PRimùm Arianorum crudelitates ac nefarias aduersus orthodoxos persecutiones exponit. Deinde ineptis ac puerilibus calumnijs respondet, quibus eum in contemptum apud populum obtrectatores ipsius adducere, maiorem in modum nitebantur. Obiectabant autem, quòd ignobili oppido, quòd parum illustri genere ortus esset, quòd non admodum festiuis moribus, quòd sermone minus facetus, quòd externus ac peregrinus, atq; huiusmodi putidissimas nugas. Sub finẽ ex Baptismi forma errorem eorum coarguit, qui Filium ac Sp. sanctũ creatos asserebant.

VBi sunt tandem, qui paupertatem nobis exprobrant, opesq; suas insolẽter iactant? qui Ecclesiam multitudine definiũt, gregemque exiguum aspernantur? qui diuinitatem metiuntur, & plebem appendunt? qui arenam in precio habent, & ipsa mundi lumina contumelijs afficiunt? qui deniq; conchas aggerunt, & margaritas contẽnunt? Nec enim sciunt, quãtò arena & cõchę stellas perspicuasq; gẽmas multitudine superãt, tantò vicissim hæc illis & puritate & precio dignitateq; ꝓstare. Rursus excãdescis, rursus arma induis, rursus per vim & cõtumeliã infers noua fides? Parcẽper, queso, minas istas cõprime, vt loquacitatem. Nõ iniuriã inferemus, sed coarguemus. Nõ minas intendemus, sed ꝓbris incessemus. Nõ vulneribus afficiem⁹, sed medebimur. Hoccine tu quoq; cõtumeliã interpretaris? O insig-

O insignem superbiam: ¹an hic quoque eodem tecum honore prędituꝝ in seruitutem asseris? Alioqui enim fac nostram dicendi libertatẽ æquo animo feras. Nã & frater cum fratre expostulat, quoties ab eo æqua portione fraudatur. Visne te verbis illis alloquar, quibus Deus obdurũ Israelem imperiumq; superbè detrectãtẽ affatur. Populę meus, quid feci tibi? aut quid te lęsi? aut quid tibi molestus fui? Immo verò ad te oppressorem meum orationem ipse habebo. Malè omnino & pernicioſẽ vtrique alterorum tempora obseruamus, ac sublata per fidei diuersitatem animorũ concordia, maiori pene crudelitate atque immanitate nosmetipsos mutuò insectamur, ²quàm qui nunc bello nos lacessunt, barbari, quos Trinitas soluta coniunxit. Quin hoc detestabilior est nostra constictatio, quòd non exteros exteri, nec ignotos ignoti, quæ res nonnullo quoque solatio calamitatem leuat) verùm alij alios & quasi domestici domesticos populamur, aut si mauis, eiusdem corporis membra, consumimus inuicem atque cõsumimur. Neque id graue et indignum est, quanquã alioqui pergraue atq; indignũ: sed quòd animo ita comparati sumus, vt dispendiũ nostrum ac decrementum accessionem atque incrementum interpretemur. Quoniam autem ad hunc modum affecti sumus, atque ad temporum rationẽ fidem nostrã accommodamus, age, tempora cum temporibus committamus. Regẽ tuum profer, ego proferã meos. ³Tu Achab, ego Iosiam. Tuam mihi humanitatem æquitatemque commemora: ac meam vicissim audaciam exponam. Quin potius tuã qui dem inhumanitatem & multi libri & linguæ circũferunt, quas etiã posteritas omnis exceptura est, æternam, nisi me opinio fallit, rebus à te gestis igominiæ notã inusturã: meam verò ipse oratione prosequar. Quem populum audacia furentem in te immisi, quos milites in aciem eduxi? quem belli ducem ira inflammatum, iisque quorum iussa facessebat, atrociorem, ⁴ac ne Christianũ quidem ipsum, sed commodo atque congruenti sacrificio impiã aduersus nos immanitatem dæmonibus suis offerentem? quosnam precibus incumbentes, manusque ad Deum attollentes obsidione cinxi? quas psalmorũ cantiones tubarum clangore compressi? quorũ mysticum sanguinem cum mortifero sanguine permiscui? quos spirituales fletus exitiosis fletibus sustuli? quas pœnitentiæ lachrymas tragœdiæ lachrymis depuli? quam orationis ædem in sepulchrũ conuerti? quam suppellectilem rei sacræ ministerio dicatam, manibusque prophanis non attrectandam flagitiosis manibus exposui? vel Naburzardę coquorum principi, vel Baltazaro, qui in sacrosanctis poculis nefariè perbacchatus est, atque adeò dignas amẽtia sua pœnas exoluit? Altaria dilecta, vt ait scriptura, nunc autem cõtumeliosè protrita, quisnam impudicus ac perditus adolescens turpiter cãtillans corpusque conflectens impulsu nostro vobis insultauit? vel potius per quem huiusmodi nebulonem ego vnquam magnum atque augustum mysterium prodidi, ludibrioque habui? O cathedra præclara, & præclarorum virorum sedes ac requies, quæque multos pios sacerdotes, qui iam olim sacræ disciplinæ munus obierunt, subinde commutasti, ecquis tandem ethnicus concionator te conscendit, & scelerata lingua Christianorum religionem inuectiua oratione proscindens? Virgines castæ & verecundæ, ne honestorum quidem virorum conspectum præpudore ferentes, ecquis tandem ex nostris vel ad has vsque corporis partes, quas inspicere nefas erat, probro contumeliaque vos affecit, impiorumq; oculis spectaculũ triste proposuit, flammaque Sodamitica mulctandum? mitto enim cædes stupri dedecore tolerabiliores. Quas feras in corpora sanctorum immisimus, vt quidam sactitarunt, ⁵humanam naturam ob omnium oculos proponentes, nec vllum aliud crimen ipsis obijcientes, quàm quòd impijs dogmatibus assentiri, eorumque societate contaminari recusassent, quam velut serpentis virus fugimus, non illam quidem corpus labefactantem, verùm ipsa animæ penetralia inficientem? Quibus crimini datum est, quòd mortuos terra condidissent, quos ipsæ quoque bestiæ honore & reuerentia sunt prosecutæ? & quidem quale hoc crimen iudicatũ est? alio scilicet theatro atque alijs bestijs dignum. Quorum Episcoporum, inspectantibus discipulis nec præter lachrymas quicquã opis ipsis afferre valentib. feniles carnes ferreis vngulis laceratæ sunt, cum Christo suspensæ ac perpetiendo victoriam assecutæ, populumque precioso sanguine aspergentes, ac postremò ad necem abductæ, cum Christo inhumandæ, gloriamque adepturæ: Christo, inquam, qui per huiusmodi cædes & victimas de mundo triumphauit? ⁶Quosnam Presbyteros ignis & aqua, elementa inter se contraria, diuisserunt, nouo & inaudito more nauigantibus prælucentes, simulque cum nauis, in qua soluerant, conflagrantes. Quinnam

Diuersitas fidei tollit animorum concordiã.

Mich. 6.

Psal. 83.

Mysterium augustum.

Impia dogmata velut virus fugienda.

Ita Arianorum cum fidelibus. Sacra 27. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam (vt maiorem calamitatum noſtrarũ partem ſilentio tegam) ex ijs qui talibus obſequijs gratiam apud principes inire
Valentem intellige. ſtudebant, ab ipſis quoque crudelitatis ac cuſati ſunt? Nam etſi cupiditatibus eorum inſeruiebant, ſæuum tamẽ & crudele mentis propoſitum execrabantur. Illud enim turbulenti temporis erat, hoc rationis & conſilij: illud imperatorij ſceleris, hoc animi ſibi conſcij, quid leges, ex quarum præſcripto ius dicendum erat, poſtularent.
Arſenij manus. Atque vt antiquiora repetamus (eiuſdem enim [7] ſodalitij ſunt) [8] quaſnam vel mortuorum vel viuorum hominum manus amputaui, vt ficto crimine ſanctos viros inſectarer, fidemque per fraudem & calumniam oppugnarem? Quorum exilia tanquam beneficia numerauí, ac ne ſacrorum quidem philoſophorum ſacros cœtus veritus ſum, in quibus ſupplices exqui
S. Euſtaſius rebam: immò cõtrà, eos quoque ipſos Martyres effeci virtutis ergò periculum ſubeuntes? [9] Et quoniam tu mihi meretricià ſermonis procacitatẽ obijcis, quibus, quæſo, meretrices induxi, ijſq; ea vitæ ſanctimonia ſpditis, vt nec carnis propemodũ, nec ſanguinis quicq̃ habere viderentur:
S. Paulus cum ſocijs. quoſnam pios viros patriæ finibus pulſos hominibus iniquis dedidi, vt obſcuris dombus ſerarum in morem incluſi, atq; alij ab alijs diſiuncti (quod in tota tragœdia grauiſſimum erat) fame ac ſiti laborarẽt, victum certum atque dimẽſum per anguſtos meatus acipiẽtes, in eamque anguſtiam redacti, vt ne ipſis quidem eos videre liceret, qui in ijſdẽ doloribus verſabanť. Quales aũt viros dico? quib. dignus nõ erat mundus. Sic fidem honori habetis, ſic
Hebr. 11. hoſpitio excipitis: Maximam horum partem ignoratis? & meritò ſanè, propter actorum multitudinem, miramque in inferenda iniuria voluptatem. At eius
Cui dolet, meminit. qui patitur, tenacior eſſe memoria ſolet. Quid longinqua colligere attinet? Non nulli atrociores quoque atque [10] immaniores ſeſe præbuerunt, quàm temporis ratio ferre videretur, nõ ſecus ac ſues, qui per ſæpta quędã violentius impelluntur. Hominem meum poſco, quẽ heſterno die trucidaſtis, ſenem, inq̃, illum, & Abrahamicum patrem, quem ab exilio redeuntẽ atq; huc appellentẽ medio die media in vrbe ſaxis excepiſtis. At nos (niſi hoc dictu graue atq; inuidioſum eſt) obtruncato res etiam ipſos deprecatione noſtra periculo mortis liberauimus. Super quo horũ tibi propitius ero, quodam ſcripturæ loco ait, Deus? quid horum laudabo? vel potius, ex quibus vos corona donabo? Quoniam aũt facinora tua hæc atq; huiuſmodi ſunt, age iam ſcelerum quoq; meorũ ſummam mihi explica, vt vel malus eſſe deſinam, vel erubeſcam. Etenim maximè illud quidem optarim, omni culpa vacare
Quis ſint omnibus cõmunia. hi contingere, vt ſi fortè aliquid, quod cõ iuſtitia pugnet, admiſero, in viam reducar: quæ prudentum hominum ſecunda eſt claſsis. Nam ſi iuſti illius more in me
1. Reg. 2. accuſatione primas partes nõ occupo ra certè peccatis meis ab alio medicinã adhiberi gaudio. Parua tibi eſt, inquis, ciuitas ac ne ciuitas quidẽ, ſed aridus locus, & inmœnus, atq; infrequens. Atqui hoc ſi ma malis habẽdum eſt, vir præclare, patior potius quã facio, & ſi quidem inuito animo calamitoſus ſum (liceat eñ ita loqui; ſi verò ęquo ac libenti, philoſophi laudem obtineo. Vtrum horum criminis rationem habet? niſi verò quis hoc nomine delphinum accuſandum putet, quod terreſtri animal non ſit, & bouem, quòd non in aquis degat, & murænam, quòd in vtroque elemento vitam agat. At nobis, inquis, & mœnia ſunt, & theatra, & equeſtres cur
Zeuxippus ſus, & palatia, & pulchrę atq; ingentes porticus, atque hoc incredibile opus, ſubterneus nimirũ & aërius fluuius, & illuſtre hæc viſenda columna, & forum frequens & vuulgus exundans, nobiliumque virorum præclarum cõcilium. Quin tu coloniam quoq; vrbis ſitum cõmentus & terram ac mare velut certatim ſibi vibem vendicantia, ſuiſq; bonis imperatocem complectentia? Ergo hæc inuita noſtra eſt, quòd vos magni & perillaſtres eſtis, nos contrà parui atq; à paruis vrgentes? nimirum, ſi ita eſt, multi quoque lij eandem vobis iniuriam inferunt, atq; adeò oẽs ij, ſupra quos aſſurgitis. Num propterea morte mulctandi ſumus quòd ciuitatem ereximus, nec muris cinctis mus, nec equorum curſib. nec ſtadijs & nationibu., atq; inſanis circa res humandi ſtudijs, nec balneorum ſuauitate & ſpledore, nec marmorum excellentia, nec picturis & punctionib. auro rutilantibus rioq; opere cõfectis, naturę ſolertiã propemodum imitantibus gloriamur? Nec verò nobis adhuc mare perfregimus ac eruncuſudimus, nec anni partes temperamus, quod tu videlilet nouus rerũ fabrator effeciſti, vt vitã iucundiſsimè ſimul tiſsimeq; traducamus. Adde, ſi placet, alia crimina, qui dicis: Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, Dei voces vlpans. Nos nec diuitias iactamus, quas affluentibus cor apponendum non lex noſtra præſcribit: nec annos & urnosque prouentus numeramus, neque

turgida cibisque conferta menſa ſtupidique ventris incantamentis efferimur. Neque enim quicquam eorum laudamus, quæ ſemel in fauces tranſmiſſa pari poſtea honore ſunt, vel ſi rectius loquendũ eſt, pari ignominia & contemptu. Verùm ſimplicem facilemque vitam degimus, nec multum à beſtijs diuerſam, quarum vita expedita eſt, omnisque apparatus expers. An mihi quoque veſtis aſperitaté obijcis, vultuſq; ſitum haud ſatis elegãtem? nam his quoque rebus nõnullos valde abiectos & humiles extolli perſpicio. Quid? capúrne ipſum intactum relinques, meq; ijſdem cauillis inſectaberis, quibus Eliſęum olim pueri illi? (nam quæ deinde ſequuntur, tacebo) Quid? ruſticitatémne meam & inſulſitatem nõn accuſabis, quod quę aſperum quiddam & agreſte loqui videor? Iam verò quonã id loco pones, quòd nec lepidus ſum nec facetus quiſpiam, ac ſẽtibus gratus atq; iucundus, nec multum in foro verſor, nec temere & cum quibuslibet garrio, adeò vt ſermones quo que ipſos graues & moleſtos reddãnec nouã illam Hieruſalem, hoc eſt, Zeuxippum inuiſo, nec è Domo in domum ſubin decõmeo, blanditijs & aſſentationibus homines deliniens, ventricq; ſeruiens, verùm domi vt plurimum maneo, triſtis ac tetricus, mecum ipſe, hoc eſt, cũ vero atq; germano earum rerum, quæ geruntur, examinatore conſuetudinẽ habeo, vinculisq; ij fortaſſe dignus ſum, vt incõmodus atque moleſtus. Qui fit vt nobis iſta condones, nec in criminum ordinem referas? Quàm facilis es & lenis atq; humanus: At ego ita ſimplici & philoſophico animo præditus ſum, vt vnum idemq; cœlum omnibus cõmune eſſe exiſtimem, communem etiam Solis & Lunæ conuerſionem, communẽ ſiderum ſitum & ordinem, communem dici noctisque ęquabilem portionem, & vtilitatem, communes item anni partium viciſſitudines & pluuias & fructus, vimque aeris vitalem, flumina inſuper, hoc eſt, communes & perennes diuitias æquè omnibus fluere, vnam præterea eandemque terram & parentis & ſepulchri rationem habere, ex qua ſumpti ſumus, & ad quem reuertamur, nulla iam re alij alios antecellentes, &, vt maiora proferam, communem rationem, Legem, Prophetas, ipſas Chriſti perpeſsiones, quarum opera omnes citra vllam exceptionem inſtaurati ſumus, qui eiusdem Adam participes ſuimus, verſutaq; & captioſa ſerpentis oratione circũuenti, & per peccatũ ene ti atq; extincti, ac per cœleſtẽ Adamũ ſaluti reſtituti atq; ad vitę lignũ, vnde ex-

cideramus, per ignominiæ lignum reuocati ſumus. Me verò Samuelis quoque Ramatha fallebat, parua, inquam, magni illi
1. Reg. 1. us viri patria: quæ tamen Prophætæ dedecori non fuit, nec ſuo magis quàm illius ſplendore claruit, nec illi impedimento fuit, quò minus Deo, prius etiam quàm in lucẽ prodiret, in munus offerretur, & oracula ederet, & futura proſpiceret, ac præterea Reges & Sacerdotes vngeret, atq; illuſtriſsimis ciuitatibus ortos pro iudice gubernaret. Tum autẽ illud de Saule au-
1. Reg. 9. diebam, quod patris aſinas quærẽs regnũ
1. Reg. 16. inueniſſet. Atque ipſe quoque Dauid ex ouium gregibus ad paſcendum Iſraelem aſſumitur. Quid Amos? nónne caprarius
Am. 1 erat, ac moros carpebat, cùm illi cõmiſſa
Gen. 37. & delegata eſt prophetia? Quomodo Ioſephum præteri, qui & ſeruus fuit, & fru-
Gen. 41. menti in Aegypto diſtributor, & innu-
Gen. 12. merabilium illarum copiarum, quę Abrahæ denunciatæ promiſſęque fuerant, pater? Iam Abraham, vt maiora colligam, nonne vagus & exul? Moſes autem nõnne prius expoſitus, deinde legiſlator, atque
Exod. 2. eorum, qui ad promiſionis terram contendebant, imperator, de quo tot tamque admiranda prædicantur? Enimuero me
3. Reg. 18. quoq; fallebat Eliæ Carmelus, qui currũ igneum accepit, & Heliſæi melote, quæ
4. Reg. 2. plus virium habuit, quàm fila ſerica, & aurum veſtibus per vim aſſutum. Quin me quoq; Iohannis deſertum fallebat, in quo vir ille inter natos mulierũ maxmius cũ cibo illo & veſte, & zona degebat. Nec ve
Matt. 2. rò vlterius progredi dubitabo cùm Deũ *& 3.* ruſticitatis meæ patronũ inuenerim. Cũ Bethleem collocabor, cum præſẽpi vilẽ pẽdar, cuius cauſa cùm Deum aſperneris, quid mirum ſi ob eandem cauſam prẽconem quoque contemnas? Producam etiam piſcatores, & pauperes lætum Euangelij nuncium accipientes, multisque diuitibus anteposítos. Nunquam de ciuitatibus gloriari deſines? nunquámne tibi execrabilem & infamem ſolitudinem honore ad
Non gloriã dũ de ciuitatibus. reuerentia cõplecteris? Nondum dico aurum in arenis naſci & gemmas inſignes à petris produci, earumq; dono & beneficio nobis contingere, quibus ſi quidquid in vrbibus ſordidũ & ignominioſum eſt, opponere velim, vereor ne dicendi libertate haud ſatis cõmodè vſus fuiſſe videri poſsim. At eñ peregrinum & exterũ præ-
Obiectio exilij. conem habemus, dicet fortaſſe quiſpiam ex his, qui loco nimium circunſcripti, eiſque amori affixi ſunt? Quid? nonne peregrini fuerunt Apoſtoli, nonne hoſpites multarũ nationum atq; vrbium, in quas diuiſi ſunt, vt quoquo gentium Euangelium

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium celerrimè propagaretur, nec quicquam triplicis lumins expers esset, minimeque à veritate collustratum : adeò vt ijs etiam, qui in tenebris ac mortis vmbra sedebant, ignorātiæ caligo discussa sit. Audi quid dicat Paulus, vt nos, inquit, ad gē- *Luc.1.*
tes, illi autem ad circuncisionem Christi doctrinā disseminemus. Esto: suo iure Petrus Iudæā habeat: quid Paulo cum Gentibus cōmune, Lucæ cum Achaia, Andreæ cum Epiro, Ioanni cū Epheso, Thomæ cū India, Marco cum Italia, quidcæteris omnibus, ne sigillatim loquar, cum ijs ad quos sunt profecti? Quare aut illos reprehende, aut mihi etiam ignosce: aut ostende, cùm verę doctrinæ antiquisimam curam geras, ex insulsis tātùm nugis tibi calumniam strui. Quoniam autem de his rebus humiliter tecum hactenus abiecteque disserui, age sublimius iam magnificentiusq; disputabo. Magnis omnibus & excellsis viris, ô præclare, patria vna est superna Hierusalem, in quam municipatum nostrum vitæque functionem recondimus. Omnibus genus vnū, si inferiora hæc spectare velis, puluis & limus: si superiora, spiraculū illud, cuius participes facti sumus, quodque incorruptum seruare iubemur, & cum quo mihi ad tribunal sisti necesse est, vt diuinitus inditę nobilitatis imaginisq; rationē reddā. Quisquis igitur recta viuendi ratione animique ad exemplar suum inclinatione ac defixione spiraculum illud conseruauerit: huic demum nobilitatis ratio cōstabit. Cōtrà qui vitijs illud sceleribusq; fœdauerit, formamq; alterā, hoc est, serpētis sibi ipsi induxerit, ille verè ignobilis & obscurus erit existimandus. At terrenę hę patrię, atq; hæc generum discrimina breuis huius & caducæ vitæ nostræ & scenæ sunt ludibria. Quā em̄ quisque terrā siue per tyrannidē, siue per calamitatem antè occupauerit, ea patria dicitur, cuius omnes æquè hospites & aduenæ sumus, quantumlibet vocū appellatione ludamus. Iam genus illud nobile cēsetur, quod vel olim opibus & copijs excelluit, vel quod nunc superbè intumescit, sordidum contrà & ignobile, quod à parentibus pauperibus dicitur, vel propter calamitatem, vel propter animi probitatem. Quid enim afferri queat, cur superna hæc nobilitas esse possit, quæ partim nunc incipit, partim extinguitur, atque alijs quidē negatur, alijs autem rescripto conceditur. Hæc mea de his rebus est sententia: eam q; ob causam tibi quidem per me licet vt sepulchris aut fabulis insolescas, magnificeque de te sentias. Ipse verò meipsum pro viribus ab errore atq; impostura repurgare nitor, vt vel incolumem nobilitatē tuear, vel amissam recuperem. Sic igitur, atque ob has causas ego, paruus ille & obscura atque ignobili patria nat⁹, ad vos accessi, idq; nō vltrò nec memetipsum offerēs, vt moris est hodie plerisque, qui ad Ecclesiæ gubernacula temere prosiliunt, sed accitus ac vi compulsus ac timori Spiritui q; obsecutus. Quòd si falsa loquor, hoc mihi pro sceleris pœna imprecor, vt diutius hic belli molestias incassum sustineam, nec quenquam errore liberem, sed voti sui compotes fiant, qui animæ meæ sterilitatem imprecantur. Postquam autem huc veni, ac fortasse cum potestate atque authoritate nequaquam contemnenda (libet enim nonnihil eorum, quæ in ūpientiæ sunt, arrogantius iactare) ecquem eorum qui inexplebili cupiditate flagrant, imitandum mihi duxi? Ecquid ex hac tēporis insolentia perperam ęmulatus sum, idque cùm talia exempla ob oculos posita haberem, quibus etiam remotis, à vitio temen abstinere difficile atque arduum est, rarique exempli? de quibus Ecclesijs vobiscum contendimus? de quibus pecunijs? præsertim cùm vtraque re ipsi affluerētis, vtriusque autem nos inopia premeremur? Ecquid Imperatoris edictum à vobis contemptum & pro nihilo habitum ardenti zelo persecuti sumus? Quos principes in perniciem vestram officiosè coluimus? atque obseruauimus? quorum importunam audaciam iudicio nostro prodidimus? Domine ne statuas illis hoc peccatum, dicebā (nam opportunè Stephani verba in mentem venerunt) & nunc eadem vota facio. Maledictis prosciss i benedicimus, persecutionem patientes sustinemus, cōuicijs imp petiti obsecramus. Condonate mihi hanc iniuriam: nam & complures alios, qui in hi vim inferebant, pertuli. Ac sanè est, cur vobis gratiam habeam, quòd humanitatem facilitatemque mihi tanquam amentiam obijciti s. Sic enim excelsius multò quàm pro vestro more mecum reputo. Quota tandem pars est id omne quod patior, indignitatis illius, qua Christus, eius causa pericula subeuntur, conspuitur ac colaphis cæsus est? Omnia enimuero hæc vnica illa spinea corona, qua victoris nostri caput cinctum est, per quā me quoque vitæ asperitate coronari sentio, lenitera duco: vnica etiam illa arūdine, per qua infirmum atque imbecille imperium fabilatum atque euersum est: vnico illo felle, atq; vnico aceto, per quæ amarulenta nostra degustatio sanata est: vnica illa æquanimitate ac lenitate, cuius in passione ipse cimen præbuit. Si osculo prodar, expostu-

Omnibus vnica patria & genus idem.

Nobilis quis. Ignobilis quis.

Sepulchra aut fabulis insolescere.

lat quidem, cæterùm non percutit: si repentè corripiat, ita exprobat, vt tamē sequatur: si zelo inflāmatus Malchi aurē gladio p̄cideris, indignè feret, eamq; loco suo restituet: si quis relicto sindone profugerit, eum cōteget: si ignē Sodomiticū aduersus eos, à quibus abducitur, postulauerit, haud quaq; profundet: si latronē ob scelus in crucē sublatum acceperit, eum pro sua benignitate in paradisum introducet. Humani deniq; & clementis Christi, vt alia omnia clementię plena, ita ipsæ quoq; passiones extiterunt, quibus ecquid tandē aliud maius ac p̄stantius dare queamus, si cùm Deus mortem etiā nostræ salutis causa pertulerit, nos cōtrà ne leues quidē offensas & iniurias æqualibus nostris remittamus? Quin hæc quoq; mecum cogitabā, atq; etiamnum cogito, (quamq; rectè ipsi videte) quę etiā ipsa apud vos sæpe disserui. Hi domos habēt, nos inquilinum: hi tēpla, nos Deum: idq; præterea, quòd Dij vitempla viua sumus, victimæ viuæ, holocausta spiritualia, sacrificia p̄fecta, Dij deniq; Trinitatis adoratæ beneficio. Hi vulgus habent, nos angelos: hi temeritatē & audaciā, nos fidem: hi minas, nos preces & orationes: hi feriendi insolentiam, nos patientiā: hi aurum & argentum, nos repurgatā fidei doctrinā. Feci sti ribi (vt cū scriptura loquar) duplices & triplices cōtignationes, domū perflatilem, fenestris distinctam: at hæc nondū fide mea sublimiora sunt, cœlisq; ad quos excelsus feror. At mihi grex exiguus? sed in p̄cipitia nō ferr. At angusta mihi caula? sed interim lupis inaccessa, sed interi latrones nō admittēs: verū eiusmodi, vt nec à furib. nec ab extraneis transcendi queat. Nec dubito quin eā quoq; latiorē aliquādo p̄spectur⁹ sim. Multi em̄ ex his q nūc in luporū numero sunt, à me inter oues recensebunt, ac fortasse etiam inter pastores. Hoc mihi feliciter nunciat pastor ille bonus, propter quē ego animam meam ,p ouibus pono. Paruus grex timore me nō afficit, vt pote facilè conspicuus: quoniā cognosco mea, & à meis cognoscor. Tales sunt qui Deum cognoscūt & à Deo cognoscuntur. Oues meæ vocem meam audiunt, q̄ à diuinis oraculis audiui, quam à sanctis patribus didici, quam per omne tempus eodē modo docui, neq; quaq̄ pro tempore aliam atq; aliam subinde faciem accipientem, nec vnq̄ docere desinam, cum qua sum procreatus, & cū qua hinc discedam. Eas nominatim voco (nec em̄ nomine carēt, quemadmodum nec siderā, quæ numero cōprehēduntur, ac suo quæq; nomine appellantur) & me sequuntur, vt pote à quo super aquam refectionis

Quibus rebus se cōsolabatur Greg.

Ioh.10.

Qualis vox pastoris esse debet.

Psal.22.

educantur: quemuis etiā alium similē pastorem sequuntur, cuius vocem quanta cū voluptate audiuerint, videtis: alienum autem minimè sequentur, verùm abeo disfugient: quandoquidem eum iam habitū contraxerunt, vt familiarem vocem abaliena internoscant. 14 Valentini vnius in duo sectionem fugient, rerum opificem à bono nequaq̄ distinctum esse credētes: Bythum insuper & Sigen &15 fabulosos Aeones fugient, dogmata sanè profundo gurgite ac silētio digna: Marcionis quoq; conflatum & elementis & numeris Deū fugient, 16 Montani perniciosum & muliebrē spiritum, Manis vnà cum tenebris materiā, Nouati arrogantiā, ac 17 sitam in verbis puritatem, Sabellij resolutionem & cōfusionem, atq; (vt ita loquar (absorptionē, tres personas in vnā contrahentis, ac non vnam in tribus personis substantiā constituentis, Arij & eorum, qui Arij dogma tuentur, naturarū diuersitatem, nonnunq̄ Iudaismum, solo videlicet ingenito diuinitatem circunscribentis, Photini terrenū Christum atq; à Maria principium trahentem. Hæc inq̄ omnia fugient, ac Patrē & Filium & Sp. sanctum, diuinitatetem vnā adorabunt, Deum Patrē, Deum Filium, Deum (18 nisi te hoc verbum excruciat) Sp. sanctum, vnam naturā in trib. proprietatibus, intellectualibus, perfectis, p se ac seperatim subsistentib. numero quidem distinctis, diuinitate autem nequaq̄ distinctis. Has voces mihi hodie concedāt, qui minis me infectantur atq; alia ,p animi arbitratu sibi vendicent. Pater Filio priuari nō sustinet, Filius Spiritu sancto. Id autē contingat necesse est, si tēpori subijciantur, & creati asserantur. Neq; enim Dei nomē obtinere potest, quod creatum est. Ne ipse quidem baptismi iacturā facere sustineo. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Hoc si mihi abrogetur & exauthoretur, à quo tandē secundum mihi petendum erit? Quid ad hæc dicitis, 19 qui submergitis, vel baptismum iteratis? An quisquā sine spiritu spiritualis esse potest? An Spiritus particeps est, qui Spiritum non honorat? An honorat, qui in creatum & conseruum baptizatur? Minimè profectò. Nunq̄ tam multa verba profundes, vt id persuadeas. Fidem tibi datā non fallam, Pater principij expers: fidē non fallam, Verbum vnigenitum: fidem non fallam, Spiritus sancte. Scio quid ,p sessus fuerim, cui nuncium remiserim, cui me adiū xerim. Nō sero, cùm pij hominis voces edoctus sim, impias edoceri, cùm veritatis cōfessus sim, mendacio iungi, cùm sanctitatis hauriendæ causa descēderim, magis

Hæreticorū vocem non audiunt oues Christi anæ.

Ephes.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prophanus ascendere, cùm vt victurus baptizatus sim, in aquis interire, quemadmodũ fœtus qui inter ipsos partus dolores extinguntur, eodemq; momento, quo nati sunt, morte opprimuntur. Quid me in eodem articulo beatum ac miserum facis, recenti luce perfusũ, & lucis expertem: diuinum & impium: vt spem quoq; instaurationis nostræ quasi naufragio amittã? Vt breuiter tecũ agã, cõfessionis tuæ memor esto, In quo nomine baptizatus es? in Patre? rectè: verũ id adhuc Iudaicũ. In Filio? pclar: èhoc iam nequaq̃ Iudaicum, sed nõdum tamen plenũ. In Sp. sancto? optimè: numeris omnib. absolutus est hic baptismus. Verũ heus tu, an simpliciter in hæc tria? aut quoddã etiã nomen est, quod tribus his communiter cõueniat? maximè, quodnã hoc? nimirũ Dei nomen. In hoc igitur cõmune nomen crede, & pisperè incede, & regna, atq; hinc ad alterius vitæ beatitudinem emigrabis. Ea porrò (vt mihi quidem videt) in expressiore horum cognitiõe, ac pceptione sita est: ad q̃ vtinã ipsi quoq; pueniamus in ipso Christo Deo nostro, cui gloria & imperiũ cum Patre principio carente & viuifico Spiritu nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

Trium personarum vna deitas.

SCHOLIA.

1. *An hic quoq; eodem tecum honore praditum*) His verbũ tacitè eos perstringit, qui Filium & Sp. sanctũ creatos esse affirmabant, ac proinde in conseruorum ordinem redigebant.

2. *Quàm qui nũc bello nos lacessunt*) Bellũ illud intelligit, quod Theodosius cũ barbaris gessit, ac felicissimè confecit. Atq; eleganti antithesi vsus est, cùm Trinitatem ab impijs solutam atq; diuisam, barbarorum copias coniunxisse dixit.

2. *Tu Achab, ego Iosiam*) Per Achab vel Constantium, vel potius Valentem intelligit: Per Iosiam Iouinianum, vel Valentinianum, aut ipsum etiam Theodosium.

4. *Ac ne Christianum*, Nicep. lib. 11. cap. 28. & ante eum Theodoritus lib. 4. cap. 22. Petri Alexandrini antistitis epistolam profert, in qua tota hæc tragœdia exponitur. Huius choragus fuit Ethnicus Palladius gentis præfectus. Quod autem de saltitatore illo & impuro concionatore Gregorius ait, ad hunc modum ibidem Petrus narrat. Nam velut in proscenio ludorum dissolutorum, vt puer sexum masculi abnegãs, & mulieris expetens, stibio, sicuti scriptum est, oculis peruncti & fuco facie rubricata, quemadmodum quæ apud eos sunt simulachra, habitu muliebri in ipso sanctiore altari, vbi descensum Spũs sancti inuocamus, conuersi ne scitè in orbem facta huc atq; illuc manibus gesticulans saltaret, fecerunt prolixè admodum ridentes, atque nefarias voces addentes. Alij autem & hoc ipsum factum non satis ad obscœnam temeritatem esse putantes, & quæ iam parata fuerant decora totius q̃ nefanda existimantes, ex ipsis quondam obscœnæ facetate notissimum vellet detracta, & pudenda etiam corporis parte, prout naturæ fert habitus nudata, sic ipsa throno imposuerunt, & sædum contra Christum concionatorẽ appellarunt. Nam pro diuinis verbis turpitudinem protulit, pro oratione graui & sancta impudicam lasciuiam, pro pietate impietatem, ac pro temperantia fornicationem, adulterium, masculorum concubitum, furtum, cibum & potum vnã cum aliquo eiusmodi ad vitam vtilia & commoda esse docens.

5. *Humanam naturam*) Ἀνθρωπείαν. In vetustissimo tamen codice legitur ἀπανθρωπον. i. inhumanã. Prior tamen lectio ad declarandam Arianorum crudelitatẽ magis quadrare videtur.

6. *Quosnam presbyteros*) Socrates in hist. trip. lib. 4. cap. 16 presbyteros So. iussu Valentis à Modesto præfecto in mari concrematos fuisse narrat.

7. *Eiusdem enim sodalitij*) G. τῦ ἀντῦ φαλίας, eiusdem farinæ atq; officinæ, & vt eleganter ait Gregorius Palamas, ἀδελφὰς ἐξ ὁμοχειρίας, ἐκ τῦ ἀντῦ κτυπήματος. Quanquam non tam hoc vult Theologus, has crudelitates, quas mox oratione complexurus est, iis quas ante commemorauit similes esse, q̃ ab ijsdem Arianis editæ ac designatas fuisse.

8. *Quasnam vel mortuorum vel viuorum*) Diximus in scholijs superioris Orat.

9. *Et quoniã tu mihi meretriciã*) Impudẽs quidam & perfrictæ frõtis hæreticus Georgij orationes πορνικὰς, i. meretricias & impudicas appellauerat, quẽadmodũ narrat in Orat. q̃ in 140. Episcoporũ præsentia habuit.

10. *Immaniores se præbuerunt*) Pauciss. mis hu verbis importunam Arianorum crudelitatem apertissimè declarauit. Necesse enim fuit extremã in ipsis fuisse sertatem, q̃ ne imperante quidem Theodosio pro ea quæ ortho doxo principe quiescere potuerunt, sibiq; ab effundendo piorum sanguine temperare.

11. *Quæ semel in fauces transmissa*) Eandem sententiam alijs verbis Hieronymus extulit in epistola ad Paulinum de instit. monachi. Quicquid post gulam non sentitur, idem tibi sit quod panis & legumina. Et in Ecclesiast. cap. 6. Cùm paululum gulam delectauerit cibus, tandiu videtur tribuere voluptatem, quamdiu gutture continetur. Cùm verò in aluum transierit, desinit inter cibos esse distantia. Meritò itaq; Lucianus in Nigrino helluones in quatuor digitorum gratiam laborem omnem suscipere, ait, quantum videlicet longissimum hominis guttur porrigit. Et Io. Chrys. orat. 1. de iciunio: Quanis voluptas ciborum non diu

tius durat, q̃ quousq; absorbeatur: vt trãsierint organum gustus. sunt quasi non fuerint.

12. *Nouam illam Hierusalem, hoc est Zeuxippum*) Helena, vt est apud Niceph. lib. 8. cap. 30. In Caluariæ monumento templum eximium condidit, eiq; nouæ Hierusalem nomen indidit. Zeuxippus autem, vt idem author refert lib. 9. cap. publicum & celebre amplissimumq; erat lauacrum, postea Numerorum appellatum. Cuius etiã meminit Zonaras in vita Iustiniani, balneasq; Seueri Imperatoris esse ait. Huius itaq; verbis Constantinopolitanorum mollitiem amentiamque grauissimè notat, qui non minore studio animiq; ardore ad Zeuxippum confluebant, q̃ si ad visendam nouam Hierusalem sese conferrent.

13. *Vinculisq; fortasse dignus*) Alludit ad illud Esaiæ, Vinciamus iustum, quoniam incommodus est nobis.

14. *Valentini sectionem vnius in duo*) De his vide scholia præcedentis orationis.

15. *Fabulosos Aeones*) Qui hanc Valentini fabulam Aeonicam legere plenè volet, videat Irenæum lib. 1. & Tertullianum ac Epiphanium contra Valentinianos. Porrò D. Hilarius lib. 6. de Trinit. Aeones vertit aeternitates.

16. *Montani perniciosum & mulierem*) Hoc dixit propter Priscam & Maximillam Montani prophetissas. Vide August. in lib. de Hæres. ad Quod vult deum.

17. *Ac sit am in verbis puritatem*) Nouatus enim & qui se illi addixerant, Catharorum nomen sibi arrogabant, cùm re impurissimi essent.

18. *Nisi te hoc verbum excrutiat*) Hoc dixit propter Macedonianos sancti Spiritus hostes, quorum tum et multi alijs in locis, & potissimum in vrbe Constantinopolitana grassabatur hæresis.

19. *Qui submergit in vel baptismum iteratis*) Gr. εἰς καταβύθισιν, ἢ ἀναβάπτισιν. Vocum collisio, cuius gratiam Latina versio repræsentare non potest. Alterum demergere significat, & aquis obruere: alterum, denuò tingere. Porrò his verbis Eunomium insectari videtur. Nam is, vt tradit Epiph. lib. 3. tomo 1. iam baptizatos iterum baptizabat in nomen Dei increati, & in nomen Filij creati, & in nomen Spiritus sancti sanctificandi vim habentis, atq; à creato Filio creati. Quare hunc baptismum non immeritò catabaptismum i. demersionem interpretatur Theologus: quòd huiusmodi aquæ non abluantur sed obruantur animæ. Potest etiam hic locus alio modo, ac fortasse commodius explicari, vt dicamus Nazianzenum hoc verbo ad eum baptizandi modum, quo vti dicebatur Eunomius alluisse. Quidam enim affirmarunt, quòd eos quos baptizabat, in caput baptizaret, pedibus sursum versis & capite deorsum.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO DE moderatione in disputationibus seruanda, & quòd non est cuiusuis hominis, nec cuiusuis temporis de Deo disputare.

ARGVMENTVM.



Nvnquam vno tempore tot hæresum procellis concussa, tot errorum fluctibus agitata fuerat Ecclesiæ nauis, quàm cùm hanc orationem habuit Theologus. Hinc eam infestis animis Ariani, ijq; inter se dissectissimi oppugnabant. Hinc Macedoniani acerrimè impetebant. Hinc Apollinaristæ magno conatu atque impetu in eam ferebantur. Hinc Marcelliani eam omni animorum rabie peruellere tentabant. Hinc Photinus in ipsius oppressionem solicitus incumbebat. Nam de Nouatianis nihil dicendum puto, qui tametsi seorsim ab Orthodoxis conuentus agerent, tamen ab horum sectariorum, quos modò commemorauimus, placitis abhorrebant. In hac tam fœda atque horrenda caligine & tempestate, miserè confusa ac sursum deorsumq; permixta erant omnia. Non Episcopis grauitatis & constantiæ, non plebi humilitatis & obedientiæ ratio constabat. Illi relicta morum institutione subtilissima fidei nostræ mysteria assidua disputatione versantes atq; humanæ sapientiæ argumentis confirmare nitentes clarissimæ doctrinæ densissimas dubitationis tenebras inuehebant, Populus rursus mali contagione afflatus atque infectus eò insolentiæ prorumpebat, vt de diuinis mysterijs præcipuisq; religionis capitibus disputare sibi licere putaret. Hoc & suo sæculo factum de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

plorabat Hieronymus. Quod quàm pernicioſum ac peſtiferum eſſet, ex hac triſti & calamitoſa Eccleſiæ deformitate cuiuis promptum eſt coniectura aſſequi. Vt igitur huic morbo medicam manum admoueret Gregorius, hanc orationem pronuntiauit, in qua primùm Eccleſiæ ſtatum velut in theatro ſpectandum proponit, ac morbi magnitudinem & grauitatem explicat, deinde fontem ipſum detegit, atq; omnium hæreſum diſſidiorumq; cauſas in præcipitem & effrenatam animorum acrimoniam confert. Mox remedium promit, atq; ad mediocritatis & modeſtiæ ſtudium hortatur. Atq; hic latiſſimo ſeſe aperiente campo laudes ordinis copioſè proſequitur: ibiq; ſatis expatiatus orationē cōtrahit, atq; ad hypotheſim reuerſus de Eccleſiæ ordine & diſciplina multa diſſerit. Tum eorum impudentiā inſectatur, qui neglecta officij ſui ratione docendi ius licentiamq; ſibi arrogabant, atq; vt temeritatem tantam coërceat, quanta ſit huius muneris difficultas, quā non inuidenda, ſed potius miſeranda ſit ea dignitas, exponit. Poſt moderationis exempla tum à veteri tum à nouo Teſtamento petit, ac deinde quædam obiectionum offendicula ſubiecta reſponſione ſubmouet ac de medio tollit. Hinc eò deuoluitur, vt oſtēdat nihil neceſſe eſſe promiſcuæ plebi ſublimibus arduiſq; diſputationibus implicari, ſufficere ei, vt corde credat, atq; ore confiteatur. Atq; hanc propoſitionem loco communi exornat, docens omnia, quæ vel ad vitam vel ad ſalutē neceſſaria ſunt, Dei beneficio cunctis ex æquo patere, reliqua nec ambitioſè affectāda, nec temere vſurpanda eſſe. Demum extremæ arrogantiæ eſſe demōſtrat, cùm ne creationis quidem noſtræ compoſitionisq; rationem intelligere ac perſpicere queamus, diuinæ naturæ abyſſum cognoſcere & comprehendere velle. Tandem orationem ad eos conuertit, qui alios nimiū temere impietatis crimine damnatos ab Eccleſia proſcribebant, ac quæ in fratris correctione ratio tenenda ſit, docet. Poſtremò importunam diſputandi libidinem hoc argumento extinguere ac profligare nititur. Si ſunt viæ multæ in cœlum ferentes, non vni tantùm oſtendum eſt, nempe ei quæ in diſputatione ſita eſt. Atqui ſunt permultæ. Ergo, &c. Probatur aſſumptio ex eo Euangelij loco, vbi ait Chriſtus, In domo Patris mei multæ manſiones ſunt.

QVoniam prompto animo, frequentiſſimoq; cœtu conueniſtis, ob eamq; maximè cauſam nobis negociandi munus incumbit, age merces quaſdā vobis offeramus, ſi minus communi huic veſtræ animorum alacritati pares, viribus certè noſtris haud quaquam inferiores. Illa enim maiora poſtulat: hæ autem mediocria ſolùm præſtant atque afferunt. Porrò ſatius eſt id quod per facultates licet, afferre, quàm officio penitus deeſſe. Non enim qui huiuſmodi res non potuit, in culpa eſt: ſed qui noluit, crimini & pœnæ obnoxius eſt, ſiue de diuinis, ſiue de humanis rebus loquamur. Atq; ipſe quidem exiguus & tenuiſſum paſtor, paſtoribuſq; alijs, vt parcè dicam, nondum gratus atq; acceptus; quod rectóne iudicio ac ratione, an maleuolentia & contendendi ſtudio fiat, neſcio. Deus ſcit, inquit Apoſtolus, idq́ue reuelationis dies perſpicuè declarabit, ignisq; ille probatorius. Ignis enim ſtremus, quo omnia noſtra dicta factaq; iudicio perpendentur aut purgabuntur. Eſtimitar tamen, quantum potero, daboque operam, ne gratiam diuinitùs acceptā præmam atq; occultem, ac lucernam ſub modio ponam, talentumq; in terra defodiam (hæc enim à vobis ſæpe in me contorquēmemini, cùm mihi ceſſationem atq; deſidiam obijceretis, ſilentiumq; noſtrū grauiter & iniquo animo ferretis) verūm veritatis doctrina vos inſtituam, ac ſpiritui conciliem. Vnde igitur animos veſtros*

Feſtū Martyrum.

tioſam materiam abſumens atque exhauſtros componere atque inſtaurare aggrediar, fratres mei? aut qua oratione egregios athletas, quorum feſtum hodie celebratur, ornabo? Quid primum dicam, aut quid maximum? quid animabus veſtris maximè profuturum? quid huic tempori commodiſsimum? Id verò hec demum ratione perſpiciemus. Quidnam in noſtra doctrina præſtantiſsimum eſt? pax, addam etiam, vtiliſsimum. Contrà, quid turpiſsimum ac perniciоſiſsimum? voluntatum diſiunctio. Quoniam autem à nobis propoſita eſt hæc quæſtio, & eadem reſponſo explicata, quod ſecundum eſt percunctabor. Quidnam præcipuè illam ſuſtulit, & hāc inuexit? vt, quemadmodum in corporum morbis, cauſas primùm ipſas circuncidamus, perturbationumq́ue animi fontes obſtruamus aut exhauriamus, atque ita profluētes illinc riuulos effectusque ſimul amputemus. Neque enim fieri poteſt, vt principijs nō rectè perſpectis atque exploratis quidquā de fine præclarè cognoſcam⁹. Vultis igitur ipſi cōtentionis huiuſce cauſam proferre? an mihi potius medici munere fungenti eam expendendam & emendandam relinquitis? Ego enim vt ad dicēdum paratus ſum, ſi ita voluntas veſtra tulerit: ita multò ad audiendum paratior fuero, ſi cui in medium ꝓdire atque orationem habere collibuerit. Sed nihil dubito, quin hanc mihi prouinciam concedatis, quem nō omnino imperitum & contemnendum morborum huiuſmodi medicum, aut curandarum animarum ignarum, fortaſſe exiſtimatis, ſiue id rectè ſiue ſecⁿ arbitremini. Nec verò mirū vobis videat, ſi nouā & ab animorū veſtrorū ſenſibus alienam orationē attulero. Quanquam enim ab expectatione & opinione veſtra, non tamen à veritate abhorrebit, vt quidem ipſe affirmo, ac vos aſſentiemini, ſi ad extremum vſq; audire ſuſtinueritis, ac nō idipſum, quod obiectū rus ſum, ad miſeritis, nimirum vt præ feruore animorū, ac præcipiti impetu, antequam ad calcem oratio peruenerit, exurgatis. Ingenia quædam magna & feruentia tumultus iſtos, in quibus verſamur, excitarunt, non illa quidem ſimpliciter magna & feruentia (non enim ij ſumus, qui vigorem animorum & acrimoniam in vitio ponamus, ſine qua nemo facilè inſigni aliqua pietatis laude, aut alia virtute præſtiterit) ſed quæ cum generoſi tate temeritatem imprudentiamq́; audaciæ parentem coniūctam habeant. Infirmæ enim & imbecilles naturæ tam ad virtutem quàm ad vitium langueſcunt atq;*

Pacis vtilitas.

Diſcordiæ turpitudo ac pernicioſa.

Archimatū cauſa efficiens.

ægrè impelluntur, neque in alterutrā partē magnopere feruntur: vt non incommodè hominum torpore oppreſſorum inceſſibus comparari poſsint. At generoſi animi quemadmodum ſi rationis magiſterio regantur & coërceantur, magnum ad virtutem momentum afferunt: ita ſi à ſcientia & ratione deſerantur, non minus momenti ad vitium habituri ſunt. Sic nimirum equum acris eſſe ac generoſæ naturæ neceſſe eſt, qui quidē ſiue in bellis atq; acie, ſiue in ludicro curſu & certamine victor ſit diſceſſurus: at idem tamen nullū vnquam egregium ſui vſum præbuerit, ni ſi fræno inſtitutus atq; accuratiori exercitatione cicuratus fuerit. Atq; hoc vt plurimum eſt, quod membra lacerauit atque diſtraxit, fraternam concordiā diſſoluit, tranquillum vrbium ſtatum perturbauit multitudinem furore præcipitem egit, gētes ad bellum armauit, reges in mutuum exitium cōcitauit, ſacerdotes cum plebe & ſecum etiam ipſos, plebem rurſus non minus ipſam ſecum quàm cum ſacerdotibus cōmiſit, parētes cum liberis, liberos cum parentibus, viros cū vxoribus, vxores cum viris. Hoc omnia beneuolentiæ nomina permiſcuit, atq; cōfudit, ſeruos & dominos, diſcipulos & præceptores, ſenes & iuuenes, conuulſaq; & proculcata pudoris lege, quo nullum maius adiumentum ad virtutem excogitari poteſt, contumaciæ arrogantięq; legem induxit: factiq; ſumus non iam tribus ac tribus ſeparatim, quod olim Iſraeli obiectabatur, nec Iſrael & Iuda, duo inquam illa vnius eiuſq; perangustæ gentis ſegmenta, ſed multò ſceleratius per domos & familias ſodalitiaque neceſſaria, ac velut in ſe quiſq; diuiſi ſumus vniuerſus orbis terrarum, vniuerſum hominum genus, ad quos Dei verbum fideiq; doctrina peruagata eſt. Principum multitudo in peſtiferam licentiā recidit, atq; oſſa noſtra ſupra infernū diſſipata ſunt. Quaſi verò neceſſum eſſet, vt extremis hoſtibus domitis in noſmetipſos arma verteremus, mutuiſq; vulneribus confoderemur, ac furentium ritu ne prorſus quidem carnib⁹ parceremus, tantūq; à miſeriæ noſtræ ſenſu abſimus, vt maiorē ex hoc malo, q̄alij ex pace & cōcordia, voluptatē capiam⁹ calamitatēq; lucro deputemus oppreſsioneq; noſtra & euerſiōe cultū obſequiumq́ue Deo ꝓſtari exiſtimemus? ac diuidamur & incendamur nō laudabili ac præclara, ſed flagitioſa diuiſione, nec incendio illo purgante, ſed funeſto & exitiali. Non enim acutus ille & penetrabilis ſermo, hoc eſt Chriſti gladius pios ab impijs diuidit, nec ignis iacitur & ac-

Sent.

Simil.

Verecūdiæ ad virtutē nullū cōfert.

Paral. 10.

Furentibus

ſimiles.

Pſal. 140.

Ioan. 16.

Heb. br. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiosam materiam absumens atque exhauriens: sed contrario planè ac prius, modo, scindimur & consumimur. Hoc Eccle-
1.Cor.3. clesiam, quæ vna est in multas partes proscidit atque disiunxit, non in vnum Paulum, aut Cepham, Apollo, aut quempiam plantatorem, vel rigatorē, sed multos Paulos & Cephas & Apollines, à quibus ipsi iā non ab eximio illo & cōmuni Christi nomine vocamur, eosque authores agnoscimus atque profitemur. Et vtinā mihi hoc solùm dicere liceret. 5 Verùm & multos Christos (horresco referens) pro vno produxit, genitū, creatum, & à Maria incipientē, & eò vnde in rerum naturam prodiit dilabentem, & mentis expertem homi-
Christos multos faciunt hæretici. nem, & reuera, ac specie tenus existentem. Consimili modo plures quoque Spiritus designauit, increatum, & honore parem, & creatum, & vim atq; facultatem, & simplex ac nudum Spūs nomen: cùm vnū Deum Patrem agnoscere oporteat principij expte & ingenitum, vnū Filiū ex Patre genitum, vnum Spūm ex Deo substantiā habentem, hoc solo nomine Patri cedentem
Trinitatis vera confessio. q̄ non ingenitus sit, vt ille, hoc item solo Filio, quod nō vt ille generatus sit, cætera aūt eiusdem omnino naturæ, dignitatis, honoris, gloriæ, cùm, inq̄, hæc agnoscere oporteat, hæc confiteri, hic gradum figere, prolixas aūt nugas ac prophanas verborum nouitates ociosis hominib. relinque-
1.Timot.6. re. Quid hæc oſa excitauit acrimonia sine ratione & scientia præceps & effrenata, fideiq; nauis gubernaculo carens. Quod cū pspectum habeamus, fratres, demus operā ne ad bonum torpescamus, sed Spū feruea mus (ne alioqui paulatim in mortē obdormiamus, aut dormientibus nobis pniciosā zizania hostis superserat. Ignauia enim
Matth.13. & segnities somno cōiuncta est:) nec rursus cū temeritate & cæco nostri amore inferuescamus, ne in transuersum abripiamur, viaq; regia excidamus, atq; in horum alterum necessariò incidamus, vt vel calcaribus propter tarditatem opus habeam⁹, vel ꝓpter temerarium aiorum impetum in pceps ruamus. Quin potius curam adhi-
Nec nimis fernidi, nec segnes nimis in fidei causa sim⁹. beamus, vt vtriusq; vtilitatē colligamus, illius nimirum lenitatem & moderationē, huius zelum, vtriusq; rursum vitium fugiamus: illius scilicet veternosam pigritiam, huius verò temeritatem. Hac ratione fiet, vt nec ob defectum steriles & infrugiferi simus, nec propter excessum pericli temur. Quām enim inutilis est iners ac supina segnities, tam inutilis est stulta acrimonia: illa à bonis atq; honestis actionib⁹ refugiens, hæc easdem ꝓteriens, ac dextro dexterius aliquid cōstituens. Atq; id ꝓbè cognitum & exploratum habens Solomō, Pro-
ne declines, inquit, ad dextram neq; ad sinistram: ne per contraria in æquale malū incidas. Quanq̄ alioqui quod natura dextrū est, his verbis laudat. Vias dextras nouit Deus: peruersæ aūt sunt sinistræ. Quis fit igitur, vt qui dextrum laudat, idem à dextro nos auertat? Intelligit profectò quod dextri speciem habet, cùm reuera tale non sit. Quod etiā spectans alio loco inquit, Ne magnopere iust⁹ sis, nec supra modum sapiens. Par etenim iustitiæ sapientiæq; detrimentum affert acris hæc tā circa actionē q̄ sermonē animi affectio, virtutis nomen ꝓpter excessum amittens. Hæc enim defectus & excessus peræquè labefactant, nō secus ac regulam additio aliquid aut subtractio. Nemo igitur sapientior fit q̄ cōueniat, nec lege exactior, nec luce splendidior, nec amusi rectior, neq; præcepto diuino sublimior. Id verò ita demum assequemur, si modesti & compositi esse curemus, naturæ leges cōprobemus, rationem ducē sequamur, ordinē disciplinamq; non aspernemur. Aspicite in cœlū sursum, & in terrā deorsum, atq; animaduertite quo pacto tota hæc rerum moles constructa & coagmentata fuerit, vnde originem habeat, quid ante exornationem erat, & quo iam nosse vniuersum appelletur. Ordine omnia cōcinnata atq; distincta sunt, & quidem concinnatore Verbo: non q̄ vt vna res, ita oēs confertim ac repente ꝓdire possent (nam qui ea q̄ non erāt, produxit, productisq; formā & habitum dedit, idē profectò nequaq̄ infirmitate ꝓhibebatur quominus omnia simul in lucē ederet, & exonaret) Verùm ob hāc causām aliud primum, aliud secundum & tertium numeratur, ac sic deinceps, vt simul cum creatoris ordo statim ingrediatur. Ordo itaque omnia cōstituit & colligauit. Ordo cœlestia & terrestria continet. Ordo in ijs quæ ratione & animo intelliguntur, seruatur. Ordo in ijs quæ sensibus percipiuntur. Ordo in astrorum motu, magnitudine, mutua relatione, & splendore. Alia eīm est gloria Solis, alia Lunæ, alia stellarum. Stella enim à stella claritate differt. Ordo in anni temporibus aptè & distinctè tum progredientibus, tum recedentibus, ac pmoderatam intermediorum temporum qualitatem extremorum asperitatem mitigantibus. Ordo in diei & noctis mensūris & interuallis. Ordo in elementis ex quibus constant. Ordo in cœlum in orbem ꝓduxit, aerem explicauit, terram suppolliit, aut etiam superposuit, humidam naturā fudit atq; in vnum locum contraxit, ventos dimisit, sed non ad hominum pernicie-

ciem immisit, aquas in nubibus adstrinxit, sed non retinuit, verūm in totius terræ faciem decēter & æqualiter sparsit: idque non ad breue tempus, aut in vnā quandam tempestatē, sed ab ipsis mūdi primordijs in finem vsq; eandem viam partim recto cursu, partim orbiculariter conficientia, fixaq; simul & motu agitata illud vi
Psalm.148 Verbi & facultate, hoc rei fluxæ & fragilis natura. Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptū posuit, & nō præteribit. Illud constitutionis & coagmentationis est, & si quid factum est, aut fiet: hoc fluxionis & dilapsionis. Atq; ordine quidem florente & domināte mundus est vniuersum hoc quod cernitur, ac pulchri
Confusio quid pepererit. tudo certa atq; tranquilla. Contrà autem perturbatio & confusio, in aēre tonitura, in terra tremores, in mari naufragia in vrbibus domibusq; bella & dissidia, in corporibus morbos, in aīs peccata, pereauit. Hæc eīn omnia nō pacis nec ordinis, sed cōfusionis & perturbationis sunt nomina. Quin celebratam quoq; illam mūdi vastitatem atq; omnium sermone tritam, & in expectatione positam, haud quicquā aliud esse existimemus, quàm profusam quandam & redundantem oium rerum confusionem (vt enim ordo constringit, ita perturbatio soluit, ac dissipat) cùm videlitet ei totam hanc rerum machinam dissoluere, aut in præstantiorem statum commutare visum fuerit, à quo coniuncta ac veluti vinculis quibusdam constricta est. Ordo cunctis animantibus ortum & alimentum sedésq; vnicuiq; commodas & congruentes indixit, & quasi lata lege præscripsit. Ac proin
Psalm.103. de nec delphinum quisquam arua sulcantem vidit, nec bouem per aquas lubricum iter carpentem, quemadmodum nec solē
Nox. nocte decrescentem, vel ad plenā magnitudinem augescentem, nec rursus lunam
Dies. mortalibus interdiu prælucentem. Montes excelsi ceruis: petra refugium herinacijs. Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum. Vt nox terram caligine obduxit. statim homo somno contrahitur, quietiq; se tradit: feræ autem liberè grassantur, ac pabulum quærunt à creatore porrectum. Vt sol illuxit, extemplo bestiæ congregantur, atq; homo ad operas properat. Ita ordine inter nos iuxta naturæ legem cedimus. Addam, quod maximum est, propositoq; nostro conuenientissimum. Ordo ex massa partim rationali, partim à ratiōe auersa hoiem rationale animal cōstruxit, atq; arcano & ineffabili modo terrā cum mente, mētem cum Spū vinxit. Atque vt mirabilius quiddā in figmento suo, atq; opere patraret, idē ipsum

Prou.8. & cōseruauit & dissoluit. Alterū eīm super induxit, alterū subduxit, nō secus atq; in aquarū fluxu, corporiq; mortali immortalitatem solutione cōparauit. Ordo nos à mutis animantibus distinxit, ciuitates condidit, leges instituit, virtutem honoribus, vitium pēnā affecit, artes excogitauit, matrimonia conciliauit, ac per acrem erga susceptos liberos amorem feram & agrestem vitam ad humanitatē excoluit, & quod terreno hoc & carnali amore maius est, diuinum amorem animis nostris infixit. Quid singula commemorare pergo? Ordo omnium rerū pater & salus est. solusque Verbi rerum omnium conditoris & architecti sermone commodè vti queat, si quidem vocem acceperit. Cùm mundus à Deo crearetur ac produceretur ego illi aſsistebam omnia componens atque conglutinans. Cùm adornaret thronum suum supra vētos, ac supernas nubes roboraret, cùm fundamenta terræ iaceret & velut firmos & tutos supercœlestes fontes statueret, ac Spiritu oris sui virtutem omnem illis afferret. Atq; vt ad rē ipsam cuius causā hæc oīa disserui, & ad quā iampridē nostra festinat oratio, veniamus, ordo in Ecclesijs quoq cōstituit, vt alij oues sint, alij pastores, alij præsint, alij subsint atque imperia accipiant, alius caput sit, alius pedes alius manus, alius oculi, alius aliud quoddam corporis membum ad totius Ecclesiæ concinnitatem & ornatum, vtilitatemq; vel subditorū vel præfectorū. Et quēadmodum in corporibus licet mēbra inter se abrupta atq; distracta nō sint verùm tota illa cōgeries vnum corpus sit ex diuersis mēbris conflatū: non tamē eadē est oium vis & facultas, tametsi alioqui ad beneuolētiæ cōcordiæq; necessitatē horisq; parē in disparib. rationē alia aliorū opera ex æquo indigeāt. neq; eīn oculus incedit, sed viā cōmōstrat, nec pes ꝓspicit, sed ingredit ac loca ꝓmutat: nec lingua vocesaccipit, id eīn auriū munus é, nec rursus auris loquit, qd̄ linguæ officiū est. Et naris quidē eorū q̄ olfactu sentiunt, organū est, guttur aūt sicut Iob ait, cibos degustat, manⁿ porrò dādi atq; accipiēdi instrumētū est: mēs deniq; oibus pest atq; imperat, nimirū à qua vis sentiēdi ꝓficiscit, & ad q̄ sensus oēs tēdūt & referunt. Ad hūc quoq; modū apud nos, hoc é, in cōmuni Christi corpore res se habet. Oēs eīn corpus vnum in Christo sum⁹, singuli aūt Christi atq; alij aliorum membra. Alij eīn dominant & prsunt, alij parent ac reguntur. Et quanq̄ non eadem sit vtrorumque actio, nisi quis idem esse contendat præsse quod parere: sunt tamen vtrique in vnum Christum

Psal.32. Ordo in Ecclesia necessarius.

Iob 34.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab eodem Spiritu constructi atq; compacti. Ac rursus quemadmodum inter eos qui subsunt, permagnum discrimen reperitur, vt qui & doctrina & vsu atq; exercitatione & ætate inter se distēt: eodem modo inter præfectos quoq; non parua differentia est, ac Spiritus prophetarum prophetis subijci cùm Paulus ipse affirmet, nō est cur de ea re quisquam dubitare debeat. Et quosdam quidem, inquit, posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò prophetas, tertiò pastores & doctores: primum propter veritatem, alterum propter vmbram atq; obscuritatem, postremū propter vtilitatis illuminationisque diuinæ mensuram & actionem. Et Spiritus quidē vnus est: cæterùm dispares gratiæ, quando quidē nec paria sunt Spiritus conceptacula. Alij enim per Spiritum datur sermo sapientiæ & speculationis, alij sermo scientiæ, & reuelationis, alij fides certa & inuibitata, alij virtutū sublimiumq; miraculorum editiones, alij gratiæ curationum, opitulationes hoc est defensiones & patrocinia, gubernationes, hoc est carnis castigationes, genera linguarum, interpretationes linguarum, alijs deniq; præstantiores, alijs inferiores gratiæ, pro fidei nimirum ratione & proportione. Hunc ordinem, fratres, reuereamur, hunc tueamur & obseruemus. Alius auris fit, alius lingua alius manus, alius aliud quiddā. Alius docet, alius discat, alius proprijs manibus bonum operetur, vt habeat, quod egentibus impertiatur. Alius præsit ac plebem moderetur, alius per officiosum ministerium iustitiæ laudem consequatur. Qui docet, in modestia doceat. Prophetæ enim duo aut tres loquantur, idq; vicissim, atq; vnus interpretetur. Quòd si alij reuelatum fuerit, primus loco ipsi cedat. Qui discit, in obedientia: qui tribuit, in hilaritate: qui ministrat, in alacritate. Ne linguæ munere, quod omnium promptissimum & paratissimum est, fungamur: ne omnes Apostoli simus, ne omnes prophetæ, ne oēs interpretes. Quanq̄ enim amplum & præclarum est de Deo verba facere: præclarius tamen est seipsum Deo purū exhibere. Neq; enim in malignam animam sapientia intrabit. Atq; ad iustitiam serere, & vitę fructum vindemię instar colligere iubemur, vt scientiæ lumine collustremur. Ac Paulus ipse nos per Domini amorem & dilectionem ei innotescere vult, ac demum p huiusmodi notitiam doctrinam haurire, atque hanc ad cognitionem viam tumida & inflante scientiæ opinione meliorē esse censet. Magnum & illustre est doctorem se profiteri? audio: sed discere periculo vacat. Quid pastoris munus tibi ouis arrogas? d pes caput fieri cōtendis? quid exercitū ducere aggrederis in militum ordinē adscriptus? Quid magna quidem illa, cæterùm incerta & periculosa maris lucra consectaris, cùm terram tutò colere atq; exercere liceat, etiamsi minori quæstu. Si vir secundum Christum es, ac sensus habes exercitatos, clarissimoq; scientię lumine collustres, age Dei sapientiam loquere, eam inquam, quæ apud perfectos prædicatur, & quæ in mysterio abscondita est: idque tandem, si commodum tempus nactus fueris, eamq; fidei tuæ commissam habueris. Quid enim à teipso habes, quod Dei munere non acceperis? Sin autem ætate adhuc tenera es, atq; humili & abiecto animo viribusq; infirmioribus, q̄ vt ad sublimiora progredi euehiq; possis, Corinthios imitare, lactis alimonia contentus esto. Quid solidiorem cibum expetis, quem membra præ imbecillitate conficere atq; in alimentum vertere nequeant? Loquere sanè, si quid silentio melius & excellentius habes: at vbi silere præstat q̄ loqui, silentio acquiesce. Nosti enim laudatum illud, ordinem labijs constituere, atque alia dicere, alia audire, alia laudibus vehere, alia non tamen acerbè & importune rejicere. Nescitis, fratres, qua difficultate premamur, nos inquam, qui hīc magnifice & fastuose præsidemus, atq; hæc vobis plebeij ordinis hominibus, quasi lata lege promulgamus. Ac fortasse nec nostrum plerique (quod deplorandum est) intelligunt quo modo apud Deū & cogitatio oīs & sermo & actio expēdat, nec apud Deū dijudicari, verùm apud oēs ferme hoīes, qui cùm rerū suarū tardi sint iudices, in alienis tamen cēsoriā virgulam celerrimè arripiunt, & tiusq; alijs grauissima errata, q̄ nobis leuissima concesserint, ac licet ipsi rudiores atque indoctiores sint, citius tamē nobis impietatis crimen impegerint, quàm vt ignorantiam suam accusent. Nescitis quantum Dei donum sit silentium, quamq; benignè cum eo agatur, qui loquendi necessitate constrictus non est, vt arbitrariū libi alterum eligere, alterum fugere queat, atque sibi & sermonis & silentij promus condus sit. Nā cùm omnis oratio suapte natura imbecillis sit, facileq; percellatur, ac propter sermonem ex aduerso oppositum libertate careat: tum verò ea, quæ de Deo suscipitur, tantò plus habet difficultatis, quantò maius subiectum est, & zelus attendentior, & periculum grauius. Et qua tandem fiducia subnixi atq; erecti metū hīc depellemus? mentis, an sermonis, an auditus? cùm in tribus his rebus periculum versetur. Nam & intellectu res diuinas percipere arduum, & verbis explicare perdifficile, & purgatas aures nanciscī maioris laboris & difficultatis. Lux quidē Deus est, atque adeo lux omnium sublimissima, cuius perexiguus quidam riuus ac radius ad inferiora progrediens lumen id omne est, quod cernimus, quantumuis splendidum videatur: sed caliginem nostram, vt vides, calcat ac latibulum suum tenebras posuit easque inter se & nos, quemadmodum olim Moses velamen inter se & Israelis cœcitatem interiecit: credo, ne sepositam ac reconditam pulchriudinē, paucisque perspiciendam caliginosa natura facilè videat, facileq; assecuta, facilè quoq; propter adipiscēdi facilitatem amittat & abijciat: verū lumen cum lumine semper in sublime trahente per appetitionē cupiditatem que versetur, ac mens sordibus purgata purissimæ menti iungatur, ac partim quidē iam videat, partim post decursum huius vitæ curriculum, hoc scilicet virtutis defixique in Deum amoris, atq; expressæ ipsius similitudinis prēmiū ferens. Videat eñ nunc, inquit, p speculū & in ænigmate: tunc aūt facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc aūt cognoscā, sicut & cognitus sum. Quanta est vilitas nostra & abiectio: quanta rursus pollicitatio: Deū perinde cognoscere, vt cogniti sumus. Hęc Paulus, magnus ille veritatis præco, gentium in fide magister, qui amplissimū orbem Euāgelio impleuit, qui vni Christo, vixit, qui vsq; ad tertiū cœlum peruenit, qui paradisi spectator fuit, qui deniq; propter vitæ integritatē dissolutionis desiderio flagrabat. Nam quid de Mose dicā? qui vix tandem Dei posteriora per petram vidit (quęcunq; tandem posteriora illa erāt & quęcunq; petra) idq; multis precibus cōsecutus, ac promissi cōpos factus, præterq̄ quòd minus quā exoptabat, vidit, ac plus cùm fugit, quàm ipsius oculis obuersatū est. Et quē virum dico? Pharaonis Deum infinitæ multitudinis ductorē, excellentissimorum miraculorum designatorē. Tu verò quosnam vnq̄ cœlitùs aluisti? q̄ aquam è petra expressisti? quod mare virga dirupisti? quem populum per aquas tāquam per aridam trāsmisisti? quos hostes fluctibus obruisti? quos in ignis & nubis colūna deduxisti? quos Amalecitas oratione manuumque extensione, ac cruce tanto antè mystice adumbrata fudisti & profligasti, vt miserē tecum & calamitosē agi putes, quòd plenè atq; perfectè Deum nō comprehēdas, atq; idcirco omnia tibi mouueri ac sursum deorsumq; iactari videantur. Ac quoniā Mosis mētionem fecī, nón, ne hinc gratiæ diuinæ serię ordinisq; legem didicisti? Si Mosem virtutibus refers nubem quoq; ipsam ingredere, & Deum alloquere, & vocē audi, & legem accipe, atque promulga. Si aūt Aaron es, simul sanè ascende: verùm extra nubē in propinquo consiste. Si verò Ithamar quispiā aut Eleazar atq; à Mose tertius, ordinisq; senatorij & ex illorum numero, longius adhuc gradum fige, sedeq; terria acquiesce. Quòd si plebeius quispiā, infimiq; ordinis, mons ipse te arcet, quippe quē, etiam si bestia tetigerit, lapidibus opprimetur. Deorsum mane, vocemq; solam audi, idq; etiā postquam teipsum, vt iussus es, purificaueris atque expiaueris. Atque vt vberius te instruam, quis sacerdotium manus initiabat & consecrabat? Moses. Quis eorum qui initi abantur, primus erat? Aaron. Quis autem, quod antè à nobis dictum oportuit, ea quę ad Deum spectabant, curabat? Quis rursus populo vocis instar erat? Iam in sancta sanctorum cui præterquam vni aditus patebat, idq; non semper, sed semel duntaxat anno vertēte? Quinam porrò arcam gestabant, nisi Leuitæ ijque vt constitutum erat, alij nempe prę stantiores eius partes, alij inferiores minorisque pretij, prout cuiusq; dignitas ferebat. Et quoniam eā quoque custodiri oportebat, quinam eam quo modo custodiebant? alij videlicet aliud latus, alij aliud, nec quicquam indistinctum ac perturbatum erat, nec minimarum quidē rerum. At nos si exiguā quandam gloriam nominisq; splendorem asse cuti fuerimus, ac ne id quidē persæpe, verùm temere duo aut tria scripturę verba, eaq; imperitè & concisè perdidicerimus, illa videlicet sapiētia est vno die parta, & Chalanæ turris, qua linguæ pclare diuisæ sunt: iam & furiosē aduersus Mosem insurgēdum est, & importuna Dathami & Abironis contumelia & impietas imitanda. Quorum contumaciā, quæso, fugiamus, amentiamq; horreamus, ne ijsdē pœnis opprimamur. Vis aliud quoq; ordinis & disciplinæ exemplum in medium proferā id que præclarum & laudabile ac præsenti cō memoratione atq; admonitione in primis dignum? Vides quemadmodum ex Christi discipulis magnis vtiq; omnibus & excelsis, atq; electione dignis, hic petra vocetur, atq; Ecclesię fundaméta fidei sue credita habeat, ille impensius ametur & supra pectus Iesu requiescat, ac reliqui discipuli posthaberi se tranquillo animo ferant. Iam cùm in montem ascendendum fuisset, vt Christus corporea forma splenderet, ac diuinitatem obiter ostenderet, eumque, qui carne tegebatur,

1.Cor.14. Ephes.4. 1.Cor.12. Ordinē in ecclesia cōstitutū reuereri oportet.

1.Cor.14.

Rom.12.

Sap.1.

Ose.10. 1.Cor.8.

Psal.17. Exod.34

Exod.33.

2.Cor.11. Philip.1. Exod.33.

Exod.13.14. 16.17.

Exod.19. 18.

Ordo vetę vis sacerdo tij.

Hebr.12.

Hebr.9. 1.Paral.15.

Ordo inter Apostolos.

Matt.16.

Petrus fundamentū Ecclesię.

Gnosticorū sapientia.

Gen.11.

Num.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, nudaret atque aperiret, quíná simul ascendunt?(nec enim omnes miraculi huius spectaculo fruuntur) Petrus, Ioannes,& Iacobus,vt virtute & dignitate, ita *Marc.9.* numero alios anteuertêtes. Rursus cũ per- *Matt.26.* turbato animiq; anxio, & paulò ante passionem secedenti ac preces fundenti adesse oporteret,quínã ad eã rem asciti sunt? Iidem illi.Aq; hæc Christi prelatio & electio fuit. Quid? reliqua moderatio ordinisq; disciplina quanta?Aliud Petrus interrogat,aliud Philippus,aliud Iudas,ali *Ioan. 6. 12. 21.* ud Thomas, aliud alius quispiã, neq; aut idé oẽs,aut omnia vnus,sed vicissim quisque ac figillatim & de ea re, qua opus habet,scisciatur. Iam illud quale tibi videtur?Philippus quidã dicere gestit,nec solus audet,verũ Andræam quoq; assumit. Petrus aliquid pcunctari cupit, & Ioanné capitis nutu protédit.Vbi hîc morositas? vbi dominandi amor? Ecquod illustrius argumentũ edere potuissent,se Christi discipulos esse,mitis inq illius & humilis corde,& serui propter nos seruos,atq; oẽm in omnibus rebus gloriã ad Patrẽ transmittentis,vt nobis moderationis exemplũ & disciplinæ pbeat? Quã tamen tantũ abest vt colamus & amplectamur, vt bene nobiscum actum iri putẽ,si nõ oẽs audacia & arrogantia superemus,vtpote qui hanc de maximis & in maximis rebus ostẽtemus. *Quis verè humilis ac modestus. De deo parcè loquendum.* An te fugit, animi humilitatẽ nõ tam in paruis rebus leuisq; momenti(fieri eñ possit,vt eã ostentatio ficta q; & adũbrata virtutis species pariat)q in maioribus & grauioribus explorari?Ipse certè humilitatis modestiẽq; laudẽ huic tribuerim non qui de seipso pauca, idq; apud paucos & rarò cõmemoret,nec qui humiliorẽ & abiectiorẽ humiliter affat,sed qui parcè & moderatè de Deo loquitur,ac quædã proloqui, quædã pmere & retinere, quorundã etiã insciti ã fateri nouit,atq; ei sermone cedit, cui loquẽdi munus cõmissum est, ac nonnullos spirituali gratia vberius pditos speculationeq; altiùs ꝓuectos esse æquo animo patitur. Turpe est profectò cùm in veste ac victus ratione nõ magnificentiã,sed vilitatẽ amplectaris,ac genuũ callo,& lachrymarũ fontib.ieiunijs itẽ & vigilijs,lectuliq; in terrã strati asperitate,laboribus que, atq; omni corporis macerationẽ & subactionẽ humilitatẽ infirmitatisq; tuæ sensum ostendas ac pte feras: in diuinis disputationib.principatum actyrannidẽ tibi vendicare,nec cuiq omnino falces submittere,ac supra oẽs legis doctores superciliũ attollere:vbi humilitas nõ solũ gloriã habet,verùm etiam securitatem. Quid igitur? interpellabit quispiã ex ijs, qui a- criori animo pditi sunt, an tu hac oratione nobis,ne de Deo loquamur,interdicis? & quidnã ore versabimus?aut quo loco illud ponemus, Semp laus eius in ore meo: &,Benedicã Dominũ in omni tempore:& Veritatẽ meditabitur guttur meum: &,Ecce labia mea non ꝓhibebo,aliaq; in eandẽ sententiam meditata ac definita testimonia ꝓducet.Cui leniter ac sine animi acerbitate,vt hinc quoq; animi moderationẽ doceamus,occurendum est,Nõ ad silentium te hortor, vir sapientiss. sed à ptinacitate deterrere studeo:nec reuerentiam pmere atq; occultare iubeo, sed ne pter legẽ doceas,veto.Nam & ipse vel primus inter nomẽ profiteor, qui sapientiã & doctrinã laudib: efferũt,atq; in diuinis sermonib.sacrisq; studijs tẽpus cõterunt, aut certè conterere cupiunt:ac Deus faxit,ne quid vnq huic occupationi puertendum ducã,ne ab ipsa Sapientia miser & infelix pronuncier, vt sapientiam & eruditionẽ aspernans.Interim tamen excessum vitio,cupiditatemq; inexplebilẽ coercendo animoq; ita sum affectus,vt si mihi vtrumque vitiũ fugere ac mediocritatẽ assequi nõ liceat, ignauus esse malim q curiosus, ac nimis timidus,q nimis audax & temerarius.At tu idem omnino mihi facere videris, ac si me immoderatis cibis tibi interdicentẽ eo nomine accusares, quasi omni in vniuersum alimento tibi abstinendum esse pscriberem,aut ad castè pudiciq; cernendum hortantẽ perinde criminaris,quasi cœcitatẽ laudib. efferrem. Sed tibi sermo prudentiæ,inquit ille, respondet,nec quisq prohibebit:sin minus,breue vinculum labijs tui. Quãto cõmodi? hoc in eos,qui ad docendum prõpti ac parati sunt,adhiberi queat.Si tibi tempus est,dice:sin minus, reuincta lingua aures solutas. Meditare tu quidẽ, atq; animo versare in reb.diuinis:cæterùm intra fines te continens, Loquere tu quidem ea quæ sunt spiritus,ac, si fieri potest, ne aliud quidem quicquam loquere, immò etiam crebriùs loquere quàm spititum ducas(præclarum enim ac diuinum est diuinarum rerum commemoratione ad Dei amorem assiduè extimulari) sed ita vt ea, quæ tibi imperata sunt,cogites.Ne Patris naturam anxiè inquiras,Filij vnigeniti generationem,atque, vt ita dicam,essentiationem, Sp.sancti gloriam & virtutem, vnam inquam & eandem in tribus personis diuinitatem & claritatem, indiuiduam illã naturam,& confessionem & gloriã,spemq; hominum fide preditorũ. Verba ea quib. simul cũ lacte enutritus es mordicus retine,sermonis autẽ & disputationis curam

eruditiorib. manda. Satis superq; tibi est fundamentum habere: su pstruat architectus.Sufficit tibi cor panefulcire: obsonia copiosis & locupletib. relinq;. Nemo sanus ac prudens te accusabit, si profuso ac splendido apparatu cœnã nõ instruxeris: verùm si vel Christi discipulo aut cuipiã alij panem nõ apposueris,aut aquæ poculum nõ porrexeris,cum id tibi p facultates tuas liceat,tum demum iure ac merito cõdemnaberis.Noli celer esse in verbis,ad monet Sapientia,nec egestate pressus cum locuplete te cõpara nec sapientib. sapienti or esse affecta. Sapientiæ quoq; genus est se ipsum nosse, ac nõ immodicè efferri, eodemq; modo,quo voces,affici,quæ si vehementius cõtendantur, ꝓpter immoderationem penit⁹ deficiunt. Præstat cùm doctrina instructus sis, ꝓpter animi æquitatem facilitatemq; consultò cedere, q cùm eruditione careas, p insolentiã ac temeritatem alti⁹ efferri.Celeritas tua vsq; ad fidei cõfessionem ꝓgrediatur,quãdo ea absque exacta fuerit:vltra eã autem,meticulosi orem te esse velim. Nã vt illic tarditas,ita hic festinatio piculosa est.Quid autem est q̃obrem graue & intolerandum putes, si nõ in omni disputatione domineris, atq; in omni quæstione & ꝓblemate primariã sedem obtineas:verùm alij te vel doctiores,vel audaciores inueniantur? Deo gratiæ habeãtur,quòd vt eximia largitur,ita pcõmunia sãluti hominum cõsulere nouit. Atq; hoc miraculum non in doctrina tãtum ac disputationib. sed in ipsa quoq; mundi structura atq; opificio locum habere cõperies,si animum aduerteris. Neque eñ in reb.creatis excellentissima quæque nõnullorum duntaxat,sed omnium mortalium sunt,atq; ad vnum ademq; figmentum cõmunis Dei gratia patet: neq; in fidei ratione ea quę salutem afferunt,potentiorum sunt,sed volentium.quid pulchrius aere,igne,aqua,terra, pluuijs,fructib.sãtiuis iuxta atq; agrestib.tecto,indumẽtis? Atqui hæc sunt ciusmodi,vt omnes ea cõmuniter pcipiant, tametsi alij vberi⁹, alij parcius:nec quisq adeò violent⁹ & importunus est,vt cõmuni beneficio solus pfruatur.Deus eñ solem suum æquabiliter omnib.orriri facit,diuitib.ac pauperib. pluit: cõmunis diei noctisq; alternatio & vicissitudo,cõmune donum sanitas,cõmunis vitæ terminus,cõmunis quoq; mensura, corporis venust⁹, cõmunis sensuum vis & facultas. Ac fortasse hoc nomine meliori quoq; cõditione sunt pauperes, quòd pro his beneficijs vberiores Deo gratias agãt, iucundiusq; ipsi cõmunibus, q̃ potentiores su pfluis minimeq; ad vitã necessarijs fruãtur. Atq; hæc quidẽ cõmunia sunt,omnibusq; exposita,Deiq; iustitiã pspicuo argumẽto testãtur. At aurum & pellucidę ac deauratæ gemmæ, & vestes molles accuratiusque cõcinnatæ, & mensa ferculis intumescens,atq; homines furiosos efficiens, & su pfluæ facultates quæ dominos labore cõficiunt,paucorum hominum ornamenta sunt.Idem planè circa fidem animaduertere licet.Cõmunia sunt Lex prophetæ,Testamenta, Testamentorum oracula,gratia,institutio, mystica imitatio, Christi passiones,noua creatio, Apostoli, Euangelia,Spiritus distributio, fides,spes charitas,eaq; tum erga Deum, tũ ex Deo, nec ea ad mensuram data, quemadmodũ olim manna illud ingrato Israeli ac bene *Exod.16.* sicij immemori donatum,sed ad vnius cuiusq; volũtatem,spiritualis item progressus atq; ascensus & illuminatio, subobscura quidem hæc,quę in hac vita cõtingit, clarior autem illa magisq; perspicua,q̃ spe cõceptam habemus,deniq; quod maximum est,Patris & Filij & Sp. sancti agnitio atq; confessio , hoc est primarię nostræ spei. Quid his maius ac pstantius? quid rursus cõmunius magisq; omnibus prõptum & obuium? At quæ vltra hæc sunt, tametsi raritate su piora sint, tamen necessitate cedunt,ac posteriora habenda sunt. Nã quæ eã rationem habent,vt ijs remotis atq; sublatis Christiani nomen obtinere nequeam⁹,hæc ꝓfectò vtilitate ijs ꝓferenda sunt, quæ tantum modò à paucis pcipi atq; cõprehendi possunt. Enimuero alius cõtemplationis opibus affluit,ac supra vulgus assurgit,& spiritualia spiritualibus cõparat *Prou.22.* *1.Cor.2.* atq; in cordis latitudine tripliciter describit(nimirum & eã doctrinã, quæ omnes ædificet,& eã quę multos,& eã quæ nõ omnes nec multos, sed paucos duntaxat) nec pauperẽ esse sustinet,verùm in altissima atq; abstrusissima quæque penetrat. Ascendat verò ille,ac deducatur,atque à mente fera *Psal.130.* tur,vel ad tertium vsq; cœlum, si ita libe- *2.Cor.12.* at, quemadmodum Paulo antè contingit: cæterùm cum ratione & scientia, ne propter animi elationem cadat, pennisq; propter volatus sublimitatem liquefactis miserè corruat. Quid enim ob laudabilem ascensum cuiquam inuidia cõflatur? Quæ rursus fœdior prolapsio, quàm eius hominis,qui animi elatione transfixus est nec humani ascensus, humilitatem intelligit , quantumque adhuc à vero fastigio absit,qui mortales omnes sublimitate antecedit. Alius contrà tenui ingenio est,& lingua tard⁹ & pauꝑ, nec verborum flexus & captiones nouit, nec sapientum ænigmata,s nec Pyrrhonis disputationes aut as-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pyrrho. Chrysipp. Aristot. Platonicæ præstigiæ.

aut assensus retentiones, aut oppositiones nec syllogismorũ Chrysippi solutiones, aut artiũ Aristotelis paruum artificium, aut Platonis eloquentiæ prestigias, qui velut Aegyptiacæ quædã plagæ in Ecclesiã nostrã perniciosè irrepserunt. At hic quoque habet, vnde salutem consequatur: quibus tandem verbis? Omirificas diuinæ gratiæ opes. Nihil, inquit, tibi necesse est in cœlũ ascendere, vt Christũ illinc trahas, nec in abyssum descẽdere vt hinc eũ à mortuis excites, nimirũ vel primã ipsius naturam curiosius inuestigans, vel postremam carnis assumptæ dispensationẽ. Prope te, inquit, verbũ est: Mens & lingua thesaurum hunc habent, illa videlicet credendo, hęc cõfitendo. Quid his diuitijs cõtrãctius? quid hoc beneficio facilius magisq; expromptũ? Confitere Iesum Christum, eumq; à morte ad vitã reuocatũ crede, & salute donaberis. Etẽ iustitia quidẽ est, vel solũ credere: at plena numerisq; omnibus absoluta salus in eo sita est, vt eriã cõsiteamur, ac cognitioni professionẽ dicendiq; libertatẽ adiungamus. Tu maius aliquid salute quæris, nẽpe alterius vitæ gloriam & splendorẽ: mihi verò salutẽ consequi maximũ est, & futuras pœnas effugere. Tu viã nouam & inaccessam ingrederis: ego tritã atq; calcatam, & qua multi ad salutẽ peruenerunt. Nihil fide nostra, fratres, iniquius fingi posset, si in eruditos tãtùm dicendiq; facultate ac logicis demonstrationibus excellentes caderet, populariter autẽ multitudo vt auro & argento aliisq; omnibus reb. quę hîc pleriq; magna & pclara existimant, auidissimeq; expetunt, sic hac quoq; frustraretur, ac deus id, quod altum & excelsum est, nec nisi paucis patet, gratũ acceptumq; haberet, cõtrà quòd ꝓpinquius est, nec vulgi captũ superat, aspernaretur ac reijceret. Nam ne moderatores quidẽ homines mihi facturi videntur vt nõ quales ipsis haberi honores possunt, exigãt, sed excellẽtibus tantum eximijsq; delectentur, nedũ Deus: cui, cũ multis nominib. admirabilis nobis & suspiciendus occurrat, nihil tamen tã propriũ est, q̃ omnes beneficijs ornare. Vsitata ne spernas, nouitatẽ ne aucuperis, vt nominis splẽdorẽ tibi apud vulgus cõcilies. Erudiat te cõsilio Solomon: Melior est, inquit, exigua pars cum securitate, q̃ magna cum infirmitate & incertitudine. Et, Melior est pauper ambulans in simplicitate sua (nã insignis quoq; & erudita est hæc parœmia) & pauper in sermone & scientia, qui simplicicibus verbis innitẽs, atq; in illis tanq in parua & tenui rate salutẽ assequitur, q̃ fatuus labijsq; peruersus, qui disputationib. atq;

Crede ad iustitiam, cõfitere ad salutem.

Rom. 10.

Nil iniquius fide nostra si tãtũ caderet in eruditos.

argumentis ineptè cõfidit, qui Christi crucẽ, rem omni sermone superiorẽ, ꝓ sermonum disputationumq; facultatẽ atq; peritiam euacuat, vbi ꝓbationis & argumẽtorum infirmitas veritatẽ imminuit & labefactat. Quid in cœlum pedes humilisq; aspicis? quid turrim ædificare paras, iis reb. carẽs, quę ad extructionẽ perfectionemq; requiruntur? Quid ipse quoq; manibus admetiris, & cœlum psalmo, terramq; oẽm pugillo, elemẽta magna atq; eiusmodi, vt à solo Creatore definiri ac mensura cõprehẽdi posint? Primũ teipsum cognosce: q̃ in manib. sunt intellectu assequere, quis is quo modo effictus, & ita cõpositus, vtrum go Dei sis, & deteriori astrictus. Quid illud sit, quod tibi motum attulit, quæ in tui opificio sapientia, quod naturę arcanum, quo modo loco circunscribaris, ac mens interim nõ terminẽ, sed in eodem manens omnia plustret ac puagetur, quo modo tãtillus oculus tã longè puadat ꝓtendatur, vtrum quòd rem ipsam admittat, an potius quod ad eã transeat, quo modo idẽ moueat ac moueatur, solaq; voluntate gubernetur, quæ motus quies, quæ sensuum partitio, quomodo mens eorum opera cum externis versetur, atq; externa admittat, quo modo formas recipiat quæ receptarum sit ratio & cõseruatio memoria quædã sit rei elapsæ receptio, potius reminiscentia, quo modo sermonis fœtus sit, atq; in alia mente seremẽ procreet, quo modo sermoni cogitatio transfundatur, quo modo corpus ꝓanimã nutriatur, quomodo anima ꝓ corpus actuum particeps sit, quo modo eã timor cõtrahat, ꝓfidentia soluat, mœror cõfringat, lætitia diffundat, liuor cõficiat, superbia efferat, spes erigat, quo modo ira, audia furore, pudor rubore afficiat, partim ebulliente sanguine, partim recedẽte, quo modo pturbationum animi signa corporib. imprimantur, quę rationis ꝓfectura, quo modo hæc omnia regat & moderetur affectuumq; impetus leniat atq; tranquillet, quomodo à sanguine & inhalatione quod corpore vacat, teneatur, quo modo horum defectus aiæ dissessio sit. Hæc aut horum aliquid, ô homo, cognitione assequere. (Nondum eñ cœli naturã aut motum, nec siderum ordinem, nec elementorum ꝓmixtionem, nec animãtium diuersitatem, nec cœlestium corporum submissiones aut superiores, situs atq; omnia in quę verbum vniuersitatis opifex distribuit, nec deniq; prouidentiæ gubernatrisq; rationes deniq; prouidentiæ gubernatrisq; rationes (quas omnes cõmemoro) hæc inq̃ prius assequere, ac ne tum dicã aude, verùm time ad sublimiora viresq; tuas magis excedentia con-

Quid Deo maximè ꝓprium. Prouer. 15. 16. 18. 19.

Pauper in sermone & scientia tã quam in tenui rate saluatur. Luc. 14.

scendere. Ac profectò diuturna de rebus maximis contendendi exercitatione & cõsuetudine efficitur, vt omnis disputatio rixarũ & iurgiorum ambitionisq; plena sit. Proinde nobis curæ esse debet, vt quẽadmodum in prima institutione puerorum animos formamus, vt insequentis ætatis improbitatem nequitiamq; fugiant: ita nos quoq; ne in leuib. quidẽ paruicque momẽti disputationib. temeritatis ineptiæ; specimẽ edamus, ne ea tandẽ diuturna cõsuetudine in maiorib. abutamur. Minoris eñ laboris est in ipsis principijs impbitati nõ cedere atq; accedentẽ fugere, q̃ progredientẽ altiusq; grassantem excidere ac profligare: nõ secus ac petrã initio firmare & retinere, q̃ ruentem sursum retrahere. Quòd si tã immodica & inexplebili disputandi cupiditate flagras, nec morbum sistere ac reprimere potes, hæc meditare, in his esto: ambitionem istam in ijs rebus, à quibus periculi nihil impendet, effunde. Quòd si hoc repudias, nec linguam fræno coercere, animiq; impetum frangere ac cõprimere potes, sed tibi furere atque insanire certum est, angelisq; minimè cedere, nisi tamẽ ijs quoq; cognitionis modus est constitutus altiusq; omnino assurgere, q̃ ex vtilitate tua sit: at illud saltem tibi impera, vt fratrem non condemnes, nec timiditati impietatis nomen imponas, nec temerè reprehendas, aut pro doplorato habeas, tu inquam qui æquitatẽ animiq; moderationẽ profiteris. Quin potius hîc humilitatis argumentũ ꝑbe, dum licet: hîc nullo tuo detrimẽto fratrẽ tibi antepone, vbi condẽnare atq; conteñere nihil aliud est, q̃ à Christo ac sola spe eijcere, atq; exẽbare, occultumq; triticum, & quidẽ tritici cum fortasse tu præstantius vnà cum ziznijs extirpare. Hanc rationem tene, vt partẽ, non vt hostis, nec vt durus & rigidus medicus, nec vt sectionibus tantùm & cauterijs aduersus morbũ sciens grassari: partim teipsum accusẽs, infirmitatisq; tuæ tibi conscius sis. Quid eñ, si lippiẽtibus oculis aut alio quodã morbo laborantibus obscurum solem aspicias? Quid si omnia verti ac sursum deorsumque ferri putes, ipse nauſea correptus, aut vino obrutus, ignorantiamq; tuã alijs attribuas? Multum diuque antè versandus atq; cõtorquendus est animus, multa ferenda, q̃ vt alium impietatis damnemus. Non idem est stirpẽ euellere, aut breuem quendã & caducum florẽ atq; hominem excidere. Imago Dei es? & imaginem quoq; Dei alloqueris: iudiciũ quoq; subibis, qui iudicas, & quidem alienum seruum iudicas, & quem alius modo

Assidua de rebus maximis cõtendendi exercitatio.

Principijs obstandum.

Matt. 13. Conuellitur zizania dum triticum eruitur.

Matt. 7. Rom. 14.

rator. Sic fratrẽ explora, quasi ipse ad eandem mensuram expẽdendus. Quocirca ne citò ac temerè membrum seces ac proijcias, cùm incertum sit, an per hoc partes sanæ perniciem aliquam contracturæ sint. Verùm argue, increpa, obsecra. Habes medicinæ regulam: Christi discipulus es, mitis & humani, infirmitatesq; nostras portantis. Si primùm obluctetur, leniter expecta: si secundò, ne animum despondeas: nondum enim curationis tempus effluxit si tertiò, benignum illum & humanitate præditum agricolam imitare, dominum adhuc precare ne infructuosam & inutilem ficum excidat, atque odio habeat, virum conuertat & curet, & stercus injiciat, hoc est eam correctionem, quæ peccati cõfessione, & manifesta pudefactione, atque ignominiosiori vitæ ratione cõstat. Quis scit, an mutabitur, ac fructum feret, Iesum que à Bethania redeuntẽ alet? Tu qui spirituali illo vnguento arte vnguentaria confecto delibut⁹ es, fraterni fœtoris nõnihil pser, siue ver⁹ sit fœtor ille, siue ita tibi videatur: vt ipsi vicissim boni tui odoris aliquid impertias. Viperæ virus non est malitia, vt si mulatq; ictus fueris, dolorib. crucieris, aut etiam intereas, ob eamq; causam tibi bestiam fugienti vel interimenti venia parata sit. Verùm si quidem à te fieri potest, eum quoq; morbo libera: sin hoc non licet, ipse certè ita demum in tuto versãberis, si improbitatis illius particeps nequaq̃ factus fueris. Insuauis quidã odor est illius morbus, quem fortasse fragrantia tua vincet atq; depellet. Libenter verò huiusmodi quiddam conserui & cognati tui causa susciperes, quale Paulus ille zelo & æmulatione flagrans propter commiserationẽ non modò cogitare, sed etiã dicere ausus est, nimirũ vt, si fieri posset, Israel in ipsius locum subrogatus ad Christum introduceretur: cùm quippe sola plerunq; suspicione impulsus fratre ab Ecclesia ꝓcidas, & quem benignitate & lenitate lucratus fuisses, eum temeritate perdas, membrũ tuum, ꝓ quo Christus mortẽ oppetijt. Proinde si firmus ac robustus es, ait Paulus de cibis differens, ac doctrina fideiq; firmitate & alacritate subnixus cõfidis: at fratrẽ quoq; vt ædifices, cura. Noli cibo tuo cum, quem Christus cõmuni passione honestauit, euertere. Etsi enim res diuersa est, consilij tamen admonitionisque ratio peræq; vtilis est. Ac profectò legis quoq; edicto apud nos cautum esse oportebat, ⁶ vt quemadmodum olim apud sapientes Hæbræos à quibusdã scripturæ sacræ literis iuuenes arcebantur, vtpote tenerioribus adhuc & infirmioribus animis

2. Tim. 4. Matt. 11. 1. Pet. 2.

Luc. 13.

Viperæ virus.

Rom. 9.

Rom. 14.

Qui sint arcẽdi à lectione sacrorũ librorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obfuturis,eodē quoq; modo nō qbuſlibet, nec ſemper, ſed certo tēpore, ac certis hominib⁹ de fide diſputādi poteſtas fieret,ijs nimirum,qui nec animo ſunt omnino tardo & ignauo,nec rurſum nimiū inexpleb biles & ambitioſi,atque impietatis ſtudio ſeruentiores,quàm par ſit.atq; hi quidem illic collocarentur, vbi nec ſibiipſis noxij nec alijs pernicioſi eſſent:ijs autem quiin diſputationibus modeſti,ac verè compoſiti & moderati eſſent, libera diſputandi facultas daretur:promiſcua vero multitudo ab via morbo loquacitatis hac tempeſtate vigentis abducta atq; auerſa ad aliud virtutis genus minus periculoſum traduceretur,vbi & ſegnities & ſocordia minus pnicioſa futura eſſet,& acrius atq; immoderatius ſtudium pietatis laudem haberet.Etenim ſi,vt vnus Dominus,vna fides vnum baptiſma,vnus Deus & Pater omnium & p omnia & in omnibus,ita vna quedam eſſet per diſputationem & ſpeculationem ad ſalutem via,vt q ab ea exciderent, tota quoq; via aberrarent, atq; à Deo,ac ſpe ſalutis æternę præcipites eijcerentī:nullum ſanè conſilium hoc periculoſius aut ipſe aſſerre,aut vos accipere ac ſequi poſſe tis.At ſi,vt in reb.humanis multa &diuerſa ſunt vitarū genera & inſtituta,alia maiora,alia minora,alia illuſtriora,alia obſcuriora: ſic in diuinis quoq; non vna eſt ſalutis ratio,nec vna virtutis via,ſed plures:atq; huius peruulgati dicti atq; omnium linguis celebrati,nimirum, multas apud Deū māſiones eſſe, nulla alia cauſa adferri poteſt, quā quòd multæ ſint viæ ferentes, aliæ periculoſæ & inſignes,alię abiectæ ac tutæ:quæ tādem iſthęc mentis eſt,vt tutiorib. relictis adunā hāc nos conuertamus adeò lubricā atq; piculoſam,ac neſcio quò ferentem?An idem cibus omnib.congruet, ſed aliꝰ alij, prout eorum habitudinumq; corporis diuerſa ſit ratio:eadē aūt vita aut diſputatio cōducibilis omnib.erit?Hoc ipſe quidē non diuerim,nec dicentib.aſſentiar.Quare ſi cōſilio meo obſequamini, iuuenes & ſenes, bis præfecti & ſubditi,monachi & cōnem vitam amplexi,ſu puacaneas & inanes ambitiones valere iubebitis atq;id potius curabitis,vt p morū ꝓbitatem honeſtamq; vitæ rationem ac ſermones pertolo vacuos ad Deū accedentes ad alterius culi veritatem & contemplationē perueniatis,in Chriſto Ieſu Domino noſtro,cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Quibus facienda poteſtas diſputandi de fide.

Epiſt. 4.

Via ſalutis non vna.

SCHOLIA.

1. An maleuolentiā)Gr. μικροψυχίαν, qua tametſi pro animi puſillanimitate & abiectione accipiatur, tamen interdū vitiū illud ſignificat, quod eſt oppoſitum candori: maleuolentiā vocat Cic. & μικροψυχίαν etiam hic author nonnunq; pro hoc eſt, liuore infectum atq; aliena laude contabeſcentem. μικροψυχίαν etiam hic author nonnunq; pro tenacitate & ſordida parſimonia accipit, quem admodum μεγαλοψυχίαν pro liberalitate. μικροψυχίαν etiam Socrates, Baſilij & Baſilij ſimultatem vocat, vtpote ab animo parum excelſo & generoſo proficiſcentem. Orat in Baſil. Ibidemq; etiam de Baſilio loquēs, ὑπολάθοις ἂν τῆς μικροψυχίας ὡς ἴσωσι λύπην, vbi per μικροψυχίαν tertiū ſimultatis iniculos intelligit, tacitumq; exulcerati animi dolorem.

2. Ac diuidamur & incendamur)Olim,inquit,Chriſti gladius fidelem ab infideli ſcindebat, ac fidelium corruptas animi affectiones depaſcebatur. At nunc mutuæ concertationis gladio diuidimur, ac pofſeſſæ contentionis igne deflagramur.

3. Verum & multos Chriſtos) Ariani Chriſtum creatum aſſerebāt. Photinus à Maria ortum aſſerebat. habuiſſe contendebat. Marcelli porrò hoc dogma fuiſſe annotat Baſilius in Epiſtolis, ὁ τὸν πρόσκαιρον καὶ ἀπὸ μέρους ὑποστάντα καὶ ἀπὸ Μαρίας προελθόντα υἱὸν, hoc eſt, „Filium productum eſſe, ac rurſus in eum reuerſum ipſo à quo prodierat. Appollinaris porrò, vt eſt apud Ruffinum Eccleſ. Hiſt. lib 2. cap. 29. & Socratem lib. 2. hāc de re ſcribentem, non modò Chriſtum ſolum corpus accepiſſe affirmabat: poſtea autem euidentibus ſcripturæ locis conuictus, hoc ſe quidem eum animam dicebat, ſed non eam quæ rationis eſt particeps, ſed quæ corpus vnificat. Iam vero multi hæretici Chriſtum phantaſticum tantum corpus habuiſſe docuerunt. Fortaſſe etiam Valentinum & Baſilidem notat, quorum ille, vt eſt apud Theodorit, in epitom. diuini dogmat. alium Vnigenitū, alium λόγον, alium Chriſtum, alium teſum eſſe dicebat: hic aūt alium Vnigenitum, alium λόγον, alium ſapientiam. Eodē modo Macedonij ſequaces Sp. ſancto diuinitatem abrogarunt, atq; in creaturarum ordinem redegerunt. Alij ne creaturæ quidem nomen ipſi reliquerunt, ſed vim tantum & facultatem non item ſubſtantiam eſſe tradiderunt. De quibus vide infrà in Oratione de Sp. ſancto.

4. Libertate careat) Quis ſermo eſt, inquit D. Clemens lib. 8. Recognit. qui non recipit contradictionem? & quæ argumentatio, quæ non poſſit alia argumētatione ſubuerti? Simile eſt quod ait D. Hilar. I. de Trinit. Non eſt ambiguum omnem humani elogij ſermonem contradictioni obnoxium ſemper fuiſſe. quia ſit ſenſus animorum ſentientibus voluntatum motibus diſſentiens quoq; ſit ſenſus animorum.

1. Nec Pyrrhonis diſputationes) Pyrrho & Ariſto notam illam & peruulgatam ἀκαταληψίαν introduxerūt, qua quicquā omninò percipi, ac certò affirmari poſſe docuerunt. Ab ijs Scepticorū ſchola profluxit, tā ſtulta & ridicula, vt nō immeritò ab omnibus philoſophorū centurijs eorum ſententiam iampridē explosam fuiſſe tetigerit Cic. 1. Offic. Hunc Pyrrhonē quemadmodum & Chryſippū, philoſophorum omniū diſputandi arte & ſubtilitate facilē principē, falſiſſimè ridet Lucianus in dialogo, cui titulū fecit, Venditio vitarum.

6. Quemadmodum olim apud ſapientes Hebræos) Hieronymus in prologo, qui ſacris Bibliis præfixus habetur ſcribit principium & finē Ezechielis tantū obſcuritatibus inuoluta eſſe, vt apud Hebræos iſta partes cum exordio Geneſeos ante annos 30. non legantur.

GREGORII NAZIANZENI DE dogmate & ſtatu Epiſcoporum, Oratio.

ARGVMENTVM

THeologus eorum temeritatem & impudentiam notat, qui nec literarum ſacrarum cognitione inſtructi, nec vitæ ſanctimonia cōmendabiles, illotis, vt vt dicitur manibus, abſtruſiſſima quæq; fidei myſteria pertractabant, atque in diuinitatis ipſius aditum ſingulari quadam audacia penetrabant. Poſtea dogmate Trinitatis compendiosè explicato, ſententiam eorum confutat, qui Filium non genitum, ſed creatum aſſerebant.

VM linguæ morbū hac tempeſtate graſſantē conſpicio, ſapientesque diei vniꝰ mométo exortos, ac manuū impoſitione theologos factos, quibus ad ſapientiā comparandam ſatis ſuperq; eſſe videtur ſolā voluntatē afferre: philoſophiæ ſupremæ deſiderio teneor, ac iuxta Hieremiam, extremum quendā ſeceſſum requiro, mecumq; ipſe ſolus vitæ conſuetudinē habere concupiſco. Neque eū mihi quicq; cum eius hominis viuendi ratione comparandum videtur, qui clauſis compreſsiſq; ſenſibus, atq; extra carnem mundumq; poſitus, nihilq; rerum humanarū, niſi ſumma neceſsitate impellente contingens, ſecumq; ipſe & cum Deo cōmercium habēs, ſublimiorem ijs rebus, quæ aſpectu ſentiūtur, vitam traducit, ac diuinas rerum ſpecies & imagines puras ſemper atq; ab omnibus terrenis & errori obnoxijs formis ſecretas & immunes in ſe circunfert, velut puriſſimum quod dā ſpeculū Dei rerumq; diuinarū exiſtens, ſubindeq; effectus atq; ita ſe cōparat, vt obſcuriori lumine clariꝰ illuſtriusq; lumē accipiat, quousq; ad radiorū futuræ vitæ fontē tandē puenerit, ac ſolutis per veritatē ſpeculis beati finis cōpos extiterit. Vix porrò quiſquā, nec niſi qui vel diuturna philoſophia exactaq; diſciplina carnem frenauerit, animęq; nobilitatem & ſplendorem ab humilis & caliginoſi corporis contagione abruperit, vel diuinum numen erga ſe benignum propitiumq; ſenſerit, aut vtrumque horū habuerit, ac mentem quàm maxima cura & diligentia ad cœleſtium rerum aſpectum euexerit, vix, inq;, terrenam hanc molem deorſum trahentem ſuperauerit. Priuſquā autem eam, quantū fieri poteſt, ſuperaueri mus, auresque noſtras & mentis aciem ſatis repurgauerimus, nec animarum præſecturam accipere, nec ad diuinitatis doctrinam pertractandā accedere tutum exiſtimo. Ac ne me fortè timidiorem, quā par ſit, exiſtimetis, ſed conſilium potius noſtrum prudentiamq; comprobetis, vnde in hunc metum inductus fuerim, exponam. Primùm igitur ex ipſo Moſe audio, quo tempore illi oraculo Deus reſponſa dabat, quamuis ad montem multi accerſiti eſſent, inter quos Aaron etiam erat cum duobus filijs, ijſque ſacerdotibus, tamen cæteros omnes eminus adorare iuſſos eſſe. Moſem autem ſolum ad eum propius acceſsiſſe. Atque, vt idem aliquanto ſuperius narrat, alios quidem fulgura, tonitrua, tubarum clangor, & mons fumo circunfuſus, & horrendæ cōminationes, atq; ciuſmodi terrores in inferiori loco ſiſtebant, adeò vt ipſi præclarè ſecum agi arbitraren tur, quòd vel ſolam Dei vocem audirent, idque hac lege, vt ſummo prius ſtudio ſeipſos ab omni labe purgarent: at Moſes & aſcen-

Hieron. 9.

Nil preſtā tius ſapiente carne ſeiet ſenſibus, & extra carnem vniuerſi.

Quis turbō ſuſcipiat animarum curam.

Exod. 24.

Exod. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ascendit & nubē penetrat,& cum Deo cō greditur,& legem accipit,crassiorib.quidem literalem,sublimioribus autem,maioriq; q̄ pro vulgi captu, mentis acumine præditis spiritualem. Tum etiam illud, qd Heli sacerdoti,atq; aliquantò pōst Oze accidit,cognitum habeo:quorum alter sceleris etiam illius quod filij aduersus sacrificia committebant;pœnas soluit, idq; cùm eorum impietati non modo sauisset, sed grauissimis quoq;verbis eos hoc nomine sæpe obiurgasset:alter, quia arcam solùm à boue distractam contrectare ausus est, eam quidem incolumem illæsamque seruauit, cæterùm ipse extinctus est, Deo nimirum hoc animaduersionis exemplo arcæ suæ venerationem sartam rectamq; tuente. Quin illud quoq; mihi perspectū est,ne parietes quidem templi promiscuæ multitudini cōtingere licuisse,eaq; de causa parietes alios exterius constructos esse, nec sacrificia ipsa à quibus,aut aliquando, aut vbi non conueniebat consumi solita esse:ne dum vt cuius aut Sancta sanctorū adire,aut velamen,aut propiciatoriū, aut arcam denique adire vel spectare vel attingere liberum esset. Quæ cum ipse norim,illudque præterea neminem Deo magno,& sacrificio, & pontifice dignum esse,qui quidem prius Deo hostiam viuentem seipsum non exhibuerit, aut, vt rectius loquar, Dei viui templum sanctum ac viuum factus sit, qui tandem fieri possit,vt vel ipse impigrè cupideq; de Deo di spūtationem habere aggrediar, vel temere aggredientem probem? laudanda non est hæc cupiditas:periculosus ac metuendus hic conatus. Ac proinde purgari nos antè oportet,atq; ita deinde in illius, qui purus est,congressum &colloquium veniremne alioqui nobis idem quod Manue,accidat,ac Deum per imaginem conspicati dicamus,Perijmus mulier,Deum vidimꝰ, aut Petri instar Iesum à nauigio arceamꝰ tanquam huiusmodi aduentu minimè digni,aut deniq; vt Centurio ille,medicinā quidem expoſcamus,medicum autem nō admittamus. Dicat etiam quispiam nostrûm,quandiu Centurio est,vitijq; principatum inter multos tenet, adhucq; sub Cæsare,hoc est,mundi principe,atque eorum,qui humi prouoluūtur, imperatore stipendia facit,Non sum dignus,vt intres sub tectum meum.Cùm autem Iesum cōspexero,quamuis spirituali ætatate paruꝰ, vt ille Zachæus, ac super sycomorum euectus fuero, mortificatis nimirum membris,quæ sunt super terram,corporeq; humilitatis extenuato & tabefacto:tum verò & Iesum excipiam,& audiam, Hodie, salus huic domui:& salutem adipiscar,& profectiora illa officia curabo atq; exequar, præclarè spargens, quæ scelerate collegeram,siue pecunias, siue fidei dogmata. Quoniam autem sermone Theologum repurgauimus:age iam de Deo breuiter differamus,ipsius Patris Filijq; & sancti Spiritus de quibus verba facturi sumus auxilio freti atq; subnixi. Optarim autem me eodem modo affici,quo Solomonem affectum fuisse constat,hoc est, vt de Deo nihil ex meipso cogitem nec loquar. Nam cùm his verbis vtitur, Stultissimus sum omnium hominum,nec prudentiā hominis mihi est: non eò scilicet hæc dicit,q̄ sibijpsi imprudentiæ & stuporis conscius sit (quo etenim modo ei prudentia deesset,qui eam præ alijs omnibus rebus à Deo postulauit,atq; accepit sapientiam,& speculationem, & cordis latitudinem arenā maris vberiorem, atq; copiosorem?) Quid igitur,vt vir vsq; adeò sapiens atq; huiusmodi beneficium consecutus stultissimum se dicat? Hoc vult nimirum, propriam se nullam prudentiam habere, sed diuina & perfectiori sapientia affari. Quidem & Paulus cùm aiebat, Viuo autem non iam ego,viuit autem in me Christus, non vtique de seipso tanquam de mortuo loquebatur, sed tanquam præstantiorem quàm vulgus mortalium soleat, virum agente:vtpote qui veræ vitæ nullos finis sine circunscriptæ particeps esset. Patrem igitur & Filium & Sp.sanctum adoremus,tres quidem personas distinguentes, diuinitatem autem vnientes, neq; in vnum tria contrahimus, ne in Sabellij morbum prolabamur:aut rursùs in eria & uersa & aliena separamus,ne in Arij furorem & amentiam incidamus. Quid enim necesse est,vt velut plantam in alterā partem propēdentem ad alteram partem pravim inflectamus,peruersioneq; peruersionem corrigere moliamur, ac non potius eam ad medium dirigentes, intra pietatis fideiq; orthodoxæ fines consistamus? Porrò cùm mediocritatē dico, veritatē dicō q̄ sola nobis ad intuendū proposita esse debet. Repudiamus itaq; & vitiosam contractionē & hac absurdiorem diuisionem vel ob multitudinis deorum metum in vnam personam contracta diuinitatis relatio nuda nobis & inania nomina reliquat,vnum videlicet eundemque esse Patrem ac Filium & Sp.sanctum existimantibus,ac non magis hæc omnia vnumq; vnumquodq; nihil esse statuentibus(desinerint enim id esse quod sunt inter se mutuò transeuntia & migrantia) vel rursus in tres,aut externas & dispares atque distractas naturas separata,vt censebat Arius recte cognomentum furiosi consecutus,aut originis expertes & inordinatas, diuinitatis;vt sic loquar,contrarias,partim in Iudaicam quandam parcitatem concludatur,si Ingenito solo diuinitatem circunscribamus, partim in oppositum quidem non minus tamen pernicioſum malum,prouoluatur,si tria principia tresq; deos constituerimus,quod superiori etiam errore absurdius est. Atqui nec quosdam ita Patris amantes esse oportet, vt illi Patris nomen adimant (cuius enim pater fuerit, si Filius ab eo naturâ alienus esse dicatur, atque vnâ cum reliquis creaturis subnoueatur?)nec rursus ita Christi amantes, vt ne filij quidem nomen ei integrum seruent (cuius enim quæso filius fuerit,nisi ad patrem tanquam ad authorem referatur?) nec deniq; Patri authoritatis prærogatiuam imminuere, quam vt pater & genitor habet: paruorum etenim certè indignorumque author fuerit, si diuinitatis author non sit, eius inquam, quæ in Filio & Sp.sancto consideratur. Quandoquidem & vnus Deus retinendus est, & tres hypostases siue personę confitendę,& quidem vnaquæque cum sua proprietate. Porrò hac ratione, mea quidem sententia, vnus neus retinebitur,si ad vnum authorem filium & Sp.sanctum referamus,non autem componamus nec commisceamus: & si vnam atque eandem diuinitatis, vt ita loquar,motionem & voluntatē essentiæq; identitatem intelligamus. Tres aūt personas ita tenebimus, si nulla commixtio aut resolutio aut confusio excogitetur ne alioqui vniuersum per eos euertatur, qui impensius, quàm par sit,vnitatem extollunt. Postremò ita nobis proprietatū ratio constabit,si Patrem quidem ²& principij expertem,& principium cogitemus, ac prædicemus(principium autem vt causam & vt fontem lumenq; sempiternum) Filium autem minimè quidem principij expertem,cæterùm omnium rerum principium asseramus. principiū autem cùm dico,cauendum tibi est, ne tempus interseras,aut inter genitorem & genitum medium aliquid constituas, ac per temporis spatium inter coæterna & connexa malè interiectum,naturam diuidas. Etenim si tempus Filio est antiquius, illius procul dubio primus Pater causa fuerit, necesse est.Quod si ita est,quo tandem modo tempora factor erit,qui tempori subest? Quo item modo dominus omnium,quem tempus præcesserit,eiq; dominetur? Principium igitur nescit Pater: nec enim aliunde,nec à seipso originem habet. At Filius, si quidem vt causam Patrem accipias, nequaq̄ principio caret: principium enim Filij Pater est,vt causa:sin de tempore principium intellexeris, principij quoq; omnis est expers. Neq; enim tempori dominus temporū subiectus est. Quòd si,quia corpora tempori subiacent, idcircò Filiū quoq; tempori subesse censes,rei incorporeæ corpus attribues: & si quoniam ea quę apud nos gignuntur, priusq̄ efficerentur non essent, ideo Filium quoq; necessariò ex non existentibus in rerum naturam prodijsse contendis: incomparabilia cōparas,Deum & hominem,corpus & id qd corpore vacat.Ergo & patietur, & dissoluetur,atq; interibit, quemadmodū & corpora.Tu quidem idcircò Deum ita generari censes,q̄ corpora ita generentur: ego verò ob id non ita gigni affirmo, q̄ ea sit corporum gignendorum ratio. Quorum enim natura diuersa est,horū dispar quoque generandi modus. Nisi verò eum in omnibus alijs quoq; rebus corporeæ materiæ seruire contendas,hoc est, vt patiatur & mœrore contrahatur & fame ac siti laboret,omnes deniq; eas affectiones subeat, quibus vel corporis, vel coniunctim vtriusq;partis natura subiecta est.Quæ si in oratione de Deo instituta hæc ita absurda sunt, vt ab his animus tuus abhorreat,ne generationē quidē aliter q̄ vt diuinā admittito. Verùm si generatꝰ est,inquis,quo modo generatꝰ est?respondemihi arguta-tor acute & inuictē:Si creatꝰ est,quomodo creatꝰ est?ac deinde, quo modo generatus sit,ex me scilcitare, si passionē circa generationē esse dixeris: itidē ipse quoq; circa creationem passionem esse regeram. An non enim passionis rationem habet informatio & cura,& rei subitò cogitatæ in partes explicatio? Tempus,inquies,circa generationem:in tempore quoq; sunt quæ creantur. Locus illic:hic quoq; locus. Generatio nonnunquam spem fallit:& in creatione quoq; spe nostra frustramur(hæc ex vestra disputatione intellexi) nam quæ mēs velut primis lineis deformauit,ea plerunque manus perficere atque absoluere non potuit. At enim,dices,verbo & voluntate omnia condidit. Ipse enim dixit & facta sunt,ipse mandauit & creata sunt. Atqui cùm ais omnia verbo Dei creata fuisse nō humanam creationem inducis: nec enim quisquam nostrum,ea quæ fiunt, verbo efficit.nihil etenim nobis illustrius esset ac præstantius,minusq; laboriosum,si sermonis facultate opus efficere possemus.Quare etsi Deus ea, quæ creantur, verbo creat: nequaquam tamen humana est eius creandi ratio.Aut enim hominem quoq; sermone

Universidad de Deusto
Biblioteca

nè aliquid efficientem ostende: aut mihi concede Deum non humano more procreare. Quòd si secus existimas, age aio & voluntate ciuitatẽ describe, & statim ciuitas repsentetur: expete tibi filiũ nasci, & ptinus tibi puer sistatur: expete aliud quidpiã eorum q̃ actione comparanẽ, & confestim in opus voluntas prodeat. Quòd si nihil horum voluntatẽ nostrã sequitẽ, Dei aũt voluntas cum actione coniuncta est: pspicuum vtiq; est, alio modo hoiem creare, alio aũt rerum omniũ creatorẽ Deum. Quæ igitur est hęc ratio, vt cùm deus alio q̃ humano more creet, humano tñ more gignere cogatur? Tu quidẽ, cùm prius nõ esses, deinde factus es, postea gignis: ac proinde q̃ non erant, in rerum naturã producis, aut, vt abstrusius aliquid dicam, fortasse ne ipse quidẽ ex non existentibus producis. quandoquidẽ & Leui, vt ille ait, adhuc in lumbis patris erat, anteq̃ in lucem prodiret. Nec verò quisq̃ hãc orationẽ calumniando insectetur: nõ em̃ ex Patre ita Filiũ existere dico, quasi in Patre prius quidem fuerit, postea autẽ in rerum naturã ingressus fuerit. Neq; em̃ imperfectum prius, ac postea pfectum dico, quẽadmodum fert lex nostræ generationis atq; natiuitatis.

Dei voluntas cum actione coniuncta.

Hebr. 7.

Hęc sunt eorum, q̃ obtrectatione & calumnijs gaudent, qui oĩa q̃ dicuntur promptè cupideq̃; vrgent, atq; insultãdo premunt. Nos autem non ita sentimus, nõ ita existimamus ac tradimus: verùm hæc docemus & profitemur, q̃ simul atq; Pater ingenitè erat (semper autẽ erat: nec em̃ eum aliquãdo nõ fuisse cõcipit mens nostra quantumuis se altissimè efferat) & Filius quoq; genitè erat. Ita concurrit essentia Patris cum Vnigeniti generatione: qui ex ipso quidem est, cæterùm non post ipsum, aut saltem sola principij cogitatione. Principium autem hic pro causa accipio. Identidem enim eadem verba repeto: vt hebetudini animi crasitieiq; occurram. Quòd si tibi curiosius exquirendam non putas Filij siue generationẽ dicere conuenit, siue subsistẽtiam, siue qd̃aliud vocabulum magis proprium atq; appositum cuipiam in mentem venit (linguam enim meam superat id, quod cogito ac dico) ne Spiritus quidem sancti processionem curiosius inquire. Mihi audire satis est, q̃ Filius est, & quod ex Patre: tum quòd ille Pater est, hic Filius: nihil præterea inuestigandum anxieq̃; perscrutandum mihi duco: ne mihi idem, quod vocibus, accidat, quæ immodica contentione & erectione omninò collabuntur, aut idem quod oculis aduersos solis radios intuentibus. Nam quò quis ampliùs & accuratiùs videre tentauerit, eò grauiùs oculorum sensum labefactabit, ac ꝓpter immoderatum aspectum etiam vtcunque cernendi facultatem amittet, sole nimirum oculorum aciem superante, si totum eum perspicere voluerit, ac non quantum tutò cernere licet.

Pater ingenitè erat, filius genitè simul erant.

Audis generationem: modum ne curiosius inquiras. Audis Spiritum ex Patre procedere: id quo modo fiat, ne sollicitè perscruteris. Quòd si in Filij generatione & Spiritus processione peruestiganda animum occupare constituisti: ego quoque pari curiositate tuam animæ corporisque coniunctionem & temperamentum inquiram: quo modo puluis es, & Dei imago: Quid est, quod te mouet: aut, quid est, quod motu cieatur: Quo modo idem mouet & mouetur: Quo modo sensus in eodem manet, & externa attrahit: Quo modo mens in te manet, & in alia mentis fermonem gignit: Quo modo cogitatio fermoni impartitur. Nondum maiora persequero. Quæ cœli conuersio: Quis siderum motus, aut ordo, aut modus: Quæ coniunctio aut distantia: Qui maris termini: Vnde venti profluant: Vnde partium anni reuolutiones, aut pluuiarum effusiones. Si nihil horum intellectu percepisti, ô homo (percipies autem fortasse aliquando, cùm perfectionem consecutus fueris. Verùm debo enim, inquit ille, cœlos operum tuorum: vt suspicari possimus ea, quæ nunc cernimus, non veritatem ipsam esse, sed simulachra quædam veritatis: Si teipsum non nosti, quisquis es, qui de his rebus disputas, si hæc nondum intellectu comprehendisti, quorum speculator ipse testis est: quo tandem modo quid & quantus sit Deus, te certò tenere ac scire arbitraris? Magnæ profectò id stultitiæ est. Enimuerò si quid me audiendum putas, Theologum non maximè audacem, vt nonnulla iam percepisti, ita ea quæ supersunt, vt percipias roga precibusque contende. Ea parte, quæ in te manet, contentus esto: cætera in supernis thesauris recondita maneant. Per vitæ probitatem ascende: per purgationem eum, qui purus est, adipiscere. Vis Theologus aliquando fieri, ac diuinitate dignus? mandata serua, per Dei præcepta incede (Actio enim contemplationis fundamentum est) ex corpore operam animæ naua. An quisquam est mortalium, qui in eam sublimitatem efferri possit, vt ad Pauli gradum pueniat? At ille tamen videre se per speculum & ænigma dicit, tempusq; affore, quo facie ad faciem visurus sit. Sis tu licet alijs in disputãdo sublimior: at Deo haud dubiè inferior es. Sis licet alijs fortasse acutior & perspicacior: at certè tãtò veritate posterior eris, quantò essentia Dei essentiam tuã antecellit. Pollicitationẽ habemus fore, vt aliquando tantum cognoscamus, quantũ cogniti sumus. Si in hac vita fieri non potest, vt perfectam rerũ cognitionẽ assequamur, id quod restat, honora. Quid aũt illud est, quod in spe positũ habemus? Regnum cœlorũ procul dubio inges. Atqui illud nihil aliud esse existimo q̃ eius quod purissimũ & perfectissimum est, adeptionem. Perfectissima aũt rerum omniũ est Dei cognitio. Verùm eam partim teneamus ac possideamus: partim quãdiu in terra versamur, percipere studeamus: partim in futurũ ęuum reseruemus, vt hunc laboris industriæq; nostræ fructũ, ac velut fœnus habeam⁹ vt toto sanctæ Trinitatis lumine collustremur, ac cognoscamus, quæ & qualis & quãta sit, si ita loqui fas est, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

SCHOLIA.

1. *Corporeq̃; humilitatis extenuato)* Corpus hoc fragile & mortale à Paulo corpus humilitatis vocatur vt opponatur corpori glorioso, in quod iam nec calamitatibus nec morbis vllis, nec deniq; morti quicq̃ licebit. Porrò hic admonẽdum lectorẽ habeo, me refragante etiam vetustissimo exemplari, nedum impressis codicibus, αντὶ τῆ μωρώσας, legere μωρῶσαι: vt respõdeat verbis proximè præcedẽtibus, γυμνῶσαι τὸ μέγα τῆς ἀνθρωπότητος. quæ etiam à Paulo mutuatus est Theologus. Quis enim sensus fuerit, si dicamus, infatuare corpus humilitatis. Hoc enim significat τὸ μωρῶσαι.

2. Et principij expertẽ) Theologi Græci duas proprietates Patri tribuũt τὸ ἀναρχον, τὸ ἄγεννητον, quibus eum à Filio & Sp. sancto distinguunt. ἀναρχος autem hic non de tempore accipiunt, altoqui Filius & Sp. sanctus non minus ἀναρχος, ꝙ principij expertes sunt, quã Pater, sed de causa. Atque in hac significatione hoc vocabulum soli Patri conuenit, qui à nullo est, cùm Filius & Spiritus ex Patre sint, atque ad eum tanquam ad causam referantur. Per causam aũt Græci nihil aliud quàm originem ac velut essentiæ fontẽ intelligũt.

3. Si passionem circa generationẽ) Hilar. lib. aduersus Constantiũ iam defunctum, ita arguit antes Arianos inducit. Erat Deus quod est, Pater non erat, quia neq; ei filius. Nam si filius, necesse est vt & fœmina sit & colloquium fermonis, & coniunctio coniugalis verbi, & blandimentũ, & postremùm, ad generandũ natura lis machinula. O miseras aures meas, inquit Hilarius, quæ tam funestæ vocis sonum audierunt. Hæc de Deo & ab homine dici, & de Christo in Ecclesia prædicari.

GREGORII NAZIANZENI IN AEGYPTIORUM Episcoporum appulsum, Oratio.

ARGVMENTVM.

ORationem hanc ad Aegyptios Episcopos habuit, qui aduecto frumento plebem Constantinopolitanam in annonæ caritate leuauerant, eorumque pietatem, atque in orthodoxa fide tuenda ac prædicanda constantiam multis laudibus exornat. Tum diuinitatis doctrinam explicat atque Arianos sed præsertim Macedonianos insectatur acerrimè, firmissimis q̃ argumentis Sp. sancti diuinitatem, atque honoris æqualitatem asserit.

EOs qui ab Aegypto venerunt pro eo ac debeo salutabo atque alloquar (quandoquidẽ superata per zelum inuidia prõptè & alacriter conuenerunt) ab hac, inq̃ Aegypto, quam & amnis locupletem reddit, & terra pluens, religionisq̃; fines maris instar inundans & irrigans (vt eos quoq; nonnihil imiter, qui huiusmodi verborum elegantias & lepores consectantur) & diuitijs auget Christus meus, anteà qui dem ob Herodis nefariam puerorum obtruncationẽ in Aegyptum fugatus, nunc verò propter patrum erga filios amorem Aegypti facultatibus adiutus: Christus, in quã, nouus eorum, qui præclara fame corripiuntur, cibus, fruméti erogatio maior omni ea, quæ historiæ monimentis prodita est, fidemque apud mortales inuenit: panis, inq̃, ille de cœlo descendẽs, vitam quefinis omnis atq; interit⁹ expertẽ dans mũdo: de quo nunc mihi quoq; patrẽ audire videor dicentẽ, Ex Aegypto vocaui filium meum. A vobis enim ad oẽs homines

Matt. 2.

Iob. 6.

Osee. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

piæ atque orthodoxæ fidei sonus manauit tum sincerè creditæ, tum promulgatæ: ac vos omnium eorumque potissimum qui hoc tempore recta fide præditi sunt, excellentissimi dispensatores estis, quantum quidem ipse cognosco, qui huiusmodi cibi non modò sum amator, sed etiam submini-strator, nec ciuis solùm, sed etiam externus ac peregrinus. Vos enim vt corporeis cibis populos & vrbes alitis, quacunque se beneficentia vestra porrigit: ita spiritum non certam quandam plebem aut ciuitatem angustis finibus circunscriptas, quamlibet altè & excelsè de se sentiant, verum vniuersum propè terrarum orbem nutritis. Atque adeò non panis famem, aut aquæ sitim curatis, quibus nec premi admodum graue est, & ijsdem mederi facile: sed famen audiendi verbi Domini, quam & pati miserrimum, & curare hoc tempore perarduum & perdifficile: quoniam excreuit iniquitas, ac paucos reperio, qui verè ac bona fide huic fami medeantur. Talis enim uerò erat Ioseph, dispensator vester, ac proinde & noster, qui & pro eximia sua sapientia famem prospicere norat, & consilio ac prudentia cura re, pulchris nimirum & obesis bobus turpes & macie inediaque confectas sanans. Et quidem è duobus Ioseph vtrum intelligere volueris, siue ἀθανασίαν. i. [b] immortalitatis amatorem & effectorem & nomen ferentem, siue illius & in episcopatus sede, & doctrina, canicieque successorem, nouum, inquam, nostrum Petrum non minus virtute quàm nomine, à quibus is qui medius intercessit, excisus & cõminutus est: tametsi paulum ad huc languideque velut serpentis interciſi cauda palpitet. Quorum alter in bona & prouecta senectute post multas dimicationes & palæstras vita defunctus nunc res nostras, vt persuasissimum habeo, cœlitùs inspicit, ac virtutis causa laborantibus manum porrigit, eoque magis, quòd corporis vinculis liberatus est: alter ad eundem vitæ finem aut resolutionem post eadé certamina properat, & supernæ quidẽ vitæ iam propinquus est, cæterùm hactenus adhuc in carne versatur, vt rectæ doctrinæ postremùm succurrat, ac cum veriori viatico iter capessat. Horum vos alumni & fœtus estis, magnorum veritatis doctorum, & propugnatorum, & palmariorũ, quos nos vis tẽporis, nõ principis terror, nõ oratio, nõ inuidia, nõ metus, nõ accusator, nõ calũniator, nõ bellũ aptè inferẽs, nõ clãdestinas insidias struens, nõ in speciẽ noster, nõ alienus, non aurũ, hoc est, occultus tyrannus, per quẽ nunc multa furſum deorſumq; velut in talorũ ludo iactant, nõ verborũ illecebrę, nõ minę, nõ diuturna & repetita exilia (soli enim bonorũ proscriptioni in eos propter magnas illas diuitias, quæ in paupertate sitæ sunt, nihil licuit) nõ aliud quidpiã absentium aut præsentium aut in expectatione positorũ extulit, aut adducere potuit, vt deteriores fierent, ac Trinitatis quicquã proderent, diuinitateq; mulctarent. Immò contrà ex ipsis periculis vires maiores collegerũt, atq; acriori animorum contentione in pietatis studium & defensionẽ incubuerunt. Huiusmodi enim vim habet ærumna pro Christi nomine susceptæ, vt ardẽtiores amori faces subdat, vtrilq; animi magnitudine præstantibus ad sequentia certaminã quasi arrabonis cuiusdã vicem præbeat. Huiusmodi nunc Aegypte historias habes atq; miracula. 3 At tu antea Mendesios hircos laudibus efferebas, & Memphiticũ Apidem vitulũ præpinguẽ & corpulentũ, & Isidis sacra, & Osiridis lacerationem, & venerandũ tuum Serapidẽ lignum ob poëtarum commenta temporisq; vetustatem atq; adorantiũ væcordiã religiosè cultũ, velut incognitã quandã & cœlestẽ materiã, cęterũ materiã q̃libet mẽdacio auxiliũ feratur, ac q̃ his etiã fœdiora & obsœniora sunt, varia & multiplicia animaliũ quorundam & reptilium figmẽta: quæ quidem omnia superauit ac sustulit Christus Christique præcones, cum cæteri alij, qui sua quisque tempestate fuliferunt, tum hi etiã quos modò commemorauí à quibus, ô pclara iã & admiranda regio, magis nobilitaris q̃ omnes mortales ab omnibus in vnum coactis tã priscis quã recentibus historijs celebrẽtur. Quocirca te saluto atq; amplector, populorum optime Christiq; amantissime, ac pietatis studio flagrantissime, tuisq; p fectis & antistitibus digne (neq; em̃ maius quicq̃ quod dicã, occurrit, nec quo honorificẽtius vos excipiã.) Atq; etiam in hoc salutationis & exceptionis officio pauca admodũ lingua, plura animi agitatione complector. Populę mi, meũ enim nomino eũ qui eandẽ mecũ fidei sententiã doctrinamq; profitetur, eosdemq; patres & doctores habet, atq; eandem Trinitatẽ adorat. Populę mi, meus enim es, etiamsi hominibus inuidę, cęstro pcitis aliter videatur. Atq; vt grauiùs discrucientur, qui hoc morbo laborant, en dextras societatis offero eorum tot testib. visibilibus iuxtà atq; inuisibilibus, veteremq; calumniam noua benignitate propello. Populę mi, meus enim es & si maximũ minim⁹ vendico. Talis enim spiritus gratia est, fidei doctrina cõcordes honore æquat. Populę mi, meus enim es, etsi procul à me disiunctus, quoniam diuersitudines. Corpora etenim loco coniungũtur: animæ verò Spiritui conglutinantur. Populę mi, qui prius quidem pro Christo pati satagebat: nunc autem si cõsilio meo obsequaris, hoc curę habebis, vt neminẽ lędas, sed lædendi potestatem pro satis vberi lucro ducas, ac cultum Christo offerre existimes, vt in aduersis rebus patientiam ita nunc prosperè fluentibus clementiã animiq; facilitatem. Populę, ad quem bene ficijs ornandum accinctus est Deus, quem admodum ad malè mulctandos aduersarios. Populę, quem Deus sibi elegit ex omnibus quos aduocauit. Populę, in manibus Domini depicte, cui, Tu enim es voluntas mea, dicit Dominus: & Portæ tuæ sculptura, & quæcunq; ad eos, qui salutem postea percepturi sunt referuntur. Populę, (verũ ne immodicã atq; inexplebilem animi mei cupiditatẽ admiremini, si vos identidẽ oratione verso. Incredibilem em̃ ex vobis hoc frequenti & sæpe repetito nomine voluptatem capio, vt qui spectaculis quibusdam aut acroamatis insatiabili quadam auiditate fruuntur.) At ô Dei populę & noster, egregia quidem erat vestra illa celebritas, festusque conuentus, quem in mari proximis diebus iniuistis, & si quis alius, oculis gratus atque iucundus, cùm mare arboribus stratũ, & manufacta nube obtectum vidi, & nauium velut ad pompam instructarum elegantiam ac celeritatem, ventumq; haudquaq̃ immodicũ ad puppim stantẽ, quasi de industria stipantẽ, vrbemq; æquoreã ad vrbem transmittentẽ. Pulchrior tamen ac magnificẽtior hic, quẽ nunc cernim⁹ Nec em̃ vos ipsos promiscuę multitudini admiscuistis, nec hominum numero pietatẽ deiniuistis, nec miscellaneũ vulgus potius esse sustinuistis, q̃ populus Dei verbo purgatus: verùm posteaq̃ Cæsari, quæ sunt Cæsaris, vt par erat, contuliſtis, Deo quoque q̃ Dei sunt attribuistis, illi nẽpe vecti gal, huic timorem, ac nutrito cibis vestris populo, ipsi quoq; cibi accipiẽdi causa ad nos perrexistis. Nam & ipsi frumentum erogamus, ac frumentum quidem vestro nequaquam fortasse deterius. Venite, comedite panẽ meum, & bibite vinũ, quod vobis temperauí: ad mensam meam vos cũ sapientia inuito. Candorem em̃ vestrum cõprobo, animiq; prõptitudine accurro: quoniam ad nos tanquam ad proprium famiſiaremque portum appulistis, ad similem videlicet accurrentes, fideique cognationem honore prosecuti estis, absurdum

Am. 8. Fames verbi Dei miserrima. Gen. 41.

Athanas. Petrus Episcopus Alexand.

Athan. de cœlores nostras aspicit & nos iuuat magis, quã dũ viuerẽt.

Pro gratia cõcor dia in fide.

Matt. 22. Luc. 20. Marc. 12.

Prou. 9.

que esse censuistis, cùm ij qui summũ numen contumelijs insectantur, inter se consentiant atq; concordent ac priuatam cuiusq; imbecillitatem cõmuni consensu & conspiratione non secus ac funiculi illi q mutuo nexu roborantur, suffulciri putent nos contrà ea esse amentia, vt cum ijs concordiæ fœdere astringi nequeam⁹, qui nobiscũ in religionis causa cõsentiunt: quod tamen multò æquius erat, cùm ipsi diuini tatem quoque coniungamus. Atq; vt vos haud frustra ad nos accurrisse, neq; vt ad externos & alienos, sed vestros, portus appulisse, præclarumq; itineris vestri ducẽ Sp. sanctũ extitisse cognoscatis, diuinitatis doctrinam breui oratione vobis explicabim⁹. At sacite, vt vestra fidei dogmata agnoscatis, quemadmodũ qui suos ex armorum signis pernoscunt. Duas summas in rerum natura differentias cõperio, dominationem & seruitutem: nõ quas apud nos vel tyrãnis scidit, vel paupertas disiunxit, sed quas natura distinxit, si cui tamen hac voce vti libeat. (Nam quod primum est, supra naturam quoq; est.) Harũ autem altera creatrix est, & princeps ac motus expers: altera creata & imperiecta mutationibusq; obnoxia. Et, vt dependiosius adhuc loquar, altera supra tempus est, altera tempori subest. Atq; illa quidem De⁹ vocat, tametsi in trib. maximis cõsistat, in causa, in opifice, in perfectore, hoc est, in Patre & filio & Sp. sancto. Qui quidem nec ita inter se distracti sunt, vt natura separentur: nec ita in arctum redacti atq; compressi, vt vni⁹ personæ circunscriptiõe definiantur: (illud em̃ furoris est Ariani, hoc Sabellianę impietatis) sed vt magis singulares sunt q̃ ea quæ in diuisionem omnino cadunt, ita rursus vbertate & copia res eas excedunt, q̃ prorsus singulares sunt. Hęc verò altera, quã seruitutẽ diceba m⁹, nobiscũ est ac creatura nominatur: tametsi inter res creatas aliæ alijs dignitate pstent, prout videlicet quęq; Deũ propinquius attingit. Quæ cũ ita se habeãt, si quis cor ad Deũ erectũ habet, nobiscũ iũgat, atque vnã in trib. personis deitatẽ adorem⁹ nullũ humile demissumq; nomẽ inaccessibili glorię tribuẽres, sed vni⁹ Dei in trib. psonis exaltationes semper in gutture serẽtes. Cuius em̃ ne magnitudinẽ quidẽ natura, ppter infinitã & interminabilẽ ipsius vim, propria vlla oratione cõplecti nõ possum⁹, quo tandẽ modo ipsi abiectũ aliquod & humile nomẽ inducem⁹. Quisquis aũt à Deo alienus & auersus est ob eamq; causam vnam illam rebusque omnibus superiorem essentiã in naturarum diuersitatem secat, mirum sanè fuerit, si nõ gladio secetur

Amentes sunt Catholici nisi sint cõcordes. Simil.

Dominatio duplex.

Causa, opifex, perfector.

Quanam creaturæ aliis præsient.

Deus vnus & trinus adorãdus.

Matt. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secetur,parsq́; ipsius cum infidelibus ponatur, opinionisq; pernicioſæ perniciosum fructũ & in hac vita & in futuro æuo percipiat. Ac de Patre quidem quid dicere neceſſe eſt,cui vno conſenſu omnes,naturalibus animi notitijs edocti atq; occupati parcunt?quanquam etiam primas ignominiæ tulit,vt pote [4]primus in bonum ac rerum opificem à priſcis nouatoribus diſſectus. De Filio autem & Sp. ſancto videte quàm ſimpliciter breuiterq́; diſſeremus. Si quis horum alterutrum, vel mutabilem,vel alterabilẽ, vel in temporis aut loci aut potentiæ aut actionis facultatisq; dimenſionem cadentem, vel non naturâ bonum,vel non à ſe motum habẽtem, vel arbitrij libertate carentem,[5]vel miniſtrũ, vel gloriæ decãtatorem, vel metuentem, vel libertate donatum,vel nõ eodem gradu cum Patre numeratũ,affirmare queat, hoc probet,& acquieſcemus,[6] æquoq; animo nos conſeruorum gloria & dignitate illuſtrari ſeremus, Dei licet iacturam facientes. At ſi quidquid Pater habet,idẽ excepta cauſa,Filij eſt:quidquid itidẽ Filius habet,idẽ quoq; Sp.ſancti eſt,ſi filiationẽ excipiamus,eaq; oia, q̃ corporea ratione de eo enuncãtur, propter me hoiem meamq́; ſalutem,vt quod meũ erat accipiẽs,qd[7] ſuũ eſt mihi per nouam hanc commixtionem largiatur,quin vos aliquando tandem deliramentis veſtris finem imponitis,ô inanium verborum artifices ſuopteque nutu collabentium. Et quare moriemini dom[8] Iſraël? Liceat enim mihi calamitatem veſtrã ſcripturæ verbis deplorare. Ipſe equidem & Verbi nomina tot tamq́; excelſa & illuſtria veneror,[7] quæ ipſis quoq; dæmonibus reuerentiam expreſſerunt,& Sp.ſancti æqualitatem veneror,ac comminationes in eos,qui blaſphemis verbis eum impetiuerunt,coniectas,conſtitutasq́; pertimeſco. Blaſphemia porrò eſt non eius diuinitatem aſſerere,ſed eum à diuinitate ſummouere. In quo illud obſeruandum,quòd is qui blaſphemijs inceſſebatur, Dominus erat:is autem,qui vindicabatur,Sp.ſanct[9], proculdubio vt Dominus. Non ſuſtineo Baptiſmi luce poſt Baptiſmũ carere,quidpiam eorum,in quæ baptizatus ſum, adulterans,ac verè in aquis ſepeliri, nõ ad regenerationem,ſed ad mortem atq; interitũ initiatus. Audacius aliquid proloquar. O Trinitas(ac venia detur audaciæ, nam de animæ ſalute periculũ eſt) Dei quoq; ipſe ſum imago, ſuper næq́; gloriæ, licet humi poſitus. Non adducor,vt credam eum,cui ſum æqualis,authorem mihi ſalutis eſſe poſſe. Si Deus Sp.ſanctus non eſt,Deus primùm efficiatur,atq; ita deinde mihi equa li ſuo diuinitatem afferat. At nunc[8] quæ hæc Baptiſmi impoſtura eſt,vel eorum potius,qui Baptiſmi munus conferunt,vel ut in Deum credere, & ex aqua expertem Dei aſcendere, aliud profeſſum eſſe, & aliud doceri?quales verborum nexus & captiones per aliam interrogationem & confeſſionem aliò ferentes? Heu miſerũ ſplendorem,ſi poſt lotionem obſcuratus ſum,& eos, qui nondum Baptiſmo purgari ſunt, candidiores clarioresq́; cerno, ſi peruersa baptizantis opinione fideiq; doctrina deludor,ſi præſtantiorem Spiritum quæro, nec inuenio. Da mihi ſecundum Baptiſmum,ac tum de primo malam ſceleratãque cogitationem animo concipe. Quid mihi perfectam regenerationem inuides? Quid me,cùm Spiritus,tanquam Deitatis plum ſim,creaturæ domicilium facis? Quid tu me partim honore partim ignominia afficis, diuinitatis cauſam nefariè diſceptans,vt mihi Baptiſmum,vel meiſum potius per Baptiſmum ſeces. Aut non honore proſequere,ô noue Theologe, aut totum aſpernare: vt,etiãſi impiè ſentiens tibi tamen ipſe conſtes, naturam honoraſparem, nequaq̃ diuersè perpendens. Vtrũque in ſumma dicam,cum Cherubinis diuinitatem laudibus celebra, tres ſanctitates in vnam dominationem contrahens, bus primamque eſſentiam hactenus oſtendentibus,quatenus eam ſtudioſis hominibus eorum alæ ſubindicãt. Cum Dauide in lumine tuo videbimus lumen,hoc eſt, in Spiritu Filium:quo quid lucidius fieri poſſit? Cum Ioanne illo tonitrui filio intona,nihil de Deo abiectum ac terrenum intonans, ſed excelſum & ſublime, Verbũ illud ſciscet,quod in Principio erat,& apud Deum erat,& Deus erat, Deũ cognoſcens,& Deum ex Patre vero, non autem conſeruum bonum, ſolo filij nomine decoratus atq; [10]alium Paracletum,alium videlicet ab eo,qui loquebatur (Deus porrò loquebatur)atq; eam rationem iniens,vt cùm illa legis,Ego & Pater vnum ſumus, eſſentiæ coniunctionem intuearis: cùm autem illa, Ad eum veniemus,& manſionem apud eum faciem[9], Perſonarum diſtinctionem cogites: cùm autem Patris & Filij & ſancti Spiritus nomẽ,tres proprietates ſpectes. Cum Luca diuinitùs afflare, Apoſtolorum Acta legens. Quid te Ananiæ Sapphiræq́; adiungis, nouis illis pecuniæ interuerſoribus? (noua etenim haud dubiè eſt propriarum rerum ſubreptio) idq; ne pecuniam aut aliud quidpiam leue vilisque precij interuerrens, vt linguam aut illa ream,aut veſtem,aut didrachma,[11] vt illa ream

quondam auarus miles, ſed ipſam diuinitatẽ ſuffurans ac Deo non homini mẽtiens vt ſcripturæ verbis vtar. Quid?ne ipſam quidem Spirit[9] poteſtatẽ reuereris, in quos & quando & quantum vult ſpirantis? Ad Cornelium ante Baptiſmum accedit, ad alios Apoſtolorum operã poſt Baptiſmũ defluit. Ita vtrinque, nempe & ex eo quòd heriliter,non autem ſeruiliter accedit, & ex eo quòd ad Baptiſmum omnibus muneris abſoluendum requiritur, Spiritus ſancti diuinitas teſtata relinquitur. Cum Paulo de Deo diſſere, cum illo, inquam,ad tertiũ cœlum ſubuecto qui nonnunq̃ tres perſonas connumerat, idq; variè,nec nominum ordine ſeruato,[12] ſed eãdem perſonã nunc p̃numerans,nunc internumerans,nunc ſubnumerans, vt æqualem naturarũ honorem & dignitatem oſtendat:nonnunq̃ etiam trium,interdum duorũ aut vnius mentionem facit,tanq̃ videlicet reliquæ perſonæ ſimul ſequantur, atq; etiã aliquoties Dei vim ac facultatem Sp.tribuit,[13]vt nulla in re diuerſo,nõnunq̃ Chriſti loco Spiritum inferat:& quidem cũ perſonas diſtinguit,his verbis vtitur, Vnus Deus,ex quo omnia, nos in ipſum: & vnus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos p ipſum:cũ aũt vnã diuinitatem colligit,ita loquit̃. Quia ex ipſo,& p ipſum,& in ipſum omnia,nimirũ Sp.ſanctũ,vt multis ſcripturæ locis comprobat̃. Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ieſ.7. Act.10. Ioh.2.

1.Cor.8.

Rom.11.

1.Cor.12.

SCHOLIA.

1. *Quam & fluuius*) Nilus celeberrimus apud omnes hiſtoricos amnis, qui nunc ſua Aegyptũ ſingulari quadã frugum vbertate locupletat, ac proinde diuinos honores apud Aegyptios eiit cõſecutus: atq; ibi illũ maximè coluêre Gymnoſophiſtæ, vt ſcribit Philoſtratus lib.6.de vita Apollonij.

2. *Immortalitatis amatorem*) Athanaſiũ intelligit ἀθανασιόφιλον enim immortalitatem ſonat. Huic Petrus in Epiſcopatu ſucceſſit, vir ſingulari virtute præditus ort hodox.eccl. fidei propugnator acerrimus, cuius, de Arianorũ crudelitate inſignis extat epiſtola apud Nicephorũ ſuperius à nobis citata. Quod aũt ait Greg. Athanaſium in medium &c. Lucium ſignificat, qui exulante Athanaſio latronis more mactãdi ac perdendi gregis cauſa ſacrilego impetu in Alexandrinum cœtile irrupit.

3. *At tu antea Mendeſios hircos*) Hæ omnes fabulæ explicantur infrà in Orat. in ſanctã Luminã. Scribit Lactantius lib.5.cap.21. Aegyptios turpiſſimas beſtiarum ac pecudũ figuras colere, quædam etiam dictu putenda tanq̃ Deos adorare. Idem lib.1.cap.21. Oſiridem poſt mortem Serapidem nominatum fuiſſe ait. Solent enim, inquit, mortuis conſecratis immutari nomina, credo, ne quis putet eos homines fuiſſe. Quod ſi quis ſcire volet quibus quamq́; fœdis animalibus deorum honorẽ ſuperſtitioſiſſima illa, imo furioſiſſima natio tribuerit, legat Clementem Alexandr. in adhortatorio ad Gentes, & Euſeb. lib.2. Præpar. Euang.cap.1. Qui etiam cap.4.lib.5.Demonſt. Euang. eos omnium nationum ſuperſtitioſiſſimos fuiſſe, primosq́; errori, quo ſimulachra colerentur, feneſtram aperuiſſe ſcribit. In eam certè illud ſcripturæ comodiſſimè torqueri poterat, Secundum numerum ciuitatum Deitui Iuda.

4. *Primus in bonum diſſectus*) Marcioniſtæ duo principia conſtituebant, alterum bonum, alterum malũ quem ἀκατάστατον vocabant, hoc eſt, rerum opificem, quem ita infenſè oderant, vt serpentem eo meliorem dicere non dubitarent, quemadmodũ ſcribit Theodoret in epitome diuin.dogm.lib.1. Vbi de portentoſis Marcionis dogmatibus agit. Quo etiã loco ſenem quendã adeò miſere huiusmodi errore infectum fuiſſe narrat, vt ſaliua ſua & ſputo faciem abluere ſoleret, ne quid cum illo rerum procreatore commune haberet.

5. *Vel miniſtrum, vel gloriæ decantatorem, &c.*) Hæc tria dicuntur ratione angelorum, quibus conueniunt: quartum ratione hominum, qui ſeruatorũ beneficio ex ſeruitute in libertatem vendicati ſunt.

6. *Aequoq́; animo nos conſeruorum*) Nam ſi hoc eucerint hæretici, ità de diuinitatis gradu Filiuæ Sp. ſanctus deijcientur, atque in creaturarum ordinem redigentur.

7. *Quæ ipſis quoque dæmonibus*) Vt illa, quid tibi & nobis Ieſu fili Dei? veniſti ante tempus torquere nos, & ſimilia.

8. *Quæ hæc Baptiſmi impoſtura*) Gr. τίς ἡ κατάστασις τοῦ χάρισματος. Sic enim malui vertere, vt ſenſus eſſet aperiret. χάρις enim & χάρισμα aliquando Baptiſmum ſignificant, velut hoc loco, quemadmodũ etiã paulò ſuperius φώτισμα Baptiſmum tranſtuli. Hoc autem argumentum à Baptiſmi forma petitum maximam vim habet aduerſus Pneumatomachos. Nam cùm in Patrem & Filium & Sp.ſanctum baptizemur, magnæ non ſolùm impietatis, ſed etiam ſtupiditatis eſt Sp.ſancto diuinitatem detrahere velle. Alioqui cur præſtantiorem Sp.in Baptiſmo quæreremus, ſi Sp.ſanctus eſt creatura?

9. *Quid tu meapartim*) Idem argumentum proſequitur, ac Macedonianos vrget, qui ita Patrem attollebant, vt Filium ac Sp.ſanctum impiè deprimerent, ac proinde Baptiſmum veluti diſcinderent.

10. *Ac alium paracletum*) Senſus eſt, Chriſtus de Sp.ſancto loquens ait, pater alium paracletum mittet vobis: at qui Chriſtus eſt Deus, Ergo & Sp.ſanctus. Hæc enim dictio Alius (vt idem author infrà in Orat. in pen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in pentecosten docet) non de alienis, sed de consubstantialibus prædicatur.

11. Vt ille quondam auarus miles) Diu hanc allusionem frustrà quæsiui: tandem non inuenta reperta est, vt ait ille. Innuit autem furtum illud, cuius mentio fit Iosuæ. 7. cap. Ibi enim narratur, quemadmodũ Achã vestes quasdam & pecunias ac linguam auream suffurarus sit. Vbi enim habet vulgata translatio, regulã aureã, 70. interpretes habent γλῶσσαν χρυσῆν & Hebraica veritas לְשׁוֹן quam tamen R. David Cimhi virgam instar linguæ confectam exponit.

12. Sed eandem personam) Paulina testimonia infrà habebis in Niceæ commentarijs.

13. Vt nulla in re diuerso) Gr. ὡς ἑνὶ διαφέροντες. vel sortasse non minus rectè tanquam nihil interfit, Spiritum dicamus an Deum.

GREGORII NAZIANZENI DE SE IPSO

& ad eos, qui ipsum cathedram Constantinopolitanam affectare dicebant, & de populi alacritate, quam erga eum ostenderat, Oratio.

ARGVMENTVM.

MVlti erant in vrbe Constantinop. quorum oculi Gregoriani nominis gloria & splendore perstringerentur. Alij non tam inuidia quàm odio aduersus optimum virum incitabantur, quales erant Macedoniani & Apollinaristæ, reliquaq; hæreticorũ colluuies. Hi omnes, cùm nihil inuenire possent, quod verè ipsi obijcerent, leuissimis quibusq; nugis eum opprimere, atq; ex iniquissimis suspicionibus crimen aliquod ei cõflare nitebantur. Quid autem non confinxissent improbissimi nebulones, qui homini ab omni honorum cupiditate remotissimo solitudinisque amantissimo ambitionis crimen impingere non dubitarunt? Tantas animis eorum tenebras liuor atque acerbitas offuderat: His itaque respondet Gregorius, atque ostendit nobis parum curandum esse, quid de nobis homines garriant, quid suspicentur, quid existiment, nec tam spectandum esse, vt boni videamur, quàm vt sumus, nec tã vt hominibus vitæ nostræ rationẽ probemus, quã vt Deo verò iudici.

DEmiror, Quidnã tandẽ vobis circa cõciones meas meas accidit, quamq; ob causãm peregrina hac nostra voce & exigua fortasse, nihilq; amabile habente ita capti sitis, vt eodẽ modo mihi erga me affecti esse videamini, quo ferrũ erga magnetem Nam & ex me pendetis, & alij ex alijs, mutuo nexu inter vos cohærentes, & omnes ex Deo, ex quo omnia, & in quem omnia, O cathenã mirabilẽ, quam Sp. sanctus nectit, firmissimis vinculis compactam & coaptatã: Cuius rei nullam equidẽ causãm suspicari queo. Neque emẽ alios doctrina & sapientia quicq̃ antecello, quantũ quidẽ mihi conscius sum: nisi quis hoc ipsum mihi sapientiæ ducat, quòd me sapientem nõ esse atq; à vera & primaria sapientiã lõgè remotum esse ſcio: quod permultum abest, vt sapientes nostræ ætatis de se existiment. quandoquidem nihil facilius est, quàm vt seipsum quis fallat, ac putet se aliquid esse, cùm nihil sit, inanis gloriæ aura innutrescens. Nec verò fidei rectæ doctrinam, quam arctissimo complexu teneris, vobis primus promulgaui: sed alienis duntaxat vestigijs insistiri, & quidem vestris (dicam enim quod res est) [1] siquidem egregij illi Alexandri discipuli estis, magni Trinitatis propugnatoris & præconis, qui verbis & rebus impium errorẽ depulit ac profligauit. Neque enim memoria vobis excidat Apostolica illa oratio, quæ impietatis authorẽ atq; antistitẽ sustulit, idq; in locis impurissima lingua dignis, vt nimirũ contumelia contumeliam vlcisceretur, iniusta morte mors animarum iniusta sempiterno dedecore inureretur. Ergo nõ nouum fontem vobis perrupimus, quemadmodum ille, quem Moses ab Aegypto fugientibus iu loco aqua carente demonstrauit: verùm absconsum & obstructum aperuimus, vt olim serui Isaac non puteos tantùm aquæ viuæ fodientes, verùm etiã à Palæstinis obstructos repurgantes. Sed neq; facetus quispiam atq; eleganti morũ festiuitate sum præditus, aut is deniq;, qui verborum blanditijs hominum beneuolẽtiam mihi cõciliare queam: quales plerosque eorum video, qui hoc tempore inter Ecclesiarum antistites nomen profitentur, qui pietatem nostram simplicem primus artisque expertem fucarunt, ac nouum quoddam politices genus effecerunt, àsoro ad Sancta translatæ, & à theatris ad abdita sacra prophanisque oculis minimè inspectanda: vt, si audaciùs loqui liceat, duæ iam scenæ sint hoc discrimine inter se distinctæ, quòd illa omnibus pateat, hæc quibusdam: illa rideatur hæc honore florear: illa deniq; theatrica, hæc spiritualis nominetur. Vos testes, & Deus, inquit Apostolus, nos ab hac parte minimè censeri, verùm eo animo esse, vt sinisteritatis potius & rusticitatis quàm adulationis parumq; liberalis animi crimen nobis impingi possit, quippe qui hós etiã nominis nostri perquàm studiosos asperioribus interdum verbis accipiamus, si quid nobis nõ rectè consulteq; facere videantur. Atq; hoc ex eo facinore perspicuũ factum est, quod nouo exemplo circa me haud ita pridem edidistis cùm zelo & ira flagrantes clamantem & ingemiscentem in hac sede collocastis, quam tyrannicam an archiepiscopalem dicere debeam incertum habeo, sed collocastis tamen, propter vim amoris erga me vestri, [2] ius fasq; violantes. Quo quidẽ tempore nonnullis eorum, qui vehementiùs in eam rem incumbebant, adeò grauiter succensuimus, vt amore in odium mutato à nobis pedem cõfestim retulerint. Non emẽ hominum gratiã tam spectamus quàm vtilitatem. Quæ igitur tanti erga nos sermones q; nostros desiderij & studij causã sit, depromere ipsi atque in medium proferre, animiq; vestri affectum indicare vultis: an potius opera nostra prodere ac declarare, quemadmodum & ad res alias exponendas me non libẽter vti soletis? Mihi verò nõ est dubiũ quin hãc dicẽdi prouinciã mihi mandetis quantum quidem ex vestro silentio iudicare licet. Audite igitur atque expendite, num malus huiusmodi rerum sim coniector. Primùm quia nos ipsi acciuistis, id circo iudicio vestro opem subsidiumque ferre, ac velut prædam vestram fouere videmini. Est enim ita natura comparatum vt suis quisque faueat siue opibus siue libentiæ affectu erga fœtus suos impellatur.

Deinde nulla re perinde moueri, q̃ quòd nos nec præcipites & importunos, nec violentos, nec ad theatricam quandam ostentationem compositos, sed modestos & submissos, atque in hominum frequentia & societate velut societatis expertes ac singulares, & vt cõpendiosius adhuc loquar, philosophos esse perspicitis. Philosophiã aũt dico, non callidè & pollitico artificio excogitatã atque accersitam, sed simpliciter ac spiritualiter cultam & obseruatam. Non enim vt quæramur, latebras petimus, nec vt præstantiori honore digni censeamur (quemadmodum, qui eximias quasdã formas paulum ostensas, statim ex oculis subducunt, vt per quietam atque è medio reductam vitæ rationem illud planum faciamus, nos à præfecturis sacris abhorrere, nec huiusmodi honores ambire atq; aucupari: Tertiò, cũ perspiciatis, quibus malis tũ ab externis a pto nos bello lacessentib. tũ ab internis & domesticis insidias molientibus, afficiamur (quandoquidem vt Danielis verbis vtar, egressa est iniquitas à presbyteris Babilonicis, qui Israelem regere existimabant.) Idcirco quiritari quidem atq; animo excruciari videmini, nec quonam modo opem iniqua vi oppresso ferat is, habere; ac proinde, quod vnum licet, vicem nostram fortunamque miserari. Miseratio porrò pudori coniuncta amorem procreauit. Atque has demum honoris mihi habiti causas esse censeo. Quoniam autem non aliam ob rem bello lacessimur, quàm propter eloquentiam, & superuacaneam hanc & inuidiosam linguam, quam in prophanis disciplinis eruditam, diuinis postea nobilitauimus, salsamque illam & impotabilem Maram per vitæ lignum edulcauimus: affectũ sanè induistis, animis ingenuis & liberalibus dignum, hoc amatis, ob quod oppugnamur. [3] Cur enim eruditionem mutam amplexi non sumus? cur non aridam & humi reptantem? cur cùm ea vulgus delectari cerneremus, in peregrina quædam & aliena studia incumbebamus, aduersari isque linguis obsistebamus: cùm contrà oportuerit animi ratiocinationes temerita te defugere, ac silentio fidei nomen imponere: cui ipsi quoque mihi credite, vt piscator, acquieuissem (quandoquidẽ hoc plerisque ad insciti æ prætextum in prõptu est) si sermonis, doctrinæque loco, signorum & miraculorum vim haberent. Vtinam ex hominum vita sublata atque extincta essent inuidia, tabes possessorũ, virus ac rubigo eorum qui ea exagitantur solã ex omnibus animi perturbationibus æquissima simul & iniquissima: illud, quia

Magnes.

Sapientia scire se non esse sapientem.

1. Thess. 2.

Vtilitas hominũ spectanda potius quàm gratia.

Quisq; suæ famæ aliter consulat.

Exod. 15.

Inuidia multũ æquissimũ euertit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonis omnibus infesta est: hoc, quia dominos suos exedit & cõficit. Non eñ ijs, qui nos primi laudib. extulerunt, mali quicq̃ imprecabor. neq; enim quis laudum finis futurus esset perspectum habbãt: nam alioqui nonnihil quoq; maledicentiæ adiunxissent, vt inuidiam reprimerent. Hæc Lucifer. ciferum obscurauit, ob mentis elationem prolapsum: indignum enim atq; intolerandum ducebat se, cùm diuinus esset, nõ Deum quoq; existimari. Hæc Adamum *Adamus per voluptatem ac mulierem decep tus.* per voluptatem & mulierem circunuentum paradiso expulit. Adductus est enim, vt se idcirco à scientiæ ligno arceri crederet, qp ipsi diuinitatem Deus inuideret. *Gene. 6. 19. Num. 16. 12* Hæc Cain ad necẽ fratri inferendã impulit: quod purius sanctiusq; sacrificium æquo animo ferre non potuisset. Hæc & mundum immũdè atque incomposite gerentem aquis texit, & Sodomitas igne obruit. Hæc & Dathan & Abiron aduersus Mosem furioso impetu consurgentes terra desodit, & Mariam quæ aduersus fratrem solùm murmurauerat, lepra infecit. Hæc & Prophetarum cruore terram fœdauit, piaculoq; constrinxit, & sapientissimum illum Solomonem per mulieres labefactauit atq; prostrauit. Hæc & furciferum illum Iudam exigua pecunia illectum, proditorem effecit, & Herodem puerorum carnificem, & Pilatum Christicidam. Hæc & Israelem cribrauit, ac dispersit, ne nunc quidem adhuc è peccato suo emergentem. Hæc & Apostatæ tyrannidem in nos excitauit, cuius carbones adhuc etiam molestiam inferunt, licet flammam ipsam effugerimus. Hæc & præclarũ Ecclesiæ corpus discidit, in diuersa & contraria studia partitum atque dissectum. Hæc & Hieroboam illum peccati seruum in nos concitauit, & linguæ vinculum imposuit. disrumpitur enim splendescentẽ Trinitatem cernẽs, ac tota diuinitate collucentem, eosq;, à quibus syncerè prædicatur, vobis charos reddentem. Vtrum tandem vobis nugari atq; ineptire videmur, ita coniectantes: an verò perquàm egregiè vestri erga me amoris causãs orationis penicillo expressimus? Ac de his quidẽ rebus ita iudico. Quoniam autem contumelijs quoq; nobis inustis nonnullos angi, contemptumq; nostri calamitatem suã interpretari perspicio: age de eo quoq; paucis disseramus. Etenim si humanum aliquid abiectumq; cogitans, atq; hanc cathedram affectans, aut huc primùm cum senectute hac cana, atq; his mẽbris & vitæ diuturnitate & morbo rugatis atq; contractis venissem, aut nunc has ignominias ferrẽ: profectò & cœlũ & terrã (& q veteribus attestari moris erat) erubescerẽ: erubescerẽ etiam cathedram hanc, & sacrum hũc cœtum, & sanctam hanc recensq; coagmentatã plebem, aduersus quam tot sceleratorũ hominum copiæ aciem instruxerunt, vt priusq̃ coniuncta sit dissoluatur, & priusq̃ in lucem prodeat, extinguatur, iam secundum Christum formari incipiens. Adhuc *Dei iudicia plerũ faciẽdum q̃ omnium bonorum.* labores meos & ærumnas erubescerem, & asperam hanc vestem & secessum ac solitudinem, quam familiarem semper habeimus, & vitam facilẽ & expeditam, & mensam frugalem & simplicem, auium vitam haud multò inferiorem. In gratiam etiã cum veritate redeant, 7 qui me alienæ uxoris cupiditate flagrasse dicunt, cùm tamen propriam quidem habere voluerim. Sin *3. Reg. 12.* etiã Gabaonitæ meliori cõditione, quos tamẽ ne ad id quidem munus Sp. sanctus admissurus est, vt ligna atque aquam portent, quãdiu cum huiusmodi & sermonis & vitæ maculis ad sacra accesserint. Sin autem ea nobis huc veniendi causa fuit, vt dei patrocinium susciperemus, ac viro interim orbatæ Ecclesiæ operam pro virili nostra nauaremus, haud secus ac tutores quidam & curatores, alij qui præstanti ipsius forma dignus visus fuerit, ac plura virtutem tanq̃ sponsalia dona reginæ obtulerit, eam matrimonio coniunctura: vtrùm tandem nobis huiusmodi animi alacritas laudem, an hominũ suspicio reprehensionem afferre debet, quandoquidem ex alienis affectibus æstimamur. Eodem igitur modo, vir optime, si naui tempestate iactatæ & periclitanti manum porrexisemus, aut vrbi obsidione cinctæ, aut quibus flammæ ardore cõflagrantibus, partim scaphis, partim exercitu, partim instrumentis extinguendæ flammæ accommodis opem ferentes: procul dubio non aut prædones, aut vrbis vel domus amatores vocasses, non autem patronos & defensores. At qui multis secus videtur, inquies. Quid verò mea interest, qui rei veritatem magis curo, immò solùm curo? hoc enim vel me cõdemnauerit, vel absoluerit, hoc miserum vel beatum reddiderit. At quid alijs videatur, nihil ad nos, quemadmodũ nec alienum somnium. Non ita alijs videtur, ais. Quid verò? an ijs qui vertigine correpti sunt, terra fixa & stabilis esse videtur? an ebrijs qui sobrij sunt, integra mente esse, ac non potius in caput incedere, & sursum deorsumq; moueri? An non quibusdam interdum hominibus mel amarum est, nempe morbo laborantibus, maleq; affectis? At non propterea res ita se habent, vt, qui hoc statu sunt, arbitrantur. Quocirca fac prius fidem, sanos eos esse, qui

qui de nobis ita sentiũt: ac tum nos admone, vt meliorem mentem induamus: aut condemna, nisi consilio tuo pareamus, sed in eadem sententia perstemus. Non ita *Psal. 52. Num. 8. Heb. 4. 2. Reg. 16.* multis videor? at Deo ita: immò non videor, sed perspicuus atq; manifestus sum ei, qui omnia priusquam oriantur, nouit, qui corda nostra sigillatim fingit, qui intelligit omnia opera nostra, omnes motus & cogitationes, cum quibus res à nobis geruntur, intelligit, quem nihil eorum quæ sunt, latet, aut latere potest, qui aliter res nostras intuetur, atq; mortales solent (Homo enim, si scripturæ fides habenda est, videt in faciem: Deus autem cor intuetur) cuius iudicium cordatis hominibus pluris faciendum, magisq; curandum est, q̃ omnium aliorum in vnum coactorũ. Etenim si duos homines, quorum alter iudicij acumine polleret, alter rudis & imperitus esset, de eodem negocio in consilium adhiberes, haud parũ sanus esse videreris, si relicto prudentis consilio iudicium imperiti sequereris. Neq; enim Roboã ex eo laudem est consecutus, quòd pro nihilo habita senum sententia, iuuenum consilijs paruit. Cùm itaq; Deus & homines in certam veniant: an tu iudicia hominum pluris æstimabis quàm Dei? nequaquam certè id facies, si me audias rectèq; sentias. At nos, inquis, tuarum cõtumeliarum pudet. Me verò vestri, quos ob eam rem pudescat. Nam si hæc iustè patimur, nobis potius ipsis, quàm vobis nostra causa erubescendum est, non quia contemnimur, sed quia contemptu & ignominia dignos nos præbemus: si autem iniquè, crimen eorum est, qui contumeliam inferunt: ac proinde illorũ potius quàm nostri causa indignari & excruciari debetis, quoniam ij sunt, qui buscum malè agitur. Quòd si me, cùm malus essem optimum virum existimares, qd mihi faciendũ esset? sceleratiórne essem, vt magis tibi placerem? haudquaquam sanè id mihi consilij dedissem. Eodem modo nec si me rectè & cum virtute aliquid facientem labi & errare putes, rectè facere propter te desinam. Nec enim tibi magis quàm mihi ipse viuo, atq; in omnibus rebus rationem, Deiq; iustificationes in consilium adhibeo: à quibus & plerunq; nullo accusante conuincor, & multis condemnantibus absoluor. Atq; hoc vnum tribunal intestinum atq; in nobis ipsis fixum tale est, vt nemo illud effugere possit, quodque vnum ob oculos propositum habere debemus, vt rectum vitæ iter teneamus. Porrò quod ad hominum de nobis iudicia & existimationem attinet, ita animo comparati sumus, vt siquidem ea contingat, non illibenter accepturi sumus (vt humanitus aliquid dicam) sin autem in contrarium cadat, valere iubeamus: nec quicquam de rei veritate propter hominum opinionem detrahemus. Quisquis enim rei cuiuspiam gratia virtuti studet, is profectò neutiquam firmas in virtute radices egit. Simul enim atq; res ea effluxerit, recti quoq; studium deponet: quemadmodum qui quæstus causa nauigat, nisi lucri occasio adsit, nauigare desisteret. At qui bonum ipsum, propter se colit & amplectitur, quoniam rem fixam & stabilem amat, certam quoq; & constantem erga illud animi alacritatem habet: adeò vt diuinum aliquid sentiens, his quoque Dei verbis vti possit, Ego autem idem sum & non mutor. Quamobrem nec ab animo suo migrabit, nec immutabitur, atque à se desciscet, nec cum téporibus ac rebus collabetur, aliàs alios mores induens, ac nouos subinde colores assumens, non secus ac polypi petrarum, ad quas accesserint, colores referunt: verùm idem semper sui similis permanebit, fixus in rebus minimè fixis, immotus incertis & fluctuantibus, non aliter, opinor, ac rupes q̃dam quæ ad ventorũ fluctuumq; impetus non modò non labefactatur, sed etiam incursantes vndas circa se frangit atq; absumit. Verùm de his hactenus: nec enim mihi vacat cum linguis digladiari: atq; etiam fortasse plura diximus, quàm conueniret. Iam ad vos, hoc est, gregem meum se conuertit oratio. Facite, vt, quemadmodum ait Paulus, gloria mihi sitis, & gaudium & gloriationis corona, vt defensio ad eos q me interrogant & disudicant: vt quemadmodum ijs qui fabricandi aut pingendi artem profitentur, cùm artis rationem exposcuntur, fabrile aut pictorium opus ostendere sufficit, vt negocio omni ac molestia liberentur (opus enim, inquit ille, sermone est fortius) sic ipse quoq; vobis in medium productis obrectatorum meorum maledicta superem. Quonam verò modo superabo? Primùm si Patris & Filij & Sp. sancti confessionem firmam & constantem retineatis, nihil vni diuinitati adendentes, nec detrahentes, nec imminuẽtes, (nam si quid imminutum fuerit, totum quoq; simul imminuetur) eos autem qui aliud quiddam sentiunt aut profitentur, aut diuersis naturarũ gradibus atq; mensuris vnitatem euertunt, aut dirimunt, quasi pestem & corruptelam Ecclesiæ, veritatisq; virus abijcite, non odio eorum flagrantes, sed eorum casum miserantes. Deinde si vitam rectæ doctrinæ congruentẽ & consentaneam præbeatis, vt æqua vtri-

Quatenus curare debeãmus iudicia hominũ de nobis. *Simul.* *Mal. 3.* *Qui sint Polypi similes.* *Matth. 7.* *Cum linguis digladiãdũ. 1. Thess. 2.* *Simil.* *Opus fortius est sermone* *Hæretici abijciendi quasi pestis.* *Vita doctrinæ consonet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Officium imperatorum.

usque virtutis laude floreatis, ac non altera parte deficiatis. Imperatores honorem purpuræ habete. nam legislatoribus quoque leges præscribemus. Cognoscite quantum id sit, quod vestræ fidei commissum est, quantumque circa vos mysterium. Orbis vniuersus manui vestræ subiectus est, diademate paruo, atque exiguo panno retentus. Superna solius Dei sunt: inferna & Dei sunt, & vestra. Subditis vestris Deos vos præbete: liceat enim audacius aliquid dicere. Cor regis in manu Dei est, vt scriptura testatur, ac fidem facit. Hic imperium vestrum sit, non autem in auro & exercitibus. Aulici proceres, ac sublimibus thronis & dignitatibus insignes, ne honorum amplitudine ac potentia insolescatis, nec de mortalibus rebus quasi immortalibus cogitetis: fidē imperatoribus seruate, sed prius Deo, propter quem & his, quibus commissi & traditi estis. Qui generis splendorem iactatis, date operam vt moribus quoque nobilitemini: aut aliquid dicam, iniucundum quidem & molestum, cæterùm nobile & generosum. [8] Nam & veritas nobilissima esset, si qua évlla vestra nobilitas, nisi chartæ ignobiles quoque vobis pingerent. Sapientes & philosophi & barba pallioque graues, vosque sophistæ & grammatistæ, publicique plausus captatores, haud scio quomodo sapientum nomen sustinere possitis primario Verbo ac doctrina carētes. Qui parandis opibus studetis, audite Prophetam dicentem, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere: scitote vos re incerta & fragili niti & confidere. Nauem nonnihil exonerate, vt leuius nauigetis. [9] Hosti fortasse aliquid eripueritis, ad quem facultates vestræ deuoluentur. Qui delicijs indulgetis, aliquid genio & ventri subtrahite, ac Spiritui date. In propinquo est pauper: morbo succurre, in hunc aliquid eorum quæ tibi supersunt eructa atque euome. Cur vterque vestrum premitur, tu cruditate, ille fame: tu crapula, ille aqua intercute: tu satietate & ingluuie laborans, ille morbo æstuans ac vacillans? Ne Lazarum tuum hic asperneris, ne te in futuro æuo diuiti illi simile reddat. Vos magnæ vrbis ciues, [10] qui primi statim post primam estis, aut ne id quidem ei concedite, ita vos gerite, vt primi non scelere, sed virtute, non morum dissolutione & mollitie, sed optimis legibus sitis. Turpe enim fuerit & flagitiosum, si hæc vrbs ita alijs vrbibus præstet, vt tamen voluptatibus cedat, aut cæterà quidem grauis & moderata sit, verùm circa ludos Circenses, & spectacula, & cursus ac venationes adeò insano animi studio feratur, vt hæc pro vita & serio quodam instituto habeat, atque vrbs inter vrbes principatum tenens, ludentium vrbs sit, quam alijs quoque virtutum omnium exempla præbere multò æquius erat & congruentius. Vtinam hæc abijciatis, vtinam Dei cultum sitis, atq; in manibus Domini depingamini, ac tandem nobiscum magno verbium conditori splendidi splendidè illuminemini. Hunc vobis lętum nuncium affero, ipso Christo Domino nostro, cui gloria honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Prou. 21. Officium procerum.

Deo prius seruanda fides quàm regi.

Officium nobilium.

Psal. 61.

SCHOLIA.

1. *Si quidem egregij illius Alexandri.*) Alexander Constantinop. antistes, vt Ecclesiastici omnes historici narrant, cùm Eusebianos fraudibus suis & machinis hoc ab imperatore Constantino videret esse assequutos, vt Arius in Ecclesiam reciperetur, ad arma sanctorum confugit, atq; ad templi sacrarium prostratus totā totā noctē cum lachrymis Deum precatus est, ne hanc pestem ingredi Ecclesiam, ac pernicioſissima eius haeresis contagione gregem suū inficiſineret. Cuius orationis vim horrenda mors Arij postero die secuta comprobauit.

2. *Iuisq; violantes.*) Neque enim promiscuæ plebis erat Episcopum creare. Hac enim in Episcoporum erat.

3. *Cur enim non mutam amplexi.*) Obscurissima est haec periodus. Huius tamen sensum, nisi nos omnia fallit, expressimus. Obiter hic eos notat Gregorius, qui vel insciti æ suæ conscientia, vel inuidiæ metu ab omni disputationum contentione refugiebant, ac lupos impune in Domini gregem impetum facere patiebantur, atq; etiam, si superis placet, turpissimam suam ignauiam honestissimo fidei pietatisq; nomine obtegebant. Ait igitur hic aut hos, si hominum gratiam beneuolentiamq; sibi proposuisset, ac non potius, veram & solidam virtutem orthodoxiacq; defensionem, nihil fuisse, cur tot bella, tot certamina cum haereticis susciperet, assiduisq; disputationibus sibi eorum odium conflaret: cùm sibi liceret aliorum more tacere, ac silentio fidei nomine obtegere. Quod si cui mirum videatur, quòd ἀλλοτρίως nō temeritatem ac praecipitem animum pe-

petum verterim, sed silentium, mirari profectò desinet, si sciat hunc aut horum alijs quoq; nonnullis locum eadem significatione hanc vocem extulisse: ac præterea diligenter expendat, tum quod initio huius periodi dixit, de muta disciplina, tum quod in fine eiusdem ait, Si sermonis loco &c. Quòd si quis adhuc priori significatione τῶν ἀλογίων accipiendam esse contendat, ita haec exponenda erunt, vt dicamus Gregorium eos hac oratione perstringere, qui stultis tantùm clamoribus haereticos insectabantur, nec solidis argumentis firmisque rationibus errores eorum refellebant.

4. *Hæc & Iudam.*) Ne mireris, Lector, Theologum Iudæ Herodis & Pilati scelus inuidiæ adscripsisse. Hoc enim loco inuidiam pro inuidiæ parente diabolo accipit, quemadmodum in Oratione de Basilio & plerisq; alijs locis.

5. *Hæc & Hieroboam illum.*) Maximum intelligit, quòd quemadmodum ille aduersus regem suum insurrexit, ita hic aduersus Gregorium, quem pro domino agnoscebat.

6. *Quæ morū erat veteribus attestari.*) Sic legimus apud Esaiam. Audi cœlum, & auribus percipe, terra. Et apud Mosen, Audite cœli, quæ loquor: audiat terra verba oris mei. Et similia.

7. *Qui me alienæ vxoris.*) Per vxorem alienam Ecclesiam Constantinop. intelligit, per propriam autem, Sasimorum. Hoc igitur ait omninò à similitudine veri abhorrere, vt qui propriam habere noluerit, alienæ desiderio teneatur. Quod autem de Gabaonitis subiecit, de haeretitis est accipiendum, quos tametsi opibus & gratia florentes, in ea tamen causa esse ait, vt nec ad infima quæq; ministeria Sp. sanctus eorum opera vsurus sit.

8. *Nam tunc & verum nobilissimum.*) Gr. τότε γὰρ ἀληθὲς εὐγενίσαιτο ἂν ἀντὶ δ' ἀληθοῦς, εἰ μὴ χάρτης ἄλλος ἀντεγκωμιάζοι ὑμῖν ἐπιφανῶς. Ex quibus verbis haud scio an sensus vllus elici queat, qui moroſi iudicij homini satisfacere possit. Nos coniecturæ arbitrio, quasi ex silice flammam aliquam exsuscitare tentauimus. Hoc enim Gregorium velle suspicamur, vanum esse nobilitatis nomen, cùm eos quoq; quos pro degeneribus atq; ignobilibus habemus, literarum monumentis commendatos esse videamus. Ita vbi habetur, ἂν ἀντεγκωμιάζοι ὑμῖν ἐπιφανῶς, hæc duo ἀντεγκωμιάζοι ὑμῖν simul construo, i. opinione & iudicio vestro ignobiles. Si quis commodiorem sensum attulerit, libenter amplectemur.

9. *Hosti fortasse aliquid.*) Fortasse, inquit, hostem habebis haeredem: atq; ita quantum pauperi dederis, tantum hosti detraxeris.

10. *Qui primi statim post.*) Constantinopolis secundum Romam inter vrbes principem dignitatis locū tenebat. Vnde etiam noua Roma dicta est. Huic sæpe mollitiem obijcit Gregorius, immodicumq; erga equestres studium. Ciues itaq; hortatur, vt quemadmodum dignitate primi sunt, ita etiam virtute & grauitate primi esse studeant.

GREGORII NAZIANZENI, CVM post ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in vrbem redijsset, Oratio.

ARGVMENTVM.

Maximus, qui ex philosopho Cynico Christianus factus fuerat, ac virtutis simulatione ita Gregorij animum ceperat, vt eius intima familiaritate vteretur, domumq; & mensam cum eo communem haberet: nefario scelere patronum immò parentem optimè de se meritum Episcopatu deijcere, sedisque dignitatem ad se transferre instituit. Quod quò facilius assequeretur, pecunia ac muneribus perfecit, vt Alexandria Episcopi nonnulli Constantinopolim mitterentur, qui suffragijs suis pestiferum hominem Episcopum crearent, oueſque lupo, vt dicitur, pascendas committerent. Sed id cœptum frustra fuit. Tanta enim ob eam rem excitata in vrbe seditio est, vt Aegyptij Episcopi multitudinis clamore obruti atque conterriti inchoatam in Ecclesia electionem abrumpere coacti sint. Gregorius itaque (nam tum aberat) rure in vrbem reuersus hanc orationem habuit: in qua

postquam populum ad fidei virtutisque studium hortatus est, Christianum philosophum omnibus artis coloribus pingit, qui nec secundarum rerum oblectamentis deliniri atque emolliri, nec sæuientis fortunæ incursibus frangi ac debilitari, nec inuidorum obtrectationibus deprimi, nec iniurijs vllis & contumelijs perturbari ac percelli queat, sed omnia tam naturæ quàm fortunæ vel commoda vel incommoda in virtutis occasionem trahat, atque, vt peritissimi gubernatores, quemlibet ventum cursui suo seruire cogat. Deinde ad huiusmodi hominis exemplar seipsum expendit, ac tanquam ad Lydium lapidem explorat, perspicuè ostendens eum qui Christianam philosophiam ex animo amplexus fuerit, & vt cũ Horatio loquar, virtute sua se inuoluerit, firmiori præsidio subnixum esse, quàm vt vllis inimicorum atque inuidorum machinis labefactari, ac de magnanimitatis gradu deturbari possit. Idem argumentum ex professo tractat Chrysostomus in Oratione, Quòd nemo læditur nisi à seipso.

DEsiderabam vos filij, pariquè à vobis desiderio vicissim expetebar: persuasum enim id habeo: ac si in eam rem iusiurandum interponendum est,[1] per nostram gloriationem iuro, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro: hanc enim iurisiurandi formam mihi credidit Spiritus sanctus, cuius numine atq; afflatu ad vos venimus, vt Domino populum eximium ac peculiarem comparemus. Ac fidei magnitudinem, quæso, perspicite. Nam & animi mei affectum vobis probo: & de vestro erga me animo affirmo ac deiero. Nec id sanè mirum videri debet. Quorum enim communis est Spiritus, horum affectus quoq; communis: qui autem eodem animi motu impelluntur, hi quoque ad credendũ pari facilitate adducuntur. Nam quod in seipso aliquis minimè sensit, is nec alteri id de se affirmanti vnquam crediderit: qui autem ita aliquando se affectum sensit, is profectò ad assentiendum faciliorem se præbebit, vtpote inuisibilis affectionis inuisibilis testis, formæque alienæ proprium speculum. Quamobrem à vobis diutiùs abesse non sustinui, quanquam alioqui rebus huius vrbis non parum offenderer, non ijs solùm, quas ciuitates secum ferre solent (hoc est multitudine populari, tumultibus, foro, spectaculis, ingurgitationibus, flagitijs, contumelijs, præfectis ac subditis damnum inferentibus ac patientibus, lugentibus, vicissimque se lugendos præbentibus, flentibus ac gaudentibus, matrimonium inuntibus ac mortuos efferentibus, hominum laude florentibus ac conuicijs probrisque laceratis, illa inquam ac reliqua huiusmodi improbitatis sylua & colluuie, mundi æstu, subitisque & repentinis velut in Euripo & ventorum agitationes mutationibus) verùm etiam præstantiori hoc atque honoratiori ordine, ijsque quam, qui diuinum sacrarium mensamque sacrosanctam cingant. Inter quos cùm ipsi principatum obtinere videmur, in eorumque, qui ad Deum propius accedunt, numero simus, vereor ne pernicioso accedamus, & tanquam stipula ad ignem, ignis vim ferre nequeuntes. Cæterùm ad vos redij, & qui à vobis inuitus discesseram, idem non inuitus, sed animo perquàm alacri, spontaneisque (vt dici solet) pedibus accurri, Spiritu scilicet me illuminis cuiusdam in modum agente, quod per accliuia non nisi per vim fertur, prona autem & decliuia celerrimè labitur. Ac profectò vel vnicus dies totius vitæ humanæ instar est desiderio laborantibus. Nam illud Patriarchæ Iacob mihi alio modo se habere videtur, qui pro duabus virginibus quatuordecim annis Labano Syro seruiens, haudquaquam labore fractus gebatur. Erant enim, inquit, omnes illi dies, quasi dies vnus, quòd earum amore flagraret. Cuius rei hæc fortasse causa erat, quia rei expetitæ conspectu fruebatur vel etiam quia leue est amore laborare, tametsi dilatio ipsa molestiam afferat. Sic videlicet natura comparatum est, vt ea segnius concupiscamus, quibus facile liberèque frui licet, quemadmodum veterum quidam affirmauit. Equidem ipse qui cùm adessem, vim huius affectus eorum admodum sentiebam, posteaquam vobis

1. Corin. 15. Iuramentũ

Deutr. 7.

Qui facile credant.

Quæ soleãt secum ferre ciuitates.

Amor, tyrãnus dulcis.

vobis disiunctus sum, cupiditatem amoremq; dulcem tyrãnum, agnoscere cœpi, quod quidẽ non est cur nouum videatur. Etenim si vel bubulcus ob vitulum vnum ab armẽto aberrantem vel pastor ob pecudem decadis grege desideratam, vel auis ob nidulum quem ad breue tempus reliquit: vsqueadeo discrutiari solent, vt & illi arreptis fistulis, in speculam quandam euecti calamos omnes mœrore impleant, atque palantia animalia quasi ratione prædita euocent, ac si paruerint, maiorem ex illis, quàm ex reliquis simul omnibus, delectationem percipiant: hæc autem stridentibus aduoluatur, eosque pennis foueat: quo tandem chariores esse par est apud bonum egregiumque pastorem oues rationis participes, & pro quarum salute nonnihil periculi adijt: quandoquidem hoc quoque acriores animi flammas excitat. Equidem ipse graues & truculentos lupos timeo, ne caligine nostra obseruata, rapaci ac violenta doctrina gregem dilacerent. temporum enim incommoditates explorant, quòd palam aperteque nihil efficere possint. Fures etiam ac latrones vereor, ne transcensa caula irrumpentes aut impudenti ac perspicuo impetu oues deprædentur, aut furtim intercipiant, vt mactent, & iugulent ac perdant, rapientes rapinas, animasque comedentes vt Propheta quispiam cecinit. Quinetiam illud vereor, ne quis eorum, qui heri & nudiustertius à nobis stabant, angustius ostium reseratum inueniens, atque ita vt familiaris ingressus, iam vt alienus insidias moliatur. Multæ enim variæque sunt eius, qui res huiusmodi in hominum animos immittit, artes & insidiæ: nec quisquam tam solers est rerum variegatarum architectus, quàm peritus malitiæ artifex est noster aduersarius. Iam mihi quoque timorem iniiciunt canes per vim pastores sese constituentes, idque, quod absurdum valde est, cùm ad pastoralis muneris administrationem nihil omninò aliud contulerint, quàm quòd comam, cui ornandæ & alendæ turpiter studuerant, raserunt: qui nec in canum ordine manserunt, nec pastores facti sunt, nisi vt lanient ac dispergant, laborescq; aliorum infringant. Facilius quippe semper est labefactare ac perdere, quàm conseruare: & labore quidem homo procreatur, quemadmodũ ait Iob, & nauis extruitur, & domus ædificatur: interficere autem, aut euertere, aut incendere quiuis facilè potest. Ac proinde ne nunc quidem insolentius efferantur, qui canes aduersus gregem concitarunt, qui ne ouiculam quidem vnam proferre possunt, quam adduxerint, vel conseruarint. nec enim rectè facere didicerunt, qui improbitatem studiosè coluerunt. Quòd si gregem perturbant, idem & parua tempestas efficere potest, idem & leuis morbus, idem & bestia vna repentè ingruens. Conquiescant igitur, qui ex ignominia sua gloriandi ansam arripiunt, malitiæque suæ, si quidem possint, finem imponentes, adorent & procidant, & coram Domino, qui eos fecit, plorent, gregique adiungãtur, quorum nondum salus prorsus est deplorata. Hæc ego ille meticulosi pastor & circunspectus, eamque ob cautam cautionis, tanquam ignauiæ, socordiæque culpam sustinens. non enim ex eorum pastorum numero sum, qui lac comedunt, & lanis operiuntur, & quod crassum est occidunt, & labore conficiunt, aut vendunt, ac dicunt, Benedictus Dominus, quia diuites facti sumus, qui seipsos pascunt, & non oues, si Propherarũ voces recordamini, quibus illi in malos pastores inuehuntur. Verùm inter eos potius censeri cupiam, qui cum Paulo dicere possunt, Quis infirmatur, & non infirmor? Quis scandalizatur, & ego cura & solicitudine non incendor? non enim quæ vestra sunt, quæro: sed vos. Et perustus sum æstu diei, & nocturna glacie vexatus, inquit Patriarcha Iacob, cuius sunt oues illæ signatæ, atque in cœlestibus canalibus concipere edoctæ & assuefactæ. Sic igitur atque his de causis ad vos ad hunc modum affectos accessi. Posteaquam autem accessi, age, inter nos ea subducamus, quæ interea rectè & cum virtute gessimus. Præclarum enim est nos in hac opinione versari, vt non modò sermonis aut actionis, sed totius etiam temporis, atque adeò tenuissimi, & breuissimi cuiusque horæ momenti rationem à nobis reposci existimemus. Facite igitur, vt mihi operæ vestræ, occupationisque rationem exponatis, & ipse vicissim in medium afferam, quæ mecum ipse, cùm solus essem, philosophatus sum. Quàm sublimem speculationem aut à me acceptam animis vestris retinuistis, aut à vobis ipsis quæsitam contulistis, vel de diuinitatis doctrina, vel de alijs fidei capitibus, quæ ego permulta & persæpe vobis apposui? Neque enim mutuum dun taxat quæro, verumetiam fœnus: nec talentum solùm, sed & talenti quæstum: ne quis fortè cùm in terra rem creditam absconderit, ac defoderit, creditorem

Ioan. 10. Ezech. 34.

Insidiæ Satanæ.

Pastoris malè.

Deut.

Iob 7.

Psalm. 94.

Gregor. pastor verus.

Ezech. 34. Zach. 11.

2. Corin. 11.

Gen. 31. 30.

Temporis ratio reddenda.

Matth. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.6. *Matth.23.* insuper falsò vt durum & acerbum, bo-
nisque alienis per cupiditatem & auaritiam animum adijcientem criminetur.
Quàm honestam laudabilemq; actionem protulistis, vel ita tectè atque occultè, vt ne sinistra quidem manus sciat, vel etiam apertè, vt lux vestra coram hominibus luceat, & arbor ex fructu cognoscatur, & per discipulos magister innotescat, ac dicat quispiam eorum qui vitæ nostræ rationes speculantur (id quod multi faciunt, partim bona voluntate ducti, partim curiositate impulsi) quòd verè Deus in vobis est, non modò sanè ac syncerè prædicatus, sed etiam cultus & adoratus.
Actio sine fide laude indigna. Iaco. 2. Ephes. 5. Quemadmodum enim actio, si à fide deseratur, laudem non meretur (quandoquidem multi gloriæ studio atque etiam à natura ita informati virtutem colunt:) ita fides sine operibus mortua est. Ac videte ne quis eorum vos inanibus verbis decipiat, qui omnibus omnia facilè concedunt, dum hoc vnum ab illis impetrant, vt impia dogmata amplexentur, malamque rei malæ mercedem persoluant. Ex operibus ergo fidem, terræque vestræ fœcunditatem ostendite, vt perspicuum fiat, an frustra sementem fecerimus, an manipulus quidam in vobis sit, ex quo confici farina queat, dignusque, qui in horreum inferatur, quò alacrioribus animis vos in posterum excolamus.
Iac. 2. Quis centesimum fructum edit? quis sexagesimum? quis postremo trigesimum? aut cõuerso ordine, quis à trigesimo ad sexagesimum progressus (nam hunc quoque in Euangelijs ordinem habemus) in centesimum desijt? vt nouos subinde progressus faciens, velut Isaac magnus tandem fiat, de virtute in virtutem ambulans, & cantica graduum canens, ascensionesque in corde suo ponens. Quæro enim fructum abundantem in rationem vestram. Vestrum enim lucrum est, non meum: tanquam meum quoque, quoniam vestrum: nimirum vtilitate à vobis ad nos vt in radiorum solarium refractione accidere videmus sese retorquente.
Matth.13. Gene.26. Psalm.83. Psalm.eod. Philip.4.
1.Timot.5. Num pauperes aluistis? num hospitio excepistis? num sanctorum pedes abluistis? num ventris abolendi voluptatibus indulgentes, (detur hoc enim) id etiam egistis, vt in mandatis diuinis delicias quæreretis? Nam profectò nec deliciæ vllæ his meliores sunt, nec quæ constantius cum ijs, quibus deliciosa vita cordi est, permaneant. Num quosdam ex his, qui altari ministrant, & laudabili paupertate affliguntur, pro viribus recreastis? vt *Sacerdotes pes alēdi.*

animis multò minus distractis altaria assideant, bonorumque vestrorum participes facti, sua quoque vicissim vobiscum partiantur. Turpe profectò est hæc & nos exposcere, & vos non elargiri. Nec verò ideo hanc admonitionem habui, vt in me ita fiat: melius enim est mihi mori, quàm vt gloriatio mea euacuetur, ac mihi promulgati Euangelij merces pereat, si hic laborum messem fecero. Euangelij enim prædicatio necessitatis est: munificentia autem & laus in eo sita est, vt gratis hoc munus obeamus. Verùm eò hæc oratio spectat, vt de Christo benè mereri discatis: quod quidem vobis continget, si vel in vnum ex paruis abiectisque hominibus officij aliquid liberalitatisque vestræ conferatis. Quemadmodum enim ille salutis tuæ causa, omnia quæcunque ipse es, peccato excepto, factus est: ita vel minima tua officia in se recipit, ac sibi expensa fert, siue tecto, siue veste pauperem impertitus fueris, siue in vincula coniectum inuiseris, siue ægrotantem adieris, siue denique, quod vilissimum est, hominis siti oppressi linguam frigidæ poculo refrigeraueris, quod à paupere illo Lazaro contendebat diues ille, qui in flamma torquebatur, ac pro huius vitæ voluptatibus & delicijs, Lazarique esurientis & vlcerosi contemptu hanc mercedem referebat, vt illic Lazaro opus haberet, nec tamen eius opem impetraret. Atque hæc sunt, quæ à vobis postulamus ac pro certo habeo, minimè id vobis pudori esse, quòd vitæ rationes à vobis reposcamus, nec verò fore, cùm eas extremo illo die referendas habebitis, ad quem omnia nostra colliguntur, quemadmodum his verbis Scriptura testatur. Et ego venio, vt consilia vestra & actiones congregem. Et ecce homo & opus eius, & merces eius cum eo.
Iam nostra exponamus, atque ea quæ à solitudine vobis afferimus. Nam & Helias libenter in Carmelo cœlesti philosophiæ operam dabat, & Ioannes in deserto, & Iesus ipse, vt actiones multitudini hominumque frequentiæ, ita preces quieti locisque ab hominum commercio semotis ferè tribuebat: hoc, opinor, exemplo præscribens, ac velut lata lege promulgans, nobis quoque nonnunquam fugiendum esse, vt quietem amplexemur, ac nos ex hominum frequentia in solitudinem asseramus, vt sine vlla fœce Deum alloquamur, mentemque à rebus fluxis in certisque paulum reducamus. Neque enim ipso secessu opus habebat (quid enim erat, in quod Deus, qui omnia implet,

plet, colligi ac contrahi posset?) verùm vt & actionis & sublimioris occupationis tẽpus esse disceremus. Quis ergo solitudinis nostræ fructus extitit? libet enim instar boni negociatoris & vndecunque lucrum facientis, hinc quoq; vobis nonnihil mercis osserre. Inambulabam egomet mecum
Relaxatio Greg. 1.2. sole iam in occasum vergente, atque in litore spaciabar: huiusmodi enim relaxatione ad relaxandas discutiendasq; laborum molestias vti soleo: quandoquidẽ nec perpetuam contentionem neruus ferre potest, sed laxari nonnunquam arcus extrema necesse est, si quidem rursus intendendus sit, ac non sagittario inutilis futurus, cùm tempus inciderit, vt eo vtendum sit. Inambulabã igitur, atque ita pedibus ferebar, vt oculi maris aspectu fruerentur. Erat eius spectaculũ sanè iniucundũ: quanquam alioqui iucundissimum esse soleat, *Iam 6.* ei quodam & miti contactu littoribus alludit. Sed quid tum? libenter enim vtor scripturæ verbis, Vento magno flante excitabatur & infremebat, fluctusque, vt in huiusmodi agitatibus fieri solet, partim procul exurgentes, ac paulatim in summã altitudinem assurgentes, ac postea decrescentes ad ripas soluebantur: partim in propinquas petras incursantes, atque inde repulsi, in spumosam atque excelsam aspergine fracti dilabebantur, vbi etiam testudines, phuci, buccinæ, leuissimaque ostrea extrudebantur, & quasi expuebantur, nonnulla etiam à fluctibus redeũtibus rursus arrepta resorbebantur, petris interim non minus immotis & inconcussis remanentibus, quàm si nulla omnino vis ipsis admoueretur, nisi quòd fluctuum ictibus verberabantur. Ex hoc spectaculo nonnihil vtilitatis ad philosophiam percepisse me sensi, & (vt omnia ad meipsum referre ac dirigere soleo, ac potissimũ si quis casus animum consternauerit, & tanquã vertigine affecerit, vt mihi nunc accidit) non obiter atque negligenter id quod oculis obuersabatur, accepi: sed documento mihi cessit hoc spectaculum.
Vtilitas maris cum hac vita. Psal. Psal. eadē. Quid enim, inquiebam, an non mare vita est hæc nostra, & res humanæ? Nã hic quoque multum est fallsuginis & instabilitatis. Venti autem, tentationes ingruentes & inopinati rerum euentus? Quod mihi animaduertisse videtur Dauid, cum dicebat, Saluum me fac Domine, quoniam intrauerũt aquæ vsq; ad animam meam. Et alio loco, Libera me Domine, de profundis aquarum. Et rursus, Veni in altitudinem maris & tempestas demersit me. Porrò eorum, qui tentationibus explorantur, alij mihi velut leuissima quædam corpora spirituque carentia abripi distrahiq; videbantur, ac ne tantillum quidem aduersarum rerum impetũ sustinere: nec enim robur vllum & firmitatẽ habere, pondusque prudentis & cordatæ rationis, fortuitis casibus oblu&tantis: alij autem petra esse, petra illa digni, supra quam stamus, & quam colimus, quicunq; nimirum philosophica ratione vtuntur, ac supra vulgi humilitatem euecti humana omnia immoto atque imperturbato animo ferunt, atque eos quidem qui talibus rebus quatiuntur, irridentve l miserantur (illud ob philosophici animi generositatẽ, hoc propter humanitatem & commiserationẽ.) Ipsi verò turpe esse statuunt, res graues & acerbas, cùm absunt, contemnere ac leues existimare: cùm autem adsunt, cohorrescere, ac perinde atque eæ non fluxæ & labiles, sed stabiles & perennes sint, animis concidere, atq; extra tempus quidem philosophari, tempore autem id postulãte, philosohpiæ expertes appareret: quemadmodũ si quis athletatum omnium præstantissimum se esse censeret, ne in arenam quidem descendens: aut præclarum gubernatorem, in tranquillitate quidem artem suam magnificè iactans, coorta autem tempestate gubernaculo de manib. ponens. Quoniã aũt in hoc orationis genus semel incidi, alteram mihi quoque imaginem proposui, eamque præsentibus rebus admodum congruentem.
Quanquam autem mihi verendum est, ne delirus quidam senex & fabulator existimer, si hanc quoque vobis exposuero: exponam tamen, quandoquidem & Scriptura plerunque ad res dilucidiùs explicandas huiusmodi exemplis vti consueuit. Est quædam in fabulis planta, quæ ex cisa floret, & aduersus ferrum certat, & si de re noua fidemque excedente nouo more loquendum est, morte viuit, & secti one pullulat, & cùm absumitur, crescit. Habetis fabulam iure sub quiduis libere cõfingentem. Mihi verò huiusmodi quid dam videtur esse vir philosophica mente præditus. Afflictionibus enim inclarescit, ac vitæ molestias virtutis segetem existimat, contrarijsq; rebus ornatur: sic nimirum se comparans, vt nec dextris iustitiæ armis efferatur, nec sinistris inflectatur: *Vera philosophia.* sed in diuersis rebus idẽ semper, suiq; similis permaneat, atque adeò probatior tanquam aurum in fornace reperiatur. Quod vt perspicum fiat, ita rem expendamus. Patritij ordinis est? probitatem morum generis splendori opponet, atque ex aduerso spectandam producet.

Ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ita duplici nomine clarus erit, nempè & maiorum imaginibus, & propria virtute primatimque perſpectus. Obſcuro & ignobili genere ortus eſt, quantum ad ſtatuam & lutum attinet (ſi quid tamen magni inter lutum ac lutum intereſt:) ac ſpiritualé nobilitatem vllius loco afferet, & qua ſeſe quiſque vel in melius vel in deterius effingit: reliquas autem nobilitates, quæ vel feruntur, vel principum diplomatibus comparantur, vt viles & adulterinas nihi liſque æſtimandas aſpernabitur. Eſt enim ferè triplex generis conſideratio: aliud enim ſupernè originem traxit, quo omnes peræquè nobiles ſumus, quippe ad imaginem Dei creati. Aliud à carne proficiſcitur: quo quidem haud ſcio, an quiſquam nobilis dici poſſit, cùm id totum corruptione conficiatur. Aliud à virtute vel vitio agnoſcitur, cuius vel vberiùs vel exiliùs participes efficimur, prout, opinor, diuinam imaginé vel conſeruauerimus, vel deformauerimus ac deprauauerimus. Atque hanc demum nobilitatem amplectitur quiſquis verè ſapiens ac philoſophus fuerit. Nam quartũ illud nobilitatis genus, quod in principum diplomatibus edictiſq; conſiſtit, tum vllo loco ac precio habeo, ſ cùm pictam formæ elegantiá laudandam duxero: ſimiamque ob id reuereri cœpero, quòd leo eſſe iuſſa ſit. Florenti eſt ætate? aduerſus vitioſos animi motus ſtrenuè dimicabit, atque hoc commodi ex iuuenili ætate percipiet, vt ijs affecti bus, quibus hæc ætas eſt obnoxia, non indulgeat, ſed in vigenti corpore ſenilis prudentiæ ſpecimen ædat: maioremque ex hac victoria voluptatis ſenſum capiet, quã qui coronam in Olympijs adipiſcuntur. Victoriam enim feret in communi orbis terræ theatro, & quidem victoriam minimè venalem. Vergit in ſenectutem? at non & animo ſeneſcet, mortem vt præfinitum certiſſimæ libertatis tempus accipiet: libens ad ea, quæ hanc vitam ſequuntur, migrabit, vbi nemo eſt immaturus, nemo ſenex, ſed omnes ſpirituali ætate adulti atque perfecti. Eximia forma eſt? id aget, vt animæ pulchritudo corporis pulchritudini ſplendore reſpondeat. Inoffenſus flos ille perfluxit? in ſeipſum vergit, nec iam cum aſpicitur, hoc cognoſcit denique ea parte quæ in aſpectum cadit deformis eſt? at ea parte formoſus eſt & elegans, quæ oculorum aciem fugit: roſæ non abſimilis, quæ in bacca nec florida, nec odore grata, florida tamen ipſa eſt, ſuaſiſſimumque odorem efflat. Speciоſus forma præ filijs hominum, ne tempus quidé vllum e[illegible]ternis inſpiciendis cõcedit, nimirum ad interiorem hominem contemplandum ſpectatoris oculos conuertens. Integra eſt valetudine? ſanitate corporis ad optima quæque vtetur: admonebit, obiurgabit, verborũ libertatẽ adhibebit, noctes ducet peruigiles, in nuda humo iacebit, corporis craſsitiem extenuabit, atque exhauriet, terrena & cœleſtia ſpeculabitur, omni ſtudio mortẽ meditabitur. Morbo corripitur? pugnabit: quòd ſi victus fuerit, vincet: hoc ſcilicet affectus, vt nequaquam amplius pugnet. Opibus circunfluit? id ſtudio habebit vt deteſcat: pauperem bonorum ſuorum participem faciet, quaſi alienorũ diſpenſator vt & ille accepto beneficio iuuetur, & ipſe ad Deũ colligatur, nihil præter cruentum & corpus habens. Egeſtate premitur? quo pacto diuitijs Deum habebit, diuites irridebit, vtpote qui licet facultates ſuas quotidiè augeant, ſemper tamẽ pauperes ſunt, opus pluribus indigent, bibuntque vt maiori ſiti inflammentur. Fame vexatur? cum aribus nutrietur: quibus vita ſeminis & ratione expers eſt: cum Helia apud Sarephthanam viuet: lecythus olei non deficiet, & hydria farinæ non minuetur. Ille fontis inſtar ſemper ſcaturiet: hæc fructum profuſè & copioſè proferet, vt vidua hoſpitii ſtudioſa honoretur ac nutrix nutriatur. Siti angitur? Fontes ei & flumina potum ſuppeditabunt, & quidem potum non inebriantem, nec dimenſum. Quòd ſi omnia propter nimiam ſiccitatem deficiant, rorentis aqua fortaſſe ſitim ſedabit. Alexandri Idem quoque Paulo accidit: ſed quamuis eſt & quoddam petræ indumentum, nihil tibi Iob faciat his verbis vtens. Eò quòd veſte carerent, petra induti ſunt. Iam vt ſafectiora conſideremus, conuitijs lacerabitur? vincet, conuicia non regerendo. Percutionib. affligetur? ſuſtinebit. Maledicis proſcindetur? exhortabitur atque obiurgabit. Calumnijs agitabitur? orabit. Percutietur in dextram maxillam? præbebit & alteram, tertiam etiã, ſi haberet, obiectorus, quò magis ad lenitatem, æquanimitatemque percuſſorem erudiat, opere docens, quæ ſermone non poteſt. Probris impetetur? & Chriſtus quoque afflictionis ſocietate honorabitur: quamuis eſtam Samaritanus vocetur, quamuis vt demonium intemperijs actus accuſetur, cum Deo omnia accipiet. Permulta adhuc, quamuis multa pertulerit, reſtabant, acetum, ſel, corona ſpinea, ſceptrum arundineum, chlamys coccinea, crux, clauſi, latrones ſimul cruci affixi, prætereuntium contumeliæ. Superiores em partes Deum habere oportet, eo nomine impijs in[illegible]rem-

Nobilitas.

Triplex genus nobilitatis. Gen. 1.

Formoſus.

Deformis ſit roſæ ſimilis. Iſai. 40.

Quo pacto iuuenis aut ſenex nobilis fiet.

temptum venientem, quòd plures crucia tus ſuppliciorumq; acerbitates ferat. Nihil philoſophia fortius atq; inuictius eſt, nihil quod minus frãgi atq; expugnari poſsit. Omnia prius cedent, quã vt manus det philoſophus. 4 Onager eſt in deſerto, vt cũ Iob loquar, ſolutus & liber, vrbis tu multus vidés, collectoris tributorũ expoſtulationem non audiens. V nicornis eſt, animal ſuis legibus viuens. Si tibi ſeruire animum induxerit, videbis eum in præſepi: ſi ſub iugum ducatur, ſi omnibus terræ commodis exturbetur, paratæ ſunt ipſi alæ ſicut aquilæ, conferet ſe ad domũ patroni & defenſoris ſui, ad Deum conuolabit. Vt in ſumma dicã, duo hæc ægrè teneri quæunt, Deus & angelus: tertium eſt philoſophus, in materia vacãs materia, in corpore incircunſcriptus, in terra cœleſtis, in paſsionibus impatibilis, omnibus rebus vinci ſe facilè ſerens præterquã animi magnitudine, eo ipſo quòd vinci ſe patiatur, eos, qui ſe ſuperiores eſſe arbitrantur, ſuperans. Quoniam autem orationis penicillo philoſophum expreſsimus, age iam eò, vnde exorſi ſumus, redeuntes, ad hunc res noſtras expendamus (nam ipſe quoque mihi Spiritum Dei habere videor, & ſi non eam mihi virtutis præſtantiã arrogo, vt nihil eorum, quæ commemorauí, me vulnerare atq; expugnare queat) vt ſi quidem me inferiorem inueniant, qui mihi infeſtis animis bellum inferunt, ſi nõ conſilij & voluntatis, at certè conatus ſui veniam conſequãtur: ſin autem ijs, qui me bello laceſſendum duxerunt, præſtantiorem ac ſublimiorem experiantur, aut à peruerſitate ſua diſcedant, aut nouam certè (nam præſentem contemnimus) lædendi viam excogitent: ne alioqui prætermalitiam, in amẽtiæ quoq; & ſtolidatis notã incurrant, vtpote iniquitatem fruſtra perpetrantes, ac ne iniuriæ quidem inferendæ rationem perſpectam habentes, cùm in id ſummo animorũ ſtudio incumbãt. Quid enim me obſecro lædere queant, cùm omnia tentarint? Omnia in quibus homo ab hominibus iniuriam accipere poteſt, videamus. Indoctum nominabunt: vnã hanc ſapiẽtiam ſcio, quæ in Dei timore ſita eſt. Nam & Principum ſapientiæ timor Domini. & Finis ſermonis, omnia audi, Deum time. Hæc ſapientiſsimi illius Solomonis verba ſunt. Probent ergo me timoris Dei expertem eſſe, & vicerint. Reliquã autem ſapientiam atq; doctrinam partim ſpreuerii, partim aſſumere vehementer exopto, atq; etiam in ſpe habeo, Sp. ſancti ope ſubnixus atq; ſuffultus. Paupertatẽ obijcient? quid ego audio? meas opes & copias? at que vtinã & pannos hoſce exuere poſſem: vt huius vitæ ſpinas nudus percurrerem: vtinam & graué hanc tunicam q̃ celerrimẽ abijcerem, vt leuiorẽ acciperem. Exulẽ vocabunt? q̃ demiſſẽ de nobis ſentiunt, homines verè cõtumelioſi & hoſpitũ aduenarumq; hoſtes. eſtne em̃ ei, vos rogo, certa ac definita patria, ſ cui omnis terra, cui nulla terra patria eſt? Tu verò an non hoſpes es & aduena? equidem habitationẽ tuam haud laudo, ſi ita aſo ſſiceris, verendumq; tibi eſt, ne à vera patria excidas ad q̃ omnis ciuilis functio referẽda eſt. Quid nónne ſenectutẽ & valetudinis infirmitatem mihi vt probrum obijcies? atqui, vt arcanorum meorum quidpiam intelligas, nequaquam hoc totum carneæ huius maſſæ eſt, & naturæ. nõnihil etem̃ ratio quoq; ipſa conſumpſit. Libet enim paulum quid dam gloriari. Ne tu quidé mihi iucundũ ſpectaculum ſbes ita pinguis & ſucculentus. Atq; vtinam in te quoq; caniciei pallorisq; nonnihil exiſteret, vt fidem ſaltẽ exiſtimationem q̃; prudentiæ philoſophiæ que colligeres. Quid præterea? Epiſcopatum abrogabunt, ac thronis deijcient? & quos tandem, aut nunc, aut anteà, prompto atq; hilari animo conſcendi? An verò eos, qui conſcendunt, beatos prædicare ſoleo? ſcilicet mihi eos dulces & exoptandos reddis, ita indignè conſcendens? Quid? ne hæc quidem, quæ haud ita pridem accidere runt, animi mei ſententiam voluntatemque declarant? An illa quoque, deliciæ quędam & fucus erant, atque amoris erga me veſtri deſiderijque exploratio? nimirũ callidi ac verſuti homines facilè addu cuntur, vt vitia ea quibus tenentur de alijs partim ſuſpicẽtur, partim loquant. Quid verò animi cõpreſsio? quid illæ imprecationes, quas aduerſus noſipſos publicè cõcepimus? quid illæ lachrimæ, quas tam multas, pfudimus, vt vobis etiam quanquam inimico in nos animo eſſetis, tamen ob interceſsionem obluctationemq; miſericordiam pene moueremus? Præfecturam nobis extorquebunt? fuit quidem tempus, cũ eam nonnulli etiam cordati & prudentes viri ſuſpiciebant, & expetebant: at nunc eam fugere, vt mihi quidem videtur, primariæ cuiuſdam & ſingularis eſt prudentiæ. Propter hanc enim res omnes noſtræ iactantur, ac perturbantur: propter hanc fines orbis terræ ſuſpicióe & bello flagrãt eoq; ſurdo, ac ne nomen quidem habenti. Propter hãc periculum eſt, ne q à Deo creati ſumus, ab hominibus cenſeamur, ac magnum illud & nouũ nomen amittamus. Vtinam verò nulla eſſet throni ſrogatiua, nec prælatio, & violenta authoritas ac præ-

Philoſophi animi fortitudo. Iob. 39.

Prou. 23.

Tria ægrè retinentur.

1. Cor. 7.

Pſal. 110. Prou. 1. Eccleſ. vlt. Vnica ſapientia Dei timere.

Patria. Hebr. 11.

2. Cor. 1.

Improborũ conſuetudo.

Præfecturã fugere nũc eſt prudentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac præeminentia,vt ex sola virtute cognoscęremur. Nunc autem dextrum hoc latus & sinistrum & medium, sublimior item & inferior sedes, ac rursus illa præeundi, vel eodem gradu incedendi inuecta consuetudo, nos in multas partes confregerunt, multosq; in foueam impulerunt, atque ad hircorum locum abduxerunt, nō plebeiorum tantùm, sed etiam pastorum, qui, cum magistri Israelis essent, hæc ignorauerunt. Quid postea? ab altaribus arcebunt? at altare aliud scio, cuius figurę sunt ea, quæ nunc oculis cernimus, super quod nec ascia, nec manus ascendit, nec ferrum, nec vllum artificum instrumentum auditum est: sed mentis solius est totum hoc opus, eoq; per contemplationem subuehimur. Huic altari si star, in hoc victimas Deo gratas & acceptas immolabo, sacrificium & oblationem, & holocausta tātò ijs quæ nunc offeruntur excellentiora, quantò veritas vmbram dignitate antecellit. De quo mihi quoq; loqui ac philosophari videtur Dauid, cùm ait, Et introibo ad altare Dei, qui spiritualem meam iuuentutē oblectat. Ab hoc verò altari me abstrahere cuiquam non licebit. Verùm ciuitate eijcient? at non etiam in cœlo sita? hoc si efficere potuerint ij, quibus odio acerbitatiq; nomen nostrum est, bellum profectò confecerint. Quādiu autem id illis negatum fuerit, guttulis aquę me petunt, aut ventis feriunt, aut insomnijs ludunt. Sic enim eorum bellum interpretor. Sed pecunias eripient? quas tandem? si meas, quin eadē opera pennas quoq; excidunt, quibus cinctus non sum. Si autem Ecclesiæ, nimirum illud est, pro quo omne hoc bellum geritur. Ob pecunias fur ille zelotypia erga marsupium æstuat, ac Deum prodit, & quod grauissimum est, triginta argenteis vendit. Hoc enim precio dignus erat, non qui prodebatur, sed qui prodebat. At domo excludent? delicias abscindent? amicorum animos à nobis auertent? permultos videlicet grauauimus, quanquam inuitantes (non enim oblata beneficia p ingratitudinem dissimulabimus.) Quòd si grauauimus, parcendo potiùs & repudiando, quàm accipiendo graues fuimus. Huius rei si causam quæritis, domus quædam pia Deiq; amore flagrans, non secus atq; Elisæum Sunamitidis domus nos refocillauit, hominum corporis spiritusq; cognatione mecū coniunctorum, ac singulari liberalitate præditorum, apud quos hic quoque populus compactus est, cùm furtim adhuc orthodoxam fidem persecutionibus vexatā atq; afflictam haurirer, nequaquam liberè nec sine periculo. Rependat illi Dominus in die retributionis. Delicias autem si consectamur, delicientur aduersùm nos, qui nobis inimicitias indixerunt: nec enim grauius aliud quicquā mihi imprecabor. Quòd autem ad amicos attinet, ij qui nullam iniuriam acceperunt, nos scilicet auersabuntur. Nam ij demum aliorum malis commouentur, qui iniuria simul afficiuntur. Aliorum autem fastum nostriq; contemptum æquo animo ferre diuturno iā vsu didicimus. Ex amicis enim & proximis meis alijs haud obscurè aduersùm me appropinquauerunt & steterunt: alij & quidem ij, qui humanissimè mecum egerunt, à longè steterunt, & in nocte hac omnes scandalum passi sunt. Nihil propius factum est, quàm vt Petrus etiam me abiuraret: ac fortasse nec flet amarè, vt peccato medeatur. Vnus ego igitur præsidēs, & audacia plenus, vt videtur, vnus in rebus asperis & periculosis spe bona subnixus, vnus insigni tolerantia præditus, & publicè propositus, & priuatim contemptus, & ex bellis, quæ mihi inferuntur, Orienti & Occidenti notus. O prædicandam audaciam? Si in acie consistant aduersùm me castra, non timebit cor meum. Si insurgat aduersùm me bellum, in hoc ego sperabo. Ac tantum abest, vt quicquam humanarum ac præsentium rerum & formidolosum existimem, vt meipsum missum faciens eos lugeam, qui mihi molestiam exhibuerunt, membra olim Christi, membra mihi chara, & si nunc corrupta, membra huius gregis, quem prius etiā ferè, quàm colecti essetis, deseruistis ac pdidistis. Quo modo distracti estis, ac distraxistis, quasi boues teneri vinculis soluti? Quo modo altare aduersus altare erexistis? Quo modo repentè in desolationem ac vastitatem sacti estis? Quomodo & ipsi hac præcisione extincti atq; emortui estis, & nobis dolorem inusistis? Quomodo pastorum simplicitate ad gregis euersionem & interitū abusi estis? non enim eorum imperitiā reprehendam: sed vestram malitiam accusabo. Corruptulę tuæ Israel, quis succurret? Quod medicamentum inueniam cicatrici obducendę vim habens? Qua fascia vulnus hoc obligabo? Quo modo diffusum connectam? Quibus lachrymis, quibusue bis, quibus precibus, huic calamitati medebor? An hoc fortasse modo? Trinitas sancta, & adoranda atq; perfecta, quæ prius à nobis coniungeris & coleris, tuū hoc opus est, tua huius negocij confectio. Verùm tu hos nobis restituas, hactenus à nobis diremptos, vt separatione ipsa ad concordiam, pacisque studium eruditiores nos

Ioh.5.
3.Reg.6.

Psal.39.
Sacrificiū dignissimū
Psalm.42.

Pecunia Ecclesiæ.
Ioh.12.

4.Reg.4.

nis cœlestia bona diffidijsque expertia rependas. Horum autem primarium illud est & maximum, vt purius pleniusque à tenolluſtrati sciamus, quomodo eadem & vnitas intelligeris, & Trinitas reperiris, quo modo Ingenitus, Genitus, & procedens, vna sit natura, tres Personæ, vnus Deus, qui es super omnia, & per omnia, & in omnibus: qui nec superponeris, nec transponeris, nec decrescis, nec sectionem admittis, ac partim quidem iam intellectu perciperis, partim inquireris, aliquando autem fortasse, quantus es, percipieris, nimirum abijs, qui per vitę probitatem & cōtemplationem te in hoc sæculo præclarè quęsierint, cui omnis gloria, honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

SCHOLIA.

1. Per nostram gloriationem inuo.) Vbi habet vulgaris translatio, *1.Corinth.cap.15. Propter vestram gloriam, in Græco est,* ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου καυχήματος, *i. per nostram gloriationem, vt hæc verba iurandi forma exprimantur, quod indicat particula* νὴ *illa apud Græcos.*

2 Timorem injiciunt canes) His verbis Maximum perstringit, qui cùm canis esset, hoc est, in Cleri ordinē adscriptus, sacrilego conatu in Episcopalem dignitatem irrumpere adnixus est. Vel etiam ideo canis nomine vsus est, vt ad pristinum illius Cynicismum alluderet.

3. Cùm pictam formæ elegantiam) Sensus est, Quemadmodum pulchritudo coloribus ac pictorum artificio expressa pulchritudinis laudem non meretur: nec etiam, si simia in leonis naturam migrare iussa sit, vires eius ferocitatemq; contraheret: eodem modo nec ea vera nobilitas existimanda est, quæ principum iussu comparatur.

4. Onager est in deserto) Eleganter hæc verba Iob philosopho Christiano ac solitudinis alumno Theologus accommodat, qui à mundi vinculis liber & solutus in eremo vitam traducit, atq; eiusmodi animi tranquillitate fruitur, vt nec vrbium strepitus, nec tributorum collectoru dura atq; horrenda vox ad eius aures perueniat.

5. Cui omnis terra) Nam qui ita animo affectus est, vt totum orbem terrarum pro patria ducat, is nullā propriam patriam habet. Tales enim se κοσμοπολίτας dicebant, hoc est, orbis cives.

6. Domus quædam pia) Huius domus meminit Niceph. lib.12. cap.7.

7. Quàm vt Petrus etiam) Maximum rursus significare videtur, vt pote quo ministro & contubernali vsus fuerat.

8. Quomodo pastorum simplicitate) Episcopos Aegyptios intelligit, quos simplicitate potiùs, quàm inuidiæ atq; animi peruersitate adductos esse ait, vt Maximum Episcopum instituerent.

GREGORII NAZIANZENI IN PRAEsentia 150. Episcoporum habita. Oratio.

ARGVMENTVM EX GRAECO NICETAE.



Centum quinquaginta Episcopi Theodosij Magni Imperatoris iussu ex diuersis prouincijs ad iugulandam Macedonij hæresim, qui Spiritus sancti hostem se profitebatur, Constantinopolim per rexerant. Qui quidem antequam disputatio aduersus eum inita esset, Gregorium Theologum magnopere suspicientes, vt qui dicendi facultate, Theologiæ sublimitate, ac vitæ integritate omnes hæreses profligasset, gregemq; Constantinopolitanum multis sudoribus auxisset, communibus suffragijs ei ciuitatis illius thronum confirmarunt, quanquam admodum reluctanti, ac vix tandem multis Imperatoris precibus hortationibusque cedenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed postea Aegyptios quosdam Episcopos honori suo inuidere, atque huiusmodi electionem iniquis sermonibus reprehendere intellexit, seque ab ijs Triepiscopum nominari. Quanquam Sasima eodem ipso die reliquerat, ne sacrificio quidem illic oblato. Nazianzum autem patris sui atque illius loci Episcopi regatu gubernarat, non tam vt Episcopus, quàm vt procurator: nimirum vt patri & senectute & morbo & curarum mole fesso opem afferret. Ac proinde patre vita functo Seleuciam statim contendit, ac cœnobium clarissimæ Virginis Teclæ ad pietatis gymnasium elegit. At verò Constantinopolit. Ecclesiam communi Episcoporum sententia & hortatu acceperat. Cæterùm cùm se inuidiæ premi sensisset, excedendum sibi vrbe statuit, ne alij Episcopi & populus ipsius nomine seditionem aliquam aduersus Aegyptios excitarent. Itaque senectutem ac morbum, & quietæ vitæ desiderium, nonnullaque alia causatus, præsentem orationem pronunciauit: multisque precibus ægrè ab Imperatore & concilio reditum in patriam impetrauit. Ita demum Nectario Episcopo creato, disputatio aduersus Macedonium instituitur. Versatur autem hæc oratio in genere suasorio. Postquam enim exposuit qualem gregem acceperit, qualemque multis suis laboribus effecerit, postquam etiam doctrinæ suæ formam in medium protulit, atque omni ex parte talem se ostendit, vt nihil in eo meritò reprehendi posset: missionem quidem ipse postulat, eamque pro mercede laborum sibi rependi petit. Consulit autem, vt sibi alius subrogetur, qui Episcopali muneri obeundo sit idoneus:

Esa.52. Rom.10. QVomodo nostræ res vobis se habere vidē tur, ô chari pastores & collegæ, [1] quorū & pulchri sunt pedes, vtpote annunciantium pacem & bona quæ vobiscum aduexistis, & quantum ad nos attinet, pulchri & tempestiui, ad quos opportunè venistis, non vt palantem ouem in viam reducatis, verùm vt pastorem peregrè, vt vos, agentem inuisatis? Quo modo res nostræ peregrinationis iudicio vestro se habent, & quis huius fructus, vel, vt rectius 1.Cor.3. loquar, Spiritus in nobis habitantis, 2.Tim.1. cuius impulsu atque afflatu & semper mouemur, & nunc moti sumus, [2] nihil proprium habere cupientes, nec fortasse habente? Vtrum tandem per vos ipsi intelligitis & percipitis, æquioresque & candidiores rerum nostrarum iudices estis: an verò nobis faciendum est, vt quemadmodum qui militaris præfecturæ aut gubernationis popularis, aut pecuniariæ administrationis rationem exposcuntur, sic ipsi quoque eorum, quæ à nobis administrata sunt, rationes publicè vobis reddamus. Nec enim subire iudicium erubescimus: quandoquidem & ipsi vicissim iudicamus, atque vtrunque cum pari charitate. Quod etiam ipsum in more consuetudineque maiorum positum est. Nam ipse quoque Paulus cum Apostolis Euangelium conferebat: (non vt ambitiosè se ostentaret (procul enim ab omni gloriæ cupiditate remotus est Spiritus:) sed vt vel approbaretur & confirmaretur, quod rectè & cum laude faciebat, vel corrigeretur, quod ipsi deerat (si quid tamen huiusmodi erat in ijs, quæ ab eo docebantur vel gerebantur) quemadmodum ipse ostendit, de seipso in hæc verba scribens, Quoniam [3] Spiritus prophetarum prophetis subiiciuntur, iusta

iuxta Spiritus constitutionem omnia recte dispensantis & diuidentis. Quòd si ille priuatim & certis hominibus, ego autem publicè atque omnibus causam dico, non est quod miremini. Multò enim magis ea, quę ex libera reprehensione percipitur, vtilitate opus habeo, quàm ille, si qua Galat.2. in re officij partes deseruisse videar: nec aliò frustra currā aut cucurrerim. Nec verò aliter defensionis munus rectè suscipi potest, quàm si apud eos, quibus administrationis meæ ratio explorata est, orationem habuero. Quæ igitur est nostra defensio: ac si quidem falsa, coarguite: si autem vera, testimonio vestro confirmate, vos inquam, quorum causa, & apud quos hæc habetur oratio. 4 Vos enim mihi defensio e- 1.Thes.2. stis, & testes, 5 & gloriationis corona. Licet enim mihi quoque ex Apostoli verbis Gręc. Chri aliquid audacius proloqui. [6] Hic grex exi fluuius ini guus quondam erat & imperfectus, quantum quidem oculorum sensu iudicari potuit, ac ne grex quidem, sed leue quoddā gregis vestigium, aut reliquiæ, incompositus, pastore carens, interminatus, nec pascui liberi ius habens, nec caula circunseptus & comprehensus, oberrans in montibus in speluncis & cauernis terræ, huc illuc dispersus atque dissectus, atque in ea rerum difficultate positus, vt quà quāque ouem fors tulisset, tegeretur ac pabularetur, præclareque secum agi duceret, si furtim salutem suam surripere posset: qualis nimirum grex ille, 7 quem leones expulerunt, aut tempestas dissoluit, aut caligo dissipauit, quem & prophetæ lugent, populi Israelitici Gentibus traditi calamitatē hac imagine referentes, & nos etiam luximus, quandiu luctuoso statu res nostrę fuerunt. Nam ipsi quoq; reuera expulsi ac proiecti sumus, [8] atque in montes omnes & colles ob pastoris inopiam dispersi, ac dira quædam tempestas Ecclesiam inuasit, 9 belluæque irruerunt adeò immanes & truculentæ, vt ne nunc quidem pacatis iam rebus & tranquillis remissius nobiscū agant, verùm qua sunt impudentia, petulantiùs etiā atque insolentiùs, q̄ tēpestatis huiusce ratio ferat, se gerant: ac tristis quæ dam caligo omnia occupauit atque contexit multò sanè [10] nona illa Aegyptiorum plaga, hoc est, contrectabilibus tenebris grauior, cuius crassitie factum est, vt alij alios videre non possemus. Atque, vt dolentius aliquid dicā, eo scilicet, qui nos his calamitatibus afflixit, tanquā parente fretus. Abraham non cognouit nos nec Israel nos agnouit: at tu pater noster es, atque in te coniectos oculos habemus, præter te aliū non nouimus, nomen tu-

Hier.12. Esa.63. um nominamus, Propterea causam dicam inquit Hieremias, cæterum iudicia loquar ad te. Facti sumus vt à principio [11] cui m nō imperares nobis, & oblitus es fœderis sancti tui, ac misericordiam tuam nobis præclusisti. Propterea [12] Psal.78. opprobrium facti sumus dilecto tuo, nos, Trinitatis inquam, Trinitatis adoratores, perfecti adoratores perfectæ diuinitatis clientes & supplices, nec eò audaciæ prorumpentes, vt quicquā eorum, quæ supra nos sunt, ad nos detrahamus ac deijciamus, nec ita superbi & arrogantes, vt, [13] quod impię ac nefarię linguæ Deumque pugna lacessentes faciunt, Dominum in eandem nobiscum seruitutem redigamus. Sed scilicet propter alia scelera nostra, & quia non vt mandatis tuis dignum erat, vitæ rationem instituimus, verùm post mentem cogitationemque nostram peruersam ambulauimus (quæ enim alia causa proferri potest?) hominibus iniquissimis, atque omniū quos terra fert, sceleratissimis dediti sumus. [14] Primus Nabuchodonosor nos oppressit, ille post Christum aduersus Christū furore Iulianus percitus, atq; ob eā causam Christum exe- Imp. cratus, quia eius beneficio salutē consecutus fuerat, eoq; amentiæ prouolutus, vt sacros libros cum impijs sacrificijs cōmutarit. Deuorauit me, in partes distraxit me. Contexerunt me tenebræ tenues (vt ne lu Hier.51. gens quidē à verbis scripturæ recedā) Nisi Psal.54. quia Dominus adiuuit me, ipsumq;, vt mira sunt Dei iudicia, in Persidē remotum atque ablegatum iniquorum manibus, vt merebar, dedidisset, ac sanguis iniustè nefarieque fusus iusto sanguine expiatus fuisset (hic solùm lenitate & patientia vti nō sustinente vi illa vltrice) propemodum habitasset in inferno anima mea. Secun- Psal.93. dus nihilo humanior illo fuit, immò eo etiā acerbior, quod Christi nomen ferens, Christi fidē falsò profitebatur. [15] Christi- Valēs oneri anisq; oneri simul & probro erat, [16] qui- & probro fuit bus vt facere impium ita pati inglorium Christianis erat: quòd ne iniuriā quidē accipere videreni, nec illustre martyrij nomē supplicijs accederet, sed hic quoq; fucus veritati fieret, vt qui velut Christiani cruciatus perferebāt, velut impij & facinorosi pœna afficerenī. Heu me, quia in calamitatib. vbe- Ioēl.1. res & opulēti fuim⁹: quia ignis speciosa terræ deuorauit. Residua erucæ comedit locusta, & residua locustæ comedit rubigo: tum bruchus, ac posteà nescio quod aliud atq; aliud malum subinde exoriens. Quid autē oēs illius tēporis acerbitates declarare, tragiceq; exaggerare attinet, eamq; quā tum subijmus, siue pœnam dicere conuenit, siue explorationem ac purgationem?

Pſal.65. Cæterùm tranſiuimus per ignem & aquã, ac benigna Seruatoris voluntate in refrigerium prodijmus. Enimuero vt eò ſe oratio referat, vnde digreſſa eſt, hęc ſeges quódam parua & inops erat, ac non modò Dei, qui pietatis ſementè & doctrina totũ orbẽ terrarũ excoluit atq; excolit, ſed ne pau pre quidẽ ac tenui homunculo dignũ, vt quidẽ videbatur: immò nec ſeges omninò, nec horreis, nec area fortaſſe, nec falce digna: nec etiam acerui, nec manipuli, Pſal.128. aut certè parui & immaturi, & quales ſunt tectorum, nec meſſoris manum implentes, nec eos, qui illa citer faciunt ad benedictionẽ allicientes. [18] Talis ſeges noſtra erat: tantilla meſis: [19] magna illa quidem Pſal.43. & pinguis apud eum, qui abſcondita intuetur, talique agricola digna, quam animarum recta doctrina excultarũ valles multiplicant: cærerum eam rationem habens, vt in vulgus minimè nota eſſet, nec in vnũ Mich.7. cogeretur, ſed paulatim colligeretur, non ſecus ac [20] ſtipula in meſſe, & racemulus in vindemia, cùm nullus eſt botrus. Quin illa quoque & quidem admodum tempeſti Oſe.9 uè mihi videor adiecturus. [21] Vt ſicum preEſa.65. maturam in deſerto Iſraelem vidi, [22] & vt acinum vnum aut alterum maturum in immaturo botro, benedictionis quidẽ cauſa ſeruatum, ac primitijs conſecratum, adhuc tamen paruum & rarum, nec os comedentis implentem: atque etiam vt ſigEſa.30. niferum lignum in colle, & [23] malum nauis in monte, aut ſi quid aliud eſt ſingulare: nec multis conſpicuum. Atque hæc qui dẽ priſtina fuit noſtra paucptas & mœſtitia. At ex quo tẽpore Deus, q pauperẽ facit, & ditat, q mortificat & viuificat, q ſola voluntate omnia facit atq; immutat, qui ex 1.Reg.2. nocte diẽ facit ex hyeme ver, ex tempeſtate tranquillitatem, ex ſiccitate pluuiam, idq; plerunque ob vnius iuſti orationem diuturna perſecutione vexati, qui deniq; mãſuetos in altum ſuſcipit, ac peccatores vſque ad terram humiliat illud ſecum dixit: Videns, vidi afflictionem Iſraëlis, nec luto lateritioque operis labore diutius opprimentur: ac locutus vilitauit, & viſitans ſalutem attulit, populumque ſuum eduxit in manu potenti & brachio excelſo, in 3. Reg. 17. Pſal.146. manu Moſis & Aaron electorum ſuoExod.3. rum: quid fit, quid deſignatur? nimiPſal.135. rum ea, quæ & memoriæ prodita, & li76. terarum monumentis commendata circunferuntur. Nam vt miracula in via edi Geñ.37. ta, [24] magnumque illum ſonum taceam, ac rem vno verbo complectar, Ioſeph vnus in Aegyptũ proficiſcitur, ac ſexcenta hominum millia nõ multò pòſt ex Aegypto excedunt (quod hoc admirabilius aut illuſtrius diuinæ magnificentiæ argumẽtum, cùm ex rebus perditis ac deploratis iter ſecundis aperire voluerit?) ac promiſſionis terra per vnum hominem odio habitum ſorte diſtribuitur, atque is qui ven ditus fuerat, gentes ſedibus pellit, ipſeque in gentem magnam conſtituitur, ac re parua illa propago vinea lata pampiniſque luxurians efficitur, in eamque magnitudinem excreſcit, vt & fluuios ſub ſe premat, & vſque ad mare extendatur, & a montibus ad montes porrigatur ac dilatetur, & gloriæ ſublimitate montes operiat, & cedros magnitudine ſuperet & quidem cedros Dei, [25] quicunque tandem montes illi, & quæcunq; cedri exiſtimandæ ſunt. Talis quidem hic grex erat, taliſq; in præſentia, tamque ſucculentus lateque ſe porrigens, ac ſi nondum perfectionem aſſecutus, ad eam tamen quotidianis incrementis progrediens, atque etiam, vt augurio, progreſſurus. Hoc mihi vaticinatur Spſanctus, ſi quid vaticinandi arte valeo, futuraque proſpicio. Ac ſimul ex ijs quæ pręceſſerunt, ſpem non dubiã concipio, atque vaticinatione id percipio, vt pote rationis alumnus. Multò etenim mirabilius videri debet, quod ex tantillo ad tantam magnitudiné peruenerit: q̃ vt ex ſtatu in quo nunc eſt, ad ſummum ſplendoris gloriæ verticem prouehatur. Poſteaquam enim ſemel abeo, qui mortuos ad vitã reuocaturis iungi cœperunt, ac ſiccis Sp. vitæ & regenerationis datus eſt: reſurrectionẽ vtiq; omnib. ſuis numeris partibuſq; perfici atq; expleri neceſſe eſt. Ac proinde q exaſperant, non exaltentur in ſemetipſis, nec [27] vmbrã, aut ſomniũ expergiſcentibus aut aurã perſlantem, aut nauis veſtigia aquis impreſſa tenentes, quicquam propterea ſe habere exiſtiment. [28] Vluler gemuit quia cecidit cedrus. Ex aliorum calamitate ſibi documentum capiant, atq; diſcant pauperẽ nequaquam in finem vſque obliuioni fore, nec diuinitatem ſeſe diutius exhibituram, quin procerum capita, vt Habacuc loquitur, cum ſtupore diſſecet, nimirum ipſa quoque [29] diſſecta ſceleratorũ diuiſa in id quod præſt, & quod ſubeſt: vt ſic maximè & diuinitati contumelia Ratione in creaturarum ordinem reducatur, atque depreſſæ: & creatura oneretur, diuinitati honore æquata. Quin illam quoque eius, qui contritos colligit, atque oppreſſos ſuſcipit, vocẽ mihi audire videor: [30] Dilata adhuc locum funiculorum tuorum: extende ad dextram & ad ſiniſtram, & ego, atrijs ne parcas. Ego tradidi te, & ego opẽ ac ſubſidium tibi aſſeram. In parua ita per-

Trinitas a ſolata. peuſi te: at in ſempiterna miſericordia glorificabo te. Maior eſt mẽſura humanitatis & miſericordię mẽſurâ correptionis. Illa ꝓpter flagitia tua tibi acciderũt: hęc ꝓpter Trinitatẽ adoratã cõſequeris. Illa ꝓpter purgationẽ: hęc propter gloriã meã qui glorifico glorificantes me, & ad irã [31] prouoco prouocantes me. Ecce hæc ſigna ſunt apud me, atq; hæc remunerationis & mercedis lex inuiolabilis eſt. [32] At tu parietes arẽtiſsimè tenebas & tabulas, & ingeniosè atq; eleganter inciſos lapides, & longos curſus & ambitus, atq; auro fulgebas & collucebas, illudq; [33] partim aquæ inſtar effundebas, partim quaſi arenam aggerebas: nimirũ ignorãs, fidẽ ſub dio laborantem atq; afflictam copioſa & magnifica impietate præſtantiorem eſſe, tresq; in nomine Domini congregatos multis diuinitatem abiurantibus plures apud Deum cenſeri. Ain tu vniuerſos etiã Chananæos Abrahamo vni anteponeꝰ an Sodomitas vni Lothꝰ an Madianitas Moſiꝰ peregrinis, inquam, his & hoſpitibus? Quidꝰ an trecentos illos qui cum Gedeone fortia animo lamberunt, tot hominum millibus pedẽ referentibus inferiores eſſe contendes? An vernas Abrahæ, numero haud multò plures, multis illis regibus atque innumerabilibus copijs, quas, tametſi pauci eſſent, numeroque longè impares, perſecuti tamen ſunt, atque in fugam verterunt? Illud autem quo modo intelligendum eſſe cenſes, [34] Si fuerit numerus filiorum Iſraël vt arena maris, reliquiæ ſaluæ fient? Quo autem modo illud, Reliqui mihi ſeptem millia virorũ, qui nõ flexerunt genu coram Baal? Non eſt ita, non, inquã, ita eſt. Non in pluribus beneplacitum eſt Deo. Tu quidem myriades numeras: at Deus eos, qui ſalutem conſequũtur. Tu infinitum puluerem: ego electionis vaſa. Neque enim apud Deum quicquam æquè magnificum & illuſtre eſt, vt doctrina purgata, & anima veritatis dogmatibus inſtructa atque perfecta. Nihil quidem Deo qui omnia creauit, & à quo omnia, & in quem omnia, dari atque offerri poteſt, nõ modò ſi vnius hominis opus & diuitiæ in eam rem impendantur, ſed neque ſi omnibus omnium hominum operibus & facultatibus in vnum cumulatis eum quiſpiam honorare inſtituerit. Nónne cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? Et Qualem domum ædificabitis mihi, aut quis locus requietis meæ? Quoniam autem infra ipſius dignitatem nobis neceſſariò ſubſiſtendum eſt, nec quicquam, quod ipſius magnitudini reſpondeat, ei offerri poteſt: quod ſecundum eſt, pietatem à vobis poſtulo, communes, inquam, has diuitias omnibusque ex æquo obuias & expoſitas: in quibus fortaſſe admodum etiam illuſtrem & locupletem hominem tenuiſſimus ſuperabit, ſi animi magnitudine præſtet. Voluntatis enim eſt hæc liberalitas & munificentia, non opũ & copiarum. [35] Accipiam quidem hæc quoque, ne dubitetis: atq; è manibus veſtris extorquebo. Calcare aulam meam non adijcietis: ſed calcabunt eam pedes manſuetorum, qui rectè atque ſyncerè me agnouerunt, Verbumq; meum vnigenitum, & Sp. ſanctum. Quouſque montem ſanctum meum hæreditate poſſidebitis? [36] Quouſq; arca apud Philiſtæos? Nunc tamen aliquantulum adhuc in alienis animum oblectate, atque inſolẽter vos iactate, libidinemque veſtram explete. Quemadmodum em̃ me repellendi abijciendiq̃ conſilium cepiſtis: ſic quoque vos repellam, dicit Dominus omnipotens. Hæc & loquentem audire, & facientem ſentire mihi videbar, atque inſuper ad populum clamãtem, ad hunc, inquam, ex paruo magnum iam & copioſum, & ex diſperſo ſatis iam coniunctum, & ex calamitoſo & miſerabili fortaſſe etiam inuidioſum. [37] Incedite per portas meas, & dilatamini. An vos in perpetua ærumna verſari oportet, in tentorijs cõmorantes: eosque qui vos opprimunt, immodica lętitia efferri? Tum etiam ad angelos, quibus huius vrbis cura commiſſa eſt, his verbis vtẽ tem (nec enim dubium, quin alij aliarum Eccleſiarum præſides ac patroni ſint, quemadmodum in Apocalypſi Ioannes docet) Sternite viam populo meo, lapidesque è via ſubmouete ac proijcite, ne quod offendiculum, aut obſtaculum iter populi mei, ad diuinam vitam remoretur, ingreſſumque ipſius impediat, nunc quidem ad manufacta templa, paulò pòſt autem ad ſupernam Hieruſalem, atque illa Sancta ſanctorum, quæ acerrimorum huius vitæ laborum & ærumnarum finis ſunt, rectè incendentibus. Quo in numero vos quoque eſtis vocati Sancti, populus peculiaris, & eximius, regale ſacerdotium, [38] funiculus Domini fortiſsimus, [39] à gutta fluuius plenus, à ſcintilla flamma ſublimis, & in cælum tendens, à grano ſinapis arbor tãtæ magnitudinis, vt aues in ea requieſcãt. Hos vobis largimur, chari paſtores & collegæ, hos offerimus, his amicos noſtros & hoſpites ſimulq; peregrè agentes excipimus. His nihil pulchrius nec illuſtrius habebamus, quod vobis offerremus, cũ id quod in bonis noſtris preſtãtiſſimũ eſt, exq̃uiſſemus: vt intelligatis nos licet externos ac peregrinos, nequaquam

Eſa.62.

Angeli cuſtodes vrbiũ.

Apoc.2.3.

1.Pet.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen inopia premi,[40] verũ pauperes qui dem esse,cæterùm multos locupletare.
Quæ si parua nihiliq; æstimanda sunt, lubens sanè audierim,quænam sint ea, quæ maiora atque excellentiora habenda sint. Etenim si ciuitatem, orbis oculum, terra mariq; potentissimam,orientalis atq; occiduæ oræ velut nodum & vinculum ad quã extremi totius terrę fines concurrũt & à qua velut à cõmuni fidei emporio incipiunt, si hanc,inquam, ciuitatem saluti fera doctrina firmasse ac fulcisse nequaq; magnum & præclarum censeri debet, idque tot linguis tamq; vndique agitatam & concussam:quo tandem modo quicquã aliud magnum ac studio & laude dignũ videri queat?Si autem laudabile atq; honorificum existimandum est(liceat mihi quoq; per vos nonnihil hoc nomine gloriari)aliquam ipsi quoque partẽ his, quæ videtis,cõtulimus. Tolle in orbem oculos tuos & vide, quisquis es qui doctrinæ nostræ censuram facis. Vide textam [41] hanc gloriæ coronã pro mercenarijs Ephraim, & corona contumeliæ. Vide Presbyterorũ concilium,canicie & prudentia ornatorũ, Diaconorum modestiam atq; ordinẽ, nõ procul ab eodem Spiritu remotorum, Lectorum moderationem & concinnitatẽ, plebis attentionẽ discendiq; studium, tã in viris quàm in fœminis virtutis honore paribus,ac rursus,virorum,tã in philosophis q̃ in simplicioribus, omnibus diuina sapientia instructis, tam in præfectis q̃ in subditis, hic videlicet omnibus rectè subiectis,tam in militibus q̃ in nobilibus, ac studiosis & literatis,omnib.nei militib. cætera quidẽ placidis & moderatis,[42] pro Spiritu autẽ bellicosis omnibus supernũ senatum honorantibus,ad quẽ non [43] humilis & abiecta litera, sed viuificans Spir. inducit,omnibus verè doctis & eruditis, ac veri verbi adoratoribus, tum etiam, vt fœminas diuidamus, tam in in ijs quæ matrimonij iugo vinctæ Deo magis q̃ carni astrictæ sunt, quàm in ijs quæ nuptiarum expertes & liberæ, Deo sua omnia consecrarunt, atque vt breui complectar, tam in iuuenibus quàm in senibus, quorum alteri ad senectutem præclarè contendunt, alteri [44] immortalitatem per vim sibi cõparant,nimirum optima & felicissima spe refloreścẽtes Huius coronæ textoribus([45] quod loquor, non, secundum Dominum loquor,sed tamen loquar) nonnihil ipse quoque adiumenti attuli.Horum quispiã sermonum quoque nostrorum fructus atque opus est,non eorum quos proiecimus, sed quos amore cõplexi sumus, [46] nec meretricioũ(vt quidã nostri nominis insecta

Constantinopoli cõmune fidei emporiũ.

Disciplina Ecclesiæ Byzãtinæ.

Virgines Deo consecratæ.

tor obtrectatorq; dicebat, homo & moribus & lingua cynædus) verùm admodũ etiam grauium & pudicorum. Illorum quispiam,mei quoq; spiritus [47] fœtus est, quemadmodum Spiritus eos, qui à corporis contagione animum abrumpunt,gignere consueuit.Huius rei nõ dubito quin candidissimos quosque vestrum testes habiturus sim,aut etiam omnes. Quãdoquidem omnes à nobis exculti sunt.[48] Acnuatæ opere merces sola confessio est. Non enim aliud quicquam quærimus aut quæsijmus.Virtutem enim mercedis expertẽ esse oportet,vt virtus maneat,bonũ ipsum duntaxat sibi proponens. Vultis aliquid elatius adijciam? Videtis aduersarias linguas posita feritate mitescentes, atque eos qui diuinitati bellum indixerunt,nihil iã turbarum nobis facessentes? Idquoq; fructus,id quoque agriculturæ nostræ est. Non enim inscitè, atque imprudentè docemus,nec aduersarios contumelijs & conuicijs incessimus,quemadmodum plerique faciunt,non cum dogmate,sed cum dogmatis assertoribus cõfligentes, ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes, [49] non aliter ac sepias atramentum ante se vomere atq; vt piscatores effugiãt, aut conspectum lumen eripiant.Verùm nos pro Christo bellum gerere,perspicuo argumento declaramus : dum secundum pacificum illum,& [50] clementem Christum atque infirmitates nostras portãtem dimicamus. Neque enim cum veræ atq; orthodoxæ fidei pernicie paci studemus,nonnihil de nimirum contentione remittentes, vt moderationis & æquitatis famã colligamus (non enim quod bonum est,malè audire cupimur:) atque interim tamẽ pacẽ colimus, legitimè nimirũ pugnantes,atq; intra limites nostros Spiritusq; regulam nosmet continentes. Ac de his quidẽ ita sentiendis & dictis q; animarum dispensatorib.rectèq; doctrinæ velut promis condis legẽ statuentibus nec asperitate sua aduersariorum animos exulcerẽt,nec summissione insolentiores efficiant:sed prudenter & cõsultè in fidei causa se gerant,nec in alterutro horũ mediocritatis lineas transiliãt.Sed iã fortasse operæ precium est ipsius quoq; fidei doctrinam,quęcunq; tandẽ illa apud nos sit, cupiẽtibus vobis indicare. Nam & ipse commemorationis assiduitate sanctitatẽ cõsecutus est:& populus hic vtilitatẽ consequitur ex huiusmodi sermonibus, si qua alia re mirificam voluptatem capiens ; & vos denique agnoscetis , an non frustra inuidia ꝑmebamur, dũ in veritatis patefactione aliorum studia æquaremus, aliorũ etiam

Trium personarum eadem essentia.

Ludi diaboli.

Regia via incedentes quid credãt de Trinitate.

Abiuratio in baptismo.

Qui tres hypostases & tres personas ponũt re ipsa idem sentiunt.

etiam anteuerteremus. Quemadmodum em̃ in subterraneis aquis aliæ in imo prorsus gurgite latent,aliæ in angustum pressæ astrictæq; æstuant ,atq; eruptionem iã adhuc morantur,aliæ verò in altum erũpunt:[51] ad eundem modum eorum qui de Deo philosophantur,vt importunos omninò & væcordes homines taceam , alij tectam penitus atque occultam pietatem habent : alij à partus doloribus non longè absunt(ij nimirum qui impietatem ita fugiunt,vt tamen pietatem libera oratione promulgare nõ audeant , siue certo cõsilio & dispẽsatione circa fidei doctrinã vtentes , siue metu atq; ignauia eò cõfugientes, atq; animo quidẽ & mente sani sunt,vt affirmant,cæterũ plebis sanitati minimè cõsulunt, perinde ac si ipsis nõ aliorũ,sed sui dũtaxat cura & ꝑfectura cõmissa sit : alij verò thesaurum quoque hinc ih mediũ proferunt pietatis fœtũ parturientiũ instar retinere nequeuntes, nec soli seruari salutẽ existimantes,nisi in alios quoq; bonum hoc redunder. Quorum in numerũ vtinã ipse adscribar,ac si q mecũ pietatẽ laudabili audacia palã profiteri audent. Atq; vnum quidẽ,idq; breue fidei [52] doctrinæq; nostræ argumentũ ac velut in columna insculptum omnibusq; notũ est hic populus,adeò verus atq; syncerus Trinitatis adorator,vt ab hac potiꝰ vita diuelli se passurus sit,q̃ vt trium horũ aliquid à diuinitate disiungat,eadẽ fidei sententia ꝓditi,eodem zelo flagrantes,vna atq; eadẽ fidei doctrina & inter se & mecum & cũ Trinitate ipsa coniuncti atq; cõnexi. Vt aũt breui singula percurrã,[53] quod principij expers est,& principiũ,& id quod cum principio est , vnus est Deus . Nec verò principio carere , eius quod principio caret,natura est,aut etiam ingenitũ esse. (Nullius em̃ rei natura ex eo declaratur quòd dicamus,quid non sit, sed quid sit.Est enim eius quod est,positio, non autem eius quod non est sublatio :) nec Principium eo quod principium est, abeo, quod principio caret,dirimitur.nõ enim in eo naturæ rationẽ habet vox principij,quẽadmodum nec in illo,quòd principij expers sit. Circa naturã enim hæc cõsiderantur,non aũt natura ipsa sunt. Eodem modo id quod cum principij expertẽ,& cum principio est, nihil omninò est aliud,quam quod illa.Nomen aũt principij experti Pater,Principio Filius,ei autẽ, quod cum principio est,Sp.sanctus. Vnio porro est Pater,ex quo & ad quẽ ea,q̃ deinceps sequuntur,referunt̃,non vt confundantur ac permisceantur,sed vt cohęreãt, nec tempore ea secernente atq; distinguente,nec voluntate nec potentia. Hæc enim tria vt multa simus,effecerunt, nimirum vnoquoque & secum & cum alijs disiden te. At quibus & simplex natura est,& eadẽ essentia:his propriè quoq; vnius vox conuenit. Ac contentiosas quidem & pertinaces fidei in alterutrã partẽ deflexiones cõpensationesq; valere sinamus, nec vni,iuxta Sabellium,in trium personarum euersionem sauentes, ac scelerata contractione diuisionem tollentes,nec rursus tribus ꝓsonis Arianorum more aduersus vnum patrocinantes,ac nefaria diuisione vnitatem peruertẽtes.Neq; enim id à nobis quęritur,vt malum malo permutemus,sed vt à bono minimè aberremus.Nam profectò diaboli ludi hæc sunt,res nostras pernicio sa lance ponderantis. Nos verò mediã viã regiamq; ingredientes, in qua virtutes quoq;,[54] vt harum rerum peritis placet,sitæ sunt,credimus in Patrem & Filium & Sp,sanctum eiusdem substantiæ & glorię. In quib. & baptismo sua ꝓfectio constat, [55] tam in nominib.q̃ in rebus(scis hæc quis quis eo initiatus es)[56] quippe qui impietatis abiuratio sit, diuinitatisq; confessio, at que ita numeros omnes perfectionis exple mus,vnũ quidẽ quoad essentiã indiuiduã q̃que adorationem credentes, tria autem quantum ad hypostases siue personas, vt nonnulli malunt. Desinant enim , qui de his rixantur , ineptire: perinde ac si fidei nostræ pietas in nominib. non in reb.consisteret. Quid enim dicitis,qui tres [57] hypostases affertis?an hoc eò dicitis , quòd tres essentias existimetis? Nõ est apud me dubiũ quin aduersus eos,q̃ ita existimãt, ingentẽ clamorẽ excitaturi sitis. Vnã em̃ & eandẽ horum trium essentiã profitemini.Quid vos,qui Personas dicitis,num vnum velut quiddã compositum aio fingitis ac tres facies,aut humanam omninò formam habẽs?Absit,ipsi quoq; inclamabatis:ne faciẽ quidẽ Dei, quæcunq; tandẽ illa est,vnq̃ ille videat,qui ita sentit.Quid igit,vt interrogare pergã, vobis hypostases volunt,aut vobis Personæ? nimirum tria esse quæ diuidantur : non naturis sed proprietatib. Optimè.An fieri potest, vt quidam magis inter se concordent atque idem dicant, quàm cùm ita sentiunt tametsi alioqui syllabis discrepẽt. Videte qualem vobis pacificatorem me præbeam, à litera ad mentem traducens : quẽadmodum si quis vetus Testamentum & nouum componat & conciliet. Sed eò, vnde digressi sumus,redeundum est. Ingenitus quidem & Genitus & procedens dicatur sanè & intelligatur, si cui nomina

Universidad de Deusto
Biblioteca

mina fingere libeat: non enim verebimur, ne ea q̃ corpore carent, corporeo modo intelligantur, quèadmodum [58] diuinitatis obtrectatorib. placet. At creatura, Dei quidem dicatur (nam id quoq; nobis amplũ & honorificum est:) Deus autem nequaquam. Alioqui tum Deum creaturam esse admittam, cùm ipse quoque propriè Deus fuero. Sic enim se res habet. Si Deus est, creatura non est: creatura enim nobiscum est, qui diȳ nõ sumus. Si aũt creatura est, vtvtiq; Deus non est. Temporaliter em̃ ortum habuit. Quod autem ortũ habuit, aliquando nõ erat. Quod verò in ea causa est, vt id qd̃ non erat, eo antiquius sit, hoc certè propriè non est. Quod autem propriè non est, quo tandem modo Deus esse queat? Ergo nec quicquã horum triũ creatura est, nec, quod dictu sceleratius, propter me creatũ est. Alioqui non modò creatura esset, sed etiã abiectior nobis atq; contemptior. Etenim si ego ad Dei gloriam conditus sum, hoc aũt mea causa procreatũ est: [59] forceps vtiq; propter currũ efficitur, aut serra propter ianuã: [60] sequitur profectò vt causa sim superior. Quãtò enim Deus creaturis est sublimior, tantò id quod mea causa creatũ est, me qui propter Deum effectus sum, vilius atq; ignobilius est. Aduersus hæc [61] Moabitis quidé & Ammonitis nec aditus ad Ecclesiã Dei pateat, hoc est, dialecticis improbisq; disputationibus, quib. isti generationé Dei processionemq; ineffabilem curiosè inquirentes aduersus diuinitatem temerè insurgunt: perinde verò ac si ea quæ vim omnẽ facultatemq; verborum superant, solis ipsis perceptibilia esse oporteat: vel omninò non esse, quoniã ea ipsi intellectu assequi nequeant. Nos aũt scripturæ diuinæ vestigia habentes, [62] atq; offendicula, ijs tantũ qui cæcutiunt, molestiam exhibentia sub mouẽtes, doctrinã salutiferã conserтis vt aiunt, manibus retinebimus, priusq; in omnem audaciam prorumpemus, q̃ vt aduersus Deum arroganter atque impiè quicq̃ loquamur. Porrò scripturæ testimonia alijs relinquemus, cũ à multis iam sæpe producta literisq; mandata: tum etiã à nobis [63] haud quaq̃ perfunctoriè & negligenter. Ac pterea, mea quidẽ sententia, turpe admodũ fuerit, nunc earũ rerum confirmationes colligere, quæ iampridẽ à nobis cõfirmatæ sunt. Neq; enim pstantissimi ordinis est, prius docere ac postea discere, nõ dicã diuina tamq; alta & sublimia, sed ne aliud quidem quicq̃ paruum & contẽnendum. Ad hæc offendicula è scripturis obiecta soluere atq; explanare non est præsentis temporis, sed maioris atq; absolutioris operę, quàm pro psenti instituto. Ac fidei quidem nostræ doctrina, vt summatim cõplectar, talis est. Quæ etiam ipsa non eò expositi, vt cum aduersarijs certamen inirem (iam enim sæpe decertauimus & si nõ nimis excellenter & egregiè) verum vt doctrinæ meæ formam vobis ostenderem, liquidoq; ipsi perspiceretis, nunquid vestrorum dogmatum propugnator ego sim, atque aduersus eosdẽ & pro ijsdẽ in acie stẽ. Habetis, ô viri, nostri in hãc vrbẽ aduersus Apologiã: q̃ si laudẽ mereaſ, Deo & vobis quorũ accersitu huc veni gratiã habeo: sin aũt spẽ vestrã minꝰ impleui, sic quoq; gratiã habeo. Non em̃ omninò vituperãda est, vt mihi persuadeo, ac vobis id affirmanti bus credo. Num quid populũ hunc per a uaritiam circunuenimus? Num quid priuatis vtilitatibus consuluimus? quemad modum multos facere video. Num quid Ecclesiam molestia affecimus? alios quidẽ fortasse, quibus indicta causa de nobis victoriam tulisse existimãtibus, sermonem nostrum obiecimus: at vos nihil profecto quantum quidem mihi conscius sum. Nã bouem vestrum accepi, inquit magnus Samuel, cum Israele pro regis petitione contendens atque expostulans, non [64] animarum vestrarum piaculum, Deus testis inter vos, non hoc atque illud, plura commemorans (ne singulis enumerandis longiùs orationẽ producam) verùm purum atque incorruptum sacerdotium custodiui. Quod si principatꝰ, aut sublimiũ thronorum amore flagraui, aut Imperatorum aulas calcare gestij: nunq̃ aliud quicq̃ spectandoris amplitudinisq; mihi contingat, si quid contigerit, cõfestim illud proijciam atq; amittam. Quid igitur est, quod dicam? Non em̃ gratuitꝰ virtutis sum cultor, nec cultor, nec in eam virtutis magnitudinem perueni. Laborum pmium mihi date. Quod tandem? non quod nonnulli fortasse existimant, qui ad quiduis suspicandum facilè adducuntur, existimarint: sed quod mihi tutò postulare licet. Diuturnis laboribus me leuate atque in quietem vindicate. Moueat vos hæc canicies, flectat hospitij & peregrinationis ratio. Alium fuisse gate, qui pro nobis hostiliter premantur, qui puris sit manibus, qui voce non tarda & inerudita, qui ita animo compatitus, vt omnibus in rebus vobis obsequi curasque Ecclesiasticas simul perferre possit: quandoquidem tales præsertim hoc tempus flagitat. At mihi, cernitis quo modo corpus etiam hoc se habeat, nimirum & tempore & morbo & labore cõfectum. Quid vobis timido & ignauo [65] sector ne opus est, atque in dies singulos, vt ita loquar, moriente, non corpore tantùm, sed curis etiam & ærumnis? qui vix hęc quoque vobis loquor. Ne voci magistri fidem abrogetis: neque enim vnquam abrogastis. Non iam vltrà fere queo facilitatem animi atque clementiam criminis loco mihi obijci. Non iam vltrà cum dogmatibus, & cum inuidia pugnare queo, cum hostibus & cum socijs. Illi pectus feriunt, minusq; voti compotes fiunt. Nam qui apertas inimicitias gerit, facilè caueri potest. Hi terga obseruant, magisq; molesti sunt. Nam qui minimè suspectus est, perniciosius vulnus infert. Quòd si etiam nauclerus, & qui dem peritissimus essem, atque hinc effusum mare in nos sæuiret, [67] ac circa nauem æstuaret, hinc graui seditione rectores inter se conflictarentur, alijque de alia re cõtenderent, sibique inuicem & fluctibus maris obstreperent, quandiu tandem ipse obluctari possem ad gubernacula sedens, vt simul & cum mari & cum vectoribus pugnarem, atque ex duplici tempestate nauẽ sine vllo periculo conseruarem? Quibus etenim omni ratione connitentibus, seseque in certamine adiuuantibus è periculo emergere, salutemque adipisci difficile fuisset ijs inter se dissidentibus & conligentibus, quo modo fieri possit, vt non deprimatur nauis, fluctibusque obruatur? Quid alia commemorare attinet? Quo tãdem modo [68] sacrum hoc bellum feram? dicatur enim etiam quoddam bellum sacrum, quemadmodũ & barbaricum. Quo modo hos aduersis thronis insidentes, atque aduersas in pascendo grege partes fouentes connectam, atque in vnum adducam, populumque simul cum ipsis abruptum, studijsque cõtrarijs distractum, quèadmodum in ijs hiatibus, qui ex terræ motibus, accidunt, vicinæ & propinquæ partes simul moueri solent, aut in pestifer is morbis famuli ac domestici simul abripiuntur, morbo nimirum ab alijs ad alios facilè permeante? Ac ne hoc quidem solũ sed etiam orbis terræ segmenta, eodẽ cũ dissidentibus affectu cõmota, ita vt iam in duas contrarias partes [69] Oriens & Occidens secreti atque diuisi sint, nec iam minus animorum & voluntatum, quàm finium segmẽta esse videantur. Quousque enim hæc audientur Meus & tuus, antiquus & nouus, facundior aut spiritualior, nobilior aut obscurior, populi numero co piosior, aut tenuior? Senectutis me pudet cum aliorum nomine censeor, [70] à Chriſto seruatus. [71] Non fero Circenses vestros ludos, & spectacula, atque æmulum hunc & vtrinque parem, tam in sumptibus, quã in animorum studijs furorem. Equos trã-

siungimus, certatimq̃; iungimus, ac copulamus propemodum etiam aerem ipsum verberamus, vt illi, puluereamque in cœlũ iacimus velut lymphati, ac sub alienis personis contentiones nostras explemus, malique ambitionis [72] & magnificentiæ arbitri efficimur, atque iniqui & absurdi rerũ iudices. ijdem enim homines hodie eiusdem nobiscum throni fideique sententiæ sunt, si ita nos duces & antistites nostri tulerint: cras contrariæ sedis & sententiæ, si spiritus reflauerit. [73] Odium atque amicitiã nomina comitantur: nec, quod grauissimum est, apud eosdem auditores contraria loqui erubescimus, nec nobis ipsis constamus subinde nos immutante contentione: dicas [74] Euripos quosdã esse nũc exundantes, nunc reci, pco fluctu subsidẽtes. Quèadmodũ igitur si adolescẽtuli in medio foro lustrarẽt, turpe admodũ esset, nobis q̃; indignũ, relictis nostris studijs vitęq̃; institutis cum illis colludere (neq; em̃ puerorũ ludi senectutẽ decent:) eodẽ modo nec si alijs mutuo sese versantib. atq; iactantibus meli* quiddam ipse q̃ vulgus, sentiam vnus eorum esse malim, quàm, vt sum, cũ obscuritate liber. Ac pterea ita quodã modo afficior vt nõ admodũ mihi cũ vulgo conueniat nec eandm viã ingredi sustineam: rusticiùs id quidem fortasse atq; inciuilius, sed tamen ita afficior. Ea quę alijs voluptatẽ gignũt, mihi molesta sunt: quæ autem alijs tristia & iniucunda videntur, ea animũ meum oblectant. Quocirca ne hoc quidem mihi mirum fuerit, [75] si vinculis etiã astringar, vt incommodus & importunus, ac plerisque mente captus esse videar, quemadmodum [76] ethnico cuidã philosopho accidit, cui prudẽtia quasi insania vitio vertebatur, quoniã omnia deridebat, risu videlicet ea digna perspiciens, in quæ vulgus summo studio incumbebat: aut etiã musto plenus esse censear, vt posteà Christi discipuli, cùm linguis loquerentur: ignorante scilicet multitudine id Spiritus vi & facultate cõtingere, non mentis aberratione. Iam crimina quoq; nostra, quæso, expendite. Tanto iam tempore, inquiunt, Ecclesiæ præes, [77] temporis fauore auxilioq; fultus, Imperatorisq; generoso impetu: quod maximi estimari debet. [78] Ecquod mutationis signũ nobis affulsit. Quot hominũ cõtumelias priꝰ pertulimus quid acerbitatis passi nõ sumꝰ nõ iniurias? nõ minas? nõ exilia? nõ pecuniarũ direptiones? non bonorũ proscriptiones? nõ [79] Presbyterorũ in mari conflagrationes? non templa profanata? atque ex templis in sepulchra mutata? non publicas senum Episcoporũ, aut, vt magis

Filius aut Deus nõ est aut creatura non est.

Nõ curiose inquirẽda est Dei generatio & processio.

Discendũ prius q̃ docendum est.

Idem accidit nostræ tempestate

Euripi inter Christi anos qui dicantur.

simil.

Greg. nõ cõuenit cum vulgo.

Democrit. habebatur insanus à vulgo. Act. 2.

Persecutio Ecclesiæ. Templa profanata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis proprio verbo vtar, Patriarcharum cædes? non eam immanitatem, vt pijs solis inuius esset locus omnis? non denique quidquid calamitatis vllis verbis exprimere quisquam possit? Quorum, quidnã ijs, qui nos læserunt, rependimus? quando quidem versis, vt par erat, rerum vicibus, rependendi potestas nobis facta est, atque eos, à quibus importunè vexati fueramus, castigari oportebat. Atq; vt omissis alijs calamitatibus ad nostras, ne dicam ad tuas calamitates veniamus, non persecutionibus vexati sumus? non iniurijs omnibus oppressi? non Ecclesijs, domibus & quod acerbissimum est, solitudinibus exturbati? non furentem populum tulimus? præfectos violentos & importunos? [80] Imperatores simul cum edictis suis contumeliosè spretos? Quid postea superiores extitim⁹: & persecutores nostri pœnam effugerunt.

Greg. man suetudo. Ita sanè est, inquam. Mihi enim aduersus eos, qui iniuriam intulerunt, satis grauis pœna est, referendæ iniuriæ potestas. At istis aliter videtur: perquàm enim exacti ac seueri sunt ad vlciscendum. Atq; idcir cò exigunt, vt oblatam vindicãdarum iniuriarum occasionem amplectamur. Quis præfectus mulctatus est, inquiunt? quis populus castigatus est? quinam plebis inflammatores? quem terrorem nobis ipsis in posterum indulsimus? Quin hæc quoq; fortasse nobis exprobrauerint, (iam enim exprobrarunt) quòd nec mensa lauta & opipara, nec augusta veste vtimur, nec magnificè in publicum prodimus, nec eos à quibus conuenimur, fastuosè excipimus. Nesciebam scilicet nobis cum consulibus & præfectis clarissimisque belli ducibus, qui tot opibus copijsque circunfluunt, vt quò sua proijciant, nõ habeant, æmulationem ac certamen esse: dandamq; esse operam, vt & nobis pauperũ bonis ad luxum & delicias abutentibus, venter vndique comprimatur, & necessaria in res superfluas effundantur, atq; altaria ipsa ructibus nostris contaminentur. Nesciebam nos equis insignibus & lasciuis ferri, sellisq; & curribus magnificè attolli, ac cum fastu & põpa deduci, velutq; poppysmis demulceri oportere, atq; omnes nobis perinde ac belluis de via decedere, & in vtramq; viæ partem scindi ac distrahi, aut etiam tantam præeuntium turbam esse, vt procul conspicuus sit noster incessus. Si hæc grauia vobis & acerba fuerunt, præterierunt: hanc iniuriam mihi condonate. Antistitem alium, qui multitudini placeat create: mihi autem solitudinem date, rusticamq; vitam & Deum, cui soli per frugalitatẽ etiã tenuemq; victum cultumq; placebimus.

Luxus & fastus Episcopo indigni.

At graue est cõcionibus, & cœtibus & publicis conuentibus, & plausibus his à quibus quasi pennis in sublime ferimur, & familiaribus & amicis, & honoribus, & vrbis pulchritudine & magnitudine, & hoc denique rerum spectaculo priuari, vndique eos fulguris instar perstringente, qui cum intuentur, ac non oculorum aciem intro collegerunt ac defixerunt? [81] At hoc mihi minus graue fuerit, quàm si diutius tumultuer, ac ciuilis vitæ turbis æstibusq; macerer, atq; ad vulgi mores meipsum accommodare necesse habeam. Non enim facio dores & præsules, sed rethores quæro nec animarum dispensatores, sed pecu rum custodes: nec puros sacrificos, sed vi bus atque authoritate florentes antistite Nonnihil eos excusabo: sic eos eruditio qui omnibus omnia efficimur, haud sc vtrùm vt omnes seruemus, an vt perdam Quid dicitis? Num vos his verbis flexi causamq; obtinuimus? an verò ad vestr animos permouendos firmior nobis ad benda est oratio? Vos ergo per Trinitat ipsam, quam profitemur & colimus, p communem nostram spem atque hu populi coagmentationem obtestor: hoc mihi beneficium date, cum precibus pu ablegate. Hoc mihi sit dimicationis pr conium. Missionis libellum mihi dat quemadmodum imperatores militibus lentiæ, si quidem vestra voluntas tuleri cum fausto & præclaro elogio & testimo nio, vt honori meo consulatur: sin min vtcunq; vobis collibuerit, nihil de ea re c tercabor: quandiu Deus rerum nostrarum statum inspectabit. Quem igitur tibi lo stituemus? dicet aliquis. Videbit sibi D minus, pastorem ad præfecturam, quæ admodum ouem vidit ad holocaustum. Hoc vnum peto, vt ex eorum numero qui inuidia premuntur, non qui misere cordiam mouent: qui non omnia omnib indulgent atq; inseruiunt, sed qui non si lis etiam in rebus ob recti studium in h minum offensionem incurrunt. Alterum enim in præsens iucundissimum est, alte rum in posterum vtilissimum. Ac vos q dem [82] orationes discessui meo congrue tes parate: ego autem his verbis flexi vos salutabo. [83] Vale Anastasia nomen a pietate habens. Tu enim nobis fidem huc contemptam excitasti. Vale, inquam, [84] communis victoriæ sedes, [85] noua Sio in qua primùm arcam fiximus, quadragin ta annis circumactam in deserto atq; inco rantem. Tuq;, ô [86] magnum hoc templ & nobile, noua hæreditas, quod magnific dinem quam nũc habes, ab orthodoxa fi trina accepisti: quodque, cum prius Iebus esses, Hierusalem effecimus. Vosq; etiam aliæ domus sacræ, huic dignitate proximæ, alia aliam quandam vrbis partem complectentes, quasi vincula quædam & compages, ac propinqua loca vendicantes: quas cum hac corporis imbecillitate, non nos, sed Dei gratia vobiscum, qui pro perditis ac desperatis habebamur, impleuit. [87] Valete Apostoli, præclara colonia, certaminis mei magistri: etsi minus sæpe festa vestra celebraui, [88] fortasse Pauli vestri Sara nam ad vtilitatem meam in corpore circunferens, ob quem nunc à vobis digredior & secedo. Vale cathedra, inuidiosum hoc & periculosum fastigium, Põtificum concilium, sacerdotum, non minus maiestate q̃ ætate ornatorum, & quicunq; tandem alij circa sacrosanctam mensam Deo ministratis, atq; [89] ad appropinquantem Deum appropinquatis. [90] Valete Nazarco rum chori, Psalmodiarum concentus, stationes nocturnæ, virginum grauitas & sanctimonia, mulierum ordo atq; ornatus, viduarum & orphanorum cœtus, pauperũ oculi in Deum & in nos intuentes. Valete domus hospitales & Christi amantes, infirmitatisq; meæ adiutrices. Valete sermonum meorum amatores, & cursus & concursiones, & calami tam perspicui quàm occulti, atq; huius suggestí cancelli à multitudine compressi, hominum audiendi studio sese mutuò protrudentium. Valete Imperatores & aulæ imperiales, atque omnes [91] Imperatoris famuli & cubicularij, si quidé Imperatori fideles haud quaquam certum habeo: Deo certè magna ex parte infidi. Manibus plaudite, acuta voce clamate, [92] rhetorem vestrum in sublime tollite. Siluit vobis [93] improba & garrula lingua: non tamen omninò silebit. Pugnabit enim manu & atramento. Cæterùm in præsentia consulimus. Vale magna ciuitas & Christi amore prædita (Vera enim testabor) [94] etsi non secundũ scientiam hic zelus est. Benigniores nos disiunctio reddidit. Ad veritatem accedite: *Rom.12.* ad meliorem frugem tandem aliquando vos conuertite. Facite vt Deum studiosiùs quàm pro vestro more colatis. Non turpe *Sent.* est mutari ac resipiscere: sed in malo hærere pernicioſum. Vale Oriens & Occidens, [95] pro quibus & à quibus oppugnamur: testis ille est, qui pacatos nos redder, si nonnulli secessionem meam imitentur. Non enim Dei quoque iacturam facient, qui thronis cesserint: sed supernam cathedram habebunt, his multò sublimiorem & tutiorem. Præter omnia & ante omnia clamabo. Valete angeli huius Ecclesiæ *Angeli præsides Ecclesiæ.* præsides, meæq; præsentiæ & peregrinationis, si modò manu Dei res nostræ gubernantur. Vale Trinitas, meditatio mea & decus meum. His velim seruieris, & hos seruies, meum hunc populum (meus enim est, etiamsi aliter gubernemur) atque audiam te quotidiè extolli & crescere, tum quoad fidei doctrinam, tum quoad vitæ integritatem. Filioli depositum, quæso, custodite: [96] mementote lapidationum mearum. *2.Tim.1.* Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cũ *Rom.16.* omnibus vobis. Amen.

Sacrosancta mensa ministri.

Domus hospitales.

SCHOLIA MAXIMA EX PARTE EX GRAECIS
Nicetæ commentarijs collecta.

1. *Quorum & pulchri sunt pedes.*) *Ab Apostolo hæc sumpsit Theologus, Apostolus autem ab Esaia de Apostolis vaticinante. Horum autem verborum hæc est sententia. Admodũ pulchri & irreprehensibiles sunt gressus Apostolorum, annunciantium nobis pacem cum Deo, cui hostes facti fueramus, atq; alia bona, vt ad optionem & deificationem, regnig; cœlesti hæreditatem.*

2. *Nihil proprium habere.*) *seiunctum à diuina voluntate.*

3. *Spiritus prophetarũ prophetis.*) *Non enim dißensionis est Deus, sed pacis. Per spiritum autem prophetarum vel spirituales gratias intelligit. Variæ enim sunt, aliæ præstantiores, aliæ inferiores: non quòd in ea quæ liter se habeat Spiritus: sed quia, qui eas excipiũt, pro dignitate accipiant. Vel per Spiritum, animæ prophetarum intelligi possunt, quæ inter se subijciuntur propter præclaram Spiritus ordinationem, qui quidem, vt ipse Paulus ait, omnia operatur, diuidens vnicuiq; prout vult.*

4. *Vos enim mihi defensio estis*) *vt pote qui probatio & argumentum industriæ nostræ & sedulitatis atq; orthodoxiæ sitis. Discipulorum enim splendor & gloria specimen est curæ præceptoris. Et testes vtpote conscij laborum & certaminum, quæ vestra causa suscepi.*

5. *Et gloriationis corona.*) *decus & ornamentum, & præclarissima iactatio.*

6. *Hic grex exiguus.*) *Hæc omnia per allegoriam extulit: quam si euoluere libeat, talis erit sensus. Hic populus quondam perexiguus erat, nec in vnum corpus coens, nec Episcopum habens, nec loco vllo atq; Ecclesia circunscriptus, nec propter hæreticorum tyrannidem orthodoxa doctrina liberè fruens: sed in ea calamitate positus, vt sparsim vnusquisq; veræ doctrinæ pabulum conquireret, feliciterq; secum agi putaret, si salutem suam quasi surriperet.*

Quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

7. Quem leones expulerunt.) Hierem. Ouis errans Israël. Leones expulerunt eum, i. Hierosolymis extrusserunt. Vel etiam qualis ille grex de quo per Ezechielē his verbis Deus loquitur: Ecce ego exquiram oues meas quemadmodum pastor quærit gregem suum, in die qua est caligo & nebula in medio ouium inter se dissipatarum. Neq; enim facilè videri potest grex ipsius in obscuritate & caligine dispersu. Pernicioſa enim gregibus & tempestas & caligo. Hic tempestas quidem hæreticis tribuenda est: caligo autem de impijs dogmatibus accipienda est.

8. Atque in omnes montes.) Ezechielis hæc verba sunt. Dispersæ sunt oues, eò quòd nō essent pastore, & factæ sunt in escam omnibus ferīs: & dispersæ sunt in omnem montem & in omnem collem excelsum. Catervm apud Prophetam montes & colles idololatriam significant: quoniam in montibus & collibus idola sacrificabant. Hic autem afflictionem & calamitatem & exilia Christianorum habitationesq; in solitudinibus designant. Χειμῶν autem orthodoxorum tristitiam & mœrorem notat, aut externos insidiantium impetus.

9. Belluæq; irruerunt adeò.) Alludit ad id quod dicebat Paulus in Actis Apostolorum. Post discessum meum intrabunt in vos lupi rapaces non parcentes gregi. Hoc igitur vult Gregorius, hæreticos dilacerasse gregem Christi, atq; ea esse impudentia & audacia, vt nec Theodosio imperante animorū ferociam compescere atq; insolentiam frenare queant.

10. Nona illa Aegyptiorum plaga grauior) Illa enim ad breue tempus grassata est. Tres enim dumtaxat dies Aegyptios oppressit: hæc multo tempore. Atq; illa corpora aliquantū labefactabat: hæc & corporibus & animis sempiternum exitium infert.

11. Cùm non imperaret nobis. Quemadmodum enim fuit quondam illud tempus cùm nec prophetæ, nec sacerdotes, nec reges, nec aliud quicquam donorum tuorum & gratiarum habebamus: sic nunc quoq; omnibus spoliati sumus, atq; in eandem solitudinē redacti sumus: atq; in errorib. libertate & licentia quacunq; rectum videtur, asserimus ac profitemur.

12. Opprobrium facti sumus dilecto tuo.) Vt pote non, vt eo dignum erat, nostro munere perfunctis. Vel quia calamitates ea in quam incidimus, in probrum ipsi apud impios cesserit, tanquam scilicet ille afflictionum ferre non posset.

13. Impiæ linguæ.) Id est, quemadmodum Ariani & Macedoniani, qui Filium & Sp. sanctum creatos esse affirmant.

14. Primus Nabuchodonosor.) Hieremias Israëlis calamitatem lugens, ait, Primus deuorauit eum rex Assur. Et rursus, Dimisit me, & deuorauit me, & apprehendit me, velut caligo tenuis Nabuchodonosor rex Babylonis. Hic autem Nabuchodonosor à Theologo Iuliano dicitur, qui cùm clericus esset, & librorum sacrorum lector aduersus Christum insaniit, proiectisq; sacris libris, quos in Ecclesia legebat, ijsdem manib. impiæ & sceleratæ sacrificia eorum loco accepit, & iugulatos Christianos comedebat, i. consumebat, nonnulla etiam diuidebat, eos inter se dirimens atq; exilio mulctans. Tenebræ autem tenues dici possint, obfuscatio animi, quam grauis mœstitia parit, ad cerebrum vsq; penetrans.

15. Christianisq; oneri simul.) Valens Arianum Orthodoxis oneri simul erat & probro. Oneri quidē propter persecutiones, probro autem, quia Christi nomini contumeliam inurebat ac contumeliæ & dedecori Christianis erat, indignam Christiani nomine vitam agens.

16. Quibus vt facere impium.) Christianis Orthodoxis, inquit, & huiusmodi res facere, ac persequi Christianos impium est (hominis enim est Christū aspernantis ac reijcientis, eos qui Christo nomina dederūt persequi) & rursus à Christianis excruciari grauè & permolestum: quoniam nec qui vexantur, in martyrum multitudine dolores excipiunt, nec populus hos athletas pro martyribus colit, quòd Christianorum nomen persecutoribus insit. Neq; enim iniuria affici videntur, qui supplicia perferunt: quin potius quasi nocentes & facinorosi puniri existimantur.

17. Quia ignis speciosa.) Ioël terræ vastitatem lugens ait, ignis comedit speciosa deserti. Quo loco per ignem armatam locustam, & saltantem bruchum, & reptantem erucā intelligit. Per speciosa autem deserti intelligit ea quæ in incultis campis sponte nascuntur. Ego verò speciosa terræ animæ fructus nominarim. Ignis autem eos depascentem, hæresim. Rursus ait Ioël, Residua erucæ comedit locusta, residua locustæ comedit bruchus, & residua rubiginis comedit bruchus. Sunt autem erucæ, locustæ, & bruchus de genere insectorum. Rubigo autem quasi pulurea corruptio frumenti. Ego autem per huiusmodi insecta, erebrā & successiuam quandam aduersus Ecclesiam grassantem hæreticorum incursionem intellexerim, quemadmodum & à Prophetæ per hæc quatuor significantur quatuor bella, quæ aduersus Hierosolymitas suscepta sunt, nimirum Manasæ, Nabuchodonosoris, Antiochi, & Titi.

18. Talis seges nostra erat.) Superius populum Orthodoxum Constantinop. gregem vocabat: nunc eundem segetis nomine designat, quam dictionē à Paulo mutuatus est, sic ad Corinth. scribente, Dei agricultura estis. Quod vocem perspicuitatis causa, segetem vertere placuit.

19. Magna illa quidem & pinguis.) Nec enim multitudinem Deus numerat: sed corda. Nam, vt ille ait, Melior est vnus faciens voluntatem Domini, quàm mille scelerati.

20. Vt stipula in messe.) Apud Michæam ita habetur, Factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & racemulum (Gr. ἐπιφωλλίδα) in vindemia, cùm nō sit botrus. Est autem ἐπιφωλλὶς parua vua, quæ in vindemia foliis tecta oculos fallit, vel etiam propter immaturitatem relinquitur.

21. Vt ficum præmaturam.) Hoseæ Prophetæ hæc verba sunt, Quasi vuam in deserto inueni Israël, & quasi ὀπώραν πρωΐμον in sicu patrum eorum. Quibus verbis paucitas & raritas indicatur. Nam vua in solitudine rara est, quēadmodum & ὀπώρα in sicu. ὀπωρὰν autem dicebatur præcox ea sicus, quæ ante alias maturuerat. Quemadmodum enim ὀπωρὰν, i. speculator & explorator exercitus quædam præmunciat, sic etiam hæc sicus maturitatem prædicit.

22. Et vt acinum vnum.) Esaias ita loquitur. Quemadmodum inuenietur acinus in botro, & dicent. Ne disperdas eum, quia benedictio in ipso est: sic faciam propter eum qui seruit mihi. Idcirco non omnes perdā. Hic quoq; acinus, qui immaturā adhuc vua maturus inuentus est, de eorum numero est, quæ rarò inueniuntur. Atque ob eam causam eum Deo primitias esse censebant, vt qui primus & solus ex omnibus maturiùs visus esset.

23. Vt malum nauis in monte.) Apud Esaiam ita scriptum est, Leues erunt, qui vos persequentur. Propter vocem vnius mille fugient, & propter vocem quinq; fugient multi: quoad relinquamini sicut malus in monte, & sicut σημαῖον ferens in colle. Σημαῖον hoc loco & ἰσόνεφες aiunt, lignum illud quod in collibus erigitur signa quædam ferens, per quod bellici duces exercitibus suis vel se vicissim significant, vel quòd ad necessaria quædam audienda cogendæ ac contrahendæ sint copiæ. Sensus aūt Prophetæ est huiusmodi, Multæ arbores in montibus non ita claræ & notabiles sunt. Quòd ficubi in montis cacumine pinus vna aut cupressus relicta sit, viatoribus admodum insignis & perspicua est. Ad hunc modum, inquit "os quoq; pauci ex multis relinquemini, facileq; numero comprehendemini.

24. Magnum illum sonum.) Gr. Βαμβαινον. Quæ vox ab Hieremia petita est, atq; hoc loco significat rumorem illum, & admirationem quam memorabilis illa Israelitarum expeditio apud omnes mortales excitauit.

25. Quicunq; tandem montes.) Per montes hic intelligi possunt antiquiorum gregum Ecclesiæ, per cedros autem ij, qui in ipsis pascebantur, quas & si secundum Deum sublimes & virtutum magnitudine insignes, parvus Orthodoxorum Constantinopolis gloria operuit, & studio ac diligentia superauit, paulatim scilicet auctā pietate.

26. Ossa cum ossibus.) Deus Ezechieli Iudæorum reditum ex Babylone præmonstrare, simulq; etiā vniuersalem mortuorum resurrectionem subindicare volens, ei campum plenum ossibus humanis ostendit, ac postea iussit eum ad hunc modum super ea prophetare, Ossa ficca audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus his ossibus, Ecce ego feram super vos spiritum vitæ, & dabo spiritum meum super vos, & viuetis. Et facta est vox, inquit, cùm prophetarem. Et ecce terræmotus, & adduxit ossa vnumquodq; ad commissuram. Et vidi, & ecce super ea nerui & carnes nascebantur, & ascendebat super ea pellis, &c. Ego autem Ezechielis verba proposito argumento accommodans, per ossa quidem dispersas ac dissipatas gregū partes intelligo, per commissuras autem iuncturas & connexiones earum: per sicca verò, mortua, quatenus videlicet soluta ac dispersa sunt: deniq; per spiritum vitæ regenerationis, vnionem eam, qua rursus inter se coierunt, atq; in integrum restituta sint. Vel etiam aliter, per ossa mortuos accipere possumus, quantum ad pietatem attinet, eos scilicet, qui ab Ecclesiæ corpore præcisi, atq; in hæresim prolapsi sunt, ac rursus ad Ecclesiam redierunt. Dico igitur, quòd quemadmodum secundum visionem suprà dictam carnes ossibus admiscebantur, atq; ea quæ soluta reinereéque disiecta erant, in ordinem & concinnitatem inter se conglutinabantur: sic nunc etiam Ecclesiæ segmenta coniungere atq; ad vnius corporis concentum & harmoniam colligere illius solius est, qui, vt scribit Apostolus, viuificat mortuos, qui siccis etiam ossibus ad nerues & carnes reditum ineffabili suæ potentia largitur.

27. Vmbram aut somnium.) Hæretici sunt, quasi qui apprehendit vmbram, vt est apud Ecclesiasticum, ac velut somnium surgentium, vt ait Dauid. Somnium enim cùm auolarit, non iam inuenietur, nec vmbra, cū fugerit, iam erit, vt Iob philosophatur. Quin illud etiam Esaiæ adiecerim, quod erunt, vt somnians in somno, duriæ omnes hæreticorum. Et erunt velut qui comedunt, & adhuc surgentibus vanum est eorum somnium. Et quemadmodum qui siti vexatur, perinde in somno afficitur ac sitiberet, experrectus autem adhuc sitis premitur, atq; ipsius animus vana spe lætatus est: sic quoq; erunt omnes hæreticorum opes, quicunq; aduersus Dei Ecclesiam arma ceperunt: & vt in Salomonis Sapientia scriptum habetur, omnia quæ possident dilabuntur vt vmbra, & vt nauis transiens fluctuantem aquam cuius vestigia transitus inuenire non possunt. Quemadmodum igitur vmbra & somnium, aura & nauis vestigia, res sunt minimè subsistentes, & a se ea manibus complexum exsistimat, rem irritam atq; impossibilem aggreditur; eodem quoq; modo hæretici in summa stultitia versantur, ac frustra laborant, si superiores posthac se futuros putant Orthodoxa fide, atq; huius alumnis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

28. Vlulet pinus.) Minores hereticilugeant, maioribus prolapsis. Cedrus enim altißima in terra radicem habet, atq; aduersus ventorum impetus firma est: Contrà pinus eorum vi facilè perfringitur. Cùm igitur Ariani & Macedoniani, qui velut cedri firmiores & validiores esse videbãtur, superati atq; oppressi sint, nescio ne causa esset, cur alij contremiscant, ac reprimantur, aliorum calamitatibus eruditi?

29. Dißecta scelerateq;.) Ariani enim Patrem increatum & Dominum asserebant, Filium aũt & Spiritum, creaturas & seruos dicebant. Atq; ita & vtriusq; diuinitati contumeliam inferebant, eam videlicet in creaturarum classem detrahentes: Et rursus creaturam onerabant, nimirum honoris magnitudinẽ non ferentem. Creatura enim diuinitatis aqualitatem quasi graue pondus quoddam suscipiens, sustinere non potest, oneris q; grauitate obruitur.

30. Dilata adhuc locum.) Esa. Dilata locũ tabernaculi tui, & pellium tuarum: fuge, ne parcas: produc locũ funiculorum tuorum, & clauos tuos corrobora. Adhuc ad dextram & sinistram extende. Quo loco per clauos allegoricè magistri & pastores intelliguntur, qui arcam Dei, id est Ecclesiam continent, veletiam argumentosa oratione. Per locos aũt funiculorum cohortatorij sermones spem rerum diuinarum pollicẽtes. Per extra verò, spiritualia & intellectu perceptibilia: per sinistra autem, ea quæ in sensum cadunt, ac literalis sensus accipiuntur. Denique per tabernacula & atria, siue, vt vult Nicetas, pelles, statu ille in quo est humo progressus in virtute faciens.

31. Prouoco prouocantes me.) In Dent. sic habetur. Ipsi me prouocauerunt (Gr. παραζήλωσάν με) in eo qui non erat Deus, & irritauerunt me in idolis suis. Et ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente fatua irritabo illos. Quo loco παραζήλωσιν, deceptionem circumuentionemq; significat. Non populus autem certum Christianorum: nec enim iam per se populus vnus est, sed ex multis constatus. Idem etiam ante fidem vanus erat et stolidus.

32. At tu parietes.) Tu Ariana classis Ecclesias tibi vendicabas, Orthodoxos extrudens: ac templa habebas & parietes, & tabulas, & elegantißimos lapides. Nos autem sub dio Dominum adorabamus, ac templis quidem eiecti fueramus, verùm in protectione Dei cœli commorabamur.

33. Partim aquæ instar effundebas.) Ingentibus donis eos cumulabas, qui imperio atq; auctoritate pollebant, atq; ad prouehendam tuam hæresim tibi adiumento erant. Partim vt arenam aggerebas ex promissionibus Ecclesiasticis.

34. Si fuerit numerus filiorum Israël.) Locus est Esaiæ, vbi per reliquias historico quidem sensu intelliguntur, qui expleto 70. annis captiuitatis salui & incolumes ex Babylone in patriam restituti sunt. Valeria vero post Eliam ante secundum Christi aduentum venerit, fidem amplectentur. Allegorico aũt sensu ex omnibus gentes possumus, qui ex circunsione ad Apostolicum munus asciti sunt, ac reliquos oẽs, qui ab eo tempore Christianam fidem profitentur. Hinc etiam quoad moralem sensum attinet, discimus paucos esse, qui à peccatis emergant, salutemq; consequantur. Proinde nihil est quod te moueat eorum, qui piorum nomine censentur, multitudo. Multis siquidem Christi nomen inest: cæterum in paucis testimonium operum nomini facit astruit.

35. Accipiam quidem hæc quoq;.) Hæc quoq;, inquit, ὁ Ariani, i. Ecclesias, quas occupatis, & aurũ aliasque opes vobis extorquebo, qui eas rapuistis.

36. Quousq; arca apud Philistæos.) Hoc est, Quousq; apud vos sectarios & hæreticos erit diuinum sacrarium, in quo diuina mysteria sunt.

37. Incedite per portas meas, i. Ecclesias, vel per actionem & contemplationem. Neq; enim æquum est perpetuis arumnis premi atq; confici, in solitudinibus vitam agentes, atq; alias aliò propter hæreticorum tyrannidem migrantes, quem admodum ijs usu uenit, qui in tentorijs habitant.

38. Funiculus Domini fortißimus.) Funiculus hæreditatis eius. i. pars. Funiculorum enim dimensionibus ij qui hæreditatem diuidunt, terram patiuntur.

39. A gutta fluuius.) Ait Michæas, Ex gutta populi huius colligetur Iacob. Multæ etenim guttæ simul collectæ flumen efficiunt. Eodem quoq; modo à parua scintilla flamma magna & excelsa excitari potest.

40. Verùm pauperes quidem.) Pauperes quidem, inquit, sunt quantum ad opes & facultates: cæterùm non sunt spiritualibus diuitijs augere possunt.

41. Hanc gloriæ coronam.) Apud Esaiã hæc verba habentur, Corona illa texta gloria. Et, Væ corona superbiæ, mercenarij Ephraim. Mercenarios, gentes vocat quas aduersus tribum Iudæ decem tribus Samariæ conduxerant: quæ quidem tribus vocabantur Ephraim, quoniam perfidus Hieroboam, qui illi imperabat, ex tribu Ephraim erat. Porrò gentes illæ corona erant Ephraimitis, non gloriæ sed contumeliæ, vt quæ infamiam ipsis & cladem importaßent. Atq; hæc quidem historicè ita accipienda sunt: Propheta autem sensu Iudæorum duces corona nominantur, vt pote sacerdotij gloria insignes: corona autem non gloriæ, sed ignominiæ & cõtumeliæ, quatenus propter suam in Christum impietatem gloria qua ornati fuerant, excidérunt, atq; ignominiæ & vituperationi obnoxij facti sunt. Ac proditoris Iudæ, qui de tribu Ephraim erat, mercenarij nuncupati sunt. Ipsum enim ad Domini proditionem precio & mercede impulerunt. Nam

τὸ Theologus coronam gloriæ, i. gloriosam & magnificam, quasi ex margaritis & gemmis preciosis & floribus textam Orthodoxorum gregem vocauit ex variis virtutibus ordinibusq; concinnatam: hæreticos autem q. prius Ecclesiam occupabant, coronam contumeliæ, & populum ipsis subditum mercenarios Ephraim, qui bus pro fraudis & impostiræ mercede antesignani & primipili hereseωn aurum rependebant, scelerumque veniam concedebant.

42. Pro Spiritu bellicioso.) aduersus nempe Macedonianos Spiritus hostes, iuxta id quod scriptum est, Et qui mansuetus erat, sit bellator.

43. Humilis & abiecta litera.) Hi, inquit, in supernum senatum ingrediuntur, non humili & pedestri litera. i. imperatoris iussu, per quem, qui ab eo honorantur, dignitates accipiunt, sed viuifico Spiritu.

44. Immortalitatem per vim sibi comparant.) Gr. βιάζονται μᾶλλον ἢ δύνανται. i. quasi vi sibi ipsis allata immortales manent, quoniam nec senectute franguntur, nec humanæ infirmitatis affectibus cedunt, sed spiritualibus certaminibus inuenescunt, quasi tum primùm laborem capessentes.

45. Quod loquor, non secundum.) Vide, quanta sit huius viri modestia. Nam cùm Orthodoxorum orbem coronam vocaßet, verè & iure suo dicere poßet, Hanc coronam ego nexui, nequaq; ita loquitur: sed parcè & summisè ait. Ego eos, qui hanc nectebant, nonnihil opera mea iuui. Et quemadmodum Apostolus propter eos, q. Apostolorum nomen sibi falsò arrogabant, res præclarè à se gestas commemorare coactus, rem eam audaciam atq; insipientiam nominauit: sic hic quoq; noster ad illius æmulationem ait, Quod loquor, non secundum Dominum loquor. i. non vt Domino placet, qui interdixit nobis, ne gloriaremur. Sed tamen loquar, ita postulante orationis argumento.

46. Nec meretriciorum.) Vt hæreticus quidam in me cauillatus est, sermones meos meretricios vocans, vellut non doctrinæ veritate auditores capientes, sed lepore ac lenocinio & pulchritudine atq; elegantia, quasi meretricijs quibusdam fucis & frictionibus demulcentes atq; illinentes.

47. Fœtus est.) Quemadmodum Apostolus dicebat, Filioli mei, quos per Euangelium genui.

48. Ac operæ mercede nauatæ.) Mercedem, inquit, à vobis, quos salutari doctrina imbui atq; excoli, nullã aliam posco, q. vt confiteamini vos à me excultos esse. Volet iam hoc loco fidei confessionem intelligit Theologus: qua etiam se contentum affirmat. Nihil, inquit, aliud à vobis peto, q. vt, sicut adhuc fecistis, Trinitatẽ confiteamini.

49. Non aliter ac sepias.) Hanc similitudinem ab Euripide in Andromacha mutuatus mihi videtur Theologus, ὥσπερ σηπίαν τὸ δίκαιον μέλαιναν ὑφιεῖσα. i. Occultat vt sepia fraudulenta sepia suo nigrore.

50. Clementem Christum.) Nam ille quoq; aduersus Iudæos pugnabat, cùm sermones eorum refelleret ac refutaret. Atq; interim tamen pacem cum ijs colebat, contumelias eorum petulantiamq; leniter & placidè ferens, atq; huiusmodi eorum infirmitates portans.

51. Ad eundem modum eorum, qui de Deo Philosophãtur.) Gr. πρὸς τοὺς περὶ θεοῦ φιλοσοφοῦντας. Nicetas exponit. πρὸς πανταχόθεν, quasi de omnibus in vniuersum Christianis loquatur Gregorius. At qui ex ipso contextu liquidò constat, eum de pastoribus tantùm ac præfectis Ecclesiasticis verba facere, quos in triplici genere versari ait. Alios enim fidem suam pectore clausam tenere, nec controuersa dogmata attingere, nec quid de præcipuis fidei articulis sentiant, vllo modo explicare: alios meliori quidem aliquantò causa esse, sed metu atq; ignauia vetardari, quo minus quod animo sentiunt ac credunt, liberè profiteantur: alios denique præstantißimum hunc fidei thesaurum minimè tectum atq; in animo abstrusum habere, sed palàm libereq; effundere, fidem q. suam intrepidè prædicare.

52. Doctrina nostræ argumentum.) Gr. τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου προγεγραμμένου. προγεγραμμένα aũt dicebatur, scriptũ illud, quod principes in foro proponebant, vt ab omnibus legeretur. Hic autem πρόγραμμα prædicationem vocauit, vel fidei signum & notam. Consimili modo veteres, quæ omnibus nota esse atq; indelebilia in posterũ manere volebant, ea in columna area aut lapidea incidebant, & insculpenda curabant.

53. Quod principij expers est.) Anarchus, inquit, id est, principij expers, est Pater. Neq; enim à quopiam, nec aliunde, nec à seipso est. Principium autem Filius, vt creaturarum omnium conditor, iuxta quod Pater etiã principium dici possit secundum illud, Principium ex Principio. At Filius, si quidem Patrem vt causam accipias, non est sine principio. Principium enim Filij Pater. Sin autem principium de tempore intelligas, principij quoq; est expers. Quod autem cum Principio, Sp. sanctus est. Quoniam enim nec Patri vnq. Filius defuit, nec Filio Sp. sanctus: meritò Sp. sanctus cum Pincipio esse dicetur. i. cum Filio. Quòd si cum Principio, vtique & cum Anarcho Patre, quæ quidem tria vnus est Deus. Nec verò cuiq. exitiosum audiũ esse ὃ ἀναίτιον ἐστι, ὃ ἀγένητον, hoc est, vt crassius loquamur, principij carentiam & ingenituram Deinaturam esse. Natura enim cuiusq; rei declaratur in eo quod dicimus, quid illa sit, non in eo quod inficiando dicimus, quid non sit. Consimili modo in ijs nominibus, quæ de Deo prædicantur, quædam ea, quæ Deo insunt, explicant, quædam verò quæ ipsi non insunt. Exempli gratia, cùm incorruptibilem eum nominamus, eãdem vim hoc habet, ac si diceremus, Caue existimes Deum corruptioni obnoxium esse. Itidem, cùm inuisibilem, perinde est ac si diceremus, Caue putes eum oculorum sensu comprehendi posse. Eodem modo cùm Anarchum dicimus, eum principij expertẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

eße declaramus. Cùm Ingenitum, hoc indicamus eius eßentiam nec ab vllo principio nec ab vlla causa pendere. Rursus, bonum Dominum & iustum iudicem pronunciamus. Quemadmodum igitur in illis sublationem quandam atq; inficiationem eorum quæ à Deo aliena sunt, voces ea designant: sic etiam hîc positionem quandam atq; inficiationem eorum quæ à Deo aliena sunt, voces ea designant: sic etiam hîc positionem & existentiam eorum, quæ Deo propria sunt, & congruenter circa eum considerantur, significant. Quòd igitur principij expers & ingenitum, non ea quæ existunt, declarant, sed potius ea quæ negatiuæ voces sunt, perspicuum est. At eßentia Dei ipsum eius eße est, quod in ijs, quæ non sunt, connumerare velle summa vecordiæ fuerit. Nam si in ijs, quæ non sunt, eßentia est, quotandem modo aliud quicquam eorũ eße posit, quæ affirmatiue prædicantur, vt Iustus, omnipotens, sempiternus, aliaq; id genus, q̃ per affirmationem dicitur. Quare Eunomius Ingeniti & Anarchi vocem falsò eßentiam ipsam declarare aßerit. Ego verò eßentiam quidē Dei ingenitam eße dixerim: non tamen connexo modo ingenitum eßentiam ipsius eße. Neq; igitur principij carentia, Patrũ natura est: nec Filius ideò à Patre principij expers separatus est, quia Principium dicitur quandoquidem nec in Filio principium rationem naturæ habet, quemadmodum nec in Patre principij carentia, sed circa diuinam naturam & principij carentia & principium considerantur, vt proprietates quædam hypostases seu Personas distinguentes ac declarantes, non item vt eßentia & natura. Verbi causa, Petrus & Paulus & Ioannes diuersa quidem nomina sunt, sed circa naturam humanitatis, quæ eiusdem naturæ & eßentiæ est, bi tres sunt. Iam Sp. quoque sanctus, qui cum Anarcho & cum Principio est. i. cum Patre & Filio quantum ad naturam nihil aliud est, quàm quod Pater & Filius. Coëst enim ipsis per omnia in gloria, æternitate, potentia, regno, imperio & diuinitate. Ac natura quidem hu tribus vna est & diuinitas vna: cæterùm diuersa sunt nomina, definitas atque distinctas cogitationes nobis exhibentia. Vnio porro est Pater, ex quo sunt, & ad quem velut ad causam ea quæ deinceps sequuntur, quantum ad enumerationem attinet, hoc est Filius & Spiritus referuntur. Hos enim & sibi inter se vnit, non quòd in vnam personam contrahantur, ac nomina solùm rebus orbata relinquantur, vt blaterabat Sabellius. Personarum nequaquam subsistentium commentum introducens, aßerensque eundem Deum, vnum quidem subiectò esse, cæterùm pro rerum quotidie incidentium varietate sese subinde transformare, ac nunc vt Patrem, nunc vt Filium, nunc vt Sp. sanctum loqui. Referuntur igitur ad Patrem Filius & Spiritus, non vt confundantur, sed vt vnitate naturæ cum eo cohæreant (perinde ac si tres soles intelligamus vnam lucem habentes) nec tempore eos separante (vt videlicet alius antiquior sit, alius iunior) nec voluntate (vt scilicet, alius aliud velit) nec denique potentia, vt alius maiorem alius minorem vim habeat. Tres enim hæ Personæ tempore, simul perfectæ sunt, eiusdemque voluntatis & potentiæ. Hæc enim tria, diuersitas scilicet temporis & voluntatis & potentiæ in causa sunt, cur inter nos dirimamur, ac multa simus. Nam & ipsi nobiscum dissidemus, alias aliud volentes, nec aßequi valentes: & ab alijs, à quibus vel potentia vel voluntate differimus. At trium sanctæ diuinitatis Personũ, quoniam simplex compositionisque omnis expers natura est, eßentia quoque eadem per omnia est. Ac proinde & vnum ipsis proprie conuenit propter voluntatis vnitatem, vnamque trium potentiam.

52. *Vt harum rerum peritis.*) Quemadmodum Aristoteli visum est qui virtutes in mediocritate positas esse affirmauit.

55. *Tam in nominibus q̃ in rebus.*) Cuilibet enim nomini propria quoq; significatio subiecta est, quoniam rebus significandis inuenta sunt nomina. Res porro peculiarem & particularem atq; perfectam existentiã habent. Neq; enim Personarum diuersitates enumerare sufficit: sed vnamquamq; Personam in subsistentia vera existentem confiteri necesse est. Atq; idcirco eßentiam quidem vnam in diuinitate confitemur, ne sententiam diuersè reddamus: tres autem Personas particulares, vt perspicua minimeq; confusa nobis sit Patris & Filij & Sp. sancti cogitatio. Alioquin si non distinctas vnuscuiusq; Personæ notas intelligamus, hoc est Paternitatem Filiationem & Sanctificationem intelligamus, sed ex communi eßentiæ natura Deũ confiteamur, fieri non potest, vt fidei rationem sanè & incorruptè reddamus.

56. *Quippe qui impietatis abnegatio*) Nam cùm baptizamur, sathanæ renunciamus, & Christo adiungimur. Vel etiam abnegamus haereticorum impietatem, & deitatem confitemur.

57 *Hypostases asserti*) Graeci tres hypostases dicebant, Itali tres Personas. Itarebus & sententijs concordabant, verbis solùm discrepabant.

58. *Obtrectatoribus diuinitatis.*) Eunomianis videlicet, qui metuentes ne quid passionis Deo tribuatur, si eum gignere dicamus, creatũ esse aiunt Filium à Patre, non autem genitum. Aduersus quos hac ratione agere possumus, Omnis creatura, quæcunque tandem illa fuerit, Dei quidem dicatur, Deus autem nequaquam. Id autem probat syllogismo hypothetico in hunc modũ, Si Deus est, non est creatura. Creatura enim nobiscum est. Si autem creatura, non est Deus. Nam quod est creatum, temporaliter cœpit. Ac vide syllogismum in prima figura, Creatura principium habuit: Quod autem principium habuit, aliquando non erat. Quod porrò aliquando non erat, proprie non est: Quod verò proprie non est, hoc ne Deus quidem est: Ergo creatura non est Deus. Ergo nec Filius creatura est, quemadmodum Ariani aßerũt, nec, quod deo est abilius est, propter nos factus est, vt nos per eum, quasi per organum & instrumentũ Deus crearet. Ex eo enim sequeretur Christum creaturis quoq; inferiorem & abiectiorem eße, siquidem earum causa factus eßet. Nam quod alicuius rei causa fit, deterius est eo, cuius causa fit. Quemadmodum enim causa sit deterius, siquidem causa inferior est.

59 *Vorceps propter currum.*) πυρόγερα διὰ τὸν ἅμαξαν. Est autem πυρόγερα instrumentum, quod λαβίδα i. forcipem nominamus, quo carbones ab igne capimus, vel etiam ferrum candens. Quidam codices non πυρόγερα sed περίγερα legunt. Est autem instrumentum fabrile, quo vruntur planstrorum opifices, περίγερα dictum ὅτι περιγράφειν. i. in circuli figuram describere. Dicitur etiam διάκτορος, nos circinum vocamus.

60. *Sequitur profectò vt causa si superior.*) Sit ea est, inquit, vinco Christum causa. Etenim causa, ob quam conditus sum, præstantior est ea causa propter quam Christus est creatus. Quanto enim Deus, propter quem creatur, conditæ sunt, sublimior est creaturis: tantò me abiectior est, qui propter me factus est. Ita Ariani plus nobis tribuunt, q̃ Christo.

61. *Aduersus hac Moabitũ.*) Extant hæc verba in Deuteron. Non ingredietur Ammonita nec Moabita in Ecclesiam Domini. Atq; hæc causa subnectitur, Quoniam cum pane & aqua nobis obuiam nõ prodierunt, eũ egredientem ex Aegypto, &c. Quoniã mercede conduxerunt aduersum te Baalam, vt malediceret tibi. Nũc autem Eunomianorum rationes & argumenta Moabitas & Ammonitas appellauit, idq; aptè & congruenter, vt ea Ecclesiæ ingressu arceat.

62. *Atq; offendicula.*) i. loca obscura & explicatu difficilia, quæ offendicula atq; impedimenta sunt, non acutu & perspicacibus, sed spirituali luce orbatis.

63. *Haud quaquam perfunctorie.*) In Orationibus de Filio, & Oratione de Spiritu sancto, & in Pentecoste.

64. *Animarum vestrarum expiationem.*) Piaculum animarum hoc loco, est sacrificium pro animabus in peccatum lapsis oblatum.

65. *Curasis; Ecclesiasticas.*) Hæc ironicè intelligenda sunt. Vnde etiam Nicetas pecuniarias curas, interpretatur, eaq;, quæ in vlciscendis hostium iniurijs suscipiuntur.

66. *Sene opus est.*) Sic eum enim quidam vocabant, quoniam hostes contumelijs conuicijsq; nõ inficiabantur, nec iniurias suas manibus vlciscebantur.

67. *Ac cæca nauem inferuesceret.*) Figurato sensu per mare hæreticorum impetus intelligere possumus, per nauẽ Ecclesiam, per vectores partim gregem Constantinopolitanũ, partim Episcopos inuidia percitos, quibus omnibus Theologus restitit.

68. *Sacrum hoc bellum.*) Alludit ad Phocense bellum, quod quia pro fano Delphico direpto & spoliato gerebatur sacrum dictum est. Hoc autem bellum sacrum vocat, quia ab Episcopis & sacerdotibus de rebus sacris & diuinis committebatur.

69. *Oriens & Occidens.*) Periculum est, inquit, ne quemadmodum Oriens & Occidens situ inter se opponuntur, ita etiam sententijs & fidei doctrina sibi inuicem aduersentur.

70. *A Christo seruatus.*) Erubescerem, inquit, caniciem meam, si cùm Christus mihi salutẽ attulerit, à Christo tamen nomen non ducam, sed à quodam magistro, vel Petrianus vel Paulianus, aut, quod est sceleratius, Arianus aut Eunomianus appellarer.

71. *Non fero Circenses vestros ludos.*) Theologus mutuam Episcoporum contentionem ac seditionem elarissimè exprimere volens, curribus equestribus & spectaculis eos confert. Quod autem dicit, hunc sensum hæbet, Ferre nequeo hos ita ambitiosè inter se contendentes, ac contraria dogmata proponentes, atq; his vel illis seipsos addicentes, quemadmodum videre est in Circensibus ludis & spectaculis. Quemadmodum enim illi equos transiũgunt, ab alijs nimirum frenis ad alia traducentes, ac rursus aduersarij eorum suos quoque equos eodem modo transiũgunt: sic vos etiam nunc in hanc nunc in illam partem migratis. Et quemadmodum illi equos calcaribus adigentes sæpe pro equis aurem feriunt: consimilem in modum vos quoq; insanitis, ac simultates vos alijs auxilium ferre, vestros ipsi affectus & cupiditates expletis.

72. *Et magnificentiæ arbitri.*) i. munificentiæ in pecuniarum expensis, ad perniciẽ scilicet & corruptelam aliorum eas effundentes.

73. *Odium atq; amicitiam.*) Simul enim ac quispiam vobis inimicus factus est, hæreticus nominatur. Ac rursus vt primùm amicitiam vestram collegit, statim pius & orthodoxus dicitur.

74. *Euripos quosdam.*) Εὔριπος ἐστὶ θαλάττιος. Est autem Euripus fluxus quidam maris inter Boeotiam & Africam, qui quotidie hinc atq; illinc idẽtidem fluit, & cum impetu fertur θαλάττης verò est absorptio aquæ, cùm fluctus nunc à mari in terram effunditur, nunc rursus à terra in mare reuoluitur ac velut exorbetur.

75. *Si vinculis etiam adstringar.*) Alludit ad illud Esaiæ, Vinciamus iustum, quoniã incommodus est nobis. Ethnico cuidam philosopho. Democritus Abderites insanus habitus est, quoniam omnia, quæ ab alijs studiosissimè appetebantur, irridebat. De eo præclarissima Hippocratis extat epistola.

76. *Temporis fauore.*) Imperij nimirum Theodosij, qui Orthodoxis impensissimè fauebat.

77. *Eoquod mutationis signum.*) Populus Constantinopolitanus ab Arianis & Macedonianis imperante Valente multis acerbissimisq; contumelijs oppressus, vlciscendarum iniuriarum suarum cupiditate flagrabat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat. Hunc impetum Gregorius vir moderatißimus & lenißimus semper cohibuerat atq; compreſſerat: ita quidem, vt ex ea re grauißimam ſibi apud iniquos homines inuidiam conflauerit.

79. Presbyterorum aquoreas exuſtiones.) Valens 80. Presbyteros Nicomediæ in nauim impoſitos crudeliter exuſſit.

80. Imperatores ſimul cum edictis.) Pertulimus, inquit, Valentem, qui aduerſus nos aliquid edixerat, maledictiſq; & execrationibus à nobis obrutus fuerat. Grauißimum autem & calamitoſißimum eſt, ferre imperatorem contumelia affectum.

81. At hoc mihi minus graue fuerit.) Verba hæc Gregorij ſunt obiectioni reſpondentis.

82. Orationes diſceſſui meo.) Hæc omnia per periphraſim efferre neceſſe habui. Neq; enim Latina lingua propria habet nomina, quæ cum his paria faciant, ac commutari queant. Sermones qui ſanctis omnino caſtis ad hominem mox abſceſſurum habentur, προπεμπτήρια dicuntur. Qui autem à diſceſſuro, ἀποχωρητήρια, ἐξιτήρια λόγοι & ἐξόδια ῥήματα. Quæ etiam ad hominem ex hac vita migrantem aliquoties tranſfert Gregorius.

83. Vale Anaſtaſia.) Hoc templum Conſtantinopoli conſtruxit Gregorius, eiq; Anaſtaſia i. Reſurrectiua nomẽ indidit. In eo enim fides in mortuis atq; corrupti is hæreticorum dogmatis extincta ad lucem vitamq; reuocata eſt, & quæ prius vetut montis radicibus hærebat, ad ſummum cacumen euecta eſt.

84. Communis victoria ſedes.) Hæc enim Eccleſia ſedes eſt communis Victoriæ, qua Chriſtiani hæreticos ſuperarunt & proſtigarunt.

85. Noua Silo.) Apud Joſue ita ſcriptum habetur, Conuocata eſt omnis congregatio filiorum Iſrael in Silo, atq; illic aream teſtimonij fixerunt. Eodem modo, inquit Gregorius, ipſe quoq; in Anaſtaſiæ templo Chriſtianorum Eccleſiam & congregationem primùm fixi. Et quemadmodum arca Moſaica, quæ per deſertum circunferebatur, tunc primùm in Silo fixa eſt, ac circunferri deſijt: ita etiam Orthodoxi in multo perdiu incerti ſedibus vagabatur, hæreticis ſcilicet reliqua omnia templa occupantibus. Tunc demum collecta ac certa ſede locata eſt.

86. Magnum hoc templum.) Maximũ omnium verbi templorum in quo thronus Patriarchus ſiue epiſcopus hæreditatem. Orthodoxi recens adierant, non ſecus ac Iudæi olim Hieroſolymæ, q̃ priùs Iebus vocabatur, à. vagabunda & pudefacta: Poſt aũt à pijs Iudæis hæreditate poſſeſſa, Hieruſalem nominata eſt, hoc eſt, viſio pacis. Eodem modo hoc quoq; templum cùm priùs ab hæreticis teneretur, infame atq; ignominioſum erat, & licet ſtructura magnum, vilitate tamen & incolarũ improbitate non magnum. At nunc poſtquam mutatum factum eſt, magnum iam ſanè eſt, propter Orthodoxæ fidei doctrinam.

87. Valete Apoſtoli, præclara colonia.) Gr. χαίρετε ἀπόστολοι, ἀποικία μεγάλη. Duplici modo μεγάλη apud Græcus interpres. Primo, vt referatur ad Gregorium, ac migrationẽ ſignificat. Valete, inquit, Apoſtoli, præclara migratio. Theodoſij enim Imperatoris pietate fretus atq; ſuffultus ad veſtrum templum tranſiiſti, ac maiori in docendo libertate vſus ſum. Quam rem indigniſſimè ferentes hæretici, lapidibus me petere ac trucidare conati ſunt. Ego aũt patienti animo id tuli, vos habens certaminis magiſtros. Quo fit, vt gloriior ac violentior mihi videtur. Itaq; alterum modum amplexus ſum, quo migrationem non ad Gregorium refert, ſed ad Apoſtolos, quos præclaram coloniam vocat, quoniã Lucas Thebis, Andreas Patris, Timotheus Epheſo, atq; alij aliunde Conſtantinopolim tranſuecti ſunt ac tranſmigrarunt.

88. Fortaſſe Pauli veſtri Sathanam.) Gr. ἴσως δὲ τὸ ὑμέτερον πάνυ σατᾶν. Sathanam exponit Nicetas, quem Gregorius tranſlatio ſtimulum reddidit. Gregorius tamen noſter pro morbo atq; affectione corporis accipit, vt in fine Orationis de Baſilio. Ego tamen hoc loco per Sathanam non tam corporis infirmitatem ſignificari exiſtimo, q̃ Epiſcoporum inuidiam, quæ optimum ſenem vrbe excedere coegit.

89. Ad appropinquantem Deum.) Hic locus explicatur in Scholijs orationis de plaga grandinis.

90. Valete Nazaræorum.) i. monachorum, vt iam alibi expoſuimus.

91. Imperatoris famuli.) Eunuchos intelligit, qui magna ex parte Arianæ & Macedoniæ hæreſi vehementer infecti erant. Vnde & ſubiungit. Acuta voce clamate, vt fœminæ & galli.

92. Rhetorem veſtrum) defenſorem & propugnatorem erroris.

93. Improba & garrula lingua) vt quidem hæreticis videbatur. De ſe enim hoc loco verba facit. Ita Theodorus Syrus ita verſibus expreſſit.

Σκιρτᾶτε κἀλάλαξατ' ὦ φρίμιοι τάλαι,
Μακρὰν ὁ φρίμιος ἄκλαυτος ἄγαν.
πάλιν ὀφιολογῶν λύκοις ἁλοὺς ὑπὸ μοχθήρων.
Βοᾶτε τὸν λαῖον σε τῶν ὀλοσμίων. Id eſt.

Lupi voraces exilite gaudio,
Procul recedit qui luporum gutturi
Laqueos ſtruebat, ſed tamen vos eminus
Petet, indecorum, te ploro Byzantium.

94. Etſi non ſecundum ſcientiam.) Quoniam iniurias ſuas vleiſci cupiebant.

95. Pro quibus & à quibus.) Pro quibus, vt hæc duo ſegmenta componam, atq; in vnum adducam à quibus, ab hæreticis & inuidis.

96. Mementote lapidationum.) Dicebat Apoſtolus, Memores eſtote vinculorum meorum, ego autẽ dico, Memores eſtote lapidationum mearum, quibus in ſanctorum Apoſtolorum templo appetitus ſum.

GREGORII NAZIANZENI IN ELECTIONEM

Doarenſium, Homilia Eulalio Epiſcopo edita.

ARGVMENTVM.

DE Doarenſibus nihil legi apud Eccleſiaſticos ſcriptores. Illud certũ eſt Eulalium à Theologo Nazianzeno Eccleſiæ p̃fectum fuiſſe. Ob hanc aũt electionem, vt cõiectura colligere poſſumus, ab Archiepiſcopo Cæſariẽſi (ſub cuius ditione Nazianzi oppidũ erat) ſeditioſi cuiuſdã ſacerdotis cõſilio turbæ q̃dam excitatæ fuerãt.

FRatres orationem noſtram accipite, quanuis minimã, atq; à dignitate ꝓcul remotam: ſed tamẽ Dñs Deus iuſto iudicio miſeri cordiam expendere ſolet. Nã & Pauli plantationem accipit, vt Pauli & rigationem Apollo, & duo viduæ minuta, & Publicani deiectionem, & Manaſsis confeſſionem. Nouam propter nouum paſtorem orationem accipite. Vocem ob ea, quæ cernimus miracula gratias agentem accipite. Parui quidem ipſi ſumus & minimi inter filios Iſrael: cæterùm nil prohibet, quo minus parui quoq; affatim & copioſe gratias agant. Ac perfectiorem ſanè laudem perfectiores Deo reddent: nos autem viribus noſtris parem offeremus. Quãobrem cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Fluctibus iactabamur, bello premebamur, extrudebamur, calamitates acerbitatesque multæ partim iam vrgebant, partim impendebant. Verùm quis procellam in auram ſtatuit, atque compreſſit? quis arma & gladium & bellum fregit? quis nos expulſos atque proiectos ſuſcepit? nonne tu Deus, qui hæc effeciſti? Dominus fortis & potens, Dominus potens in bello. Hic mare ſcidit: hic profugum populum in deſerto aluit, nouam atq; inauditam pluuiam impartitus. Hic, vt petra fontis ritu ſcaturiret, fecit. Hic arcana & myſtica manuum figura Amalecitaram copias fregit, ac proſligauit: Hoc enim ſacerdotis manus in monte ſublatæ, atque ad precationem formatæ potuerãt: quod multa hominum millia perficere ne quiuerunt. Hic vrbium mœnia & propugnacula ſine bello vllo & certamine labefactauit atq; deiecit. Atq;, vt poſtrema commemorem, hic ſuperbum illum & arrogantem Goliathum atq; à gigantibus oriundum aduerſus magnum Dauidem pugnam inire auſum proſtrauit. Ac proinde omnes vno animo dicamus, Benedictus Dñs, qui non dedit nos in prædam dentibus eorum. Item illud, Torrentem pertranſiuit anima noſtra, quaſi paſſer erepta eſt de laqueo venãtium: aliaq; omnia, q̃ anima ob Dei munificentiã ingenti lætitia perfuſa proloquitur. Non venimus, vt gladium mittamus, ſed vt pacem. Non venimus in magni paſtoris contemptum & ignominiã, illius inq; nobili & præclaræ ciuitati p̃ſidentis. Honorabilem ſcimus, caput agnoſcimus, ſanctum vocamus, tãetſi iniuria affecti. Tãtùm indulgentem & humanũ patrem filijs ſe p̃beat, totiq; Eccleſiæ ſedulò ꝓſpiciat. Sacerdotes & preſules augere ſtuduim⁹, nõ ſubtrahere: hæreticos euertere, nõ orthodoxos imminuere. Quid ais, fili Dathã & Abirõ, & dux militaris ꝓterue, q aduerſus Moſem inſurgere auſus es, qui man⁹ in nos quẽadmodum illi linguas in magnũ illum Dei ſeruũ, immiſiſti? Nõ coiorruiſti? nõ pudore ſuffuſ⁹ es? nõ hæc aio agitanti manus in terrã collapſę ſunt? Et poſtea manus has ſurſum ad Deum tendes? poſtea dona offeres? poſtea orationes pro populo fundes? vereor equidẽ, vt Dei gladius tandiu deorſum propẽdeat & cõquieſcat. Nec paſtorem tuum magno aliquo beneficio aſſeciſti & teipſum maximo detrimẽto mulctaſti? teipſum vi delicet à Dei gratia auertens. At nunc, ô paſtorum optimè & ſtantiſſimè, adeſdũ, ac nobiſcum, immò antè nos populum tuum accipe, quem Sp. ſanct⁹ tibi commiſit, quem angeli offerunt, quem & vita & morum probitas fidei tuę credidit. quòd ſi ꝓtentationes & impedimenta throni hæ-

1 Cor. 3. Luc. 21. 18. 2 Reg. 23.

Honore dignitatis epiſcopi.

Pſal. 123.

Num. 16.

Pſal. 91. 97.

Pſalm. 23. Exod. 14. 16. 17.

Ad ſacrificium miſſæ alludit.

Iſa. 6. 1 Reg. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reditatem cõsequeris, non est cur tibi hoc mirum videri debeat. Nulla res magna probationis atq; explorationis est expers.
Sent. Natura enim ita comparatum est, vt res humiles & abiecte facili labore, res autem sublimes & excelse nõ nisi summo studio
Act. 14. & difficultate pariantur. Audis Paulum dicentem, oportere nos per multas tribulationes introire in regnum cœlorum.
Psalm. 65. Dic ipse quoq;, Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. O insigne miraculum. Vespere demoratus
Psal. 29. est fletus, & ad matutinum lætitia. Sine nugari atq; ineptire eos, qui bellũ gerunt, ac diducto rictu hiare, vt canes frustra ob latrantes: nos aũt ne bello vexemur. Doce adorare Deũ Patrẽ, Deum Filium, Deum Sp. sanctũ in tribus personis, in vna gloria & splendore. Quod perijt, exquire: quod infirmum est corrobora: quod firmum est serua. Tantam à te in spiritualibus rebus laudem nominisq; gloriam efflagitamus, quantam in terrenis negocijs cognouimus, perfectiorem armaturam à maioribus de cibus accipies, per quam poteris ignita diaboli tela extinguere, ac sistere Domino plebem peculiarem, gentem sanctam, regale sacerdotium. In Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula seculorum. Amen.

SCHOLIVM.

1. *Nobili & præclaræ ciuitati.*) *Queritur D. Basilius Epist. 10. pestilentem hominem huius ciuitatis episcopum instituisse. Quæ verba suspicionem quandam afferunt hanc ciuitatem in Cappadocia fuisse.*

GREGORII NAZIANZENI AD VIRGINEM Exhortatio.

ARGVMENTVM.

VIrgines ad seruandum continentiæ votum hortatur, ac præcepta quædam ad eam rem vtilia eis suppeditat. Idem argumentum fusiùs in Carminibus prosequitur.

Virginũ cũ Christo cõiugium.

VIrgo, sponsa Christi, sponsum tuum celebra: purga teipsam tum sermone, tum sapientia, vt splendida cum splendido, sempiternam vitæ consuetudinem habeas. Hæc enim multò præstantior est mortali corporum coniunctione & matrimonio. [1] Spirituales virtutes imitata angelicam vitæ rationem in terra confectata es. Apud nos nexus & solutio, & corpora ex corporibus: apud superos autem quilibet angelus solus est, nulli solutioni obnoxius: qui primi puræ Trinitatis radium ferunt, Spiritus & ignis, ministri edictorum Dei. At materia venereum congressum inuenit, & perpetuo fluxu labens natura: cui Deus lata matrimonij lege modum finemque præscripsit. Tu verò materiam fugiens supernis consociata es (vt mens menti diuina coniunctione sociatur) ac bellum aduersum carnem gerens, diuinæ imagini fers opem. Dei enim spiraculum facta es, deteriorique astricta, vt ex collustatione & victoria coronam accipias, terrã in altum erecta, spirituique præclarè subiecta. Et matrimonium lauda, & ante matrimonium virginitatem. Matrimonium libidinis venia est: virginitas splendor. Matrimonium pater sanctorum est: virginitas sacrificium. Hanc tum quoque oportunis temporibus honorabant Adam in Paradiso, Moses ad legem addu
Virgo ante... cens, Zacharias Præcursoris pater. [2] Matrimonium virginitati radix est sponsæ Dei: sed interim tamen carnis atq; æstus libidinosi est seruitus. Cùm vigebat lex, & vmbræ, & temporarij cultus: tunc primas quoque ferebant nuptiæ, velut adhuc pueriles, minusque adultæ: at postquam se subduxit Litera, Spiritusq; illius locum subijt, Christusque Virgine, quoad carnem progressus supplicio affectus est: tum verò fulsit cœlibatus, mundum contrahens. Illuc te migrare oportet, simul cum Christo ascendente. Rectè incedis virgo: in montẽ salutis causã te confer. Ne ad Sodomam oculos flectas, ne alioqui in salis columnam concrescas. Nec te carnis natura nimiùm exterreat: nec rursus animo ita præsidentis, vt aliquando languescas & infringaris. Vt

Ps. 51. Vt scintilla stipulam accendit: ita rursus aqua flammam extinguit: Multa honestæ virginitatis medicamenta & adiumenta habes. Dei timor te configat, inedia te extenuet & exhauriat, vigilię, preces, lachrymæ, durum cubile, amor totus ad Deum verè & syncerè intensus, amorem omnẽ à supernis rebus alienum sedans ac sopiens. Qui cadit, excitetur: qui naufragiũ patitur, misericordia subleuetur. Tu verò expansis & explicatis spei velis prosperè nauiga. Non est humilium cadere: sed eorum, qui in altum feruntur. Pauci liquefactis aliis corruunt: quamplurimi rectum cursum tenent. Cecidit Lucifer: sed cœlũ angelorum est. Iudas proditor erat: cæteri autem vndecim luminaria. Hoc solum cura, Virgo, vt totam castam & pudicam te serues: ne immaculatam Christi tunicam macules: sit oculus grauis & pudicus: lingua virginitatem colat: meretricius ne sit animus, ne risus, ne pes lasciuè petulanterque gradiens. Sordidam vestem tuam comamq; squalidã magis reuereor, pluriscq; facio, quàm margaritas vestiumq; sericarũ elegantiam. Egregius flos verecundia: magnum ornamentum pallor: textura insignis virtutes sunt. Omnes hæ caput tuum corona cingunt. Alij quidam fucis & colorum nitoribus imaginem diuinam adulterent, [3] viuæ tabulæ, fœdi indices interiorum animi affectuum. At tu eius etiam formæ & venustatis, qua prædita es, maximã partem extingue: atq; ita te compara, vt animæ diuinitùs ornatæ pulchritudinem illustres. Adhæc virorum aspectum fuge, si fas est, etiam grauium & pudicitiæ laude florentium: ne fortè ex fraude Beliæ vel ferias vel feriaris. Oculum oculis ne iungas, nec sermoni sermonem nectas, nec genas genis libertatem porrigat. Nil tibi cũ maledicti ligni gustu commune sit: nec te serpens à vitæ ligno procul pellat. Quin tu hac etiam in re, ô virgo, consilio nostro obsequere, [4] vt patrono tuo nequaq; contubernalis sis, Christum sponsum habens: *Genes. 3.* Zelotyp[us] enim est erga virginitatem tuã. *Virgo rosæ similis.* Quid quæso ad carnem relaberis, quæ carnem fugisti? Non omnes excellentiam animi tui splendoremq; concipiunt: vt rosa inter spinas, ita tu inter vulgus hominũ versaris, ac supra malos & pernicioſos laqueos incedis. Hic thalamum nuptialem & lectum genialem adornat: hæc spõsum funere effert. Alius pater efficitur, alius repentè orbus. Quantum malum, puerperia plerunque imperfecta & egesta? quantus dolor, quantus furor viri, cùm ab vxore externo amore inflammata deceptus alienos liberos educare atque instituere se sentit, ac deinde contemni, atq; acerbam laborum mercedem referre? Te verò hæc vna cura solicitam habeat, vt oculos ad Deum semper erectos habeas. Necessitas tua cibario pane, eoq; perexiguo, & par uo tecto definiatur: à quibus tẽtator Christo quoq; tentationem admouit, quærens videlicet, vt fame correptus lapides in panes commutaret. Quocirca tibi videndum est, ne vllum aliquando nefas in te admittas. Non deficiet tibi vas olei, modò fides adsit. Coruus te alet, quemadmodum Heliam in deserto. [6] Non te fugit Theclam ignis vim ac bestiarum impetum fugisse, magnumq; illum Paulum algore & fame afflictum fuisse. Hæc eò dico, vt Deum solum intueri discas, qui vel multa hominũ millia in solitudine alere nouit. Marcescit formæ præstantia, præterit gloria, diuitiæ infidæ sunt & labiles, potentia paucorum est. Proinde tu abiecti & humilis huius mundi fraudes & anfractus fugies, ad Sancta sanctorum ridens atque hilaris ingredere, & cum angelis choream sempiternam ages, [7] meliorem locum nacta filijs & filiabus. At ô virgines Christum puigiles expectate, clarisq; lampadibus spõsum accipite: vt simul cum eo ingressæ thalami pulchritudinem inspectetis, mysterijsq; supernis commisceamini.

Matt. 6. Luc. 4. *3. Reg. 17.* *Theclã.* *Exod. 16.* *Esa. 56.* *Matth. 25.*

SCHOLIA

1. *Spirituales virtutes.*) *i. angelos. Sæpe enim Theologi Græci angelos Δυνάμεις vocant.*
2. *Matrimonium & virginitati.*) *In Heruagiano Græco est, ἐδμὸς ἐ γαμετὸς ἀλλ' ἐκ ἐστὶ γάμος ἐκ ἐστὶ γάμος. Ego lego γάμος, vt in dandi casu, vt sit sensus Matrimonium esse radicem virginitatis quia nisi matrimonium esset, nulla virgo esset. Cum hoc sensu pulchrè concordant, quæ sequuntur.*
3. *Viuæ tabulæ.*) *Ita vocat facies fucatas, varijsq; coloribus tinctas. Quoniam impudicæ mulieres culæ nõ minùs in pingenda atq; adornanda facie elaborant, quàm pictores in tabula. Ac proinde externa hæc pigmenta interna deformitatis clarissima esse argumenta dicit. De huiusmodi aũt mulieribus eleganter Orig. hom. 4. in diuers. Creatoris, inquit, opus emendare volunt, & posit fabricatoris manus superaddere non verentur. Mortuis coloribus viuentes suas facies liniunt & viuentibus in mortẽ transmutantur, vt minus cautorum subuertant animas.*
4. *Vt patrono tuo nequaq̃.*) *Veteres omnes Theologi præsertim Græci huiusmodi suspecta contubernia acerri-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

acerrimè insectantur. Εαὐ; de re complura extant eorũ opuscula, præcipuè Chrysostomi in Sermone. Quòd regulares fœminæ viris cohabitant: & in Sermone aduersus eos, qui fouent sorores adoptiuas, quas συνεισάκτους vocant. Significare videtur Epiphanius, aduersus Antidicomarianos disputans, eos, qui sibi mulieres huiusmodi asciscebant, libidini suæ patrocinium ex eo quæsiuisse, quòd Christus matrem suam Ioanni commendasset. Ne hoc, inquit, cuiã in perniciem conuertatur, ac putet sibi licere συνεισάκτους ἢ ἀγαπητὰς secum eas quas introductas & dilectas vocant, accipere. Qui etiam hoc Apostoli loco lasciuiam suam tueri conabantur. Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circunducendi? De huiusmodi fœdo contubernio hoc tantum Gregorij distichon adscribere placuit.

πῦρ εἰ μὴ κνώδαμνι θοὰ ἀσφαλὲς, οὐδὲ γυναῖκα
παρθένιον μοναχὴ κατὰ δῶμα φέροι. Id est,

Nec tutum est rapida stipulam coniungere flammæ:
Nec tuta est monacho iuncta puella viro.

5. Non omnes tuam excellentiam.) Salsè perstringit huiusmodi virginum hypocrisim, quæ non libidinis causa se consuetudinem habere cum viris dictitabant, sed vel solitudinis odio, vel spiritualis cuiusdam voluptatis gratia. Hoc igitur agit Gregorius, etiam si hoc verè dicant, tamen hominum scandalo occurrendum esse, qui talem virtutis præstantiam minùs perspicientes, eiusmodi contubernio offenduntur, martyrumque ipsud exiſtimant, non contubernium, & quemadmodum de Macedonibus dicebat Philippus, scapham vocant. Vide D. Bern. sem. 45. in Cant.

6 Non te fugit Theclam.) Historiam Theclæ virginis & martyris ex diuersis authoribus à Gu. Morello excerptam habes in Cypriani operibus ab eo paulò antè quàm ex hac vita migraret, excusis. De qua etiam multa diligentissimè collegit Espencæus clarissimus theologus in scholijs illis quibus Theclæ ad Paulum epistolam illustrat. Hanc, vt Stephanum virorum, ita fœminarum protomartyrem nonnullis locis Nicenus dicat.

7. Meliorem locum nacta.) Aptissimè ad illum Esaiæ locum allusit, quo Dominus conqueretur sibi eos se velut ligna arida esse, ad hunc modum loquitur: Eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius q̃ filijs & filiabus. Quæ verba commodissimè referri possunt ad eos, qui Christo virginitatem suam consecrauerunt, atq;, vt ipsius vtar verbis, propter regnum cœlorum se castrauerunt.

GREGORII NAZIANZENI IN DICTVM illud Euangelij, Quum consummasset Iesus hos sermones, &c. Matth. 19

ARGVMENTVM.

VNam hanc Gregorij Homiliam habemus, in qua concionatorio dicendi genere Euangelium textum exponat. Vtinam plura eodem argumento nobis ingenij sui monumenta reliquisset: vel saltem vtinam ad nos peruenissent. Nec enim verisimile est eum ex tot tantisq; ad populum concionibus hanc vnam literis mandasse. Multa autem hic de matrimonio & cœlibatu tractat, & de eunuchis. Quomodo etiam intelligendum sit illud, quod semel atque iterum à Christo dictum est, Quibus datum est, copiosè atque exornatè explicat,

Matth. 2. Cur Christus locum sæpe mutabat.

IEsus, qui prius Piscatores elegerat, ipse quoq; piscat, euerriculoq; vtitur, ac loca subinde commutat: idque non ea tãtùm causa, vt maiorem priorum hominũ Deiq; amore præditorum multitudinem aduentu suo elucretur: sed etiam, quemadmodum mihi videtur, vt plures locorum mutatione imbuat. Fit Iudæis, tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifaciat: his qui sub lege sunt[1], tanquam legi subiectus, vt eos qui sub lege sunt, redimat: infirmis tanquam infirmus, vt infirmis fabricetur: omnia omnibus efficitur, vt omnes lucrifaciat. Quid dico omnibus omnia? immò verò quod Paulus de seipso dicere non sustinuit, hoc Seruatori contigisse reperio. Non enim Iudæus tantùm efficitur, & quicquid flagitiosorum absurdorumq; nominum est, in se recipit: sed, quod his omnibus absurdius est, [1] peccatũ etiã ipsum, & maledictio ipsa, tametsi falso, nomi natur. (Quo enim modo peccatũ esse queat, qui nos etiam à peccati seruitute in libertatem asserit? quo modo maledictio, qui à legis maledicto nos redimit?) nimirũ vt tanto humanitatis edito argumento nos ad animi deiectionẽ instituat sublimitatis parentem. Fit igitur, quemadmodum dixi, piscator, ad oës se demittit, euerriculo vtitur, oia perfert, vt piscẽ è profundo extrahat atq; in altum efferat, hoc est hoiem in incertis & fallis huius vitæ fluctibus natãtem. Quocirca nũc quoque postq̃ consummauit hos sermones migrauit à Galilæa, & venit ad fines Iudææ trans Iordanẽ. In Galilæa diuersatur, vt populus qui sedebat in tenebris, lucem magnam videat. In Iudæam transmigrat, vt nobis persuadeat vt à Litera exurgamus, ac Spiritum sequamur. Nunc in mõte docet, nunc in planicie differit, nunc in naui culam transit atq; ascendit, nunc tempestatem obiurgat. Quin hac quoq; fortasse ratione somnum capit, vt somnum benedictione afficiat: fortasse etiam labore fatigatur, vt labori sanctitatem asserat; fortasse etiã lachrymas fundit, vt lachrymas laudabiles efficiat. Ex locis in loca transit, q nullo loci spatio tenetur, ille inquam temporis & corporis & circunscriptionis expers. Idem & erat & fit: & supra tempus erat, & sub tempus venit: & inuisibilis erat, & videtur. In principio erat, & apud Deũ erat, & deus erat. Tertiò repetitur hoc verbum Erat, vt numero ipso confirmetur. Id quod erat, vacuauit id quod nõ erat, assumpsit: non duplex factus, sed vnum ex duplici natura fieri sustinẽs. Ambo enim Deus, nimirũ quod assumptit, & quod assumptum est, duæ naturæ concurrẽtes, nõ duo filij: (ne quis hanc connexionẽ mendaci oratione premere contendat.) Hic q natus est, tamq; magnus, sed quid agor? rursus in humana verba prolapsus sum. Quo eũ modo quod simplex est, tantũ esse potest? quo item modo, quod quantitatẽ nescit, tãtæ magnitudinis? Sed dictis nostris quæso ignoscite: organo breui atq; exiguo de rebus maximis loquor. Atq; hoc feret multus ille & longanimis, natura illa formæ & corporis expers, q̃ velut de corpore loquẽs, infirmioribus verbis vtar, q̃ veritas ipsa postulet. Nã cùm carnem suscepe-rit, vtiq; & huiusmodi sermonẽ perferet. Et secutæ sunt eũ turbæ multæ, & curauit

Si Deus ad nostram infirmitatẽ se non demisisset, pauci eum secuti fuissent. Exod. 33.

eos illic, vbi vastior solitudo erat. Si in specula sua mansisset, si ad hominum infirmitatem minimè se demisisset, si quod erat mansisset, inaccessibilem seipsum incomprehensibilemq; custodiens: pauci fortasse secuti fuissent: atque haud scio an pauci, fortasse Moses solus, idq; etiam hactenus, vt Dei posteriora ægrè videret. Nubẽ quidem ille penetrauit, extra corporis põdus positus, aut à sensibus collectus atq; contractus: at rei tenuitatem & subtilitatem, aut corporis vacuitatem, aut quocunq; tãdem alio nomine res ea appellãda sit, quo nam tandẽ modo perspicere potuisset, qui & corpus erat, & oculis sensibilibus intuebatur? Verùm quoniam nostra causa exinanitur, quoniam cœlitùs descendit (exinanitionem autem voco, quasi gloriæ submissionem & imminutionem) idcircò perceptibilis & comprehẽsibilis efficitur. Ac mihi velim ignoscatis, affectum quẽdam humanum rursus sentiẽti. Ira & mœrore impleor propter meum Christum (vtinã ipsi quoq; condolescatis) cùm cerno eum hac de causa contemni ac pro nihilo haberi, ob quam maximè eum honorari æquũ erat. An idcircò, dic mihi, humilis & abiectus est, quia propter te humilis? An ideo creatura, quia de creatura solicitus est? An ideo tẽpori subest, quia eos, qui tempori subsunt, inuisit? Veruntamen omnia fert, omnia excipit. Et quid mirum? alapas tulit, conspui sustinuit, propter gustum meum fel gustauit. Nunc etiã se lapidibus incessi patitur, non modò ab obtrectatoribus & calumniatoribus: sed à nobis etiam ipsis, qui fidei pietatem profitemur. Et enim de incorporeo disputantem corporeis nominibus vti, obtrectãtis fortasse fuerit & lapidantis, sed infirmitati nostræ (iterum dicam) venia concedatur. Lapidamus cũ haud lubenter: sed quia aliter loqui non possumus, quibus possum' verbis vtimur. Verbum diceris, & verbo omni superiores: lucem superas, & lux nominaris: Ignis vocaris, non q̃ in sensum cadas, sed quia leuem & flagitiosam materiã expurgas. Gladius, quia rectum à malo scindis. Ventilabrum, quia aream repurgas, ac quicquid leue ac vẽtosum est, reijciens, id omne quod graue est, in supernis horreis recondis. Securis, quia diuturna patientia & lenitate vsus, infrugiferam ficum tandem excidis: quia improbitatis radices amputas. Ostiũ, propter introductionẽ. Via, quia recto itinere gradimur. Ouis, quia victima. Pontifex, quia corpus offers. Filius, quia Patris. Rursus linguas incito ac prouoco: rursus aduersũ Christũ quidã insaniũt, vel aduersus me potius, qui vt Verbi fierẽ præco, dignus

Exinanitio quid.

Ira iusta.

Matth. 26. 27.

Filij Dei nomina.

Cur dicatur ignis, vẽtilabrũ, securis, ostium, via, ouis, Pontifex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnus habitus sum. Vt Ioannes efficior vox clamantis in deserto, deserto quidem loco aliquando,& siccitate horrēdo, *Matth.3.* nunc autem valde habitabili & frequenti. Cæterùm,vt ad rem redeam, sermonem que meum repetam, ideo sequebantur eũ turbę,quia ad infirmitatis nostrę captum se demittit. Quid postea,Et accesserunt, inquit,ad eum pharisæi tentantes eum & dicentes, Si licet homini quacunque ex causa dimittere vxorem suam. Rursus Pharisæi tentāt:rursus qui legem legunt, *Legis lectores legē nō intelligūt.* legem non intelligunt: rursus qui se legis interpretes profitentur, magistris alijs opus habent. Parum erat Sadducæos de Resurrectione tentasse,Legisperitos de perfectione interrogasse,Herodianos de censu, alios de potestate. Adhuc de matrimonio quispiam eum, qui tentari nō potest, qui *Matth.22.* matrimonium creauit, qui ex prima causa vniuersum hoc hominum genus condidit,percunctatur.Ipse autem respondens, dixit eis, Nō legistis,quia is q fecit hoiem ab initio,masculum & fœminā fecit eos? *Christus quæstiones quasdam soluit, quasdam comprimit. Luc.20.* Christus quasdam quæstiones soluere atque explicare solet, quasdam comprimere atq; obstruere.Cùm ex eo quæritur, In qua potestate hæc facis? propter interrogantium vęcordiam & ineptiam vicissim ipse quoq; interrogat,Baptismus Ioannis de cœlo erat,an ex hominibus?atq; vtrim que interrogatores suos premit atq; constringit. Vnde etiam nobis nonnúquam ad Christi imitationem eos,qui curiosa disputatione nos lacessunt, comprimere, quæstionumq; absurditatem absurdioribus interrogationibus soluere licet. Nam ipsi quoq; interdum in rebus vanis sapientes sumus (vt in his quæ sunt insipientiæ, glorier.) At cùm quæstionem ratiocinatione indigentem videt: tum verò eos à quibus interrogatur, prudenti responso nequaquam indignos cēset. Quæstio hęc, inquit,quam proposuisti,ad pudicitiæ cultum & honorem spectare mihi videtur, respōsionemq; humanam & commodam postulare. Circa hanc enim plerosq; malè affectos cerno,legemq;adeò ipsam iniquā, *Aequa castitatis lex viris & mulieribus.* nec sibi cōstantem.Quid enim causæ fuit, cur mulierem coerceret,marito contrà indulgeret,eumq; liberum relinqueret: & mulier quidem,quæ sceleratum consiliū aduersus viri sui cubile susceperit,adulterij piaculo constringatur, acerbissimisq; pœnis excrucietur: vir autem, qui fidem vxori datam adulterio violauerit, nulli supplicio obnoxius sit?Hanc legem haud quaquam probo,hanc consuetudinem minimè laudo. Viri erant, qui hanc legem sanxerunt: ac propterea aduersus mulieres lata est.quandoquidem & filios paternæ potestati subiecerunt,infirmiorem sexum incultum atq; incuratum reliquerunt.At Deus non sic:verùm,Honora patrem tuum & matrem tuam:quod est primum mandatum(vt bene tibi sit)in posteritate. Deinde citationibus situm. Et, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Aequè & virtuti honorem ac præmia, & sceleri pœnam constituit.Item alio loco,Benedicto patris fulcit domos filiorum:maledictio autem matris radicitùs fundamenta conuellit.Legis æquabilitatem videtis. Vnus viri & mulieris creator,puluis vnus, vterque,imago vna,lex vna,mors vna,resurrectio vna. Aequè ex viro & muliere procreati sumus: vnum idemq; parentibus debitum filij persoluendum habent. Qua igitur fronte pudicitiam exigis,ipse vicissim non præstas?Quomodo quod non das,petis?Quomodo corpori pari honore prædito imparem legem præscribis? Si deteriora expendis,peccauit mulier:eo dem quoq; modo Adam peccauit,vtrumque serpens decepit atq; in fraudem impulit:non altera infirmior inuenta est, alter fortior. At meliora consideras?vtrumq; passione sua Christus seruauit.Pro virgine factus est?Itidem & pro muliere. Pro viro mortem subijt?Itidem & ipsius morte mulieri salus parta est. At ex femina Deus uid nominatur, atque hinc viros honore præferri colligis? Audio.sed ex Virgine quoq; nascitur, qđ ad mulierum laudem valet.Eruntigitur,inquit,duo in carnem vnam:proinde caro,quę vna est,æqualem honorem habeat.Iam verò Paulus exemplo quoq; castitatem velut lege præscribit.quo tādem modo? Sacramentum hoc magnum est.Ego autem dico in Christum & in Ecclesiam. Præclarum est mulieri Christum per virum reuereri.Præclarum quoq; viro Ecclesiam per vxorem non aspernari.Mulier,inquit,vt virum timeat, quippe & Christum.At vir etiam,vt vxorem foueat atq; cōplectatur:nam & Christus Ecclesiam.Quinetiam hęc verba studiosiùs & accuratiùs expendamus.? Mulier ge lac,ait ille,& erit butyrum: sedulò exquire, & fortasse in ijs quidpiam maioris alimenti inuenies. Hac enim oratione? duplex matrimonium mihi reijcere & prohibere videtur. Si enim duo Christi sunt: duo quoq; viri sunt,& duæ vxores: si autem vnus Christus,vnum Ecclesię caput:vna etiam caro sit, secunda autem reputatur.Quod si secundam prohibeat, de tertia quid dicendum est? Primum lex est,secundum venia & concessio, tertium flagitium, quartum porcina quædam & tetra libido, vt pote rara vitij huius exempla habens. Enimuero lex omnibus de causis libellum dat repudij. At Christus non ex omni causa,sed ab impudica tantū & adultera vxore viro separari permittit: reliquis autem omnibus in rebus æquanimitate ac patientia vti iubet.Ergo impudicam quidem,quia genus corrumpit & adulterat,expellamus:cætera aūt patienter & moderatè sapienterq; feramus,aut,vt rectius loquar,sapienter & moderatè ferte, quicunq; matrimonij iugum subijstis. Si illitos fuco & ceruſa colores & pigmenta pspexeris,eam hoc ornatu spolia:si procacé & petulantem linguam,coerce:si meretricium risum,tristem effice:si sumptum aut potum immodicum,contrahe;si intempestiuos progressus,constringe:si oculum elatum atq; suspēsum,reprime. At eam ne temere à te diuellas & abstrahas. Incertum est vtra pars periclitetur, an ea quæ secat, aut ea quæ secatur. Fons aquæ,ait ille,sit tibi proprius:nec enim cuiq; extero impertias. Pullus gratiarum tuarum, & cerulus amicitiæ tuæ consuetudinem vitæ tecum habeat.Quocirca tibi cauendū est, ne fluuius alienus efficiaris:atq; alijs potius placere studeas,q vxori tuæ.Quòd si alio fertur cupiditas tua,parti quoq; tuæ libidinē præscribis.Atq; ad hunc quidem modum Seruator locutus est. Quid autem Pharisæi?Durus illis hic sermo videtur, Nec mirum cùm & alijs honestis & præclaris rebus offendantur,tum illius temporis Pharisæi,tum etiam nostrates. Pharisæum em non solùm genus,sed etiam morum vitæque ratio efficit.Sic Assyriū quoq; & Aegyptium,cum cēseo, qui animi proposito & voluptate ipsis adiungitur.4Quid igitur Pharisæi?Si ita est,inquiunt, causa hominis cum vxore,non expedit nubere. Nunc demum Pharisæe,illud agnoscis non expedire nubere?An prius id nesciebas,cùm viduitates atq; orbitates videres,& prematuras mortes,& luctus plausibus succedētes, & funera thalamos excipientia,& sterilitates,& infelices liberorū procreationes, & imperfectos partus matrisq; expertes,atq; omnem huiusmodi rerum comœdiam siue tragœdiam(vtrumq; enim appositissimè dici potest)Expedit nubere? Id ipse quoq; probo(honorabile enim connubiū & thorus immaculatus)sed moderatis expedit,non petulantibus & libidine perditis,ac plus æquo carnē honorare volentibus.Cum matrimonium & coniunctio, & prolis successionisq; cupiditas: tum bonum est matrimonium.Pluresenim introducit,qui Deo placeant. At cùm materiā inflammat,& spinis obuoluit atq; circundat,vitijsque quasi via inuenitur: tum ipse etiam dico,Non expedit nubere. Bonū est matrimonium: sed quod virginitate præstantius sit,dicere non possum.Neque enim magnum aliquid esset virginitas:ni si re aliqua bona melior & præclarior esset.Nolite hoc molestè ferre, quæ matrimonij iugo subditę estis.Obedire oportet Deo magis q̄ hominibus.Cæterùm facite, vt inter vos quasi vinculo constringamini,& virgines & vxores,atq; vnum sitis in Dño,mutuūq; aliæ aliarū ornamentū.Nō esset cœlebs, nisi matrimonium esset.Vnde enim in hanc vitā virgo prodijsset? Nō esset honorificū & venerandum matrimonium,nisi virginem proferret tum Deo tū vitæ. Honora tu quoq; matrem tuam,ex qua natus es. Honora etiam eam,quæ ex matre est,& mater. Quanquam nō mater est,sed Christi sponsa.Pulchritudo quidē ea,quæ in oculos cadit, non occultatur: q̄ autem oculorum aciē fugit,à Deo pspicit. *Psal.44.* Omnis gloria filię regis ab intus in fimbrijs aureis circundata,variegata,siue actionib⁹,siue etiā speculationibus. Quę coniugio mācipata est,aliqua ex parte Christi sit: quæ virginitatem amplexata est, tota Christi sit. Illa mundo non prorsus astringatur: hęc nullo modo animum mundo addicat. Quod enim coniugatæ est pars, id virgini- *Angelorū* ni totum est. Angelorum vitam elegisti, *vitam elegit virgo.* in eorum ordinem te aggregasti,qui iugū nesciūt,ne in carnem prolabaris, ne in materiam crassitiemq; deijciaris, ne cum materia matrimonio iungaris, etiamsi alioq in cœlibatu.Oculus lasciuus & impudicus virginitatem non seruat:lingua impudica diabolo miscetur:pedes temere gradiētes morbum arguunt,aut morbo mouentur. Virginitatem animus quoq; ipse colat:ne vagetur,ne oberret, ne mererriciarum rerum formas in seipsō ferat(nam libidinis quoq; pars impressa in animo formaest)ne fœda & execranda rerum simulachra in anima effingat.At ille dixit eis, *In carne prater carnem viuere est angelicum.* Non omneis capiunt verbum hoc,sed quibus datum est.Videtis rei huius præstantiam atque sublimitatem: propemodum etiam talis reperitur,vt concipi comprehendiq; prorsus non queat. An non enim pstantius est,q̄ carnis fragilitate,id qđ *Virgini qđ agendum* ex carne creatū sit, carnem non gignere? *ad conseruandam virginitatem.* An non planè angelicum,eam,quæ carnis vinculis alligata sit,non secundum carnē viuere, sed natura ipsa excelsiorem esse. Caro cum mundo deuinxit: sed ratio ad Deum subuexit. Caro depressit: sed ratio extulit,eiq; velut pennas addidit. Caro vinculis astrinxit:sed amor soluit. Tota anima,ô virgo,ad Deum intensa esto(hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem ipsum & viris & mulieribus quasi lata lege promulgo) nec quicquam tibi ex omnibus alijs rebus pulchrum videatur, quæ vulgo videri solét, non generis splendor, non opes, non alta subsellia, non principatus & potentia, non pulchritudo ea, q̃ in membrorum elegantia aptaq; compositione animo fingitur temporis vtiq; & morbi ludibrium. Si vim totam amoris in Deum effudisti, si tu non duplicis rei amore flagras fluxæ nimirum & certæ atq; constantis, visibilis atq; oculorum obtutũ fugientis, an electa illa sagitta vsque adeo sauciata es, sponsiq; pulchritudinem cognouisti, vt illud quoq; sponsalis dramatis & cantici dicere queas, Dulcedo es, & totus cõcupiscibilis? Videtis in ijs aquarum fluxibus, qui plumbeis canalibus inclusi continentur, quòd quoniam nimium cõprimuntur atq; conglobatè voluũtur, adeò plerumq; aquæ naturam excedunt, vt quod retrò protruditur, sursum semper feratur. Consimili modo si amorem strinxeris, totaq; Deo coniuncta fueris: sursum tendes, nunquam humi prolaberis, nec difflues, tota Christi manebis, quousq; Christum quoq; sponsum tuum videas. Inaccessam teipsam custodi & verbo & opere, & cogitatione, animiq; agitatione. Vndiqua que impurus ille Spiritus te perscrutatur atq; explorat, vbi feriat, vbi vulneret, num quid detectum apertumque reperiat, plagæq; obuium. Quò puriorem cernit, eo enixius te commaculare atq; inquinare cõtendit: splendidæ etenim vestis luculentiores sunt sordes. Ne oculus oculum trahat, ne risus risum: ne familiaritas noctẽ, ne nox interitum & exitium. Nam quod paulatim & particulatim attrahitur, furtimq; surripitur, tametsi eam rationẽ habeat, vt pernicies nequaquam in præsens sentiatur: tamen in vitij fine occurrit. Nõ omnes, inquit, capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Cùm audis hoc, Datum est, ne hæretica vlla opinione inficiaris, ne naturas cõminiscaris & introducas, ſ ne terrenos, & spirituales, & medios. Sunt enim quidam ita peruersè affecti, vt alios omninò perditæ naturæ esse, alios beatæ & saluandæ, alios autem, prout eos vel ad virtutem vel ad vitium libera volũtas duxerit, ita sẽ habere arbitrentur. Ego verò aptitudinem quidem alios alijs vel maiorem vel minorem habere fateor: cæterùm ad perfectionem adipiscendam nequaquã aptitudinem solam sufficere contendo: rationem enim esse, quæ eam excitet, vt natura in opus prodeat, quemadmodum silex ferro pulsatus, atq; ita ferrum fiat. Cùm audieris, Quibus datum est, adde,

Simil.

Splendidæ vestis sordes luculentiores sunt.

Liberum arbitrium.

Volentibus datum est, atque ijs qui animi inclinatione ita ferunt. Itenim cum illud audis, Non est volentis, neq; currentis, sed miserantis Dei: idem tibi existimandum censeo. Quoniam enim nonnulli sunt, qui ob rectè facta ita animis efferuntur, vt id totũ sibi ipsis asscribant, nec quicquam Creatori, sapientiæq; eorum auctori, ac bonorum omnium suppeditatori his verbis eos docet Paulus, quòd ipsum etiam rectè velle, diuino auxilio indigeamus: immò, vt rectius loquar, propositum quoque ipsum atq; electio eorum quæ recte, & cum officio coniuncta sunt, diuinũ quoddam beneficium est, atq; à Dei benignitate manans. Idcircò ait, Non volentis, non est, ſ non solùm volentis, nec currentis solùm, sed etiam miserantis Dei. Ita quidem velle quoque ipsum à Deo est, optimo hoc totum Deo assignauit. Quantumlibet certes, opus habeas, quantumlibet certes, opus habeas, qui det coronam. Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilant, qui custodiunt eam. Scio, inquit, quòd nec celeris cursus est, nec bellum potentum, nec pugnantium victoria, nec prosperè nauigantium portus: sed Dei est, & victoriam afferre, & incolumem scapham in portum perducere. Iam illud quoque quod alicui dicitur, atque intelligitur, mihi quoque in mentem venit, superioribus adiungere, fortasse necessarium fuerit, vt meas opes vobis quoque impertiam. Postulauit mater filiorum Zebedæi, materno quodam affectu impulsa, atque eorum qui petebant modum ignorans, digna tamen, cui propter immodicam vim amoris beneuolentiæ amq; filijs debitam ignosceretur. Nam nim quicquam est materno affectu mius: idq; eò commemoro, vt filios admotres omni honore prosequendas instruam. Postulauit ergo à Iesu mater illorum vt alterum ad dexteram, alterum ad sinistram collocaret. Quid ad hæc Seruator? Primùm quærit, an calicem bibere queant, quem ipse bibiturus erat. Vt autem id quoque professi sunt, atque affirmarunt, ac Seruator ipse affirmauit (futurum enim norat, vt illi quoque eundem calicem hauirent ac martyrio perfungerentur) quid subiungit? Calicem quidem bibent: collocare autem ad dextram & sinistram, non est meum hoc dare: sed quibus datum est. Nihil igitur mens dux & imperatrix? nihil labor? nihil ratio? nihil philosophia? nihil ieiunio corpus extenuasse? nihil humi cubare? nihil insomnes duxisse? nihil humũ ſ fre-

Eccl. 1.

Hier. 1.

Animo oriri.

Eunuchi.

Donum à natura datum laudẽ non meretur.

to habuisse? fontes lachrymarũ profudisse? nihil quicquam horum profuerit? sed sorte quadam ac lege fatali & Hieremias sanctificatur, & alij ab ipsa vulua reijciuntur? Vereor, ne absurda etiam ac præposteram cogitatio cuiquam obrepat, ſ tanquam anima alibi quondam versata sit, ac deinde corpori huic astricta fuerit, atq; ex illa priori vitæ functione alij prophetiam accipiant, alij, qui sceleratè vixerunt, condemnentur. Sed quoniam hoc existimare nimis stultum atq; absurdum est, atq; ab Ecclesiastica fide & doctrina alienum (alijsenim de huiusmodi dogmatibus, vt lubet, garriant ac ludant: nobis autem huiusmodi ludis animos oblectare nequaq̃ tutũ est) illic quoq; his verbis, Et quibus datum est, hoc adiunge, qui digni sunt, quiq; vt tales sint, non modò à Patre acceperunt, sed sibi ipsis etiam dederunt. Reliqua persequamur. Sunt enim Eunuchi, qui ex vtero matris castrati sunt, &c.[8] Vehementer cuperem virile aliquid de eunuchis, ploqui posse. Ne admodum magnificè de vobis sentiatis, qui à natura eunuchi estis. Fortasse enim pudicitia hæc minimè volũtaria est. Non enim explorata est, nec castimonia periculo facto comprobata. Bonum enim, quod à natura proficiscit, laudem non meretur: quod autem à libera voluntate animiq; instituto fluit, id demum laude dignum existimandum est. Quę igni gratia habenda est, ſp vrit? vrere enim à natura habet. Quæ aquæ, quòd deorsum fertur? hoc enim à summo rerum omniũ opifice habet. Quæ niui gratia habẽda est, ſ frigida est? aut soli ſ luceat? lucebit eñ etiam inuitus. Hoc mihi largire, vt quę recta sunt velis. Largieris autem, si caro conditi, ſ spiritualis efficiaris, si à plumbea carnis grauitate tractus atq; depressus à ratione in altum subleueris, si humilis creatus cœlestis inueniaris, si carnis vinculis pressus superior carne appareas. Quoniam igitur corporea sapere carnalibusq; affectibus haudquaq̃ laudabile est, aliud quiddã ab eunuchis postulo. Ne circa diuinitatem scortemini. Qui Christo coniuncti estis, Christum ne alpernemini. ſ Qui à Spiritu perfectionem accipitis, ne parem vobis Spiritum faciatis. Si adhuc hominibus placerem, inquit Paulus, christi seruus nõ essem. si creaturam colerem, Christianus vtiq; non dicerer. Cur enim Christiani nomen venerabile est? nónne quia Christus Deus? nisi fortasse hoc humano more fancio, amicitia nimirum cum eo conglutinatus. Atqui & Petrũ honore prosequor, nec tamen Petrianus vocor: & Paulũ, nec tamen Paulianus nominatus sum. Non ferro me ab hominibus nomen ducere, qui à Deo sum creatus. Proinde si, quia Deum ipsum existimas, ideo Christianus vocaris: sanè & maneas in nomine, aut etiam in re: si autem quia Christum amore complecteris, idcirco ex eo vocaris: nihil amplius ipsi tribuis, quàm alijs nominibus, quæ à studio quodam & instituto aut reliqua constituuntur. Videtis hos, qui in cursibus equestribus studium atq; operam posuerũt, qui à coloribus nominantur, atq; à partibus quibus aggregati sunt. Vos nomina ipsa tenetis, etiam si non dixero. Si ad eundem modum Christianus vocaris: paruũ admodum ac leue hoc cognomentum est, etiam si eo glorieris, tibiq; placeas. Si autem, quia Deum credis: rebus ipsis ostende, quòd credis. Si Deus creatura est: etiãnum creaturam colis præter Creatorem. Si Sp. sanctus creatura est: incassum Bapismo initiatus es, ac duabus quidem partibꝰ sanus es, immò ne illis quidem: vna autem omninò periclitaris. Finge Trinitatem margaritam quandam esse, vndiq; sibi similem atq; æquè fulgentem. Quæcunque margaritæ pars vitiata & labefactata fuerit: tota gemmæ gratia extincta fuerit. Eodem modo cùm Filium contemnis, vt Patrem honores, tuum honoré nihil moratur: ad contemptum Filij nequaq̃ glorificatur. Si filius sapiens patrem voluptate perfundit: quantò magis filij honor patris quoq; honor fuerit? Quòd si hoc quoque probas, Fili ne glorieris de ignominia patris: eodem modo nec pater ob ignominiam filij glorificatur. Si Sp. sanctũ asperneris: honorem tuum Filius nil curat. Tametsi enim non vt Filius ex Patre est. Aut totum honora, aut totum contemne: vt saltem tibi ipsi constes. Dimidiatam istam pietatem improbo. Totum quidem te piũ esse volo: sed quemadmodum volo ignosce affectui: eorum quoq; vicem doleo, qui me infestè oderunt. Membrum meum eras, & si nunc abscinderis, membrum quoque fortasse fies, atq; ob hanc causam humanè & moderatè tecum ago. Hæc eunuchorum causa nobis dicta sint, vt circa diuinitatem pudicè & castè se gerant. Non enim peccatum illud solùm, quod circa corpus admittitur, fornicatio & adulterium dicitur: sed & quoduis aliud flagitiũ, ac præsertim scelus id, quod in diuinũ numen perpetratur. Vnde id asseramus, fortasse quæris? Fornicati sunt, inquit, in adinuentionibus suis. Vides & actionem ipsam impudentem. Et alio loco, Adulterium committebant in ligno. Vides & adulterinum quendam cultum & religionem. Quocirca ne animo adulterium commit-

Cur Christiani nominemur.

Christianus reipsa ostendat se talẽ.

Trinitas cõfertur cum margarita vndiq; fulgenti.

Prou. 10. Eccl. 3.

Dimidiata pietas improbanda.

Spirituale adulteriũ.

Psalm. 10. Hier. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animo adulter corpore pudicus non est nisi inuitus.

tas,corpore castitatem colens. Alioqui perspicuum facies,te quoad carnem inuitum pudicitiam colere:quoniam in ijs rebus,in quibus scortari tibi licet, pudicitiã non præstas.Quid impietatem atq; hæresim vestram feciſtis, vobisq; vendicaſtis? Quid omnes in vitium præcipites ſerimini, vt deinceps idẽ ſit aut eunuchum,aut impium vocari.Tandem aliquando viris vos adiungite, virilem aliquem affectum habete gynæcea fugite." ne ad nominis turpitudinem rei turpitudo accedat.Vultis in hac oratione nonnihil adhuc immoremur?an potius ſufficiunt,quæ diximus? Verùm his quæ ſequuntur, eunuchos honoremus:præclarus enim atq; honorificꝰ

Matth.19. eſt ſermo.Sunt enim eunuchi,inquit, qui ex vtero matris ita nati ſunt: & ſunt eunuchi,qui caſtrati ſunt ab hominibꝰ:& ſunt, qui caſtrauerunt ſeipſos propter regnum cœlorum.Qui poteſt capere, capiat. Videtur mihi hæc oratio à corporibus recedens,per corporum figuram, ſublimiora ſignificare.Etenim in corporeis quidem eunuchis conſiſtere atq; orationem figere,paruum ſortaſſe valdeq; infirmum & ſpiritu indignum fuerit: decet autem nos quidpiam ſpiritu dignum cogitare. Quare tria hominum genera conſtituenda vi-

Tria genera eunuchorum ſpiritualium. dentur.Alij enim indole naturali ad virtutem tendunt(naturam porrò cùm dico, ſtudium liberamq́ue voluntatem nequaq̃ aſpernor:ſed vtrunq; ſtatuo, nimirum & naturæ ad bonum facilitatem atq; aptitudinẽ,& animi voluntatẽ naturalẽ illã aptitudinẽ ad bonum ducentem.)Quidam autem alij ſunt,quos ſermo & doctrina purgat vitioſisq; animi perturbationibus trũcat. Hos eſſe exiſtimo, qui ab hominibus caſtrantur:cùm videlicet magiſtri præcepta & ſermones virtutẽ à vitio diſtinguẽtes atq; alterum amoliẽtes & abijcientes,

Pſalm. 33. alterum præſcribentes(iuxtaillud, Declina à malo,& fac bonum)ſpiritualem pudicitiam effecerint. Quod etiam exactionis genus probo,atque doctores & diſcipulos imprimis laudo:quoniam & illi præclarè executi ſunt, & hi præclarius executi ſunt. Et ſunt,qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Alij cùm magiſtros nanciſci non poſſent, laudabilium magiſtrorum munere ſibipſis functi ſunt.Non docuit te mater,quid officij eſſet,non docuit te pater,non Presbyter, non Epiſcopus,non alius quiſquam ex ijs, quibus docendi cura commiſſa eſt? At tu rationem

Arbitrij libertas. tibi inſitam mouens, virtutisq; fomitem per arbitrij libertatẽ exuſcitans, teipſum executi,radicem excidiſti, vitij inſtrumenta depuliſti,tantum tibi virtutis habitum comparaſti,vt iam ad vitium ferri, propemodum nequeas.Quamobrem hanc quoq; exactionem laudandam cenſeo:magisq; etiam fortaſſe, quàm ſuperiora duo genera.Qui poteſt capere,capiat.quam libuerit partem accipe: aut magiſtrum tequere , aut tibi ipſi magiſtrum te præbe. Hoc vnum turpe eſt,affectus exectos non habere.De excidendis autem illis ne quid litis crees.Et q docet,ſig mentũ Dei eſt:& tu eundẽ ortũ habuiſti:ſiue præceptor gratiam hãc rapiat,ſiue hoc bonũ tuũ fiat,bonum tuum perinde eſt. Hoc tantùm nobis curæ ſit,vt nos ab animi perturbationibus excidamus,ne qua radix amarulentiæ ſurſum pullulans turbas cieat. Hoc tãtùm curemus,vt imaginis diuinæ veſtigijs inſtamus, vt exẽplar noſtrum reuereamur. Corporeos affectus amputa,ſpirituales etiam amputa.Quantò enim anima corpore præſtantior eſt:tantò præſtantius eſt animam purgare,quàm corpus. Quod ſi corporis purgatio laudabilis eſt: cogita quæſo,quantò maior atq; ſublimior ſit animæ purgatio. Excinde Arianam impietatem,excinde pernicioſum Sabellianorem.Nec plus quàm æquum eſt,contagas nec ſceleratè diuidas:nec in vnam Perſonam tria contrahas,nec tres naturarum diuerſitates efficias. Et vnum laudabile eſt,cùm rectè intelligitur:& tria, cum rectè diſtinguuntur:nempe cùm Perſonarũ diſtinctio facta fuerit,nõ diuinitatis.Hæc & laicis præſcribo,hæc & Presbyteris,hæc & ijs,quibus imperium creditum eſt.Obrectæ doctrinæ opem ferte, qui Deo beneficio opem ferre poteſtis.Magnum eſt inuidiam reprimere, adulterium coercere, furtum caſtigare:quantò maius pietatem promulgare,ſanamq; doctrinam largiri? Non tantas vires ſermo meus habituru eſt pro ſancta Trinitate bellum gerere, quantas edictum tuum, ſi peruerſis dogmatis imbutos compreſſeris, ſi perfidos ne oppreſsis auxilium tuleris, ſi graſſantes cohibueris,ſi occidi vetueris.De corporea autem cæde non loquor , ſed de ſpirituali:Omne enim peccatum, animæ mors eſt. Atq; hic finem habeat oratio. Reliquũ eſt,vt pro ijs,qui huc conuenerunt, votum faciamus.Viri ſimul & vxores,principes & ſubditi, ſenes & adoleſcẽtes ac virgines,omne genus ætatis,diſpendium quidem ac detrimentum omne tum in pecunijs & facultatibus, tum in corporibus quo ferte animo: hoc autem vnum nunquã patiamini, vt diuinitas vobis extorqueatur ac pereat. Adoro Patrem,adoro Filium, adoro Sp.ſanctum,vel,vt rectius dicam,adoramus,ego,qui hęc loquor & ante omnes poſt

poſt omnes, & cum omnibus, in ipſo Domino Chriſto noſtro,cui gloria& imperium in ſæcula, Amen.

SCHOLIA.

1. Peccatum etiam ipſum.)Paul.Cor.2.cap.5.Eum,qui nõ nouerat peccatum,pro nobis fecit peccatum:et Gal.3.Chriſtus nos redemit de maledicto legis,factus pro nobis maledictum.quia ſcriptum eſt(Leuit.18.& Deut 21.)maledictus omnis,qui pendet in ligno.

2. Mulge lac & erit butyrum)Verba ſunt Salomonis Prouerb.30.quibus prouerbialiter ſignificatur multa eſſe quæ tametſi prima fronte leuia videantur:tamen ſi propius aduertamus, reconditiſſimos atq; abſtruſiſſimos ſenſus nobis exhibitura ſint.

3. Duplex matrimonium.)Hic dygamia non ſignificat ſecundas nuptias,quemadmodum Bilibaldus expoſuerat.Alioqui Montano apertiſsimè faueret Gregorius ſecũda matrimonia damnãti,ac modò nobis Apoſtolũ mentẽ non aperiret,ſed ex diametro cum eo pugnaret,vt pote qui Cor.1.cap.7.diſertis verbis contrarium dicat.Mulier,inquit,alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit.quòd ſi dormierit vir eius liberata eſt à lege.cui autem vult nubat:tantum in Domino.Quare de eo hîc loquitur Nazianzenus qui eodem tempore duas aut plures vxores habet.

4. Quid igitur Phariſai.)Minus hîc animum aduertiſſe videtur Gregorius. Nec enim hæc verba Phariſæorum ſunt,ſed diſcipulorum Chriſti.

5. Ne terrenos & ſpirituales & medios.)Valentinianos ſignificat,qui,vt eſt apud Irenæ.lib.1.aduerſ.hæreſ.cap.1.hunc eſſe in ſemetipſis hominem volebant,vt animam quidem à Demiurgo habeat, corpus autem à limo,& carnem à materia,ſpiritualem autem hominem à matre Achamoth.Proinde cùm tres ſint,nimirum choicus ſiue materialis,animalis,& ſpiritualis,eam habere conditionem dicebant, vt choicus quidem nullo modo ſit capax ſalutis,quia nullam inſpirationem incorruptelæ recipere poſſit:Spiritualis autẽ (quales ſeipſos eſſe iactitant)non per operationem,ſed eo quòd naturaliter talis ſit,omninò ſaluetur: Animalis autem,vt pote medius,illuc redigatur,quocunq; tandem declinauerit.Sic tria hominum genera ponebant, atq; in exemplum afferebant Cain, Abel, & Seth.At q; vt inſignem eorum impudentiam videas, huiuſmodi commentum ſicum Chriſti authoritate munire contendebant. Hylicum enim in eo oſtendiſſe quod reſpondenti dicenti,Sequar te:Vulpes foueas habent,&c.Animale autem in eo quòd dicenti,Sequar te,permitte autem mihi ire & renunciare domeſtico,reſponderit:Nemo mittens manum ad aratrum,&c.in eodemq; genere fuiſſe eum qui amittendarum opum metu Chriſtum ſequi noluerit.Spirituale autem in eo quod dicit, Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos,tu autem annuncia regnum Dei.Cuius etiam ordinis Zacheum faciũt, cùm ei à Chriſto dictum eſt, Deſcende,quoniam in domo tua oportet me manere. Atq; hæc tria genera per tria ſata farinæ de quibus Chriſtus in Euangelio,apertè ſignificari dicunt, Paulumq; obtorto collo in ſuam ſententiam trahere nituntur.

6. Non ſolùm volentis,nec currentis ſolùm.) Auguſt.lib.1.de ſolut.quæſt.epiſt.ad Rom.hãc ſententiã minus probat.Quia,inquit,non præcedit voluntas bona vocationem,ſed vocatio bonam voluntatem:Propterea vocanti Deo rectè tribuitur quod bene volumus,nobis autem tribui non poteſt quod vocamur. Non ideo igitur dictum eſſe putandum eſt,Non volentis neque currentis,ſed miſerantis Dei,quia niſi eius adiutorio non poſſumus adipiſci quod volumus,ſed ideo potius quia niſi eius vocatione non volumus.In eodem tamen libro, Credere,inquit,& velle noſtrum eſt:Dei autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi per ſp.ſanctum. Et lib.1.Retract.cap.23.Eadem regula & vtrũq; ipſius eſt(Dei ſcilicet)quia ipſe præparat voluntates,& vtrunq; noſtrum,quia non fit niſi volentib.nobis.Vide ſcholia Apologet. primi numero 19.

7. Tanq̃ anima quondam,)Pythagoreorum hoc dogma fuit,qui animas non cum corporibus naſci, ſed in varia ſubinde corpora migrare docuerunt,idq; μετεμψύχωσιν appellarunt. Profertur etiã à Lactantio Cic. in lib.de Conſolatione(qui liber hodie deſideratur)in quo homines veterum peccatorum luendorum cauſſa in hanc vitam produci ſtultiſsimè negatur.D.Hieronymus epiſt.ad Hedibiam quæſt.10.de impio iſto dogmate ſcribens,Nobis,inquit,nihil placet niſi quod Eccleſiaſticum eſt,& publicè in Eccleſia dicere non timemus:ne iuxta Pythagoram & Platonem & diſcipulos eorum qui ſub nomine Chriſtiano introducunt dogma Gentilium,dicamus animas de cœlo lapſas eſſe:& pro diuerſitate meritorum in ijs vel in illis corporibus pœnas antiquorũ luere peccatorum. Ac fortaſſe alludit ad Origenem,qui,vt refert Auguſt.lib.2.cap.23.de ciuitate Dei,mundum ideò factum eſſe aſſeruit,vt animæ pro meritis peccatorum ſuorum,tanq̃ ergaſtula, quibus pœnaliter includerentur,corpora acciperent.

8. Vehementer cuperem virile aliquid)Vix vllam orationem reperies,in qua Eunuchos non infectetur.Erant enim maximæ ex parte Ariana peſte aut Macedonia infecti.

9. Qui à Spiritu perfectionẽ accipitis.)Gr.ὑπὸ πνεύματος τελειοῦσθαι.Hac dictio ſæpe apud hunc authorẽ accipitur pro initiatione luſtrica ſiue Baptiſmo.Hic tamen pro perfectione Baptiſmi intelligenda eſt, quã

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum demum consequimur, cùm non in Patrem & Filium duntaxat, sed in Sp. quoq; sanctum baptizamur. Vnde alio loco πνευματοφόρον Spiritum vocat.

10. Qui à coloribus nominãtur.) Idcirco quadrigæ agitabantur, indutiq; erant quadrigarij panno aut albo, aut caruleo, aut viridi, aut rufo: hinc quatuor factiones aurigarũ. Alij ex populo alijs fauebant, suo quisque colori. hæc & plura de coloribus vir doctiss. Ludouicus Viues in cap. 7. lib. 9. de Ciuit. Dei. Quo etiam loco citat Plin. lib. 8. epist. vbi populi leuitatem insectatur, qui nec equorum velocitate, nec hominum arte trahitur, sed tantum fauet panno, pannum amat, et si in ipso cursu, medioq; certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium, fauorq; transibit, &c.

11. Ne ad nominis turpitudinem rei turpitudo accedat.) In Gr. μὴ προσῳδάντα τὰ ἀίχρὰ τῷ ὀνόματι & ἁ ἁμ τῷ κυβέρνητι &. Sed quis non videt mendum codicibus obrepsisse: ac pro κυβέρνητι & legendum πρώκτῳ & τῷ ὀνόματι respondeat? Spadones, inquit, prouidete, ne quemadmodum Eunuchorum nomen pudendum est, ita reipsa spadones sitis, nec vllum pietatis virtutisq; fœtum edatis.

GREGORII NAZIANZENI AD EVAgrium monachum de diuinitate.

ARGVMENTVM.

ITa argumentabatur Euagrius, Si simplex Dei natura est, inanis & superuacanea est nominum positio, hoc est, Patris, & Filij, & Sp. sancti. Si autem nominum positio vera, Deo simplicitatis ratio constare non potest. Hunc nodũ multis rationibus similitudinibusq; soluit Gregorius.

PRudentiam tuam vehementer laudo summeq; admiror, qui talibus speculationibus tantisq; quæstionib⁹ causam præbes, accuratis interrogationib. nobis dicendi necessitatem probationisq; laborem imponens, dum necessarias atq; vtiles quæstiones in medium affers. Proinde nobis omninò faciendum est, vt quæstionum tuarum vestigijs hæreamus, easq; claro & perspicuo responso explicemus.

Patris & Filij & Sp. sancti essentia rectius dicitur q̃ natura.

Quæstio igitur abs te proposita erat huiusmodi, Quonã modo esse queat Patris & Filij & Sp. sancti natura, quam tamen essentiam rectius q̃ naturam quispiam vocauerit) simplex an cõposita? Si enim simplex, quo modo ternarium supradictorum numerum recipiet? Nam quod simplex est, vnius formę est, numeriq; expers: quod autem in numeros cadit, scindi necesse est, etiamsi numeris minimè subijciatur: qd̃ verò scinditur passioni vtriq; obnoxiũ. Sectio enim passio est. Quocirca¹ si simplex Dei natura est, ² superuacanea fuerit nominum constitutio. sin autem vera est nominum positio, nominibusq; ipsis parendum est: vniformitas ac simplicitas statim è medio tolletur. Quænam igitur huius rei natura est? Hæc ad nos dicebas. Quorum confirmationem atq; explicationem veritatis doctrina exactè ostendet, nõ fidei argumento carentis imaginationę propter argumẽtorũ penuriã stultè ptendens, nec terũ fabularũ testimonijs psuasionis imbecillitatẽ occultare tentãs, verùm curatę atq; absolutæ inquisitionis pcęptione rationũq; rectitudine theorematis huius confirmationẽ in apertum ꝓferens. Age igitur, hinc disputationẽ auspicemur, & quo modo numen accipi debeat exponamus, simplexne an triplex. sic enim poterimus loqui & credere nominum ternio cogitari atque his abusi nonnulli homines impietatis planeque rancida & obsoleta dogmata extruxerunt, essentiam simul cum nominum pronuntiatione diuisionis passionem introducentes. Verum eos sanè, vt ignaros & infirmos, missos faciamus, fidei suę doctrinã imbecillo patrocinio fulcientes: nos autem veram agnitionis pceptionem animis nostros cõuertamus. Primùm itaq; quid Deus sit, constituamus: atq; ita deinde ad reliquas demõstrationesq; veniemus. Simplex, pfectò est, atq; indiuisibilis essentia, & simplicitatẽ corporisq; vacuitatẽ à natura habens. At etiã fortasse diuisionis nomina ratio mihi in contrariũ occurrit & adhortatur, ternionis numero summi numinis vniformitatem auferens? Quid ergo? vniformitatem retineamus, Patris & Filij & Sp. sancti cõfessionem fugere nobis atque necesse? Auertat hoc Deus. simplicem enim Dei vnionem haudquaq̃ nominũ positio labefactabit. Quæ enim aio & ratione intelligunt, quãuis infinita noia habeant (quando quidem in vnaquaq; natione quãpluribus nominibus appellantur) tñ extra oẽm appellationem posita sunt: quoniã intelligibilium rerũ corporeq; vacãtium nomẽ proprium nullum est. Quonã enim modo vocari queant, q̃ ne in cõspectum quidem nostrum cadunt, nec humanorũ sensuum instrumẽtis vllo modo capi possunt? Atq; vt exactã diuini numinis intelligentiam assequamur, animã, q̃ oĩum earum rerum q̃ intellectu pcipiuntur, breuissima particula est, accipiamus. Anima eñ, tametsi nomine fœmineo appelletur: ab omni tamen fœminea natura remota est, vt pote q̃ quantum ad essentiam, nec mas nec fœmina sit. Cõsimili quoq; ratione sermo, q̃ ab ea procreaꝫ, masculum quidẽ nomẽ habet, cæterùm ipse quoq;, vt dicimus, ab omni tum masculo tum fœmineo corpore remotus est. Quod si intelligibilium extrema, nimirum anima & sermo proprio nomine carẽt: quo tandẽ modo prima intelligibilia, atq; adeò intelligibilibus omnibus superiora proprijs nominib⁹ appellari dicemus? Sed tñ propter necessitatẽ vtilis est nominis vsus, quo ad intelligibiliũ notionem conceptionemq; puehimur. Verùm quidam essentiã simul cum nominibus crasse diuidi atq; distingui existimantes, indigna prorsus reb⁹ diuinis in animis suis sentiunt. Sciendũ est deinceps nobis q̃ veritatẽ agnoscimus, q̃ diuina & simplex Dei essentia, indiuisibilis vniusq; formæ est: cæterùm ad salutis animarũ nostrarũ vtilitatẽ, partitionẽ quoq; propter appellationes subire videtur, diuisionisq; necessitati subijci: vt iam à nobis dictum est. Quemadmodũ eñ anima q̃ de eorum genere est, q̃ intelligentia pcipiuntur, quãuis infinitã sensorũ multitudine pariat, tñ nec sensorum passione diuiditur, nec sensorum penuria propter ea q̃ præcesserunt, vnq̃ premitur: quin ditior potius q̃ pauperior efficitur: quemadmodũ insuper vocalis hic sermo nobisq; omnibus cõmunis, etiamsi à parente anima minimè diuidaꝫ, nihilo secius tñ in audientiũ quoq; animis simul est, nec ab ea distinctus atq; separatus, & in illis inuentus, immò vnionem potius q̃ diuisionem eorum animarumq; nostrarum efficiens: sic tu quoq; cogites Filium à Patre nunq̃ separatum esse, nec rursus ab hoc Sp. sanctum, eodem modo quo cogitationẽ in mente. Vt eñ inter mentẽ & cogitationẽ & animã nulla diuisio aut sectio excogitari potest: sic neq; inter Sp. sanctum & Seruatorẽ & Patrem vlla vnq̃ sectio aut diuisio intercesisse cogitanda est: quoniã intelligibilium & diuinorum, vt diximus, diuisionis expers natura est. Aut etiam, quemadmodum inter circulum & radium diuisio nulla reperiri potest propter impassibilitatẽ corporisq; vacuitatẽ simplicitatemq; & indiuiduitatẽ, verùm vt radius orbi cõiunctus est, ita rursus orbis oculi velut cuiusdã instar vniuersitati radios suos fluminis in morem infundit, quasi illuuies quasdã lucis nobis efficiens, & orbemq; repentè obruens: haud secus etiã Patris velut radij quidã ad nos demissi sunt, tũ splendidus Iesus, tum Sp. sanctꝰ. Vt eñ lucis radij mutuã relationẽ naturæ indiuiduã habentes, nec à luce disiungũtur, nec à se inuicem discindunt̃, lucisq; beneficiũ ad nos vsq; traijciũt: eodem modo Seruator quoq; noster & Sp. sanctus geminus ille Patris radius, simul & ad nos vsq; veritatis lucem ministrant, & Patri vniti sunt. Quemadmodũ ꝓterea ab vno aquarũ fonte nectareã aquã summa copia egerente, fluxum quendam pmagnum ac ꝓfluuium violentum ipso fluxu in duo flumina scindi contigit, q̃ ab vno qdem fontis oculo primùm manauerat, verùm fluuijs specie ita cõformatis duplici fluxu decurrit, nec tñ ex huiusmodi diuisione incõmodi quicquam & detrimẽti, quantum ad essentiam, accipit. Etenim fluminũ situ ita ꝓfluuiũ diuidit, vt vnam tñ atq; eandẽ humoris qualitatẽ habeat, quamuis eñ vterq; superdictorũ fluminũ ꝓcul extra terminos ferri, lõgoq; interuallo à fõte distare videaꝫ: principium tñ ad fontis ppetuitatem cum matre sua cõiunctum atq; vnitum habent. Haud dissimili modo bonorũ quoq; ꝓfectus Deꝰ, ille veritatis rector, & pater Seruatoris, prima illa vitæ causa, & stirps immortalitatis, ille sempiternæ vitæ fons, bifluaq; quadã & bifida Filij & Sp. sancti intellectuali ad nos missa gratia, nec ipse essentiã suã quicq̃ læsit (nec eñ ob illorũ ad nos aduentũ imminutionẽ vllã subijt) & hi ad nos vsq; ꝓcesserunt, nec tñ a Patre vllo modo separant. Inuidia eñ, vt diximꝰ, summi numinis natura est. Plurima, vir clarissime, inueniri poterant, multoq; plura, q̃ q̃ attulimus, ad q̃stiones de Patre & Filio & Sp. sancto, pquàm necessariæ luculentam demõstrationem, quo nimirum modo ea accipiẽda sit: sed quoniã & tibi & tui similibus facilè est ex paucis plurima pcipere: idcirco hic theorematis huius disputationi finem imponere æquũ esse existimaui.

inter Patrẽ Filium, & Spir. sanct. Alia simil.

Alia simil.

Vt inter mẽtem & cogitationem, & animã nullã diuisio aut sectio excogitari potest: sic neq; inter Spiritum & Filium.

1. Si simplex Dei natura est.) Gr. ὁ ἁπλοῦς τῆς φύσεως & ἀ φέλης. *Quo in loco τῆς φύσεως & nomine diuinitatẽ summumq; numen significat, principemq; & primariam essentiam, quemadmodum in plerisq; alijs locis huius tractatus.*

2. Superuacanea fuerit nominum) Patrũ scilicet & Filij & Sp. sancti.

3. Atq; his abusi nonnulli.) Sabellianividelicet: qui ob hanc causam diuinitatis contractionẽ inuexerũt,

4. Simplicitatem corporis; vacuitatem.) Gr. τὸ ἀπλοῦν, καὶ ἀσώματον καὶ φύσεως ἐκτυχῶν, vt in impresso exemplari, & ἐκτυχών in vetustissimo codice. Quæ verba satis diu animum torserunt, tum propter constructionis vitium, tum propter sensus absurditatem. Neq; enim τυγχάνω cùm accusandi casu iungitur, saltem apud Oratores, multoq; minus ἐκτυγχάνω, quod prorsus genitiuum asciscit. Et nimirum absurdum ne dicam impium fuerit dicere, Deum à natura simplicitatem consequi. Quare pro ἐκτυχών lege ἔχων, i. habens.

5. Orbemq; repẽtè obruens.) Gr. τὸ πανταχῇ τῶν ὁρώντων τόπον διακόσμησιν διακόσμησις, hoc loco mundum hunc aspectabilem significat, quemadmodum apud Dionysium Areopagitam sæpe pro angelis accipitur.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO PRIma de Theologia aduersus Eunomianos.

ARGVMENTVM.

PRima hac Oratione, quæ in quatuor sequentes velut præfationis cuiusdam vice est, qualẽ esse rei Theologicæ professorem oporteat docet: atq; & quando, & apud quos, & de quibus rebus, & quousq; disputandũ ipsi sit, ostendit. Ac deinde grauissimam attexit querelã de perditissimo temporis illius statu, quo neglectis virtutis studijs omnes eò temeritatis audaciæq; prorumpebant, vt sibi fas esse putarẽt de sublimissimis quibusq; atq; obscurissimis pietatis Christianæ mysterijs disputare. Porrò aduersus Eunomianos hunc tractatum edidit, quorum parens Eunomius Aëtij sectam, à quo Anomœorum schola profluxit, ita latè propagauit, vt deinceps omnes, qui pestiferum hunc errorem asserebant, non ab Aëtio sed ab Eunomio cognomentum traherent.

DEos, q sermonis ornatu atq; elegãtia, valét mihi sermo erit. Et vt Scriptura verbis exordiar: Ecce ego aduersum te cõtumelioſa. Sũt em̃, sunt quidã, quibus nõ aures duntaxat, sed etiam lingua, atq; adeo manus quoq; ipsæ, vt video, puriũt, prophanis videlicet vocum inanitatibus & contentionibus falsò nominatæ scientiæ, pugnisq; disputationum nullã vtilitatem afferẽtibus. Nam his nominibus quicquid in verbis vel superuacaneũ, vel curiosum est, vocat Paulus, ille contractæ doctrinæ præco & confirmator, ille Piscatorum discipulus ac præceptor. Hi verò, de quibus orationem habemus, vtinam quemadmodum linguam volubilem habent, atque in nobilioribus probatioribusq; verbis insectandis acrem & vehementem, sic etiam circa res ipsas nonnihil operę collocarent. Id quod si facerent, parum aut fortãsse minus essent sophistæ: nec tam absurdè atque insolenter in verbis, 1 perinde atque in aleæ ludo: versarentur. Libet enim ridiculè mihi de re ridicula loqui. Quoniam autem omni pietatis via sublata atque deleta hoc vnum sibi proponunt, vt quæstiones vel nectant, vel soluant (quemadmodum qui in theatris palæstræ artẽ profitentur, eaq; certaminum genera, quæ non iuxta palæstræ leges ad victoriam ferunt, sed imperitorum duntaxat oculos pertingunt, ac laudem à spectatoribus captant) & res huc redit, vt horum disputationibus & forum omne circunstrepat, & conuitia omnia huiusmodi nugarum rædio obtundantur, atque & festum omne infestiuum sit, mœstitiæq; plenũ, & luctus ois 2 maior re calamitate, hoc est, quæstionũ argutijs mitigẽt, ac deniq; gynæcea omnia simplicitatis alũna turbentur, & pudoris flos procipiti hac contendẽdi libidine cõpleuerit, inquam, hæc ita se habent adeoq; intoleranda est vis huius mali, vt periculũ sit ne magnum fidei nostræ mysterium in argutatricem quandam artem desciscat, atque, nos paternis visceribus incitatos, atque vt Hieremiæ verbis vtar, sensorijs distortos, 3 exploratores isti hactenus perferant, vt quæ de his rebus dicturi sumus, æquo animo excipiant, ac linguâ, simodò queant, aliquandiu frenata nobis aures prebeant. In qua re nihil profectò est, curdamni quicquam metuatis. Aut enim ego in aures audientium loquar, atque ita fructum aliquem, hoc est, vtilitatem vestram oratio allatura est (tametsi enĩ is qui verbum Dei seminat, in animos omnes seminat: egregij tamẽ duntaxat atque fæcundi fruges ferunt) aut me hoc quoque nomine exibilaro discedetis vberioremque conuitiandi materiam accipietis, vt plenius etiam animos vestros pascatis. Nec vero mirũ vobis videatur, si quid à vestris sensibus aclege vestra alienum dixero, qui scire vos omnia docereque profitemini perquam fortiter ac generosè, non em̃ discam stultè & temerè, ne quid animos vestros offendam. Non cuiusuis est, ô viri, de Deo differe, non, inquam, cuiusuis (non adeo vilis ac protrita hęc res est, & eorum qui humi adhuc reptant) Addam etiam non cuiusuis temporis, nec apud quoslibet, nec de quibuslibet: sed certo tempore & apud certos homines, & aliquousq; hoc faciendum est. Non cuiuslibet quidem, quoniam his dũtaxat hoc muneris incumbit, qui exactissimè explorati sunt contemplãdique acumine excellunt, priusque etiam & corpus & animã à vitiorum sordibus purgarunt: aut vt parcissimè loquar, iam in hoc toti sunt, vt seà vitiorum labe purgent. Impuro enim rem puram attrectare ne periculo quidem fortasse caret: quemadmodum nec ægris oculis Solis radios intueri. Quando autem? Tum videlicet, cùm nosmetipsos in quietem atq; otium asseruerimus: ne alioqui princeps nostri pars improbis formis vagisq; confundatur, dum velut deformibus literis elegantes literas, cœnoq; vnguentum admiscemus. Vacare enim haud dubiè oportet, vt ad Dei cognitionem perueniamus. Apud quos porrò? Nempe apud eos, qui rem huiusmodi studiosè ac seriò amplectũtur, quiq; non vt quippiam aliud, sic hoc quoque inepta nugacitate prosequuntur, post Circẽses ludos, & spectacula post cantiones, post explctũ ventrẽ & venereas voluptates. Qui quidé ita perditè affecti sunt, vt hoc quoq; in oblectamentorum parte numerent: nimirum de diuinis rebus nugari, atq; arguta disputatione concertare. Iã de quibus & quousq; disputandum? De his solum, quæ ingenij nostri modulum, captumq; auditoris non excedunt: ne alioqui vt 4 nimia vocis intentio, atq; immodicus cibus aures & corpora labefactat, itidem̃; sarcinæ viribus grauiores subeuntium humeros, ac crebriores pluuiæ terrã opprimunt: ita etiam auditores quæstionibus grauioribus ac durioribus oppressi atque confecti, pristinas quoque vires amittant. Neq; verò hæc quisquam ita accipiat, quasi Deum perpetua memoria colendum esse negem (ne rursus aduersum nos irruant, qui omnia facilè ac statim in calumniam trahunt. Nec enim tam sæpe Spiritum ducere, quàm Dei meminisse debemus: immo si dici hoc potest, aliud nihil quàm hoc faciendum. Nã & ego inter eos nomen meũ profiteor, qui eam legem probant, quæ die ac nocte iubet meditari, Vespere & mane & meridie narrare, ac benedicere Dominum in omni tempore, (sive, vt verbis Mosis vtar, dormias, siue à somno exurgas, siue iter facias, siue quid aliud agas) memoriaq; ipsa ad puritatem informari. Itaq; Deum quidem semper in animo habere per me sanè licet cuique, at non item de Deo disputare: immò nec hoc prohibeo, ne de Deo disputetur (id enim pium est) sed id alieno tempore fiat. Nec hoc ago, vt docendi munus explodatur, sed ne mediocritatis fines excedatur. An verò cùm mellis quoq; ipsius, quãtumuis dulcis, satietas vomitum moueat, suumq; cuiq; negocio destinatũ sit tempus, vt ego cum Solomone cẽseo, cumq; ea q̃ per se bona sunt, nisi benè tractentur, boni gratiam perdant (non aliter atque hyeme intempestiui sunt flores, nec mulieribus virilis nec viris muliebris ornatus conuenit, nec luctui musica, nec conuiuio lachrymæ) hîc solùm nullam temporis rationẽ habebimus, vbi maxima opportuni temporis ratio habenda est? Absit, ô amici ac fratres (fratres enim adhuc vos appello, etiam si parum fraterno erga nos animo sitis) absit, vt ita sentiamus, ac velut equi feroces & indomiti sessore, sic excussa ratione & religionis freno, quo præclarè coërcemur, abiecto, procul extra metã feramur. Quin potius finibus nostris philosophiã circunscribamus nec in Aegyptum abripiamur, neque ad Assyrios protrahamur, nec cantemus canticum Domini in terra aliena, hoc est promiscuè apud omnes auditores, siue nostri sint, siue externi, siue hostes, siue amici, siue candidi, siue maligni ac præposteri, qui summo studio res nostras explorãt, nihilq; magis optarint, q̃ malorum nostrorum scintillam in flammam assurgere, quam etiá furtim excitãt atq; accẽdunt, auræq; suę afflatu in cœlum attollunt, & Babylonica flãma in orbẽ oĩa populante, subli miorem reddunt. Quoniam enim in suis dogmatibus nihil sibi præ-

Ex. ech. 29.

1. Tim. 6. et 2. cap. 1.

Esa. 28. Rom. 9. Hæretici linguam habent volubilẽ verbaq; nõ res sectantur.

Matth. 13. Luc. 8.

Psal. 41. Apud quos.

Ecclesi. 3. Per se bona perdunt aliquando boni gratiam quia non tractãtur bene.

Dei semper meminisse oportet. Psal. 133. & 52. Deut. 6. 11. 17.

Ne quid nimis.

Psal. 136.

Dan. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

presidij roboriscq; constitutum videt, hoc in nostrarum rerum imbecillitate venantur. Ac proinde quemadmodum muscæ vulneribus, ita nostris calamitatibus, aut, si mauis erratis imminēt. At nos quidem nosmetipsos diutius ne ignoremus, nec moderationem, quæ in his rebus tenenda est, aspernemur. Quòd si inimicitias atq; odia extinguere non possumus, illud saltē inter nos conueniat, vt mystica mysticè, & sancta sanctè proloquamur, nec in profanas aures, quæ in vulgus efferri nefas est, proijciamus: ne alioqui cōstet eos, qui dæmones adorant, & turpium fabularum ac rerum cultum profitentur, nobis grauitate superiores esse: quippe qui ijs, qui non ijsdem sacris initiati sunt, cruorem potius suum quàm sermones quosdam impertirent. Agnoscamus, vt in vestitu, victu, risu, atq; incessu, sic in sermōe ac silētio modum quendam ac decorum tenendū esse, præsertim cùm inter tot Dei virtutes ac nomina λόγον quoq; hoc est Verbum colamus. quò magis laborandum est, vt etiam ipsa contētio nostra legitima sit. Cur [5] Dei generationem & creationem & Deum ex non existentibus, cur sectiones & diuisiones ac resolutiones auditis, qui eorum quę dicuntur, amarulentum auditorem se p̄bet? Cur accusatores ipsos iudices constituimus: Cur hostibus in perniciem nostrā gladios porrigimus? Quo pacto quóve animo eos huiusmodi sermonem accepturos censes, qui adulteria & puerorū stupra laudibus efferunt, qui vitia adorant, nec quicquam supra corpus cogitare possunt, qui heri & nudiustertius sibi Deos fabricati sunt, eosq; turpissimis facinoribus claros & nobiles? an non crasse? non fœdè? nō ineptè? deniq; non suo more? Nónne deorū suorum ac vitiorum patrocinium à theologia tua haurient? Nam cùm ipsi his vocibus calumniam struamus, quo tandem modo adducere queamus, vt philosophiā nostram amplectantur? cumq; suapte solertia mala inueniant, quando tandem ab oblatis abstinebunt? Hæc nobis bellum ciuile atq; intestinum attulit. Hæc illi, qui pro Verbo acrius certant, quàm Verbo ipsi sit gratum, inuexerunt: nec hominibus mente captis dissimiles sunt, qui suas domos incendunt, vel liberos dilacerant, vel parentes protrudunt, pro alienis videlicet eos habentes. Enimuero postquam alienos atq; exteros à diuinarum rerum pertractione submouimus, atq; in porcorum gregem copiosam Legionem in profundum ruentem ablegauimus: sequitur iam, vt nosmetipsos inspiciamus, ac statuæ cuiusdam instar, Theologum ad omnem elegantiam expoliamus. Illud verò prius expendendum est, quæ hæc tanta disputādi cupiditas ac linguæ prurigo, quis nouus hic morbus, auiditasq; inexplebilis. Cur manibus vinctis linguam armamus? Non hospitalitatem, non fraternam charitatē, non mutuum coniugij amorem, non virginitatem laudamus, non pauperum alendorum curam suspicimus, non Psalmorū decantationē, non nocturnam stationem, non lachrymas, non corpus ieiuniis premimus, non per orationē ad Deū peregrinamur, nō pstantiori parti deteriorē, hoc est puluerū dignitati spiritus obedire cogimus, quemadmodum qui massæ ac temperaturæ humanæ causam iustè disceptant. Non præsentem hanc vitam, mortis meditationem facimus, nō nobilitatis primùm nobis diuinitùs inditæ memores in hoc incumbimus, vt affectibus imperemus. Nō iram intumescentem ac sæuiētem edomamus, non deijcientem superbiam, nō merorem inconsultum, non stultam voluptatem, non procacem & meretricium risum, non præcipitem & temerarium aspectum, non aures inexplebiles, non immodicā loquendi libidinem, non absurdas cogitationes, non deniq; quicq̄ eorum, quæ à nobis contra nos peruersus ille hostis accipit, per fenestras (vt scriptura loquitur) hoc est sensoriā mortem in animum introducēs. Immò contrariū omninò facimus, atq; aliorum affectibus libertatem damus, non secus ac parta victoria reges militibus suis liberius palandi licentiam concedunt: hac duntaxat lege & conditione, vt in nostras partes propendeant, atq; aduersūs Deum audacius ruant. Ac malum non bonæ rei mercedem ipsis pendimus, nimirum pro impietate peccandi licentiam ipsis persoluentes. Atqui ô Dialectice & garrule, non nihil te interrogabo: tu verò respondē, vt inquiebat ille, qui ad Iob per turbinem ac nubes oracula edebat. Vtrùm multæ apud Deum mansiones sunt, quemadmodum scriptura docet, an vna tantùm? Multæ, inquies, non vna. Rectè. Age verò, eāsne oēs impleri, an quasdam quidem impleri, cęteras aût minimè, vt inanes & frustrā paratas? Vtique omnes. Neque enim à Deo quicquam temere atq; incassum factū est, nec quidem sit hæc mansio? Num requies & gloria, quæ beatis in cœlo recondita est, an quid aliud? Nihil aliud, quàm hoc, inquies. Hæc quoniam nobis confessa & constituta sunt, age, illud insuper expendamus: Estne aliquid, quod nobis mansiones has comparet, vt mea est sententia, an omninò nihil? Est sanè, inquis. Quidnam hoc?

Mysticamy stice & sancta sanctè tractanda.

Ioan. 1.

Acriùs q̄ par sit pro Verbo certantes similes sunt insanis.

Varietas vtendi re varia mansionū varietate conciliat.

Hoc? Hoc nimirum, quòd diuersa sint vtendi genera atque instituta, quodq; pro fidei proportione alia vita aliò ducat, quas nos vias nominamus. Quid ergo? his ne omnibus incedere necesse est, an quibusdam solùm? Omnibus, siquidem vnus atque idem hoc posit: sin minus complu ribus, aut certè aliquot. Aut si ne hoc quidem concedetur, satis, vt quidem ipse existimo, præclarum fuerit, vel vnam egregiè assequi. Rectè hoc existimas. Quid igitur

Matth. 7.

Via dicitur ab vectura & angusta ab arctitate.

cum audis viam vnam esse, eamque perangustam, quid his verbis significari putas? Vnam sanè esse, si virtutem spectes (hæc enim vnica est, licet in multas partes secetur) verùm angustam propter sudores, & quia non à multis teritur, si quidem multitudinem eorum cogites, qui contrario itinere per vitium incedunt. Ita mihi quoque videtur. Quid ergo, vir optime, relictis alijs omnibus itineribus, perinde ac doctrinam nostram paupertatis damnantes, ad vnum hoc iter ferimini oēs, quod per disputationes ac speculationes, vt ipsi putatis, vt autem ego, nugas & præstigias

1 Cor. 12.

teritur: Obiurget vos Paulus post gratiarum enumerationem acriter ita exprobrans: Num omnes Apostoli? Num omnes Propheræ? & quæ sequuntur. Esto autem: sis ipse altus ac sublimis, & sublimibus sublimior, ac nubibus altior, si ita lubet, rerum ab oculis remotarum spectator, & arcanorum auditor, post Heliam in sublimē raptus, post Moysem Dei conspectione dignus habitus, post Paulum in cœlum

1 Cor. 12.

Ephes. 4.

Rom. 12.

Theologi quo pacto fiant.

euectus: quid tandem est, quod alios quoque vnius diei momento sanctos fingis, & Theologos creas, eruditionemque ipsis velut inspiras, & multa eloquentium indoctorum conciliabula facis? Cur aranearum telis infirmiores illaqueas, ex eoque tibi scitus ac magnus videris? [6] Cur contra fidem crabrones excitas? Cur Dialecti ne indignos, veluti colluuiem quandam in vnum torrentem cogens, ac verborum illecebris magis ac magis effœminans nouam officinam condidisti, astutè interim eorum amentia ad vtilitatem tuam abutens, ex eaque messem faciens? Quòd si his quoque contradicis, nec alia vitæ studia atque instituta vllo apud te precio sunt, ac linguam omninò imperare oportet, nec parturientem linguam vlla arte retinere potes, multa quoque alia & honorifica argumenta tibi suppetunt, ad quæ morbum istum non sine fruge conuertere queas. [7] Pyrrhagoræ silentium, & fabas illas Orphicas insectare, recentioremque arrogantiam horum verborum, Ipse dixit. Impete [8] Platonis Ideas, [9] animorumque nostrorum in varia corpora immigrationes & circumitiones, & reminiscentias, ac denique non pulchros amores per corpora pulchra in animum subeuntes. Epicuri impium numinis contemptum exagita, necnon atomos, & philosophia indignam voluptatem. [10] Aristotelis ieiunam & angustam prouidētiam, versutumq; item artificium, & mortales de anima sermones, & nimis humana atque abiecta huius viri dogmata confuta. Stoicorum supercilium deijce. Cynicorum ingluuiem & scurrilitatem impete. [11] Vacuum illud, nugarum certè plenum, incesse. Denique quæcunq; illi de dijs, de sacrificijs, de simulachris, de dæmonibus tum beneficis tum maleficis, de vaticinatione, de numinis & animarum euocatione, ac postremò de vi & facultate siderum vanissimè disputant. Quòd si de his rebus, vt paruis ac sæpe confutatis disputationem instituere recusas, atq; in tuis versari gestis, in ijsq; gloriam nominisq; celebritatem affectas, & hic tibi latam viam patere ostendam. De mundo vel mundis philosophare, de materia, de anima, de naturis ratione præditis, tam præstantioribus quàm inferioribus, de resurrectione, de iudicio, de præmijs ac pœnis, de Christi supplicijs. In his enim argumentis & scopum assequi vtile est, & aberrare minimè periculosum. At verò cum Deo in hac quidem vita parcius, aliquantò post autem fortasse plenius commercium habebimus, in ipso Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

philosophorum secta.

De quibus rebus minè periculosè disputatur.

SCHOLIA.

1. Perinde atq; in aleæ ludo) κυβεύσαι λόγων. fortasse κυβευτικὴ legendum. Alludere enim videtur ad Paulum, qui Ephes. 4. subdolas hæreticorum captiones κυβείαν vocat. Quam etiam vocem Hieronymum ad argutas & insidiosas Dialecticorum captiones retulisse annotauit Erasmus.

2. Maiore calamitate mitigetur) ἐλαττοῦται συμφορᾷ μείζονι, i. βαρυνθῇ. Sic enim Iob ca. 16. amicos illos, q. calamitatibus ipsius insultabant, aut certè acerbissimo solatio dolorem exulcerabant, παρακλήτορας κακῶν appellat, i. consolatores malorum.

Explo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. *Exploratores*) *falsos Episcopos* κύνας *vt vocat quemadmodum Paulus Philip. 3. in circuncisam illam Iudæorum pertinaciam concisionem vocauit.*

4. *Vt nimia vocis intensio.*) *In eandem sententiam elegantissimè loquitur Hilar. lib. 10. de Trin. cuius verba, quia memoria valde digna sunt, hîc libuit adscribere. Quòd si contuentibus, inquit, Solis claritatem virtus intenti luminis obstupescit, vt si quando causam radiantis luminis solertiùs acies curiosa contemplationis inquirat, vsq; ad emortuum videndi sensum oculorum natura renocetur, accidatq; nitendo magis videre, ne videas: quid nobis in Dei rebus, & in Sole iustitiæ expectandum est? nonne incumbet volentibus superspere stultitia? Et aliquanto post, Excedit humanam mentem Dei potestas, ad quam si se infirmitas protendat, magis infirma reddetur, dum hoc ipsum quod obtinebat, amittit, potiore ad obtundendam eam rerum cœlestium natura, quia omnem eius consectantis se pertinaciam ipsa complexu eius maior infirmat. Vt igitur Sol ita videndus est, vt possit videri, tantusq; excipiendus lumine est, quantus admittitur, ne si plus velimus spectare, minus quoq; q. possumus, consequamur: ita & ratio cœlestium tantum intelligenda est, in quantum se permittit intelligi: in tantum expetenda est, in quantum apprehendendam se dedit, ne si contenti indulgentia moderatione non simus, amittamus indulta.*

5. *Dei generationem & creationem.*) *Vt Orthodoxi genitum Filium verè dicebant, ita eundem falsò creatum fuisse Ariani contendebant. Ac proinde eum* ἐκ τοῦ μὴ ὄντος *dicebant: quod nos ad verbum transtulimus, ex non existentibus. Non enim his verbis hoc significabant, eum ex nihilo creatum fuisse, sed principij atq; originem habuisse. Vnde ille eorum* ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, *erat* ὅτε οὐκ ἦν, *erat quando non erat. Quod autem mox resolutionis meminit, referendum est ad Marcellum Galatam: de cuius impio dogmate diximus in Scholijs Orat. de Moderat. in disput. seruanda.*

6. *Cur contra fidem crabrones excitas.*) *i. Cur Ethnicis sua sponte nobis infestis occasionem præbes adiuuandi fidem nostram insurgendi: quippe qui controuersijs dissidijs q; nostris oppugnandi ac labefactandæ Christianismi commodiorem ansam accipient.*

7. *Pythagoræ silentium*) *De Pythagoreorum silentio,* ἐκ τοῦ ἀνὰ ἴφι, *vide Scholia in 1. Inuect. aduersus Iulianum.*

8. *Platonis Ideas*) *Plato Ideas, hoc est rerum quæ sunt, exemplaria docuit ex dictis Mosis Exod. 25. & 27. vt scribit Iustinus Mart. in Paræneti ad Gentes: Euseb. cap. 11. lib. 11. de Præparat. Euang. & plerisq; alij Ecclesiastici scriptores. Has discipulus Aristoteles conuellere nititur lib. 1. Et hic. & Metaphys. Asserebat etiam Plato nostrum scire nihil aliud esse q. reminisci: quasi animus noster huiusmodi cognitione atq; scientia imbutus esset, anteq. in corpus immigraret. Vide Plat. ipsum in Phædone, & Tullium 1. Tusculana. Metempsychosin autem & multiplices animarum circuitus, vt & alia ferè omnia à Pythagora sumpsit. Quòd autem sequitur de amoribus, exponemus in 1. Inuect. aduers. Iulianum.*

9. *Animorumq; nostrorum in varia corpora immigrationes.*) *Platonis hoc dogma fuisse testatur Lactantius animam de corporibus ad corpora perpetuis vicibus migrare. Ille enim, vt refert Viues in lib. 1. cap. 31. Augustini de Ciuit. Dei: omnia à Parcu volai scribit & vitas nostras, & tempus quo anima corpore vacat: ita, cùm conuersio vitæ perfecta est, sequi mortem: cùm purgationis animæ, redire eam animam ad nouum corpus. &c. Id autem fieri, confecto cursibus omnium siderum cœlorumq;, cùm ad idem, ex quo discesserant puncti unum fuerint reuersi, vt idem Viues annotat lib. 13. cap. 13. quem quidem orbem lib. 10. cap. 31. damnat Augustinus, eamq; opinionem latiùs confutat lib. 12. cap. 13. & 20. vbi etiam tantam huius dogmatis absurditatem ostendit, vt ne Platonicus quidem Porphyricus eos admiserit. Siue rei vanitate permotus, siue iam tempora Christiana reueritus: dixitq; animam in hoc mundo purgatam, cùm ad patrem redierit, nihil tale vltra passuram, id est ad huius vitæ miserias nunq. posteà esse redituram. Itaq; præclarè ex coniuncta vtriusq; opinione priùs dogma confici posse ostendit Augustinus lib. vlt. cap. 27. eiusdem libri, nempe vt & anima in corpus redeat secundum Platonem, & nunq. ad miserias corruptibilis corporis anima sancta redeat secundùm Porphyrium. modo id quod ait cap. seq. ex Varrone assumatur, vt ad idem corpus redeat in quo antea fuit, & nõ aliud atque aliud, vt Plato censuit. Sic enim fore vt tota quæstio de carnis in æternum resurrectione soluatur. Illud verò non omittendum, rectius hoc loco sensisse impium alioqui & execrãdum Porphyrium q. Origenem, quos vt est apud eund. Augustinum lib. 21. cap. 17. propter alternantes sine cessatione beatitudines & miserias & statutis sæculorum interuallis ab isto ad illas, atq; abillo ad istas itus ac reditus interminabiles, merito ab ecclesia reprobatus est. Hoc porrò dogma migrationis animarum in alia atq; alia corpora, à Pythagora Platone accepit, qui* μετεμψύχωσιν *primus induxit. vnde apud Lucianum in vitarum auctione, mercator sic Pythagoram alloquitur. Quid narras? alius sum. & non is qui tecum colloquor? Pythag. Nunc quidem ille est: quondam verò in alio corpore, & sub alio nomine videbaris, & temporis progressu aliud corpus indues.*

10. *Epicuri impium.* *Vide præter cæteros Tullium lib. 1. de Finib.*

10. *Aristotelis iniuriam.*) *Existimare videtur Aristotelem Dei prouidentiam nimiũ augustiis finibus circũscripsisse, quippe qua neget res mortalium administrari. Impium etiam dogma de animarũ morte aliis etiam locis impingit. Theodoritus quoque in libro de Curatione Græcarum affect. vtriusque criminis eum insimulat: &*

in Epitome diuin. dogmat. tomo de Prouidentia impiè illum de prouidentia sensisse testatur.

11. *Vacuum.*) *Totam illã de Vacuo quæstionem à multis philosophis, vt ab Aristot. lib. 4. de naturali Auscultatione agitatam vanitatis & stultitiæ plenissimam esse ait.*

GREGORII NAZIANZENI ORATIO
secunda de Theologia.

ARGVMENTVM.

PRiore huius Orationis parte huc spectat Theologus, vt ostendat neminem esse tanto ingenij acumine, qui quid sit Deus, vel scire vel explicare possit: atq; inextricabiles illos labyrinthos commemorat, in quos incidunt, qui in præstantissimæ illius naturæ cognitionem irrumpere conantur: subtexitq;, quæ idololatriæ origo exiterit. Posteriori parte ex mirabili rerum creatarum descriptione, Dei quidem notitia quadam animos nostros imbui docet, atque in hac vniuersitatis mole procreanda & gubernanda summam eius bonitatem ac prouidentiam elucere. Cæterùm ipsarum quoque rerum conditarum adeò obscuras esse rationes, vt nullius hominis ingenio plenè perfecteq; intelligi queant: tantùm abest, vt ad primæ illius naturæ cognitionem peruenire possint.

QVoniam superiore oratione Theologum repurgauimus, commemorauimusq;, & qualem eum esse, & apud quos, & quando, & quatenus philosophari oporteat (nam & eum quàm maximè purum esse necesse est, vt luce lucem percipiat: & apud studiosos & diligentes auditores orationem habere, ne alioqui in sterilem terram sermo incidens sterilis quoq; ipse sit: & tum demum, cùm ab externarũ rerum iactatione tranquillum animum habuerimus, ne, quod singultientibus accidere solet, spiritus nobis interrumpatur: ac deniq; hactenus differendum, quatenus vel ipsi concepimus, vel ab alijs concipiamur, quoniam, inquam, hæc ita se habent, ne super spinas seramus, nobis diuina explanauimus, scriptura videlicet sacra tum ipsi informati, tum alios informantes: age iam ad pertractandam Theologiã aggrediamur, Patrem & Filium & Sp. sanctum, de quibus dicere instituimus, orationis nostræ principio locantes atq; obsecrantes, vt & Pater propensa erga nos voluntate sit, & Filius adiutricem manum porrigat, & Spiritus animum nostrum afflatu suo concitet, vel, vt rectius loquar, vno ab vna eademque diuinitate fulgore collustret, coniunctim distincto, ac distinctim coniuncto, id quod valde mirandum est. Mihi porro in montem ascendenti, aut, vt verius dicam, ascendere proponenti, simul ac reformidanti, illud propter spem, hoc propter infirmitatem, vt nubem penetrem, ac cum Deo cõmercium habeam (Deus enim ita iubet) si quis Aaron est, comitem se ascensus præbeat, atq; in propinquo stet, etiam si extra nubem sibi manendum sit, æqui bonique consulens. Si autem Nadab quispiam, aut Abiud, aut ex Seniorum ordine, ascendat ille quidem: cæterùm procul consistat, pro puritatis suæ merito ac dignitate. Si verò quispiam è vulgo atq; huiusmodi sublimitate ac speculatione indignus, siquidem omninò impurus ac prophanus sit, nullo modo accedat, ne ea temeritate periculum sibi accersat: si autem leuiter saltem purgatus, inferiori loco maneat, ac solam vocẽ & buccinam, hoc est nuda pietatis verba audiat. Montem etiam fumo circumfusum ac coruscantem videat, terrore simul & admiratione afficientem eos, qui ascendere nequeunt. Quod si quis bellua est immitis ac perniciosa, nec speculationis & Theologiæ vllo modo capax, ne, velut in syluis, versutè ac malitiosè latitet, vt impetu repentè facto verbum aliquod vel dogma rapiat, atq; obtrectationibus & calumnijs saluberrimam doctrinam discerpat: verùm longius adhuc consistat, atque à monte recedat: alioqui lapidibus oppri-

Exod. 24.

Allegoria ascensus Mosis ac seniorum in montem.

Cc me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

metur & obtereretur, malusq; malè perde-
Matth. 21. tur. Lapides enim sunt belluinis hominibus veri ac solidi sermones. Siue pardus
Psalm. 21. sit, si mul cum varijs suis notis ac maculis
1. Petr. 5. emoriatur: siue leo rapiens ac rugiens ac
Matth. 7. quærens, quânam animarum aut dictionum nostrarum deuoret: siue porcus egregias & illustres veritatis margaritas conculcans: siue lupus Arabicus & externus aut etiam his, quoad sophismata & captio
Per vulpē quid intelligendum. sas disputationes, acutior: siue vulpes, hoc est versuta quædam anima fideq; dubia pdita, ac pro temporum varietate alia atq; alia, nouamq; subinde, vt id rebus suis conducere arbitratur, formam assumens, quâ mortua ac putrida corpora nutriunt, aut paruæ vineæ, magnis fuga subductis, siue deniq; aliud quoddam crudiuorum animal, legisq; edicto reijciendum, atq; eiusmodi, vt ob impuritatem eo ali nefas sit. Vult enim orthodoxa doctrina ab his abscedere, atq; ita duris & lapideis tabulis inscribi, idq; vtrinq;, tum ob externam ac pspicuam legis partem, tum ob internam & abstrusam, illam videlicet triuialibus homunculis atq; inferiori loco manentibus, hanc paucis surſumq; tendētibus. Verùm quid mihi accidit, amici ac discipuli, atq; in veritatis amore riuales? Currebam hoc animo quasi Deum percepturus, sicque in montem ascēdi, ac nubem penetraui, à materia nempe rebusq; materia constantib⁹ reductus, atq; in meipsum, quoad eius fieri poterat, collectus. Vt autem oculos ad in-
Exod. 33. cūedum fixi, Dei posteriora ægrè vidi, idque petra, hoc est, Verbo nostræ salutis causa incarnato contectus. Atq; aliquantū prospiciens non primam illam & incorruptam naturam, sibiq; ipsi, id est Trinitati notam, quæq; primo velo obtenditur, & à Cherubinis obtegitur, cōspicatus sum, verùm postremam atq; ad nos pertingentē. Ea autem est, vt quidem ipse cognitione
Psal. 8. 28. assequor, maiestas illa, vel, vt Dauid appel
67. 95. 144. lat, magnificentia, quæ in rebus ab eo creatis productisq; & gubernatis elucet. Dei
Dei posteriora quid? quippe posteriora nihil aliud sunt, quàm ea post eum signa & argumenta, quæ eum nobis indicant, quemadmodum vmbræ illæ Solis & imagines, quæ in aquis cernuntur, infirmis oculis Solem repræsentant: quandoquidem eum intentis oculis obtueri non possumus, vtpote incomparabili lucis puritate sensum omnem superantem. Ad hunc itaq; modum Theologi munus obibis, quantumuis Moyses fueris, Deusq; Pharaonis, quantumuis ad tertium vsque
2. Cor. 12. cœlum instar Pauli arreptus fueris, atque arcana verba audieris, quamuis etiam supra illos euectus angelicam quandam aut archangelicam sedem atq; ordinem sectus. Nam ipsæ etiam cœlestes omnes & supercœlestes substantiæ, ac sublimiores quàm nos natura prædituæ, Deoq; vicinores ac propinquiores maiori interuallo à Deo ac plena illa & absoluta cognitione distant, quàm quo compositam hanc nostram & abiectam atque humi vergentem massam superant. Ergo ad hunc ferè modum ordiamur. Deum intellectu percipere difficile est, eloqui autē impossibile,² vt prophanorum Theologorum quidam docuit, meo quidem iudicio non incallidè: nempe vt ex eo quòd intellectu difficilem affirmat, opinionem hominibus asserat, se eum cognitione percepisse: eum autem quòd nullis verbis eum explicari posse ait, hoc agat, ne insciti a sua prodi & deprehendi queat. Ego verò ita potius cendum censeo,³ Dei naturam nullis quedem verbis explicari posse: animo autem atq; intellectu comprehendi multò magis posse. Nam quod quis animo & ratione complexus fuerit, id quoq; fortasse sermone declarare queat, si non satis dilucide ac perspicuè, at saltem obscurè, modo auditorem nactus sit non omninò stolidum tardiq; & stupidi ingenij. At rem tantam animo comprehendere omninò impossibile est, non modò ignauis ac lāguidis & orsum q; vergentibus, sed magistetiam & excelsis viris Deiq; amore flagrantibus, & mortalibus peræquè omnibus, quibus ad veri cognitionem caligo hęc & carnis crassities tenebras offundit. Atq; haud scio an hoc quoq; sublimioribus illis & intelligibilibus naturis negatum sit, quæ quia non propius iunctæ sunt, ac toto illo splendore perfunduntur, collustrare quoq; fortasse ipsiusq; naturam perspicere queant, si non omninò, plenius tamen quàm nos & expressius, atq; aliæ alijs pro cuiusq; ordine, vel parcius. Sed de hac re hic sit finis. Quod autem ad nos attinet, non par tantummodo Dei exuperat omnem mentem & cognitionem, & quæcunq; ijs qui ultra etiam coluerint, in diuinis pollicitationibus recondita sunt, quæ nec oculis cernuntur, nec auribus audiri, nec animo cogitari, nec perspici, nisi tenuissimè possunt, ac denique exacta & absoluta rerum creatarum perceptio (nam harum quoq; solas vmbras abs te teneri tibi persuade, cùm Scriptura ad hunc modum loquentem audieris. Video debo cœlos opera digitorum tuorum, lunam & stellas firmamq; illam & stabilem rationem, quæ ipsis infixa est, perinde sicet atque in hac vita ea minimè videas, sed aliquando perspecturus) non hæc quam solùm ingenij nostri captum exce-

dunt: sed multò magis imperceptibilis atque incomprehēsibilis est natura illa sublimior, ex qua hæc originem traxerunt.
1. Cor. 13. Nec verò hæc verba ita accipi velim quasi percipi non posse dicam, quòd sit Deus, sed quid & quale sit. Neque enim inanis est prædicatio nostra, nec vana fides nostra, nec id est, quod astruimus (nolo enim candorem nostrum animique ingenuitatem in impietatis & calumniæ argumentum rapias, ac nobis vt ignorantiam confitentibus arroganter insultes.) Plurimum namque interest, certò tibi persuadeas ali
Deum esse & oculi & lex naturæ monstrat. quid esse, an quid tandem illud sit, compertum habeas. Etenim quòd Deus sit, ac princeps quædam causa rerum omnium procreatrix & conseruatrix, tum oculi ipsi tum lex naturalis docet: illi dum rebus in aspectum cadentibus aciem affigunt, easque & egregia stabilitate præditas esse, & progredi, atque immotè, vt ita dicam, moueri voluique perspiciunt: hæc autem, dum per res oculis subiectas præclareque constitutas authorem earum coniectura quadam colligit, atq; assequitur. Quoná enim modo vniuersa hæc rerū moles vel producta vnquam fuisset, vel consisteret, nisi Deus hæc omnia in rerum naturam protulisset, atque conseruaret? Quemad-
Simil. modum quispiam citharam pulcherrimè constructam & elaboratam conspiciens, eiusque concinnitatem & constitutionem, aut etiam citharæ cantum audiens, nihil aliud quàm ipsum citharę conditorem atque citharœdum mente reputat, atque ad eum cogitatione fertur, etiamsi de facie ipsi ignotum: eodem quoq; modo nobis is, qui res vniuersas procreauit, easq; mouet atq; conseruat, sese declarat, etiamsi animis nostris ingenijsque cōprehendi nequeat. Ac nimis profectò absurdus & pœposterus est, quisquis non huc vsq; sponte sua progreditur, nec argumentis naturali bus cedit, verùm hoc quoque inficiatur Deum esse, quod vel imagine quadam animi concepimus, vel informauimus, vel orationis penicillo vtcunq; descripsimus. Quòd si quis vnquam cogitatione Deum quoquo modo comprehendit, quo argumento id probabit? Ecquis enim eō sapientiæ peruenit? ecquis vnquam tantam gratiam diuinitùs consecutus est? ecquis os
1. Cor. 2. Psal. 118. mentis ita aperuit, Spiritumque traxit, vt Spiritus omnia perscrutantis atque etiam Dei profunda cognoscentis, ope atque adiumento, Dei naturam comprehenderit, nec iam vlteriùs progredi necesse habeat, extremum omnium expetendorum iam habens, ad quod omnis excelsorum virorum & vitæ functio & cogitatio propere contendit? Quid enim tandem Deum esse censebis, si logicis argumentis omninò fidem habes? aut quò tandem te subuehet hæc disputatio, si accuratiùs examinetur? Ve inquam appello, qui philosophiæ ac Theologiæ principatum tibi vendicas, atq; in immensum gloriaris. Si enim corpus dixeris, quomodo immensus, infinit⁹, informis, incontrectabilis ac deniq; inuisibilis erit? An hæc quoq; in corporum nu
2. Cor. 10. mero habenda sunt: ô proteruam licentiam? non enim hæc corporum natura est.
Si autem corpus quidem esse statueris, 4
Deum non esse corpus. immensum verò atque infinitum cæteraque huius generis esse negaueris, ô crassam væcordiam? qua enim in re nos Deus antecellet? Quid enim afferri potest, cur colatur atque adoretur, si circunscriptus est? aut quid causæ dicemus, quin ex elementis conflatus sit, atq; in eadem denuo resoluatur omninoq; intereat? Compositio quippe pugnæ principium est, pugna autem disidij, disidium solutionis & interitus: solutio porro nullo modo in Deum ac primam illam naturam cadit. Quocirca in Deo nullum disidium est, ne solutio consequatur: nec pugna, ne disidium oriatur: nec compositio, ne pugna existat. Ac proinde nec corpus est Deus, ne alioq; compositio admittatur. Sic ab extremis ad prima perucēta ratiocinatio conquiescit. Iam verò quomodo illud tueri poterimus, quod ait scriptura, Deum omnia
Hier. 33. peruadere atq; implere (iuxta illud, Nónne cœlum & terram ego impleo, dicit Do-
Sap. 1 minus? Et, Spiritus Domini repleuit orbē terrarum) si mundus circunscribat, Deus autem circunscribatur? aut enim per vacuum Vniuersum grassabitur, & res omnes nobis peribunt, vt Deus contumelia afficiatur, nimirum & corpus factus, & ijs quæ procreauit, carens: aut corpus in corporibus erit (id quod fieri non potest) aut implicabitur, aut opponetur, aut, vt rerū humidarum natura fert, miscebitur, partim q; secabit, partim ab altero secabitur: quod ipsis etiam⁷ Epicuri atomis absurdius est & anilius: atque ita nobis collabetur, nec corpus habebit, nec solidi quicquā hæc disputatio, qua corpus Deo tribuere conamur. Quòd si materiæ corpus expers esse contenderint, si quidem quintum illud, vt ⁸ nonnulli existimarunt, & in orbem volubile, sit sanè corpus quoddam quintum & à materia semotum, atque etiam, si ipsis ita collibuerit, incorporeum: vt sunt soluti & effrenati eorum in disputando impetus atque commenta: nihil ecnim de hac re in præsentia cum illis altercabor. Cæterùm qua ratione in earum re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, quę motu agitantur ac feruntur, numerum aſcribetur: vt interim taceam, quàm grauis ſit contumeliæ aſſerere Creatorem eodem, quo res ab eo creatas, motu incitari, atque eum, cuius vi ac numine res conditæ voluuntur (ſi tamen hoc quoque concedere non grauentur (ſimul quoquevolui ac circunferri. Quæro etiã, quid illud ſit, quod ei motũ afferat? quid quod Vniuerſo? quid rurſus, quod illud moueat? à quo item illud moueatur? Eodemque modo in infinitum quæram. Qui etiã fieri poteſt, quin in loco omninò ſit, ſiquidem fertur, ac motu incitatur? Iã ſi aliud quid dam præter quintum illud corpus Deum eſſe affirmarint, ſiquidem angelicum, vn de probabunt Angelos corpore præditos eſſe, & quo tandem corpore? Quantò enim Deum Angelo ſublimiorem eſſe neceſſe eſt, qui Angelum adminiſtrum habet? Si corpus quoddam his ſublimius eſſe dixerint, rurſus corporum examen inconſideratum inducetur, ac nugarum gurges adeò profundus, vt nuſquam pes figi poſſit. Atq; hinc conſtat, Deum corpus non eſſe. Neq; enim adhuc quiſquam eorum, qui diuinitùs afflati ſunt, hoc vel dixit, vel comprobauit, atq; ab huiuſmodi ſermone fides Eccleſiæ abhorret. Reliquum eſt igitur, vt incorporeum numen exiſtimemus. Verùm vtcunque incorporeum dicamus, nondum tamen hoc naturam illius eſſentiamq; complectitur atq; declarat, quemadmodum nec ingenitum, nec anarchum, ideſt, originis expers, nec immutabile, nec incorruptibile, cæteraq; omnia, quæ de Deo vel circa Deum prædicantur. Primùm enim, huic quidem certè, qui Dei mentem vere habeat, ac plenio re ſpeculandi facultate præditus ſit, conſiderandum atq; expendendum occurrit, quid Deus naturâ ſua & ſubſtantia ſit: ac deinde hoc ſubijciendum, eum nec originem habere, nec à ſua deſciſcere, nec fine vllo circunſcribi ac definiri, ſed quicquid in rerum natura eſt, ambitu ſuo complecti atq; coercere. Vt enim non ſatis eſt corpus dicere, aut procreatum eſſe ad hoc vel illud, cui hæc adiacent, exprimendum & indicandum, ſed id quodq; quod ipſis ſubiectum eſt, dicere debemus, ſi modò volumus id quod mente agitatur, plenè atque abundè repræſentare (poteſt enim vel homo, vel bos, vel equus eſſe hoc quod corporeum ac procreatum & corruptibile eſſe pronunciamus) ad eundem modum qui Dei naturam curioſiùs inquirendam duxerit, non hic cõquieſcet, vt dicat quid nõ ſit Deus, ſed hoc quoq; ipſi adijciendum erit, vt quid ſit, dicat. Idq; eò magis, quòd minus difficile eſt vnum quidpiam animo complecti, quàm omnia ſigillatim inficiando remouere. Ita enim fiet, vt ex eorum, quæ non eſt, ſublatione ac depulſione, & ex eius, quod eſt, poſitione comprehendatur id quod cogitamus. Qui verò ita quid res aliqua non ſit, pronunciat, vt interim quid ſit, taceat, non abſimilis eſt ei, qui rogatus, Bis quinq; quot ſint, reſpondeat quidem ea nec duo eſſe, nec tria, nec quatuor, nec quinque, nec viginti, nec trigintа, nec vt breui complectar, vllum ex numeris denario incluſis aut etiam decidis: cæterùm quòd decem ſint, nõ dicat, nec mentem eius, à quo interrogatur, ad id quod quæſitum eſt, affigat. Multò enim facilius & compendioſius eſt ex eo, quod quid ſit, dixeris, quidquid non ſit, declarare, quàm ex eorum quæ non eſt, ablatione atque inficiatione, quid ſit, demonſtrare, quemadmodum quinis perſpicuum eſſe arbitror. Quoniam igitur Deum corpore vacare apud nos conſtat, aliquanto vberiùs in inquirendo progrediamur. Nusquamne ille eſt, an alicubi? Si enim nuſquam, quæret fortaſſe aliquis ex ijs qui inquirendi ac diſputandi ſubtilitate imprimis gaudent, quo modo eſſe quoq; poſſit. Nam ſi id quod nõ eſt, nuſq; eſt: id quoq; quod nuſq; eſt, ne eſt quidẽ fortaſſe. Quòd ſi alicubi eſſe dixeris, procul dubio, ſi quidem eſt, vel in Vniuerſo eſt, vel ſupra Vniuerſum. Si in Vniuerſo, vel in quadã parte eſt, vel vbiq;. Si in quadã parte ergo, à minori circunſcribet. Si vbiq; ergo à maiori atq; alio multo, hoc eſt id quod continetur, ab eo qđ cõtinet: alioqui Deus Vniuerſi cõplexu non tenebit, locusq; quidã erit à circunſcriptione liber. In hac abſurditates incidant neceſſe eſt, qui eum in Vniuerſo eſſe dixerint. Et vbinam erat, antequam vniuerſa hæc rerum moles na extitiſſet? Nam hoc quoq; nõ leuem vim dum affert ad huius quæſtionis difficultatem. Quòd ſi eum ſupra Vniuerſum eſſe dixerint, atqui nihil erat, quod eum ab Vniuerſo dirimeret. Ac præterea vbinam illud eſt, quod ſupra Vniuerſum eſt? quoquo modo animaduerti atq; intelligi poteſt, quod ſublimius & quod inferius eſt, eam nullus limes eſſet, qui hæc ſecerneret ac diſcriminaret? Haud dubiè enim medium quoddã eſſe neceſſe eſt, quo finiatur ac terminetur Vniuerſum, atq; id quod Vniuerſo excelſius eſt. Quid aũt aliud hoc foret q̃ locus, quem fugiebamus? Nõdum enim dico, circunſcriptum omninò numen eſſe, ſi animo & cogitatione comprehendi poteſt. Vnum quippe circunſcriptionis genus comprehenſio quoq; ipſa eſt. Quæ

Quæ de Deo vel circa Deũ dicũtur, eius eſſentiam non declarant.

Num. 11. Iob 36.

ſum autem hæc diſſerui, curioſiusq; forſitaſſe, quàm vulgi aures ferant, ac pro ea, quæ hac tempeſtate inualuit, diſputandi ratione, quæ ſimplici atq; ingenua rerum diuinarũ ptractatione contempta ac pro nihilo habita ſubdolum atq; inuolutum dicendi genus inuexit? vt nimirum ex fructibus arbor, hoc eſt ater ille ac tenebroſus ſpiritus, huiuſmodi dogmatum afflator, ex hac diſputationis caligine cognoſcatur. Non enim hoc eò à me factum eſt, vt ipſe quoq; noua atq; ab hominum ſenſibus aliena proferre atq; eximia quadam & excellenti ſapientia ornatus eſſe videar, nectens vincula, rurſusq; vincta diſſoluens, iuxta magnum illud Danielis miraculũ: verùm vt illud oſtendam quod orationis principio dicere inſtituebam, nimirum Deum extra humani ingenij captum eſſe, nec totum, quantus eſt, cogitari poſſe: idque non propter inuidiam (longè enim abeſt à diuina natura inuidentiæ affectus: vtpote quæ omni perturbatione vacat, ſo laque bona eſt & domina, ac præſertim erga creaturam omnium præſtantiſſimam ipſiq; chariſſimam. quid enim apud Verbũ charius maioriq; in precio, quàm quæ ratione ac dicendi facultate donata ſunt? quandoquidem hoc quoq; ipſum, ep̃ procreata ſunt, ſummæ cuiuſdam diuinæ bonitatis argumentum eſt) nec vt inde ipſius, qui plenus eſt, honori gloriæq; quicquam accederet, vt videlicet ex eo quòd ad eius cognitionem perceptionemque mortales aſpirare nequeunt, maior ad ipſum honor ac veneratio redeat) ſophiſticum enim planè, atq; alienum eſt, non dicam à Deo ſed etiam ab homine mediocri ſaltem probitate candoreq; prædito, atq; ingenuę cuiuſdam honeſtatis ſibi conſcio, prohibendis alijs principatum ſibi comparare. Verùm aliás ne etiam quaſdam ob cauſas, viderint ij, qui Deo propinquiores conjunctioresq; ſunt, atq; inueſtigabiliũ ipſius iudiciorum inſpectores & contemplatores, ſi qui tamen ſunt ad eam virtutis magnitudinem euecti, atq; in abyſsi veſtigijs deambulantes, vt prouerbio dici ſolet.

Matth. 7.

Cur Deus neque intellectu hominis comp. prehendi.

Quantum tamen nos, qui exiguis modulis res cognitu perſpectuq; difficiles metimur, coniectura aſſequi poſſumus, tres huius rei cauſæ afferri queant. Prima, ne ob adipiſcendi facilitatem facilis quoque rei quæſitæ iactura ſit. Fit enim ferè, vt quod non ſine labore atq; induſtria partum eſt, arctiùs quoq; teneatur: quod aũt nullo negocio comparatũ eſt, citiſsimè vilescat, atque cõtemnatur, vt póte quod recuperari poſſit. Atq; ita in beneficium cedit nõ obuia illa & exprõpta beneficentia, duntaxat apud prudẽtes hoïes atq; cordatos. Altera, ne idem nobis, quod Lucifero illi prolapſo accidat: qui toto illo fulgore perfuſus aduerſus Dñm omnipotentem ceruicem ob durauit, atq; ob elationem corruit, caſu omnium miſerrimo & calamitoſiſsimo. Poſtrema, vt pro induſtriæ ſuæ illuſtriſq; vitæ præmio vberius aliquid habeant, q̃ hic ſeſe à vitiorum labe perpurgarint, ac rem adamatam & expetitam patientibus animis expectarint. Idcirco media inter nos ac Deũ corporea hæc caligo interiecta eſt, non ſecus ac nubes illa olim inter Aegyptios & Hæbræos. Ac fortaſſe per tenebras eas quas poſuit latibulum ſuũ, nihil aliud ſignificatur, quàm craſsities noſtra, p quã pauci, ijq; parum omninò perſpiciunt. Sed hoc philoſophentur, quibus curæ eſt altiſſimeq; conſideratione prouehantur. Nobis vtiq;, qui terræ vinculis aſtricti tenemur, vt Hieremię verbis vtar, craſſaq; hac carne obtegimur, hoc perſpicuum eſt, qđ quemadmodũ nulla ratione fieri poteſt, vt quiſpiam quamlibet greſſum vrgeat, vmbram ſuã prætereat (quantùm enim eã aſſequeris, tantùm etiam illa ſemper anteuertit) aut oculus rebus in aſpectum cadentibus citra intermediam lucem & aërem coniungatur, aut natatilia animãtia extra vndas labantur: ita etiam impoſsibile eſt ijs, qui corporibus incluſi ſunt, ſine corporearum ac ſenſilium rerum adminiculo reb⁹ ijs quæ animo ac ratione intelliguntur, omninò coniungi. ſemper enim obiter ſenſile aliquid incidit, quantumuis maximè noſtra mens à rerum aſpectabiliũ contagione ſeparata, atq; in ſeipſam collecta, cũ rebus cognatis oculorumq; aciem fugientibus cõmercium habere conetur. Quodquidem ita tibi clarum ac dilucidum erit. Nõne Spirit⁹, & Ignis, & Lux, & Charitas, & Sapientia, & Iuſtitia, & Mens, & Verbum atq; huiuſmodi nominibus diuina natura appellatur? Quid igitur? an ſpiritum citra motionem & fuſionem intelliges, aut ignem extra materiam, ac motum ſurſum tendentem, propriumq; colorem ac figuram: aut lucem nullo aere permixtã atque ab eo, à quo veluti procreatur & illuſtratur, liberã & ſeiunctã. Iam mentem quã tandẽ intelliges, niſi eam, quæ alij ineſt, tecũ reputaris, cuiusq; mot⁹ cogitationes noſtræ ſunt, vel quieſcentes vel ſeſe proferentes? Quem etiam ſermonẽ, præter eum, qui in nobis tranquillus eſt, vel diffunditur? (vereor enim dicere ſoluitur.) Quam porrò ſapientiam præter habitum ac ſapientiam illam, q̃ vel in diuinis vel in humanis ſpeculationibus verſatur? Quam porrò iuſtitiam & charitatẽ? nónne præclaras & laudabiles

Exod. 13. Pſal. 17.

Thren. 3. Simil.

Nomina Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dabiles affectiones(quarum altera iniusti
tiæ,altera odio aduersatur)nunc sese intẽ-
dentes nunc remittentes, nũc accedentes,
nunc decedentes,ac certa omninò qualita
te nos afficientes,& immutãtes, haud sẽc⁹
ac colores corpora? An nobis faciendũ est,
vt ab his abscedamus,ac numẽ ipsum p se,
quãtum nobis p virés licet, perspiciamus,
7 particulare nimirũ specié quandã ex cõ-
iecturis & simulachris colligentes? Quæ
ergo erit hęc machina,q̃ molitio ex his cõ
flata,nec tñ hæc aut quo modo id quod v-
num est eamq̃; naturam habet,vt nec com
positũ sit,nec vllis rerum simulachris ad-
umbrari queat,hæc oĩa atq; horum vnum
quodq̃; plectẽ fuerit ? Ita mens nostra in
hoc languet atq; fathiscit,vt è corporeis &
sensilibus rebus excedat,atq; incorporeis
nullius rei interuentu iungat: quandiu cũ
sua infirmitate ea q̃ vires ipsius excedunt,
speculatur. Etenim Deum quidẽ ac prima
riã illã causam natura quidẽ omnis ratio-
nis particeps appetit. cæterùm ob eas,quas
dixi causas viribus deficit. Languens autẽ
desiderio,maleq̃; omninò affecta ægerri-
Vnde Idolo latria. meq̃; hoc dãnum ferens,8 secundam, vt di
ci solet,nauigationẽ init, vt scilicet vel ad
res eas,q̃ sub aspectum cadunt, oculos fle-
ctat,ac quampiam earum,p numine colat,
pniciosoq; errore labens(quid enim in
omnibus rebus q̃ oculis cernuntur, excel-
sius & diuinius est eo à quo cernuntur, vt
illud adoretur,hoc adoret?)vel p aspecta-
bilium rerum pulchritudinẽ ordinemq̃;,
Dei cognitionẽ assequatur, atq; ad ea per-
cipiẽda,q̃ oculorum obtutum fugiunt,du
cibus oculis vtatur,non autẽ 9 p earum re
rum,q̃ oculis subiectæ sunt magnificenti-
am,Dei iacturã faciat. 10 Hinc alij Solem,
alij Lunã,alij siderum multitudinem,alij
cœlum quoq; ipsum vnà cum illis(quibus
pro motus qualitate vel quantitate mũdi
gubernationẽ administrationẽq̃; tribue-
runt)alij rursus propter necessariũ vsum
terrã, aquã, aerem, ignẽ, q̃ his sublatis hu
manæ vitæ salus incolumitasq̃; constare
non posit,alis deniq; quicquid temere ex
rebus aspectabilibus ipsis occurrit, colue-
runt,pulcherrima quæq; eorum, q̃ oculis
obuersabantur,Deos sibi proponẽtes. Nec
defuerũt,q imagines atq; figmẽta diuinis
honoribus affecerint,primũ quidẽ propin
quorũ ac necessariorũ,ij videlicet, qui ve-
hementiori luctu afflicti erant, corporiq̃;
addictiores,ac proinde homines vitę per-
functos monumentorũ honore prosequebã-
tur: postea aũt alienorum quoq;, nempe
ij qui multis post eos sæculis extiterunt,i-
gnoratione videlicet primæ naturę ac se-
rie p manus ipsis à maioribus traditi ho-
noris quasi iusti & necessarij. Consuetudo
enim temporis longinquitate confirmata
pro lege habita est. Nonnulli etiam princi
patum atq; imperium colentes, & corpo-
ris robur laudibus efferentes, ac formæ ve
nustatẽ admirantes,eum qui ab his rebus
ornabatur,temporis progressu in deorum
numerum assciscerunt,ad huiusmodi im-
posturæ subsidium & patrocinium fabu-
las quasdam assumentes. Iam vitiosissimi
quiq; vitia ipsa fœdosq̃; affectus deos esse
censuerunt,aut certè sub deorum nomine
coluerunt,iram nimirum,cædem,libidi-
nem,temulentiam,reliquaq; eius generis,
non æquam nec honestam hanc scelerum
suorũ excusationem nacti. At eos partim
11 humi reliquerũt,partim sub terram ab-
diderunt(hoc vnum satis cõsultè) partim
in cœlum euexerunt:ô ridiculam hæresi
tatis partitionem: Ac deinde figmẽto cui-
que nomẽ aliquod vel deorum vel dæmo
num tribuerunt,pro erroris nimirum li-
centia solutaq; libertate: statuasq; insuper
erexerunt,easq; adeò magnificas & excel-
lentes,vt precio ipso vulgi animos inflam-
rent,Ad hæc victimarum cruore ac sacri-
ficiorum nidoribus, quidã etiã obscenis
flagitijs,hoc est furore ac cædibus huius-
modi numina 12 honorari existimarunt.
Tales quippe honores dijs talibus haberi
conueniebat. Eò etiam amentiæ quidam
proruperunt, vt bestijs & quadrupedibus
& reptilib.atq; horũ turpissimis quibusq;
maximeq̃; ridiculis seipsos dedecorarent
ijsq̃; Dei gloriã assignarent:vt nõ sit facile
le cõstituere,vtri magis cõtemnendi sint,
iine qui adorabãt,an qui adorabant. Quin
quam fortasse multò maiore contẽptu ac
que ignominia digni erant, qui res huius-
modi adorabant:quoniam cùm ratione
diti essent,Deiq̃; gratiam accepissent,deos
rius meliori ꝓtulerunt. Atq; hæc fuit im-
puri illius hostis impostura, rei honestæ
specie ad malum abutentis,qualia sunt pla-
raq; illius facinora. Nam cùm corũ cupidi
tatem ad Dei conquisitionem obtentã
accepisset:vt principatum ad se transfer-
ret,ac desiderium eorum eluderet, quã
cæcos viæ cuiusdam cupiditate flagrantes
manuducẽs,alios aliò præcipites egit, at-
que in vnum quoddam mortis exitiũ
barathrum dispersit. Atq; hæc quidem i-
li. Nos autẽ ratio accipiens Dei desiderio
æstuantes,permolestęq; ferentes nullum
ducem gubernatoremq̃; nobis existere,ad
deinde in sensilia oculisq̃; subiecta intu-
ens,resq̃; antiquissimas secum voluens ne
hic quidem gradum fixit. Neq; enim ratio
onis erat sensibus,hoc est nihilo præstan-
tioribus principatum dare. Quin potius

eorum ope atq; adiumẽto nos ad id, quod
est,cuiusq; beneficio hęc sunt,
acit.Quid enim tandem illud est, quod
cœlestia ac terrestria,quæq; vel per aerem
vel per aquam feruntur,vel potius ea,quæ
his priora sunt,cœlum, terrã, aerem ac na
turæ aquam procreauit?Quis hæc miscuit
atq; diuisit ? Quæ mutua horum societas
naturæq; concordia & conspiratio?hoc e-
nim vocabulum, licet hominis profani,
mihi magnopere probatur. Quis motum
his attulit,ac perpetuo minimeq̃; impedi
to cursu hæc moderatur? An nõ eorum ar
tifex,& qui rebus omnibus rationem eam
inseruit,qua Vniuersum fertur & guber-
natur?Quis porro horum artifex? An non
is,qui hæc procreauit,atq; in rerum natu-
ram produxit?Neq; enim proculdubio ea
sui fortunæq̃; hæc vis & facultas asscriben
da est. Atq; vt hoc demus casu omnia exti
tisse,ad quem tandem eorum constitutio
nem descriptionemq̃; referẽdum? Verùm
hoc ipsum sanè fortunæ quoq;,si libet,tri-
buamus,cuius quæso fuerit hæc iuxta eas
rationes,quibus primùm creata sunt, tue-
ri atq; conseruare ? alteriusne cuiuspiam,
an fortunæ alterius profectò, non fortu-
næ. Hoc autem quid tandẽ aliud esse que-
at,q̃ Deus? Ad hunc modum ratio illa di-
uinitus omnibus insita,ac prima in pecto-
ribus nostris condita lex,cunctisq̃; morta
libus innexa nos ab ijs rebus, q̃ oculis cer-
nuntur,ad Deum subuexit. Ergo superio-
rem telam veluti retexentes ita rursus di-
camus. Quid tandem Deus naturâ sua atq;
essentiâ sit,nec mortalis quisquam vnquã
inuenit,nec inuenire in hac vita queat.
An verò aliquando sit inuenturus,quęrat
hoc qui volet,ac philosophetur. Mea qui-
dem sententia tum demum hoc inueniet,
cùm deiformẽ hoc atq; diuinum, hoc est
mentem nostram & rationem Deus rei co
gnatæ & familiari adiunxerit, atq; imago
nostra ad exemplar illud suum, cuius nũc
desiderio flagrat,ascenderit. Atq; hoc mi
re vt aliquãdo tantùm cognoscamus,quã-
tum cogniti sumus. At in hac mortali vi-
ta quicquid ad nos pertingit, aliud nihil
est,quàm perexiguum quoddam profluu-
ium,ac velut paruus magnæ lucis radius.
Quamobrem si quis Deum cognouit, aut
hactenus cognouit, vt alio non perinde
colluſtrato clarior splendidiorque visus
sit. Ita exuperantia illa & præcellentia,
plena ac numeris omnibus absoluta cog-
nitio existimata est,non ad rei ipsius veri
tatem,sed aliorum modulum facultatem

que perpensa. Quocirca Enos quidem spe adductus est,vt Dominum inuocaret: vbi vides spem duntaxat in eo laudari, eamq̃; non cognoscendi,sed inuocandi Domini. Enoch autem tametsi translatus fuerit, nondum tamen constat, an Dei naturam comprehenderit,aut comprehensurus sit. Iam Noe, cui orbis vniuersi ab aquarum periculo conseruandi cura credita est, vel potius orbis semina commissa, exiguo ligno illuuiem fugientia,ab hac solùm virtute laudem consecutus est, quòd Deo vitæ suæ rationes approbasset. Abraham porrò magnus ille Patriarcha ex fide quidem iustificatus est,ac nouam & inauditam vi ctimam magnæque illius præsignatricem obtulit: Deum autem non vt Deum perspexit,sed vt hominem aluit, ac proinde laudatus est,quòd quantum percepit, tantum quoque veneratus est. Nam quid de Iacob dicam , qui tametsi scalam quandam sublimem, ascendentesque Angelos per imaginem conspicatus sit,columnam que non sine mysterio quodam vnxerit (fortasse vt lapidem salutis nostræ causa vnctum significaret) atque in eius quem conspexerat honorem , loco cuidam 13 sacrici Dei cognomentum imposuerit , ac cum Deo quasi cum homine certamen inierit (quodcunque tandem certamen illud esse queat Dei cum homine : hisenim verbis fortasse nihil aliud indicatur, quàm humanæ virtutis cum diuina comparatio) certaminisque signa, proceatæ vtique naturæ cladem designantia, in cor pore tulerit, ac denique pro pietatis præmio nominis commutationem acceperit, pro Iacob nimirum magno illo & excellenti Israel̃s nomine nuncupatus : hoc tamen nec ipse nec quisquam eo sublimior ad hunc vsque diem in omnibus duodecim tribubus , quarum pater extitit, gloriari magnificeque prædicare potuit, se totam Dei naturam oculis percepisse. Nec verò Heliæ vel spiritus vehemens, vel ignis, vel concussio , vt historiæ sacræ monumentis proditum est , sed aura quædam tenuis Dei præsentiam ac non naturam ipsam adumbrauit. Quem autem virum dico? quem igneus quoque currus in cœlum euexit , significans , vt opinor, singularem quandem hominis virtutem humanumque fastigium excedentem. Quin porrò Manue Iudicem ac postea Petrum Apostolum admiraris, quorum alter ne conspectum quidem Dei per imaginẽ ipsi obuersantis ferre poterat,ac proinde dicebat,Perijmus vxor, Deum vidimus,tãquam videlicet homines ne diuini

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.5. quidem conſpectus, nedum naturæ ipſius capaces ſint: alter conſpicuum quoq; Chriſtum in nauiculam admittere recuſabat, eamq; ob cauſam ablegabat. Quod eò quo que mirabilius videri debet, quòd idé ad *Matth. 16.* Chriſti agnitionem animi ardore alios anteibat, eoq; noſcebatus prædicatus eſt, resq; maximas in fidem accepit. Quid Eſaiam, & Ezechielem rerum maximarum ſpectatorem, reliquosq; Prophetas com- *Eſa.6.* memorem, quorum alter Dominum Sabaoth in gloriæ throno ſedentem vidit, eumq; à Seraphinis ſex alas habentibus in orbem cinctum ac celebratum & occultatum, ſeq; ipſum carbone perpurgatum, atque ad obeundum prophetiæ munus ador *Ezech. 1.* natum: alter vehiculum quoque Dei, hoc eſt Cherubinos deſcribit, thronumq; ipſis excelſiorem, eoq; ſublimius firmamentum, atque inſuper eum qui in firmamento ſeſe vtcunque conſpicandum præbebat, vocesque etiam quaſdam & impetus atque actiones, ſiue diurnum quoddam eſſet hoc ſpectrum ſolis optimis & ſanctiſſimis viris conſpicabile, ſiue minimè fallax noctis viſio, ſiue mētis impreſsio quædam & informatio cum rebus futuris quaſi cum præſentibus commercium habens, ſiue arcanum quoddam aliud prophetiæ genus, dicere nequeo, nouit hoc Propheta rum Deus, & qui huiuſmodi afflatibus agitātur. Cæterum neq; hi, de quibus loquor, neque quiſquam alius eiuſdem ordinis in *1.Ioan.4.* *2.Cor.12.* ſubſtantia atq; eſſentia Domini, vt Scriptura loquitur, ſtetit, nec Dei naturam aut vidit, aut alijs prodidit ac patefecit.

Quòd ſi Paulo ea, quæ tertium cœlum atque ad illud vſque progreſsio vel aſcenſio vel receptio continet, mortalibus euulgare licuiſſet, vberius quiddam fortaſſe de Deo cognouiſſemus, ſi modò arcana hæc cauſa erat, cur in cœlum raperetur. Quoniam autem hæc ei in vulgus efferre nefas erat, faciamus nos quoque, vt ea ſilentio commendemus. Atque hoc duntaxat *1.Cor.13.* Paulum dicentem audiamus, nimirum *2.Cor.11.* nos ex parte cognoſcere, & ex parte *2.Cor.13.* prophetare. Hæc atq; eiuſmodi fateri non dubitat ille ſcientia nequaquam vulgari præditus, ille experimentum ſe daturum minitans loquentis in ſe Chriſti, magnus, inquam, ille veritatis propugnator & do- *1.Cor.13.* ctor. Eoq; nomine omnem quoq; humanam terrenamq; ſciētiam nihil ſupra ſpecula & ænigmata eſſe ſtatuit, vt pote vltra exigua veritatis ſimulachra minimè ſeſe porrigentem. Quòd niſi me quiſpiam in huius generis rebus exquirendis nimis curioſè & ſuperuacaneè verſari exiſtimet, dicere quoq; non verear, ne alia quidem hęc, fortaſſe ea eſſe, quæ Chriſtus ipſe portari in hac vita poſſe negauit, velut aliquando portanda; & declaranda & quæ ille, [14] Verbi Præcurſor Ioannes, & magna Veritatis Vox, ne à mundo quidem capi poſſe pronunciauit. Sed cùm veritas omnis & diſputatio plurimum difficultatis atque obſcuritatis habeat, ac nos velut parvo quodam inſtrumento res magnas efficere moliamur, humanæ videlicet ſapientiæ adiumento rerum cognitionem aucupantes, ac rebus intellectilibus animum vnacum ſenſibus admouētes, aut certè non ſine ſenſibus, quibus vndique iactamur atq; in errorem pertrahimur, nec nuda mente cum nudis rebus verſari, atq; inde ad veritatem propius accedere, rebusq; perceptis ac comprehenſis mentem informare poſſumus: tum verò diſputatio ea quę deſideratur ſuſcipitur, quò perfectior, eò quoque difficilior pluribusque obiectionibus patefacta, ijſq; diluendis ac diſſoluēdis negocij maior tò magis faceſſit. Nihil enim tam leue, tam exiguiq; ponderis diſputāti poteſt adduci, quod non diſputationis curſum reprimat atque inhibeat, orationisque vlteriorem tendentis impetum irrumpat: quemadmodum qui equos ad curſum incitatos pentè freno retrahunt, atque inopinata excuſione retrorſum agunt. Sic nimirum Solomon, qui omnibus cùm ſæculi ſui tum ſuperioris memoriæ hominibus ſapientiæ de præſtitit, quiq; & cordis latitudine Dei beneficio accepit, tantam q; ſpeculationis copiā & vbertatem, vt arenæ numerum excederet, quò altius in has profunditates irrumpit, hoc magis æſtuat, ac nemquendam ſapientiæ conſtituit, quātūdem inuenire, quantum ipſius animum effugerat. Conſimili quoque modo Paulus cognitione quidem aſſequi conatus, non dicam Dei naturam (hoc enim procul habebat) ſed Dei ſolùm iudicia. Quorum autem neq; exitum vllum, nec quò aſcenſum figere ac ſtabilire poſſet, reperiebat, nec perſpicuo vllo fine curioſa ipſius animi perſcrutatio claudebatur, quod ſynceri licet ſubinde ſemper aliquid reliqui eſſe perſpiceret, O rem miram ac ſuperabilem (vt ipſe quoque eodem affectu commouear) orationem admiratione circumdat, bit, idque Dei opes ac profundum agnolat, ac Dei iudicia nullius ingenio percipi comprehendique poſſe ingenuè fatetur, ijſdem propemodum verbis cum Dauide vtens, qui nunc iudicia Dei aby ſſum multam vocat, cuius ſtabilis fides nec mouri ſurā nec ſenſu capi queat: nunc myſbilem factam eſſe ſcientiam ex ſuiq; ipſius creatione pronunciat, magisque corroboratam, quàm pro viriū ſuarū modulo & comprehenſione. vt enim miſſa alia faciens, inquit, me ipſum omnemq; humanam naturam & coagmentationem intuear, quæ hæc mixtio noſtra eſt? quis motus? quo modo id quod immortale eſt, cum re mortali copulatum eſt? qui fit, vt anima circunferatur, & vitam impertiat, & affectuum ſit particeps? qui fit, vt mens & circunſcripta ſit & interminata, in nobis maneat, & motus fluxionisq; celeritate omnia perluſtret? qui fit, vt ſermonis opera percipiatur viciſsim ac communice tur, ac per aerem graſſetur, & cum rebus ipſis ingrediatur? qui fit, vt cum ſenſibus conſuetudinem habeat, ac rurſus à ſenſib. in ſeipſam colligatur? Atq; vt, quæ priora ſunt dicam, quæ prima noſtri eſſictio & coagmentatio in naturæ officina? quæ etiam poſtrema formatio ac perfectio? quę cibi appetitio ac diſtributio? quis nos ſponte ad primos illos fontes ac vitę facultates duxit? Quo modo cibis corpus, animus contrà ſermone ac doctrina nutritur? quis naturæ tractus, mutuaq; affectio parentibus & liberis, vt amore contineatur & conſeruetur? Qui fit, vt & ſtatæ ſint facies, & lineamentis ita diſtinctæ, vt cùm earum ſpē infinitus ſit numerus, propria tamen cuiuſq; figura, nulla modis omnibus abſoluta ſimilitudine repræſentari queat? Qui fit, vt idem animal mortale & immortale ſit, illud interitu, hoc procreatione? Vt enim aliud morte ſubducitur, ita rurſus ipſi aliud ſubrogatur, non ſecus atque in fluminis tractu nequaquam fixi ſtabiliſq;. Multa de hominis membris & partibus adhuc commemorare poſſem, decq; mutua earum concinnitate: quippe quæ naturæ & rationis lege non minus ad elegantiam quàm ad vtilitatem coniungātur ſimul ac diſtinguantur, præcellant ac dignitate in ſeriores ſint, vnantur ac diſtrahātur, contineāt ac cōtineanē. Multa etiā de vocibus & auribus: qui nimirū ſit, vt illæ p vocalia inſtrumēta ferātur, hæ verò eos excipiāt, ac per intermedij aēris percuſsionem atq; impreſsionem inter ſe iungantur. Multa item de oculis ineffabili modo cum ſenſibus rebus conſortium habentibus, ac ſola voluntate & ſimul cum voluntate ſeſe mouentibus, eodemq; modo cum mente affectis. Pari enim celeritate & illa intelligibilibus iungitur, & illi rebus ijs, quæ ſub cernendi ſenſum cadunt. Multa præterea de reliquis ſenſibus, qui velut admittendis externis rebus deſtinati ſunt, nec rationē percipiuntur. Multa denique de ea, quā in ſomnis fruimur, quiete, atque inſo-

mniorum figmentis, de memoria & remiſcentia, de ratione & ira & cupiditate re liquisq;, vt vno verbo complectar, quibus paruus hic mundus, id eſt, homo gubernatur. Viſne aliorum quoq; animantium diſcrimina, quibus tum à nobis tum inter ſe differunt, naturas etiā & generationes & educationes & regiones & mores, ac velut in Republi. vitæ functiones enumerem? Qui fit igitur, vt alia ſocietate delectentur, alia ſoliuaga ſint? alia herbis, alia carnibus nutriantur? alia iracunda ſint, alia manſueta? alia cum hominibus verſari atq; ali ſoleant, alia indomita & libera ſint? alia ad rationem & diſciplinam propius accedant, alia à ratione ac diſciplina prorſus auerſa ſint? alia pluribus ſenſibus, alia etiam ſumma pernicitate donata ſint? alia magnitudine & pulchritudine aut alterutro horum excellant, alia autem perexigua ſint aut deformiſſima, aut etiam vtroq; vitio laborent? alia imbecilla? alia iuriam propulſent, alia ſuſpecta & inſidioſa ſint, alia incauta? alia induſtriæ reique familiaris adminiſtrandæ laude floreant, alia prorſus inertia ſint & improuida? Quodq; prius dicendum erat, qui fit, vt alia humi ſerpāt, alia corpore recto ſint? alia certa ſede acquieſcant, alia in vtroque elemento degant? alia elegantiæ ſtudioſa ſint, alia ab omni ornatu abhorreant? alia coniugata ſint, alia à coniugij vinculis liberā? alia pudica, alia libidinoſa? alia fœcunda, alia parum fœcunda? alia diuturnę vitæ, alia breuis? Concidat atque obruatur oratio neceſſe eſt, ſi ſigillatim omnia perſequi tētet. Age, mihi piſcium quoq; naturam conſidera per aquas labentium, ac per humidam naturam, vt ita dicam, volantium, ac proprium quidem aērem trahentium, in noſtro aūt periclitantium, quemadmodum nos quoq; in aquis ſolemus, mores etiam eorum & affectus & coitus & generationes, & magnitudines & pulchritudines, certas item manſiones & oberrationes, conuentus ac ſeceſsiones & proprietates terreſtribus animantibus pene cōſimiles, nonnullorum etiam conſortia & contrarias tam in formis quàm in nominibus proprietates. Adhæc greges auium tecum reputa, quam ſint varia & multiplici figura ſint varijſque coloribus: qui fiat, vt alia muta ſint, alia canora, quæq; horum ſuauiſſimi cantus ſit ratio, & à quo hanc facultatem acceperint. Quis lyram cicadis in pectore dedit? & cantus illos atque garritus, quos, cùm meridiano Solis æſtu ad Muſicam incitantur, in arborum ramis fundunt, ac nemora cātu implent, viatoremque garritu ſuo ꝓſequunt. Quis cantū cygno

Homo parui mundus.

Cicada.

Cygnus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pauo. gno contexit,cùm pennis in auram expassis modulatum sibilum edit? Mitto enim illas vi expressas voces,quicquid artes aduersus veritatem ingeniosè comminiscuntur.Quid causę est,cur arrogans ille & Medicus pauo elegantiam gloriamq; adeò affectet,vt quoties aliquę propiùs accedentem viderit,aut etiam fœminis, vt aiunt, sese ostentare voluerit (nec enim pulhritudinis suæ ignarus est)protinus elata ceruice pennisq; in orbem concinnatis,atque oculis illis aureo quodam gemmātiq; fulgore in aceruum cōtractis,corporis sui elegantiam amasijs suis cum fastuoso incessu velut in theatro spectandam proponat? Ac scriptura quidem sacra mulierū in cō texendis telis solertiam his verbis admiratur:Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam,rerumq; variegandarum scientiam? Est enim hoc ratione præditi eximiaq; sapientia instructi,atq; ad cœlestia vsq; grassantis.Tu verò mihi naturalem quoq; animantium rationis expertium solertiā suspice,rationesq; declara.Quomodo volucres in petris & arboribus ac tectis non minùs elegantes quàm tutos & alendis pullis accommodatos nidos elaborant? Vnde apibus & araneis tantus laboris atq; industriæ amor,vt & illæ fauos construant, ac sexangularum fistularum sibiq; ex aduerso respondentium adiumento contineāt, vtq; ipsis firmitatem comparent, per intermedium septum angulares rectis alternatim innectant, idq; in tam caliginosis aluearibus obscurisq; figmentis:& hæ rursus per vsqueadeò tenuia & subtilia stamina multipliciter intensa sinuosas telas cōtexant(& quidē ex tam exiguis principijs, vt vix vlla oculorum acie possint perspici) easq; simul & pro domicilio habeant, *Euclides.* & pro imbecilliorum animalium venatione,ad famem depellēdam? Quis Euclides hoc artificium imitando expresserit,de [15] lineis petractans nusq; extantibus, atq; in *Palamedes* demonstrationibus anxio labore desudās? Quis Palamedes? (qui etiam instruendi exercitus artem, motusq; adeò & figuras *Grues.* nullis alijs præceptorib⁹ vsus [16] quàm gruibus didicisse fertur, cùm videlicet eas ordine ac multiplici volatus genere moueri perspexisset.)quinam Phidiæ & Zeuxides ac Polygnoti,Parrhasij etiam & Aglaophontes,qui incredibili quadam elegantiū formarū pingendarum sculpendarūq; peritia claruerūt.[17] Quis Gnosius Dædali chorus(coccinā illam Nympham intelligo)ad oēm artis elegantiam confectus & expolitus? Quis Cretensis labyrinthus difficiles exitus & anfractus habens, identidemq; in sese artis impostoris incurrens? Taceo formicarum penuaria eorumq; cu[ra] stodes,alimētiq; aggestionem tēporis curriculo respondentem, cæteraq; quæ & decarum vijs ac ducibus,& eo ordine quem in suscipiendis laboribus seruant,historia rum monumentis consignata sunt.Quòd si horum omnium rationes assequeris,prudentiamq;,qua gubernantur,cogitam perceptamq; habes,cōser iam animum ad varia stirpium genera, artificiumq; etiam illud expende,quod foljs ipsis ineest,simulque & maximam oculis voluptatem & fructibus vtilitatem affert.Considera,quæso & fructuum varietatem & vberrimam copiam,ac præsertim eorum quæ ad vitæ decendam maximè necessaria sunt, summa pulchritudinem.Considera etiam storum & succorum & florum atque odorum non modò suauissimorum,verùm etiam torporis sanitatem accommodatissimos vires ac facultates,colorum etiam gratias & qualitates,atq; insuper gemmarum ea mia precia & splendores. quandoquidem omnia tam quæ ad necessarios vitæ vsus quæ ad delicias spectant,velut in commuui conuiuio natura proposuit: vt si nihil aliud, ex ipsis saltem beneficijs tibi Deus innotescat,teque penuria ea, qua laboramus prudentiorem efficiat. Hinc mihi fidis vt terræ communis omnium parentis,& tudinem lōgi tudinemq; percurras,& ris sinus,tum mutuo nexu, tum etiam terra velut vinculis quibusdam coassectos,& nemorum pulchritudines, & fluios & fontes vberes ac perennes,non modò gelidarum ac potabilium aquarum super terram fluentium, sed earum etiam quæ sub terra fluentes ac specus quosdam fauces; subeuntes, ac deinde vehementi flatus impetu extrusæ ac reper cussæ,quoea conflictus huiusce oppositionis,vilentia inflammatæ, quaqua fors tulit paulatim erumpūt,hincq; calidorum neorum vsum nobis plerisque terræ locis simulq; cum contraria facultates,suppotant,gratuitam,inquam, hāc medicinā naturæque sponte promanantem. Dicge,quomodo, & vnde hæc (quæ magnæ hæc artisq; expers textura?) non minùs commendabilia obhabitudinem eam,quę se inuicem respiciūt,quàm si per sē quæque consideretur. Qui fiat,vt terra diuisa & inflexa stet,à quo vehatur,cuius adniculo fulciatur,quidq; rursus fulciat illam sustineat. neque enim quiequam tioni quo nitatur,occurrit,si diuinam vlūtatem exceperis. Qui fiat,vt illa partim in montium vertices assurgens, partim campos subsidens,idq; varię & multiformiter, ac denique paulatim alternatim com-

commutata tum ad hominum vsus vberior affluentiorq; sit,tum varietate ipsa iucundior?Qui fiat,vt partim in domicilia diuisa sit,partim inculta atque inhabitabilis relinquatur, quancunq; nimirum excelsissimi quiq; montes abscindunt,atque alia ad alium quendam orbis finem dissecta porrectaq; diuini opificij magnificentiam luculentissimo argumento declarat? *Mare.* Iam verò mare si non magnitudine sua mirabile mihi occurreret,lenitatem vtiq; & placiditatem admirarer,quodq; pacto fiat, vt quamuis susum ac solutum, finibus tamen suis consistat:quòd si non lenitatem, magnitudinem certè suspicerem. Quoniam autem vtraq; laude excellit,vtramque vim & facultatem prædicabo. Quis tantā aquarum molem cōiunxit?quis quasi vinculis copulauit? Qui fit,vt inrumescat, & tamen loco suo se contineat,perinde ac vicinam terram reuerita?Qui fit,vt cùm fluuios omnes excipiat,ob exuberantes tamē opes suas & copias,aut quo verbo id appellandum sit, nescio, nullam amplitudinis accessionem faciat,sed eadem semper sui- *In Physicos* que similis maneat?Qui fit,vt tantum elementum arenam pro termino habeat? Possintne hoc expedire Physici, atq; inanis eruditionis laude celebres,ac verè cyatho mare,hoc est,res tantas ingenio suo metientes? An faciā ipse,vt pauciss imis verbis hoc ex Scriptura sacra explicem,idq; pro- *Psal.103.* babiliùs ac veriùs, quàm ipsi prolixis ac verbosis suis disputationibus? Præceptum circundedit super faciem aquæ.Hoc humidæ naturæ vinculum est. Iam quo modo [18] terrestrem nautilum exiguo ligno ac vento ducit(hoc tu cùm cernis,non admiratione defigeris?non mens extra se rapitur?)vt mare ac terra mortalium commoditatibus & commercijs inter se vinciantur,atq; ad hominis vsum coniungantur, quæ natura adeò inter se distincta sunt? Quæ porrò fontium primæ scaturigines quærere homo,si quid horum peruestigare aut inuenire potes:tum quis amnes & campos & mōtes sciderit,cursumq; liberū concesserit:quo etiam pacto ex contrarijs rebus miraculum existat, dum nec pelagus vnquam extra fines terminosq; suos egreditur, nec fluuij in mare illabi desinunt, cursumq; inter mittunt. Ad hæc quę aqua rum alimonia,quodq; huius discrimen,vt aliæ cœlitus irrigentur, alijs à radicibus suis potus suppeditetur (Date enim hoc mihi quoque,vt delicioso dicendi genere vtar,dum Dei delicias oratione complector)Sed iam missa facta terra rebusq; terrenis in aerem animi pennis instructus prouola, vt recto ordine prægrediatur oratio: illincq; te ad cœlestia cœlūq; adeò ipsum & quæ cœlo superiora sunt,euehā. Quanquam ad ea quæ deinceps sequuntur,accedere refugit quidem ac reformidat oratio:sed tamen quantùm licebit,accedet. Quis aërem fudit,has, inquam, vberes & *Aër.* copiosas opes,non pro cuiusque dignitate atque fortunis variè dimensas,non finib⁹ coercitas ac derentas,non pro ætatibus erogatas,sed quemadmodum olim Manna *Exod.16.* ad sufficientem cuiusq; vsum distributas æquabilitatisq; honore decoratas? Quis, inquam,hoc volatilis naturæ vehiculum, hanc ventorum sedem,hoc,inquam, elementum, quo & anni partes tempestiua vicissitudine temperantur, & animantur animantia,vel anima potius cum corpore conseruatur:in quo corpore, & cuius ope atq; adiumento sermocinamur: in quo lumen,& quod lumine perfunditur,ac denique ipse cernendi sensus per illud fluens. Volue iam animo ea quæ sequuntur. Nec enim mihi fas est aeri vniuersum imperiū dare earum rerum, quæ aeris esse censentur.Quæ ventorum promptuaria? qui nubis thesauri?Quis roris glebas,vt cum Scri- *Iob.38.* ptura loquar,peperit? ex cuius ventre glacies egressa est? Quis aquam in nubibus vinxit,eamq; partim in nubibus fixit(ô facinus admirandum?)verbo retentam,tametsi naturā suā fluxam & labilem: partim in totius terræ faciem tempestiuè & æquabiliter effudit, velutque seminauit: eamque rationem adhibuit,vt nec humidam omnem substantiam liberam & solutam relinquat(sufficit enim purgatio illa,quæ tempore Noe contigit,fœderisque *Genes.9.* sui memoriam haudquaquam abiecit is, qui ab omni mendacio est alienissimus) nec omninò retineat, nec rursus Helia quodam opus habeamus, qui siccitatem depellat.Si clauserit cœlum, inquit, quis *3. Reg.8.* aperiet? si autē cataractas aperuerit,quis *Deut.11.* continebit? Quis enim immodicam vel pluuiam vel pluuiæ retentionem ferret, nisi ille pluuiæ parens mensuris suis ac bilancibus omnia regeret ac gubernaret? Quam verò rationem afferes de fulgetris *Tonitrua.* ac tonitruis,tu,inquam,qui à terra tonas, cùm ne tenuissima quidem veritatis scintilla splendescas?In quos vapores à terra excitatos huius rei causam conferes,eosq; nebularum procreatores esse affirmabis, aut etiam aeris condensationem quandam aut rarissimarum nubium compressionem aut ruptionem: vt compressio quidem illa fulgur,ruptio autem tonitruum tibi pariat?Quémnam etiam flatum astrictum atque compressum, ac deinde exitu carentem, vt & compressione ipsa fulguret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

guret,& ruptione tonitruum edat? Quòd si aerem aereaque omnia cogitatione perscurristi,mecum iam cœlum quoq; ac cœlestia contrecta. Cæterùm ducem potius fidem quàm rationem sequamur,si modò ingenij tui infirmitatem in propinquioribus rebus didicisti,rationemque in hoc positam esse cognouisti, vt quænam sint ea,quæ rationis humanæ captum excedãt, cognoscas:ne alioqui prorsus terrenus sis, rebusq; terrenis immersus,ipsam quoq; ignorantiam tuam ignorans. Quis cœlum circunduxit,stellas ordine collocauit?immò verò vt quæ priora sunt, præponam, quid cœlum ipsum est?quid stellæ? An dicere hoc potes ô sublimis disputator, qui cùm ea quæ ante pedes tuos sunt,ignores, ac ne teipsum quidé metiri queas,ea tamẽ, quæ natura tua sublimiora sunt, curiosè perscrutaris,hiantiq; ore in ea quæ mensuram omnem superant,incumbis. Vt enim tibi concedã,te orbes ac conuersiones, accessiones etiam & recessiones perceptas habere,Solis etiam & siderum exortus,[19] gradusq; quosdam & minutias,cæteraq; omnia,quibus tu eximiam illam ruam scientiam magnificè effers: nondum tamẽ hoc certa rerum comprehensio est, sed motus cuiusdam obseruatio,quæ diuturniori exercitatione confirmata, posteaq; ea quæ à pluribꝰ obseruata sunt, in vnum collegit, ac deinde rationem eorum excogitauit,ita demum scientiæ nomen est consecuta. quemadmodum affectiones illæ,quæ Lunæ accidũt,priusquam vulgo notæ essent, scientiæ principium ab oculis acceperunt. At verò si insigni harum rerum cognitione instructus es,ac meritò in hoium admiratione esse affectas,dic quæ ordinis huius motusq; causa sit. Vnde hoc habeat Sol,vt orbi vniuerso atq; omnium oculis præluceat, quasi chori cuiusdã coryphæꝰ, sidera alia splendore suo magis obscurans atq; abscondens,quàm quædã illorũ alias stellas. Cuius rei hoc argumentum est, q̃ cætera sidera vicissim fulgent,Sol aũt omnia splendore antecellit:nec si quando cũ eo exoriantur, id cognosci sinat. pulcher vt sponsus,magnus ac celer vt gigas (neq; enim facere possum,vt aliunde q̃ ex meis libris eum coornem ac celebrem) tantam vim & faculatem habens, vt ab alijs extremis alia extrema calore suo cõplectatur, nec res vlla eius sensum effugiat: quin potius & aspectus omnis luce,& corporea natura calore compleatur. Ac quæ temperamenti illius suauitas est, motusq; ordinatus,calefacit quidem,sed non vrit: ac velut omnibus adest, omniaq; æquè comprehendit. Illud verò quanti tandem æstimandũ,si hoc fortè animaduertisti,quod prophanus quidam author scribit, Idem in sensilibus Solem esse quod Deum in intellectilibus?Vt enim hic mentem, ita ille oculos illustrat: atq; vt hic res eas omnes quæ animo & ratione intelliguntur, pulchritudine vincit: ita etiam ille eas q̃ oculorum sensu percipiuntur. Sed quid tandem illi primùm motum dedit? quid eum perpetuo motu agitat ac circunducit ratione stabilem motusq; expertem,[20] infatigabilem procul dubio vitam ferẽtem, & victum mortalibus producentem,& q̃buscunq; laudum titulis eum non immeritò poetæ prosequuntur, ac neque motui vnquam suo nec beneficijs finem cõstituentem?Quo modo diem procreat,cùm supra terram est, ac noctem cùm sub terra, aut quibus verbis vtendum sit nescio,cùm Solem intuemur?Quæ horũ assumptio? q̃ subtractio?quæ rei minimè æqualis æqualitas,vt nouum aliquid & insolens dicam? Quo modo anni partes efficit,atq; itadidit,vt certis constitutisq; vicibus accedãt & recedant, atq; inter se non secùs atq; in choro connectantur & distinguantur, illud amicitiæ lege,hoc ordinis præscripto, sensimq; intermisceantur, ac vicinitate ipsa diebus noctibusq; tantundem depereat?Quod idcirco fit,ne [21] insuetudine ipsa hominum generi molestiam afferant. Sed cursum suum sanè Sol obeat. Quidita turámne Lunæ,& affectiones,& luminis modos cursusq; pernosti? quoq; modo vt ille diei principatum tenet, sic hæc quoq; nocti præsit,atq; vt ille hominem ad laborem excitat,prout commoditatis ratio postulat,vel sublimior vel depressior,sic hæc quoq; belluis licentiam concedat. An tu Pleiadis vinculum aut Orionis septum in star illius,qui numerat multitudinẽ stellarum & omnibus eis nomina vocat,intelligis,gloriæq; cuiusque discrimen perspectum habes,vt sit causa,cur tibi fidem habeam,per eas humana contexenti,creaturamq; aduersus creatorem armanti?Quid aisthic dicendi finem faciemus, nec vltra eas q̃ materia cõstant,oculisq; corporis cernũtur,orationem porrigemus? An potius,quoniam Mosaicum illud tabernaculum mundi totius figuram atq; exemplar extitisse docet Scriptura, mundus porrò ex visibilibus & inuisibilibus constat: idcirco penetrato primo velo transcensisq; rebus illis quæ sensum mouent, in Sanctã prospiciemus,hoc est,in supercelestem naturam ac sub intelligentiam cadentem. Sed ne hanc quidem tametsi corporis expertem incorporeo modo cernere possumus,quippe quæ ignis & Spiritus appellentur,

Fides potiꝰ q̃ ratio sequenda.

Cœlum.

In astrologos.

Vnde & quomodo nata Astrologia.

Luna.

Sol.

Psal.18.

tur,aut efficiatur. Deus enim Angelos suos Spiritus facere dicitur, & ministros suos flammam ignis. Nisi fortè hoc loco,Facere,nihil aliud significat, quàm ratione ea qua primùm procreati sunt, tueri ac cõseruare. Spiritus porrò atq; ignis Angelus appellatur:illud, quia intellectili natura est præditus: hoc, quia purgandis animis nostris adhibetur,quandoquidem prima ria quoque illa essentia ijsdem nominibus in Scriptura nuncupatur. Sed sint sanè illi incorporei,aut quã proximè ad hoc accedente. Vidésne quomodo circa huiusmodi sermonem æstuemus, nec quò progrediamur,habeamus,aut certè non vltrà progredi possimus,quàm q̃ Angelos quosdã & Archangelos scimus, Thronos,Potestates,Principatus,Dominationes,Splẽdores,ascensus, mente præditas vires, vel mentes potius,puras naturas, minimeque adulterinas,ad malum immobiles vel certè nõ facilè mobiles,perpetuos choros circa primam illam causam agitantes(aut si quid aptius quisquam earum laudibus decantandis afferre queat) purissimo splendore illinc perfusos,aut pro naturæ ordinisque cuiusque proportione varie collustratos. Qui etiam à summo illo bono tantùm informantur,& imprimũtur, vt ipsi alia quoque lumina efficiantur, aliosque principis illius naturæ profluuijs ac trãsfusione collustrare possint. Hi diuinæ voluntatis ministri sunt, roboreque non solùm naturali,sed etiam aduentio pollent, loca omnia peragrant,omnibus vbiq; impigri adsunt, tum obsequij ministerijsque promptitudine,tum naturæ leuitate. Alij aliam quandam orbis partem complexi sunt, aut certè alijs alia quædam mundi pars commissa est,vt nouit, qui hæc ordinauit ac distinxit. Ad vnum rerum omnium Conditoris nutum omnia in vnum iungunt. Diuinæ maiestatis laudes decantant,sempiternamq; illam gloriam sempiternè intuentur:non vt glorificetur Deus (quid enim est,quod pleno illi alijsq; bona suppeditanti accrescere queat?) sed ne primæ illæ post Deum naturæ beneficio affici desinant. Hæc si pro rei dignitate à nobis prædicata sunt, Trinitati atq; vni in tribus Personis diuinitati gratia habenda est. si autem cupiditati vestræ minus satisfactum est,sic quoq; orationi palma parata est. In hoc enim omni dicendi contentione incumbebamus,vt ostẽderemus, ne ipsam quidem secundarum rerum naturã hominis mente atq; ingenio comprehendi posse, nedum primam illam ac solam, vereor enim dicere omnibus rebus excelsiorem.

Angelorũ officium.

Psalm 103.

SCHOLIA.

1. *Siue lupus Arabicus.*) *Alludit ad Hab.cap.1.Vbi enim habet vulgata translatio,Velociores lupis vespertinis,Septuaginta legunt lupis Arabia.*
2. *Vt profanorum Theologorum.*) *Platonem significat, cuius in in Timæo hac verba sunt.* Ἐν μὲν δὴ τρισὶ τοῖς ἐπὶ πᾶσι τοῦ παντὸς ἥκιστα ἂν ἐπιτύχοι τις ἀμείνονος ἢ κάλλιονος ἔργου. *Quæ Tullius lit.de Vniuersitate ad hunc modum transtulit, Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile,& cũ iam inueneris,indicare in vulgus nefas.*
3. *Dei naturam*) *Deus,inquit Hilarius lib.2.de Trinit.inuisibilis,ineffabilis, infinitus, ad quem & eloquendum sermo fileat,& inuestigandum sensus hebetetur,& complectendum intelligentia coarctetur.*
4. *Immensum verò atque infinitum.*) *Græca hoc loco inuertenda sunt,legendumq;* ἀπεῖρον καὶ ἄχι, *vt etiam ante nos doctissimus Budæus in comment.annotauit.*
5. *Epicuri atomis*) *Atomi sunt insectilia quædam corpora,ex quibus omnia oriri,atq; in eadem resolui Democritus & Epicurus affirmarunt.*
6. *Vt nonnulli existimarunt*) *Aristotelem significat,qui cœlum quintam quandam naturam esse censet.*
7. *Particularem quandam speciem.*) *legendum enim* μερικὴν, *non vt in impressis codicibus* μαθικὴν, *quemadmodum & linea seq.* ἀντὶ τοῦ ἀντὶ τοῦ ἐν.
8. *Secundam,vt dici solet,nauigationem.*) *Secundam nauigationem inire prouerbio dicuntur, qui cùm summa nequeãt,proxima consectantur.de quo vide scholia nostra in poeticum tractatum, cuius titul. est præcepta ad virgines.*
9. *Per earum rerum,quæ oculis subiecta sunt,magnificentiam.*) *i.ob excellentiam,eximiamq; pulchritudinem rerum in oculos cadentium, diuinitatem ipsis tribuat,atq; ita Deum amittat.*
10. *Hinc alij solem*) *Impij homines* Θεοὺς ἐκ τῶν θείων ἀνθρώπων ὄντες ἀσέβειαν, προσκυνοῦσι ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα. *Clemens Alexand in Adhort.ad gentes. Deos, inquit,* ἀπὸ τοῦ θεῖν, *hoc est, à currendo sidera nuncuparunt, ac solem adorarunt, vt Indi: lunam, vt Phryges.*
11. *Humi reliquerunt.*) *Alludit ad fabulosam illam rerum omnium partitionem, qua cœlum Iqui, mare Neptuno, inferiorum regnum Plutoni in sortem cessisse finxit antiquitas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

12. Honorari existimarūt) *Augustin. lib. 2. cap. 4. de Ciuit. Dei fœditatem huiusmodi sacrorū infectans. Quæ sunt, inquit, sacrilegia, si illa erant sacra? aut quæ inquinatio, si illa lauatio? Idem cap. 27. eiusdem libri, de ludos florales tantò deuotius, quantò turpius celebrari solitos esse. Et de turpitudine sacrorum Cereris lib. 7. cap. 20. & cap. sequenti de obscœnissimis sacris Liberi. & de huiusmodi falsis dijs lib. vlt. cap. 9. sacra sua, crimina sua esse voluerunt.*

13. Faciei Dei cognomentum.) Gr. ΙΑΩ θεοῦ, *visio Dei. Versio nostra Hebræum nomen retinuit, Phanuel, quod idem significat.*

14. Verbi præcursor.) *Hic memoria lapsus esse videtur Theologus. Non enim hæc Ioannis præcursoris verba sunt, sed Euangelistæ cap. vlt. sui Euangelij.*

15. Lineis nusquam extantibus.) *Vide Scholia orationis de laude Heronis.*

16. Quam gruibus didicisse.) *Plin. lib. 10. cap. 24. de gruibus sic scribit: Quando proficiscuntur, conferta volant: ducem quem sequuntur eligunt. in extremo agmine per vices qui acclament, dispositos habent, & qui gregem voce contineat, &c.*

17. Quis Gnosius Dædali chorus:) *Diodorus Siculus lib. 5. Dædalum Atticum artificem insignem cuius fuisse statuas fecisse. quæ ambulare & spirare sunt creditæ: tanta in illis erat ars. Aristoteles in Politicis, Dædalicas eius statuas scribit ipsas per se opera sua obijsse: & Plato in Menone, aufugere solitas, ni vinciantur, ita perinde ejus quieas solutas habet, ac qui seruum fugitiuum. Philippus Comicus, vt Aristot. lib. 1. de Anima refert, Dædalum Veneris signum fecisse, quod infusso argento viuo moueretur. Hæc nos à doctissimo Viue mutuati sumus in comment. lib. 18. cap. 13. de Ciuit. Dei. sed parum ad huius loci explicationem facere videntur. Nec omnino vllam mentionē faciunt concinni seu musici chori, de quo noster Gregorius. Consulendus est itaq; interpres Græcus Euripidis in Hecuba, vbi ait* ἄγαλμα δ' ἦν τὸ Δαιδάλου θ' ποιῶν ἀγάλματος οὕτω κάλλιστος, *de quo Scholiastes ita scribit:* οὗτος ἦν ὁ ποιήσας τὸ ἄγαλμα, ὅτι φωνὴν ἐδίδου, ἢ λιτανεῦον, *i. statuarius, inquit, erat Dædalus statuas usqueadeò præclare efficiens, vt poetæ memoriæ prodiderint has vocem emittere, ac moueri consueuisse. Et paulo antè Platonem affert his verbis vtentē.* ἆρ' ὃν τινα λόγον ἀκούεις ζῶντα καὶ κινούμενα ἀγάλματα Δαιδάλου, ἢ νῦν ἡμῖν ἔτυχεν ἐκ τοῦ μύθου ἐπιδεδεμένα φωνὴν ἴσχειν. ξένος ἐστὶν ἀνδρὸς τελχῖνος. *i. Heus tu, inquit, quisnam es? dic citò, quid siles? Mercurius ego Dædali vocem habentia signa incedentia meapte sponte huc veni. Ex quibus verbis constat eam apud veteres de Dædalo opinionem extitisse, vt eum non solùm motu prædita, sed etiam vocalia opera conficere existimarēt: qualis fuit ille Dædali musica nympha, cuius hic meminit Gregorius, ab eo elaborata ferebatur. Porrò Iren. cap. 12. lib. 1. aduersus hæres. ait Valentinum sublimissimæ virtutis fabrum extitisse.*

18. Terrestrem nautilum.) *sic eleganter hominem vocat, vt pote idem arte & industria assequutus, quod nautilus piscis natura facit. de quo Plin. lib. 9. cap. 29.*

19. Gradusq; quosdam & minutias.) *Astronomi quodlibet signum cæleste in 30 gradus partiuntur: quilibet autem gradum in 60 minuta, quòd is numerus maximè diuisibilis sit, ac proinde ipsis accommodatissimus.*

20. Insatigabilem) *Tria poëtica epitheta Solis congerit,* ἀκάμαντα, φιλόπονον, & φυτάλμιον. *i. indefessum, vtilargitorem, & victus productorem.*

21. Insuetudine.) *Vnius literæ adiectio Græcum exemplar fœdissimè depranârat: hanc suffragante ratione codice sustuli, ac pro* ἀνηθέα, ἀνήθῳ *reposui.*

GREGORII NAZIANZENI ORATIO

prima de Filio, quæ tertia est de Theologia.

ARGVMENTVM.

QVæ ad conuellendam piam de Filij diuinitate doctrinam ab Eunomianis afferebantur, hac oratione confutat Gregorius: idq; haud magno negotio, quippe quæ nō nisi friuolis prorsus & ridiculis rationibus, atq; argutijs quę nitebantur. Sub finem omnia ea tela quæ illi ex Scriptura aduersus Orthodoxos intorquebant, vnica distinctiuncula retundit.

ATque hæc sunt, quæ ad compescendā eorum disputandi promptitudinē, præcipitemq; celeritatē, cum in omnibus rebus tū maximè in iis disputationibus, quæ de Deo habētur, periculosa afferre quispiā possit. quoniam autem iurgare haud magnū est, perfacile quipiam & cuiuslibet hominis: consilium autē & animum animiq; sententiam subrogare, pij viri est ac mente prędi, age Sp. sanctiabilitate quę-

Inuocatio Sp. sancti.

quidem contēpti ac pro nihilo habiti, à nobis vero adorati, numine atq; auxilio frequæcunq; tandē illa est, perinde ac genero ti subnixi, fidem de diuinitate nostram, sum quendā & maturum fœtū in lucē pro quieuerimus, (hæc enim vna duntaxat in ducamus. Non quòd alias vnq; silentio acre fortitudinis, magnitudinisq; animi laudem nobis vendicamus) sed quod nunc maiori quoq; libertate ac fiducia veritatem

Act. 29.

profiteamur: ne alioqui pręuaricatione nostra, vt Scripturæ verbo vtar, hoc nomine condemnemur, quòd egregio officio nosmetipsos Deo præbare neglexerimus. Cum-

Duplex genus disputandi.

que duplex sit omne disputandi genus, alterū quo dogmata nostra confirmamus, alterum quo aduersariorum dicta subuertimus: nos quoq; hanc rationē inibimus, vt doctrinā nostram prius exponamus, atq; ita deinde ad cōfutandas & profligandas aduersariorum obiectiones veniamus. Et quidem vtrunq; q̄ fieri poterit, breuissimè perstringemus, vt quæ à nobis dicentur, quasi vno quodam obtutu perspici facile possint (quemadmodum quem illi Isagogicū libellum ad simpliciorum vel stultiorum potius fraudē excogitarunt) ac nō orationis prolixitate sensa ipsa dilabantur, nō secus atq; aqua, q̄ nō canali coercetur, sed p cāpos diffunditur ac soluit. Vt igit̄ ad rem accedamus, tres sunt antiquissimæ de Deo opiniones atq; sententię quarum prima nullum Deum esse, qui rebus imperet, astruit: altera plurium Deorum imperium asserit: postrema vni⁹ duntaxat Dei principatum esse censet. Ac duę quidem priores ab ethnicis stultè & ridiculè assertæ sunt, atq; etiā asseruntur. Nā & quod nullius imperio gubernatur, cōfusum est ac perturbatum: & quod à pluribus dominis ac principib. administrat̄, factionibus disidijsq; obnoxium est, ac proinde nec à quoquā gubernat̄, nec ordine vllo ac disciplina continetur. Ambo etenim ista eodem tendunt, nimirum ad horrendam quandā perturbationem: hæc vero ad interitū. Perturbatio siquidem interit⁹ meditatio est. At nos vni⁹ Dei principatū colimus. Vni⁹ autem principatū dico, non quem Persona vna circumscribit (fieri em potest vt qd̄ vnum est, si à sēipso dissideat, secumq; discordet, in multa redigat̄) sed quem æqualis nature pstantia constituit, voluntatisq; consensio, motusq; identitas, atq; ad vnam eandemq; rē ex his q̄ originem ab eo habent, cōiuncta propensio (id quod in reb. procreatis fieri nequit) ita vt etiāsi numero differant, authoritate tū & potentia minimè inter se dissideant. Quocirca vnitas à principio

Tres de Deo opiniones.

Vna confessio trium Personarū in eadem essentia.

in binarium prgressa, in trinitate constitit. Atq; hoc nobis est Pater, & Fili⁹, & Sp. sanctus: Pater quidem progenitor, ac productor, impatibili tū modo, & incorporeo, & citra vllā tēporis accessionē: reliquorū aūt alter sobolesalter, prcessio, aut quibus verbis commodius hæc quispiam vocare queat, nescio, ab ijs quæ oculorum sensum mouent, prorsus abstinens. Neq; enim prosusionem quandam bonitatis dicere audebimus, tametsi quispiam eorum, qui apud ethnicos philosophię laude excelluerunt, hoc vocabulo vti non dubitarit, in eo tractatu, quē de prima & secūda causa habuit, disertis verbis ita loquēs, velut patera quę dam supfluxit, & exundauit. Verendum enim esset, ne coactam quādam generationem inucheremus, ac velut naturale quod dam excrementum, retentuq; difficile, in diuinitatem minimè quadrans. Proinde finibus nostris nosmet continentes, Ingenitum inducim⁹, & Genitum, & ex Patre procedentem, vt quodam loco De⁹ ipse ac Verbum pronunciauit. Sed quādo hęc inquient. Prius q̄ tępus vllū extitisset. Quòd si etiam audaciuscule aliquid dicendum est, tum hæc erant, cùm Pater erat. Quando autem Pater? Nunq̄ non fuit. Idem de Filio, idem de Spiritu sancto promptum est dicere. Quòd si rursus me interrroges, rursus tibi respondebo. Quando Filius genitus est? Cùm Pater genitus non est. Quando Sp. processit, sed citra tempus vllum, ac supra omnem rationis humanæ captum genitus est: etiamsi id quod supra tempus est, repsentare ac velut ob oculos ponere cupientes temporalem tū speciem demonstrationemq; fugere nequeamus. Etenim hæ voces, quando, antehac, posthac, à principio, temporis neutiquam expertes sunt, quācunq; vim illis inferamus. Nisi forte pæuum interuallum illud accipiamus, quod simul cum reb. æternis extēditur, nec motu vllo aut Solis cursu, q̄ temporis natura est, definitur. Quid ergo, inquies, si Filius & Sp. sanctus Patri coæterni sunt quid afferri potest quin principij quoque quemadmodum & ille, sint expertes? Quia ab ipso sunt, licet nō post ipsum. Qd̄ enim principio caret sempiternum quoq; est: quod autem sempiternum est, non protinus quoq; principio vacat, quādiu ad Patrem velut ad principium originemq; refertur. Ergo illi quantum ad causam, principio minimè carent (spicuum est autem causam non omninò antiquiorem esse ijs, quorum causa est. Neque enim Sol lucem tempore antecedit) quantùm autem ad tē pus, principij expertes sunt, quamliber tu verborum laruis simpliciores animos ter-

Ioh. 15.

Æternus Pater.

Æternus Filius.

Æternus Sp. sanctus.

Æquum.

Principium.

Causa non semper anti quior est ijs quorum est causa.

Generatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rites. Nec em tempori subsunt ea, ex quib⁹ tẽpus originẽ sumpsit. quõ ergo à passione immunis est hæc generatio? quia incorporea. Si em corporea generatio passionẽ cõiunctã habet, expers vtiq; passionis erit in corporea generãdi ratio. Atq; ego ex te vicissim q̃ram. Quomodo Deus erit, si creatura est? Non em ꝑus esse potest, qd⁹ creat. Ne interim dicã, hîc quoq; passionẽ esse, si corporeo modo creationẽ accipiam⁹, hoc est tempus, cupiditatẽ, mentis informationẽ, curã, spem, mœrorẽ, periculũ, spei frustrationẽ, correctionẽ, q̃ oia atq; his plura circa creationẽ accidere nemo est q̃ nõ facilè ꝓspiciat. nemiror aũt quin tu eõ quoq; audaciæ prorũpas, vt coitus quosdam & ꝓgnationis tẽpora, & abortus pericula cogites: pinde ac nõ aliter gignere potuerit pater, si nõ ita genuerit: aut rursus auiũ quarundã aliorumq; animaliũ, q̃ vel in terra vel in aquis degũt, generatiões enumeres, ac cuipiã harũ generationũ diuinam illã nullísq; verbis explicabilẽ subijcias, aut etiam Filiũ hac noua hypothesi de medio tollas. Ac tãta est animi tui cæcitas, vt ne illud quidẽ ꝓspicere queas, cuius diuersa atq; inusitata sit carnalis generatio (eccubi em aliàs apud hoïes Deipară Virginẽ nosti?) huius diuersam quoq; atq; ab aliarum morib⁹ abhorrentẽ esse spũalem generationẽ: vel vt rectius dicã cui⁹ esse ipsum minimè idẽ sit, eius diuersam quoq; esse generandi rationẽ. Quis ergo est Pater principii expers? Cuius videlicet ne ipsius quidẽ essentiæ origo vlla reperiri potest. Qui autem aliquando esse cœpit, hîc quoq; paternitatis suæ principium habuit. quamobrẽ nũ Pater posteà extitit, (neq; em esse aliq̃ cœpit & Pater ꝓprièst, quia non etiã filiꝰ, quemadmodũ vicissim filius, ꝓprièfilius, quia non etiã Pater. Nam quod ad nos attinet, neutro noïe ꝓprièappellari possumꝰ, quoniã vtrunq; sumus (neq; hoc potiùs q̃ illud) nec ex vno, sed ex vtroq; parente nascimur, ac proinde diuidimur, paulatimq; hoïes, immò ne homines quidẽ fortasse, efficimur, qualesq; nolumꝰ tum in lucem emittẽtes tũ ipsi emissi, adeò vt solę relationes rebus ipsis orbę relinquanť. At inquies, ipsum hoc, Genuit, & Genitus est, quid aliud q̃ generatiõis principiũ inducit? Ego verò ita respondeo. Quid si ne hoc quidẽ dixerimus, sed à principio genitus erat, vt curiosas istas tẽporisq; captatrices obiectiones nullo negotio fugiamus? An tu dicã nobis impinges, vt Scripturæ ac veritatis aliquid adulterãtibꝰ? Nónne cuiuis ꝓspicuum est, ac ꝑtim in Scriptura vsitatũ, pleraq; ex his q̃ temporaliter dicunt, inuersa temporũ ratione proferri, nec ea solùm q̃ ꝓteriti tẽporis sunt aut ꝓsentis, sed etiã q̃ futurã significationem habent? Quo inge nere illud est, Quare fremuerunt gentes? nõdum em fremuerũt.) Et, In flumine ꝑ- transibunt pede. i. ꝑtransierunt. Nimis lõgum foret oẽs huiusmodi voces recensere, q̃ à studiosis obseruatæ sunt. Atq; ad hunc modũ se habet hęc illorũ obiectio. Iã illud quantæ puicacię, rixandiq; libidinis & impudentiæ: vel¹ volens, inquiunt, Filium genuit vel nolens. Ac deinde nexibus, vt quidem ipsi opinant, firmis, inualidis tñ ac pro tidis aduersarios vtrinq; vinciunt. Si em nolens, inquiunt, vim ergo ei allatã necesse est. Et quisnã est, qui vim intulit, quoq; modo, cui vis allata est, ꝓus esse potest? aũt volens, ergo Filius volũtatis est Filius. Quo igitur modo ex Patre progenit⁹ est? Ita nouã quandã matrem voluntatẽ Patris loco cõminiscunt. In hoc quidem argumento, primùm hoc scitũ ac lepidũ est, quod ꝓpsione illa, quã tãtopere vrgebãt, desciscentes, ad volũtatem confugiunt. Nec em passionis est voluntas. Deinde videamus etiã secro quã vim habeat, quod dicunt. Cõmodissimum aũt fuerit, prius cum ipsis pedẽ propius conferre. Dic ergo ipse, quisquis es, qui temerè, quicquid libido tua tulerit, effutis. Ex volente patre tuo procreatus es, an nolente? Si ex nolente, vis ergo allata est: & quis tãdem ei vim attulit? Nã em ꝓfectò naturã dixeris. Nã ei quoq; tuã cõstat pudicitia. Si aũt ex volente, pater tibi propter paucas syllabas perijt. Voluntatis siquidẽ filius, ac nõ patris extitit. Sed ad Deum & creaturas trãseo, ac q̃stionẽ tuam sapientiæ tuæ admouebo. Volẽtne Deus vniuersam hãc rerum molem condidit, an nolẽs, & coactus? Si coactus, hîc quoque vim adhibitã vides: & quis tãdem adhibuit? Si aũt volens, orbanť ne eo cũ aliq̃ creaturę tũ tu etiã in primis, q̃ tales ratiocinatiões excogitas, taléq; verborũ captiones. Intermedia quippe voluntate à separare disiungenť. verùm aliud ni fallor est voluntas: aliud gignens, aliud generatio: aliud qui loquit, aliud sermo. Illa em fuit ꝙ mouetur, hæc velut motus ipsius. Non ego id quod quispiã voluit, voluntatis est (neq; enim hoc necessariò cõsequitur) nec quod genitum est, generationis; nec quod auditum est, pronunciationis: sed voluntis, & gignentis, & loquentis. At q̃m Deus considerantur, supra hæc quoq; ois sunt, vtpote cui generatio fortasse ipla gignendi sit voluntas, nec quicq̃ inter vtrunq; tercedat (si modò hoc quoq; omninò admittimus) sed ꝓstantior sit eiusmodi generatio, q̃ vt voluntatem ꝓius interrumpat, ne-

Virgo Deipara.

Pater expers principij.

Temporis obseruatio in scripturis.

cesse sit. Licebitne mihi p te, Patrẽ quoq; ipsum cauillari: tu em mihi ansam talia audẽdi ꝑbes. Pater itaq; vel volens Deꝰ est vel nolẽs. Ac vide qua tandẽ ratione scitũ illud tuũ & acutũ argumentũ effugies. Si volens, quando velle cœpit? non enim priusquam esset. Neq; enim prius quicq̃ erat. An partim ipse voluit, partim voluntati cessit? diuisibilis igitur erit. Quid autem afferri poterit, quin iuxta tuam argumentandi rationem, ipse quoq; voluntatis fœtus sit? Quòd si nolens, quis eum coëgit, vt esset? Quo etiam modo ꝑus, si coactus est, & quidem non ad aliud quicquã, q̃ ad hoc coactus, vt Deus esset? Quòd si iam me rogas, quomodo Filius genitus sit, vicissim ex te quæram, quomodo creatus sit, siquidem creatus est, vt ipse asseris. Nã id quoque eiusdem perplexitatis est. Dices fortasse, voluntate & sermone. At nondum rem totam expedis. quomodo enim tanta fuit voluntatis & sermonis vis atq; facultas, vt protinus in opus prodierint? Hoc enim explicandum restat. Neq; enim homo ita fabricatur. Quomodo ergo genitus est? quærere perges. Haud magna esset hæc generatio, si à te percipi posset, quippe qui nec tuã percipias, aut certè tam exiguam eius cognitionem habeas, vt etiam dicere erubescas. Et posteà eam omninò tibi cognitam esse censes? Magnus tibi labor prius subeundus est, q̃ vt rationes eas inuenias, quibus coagmentatus, formatusq; fueris, atq; in lucem prodieris, quibus etiam anima cum corpore, mens cum anima, sermo cum mente quasi vinculis quibusdam astringatur, tum quomodo corpus incitetur, & augeatur, alimentumq; in corporis similitudinem transeat: ad hæc quę sit sensuum ratio, quæ memoriæ, q̃ reminiscentiæ, cæterarumq; rerum ex quibus constatus es: ac præterea quæ coniunctim vtriusque partis sint, quæ diuisa ac separata, quę rursus à se inuicem mutuentur. Quæ em temporis progressu perfectionem suam consequuntur, eorum certè rationes ipsæ simul cum generatione extiterunt. Dic ergo quæ sint hæ rationes, ac ne tum quidẽ de Dei generatione pertracta. Nec enim id periculo vacat. Si enim tuam cognoscis, non protinus sequitur, Dei quoq; generationem tibi cognitam & exploratam esse. Si autem tua tibi ignota est, quo tandem modo Dei generatio tibi nota erit? Quantò enim difficilius est, Dei naturã, q̃ hominis indagare: tantò quoq; difficiliùs percipi potest superna illa & diuina generatio, quam tua. Quòd si quia eam cognitione assequi nequis, idcirco ne genitum quidem esse contendis, tempus iam tibi fuerit, multa quæ tu minimè percepisti, atq; ante omnia Deum quoq; ipsum è rerum natura delere atq; obliterare. Neq; em quid tandem sit, explicare potes, quam libet audax sis, atq; in superuacaneis rebus strenuus, & magnanimus. Tuas illas fluxiones & diuisiones & sectiones prius abijce, ac de incorporea illa natura quasi de corporea disputare desine: atq; ita fortasse dignum aliquid generatione diuina concipere animo queas. Quomodo genitꝰ est? (idem enim indignabundus repeto) Dei generatio silentij honore decoretur. Abundè magnum tibi est scire, eum genitum esse. Quo autem modo genitus sit, ne ipsis quidem Angelis, nedum tibi intelligere concesserim. Vis declarem quomodo? Vt scit Pater qui progenuit, & Filius qui progenitus est. Quod supra hæc est, nube obtegitur, animiq; tui cæcutientiam fugit. Sed argutari pergunt. Entem vel non entem genuit Pater. O futiles nugas. Hæc enim mihi ac tibi conueniunt, qui partim eramus, vt Leui ille in lumbis Abrahæ, partim procreati sumus: ac proinde partim ex entibus, partim ex non entibus sumus: contrà q̃ in primigena illa materia accidit, quæ haud dubiè ex non ente procreata est, vtcunq; eam nonnulli minimè procreatam esse confingant. At hîc generatio cum essentia ipsa concurrit, atq; à principio extitit. Vbi ergo anceps illud tuum atque vtrinq; præruptum argumentum ponesꝰ Quid enim eo, quod à principio erat, antiquius esse potest, vt illic tempus colloceмus, vel quo erat Filius, vel quo nõ erat? Vtroq; enim modo illud, A principio, dissoluetur & euertetur. Nisi forte tibi quoque Pater percunctantibus rursus nobis ex entibúsne an ex nõ entibus sit, duplex esse periclitetur, alter nimirũ præexistens, alter existens, aut certè propter ludicras tuas interrogationes, atq; ex arena constructas domos, quæ ne leuibus quidem ventis resistere possunt, idem ei quod Filio accidat, hoc est, ex non ente sit. Ego quidem neutrum horum admitto, quæstionemq; hanc tuam absurditatis multum, difficultatis nihil habere aio. Quòd si tu iuxta tuas dialecticas opiniones in omni argumento alterutram disiunctionum veram esse oportere existimas, paruam quandam interrogatiunculam à me accipe. Tempus éstne in tẽpore, annon? Si in tempore quo tandem? Quidq̃; tempus illud præter hoc nostrum est? quoq; modo illius complexu tenetur? Si autem non in tempore, q̃ hæc eximia sapientia, tempus temporis expers inducere? Age illud expedi: Aio me nunc mentiri. Duorum iam alterum da, aut vt

Quomodo genitus sit Filius ne angeli quidem ipsi intelligunt.

An tẽpus sit in tẽpore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantùm verè id dicam, aut vt falsò (non enim vtrunq; dabimus) Atqui nullo modo hoc contingere potest. Vel enim mentiēs verum dicet, vel mentietur verum dicēs. Ita prorsus necesse est. Quid igitur mirū, si quemadmodum hîc contraria concurrunt, ita etiam illic vtraq; pars à vero abhorreat, atq; ita scitum illud & eruditum tuum argumētum stultum atq; ineptū appareat? Ac velim mihi hoc quoq; ænigma soluas. Aderásne tibi cum gignereris, adésne etiam nunc tibi? an neutrum horū? Si enim aderas & ades, quisnam tandem, & cui? Et quomodo vnus duo effectus es? Si autem neutrum horum, quæ diximus, quomodo à teipso disiūgeris, & quæ disiūctionis huiusce causa? Sed ineptum est, inquies, cùm de vno disputatur, adsitne sibi nécne, curiosiùs inquirere. Hæc enim in alijs, nō in nobisipsis dicūtur. Ineptius, mihi crede, est, id quod à principio erat, vtrùm ante generationem erat, nécne, in quæstionem vocare. Hæc enim disputatio ijs demum conuenit, quæ tempore diuidi possunt. At enim, inquiunt, non idem sunt ingenitum & genitum, ac proinde, nec Filius cum Patre idem est. Primùm hoc argumento vel Patrem vel Filium à diuinitate submoueri clarius est, quàm vt commemoratione vlla indigeat. Si enim ingenitum essentia Dei est, profectò genitum essentia non erat: aut si hoc, procul dubio non illud. Quis enim est qui contrarium disputando tueri queat? Quamobrem, vtrùm è duabus impietatibus malis, elige, ô noue Theologe, siquidem impiam doctrinam omninò amplecti tibi propositum est. Deinde quō genitū & ingenitū nō idē esse dicis? Si per hæc verba nihil aliud intelligis, quàm id quod increatum & quod creatum: in eadem ipse quoq; sum sententia. Neq; enim natura idem est, quod principio caret, & quod procreatum est. Sin autem his verbis eum qui genuit, & eum q genitus est intelligis, haudquaquam rectè id abs te dicitur. Idem enim omninò esse necesse est. Hæc enim prolis natura est, vt eandem cum genitore suo naturam habeat. Vel ad hunc rursus modum agamus.

Obiectio de ingenito

Quid per ingenitum ac genitum intelligis? Si ingenituram ipsam & generationē, non idem sunt, si autem ea quibus hæc insunt, quid vetat quo min' idem sint? quandoquidem sapientia & insipientia inter se quidem non idem sunt, verùm circa eundem hominem considerantur: nec substantias scindunt, sed circa eandem substantiam scinduntur. An verò immortalitas & innocentia & immutabilitas essentia Dei est? At si ita esset multæ essent Dei essentiæ, non vna. An compositum ex his numen est? Neq; enim hæc citra compositionem esse queunt, si modò substantiæ sunt. Hæc quidem negant. Communia quippe aliorum quoq; sunt. Quod autem solius Dei est, ipsiq; propriè conuenit, hoc ipsis essentia est. Atqui solius Dei ingenitum esse minimè concesserint, qui materiam quoq; & formam vt ingenitas indoxerunt (Manichæorum enim tenebras id. giùs adhuc proijciamus) Sed sit sānè solius Dei ingenitum. Quid Adam? Nónne solus à Deo effectus est? maximè, inquies. Verùm ergo solus quoque homo? Minimè. Quare? Quia effectio humanitas non est. Nam is quoq; qui progenitus est, homo est. Eodem modo nec ingenitum solum Deus est, etsi solius Patris. Verùm admitte etiam eum, qui genitus est, ocum esse, Deo quippe est, quamlibet tu ingenito tueas. Ad hæc quomodo Dei essentiam discis, non eius quod est positionem, sed eius quod non est ablationem? Vox enim ingeniti hoc significat eum generationis expertem esse, non autem declarat, quid sit naturâ sua sit, id quod generatione caret. Quæ ergo est Dei essentia? Tuæ est ameniæ hoc dicere, qui generationem quoque ipsam anxiè perscrutaris: Nobis autem abunde magnum atque amplum fuerit, filios posterum quoq; hoc cognoscamus, solum videlicet hac caligine & crassitie, vt purus citus est is qui non mentitur. Ergo hoc ad his qui ad eam rem sese perpurgant, cogitetur ac speretur. Nos autem hoc duntaxat dicere non dubitabimus, si magnum & illùstre Patri est à nullo profectum esse, non minus illustre Filio esse, ex tali Patre originem habere. Nam præterquàm quòd gloriæ illius, qui causam nullam agnoscit, particeps est quia ab eo originem ducit, accedit etiam generationis decus tanta tamq; veneranda, ijs vtiq; qui nō omninò humi prouoluti sunt, crassoq; animo prædīti. Sed si Filius inquiunt, essentiâ idem cum Patre est, profectò cùm ingenitus sit Pater, ingenitus quoq; Filius erit. Rectè, si ingenitum essentia Dei esset, vt sic noua quædam mixtio esset genitum. Cum autem hoc discrimen circa essentiā consideretur, quid tu hoc quasi firmum profers? An tu quoq; patris pares es, vt nulla re à Patre tuo superēris, quandoquidem essentiâ idem cum eo es? Nonne perspicuum est, proprietate fixa & stabili permanente, quærendum nobis esse, quæ sit Dei essentia, si modo ea vllo modo quærenda est? Quod autem ingenitum & Deus idem non sint, hinc fere intelligere. Si enim idem essent, prorsus? quoniam Deus, quorundam Deus est, quorundam quoq; ingenitum esset: aut contrà, quoniam ingenitum nullius est, nec Deus quoque aliquorum esset. Nam quæ omninò eadem sunt, similiter etiam esse tuntur. Atqui nec quorundam est ingenitum (quorum enim?) & Deus quorundam Deus est (omnium quippe.) Quo ergo modo idem erunt Deus & ingenitum? Ac rursus, quoniam ingenitum & genitum inter se opponuntur, vt habitus & priuatio: substantias quoq; inter se oppositas induci necesse est, quod nemo concesserit. Aut rursus, quoniam habitus priuationibus priores sunt, ac priuationes habitus ipsos extinguunt: non solùm antiquior erit filij essentia, quā Patris, sed etiam iuxta hypotheses tuas à Patre extinguetur ac de medio tolletur. Quid adhuc supereſt ex ineluctabilibus iplorum, vt putant, argumentis? Fortasse ad illud postremum confugient. Si Deus gignendi finem non fecit, imperfecta est generatio. Et quando finem facturus est? Si autem gignere cessauit, omninò quoq; cœpit. Sic rursus crassi & corporei hominēs corporeas ratiocinationes afferunt. Ego verò sic respondeo. Sempiternúmne fit filio nasci, nécne, nondum dico, quoadusq; illud Scripturę, Ante omnes colles gignit me, accuratius expendero. Illud autem non video, quàm necessarium sit hoc eorum argumētum: Si enim vt ipsi aiunt, aliquando cœpit, quod finem habiturum est, profectò non cœpit, id quod finem nō est habiturum. Quid ergo de anima vel de angelica natura pronuntiabunt? Si principium habuit, finem quoq; habebit: si autem fine carebit, secundum eos vtiq; principio quoq; caruisse constat. Atqui & principium habuit, nec vnquam esse desinet. Falsum est itaq; quod aiunt, id quod finē habiturum est, principium quoq; habuisse. Enimuero sententia hæc nostra est: vt equi & bouis & hominis, ac deniq; vniuscuiusq; earum rerum quæ sub idem genus cadunt, eadē est ratio, (vt quidquid definitionis suæ generisque particeps sit, hoc quoq; propriè appelletur, quidquid autē particeps non sit, hoc vel non dicatur vel impropriè dicatur) eodem modo vnam quoq; Dei essentiam & naturam & appellationem esse tametsi simul cum cogitationum quarundam distinctione nomina quoq; ipsa distinguantur: atq; id quidem quod propriè dicitur, Deum etiam esse, quod autem secundum naturam est, hoc propriè quoque nominari, si modò non in nudis nominibus, sed in rebus nobis veritas sita est. At isti perinde ac pertimescant, ne quid aduersus veritatem im-

motum relinquant, Deum quidem filium esse fatentur, cùm hoc ab eis & ratio ipsa & Scripturæ testimonia extorquent: sed æquiuocè Deum dici, ac nominis solius participem esse contendunt. Cumq; hanc ipsis obiectionem subiecerimus, Quid ergo? Non propriè Deus est Filius, quemadmodum nec animal pictum? Quomodo ergo Deus, si Deus propriè non est? Quid enim prohibet, inquiunt, & æquiuoca hæc esse, & propriè vtrumque dici? Ac nobis & terrestrem & marinum canem proferent, qui cùm sub eodem nomine diuersam significationem habeant, propriè ramen dicūtur. (Est enim huiusmodi quoddam genus inter æquiuoca) & si quid aliud eadem appellatione vtitur, eiusq; perquè particeps est, cùm interim naturę ratione disideat. Atqui, vir optime, cum illic duas naturas sub eadem appellatione colloces, neutram altera maiorem introducis, nec alteram priorem, alteram posteriorem, nec denique alteram quæ magis, alteram quæ minus sit id quod dicitur. Neque enim quicquam coniunctum est, quod hanc ipsis necessitatem afferat. Non enim alter magis est canis, alter minus altero cane, velut marinus terrestri, vel contrà terrestris marino (cur enim aut quatione?) Sed in rebus diuersis quidem illis, cæterùm pari honore præditis communis est appellatio. Hic verò cùm Deo venerationem adiungas, eumque supra omnem essentiam & naturam esse dicas, (quod Dei solius est, ac velut diuinitatis natura) ac deinde Patri quidem hoc tribuas, Filium autem spolies atq; subijcias, secundasque illi honoris adorationisque partes assignes, quamuis verborum syllabis æqualitatem ipsi largiaris, reipsa tamen diuinitatem truncas, veteratorieque ab eo homonymiæ genere quod æqualitatem complectitur, ad genus illud transis, quod res easdem minimè connectit. Ac proinde pius ille tuus ac viuus homo, ad diuinitatem adumbrandam propius accedunt, quàm canes illi, quos exempli causa propo suisti. (Alioqui vtrique, vt nomen commune, sic etiam parem naturæ dignitatē tribue, etiamsi diuersas eas inducis.) Ac canes illos tuos euertisti, quos aduersus disparem Patris ac Filij naturam excogitaras. Quid enim profuerit eos eiusdem nominis societate coniunxisse, si non pari honore sint, qui à te diuiduntur? Nec enim vt eos honore æquales, sed vt dispares ostēderes ad homonymiam illam confugisti. Possétne quisquā apertiori argumēto declarare, se & secū & cū diuini

Eunomiani filium fatē tur esse Deum sed aquiuoce & vere bu tantum

Canis marini nus & terrestris.

Fallacia Eunomianorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 14.

tate pugnare? Iam si dicentibus nobis, Patrē, quantùm ad causam, Filio maiorē esse ipsi ita assumant, atqui causa naturæ suæ ratione maior est: ac postremò conclusionem hanc subnectant, Ergo Pater naturâ Filio maior: haud scio seipsósne potius, q̄ eos, cum quibus disputant, captiosa hac argumentatione circumueniant. Neq; enim simpliciter quæ de aliquo dicuntur, eadē de ipsius quoq; subiecto prædicantur. Alioqui quid prohibet, quo minus ipse quoque sic argumenter. ſ Pater maior naturâ est: Natura autem non omninò maior est Pater: ergo nullo modo maior, vel, Ergo pater nullo modo pater. Vel si mauis, ad hunc modum agam. Deus est essentia: essentia non omninò est Deus: quod sequitur ipse conclude: Ergo Deus non omninò Deus. Verùm ab eo quod secundum rationem quandam dicitur, ad id quod simpliciter dicitur, captiosè progredit hæc argumentatio, quod artis huius studiosis vsitatum est & familiare. Nam cùm Patrē causæ naturā maiorem Filio esse concedamus, ipsi hinc colligunt, natura maiorem esse. Quod perinde est ac si dicentibus nobis, Hic mortuus homo est colligerent ipsi, Ergo homo. Illud verò non minus suspiciendum quàm q̄ superius dicta sunt, quo tandem modo prætermittemus? Pater, inquiunt, vel essentiæ vel actus nomen est: sic enim nos vtrinq; ita astrictos putāt, vt nulla ratione ex eorum vinculis elabi possimus. Si enim essentiæ nomen esse dixerimus, assentiemur, vt existimant, Filium diuersam à Patre essentiam habere: quandoquidem vna sit Dei essentia, hanc autem Pater, vti dicunt, præoccuparit. Si aūt actus, creatum esse pspicuè fatebimur, non genitum. Vbi enim est agēs, illic quoque omninò opus esse necesse est. quo nam porrò modo id quod factum sit cum factore idem esse queat, mirari se dicent. Ego verò sic respondeo. Me quoq; ipsum vehementer hæc distinctio vestra permoueret, si mihi duorum alterum necessariò admittendum esset, ac non potius vtraque distinctionis parte vitata, tertium aliquid verius dicere liceret. Nec enim essentię nomē est Pater, viri acutissimi, nec actus: sed relationem eam indicat, quam Pater erga Filium habet, vel Filius erga Patrem. Vt enim apud nos hæc nomina synceram quandam beneuolentiam necessitudinem que declarant: ad eundem modum illic quoque Genitorem ac Genitum eandem naturam habere significant. Sed sit sanè, in vestri gratiam, Pater essentia quædam, Filium simul introducet, non autem auertet atq; abalienabit: vt & communes notiAlia obiectio.

Responsio.

Pater quid indicat?

tiæ ferunt, & ipsa nominum horum vis ac facultas: Sit etiam actus, si ita videtur: nec quidem causam obtinebitis. Eodem enim modo dicemus, eum consubstantialē Filium egisse, etsi alioqui absurditatem non caret huiusmodi actionis opinio. Vidēsne quo pacto, quamlibet peruersè ac subdolè pugnetis, captiones tamen vestras effugamus. Quoniam autem tuum illud in ratiocinationibus argutis q̄ captionibus inuperabile robur cognouimus: videamus iam quam vim in diuinis oraculis posita habeas: si modo hoc quoq; nobis dogmatum persuadere nō grauaberis. Nos quippe ex magnis & excelsis vocibus Filij diuinitatem percepimus ac prædicam⁹. Quod tandem? his nimirum, Deus, Verbum, in principio erat, & cum principio, & principium: vt in his locis, in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Et, Tecum principium. Et, Qui vocat eum à generationibus principium. Adhæc Filius vnigenitus (vnigenitus Filius, inquit, q̄ est in sinu Patris ipse enarrauit) Via, Veritas, Vita, Lux (Ego sum via veritas & vita. Et, Ego sum lux mundi) & sapientia, potētia (Christus Dei vis & Dei sapientia) splendor, character, imago, figura, gloriæ, & character substantiæ ipsius, & imago bonitatis. Et alio loco, Quem Pater signauit Deus Dominus, Rex, Ens, Omnipotens (Pluit, inquit, Dominus ignem a Domino. Et, Virga directionis virga regni tui. Et, Qui erat, qui est, & qui venturus est, omnipotens ille) Quæ perspicuè de filio dicuntur, cæteraq; eandem vim habentia, quorum nihil ascititium aut adventitium est Filio, aut Spiritui sancto, quippe ad modum nec Patri. Neque enim ex adoptione perfectio ipsi comparata est. Nonnim Verbi vnquam expers fuit, nunquam non Pater fuit, nunquam veritatis, sapientia, viribus, vita, splendore aut bonitate caruit. Tu mihi contrà voces illas ingratas, dinis tuæ animiq; peruersitatis indices, numera, has videlicet, Deus meus & Deus vester, maior, Creauit, Fecit, sanctificauit, seruum etiam, si ita lubet, & obediens, adiunge, atq; hæc etiam, Dedit, Dilexit, Mandatum est, missus est, illud etiā, Quod à seipso quicquam facere non possit, aut velit, qui, aut iudicare, aut donare, aut velle. Huc adde ignorātiam, subiectionem, precem interrogationem, profectum, obiectionem. Adde etiam, si ita placet, quæ adhuc abiectiora sunt, Dormire, Esurire, Fatigari, Lachrymari, mortis pauorem, ci, ac velut tergiuersari. Forsasse etiam fibri causa crucem quoq; ipsam & mortem

Filium Patri æqualia habuisse.

Deum non vidisse quod erat Patrem, quod nō erat assumpsisse.

obijcies. Resurrectionem enim ipsiusque in cœlum receptionē, cōsultò mihi prætermissurus videris: qm̄ in his, quod causæ non desit quippiā reperiri. Multa etiā alia deblaterare posses, si cōstruere velles: qui uocum illum, vt existimas, & assentitiū Deum, vt aūt ipsi censemus, verū, Patriq; honore æqualē. Quanq̄ aūt vnumquodq; horum sigillatim psequi, pioq; sensu explicare minimè difficile est, atq; offendiculū illud quod in literis existit, repurgare atq; eximere, si modò verè offendis, ac non potius de industria peccas: vt tū rem in summā contrahā, hoc tibi faciendum est, vt ex celsiores voces diuinitati ac præstantiori illi atq; incorporeæ naturæ passionibus q̄ sublimiori attribuas: humiliores aūt cōporito & tua causa inanito atq; incarnato, & si ita dicere licet, humanato, ac deinde sublato & subuecto, vt tu abiecta hac dogmatum humilitate & crassitie, sublimior esse simulq; cum diuinitate ascendere, nō aūt rebus in aspectum cadentibus inhærescere condiscas, quin potius cum intellectilibus rebus assurgas atq; intelligas q̄ prioris illi naturæ ratio, quæq; assumptæ humanitatis. Hic enim quem nunc aspernaris, quondam suprate erat: qui nunc homo est, compositionis expers erat. qd erat, pmānsit, qd nō erat, assumpsit. In principio citra causam erat (q̄ enim Dei causa afferri queat?) at posteà quoq; certa de causa natus est: nimirum vt tu, homo cōtumeliosè, salutem cōsequeris, q̄ diuinitatem idcirco contemnis, quia crassitiem tuā susceperit intermedia mente cum carne cōiunctus, atq; inferior hic homo Deus effectus, posteaq̄ cum Deo coaluit, præstantioriq; parte superante vnus factus est: vt ipse quoq; tātùm deus efficiar, quātùm ille homo. Progenitus quidem est, sed etiā progenitus erat: ex muliere quidem, cæterùm virgine. Illud humanum, hoc diuinum. Patris expers hîc: matris expers illic. Vtrunq; horum diuinitatis est. Materno quidem vtero gestat⁹ est: verùm à propheta cognitus est, & quidem in vtero adhuc existente, atq; ante Verbū, cuius causa procreatus fuerat, faltante. Fasciis quidem inuolutus est: verùm sepultura fasciis rediuiuus excussit. In præsepio quidem reclinatus est: cæterùm ab Angelis celebrat⁹ est, & à stella proditus, & à Magis adoratus. Cur tu ad id quod oculis cernis, impingis, nec spectas id quod animo, & intelligentia pcipitur? In Aegyptū qui dem pulsus est: verum impura Aegyptiorum sacra depulit ac profligauit. Non erat illi species neq; decor apud Iudæos: sed apud Dauidem speciosus erat forma præ filijs hominum, atq; etiam in monte discipulorum oculos splendore perstringit, ac Sole clarior efficitur, futurum videlicet splendorem adumbrans. Baptizatus quidem est vt homo: sed peccata sustulit vt Deus, atq; ideò baptizatus est, vt aquis ipsis sanctitatem afferret. Tentatus est vt homo: victoriam reportauit vt Deus, atq; adeò nos magno & intrepido animo esse iubet, vt qui virtute sua mundum superarit. Fame affectus est: sed multa hominum millia aluit, ipseq; panis est viuificus ac cœlestis. Siti laborauit: sed clamauit, Si quis sitit, veniat ad me & bibat: atq; etiam sacturum se pollicitus est, vt qui side prædīti sunt, fontis instar scaturiant. ratigatus est, sed eorum qui fatigātur, atq; onusti sunt, est requies. Somno depressus est: sed in mari leuis incedit, ac vētos increpat, Petrumque pessum euntem subleuat atque erigit. Vectigal pendit, sed ex pisce, atq; etiā exgentium Rex est. Samaritanus vocatur & dæmoniacus: cæterùm ei qui à Hierosolymitata vrbe descendens in latrones inciderat, salutem affert, atque à dæmonibus agnoscitur, & dæmones fugat, & spirituum legiones in profundum precipites agit, ducemq; dæmonum quasi fulgur cadentem videt. Lapidibus petitur: sed nō arripitur. Orat: sed alios orātes exaudit. Collachrymat: sed lachrymas sedat. Quærit vbi positus sit Lazarus (homo enim erat) sed Lazarum à morte ad vitam excitat, (Deus enim erat.) Venditur & quidē vili precio, nempe triginta argenteis: sed interim mundum precio magno, hoc est cruore suo redimit. Vt ouis ad occisionem ducitur: verùm Israelem pascit, nunc autem vniuersum quoq; terrarum orbem. Vt agn⁹ mutus est: sed Verbum est, illius in deserto clamantis voce annunciatum. Languore affectus est ac vulneratus: verùm depellit omnem morbum & omnem languorem. In crucis lignum euehitur atq; affigitur: sed nos vitæ ligno restituit, latronemque simul pendentem seruat, atq; obscurat quicquid oculis cernitur. Acerum illi propinatur, ac sel in cibum porrigitur: sed quis est, qui aquā in vinum commutauit, atq; amarulētum illum gustum sustulit? ille inquam totus dulcis atq; expetibilis. Animam tradit: sed eius rursus accipiendæ potestatem habet, velumq; rumpitur (supera enim patefiunt) ac petræ scindūtur, hominesq; vita functi priùs ad vitam reuocantur. Moritur, sed vitam imptit, ac morte sua mortem extinguit. Inhumat: sed resurgit. In infernum descendit, sed animas reuehit, atq; in cœlos ascēdit, venturusque est ad iudicandum viuos & mortuos, & expendendos huiusmodi sermo-

Matt. 3. Mar. 1.
Matth. 4. Ioan. 16.
Ioan. 6. Ibidem. Matt. 11. Matt. 8. Mat. 15. 17 Ioan. 8. Luc. 10. Matt. 8. Mar. 5. Luc. 8. Ioan. 11. Luc. 24. Zach. 11. Esa. 53. Ose. 4. Esa. 53. Matt. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sermones. Quòd si illa tibi erroris ansam afferunt, hęc errorẽ tuum discutiant. Atq; hæc ad ænigmatũ captatores à nobis dicta sint, nõ lubẽter quidem (nec eñ pijs hominib⁹ iucunda est inepta loquacitas verborumq; cõtentio. Satis enim superq; est vel vnus aduersarius) cæterùm necessariò ꝓpter eos qui in errorẽ incurrunt (quando quidẽ ob morbos quoq; medicamenta cõparant) vt intelligant se nõ vsquequaq; sapientes & acutos esse, nec in superfluis disputationibus atq; Euangeliũ euacuanti-

1.Cor.1. b⁹ inuicto quodam robore ꝑstare. Cùm enim relicta fide rationis vim facultatemq; ꝓtendimus Spiritusq; authoritatem ꝙstionibus sustulimus, ac postea rerum magnitudini oratio cesserit (cedet aũt omninò, vtpote ab infirmo organo. i. animo nostro ꝓficiscens) quid efficitur? Orationis imbecillitas religionis nostræ imbecillitati asscribitur, atq; ita sermonis ornatus &

In rixosos disputatores.

elegantia crucis euacuatio existit, quemadmodum ipsi quoq; Paulo videtur. Fides do- quippe doctrinæ nostræ impletio est. Qui aũt colligationes annunciat, nexusq; so- uit, qui nobisquoq; in mentem induxit, vt violentorum dogmatum obliquitates sol- ueremus, maximè quidem optarim vt hęc immutet, ac pro argutatoribus pios effi- ciat, ac pro ijs qui nunc appellantur Christianos, hoc inquam rogamus, ac pro Christo obsecramus, in gratiam cum Christo redite, ac Spiritum nobis- te extinguere: vel potiùs vobiscum Chri- stus in gratiam rédeat, ac Spiritus aliquan- do tandem vobis illucescat. quòd si minùs contendendi libidine flagratis, at pos- tè Trinitatem nobismetipsis seruem⁹ atq; à Trinitate seruemur, manentes puri & in offensi vsq; ad pleniorem eorum ꝙexpo- mus, ostensionem, in ipso Christo Iesu Do- mino nostro, cui gloria in sæcula, Amẽ.

SCHOLIA.

1. Vel volens, inquiunt, Filium genuit vel nolens.) Aliter hoc dilemma proponit ac dissoluit Epiph. in Ancor. Volens aut nolens, inquiunt Arriani, Filium genuit Pater: Si nolens, ergo necessitati obnoxius est Deus. Si volens, ergo voluntas prior est Filio. Respondet Epiphanius, Nec volens nec nolens, sed ὑπὲρ βούλησιν, id est, naturæ præstantia. Exuperat enim diuina natura voluntatem, nec tempori subiacet, nec necessitatem habet.

2. Aio me nunc mentiri. Syllogismum hunc ψευδόμενον vocant. i. mentientem, qui seipsum refutat. Hieron. in epist. ad Oceanum, cuius initium est, Nunq̃ fili Oceane, Statim, inquit, recordatus sum Chrysippi ψευδομένου. Si mentiris, ait; verè dicis, mentiris. Si enim (vt explicat Erasmus in scholijs) verè mentiris, hoc ipso non mentiris, quòd mentiris. Et si non mentiris, hoc ipso mentiris, quòd non mentiris.

3. Quoniam Deus quorundam Deus est.) Hoc argumentum ita facilius exponemus. Si idem sunt Ingenitus & Deus, Ergo quemadmodum Dei nomen ex eorum numero est quæ ad aliquid referuntur (vt alibi Nazianz. sequenti Oratione) eodem quoq; modo Ingeniti quoq; vox in eundem numerum referenda erit. Consequens est falsum: Ergo & antecedẽs. At q; ita falluntur Eunomiani qui Dei naturam, Ingenitũ esse arbitrantur.

4. Vt quidquid definitionis.) Vt omnia, inquit, quæ vno atq; eodem genere concluduntur, generis nomine propriè appellantur. Verbi gratia bos, vrsus, homo propriè animalia nominantur: Ita quum vnica sit Dei natura, vtcunq; distinguantur personæ, vnaquæq; tamen vt propriè Deus est ita propriè quoq; appellatur.

5. Pater maior naturâ est,) Sic habent Græca vt vertimus, & tamen sensus incommodus atq; absurdus exsilit. Si sic efferretur argumentũ multò dilucidius esset. Pater naturâ non est maior Filio: Ergo nullo modo maior: vel, Ergo nullo modo Pater. Quod quidem argumentum eò vitiosum ac sophisticum est, quòd à dicto secundum quid ad dictum simpliciter & absolutè procedit.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO

secunda de Filio, quæ quarta est de Theologia.

ARGVMENTVM.

Loca illa Scripturæ, quibus Eunomiani pestiferum dogma suum asserere conabantur, tametsi superiore oratione breuiter explicauit Theologus: eandem tamen telam velut retexẽs, singula argumenta pia atq; erudita interpretatione dissoluit. Postea Dei ac proprium Christi nomina, quæ vel vt Verbo vel vt homini cõueniunt, enumerat, eorumq; causas explanat.

QVoniam tibi argumentorum captiones dolosq; Sp. sancti facultate atq; auxilio abunde discussimus, eas autem à scriptura diuina petitas obiectiones, q- bus sacrilegi homines literam deprædantes, ac Scripturæ sensum suffurantes, imperitum vulgus ad suas partes trahunt, vi- amq; veritatis perturbant, summatim qui dem perspicueque, vt candidissimo cuiq; visum iri persuasum habeo, dissoluimus: (dum videlicet sublimiores voces, quæq; Deo magis conueniunt, diuinitati attribuimus, humiliores autem hominisq; naturæ coniunctiores, nouo illi nostra causa Adamo ac Deo, aduersus peccatum pari- bili:) cæterum festinante oratione sigilla tim eas haudquaquam persequuti sumus: ac tu earum quoque solutiones breuiter à nobis afferri postulas, ne specioſis & ad persuadendum accommodatis sermonibus in errorem abstraharis: idcirco nos has quoque breui complectemur, atq; vt facilius memoriæ hæreãt, numeris distinguemus. Illud quidem vnum ipsis fere in promptu est, Dominus creauit me principium viarum suarum ad opera sua. Cui argumẽto quo tãdem more occurremus? Non Sol dmonem accusabimus, non superioris vitæ scripta, & postremum ipsius lapsum abrogabimus, non eiusdem sapientiæ ac velut scientiæ artificioſæque rationis, qua rerum vniuersitas condita & constituta est, hunc sermonem esse dicemus. Pleraque enim ex his quæ anima carent, Scriptura per prosopopœiam loquentia inducere solet, vt illud, Mare hæc atque illa dixit. & abissus dixit, Non est in me. Et, Cœli enarrant gloriam Dei, & rursus frameæ aliquid imperatur, & montes ac colles exultationis causam exposcuntur. Horum nihil proferre libet, etiam si aliquit à nonnullis eorum qui ante nos exti- terunt, pro validis allata sint, Sed demus hoc sanè, Seruatoris ipsius ac veræ Sapientiæ hæc verba esse, Illud verò aliquantisper vnà consideremus, Quid est ex omnibus rebus quod causæ sit expers? Diuinitas. nemo enim est, qui Dei causam dicere queat: alioqui id Deo antiquius esset. Quæ autem humanitatis à Deo propter nos susceptæ causa extitit? Profectò vt nobis salus pareretur. Quid enim aliud causæ afferri possit? Ergo quoniam hic aperte & creauit & gignit me reperimus, simpliciter hoc censeo, quod cum causa coniunctũ inuenimus, id humanitati asignandum esse, quod autem simplex causæq; expers, diuinitati asscribendum. Age igitur, nun quid illud, Creauit adnexã causam habet? *Psalm. 110.* Creauit enim me, inquit, principium viarum suarũ ad opera sua. Opera autem ipsius veritas & iudicium, quorum causa diuinitate delibutus est. Hæc enim humanitatis vnctio est. At illud, Gignit me, sine causa dictum est. Alioqui ostende aliquid quod ipsi adiaceat. Quid igitur obstabit, *Sapientia* quo minus sapientia secundũ inferiorem *creata &* generationem creaturæ nomine appelle- *genita.* tur, secundum autem primã illã minusq; *Esa.49.* comprehensibilem genita dicatur? Huic *Filius Dei* affine est, quod seruus vocat, multis benè *propter nos* seruiens, illudq; item quod magnum atq; *seruus.* amplum ipsi esse Scriptura testatur, Filiũ Dei vocari. Haud dubiè quippe carni & natiuitati & affectib⁹ nostris, ac deniq; no bis omnib. q à peccato detinebamur, inser uiuit, vt nos in libertatẽ vindicaret ac salute donaret. Quid aũt maius & honorificentius hoſs humilitati cõtingere potuisset, q̃ *Luc.1.* Deo cõnecti, atq; ex illa mixtione Deũ esse ci, tantumq; ab Oriente ex alto visitari, vt illud etiã sanctũ, quod gignebat, Altissimi Filius vocatus sit, eoq; noie donatus quod *Philip.2.* est super omne nomẽ (quod porrò nomẽ illud est, nisi Deus?) atq; vniuersi rerũ machina ei qui nostra causa exinanitus est, imaginemq; diuinã seruili formæ coniunxit, genu flectat, domusq; Israël oĩs cognoscat, Dũm eundẽ ac Christũ à Deo conditũ esse? facta eñ hæc sunt, opera quidẽ eius q *Act.2.* genitus est, bona aũt volũtate, pgenitoris. Quid secundo loco tan q maximi atq; inuicti cuiusdam roboris opponũt? Oportet *Act.3.* enim illum à cœlo capi vsq; ad restitutio- *2.Cor.15.* nis tẽpora, & rãtisper regnare atq; ad dexterã Patris sedere, quoad hostes in potestatem redegerit. Quid vero posteà? Regnã- *Psal.109.* di finẽ facere, aut à cœlis abscedere? Quis enim regno abdicabit, aut quam ob causam? Quàm audax ipse enarrator es nimiumq; à regio iugo abhorrens. Atqui audis regni illius nullum finem fore. Verùm hæc tibi erroris causa est, quòd nõ intelligis hanc vocẽ, Quoad, non semper futuro *Quoad* tempori opponi, sed ita interiectũ tempus *Vsque ad.* statuere, vt interim sequens tẽpus non excludat. Nam nisi ita se res habet, quonã modo illud, vt alia pręteream, intelliges, Ero vobiscum vsq; ad consummationẽ sæculi? An quasi posteà minimè futurus sit? Et *Matth.28.* quæ hæc ratio esset? Nec verò hac solũ de causa in errorẽ impingis, sed etiã qa significationes ipsas nõ distinguis. Regnare eñ *Regnare 2.* vno modo dicit vt omnipotens ac volẽti- *modis sumi* um nolentiũ Rex. Altero, vt subiectionẽ *tur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nobis gignens,& ſub imperiũ ſuum dicionemq; nos redigens,lubẽter ipſius regno colla ſubmittentes.Quod ergo ad priorẽ ſignificationẽ attinet, Regni ipſius finis nullus erit.Quod aũt ad ſecundã, quis finis erit?Vt nos ſubiectos teneat,ſeruetq;. (Quid eñ opus erit ſubiectionem in nobis moliri,cùm iã ipſi ſubiecti fuerimus?)qd' poſtq̃ effecerit,ſurrecturus eſt ad iudiciũ de terra ferendum,ac ſecernẽdos eos,quorum certa eſt ſalus,ab ijs qui peũnt,ſtabitq́ue Deus in medio Deorũ,hoc eſt beatorũ hominum,vt dijudicet ac diſtinguat,quo quiſq; honoris gradu,quaq; manſione dignus ſit.Huic ſubiectionẽ quoq; iſtam adiunge,qua Filium Patri ſubijcis.Quid ais? An nunc ſubiectus nõ eſt? Aut etiam omninò opus eſt vt Deo ſubijciat,quum Deus ſit? Ergo quaſi de latrone quodã aut Dei hoſte verba facis. Verùm ita rẽ expende. Quemadmodum ſalutis meæ cauſa maledictum vocatus eſt,qui maledictionẽ meã ſoluit,& peccatũ,qui mundi peccatum delet,ac ꝑ veteri Adamo nouus Adamus efficitur:ad eundẽ quoq; modum contumaciã & rebellionẽ meam ſibi aſciſcit vt totius corporis caput. Proinde quãdiu inobediens ipſe ac turbulentus ſum , abiurando ſcilicet Deum atq; affectibus indulgendo: tãdiu inobediens quoq;,quantũ ad me attinet,Chriſtus dicit.Quum aũt ei omnia ſubiecta fuerint(ſubijcient aũt & agnitione,& rerum in meliorẽ ſtatum immutatione)tum ipſe quoq; ſubiectionem impleuerit, adducens me ſempiternæ ſaluti aſſertum.Necẽ quicq̃ aliud mea quidẽ ſententia,Chriſti ſubiectio ſignificat,q̃ paternæ volũtatis expletionem. ſubijcit autem vt Filius Patri,ita viciſsim Filio Pater: ille opera ſua,hic beneplacito , quẽadmodũ antè à nobis dictũ eſt. Atq; ita eos,qui ſubiecti ſunt,Deo ſiſtit ac repſentat is qui ſubiecit,noſtra videlicet ſibi vendicãs. Eodẽ in genere mihi illud quoq; eſſe videt, Deꝰ Deꝰ meꝰ attẽde mihi,quare me dereliqſti. Neq; eñ ipſe derelictus eſt vel à Patre, vel à ſua diuinitate,vt quidã opinantur,quaſi paſsionem extimeſcente,atq; ob eam cauſam ſeſe à perpetiente corpore colligente atq; cõtrahẽte. (Quis eñ eum vel primùm humanitùs gigni,vel in crucem aſcendere coegit?)Verùm in ſeipſo noſtra repſentat. Nos enim eramus derelicti illi priusatq; cõtempti,nunc verò impatibilis illiꝰ paſſionibus aſſumpti ac ſeruati. Quemadmodum noſtrã quoq; inſipiẽtiam ac peccatũ ſibi arrogans,q̃ deinceps in Pſalmo ſequuntur,,pnunciat.Quandoquidem viceſimus primus Pſalmus, manifeſtè ad Chriſtum refert.Eiuſdem ſpeculationis illud etiam

Pſalm. 21.
1.Cor. 15.
Gal. 3.

Chriſtum ſubiici qd.

Pſal. 21. Chriſtus in cruce quomodo relictꝰ à patre.

eſt,quod ex his q̃ paſſus eſt obedientiam di-
dicit,clamor item & lachrymę,tum ꝙ ſup
plicarit atq; exauditus ſit,ac deniq; reue-
rentia,q̃ omnia nomine noſtro mirabili-
ter aguntur & contexunt. Vt enim verbũ,
nec obediens erat nec inobediens. Hæc em
ijs,qui aliorũ imperio tenent,conueniunt,
quiq; ſecundæ claſsis ſunt: illud nimirum
probis atq; honeſtis,hoc ſceleratis ac ſup-
plicio afficiendis. Vt aũt ſerui forma,ad
cõſeruos,imò ad ſeruos ſeſe demittit at-
que alienam formam ſuſcipit,totum me ſi
mul cũ infirmitatibus meis in ſeipſo ferẽs,
vt quod vilius ac deterius eſt, in ſeipſo ab-
ſumat atq; cõficiat,non ſecus ac ceram ig-
nis,aut terræ vaporem ſolis radius, atq; i-
pſe ob huiuſmodi coniunctionem bonorũ
illius particeps fiam. Quocirca reipſa obe-
dientiam honore afficit,eamq; ꝓpetiendis
doloribus experit. Neq; enim ſufficiebat
animi affectio,quemadmodum nec nobis,
niſi manum quoq; operibus admoueam⁹.
Opus eñ,affectionis animi argumentum
eſt. Ac fortaſſe illud quoq; non incommo-
dè exiſtimare queamus,eum obedientiam
noſtram explorare,paſsionibusq; ſuis eam
nia metiri,arte quadam humanitatis bene
uolentiæq; erga genus noſtrum : ita vt ex
ſuis affectibꝰ noſtros æſtimare queat,quan
tumq; & à nobis exigi,& cõdonari debeat,
expenſa nimirum cum paſsionibꝰ virium
noſtrarum imbecillitate. Nam quum lu-
cem illam,propter corporis tegũmentum,
in huiuſce vitę tenebris lucentem tenebræ
aliæ,hoc eſt impurus ille ſpiritus ac tenta-
tor inſectatus ſit : tenebræ ipſæ vtpote in-
firmiores,quantò magis inſeſtabuntur? Cui
quid mirum ſi cùm ille hoſtiles laqueos
omninò effugerit,nos quadamtenus lãtẽ
comprehendamur? Maius quippe eſt illis
ꝙ hoſtis eum perſequutꝰ eſt , quàm nobis
ꝙ nos aſſequatur atq; cõprehendat, apud
eos vtiq; qui hæc recta ratione ꝑpendunt.
Addam illud quoq; his q̃ dicta ſunt,locum
hunc mecum reputãs . in quo enim paſſus
eſt ipſe tentatus,poteſt his qui tentantur
auxiliari. Id quod perſpicuè ad eundem
ſenſum tendit. Erit autem Deus omnia in
omnibꝰ in reſtitutionis tempore, nõ vtiq;
Pater,reſoluto videlicet in ipſum filio,nõ
ſecus atq; in magnum quendam rogum ſi
ce aliqua ad tempus quoddam abſtracta,
ac poſtea rurſus coniuncta (neq; enim Sa-
belliani hoc dicto labefactari ſe ſinant)ſed
totus Deus,tum nempe cùm iam non mul
ti erimus,ſed toti deiformes,totiusq; ac ſo
lius Dei capaces. Hæc enim eſt pfectio ea,
ad quã omni celeritate ꝑperamus. Quod-
quidem Paulus ipſe maximè conijcit. Qui
enim hîc de Deo indefinitè ait , alio loco

Phil. 2.

apertiſsimis verbis Chriſto circunſcriptim attribuit,ad hunc modum loquens.
Vbi non Græcus non Iudeus,circũciſio & præputium,barbarus & Scytha, ſeruus & liber,ſed omnia & in omnibus Chriſtus.
Gal. 3.
Veniam⁹ iam ad id quod tertio loco,quod etiam quarto numerãt,nimirũ quòd Chriſtus Patrem maiorẽ dicit, Deumq; ſuum ac noſtrum appellat. Sanè ſi maior dicere-
Ioã. 14. 20.
tur,non item æqualis,fortaſſe vim aliquã haberet quod afferunt. Cùm aũt vtrunq; inueniri liquidò conſtet,quid tandem generoſi homines dicent? Quid roboris habebunt? Quomodo cohærebunt,q̃ ita diſſident vt nulla ratione coire queant? Idem enim vt ſeipſo maius ſit,ſibiq; ipſi ęquale, qui fieri poſsit? Nónne ergo ꝓſpicuum eſt, maioris vocem ad cauſam, æqualis autem ad naturam referendam eſſe? Atq; hoc nõ ſine magno candore confitemur. Fortaſſe autem dixerit alius quiſpiam , ſermonem noſtrum acriori animi cõtentione proſequens,inferius habendum non eſſe ab huiuſmodi cauſa,cauſæ omnis experte, origi nem ducere. Nam & quia ab eo,qui principio caret originem trahit,eius quoq; gloriæ partem ſibi vendicare: & accedit inſuper generationis prærogatiua , res eximia ſummeq; veneranda, ijs quidem certè qui mente ꝓditi ſunt. Nam ꝙ ratione humanitatis Pater Filio maior intelligendus ſit, verè quidem dici poteſt,ſed non ꝓinde honorificè. Quid enim mirum, Deum hominem maiorem eſſe? Atq; hæc mihi dicta ſint aduerſus eos qui maioris vocem inſolenti-
Pater Filio maior vt homini.
tãt. Quod autem ad alteram partem attinet , Deus dicitur non ratione Verbi, ſed partis in oculorum ſenſum cadentis. (Quo enim modo illius,qui propriè Deus eſt,Deus dici queat?) quemadmodum Pater non humanitatis , ſed Verbi reſpectu. Duplici quippe natura conſtabat. Quò fit vt alterum de eo propriè dicatur,alterum impropriè: contrà quàm in nobis ſe res habet. Deus enim propriè Deus noſter eſt,nõ autem propriè pater. Atq; hoc eſt quod hę retros in errorem inducit, nimirum cùm nomina coniunguntur, euariantib. interim nominum ſignificationibus,propter vtriuſq; naturæ connexionẽ. Argumento eſt, ꝙ cùm naturę animo & cogitatione diſtinguntur,ſimul quoq; nomina diuiduntur. Qđ ex Paulo audire licet,his verbis vtente: Vt Deus Dñi noſtri Ieſu Chriſti, pater
Deus aliter pro natura & Deus aliter pro perſona Chriſti.
1. Theſſ. 1.
ille gloriæ. Vides quomodo Chriſti quidem Deus,gloriæ autem Pater dicatur. Quamuis enim hæc duo perſonam vnam efficiant : id tñ non natura ſit,ſed eorum coitione. Quo quid apertius & luculentiꝰ eſſe queat. Quintum numeretur ꝙ vitam,

Ioan. 5. 11.

aut iudicium,aut Gentium hęreditatem, aut carnis omnis poteſtatem, aut diſcipulos cæteraq; eiuſdem generis accipere dicitur. Hoc quoq; ad humanitatem ſpectat. Quanquam vt hæc etiam Deo tribuamus, nulla inde abſurditas conſequet. Non em velut aſcititia ei tribuemus, ſed velut q̃ à principio ipſi ſimul cum Patre ad fuerint, non gratiæ ratione,ſed naturæ. Sexto loco
Ioan. 5.
ponatur,ꝙ non poteſt Filius à ſeipſo facere quicquam, niſi videret Patrem facientem. Quæ verba eiuſmodi ſenſu explicanda ſunt. Hoc verbum poſſe vel non poſſe, non vno modo dicitur : variam ac multiplicem ſignificationem habet. Nonnunquam enim ſecundum defectum dicit, & certi temporis ac perſonæ ratione habita : vt ꝙ puer luctari nõ poſsit,aut catulus cernere aut aduerſus aliquem decertare. Luctabit enim fortaſſe aliquando , & cernet, & decertabit aduerſus alterum,etiam ſi aduerſus hunc nequeat. Interdum de eo dicitur, quod ſæpenumero cõtingit, vt illud, Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ poſita. Fieri enim poteſt vt q̃dam ciuitas abſcondatur,maiori aliquo mõte ipſius luminibus obſtruente. Impoſsibile etiã dicitur,quod minimè æquum eſt,rationique conſentaneum: cuius generis eſt illud,Nõ poſſunt filij thalami ieiunare,quãdiu preſens eſt ſpõſus,ſiue eum intelligas q corporeis oculis cernit(neq; eñ ærumnę atq; afflictiõis tẽpus erat illud tẽpus,quo Chriſtꝰ nobiſcũ verſabat) ſiue eũ vt Verbũ ſpectes. Quid enim eos corporeo modo ieiunare neceſſe eſt,qui ſpirituali modo ꝓpurgant? Quarta ſignificatione hoc fieri non poſſe dicitur , à quo noſtra voluntas abhorret: cuiuſmodi eſt illud,Non poterat illic ſigna facere propter incredulitatem eorum, qui ea excepturi erant. Quoniam enim ad morborum depulſiones vtrunq; accidere neceſſe eſt , vt & ægroti fidem,& medici vim facultatemq; medẽdi afferant: idcirco alterum deficiente altero minimè contingebat. Quãquam haud ſcio,an hoc quoque genus tertio adiungẽdum ſit,quo impoſsibile nihil aliud ſignificat,quàm quod minimè rationi conſentaneum eſt. Neque enim rationi conuenit,vt ijs medicina aſſeratur,quibus incredulitas perniciem inuectura eſt. Quo etiam in ordine ponendum eſt illud,Non poteſt mundus odiſſe vos,Et,Quomodo poteſtis bona loqui,cũ
Matt. 6.
Matt. 9.
Matt. 13.
Ioan. 6.
ſitis mali? Quo enim pacto quicquam horum impoſsibile eſt,niſi ꝙ voluntas repugnat? Iam illud quoq; impoſsibile dicitur. quod naturã quidem impoſsibile eſt, Deo autem volenti poſsibile. Quo in genere eſt illud,Eundem hominẽ bis non poſſe, nec
Matth. 12.
Ioan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecu camelum admitti. Quid enim prohibeat quominus hæc fiant, si Dei voluntas ita tulerit? Præter hos oēs modos impossibile dicitur quod nulla omninò ratione fieri potest, vt quod nunc exquirimus. Vt eñ impossibile esse dicimus, Deū malum esse, aut nō esse (hoc enim Dei impotentiā potius atq; imbecillitatē arguerit, q̄ potētiam) aut vt quod nō est, fit, aut vt bis duo simul & quatuor sint & decē: ita nec fieri vllo modo potest, vt Filius aliquid faciat, quod Pater nō faciat. Oſa enim q̄ Pater habet, sunt Filij, quēad modum rursus omnia q̄ Filius, Patris. Nihil ergo peculiare, quia cōmunia omnia. Quādoquidē ipsum quo que esse, cōmune atq; idē est ipsi cū Patre, licet alioqui hoc à Patre Filius habeat. quo etiā sensu dictum est. Ego viuo propter Patrem: non q̄ ab illo ipsius vita atq; essentia dependeat, sed q̄ ex illo sit, citra tempus vllum atq; causam. Sed quō illud accipiēdū, Quod Patrē faciētem videre dicit, atq; ita facere? An vt q̄ formas ac literas pingunt, eò q̄ veritatem aliter assequi nequeāt, nisi exemplar suum intueātur, atq; inde velut manu ducanē? Quī verò quadrat, vt sapientia magistro opus habeat? nihilne efficiet, nisi edocta? Quid? Patérne aliquid facit aut fecit? Vtrum tandē alium mundū præsenti mundo prius coagmētauit, ac futurū coagmentabit, vt eos sibi Filius ad imitandum ꝓponens, alterum quidē iam ꝓcreauerit, alterū aūt ꝓcreaturus sit? Quatuor ergo hac ratione mundi erunt, duo à Patre, duo à Filio effecti: O supinam vecordiam? Age, cùm lepras purgat, dæmones morbosq; profligat, mortuos ad vitā reuocat, super mare pedibus ingreditur, aliaq; omnia facit, q̄ fecit, quo exēplo hæc facit? An Pater priùs aliquando eadem hæc fecit? Nónne pspicuum est, earundē rerū formas à Patre quidē velut consignari, à Filio aūt peragi, nōn seruiliter atq; indoctè, sed peritè & heriliter, atq; vt aptiùs loquar, paternè. In hūc quippe sensum verba hęc accipio, Quæcunq; Pater facit, eadē & Filius similiter facit: nō q̄ similia sint vtriusq; opera, sed q̄ par sit vtriusq; potestas atq; authoritas. Atq; hoc fortasse esse queat, quod ait Christus, Vsq; modò Pater operatur & ego operor. Quanq̄ etiā his verbis, eorum q̄ ab eo creata sunt, gubernatio atq; cōseruatio intelligi potest. Vt indicat illud, Qui facit Angelos suos spiritus, & fundat terrā super stabilitatē suam, cùm semel & hæc firmata atq; stabilita sit, & illi ꝓcreati. Quō etiā ptinet, quod firmari tonitrua dicitur, & spiritus creari, quorū ipsa quidē creationis ratio iam extitit, cęterùm nunc quoq; vim suam exercere nō desinunt. Septimum proferaī, quod Filius è cœlo descendisse dicit non vt voluntatē suā faciat, sed eius à quo missus est. Sanè nisi ab illo ipso, qui descendit, hæc oratio haberetur, dicere possemus, hæc verba velut ab heis exprimi, non quem nostræ salutis authorem intelligamus (illius eñ voluntas, cùm tota diuinitate perfusa sit, Deo procul dubio non aduersatur) sed quem ex nostra cōditione metiamur. Humana quippe voluntas diuinā nō omninò sequitur, verūm vt plurimum ei resistit atq; obluctatur. Nā illud quoq; eodem modo intelligim', Pater si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamē non mea, sed tua voluntas fiat. Neq; eñ, possibile esset nécne, eum ignorasse verisimile est, nec voluntati voluntatem opposuisse. Sed quoniam patris illā q̄ assumpsit, (hoc eñ est, quod descendit) nō autem partis assumptæ hæc oratio est, ad hunc modū respondebimus, hæc non ita dici, quasi propriā voluntatem Filius habeat, atq; à Patris voluntate separata, sed potius quòd non habeat: vt quod emittitur sit huiusmodi. Non vt faciam voluntatem meam: nec enim voluntas mea à tua disiuncta est, sed communis vtriusq; nostrum, quorū vt vna est deitas, ita vna quoque voluntas. Permulta eñ ex his q̄ ita dicuntur, à communi dicuntur, nec positionis atq; affirmationis modo, sed inficiationis. Vt illud. Non enim ad mensurā dat Deus Spiritum. Neq; enim dat, nec mentira definitur. Neq; Deus Deū mentur. Vt item illud, Neq; iniquitas mea, neq; peccatum meum: non eñ, quasi in eo peccatum sit, hoc sermone vtitur, sed quia nō his. Rursus, Non propter iustitias nostras, quas fecimus. Neq; enim fecimus. Quod etiam ꝓspicuè colligi potest ex his q̄ sequuntur. Quæ est enim inquit, voluntas Patris mei. Vt omnis qui credit in eum salutem æternā habeat, ac postremæ resurrectionis filius. An igitur Patris quidem hęc est voluntas, Filij autem minimè? An inuitus faciūt filium salutis nuncium promulgari, fidemq; apud homines nanciscitur? Quis verò hoc credat? Quandoquidem illud quoq; ait filius, sermonem qui ab auditoribus exspiratur, suum non esse, sed Patris, eandem omninò vim habet. Quomodo enim hoc commune est, licet diu multumq; meum iusq̄ proprium, aut solius esse queat, quod commune est, licet diu multumq; meum consiliū dicatur? Quod ego quidem mea est sententia, immò cuiuslibet quidem quisq̄, nisi mea me opinio fallit. Sed hoc modo voluntatem intelligis, recte intelligis pieq; ad modum & orthodoxe. Vt quidem mea est sententia, immò cuiuslibet modo animi cādore prædīti. Octauum illud asse-

runt. Vt cognoscant te solum Deū verum, & quem misisti Iesum Christum. Et, Nemo bonus nisi vnus Deus. Cuius argumenti perfacilis mihi videt esse solutio. Si eñ hæc verba, Solum, Verum, Patri duntaxat tribueris, vbi tandē veritatem ipsam collocabis? Et eñ si illud, Soli sapienti Deo, aut illud, Soli immortalitatem habēti, lucemq; inaccessibilem habitāti, aut deniq; illud, Regi sæculorum incorruptibili, inuisibili, soli sapienti Deo, ad hunc modum intellexeris, pibit vtiq; tibi filius, vel mortē, vel tenebris mulctatus, vel in hoc condemnatus, vt nec sapiens sit, nec Rex, nec inuisibilis, immò nec oīo deus, quod caput est eorum q̄ dixim'. Quid aūt afferri potest, quin simul cum cæteris reb' bonitatis iacturā faciat, q̄ maximè solius est Dei. Verūm hęc verba, Vt cognoscant te solum verum Deum ad eorum, q̄ quanq̄ falsò, dijtā appellanē, sublationē dici existimo. Neq; enim adiectum fuisset, Et quem misisti Iesum Christum, si ad eum opposita distinctione submouēdum, illa, Solum, Verum, ptinerent, ac non de cōmuni vtriusq; diuinitate sermo esset. Illa aūt Christi verba, Nemo bon', eò spectabant, vt insidioso legisperito, cuius testimonio ipsi vt homini bonitas tributa fuerat, occurreret. summa enim bonitas solius Dei est, tametsi hoc quoq; noīe homo nuncupet. Vt illud, Bon' homo de bono thesauro, profert bonū. Et Deus ad Saulem de Dauide verba faciens, Dabo regnum meliori te. Tum illud, Benefac Dñe bonis. Et si qua id genus de his dicunē, qui hoīum laude ac ꝓdicatione florent, ad quos primi illius boni riuus secundario cursu dimanauit. Hæc si tibi prius fuerim', cōmodissimè se res habet. Sin minus quid dicturus es, ad eos, qui alio loco, iuxta id quod pro causæ tuæ fundamento posuisti, Filium solum Deum dictum esse contendunt, nimirum in illis verbis. Hic Deus tu', & non æstimabit alius ꝓter eum. Et paucis interiectis. Posteà in terra visus est, & cum hominibus versatus est. Nam q̄ de Patre non de Filio sermo habeatur, adiectio hæc apertè declarat. Hic enim est q̄ corpoream nobiscum consuetudinem habuit, in ferisq; rebus coniunct' est. Quòd si quis euincat hæc verba, Et non æstimabitur alius, aduersus Patrem dici, non aduersus eos, qui falsā mortalium opinione Dij habentur, Patrem amisimus, dum Filium deprimere studem'. Qua victoria quid calamitosi' magisq; dispendiosum esse queat? Nonō illud producent, Semper viuens ad intercedendum pro nobis, optimè sanè ac pergē mystice & benignè. Intercessionis quippe nomē nō, vt apud multos in more positum est, vltionis deprecationē habet, (hoc enim humile quodammodo ac sordidum) sed idem significat quod pro nobis mediationis, vt ita loquar, ratione supplicare. Quemadmodum & Spirit' pro nobis intercedere dicitur. Vnus enim Deus, vn' etiam mediator. Dei & hominum, homo Iesus Christus. Supplex eñ est nunc quoq;, vt homo pro mea salute, quoniam cum eo corpore est quod assumpsit: quoad me humanitatis assumptæ facultate atq; potentia Deum effecerit: rametsi non iam secundum carnem cognoscatur, hoc est secundum carnales affectiones, ac citra peccatū, nostras. Eodem modo aduocatum quoq; habem' Iesum, non vt nostra causa sese ad Patris pedes aduoluētem, seruiliq; modo abijcientem. Procul fit ista seruilis sanè suspicio, spirituq; indigna. Neq; enim Patris est hoc expostcere, aut Filij pati, nec de Deo hoc cogitare pium atq; æquum est. Sed ex his q̄ humanitùs perpessus est, ad tolerantiam me, vt Verbum & consultor hortatur. Sic ego aduocationem hanc intelligēdā arbitror. Decimo loco ignorantiā ponunt quodq; extremū diem atq; horā nemo cognoscat, ⁵ ac ne Filius quidem ipse, sed solus Pater. Atqui quomodo rem aliq̄ ignorat Sapientia, ille sæculorum factor, ille consummator atq; immutator, ille rerum q̄ geruntur finis, ille ea quę Dei sunt, non minus cognoscens, quàm spiritus hominis ea q̄ in ipso sunt? Quid enim hac cognitione plenius ac pfectius. Quī verò constat, ipsum ea quidem, q̄ horam illam antecedunt, ac q̄ velut in ipso finis articulo sunt, exactissimè scire, ipsam autem horū ignorare? Aenigmati quippe res hæc similis est, perinde acsi quis ea q̄ ante murum sunt certissimè se scire affirmet, murum autem ipsum ignorare se fateatur, aut diei finem probe sciens, noctis principium minimè cognoscat: vbi alterius cognitio alterum necessariò secum introducit. Eccui igitur dubium esse potest, quin horam qui dem, vt Deus cognitam habeat, ignoret autem vt homo, si quis partem aspectabilem ab ea disiungat, q̄ mente sola perspici potest? Nam quia absolutè hoc loco Filij nomen ponitur, nec adiungitur, cuius, idcirco hinc nobis ansa porrigitur ita existimandi, vt ignorantiam hanc sensu maximè pio interpretemur, eamq; humanitati non diuinitati asscribamus. Ac si quidem hęc ratio aduersarijs satisfaciat, hīc pedem figemus, nec quicquam amplius à nobis requiratur. Sin secus, hanc secundam expositionem afferemus, q̄ quemadmodum singula alia, ita rerum quoq; maximarum cognitio in genitoris honorem ad causam ipsam

Ioan. 12.

Ioan. 5. Quomodo Filius Patrem vidit facientem?

Quo sensu Filius dicatur facere quæ facit Pater. Ioan. 5. Psalm. 103.

Ioan. 17. Luc. 10.

1. Tim. 6.

Rom. 3.

Matt. 12. Luc. 18. Mar. 10.

Hebr. 7. Intercessio quæ quomodo

do accipienda. Rom. 8. 1. Tim. 2.

1. Ioan. 1.

Mar. 13.

1. Cor. 2.

Quo sensu Christus dicatur nescire diem & horam iudicij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pſam referenda eſt. quin ne hunc quidem locum malè intellecturus mihi videtur, q ſic legerit, vt ſtudioſus quidam huius ætatis, nempe Filium non aliter diem illum vel horam ſcire, quàm vt Pater, vt ſenſus hic colligatur: Quoniam Pater cognoſcit, ideo etiam Filius: tanquam videlicet nemini ea res nota ſit, præter principem illam naturam. supererat iam de hoc verbo, mandatum eſt, de eo etiam quod Patris mandata ſeruaſſe, & quæ placita ſunt ei ſemper feciſſe dicitur, tum de conſummatione & exaltatione, ac de eo quod ex his quę paſſus eſt obedientiam didiciſſe ſcribitur, de ſacerdotio item & oblatione & traditione, & oratione ad eum qui mortis periculo ipſum eripere poterat, adhæc de mortis pauore, & ſanguineo ſudore ac precatione, & ſi quid aliud eiuſdem eſt generis, pertractare: niſi cuiuis perſpicuum eſſet, huiuſmodi nomina perpetienti humanitati attribuenda eſſe, non autem immutabili illi naturæ, atq; omni dolore atque cruciatu ſublimiori. Hæc habui quæ ad diluendas aduerſariorum obiectiones afferrem, vt radicis cuiuſdam inſtar ſint, ac velut ſubmonitio his, qui ſolertiori & ſubtiliori ingenio ſunt, plenioris expolitionis. Operæprecium autem fortaſſe, minimeq; ab ijs quæ prius diximus alienum fuerit, ne ipſa quidem Filij nomina, quippe quæ & multa ſint, & multis rebus quæ circa ipſum conſiderantur impoſita, ſine ſpeculatione præterire: verùm quid quæq; appellatio ſibi velit, declarare, ac myſticâ vim nominum explicare. Hinc porrò initium ducendum erit. Deus nullo nomine exprimi poteſt. Idq; oſtendunt Hebræorum doctiſſimi atq; antiquiſſimi quiq;, quantũ quidem nobis conijciendum dederunt. Nam qui proprijs notis ſummum illud numen honorandum duxerunt, ac ne ijſdẽ quidem literis aliud quiddam eorum, quę poſt Deum ſunt, ac Deum ſcribi ſuſtinuerunt (tanquam ſcilicet Deum huc etiam vſque à rerum noſtrarum commercio diſtinctum eſſe oporteat) ecquando tandem ſolubili voce naturam illam inſolubilem nec cum alijs communem explicari paterentur? Quemadmodum enim nemo eſt qui aerem totum vnquam hauſerit: ita Dei naturam nec mens vnquam vlla prorſus conceperit, nec vox vlla complexa eſt. Verùm ipſum ex his quæ circa ipſum ſunt, adumbrantes, obſcurãm quandam & imbecillem, atq; aliam ex alia ſpeciem colligimus. Ac præſtantiſſimus hic apud nos theologus cenſetur, non qui in totũ, quid Deus ſit, inuenerit (nec enim totus ipſe animi noſtri vinculis aſtringi poteſt) ſed qui ampliorem ipſius ſpeciem mente conceperit, ampliuſq; veritatis ſimulachrum in ſeipſo collegerit. Quantùm ergo nobis aſſequi conceſſum eſt, Ens & Deus magis quodammodo eſſentiæ nomina ſunt, vt ijſq; etiam Entis vox ad eam indicandam aptior eſt, nõ hoc ſolùm noſce q ipſe cùm Moſi in monte oraculum ederet, quæreret q; ille, quo nomine vocaretur, ita ſeipſum appellauit, edicens videlicet ei, vt ad populum his verbis vteretur, Qui eſt miſit me: ſed etiam quia nomen illud magis proprium eſſe reperimus. Quamuis enim Dei vox vel à verbo εἶναι vel ab αἴθειν, vt plurimi tant qui in hoc genere ſibi ſciti atq; argutari videntur, hoc eſt à currendo vel ab vrendo rationem originis ſuæ ducat, tum propter ſempiternam agitationem: tum propter vim illam vitioſarum affectionum conſumptricem. (Nam hinc quoq; igneus conſumens dicitur) ex eorum tamen numero eſt quæ ad aliquid referuntur, nec habera atq; abſoluta, quemadmodum nec Domini vox, quæ Dei quoque nomen eſt, dicitur, Ego enim, inquit, Dominus Deus tuus, hoc meum nomen eſt. Et Domini nomen ipſi. At nos naturam ipſam expetimus, aut eſſe ipſum conſideratum ac cum alio quoqiam copulatum. Ens verò proprium ſanè eſt Dei, ac totum, nec prorſus re aliqua re nec poſteriore (nec enim erat aut erit) definitum ac circunciſum. Alia autem nomina partim poteſtatis atq; authoritatis apertè ſunt, partim diſpenſationis, & quidem duplicis, alterius nimirum corpore ſublimioris, alterius cum corpore coniunctæ: verbi cauſa, omnipotens, & rex vel gloriæ, vel ſæculorum, vel virtutum, vel dilecti, vel regnantium, vel Dominus, vel Sabaotz, hoc eſt exercituum, vel virtutum vel dominantium. Hæc ſine vlla dubitatione potentiam Dei oſtendunt. Deus rurſus, vel ſaluos faciendi, vel viuificandi, vel pacis, vel iuſtitiæ, vel Abrahæ, Iſaac & Iacob, vniuerſiq; ſpiritualis Iſraelis ac Deum videntis. Hæc vtiq; diſpenſationis ſunt nomina. Quoniam enim tribus his rebus gubernamur, nempe & ſupplicij metu, & ſalutis gloriæque ſpe, & cultu virtutum, ex quibus nobis hęc comparantur, vltionum quidem nomine metus procuratur: ſalutis autem ſpes: virtutum deniq; probitatis ſtudium, vt qui aliquid horum aſſequitur, perinde ac Deum in ſeipſo ferens ad perfectionem familiaritatemq; eam & cognationem qua nos vnitus ipſi conciliat, maiori celeritate feſtinet. Sed adhuc communia ſũt diuinitatis nomina. Proprium autẽ eius, qui principij omnis atq; originis expers eſt, nomẽ eſt

Ioan.12.14 & 8. Hebr.5.

Luc.22.

Deus nominari non poteſt.

Nomen πλεονάσμαζον.

eſt Pater, eius autem qui citra vllum principium genitus eſt, Filius, illius deniq; qui citra generationem progreſſus eſt, aut præcedit, Spiritus ſanctus. Verùm ad Filij nomina de quibus nobis dicere propoſitum erat, accedamus. Primùm ergo Filius mihi dici videtur, qui eſſentiâ idem eſt cum Patre: tum etiam quia ex illo eſt. Vnigenitus autem non quia ſolus ex ſolo & ſolùm: ſed etiam quia peculiariquodam modo, ac non vt corpora. Verbum porrò, quia ita ſe habet ad Patrem vt ſermo ad mentem, non modò propter generationem paſſionis omnis expertem, verùm etiam propter coniunctionem ipſius cum Patre, vimq; enunciatricem. Fortaſſe etiam quia eodem modo ſe ad Patrem habet, quo definitio cum definito. Nam hoc quoque λόγος dicitur. Qui enim Filium cognouit, ait Chriſtus (hoc enim ſignificat illud, Qui vidit) Patrem quoq; cognouit. Ac breuis & compendioſa, facilisque paternæ naturæ declaratio eſt Filius. Omnis enim fœtus progenitorem ſuum tacita quadam voce prædicat. Quòd ſi quis etiam, quia rebus omnibus in ſit, λόγος vocari contendat, à ratione non aberrabit. Quid enim in rerum natura eſt quod non vi Verbi coagmentatum ſit atq; conſeruetur? At verò Sapientia, vt rerum diuinarum atq; humanarum ſcientia. Qui enim fieri poteſt, vt conditor rerum à ſe conditarum rationes ignoret? Vis & potentia, vt rerum creatarum conſeruator, ijſq; cohærendi facultatem ſuppeditans. Veritas, vt naturâ vnum non multa. Verum quippe vnum eſt, mendacium multiplex: atq; etiam vt purum Patris ſigillum, minimeq; mendax character. Imago, vt eiuſdem cum Parre ſubſtantiæ, & quia ex illo eſt, non item ex hoc Pater. Hæc ſiquidem imaginis natura eſt vt exemplar ſuum imitãdo referat. Quanquam hîc imago exemplar ſuum expreſſius refert. Illic enim rei viuæ ac motu prędite, mortua atq; motus expers imago eſt: hic autem viui exemplaris viua quoq; eſt effigies, multoq; minùs à Patre differens, quàm Seth ab Adamo, filiuſq; omnis à parente ſuo. Huiuſmodi nanq; ſimplicium rerum natura eſt, vt non partim inter ſe ſimiles ſint, partim diſſimiles, ſed totæ totas repræſentẽt, eædemq; potiſſ. ſint, quàm ſimiles. Iam verò lux dicitur, vt animabus illis, quæ & vita & ſermone purgantur, ſplendorem afferens. Nam ſi caligo eſt ignorãtia, & peccatum: lux vtique fuerit ſcientia, & vita diuina. Vita, quia lux, totiusque ratione præditæ naturæ coagmentatio, ac ſi mihi hoc verbo vti liceat, eſſentiatio. In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus, ſecundum duplicem illam inſufflationis facultatem. Nam & omnibus vitæ ſpiraculum inſufflatur: & Spiritus ſanctus, prout quiſque ipſius eſt capax, & quatenus os mentis aperuerit. Iuſtitia, quia pro cuiuſq; merito præmia pœnasq; diſtribuit, æquumq; iudicem ſe præbet his qui ſub lege ſunt, & his qui ſub gratia: corporisq; etiam & animæ cauſam iuſtè diſceptat, vt illud pareat, hæc præſit atq; imperet, præſtantiorq; pars principatum aduerſus deteriorem teneat: ne alioqui in melio rem inſurgat. Sanctificatio quia puritas: vt purum illud numen puritate concipi queat. Redemptio, quia nos à peccato detentos in libertatem aſſeruit, ſeſeq; noſtri vice, vt orbem terrarum expiaret, pro liberationis precio ſubſtituit. Reſurrectio, vt nos hinc ſubrigens, atque ad vitam reducens, à peccato extinctos. Atque hæc adhuc communia ſunt & ſublimioris illius naturæ, & eius quam ſalutis noſtræ cauſa ſubijt. Nunc ad ea veniamus quæ propriè noſtra ſunt, humanitatisque aſſumptæ. Homo itaque dicitur, non ſolùm vt corporis interuentu à corporibus concipiatur, qui alioqui ob imperceptibilem naturam ſuam concipi non poterat: ſed etiam vt per ſe homines ſanctitate imbuat, fermentique inſtar vniuerſæ conſperſioni ſit, ſibique vniens quod condemnatum fuerat, totum illud à condamnatione liberet, omnia pro nobis quæcumque ipſi ſumus, excepto peccato, factus, corpus, anima, mens (per quæ mors irrepſerat) & quod ex his commune eſt, homo, viſibilis Deus propter id quod animo atq; intellectu perſpiciebatur. Filius autem hominis, propter Adamum ac Virginem ex quibus natus eſt, illo quidem vt generis authore, hac autem vt matre, & lege & ſupra legem generationis. Chriſtus verò propter diuinitatem. Ea enim humanitatis vnctio eſt, non actu vt in alijs, qui Chriſti nuncupantur, ſanctificans: ſed totius vnctoris præſentia. Cuius hic effectus eſt, vt homo vnctorem ſuum audiat, eique quod vngitur diuinitas comparetur. Via, vt per ſe nos ducens. Oſtium, vt introductor. Paſtor vt nos in loco virenti collocans, & aqua refectionis educans, atque hic nobis itineris ducem ſe præbens, nec non aduerſus belluas pro nobis dimicans: tum etiam vt errantes ac perditos in viam reducens, & confractos obligans, & firmos ac validos cuſtodiens, atque ad futuræ vitæ caulam paſtoralis ſcientiæ rationibus colligens. Ouis porro, vt victima. Agnus, vt perfectus. Pontifex, vt con-

Genes.2.

1.Cor.1.

Ioan.11.

Mat.24.26. Luc.9.12.21.

Ioan.14.10.

Pſalm.22.

Eſa.53.

Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebr.3.7. ciliator atq; perductor. Melchisedech, vt matris expers, quod ad naturam illam nostra excelsiorem attinet, patris autem expers, quantùm ad humanam ac nostratẽ: tum etiam quia, quãtùm ad supernam naturam ignoti generis est (Generationem enim illius, inquit, quis enarrabit) ac præterea, vt Rex Salem, hoc est, pacis, & Rex *Esa.53.* *Hebr.7.* iustitiæ, ac deniq; vt à Patriarchis, aduersus impuras ac pestiferas potestates strenuè rem gerentibus, decimas accipiens. *Gen.14.*

Habes filij appellationes: per eas incede, p sublimes, inquam, illas, diuinè: per corporeas autem, humanè: immò verò prorsus diuinè. Ita enim deus efficieris, è terra filij uectus propter eum qui supernè nostræ salutis causa descendit. Præter omnia & ante omnia illud serua, nec labêris in sublimioribus aut abiectioribus nominibus, Iesus Christus, heri & hodie corporaliter: idem & spiritualiter, & in sæcula sæculorum. Amen.

SCHOLIA.

1. *Patrem maiorem dicit.*) *Maior, inquit Hilarius lib.9. de Trin. pater filio, & planè maior, cui tamen donat esse, quantus ipse est, hoc est, vt crassiore Minerua dicam, hactenus maior filio est pater, quia filius ex patre est. Nihil enim aliud sibi volunt Græci Theologi, cùm patrẽ κρείσσονα dicunt, i. quantùm ad causam filium superiorem esse docent.*

2. *Impossibile esse dicimus, Deum esse malum.*) *Augustin. lib.10. cap.5. de Ciuitate Dei, Recte omnipotens dicitur Deus, qui tamen mori & falli non potest. Dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non patiendo quod non vult. quod si ei accideret, non esset omnipotens. Vnde propterea quædam non potest, quia est omnipotens.*

3. *Ac ne filius quidem ipse.*) *D. Hilarius hunc locum explicans lib.9. de Trin. An credibile esse putas, inquit, vt aliquid ex omnibus nesciat, qui omnibus ad id quod sunt atq; erunt author est? & paulo post, Sed quod nescit, non nesciendi infirmitas est, sed aut tempus est non loquendi, aut dispensatio est non agendi. & nonnullis interiectis, Ea nescit: quæ aut non sint in tempore confitenda, aut non agnoscuntur ad mysterium. Epiphanius in Anchor. hunc locum sic explicat, Alia est cognitio per scientiam, alia per actionem. Pater scit horam iudicij tam secundum scientiam, q̃ secundum actionem. Iam enim omne iudicium dedit Filio. Filius scit secundum scientiam, non secundum actionem. Adhuc enim impij impiè agunt, &c. Angeli autem duobus modo sciunt.*

4. *Domini vox.*) *De hac voce satis longam disputationem texit Augustin. lib.12. cap.15. de Ciuitate Dei. Vbi de eo agit, an Dominus Deus aliquando dominus non fuerit. nec tamen quicq̃ certi habet, quod de hac re affirmet.*

GREGORII NAZIANZENI ORATIO

de Spiritu sancto, quæ quinta & postrema est de Theologia.

ARGVMENTVM.

PErorata Filij causa refutare hac oratione aggreditur obiectiones eorum, qui de Sp. sancti diuinitate pestiferè sentiebant. Erant autem illi in duplici genere. Quidam enim eorum solum Sp. sanctum à diuinitate exturbabant, Filio interim parcentes: quales erant Macedoniani. Alij vtrique diuinitatem abrogabant, vt Arriani & Eunomiani. Aduersus vtrosq; pugnat Gregorius. Ac reliqua quidem ipsorum argumenta vt leuia & puerilia nec nisi humanis rationibus nixa, facilè refellit. Quoniam autem Orthodoxos hoc nomine grauiter vrgebant, quod Spiritus diuinitatem nullis Scripturæ testimonijs suffultam esse contenderent, idcirco de hac re longam & eruditam disputationem texit, ostenditq;, licet certas ob causas non ita expressè diuinitas ipsius in Scriptura consignata sit, plurima tamen ei tribui ex quibus ipsa apertissimè colligi possit: nec adeò anxiè de nominum sono laborandum esse, cùm res ipsas Scripturæ authoritate comprobatas esse constet.

ACcedite ad me, inquit, & illuminamini. Et, Ioan.8.12.
Ecce ego ad vos venio. Et, Ego & Pater ve- Ioan.14.23.
niemus ad eum. Et, Ego sum lux mundi. Ioan.8.12.
Et, Ego sum ostium. Et, Ego sum pastor. Ioan.10.7.11.
Et, Ego sum via, veritas & vita. Ioan.14.6.
Et, Ego sum resurrectio & vita. Ioan.11.25.
Et, Ego sum panis qui de cœlo descendi. Ioan.6.41.
Et, Ego sum vitis. Et, Ego sum ianua. Ioan.15.1.10.7.
Et, Ego sum Alpha & Omega. Apoc.1.8.
Et, Ego sum primus & nouissimus. Apoc.22.13.
Et, Ego sum qui sum. Exod.3.14.
Et, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Exod.3.6.
Et, Ego sum Deus tuus. Exod.20.2.
Et, Ego sum Dominus. Leuit.18.5.
Et, Ego sum Deus Israel. Esa.45.3.
Et, Ego sum Deus primus & nouissimus. Esa.44.6.
Et, Ego sum Deus, & non est præter me alius. Esa.45.22.
Et, Ego sum Deus, & non mutor. Malach.3.6.
Et, Ego sum Deus, & non est alius. Esa.45.22.
Et, Ego sum Deus, & non est præter me. Esa.45.5.
Et, Ego sum Deus, & non est qui de manu mea eruat. Deut.32.39.
Et, Ego sum Deus, & non est qui de manu mea liberet. Esa.43.13.
Et, Ego sum Deus, & non est qui de manu mea eripiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sadducæorum error de Sp. sancto.

los nec resurrectionē: quib' haud scio quid acciderit, vt tot actāta de eo instrumēto veteri testimonia ꝓ nihilo haberēt. Qui aūt apud ethnicos Theologiæ laude magis excelluerūt, propiusq; ad nos accesserunt,

Ethnici de Sp. sancto verba fecerunt.

imaginē quandā ipsius, vt mihi videt, aio concepe rūt cæterùm in noie dissenserūt, vniuersitatis mentem & extrinsecam mētem alijsq; id genus noibus eum appellantes. At verò nostri sapientes, partim vim quandā & facultatē ipsum existimarunt, partim creaturā, partim Deū, partim vtro potius noīe vocandus esset, minimè certū atq; exploratū habuerunt, ea ratione, vt aiunt, ꝓmoti, ꝙ Scriptura neutrū horū plane aperteq; demōstrasset. Ac proinde nec ipsum venerant, nec aspernantur, sed medio quodā modo, vel potius miserē perditeq; erga eum afficiunt. Ex his porrò qui Deū ipsum credunt, alij aio tenus pij atq; orthodoxi sunt: alij labijs quoq; ipsis pietatem ꝓfiteri nō verentur. Alios etiā, sapientiores videlicet hoīes audiui, qui diuinitatem metiunt, ac tria quidē perinde ac nos intelligi cōfitentur, sed ea ita inter se disiungunt, vt primū essentia & potestate indefinitum statuant: alterū potestate, nō itē essentia: postremū vtroq; circunscriptum & definitū. Sic alio quodā modo eos imitantur, qui opificē & adiutorē, & administrū nominant, atq; ordinē eum, gratiamq; noībus insitam, rerum quoq; seriem esse arbitrant. Nos verò nec cum ijs, qui ne Spiritum quidē esse censent, verba vlla cōmutabimus, nec cū nugatoribus ethnicis.

Psal. 104. Absit em vt peccatorū oleo sermonem nostrum impinguemus: cū cęteris aūt ad hūc modū differemus. Spūs sanctus vel ex eorū numero, q̄ per se subsistunt, omninò statuendus est, vel in eorū numerū asscribēdus, q̄ in alio considerant. Quorū alterum substantiā, alterū accidens vocant, qui harum rerū scientiā callent. Ac siquidē accidens, ἐνέργεια. actus vtiq; Dei fuerit (quid em aliud, aut cuius? hoc profectò magis consentaneum) cōpositionisq; expers. Si actꝰ, agetur haud dubiè, non aget: simulq; vt actus fuerit, desinet. Eiusmodi quippe est actus natura. *Act. 13. Eph. 4.* Quī fit ergo, vt agat ipse, atq; hæc & illa dicat & segreget & mœreat, & ad iram incitetur, & quæcunq; rei motu agitatæ ꝑspicuē sunt, non aūt motus. Quòd si substantia est, non accidens, vel creatura censebitur, vel Deus. Medium enim aliquid inter hęc, aut quod neutrius particeps sit, aut ex vtroq; cōpositum atq; constatum, ne ij quidem qui Tragelaphos confinxerunt, intelligere queant. Si creatura, quomodo in eū credimus, aut in eo initiamur. Neq; enim *Non idē est credere in* idē est, credere in aliquid, & credere de aliquo. Illud em diuinitati cōuenit: hoc cui libet rei. Si aūt Deus, nō creatura aut factu ra, aut conseruus, aut deniq; vllum aliud abiectū nomē. Iam lingua tua ad disputandum prosiliat, fundæ iactentur, argumentorum laquei contexantur. Aut ingenitus omninò est, inquis, aut genitus. Si ingenitus: ergo duo erunt originis expertes. Si autem genitus, rursus subdiuidis, aut ex Patre genitꝰ est, aut ex Filio. Si ex Patre, duo igitur sunt Filij ac fratres. Gemellos etiā finge, si lubet, aut alterum natu maiorē alterum minorē quando ita corpori immersus es. Si aūt ex Filio, iam nobis inquies, nepotes Deus extitit. Quo quid absurdius fingi posset? Hæc hoīes ad malefaciendum ingeniosi, bona aūt scribere recusantes. Ego verò si diuisionē hanc necessariā esse videre, res ipsas profectò excepisem, noia nihil veritus, Non em, quia secundum excelsiorem quandā relationē Filius est Filius (quod videlicet alio q̄ hoc modo indicare nequeamus id quod ex Deo est, et sentiaq; idē cum ipso) idcirco terrena quoque oia cognationisq; nostræ noia ad Deū necessariò transferenda esse putandū est. Alioqui quid impedit quominus eadē ratione masculum Deū nostrum existimes, quoniā Deus & Pater nominatur: ac fœmineum quiddam diuinitatē, quantùm quidem ex vocis genere æstimari potest: & deniq; πνεῦμα neutrū, quoniā nihil gignit. Quod si iuxta veteres fabulas & deliramēta hoc quoq; nugeris, Deum cum voluntate sua congressum, Filiū progenuisse: Marcionis illius qui nouos Aeonas commētus est, Hermaphroditum quendam Deum induxeris. Quoniam porrò diuisionē tuam primam, qua inter ingenitum & genitum nihil medium esse arbitraris, haud quaquā admittimus: protinus tibi cum ꝑclara tua diuisione peribunt fratres illi & nepotes, vt qui primo illo disputationis tuæ capite, quasi multiplici quodam nexu soluto, simul quoque soluti ac dilapsi sint, atq; à diuinitatis doctrina sese subduxerint. Vbi enim, queso, pones id quod procedit, quod quidem inter duas diuisionis tuæ partes interiectum esse constat, atq; à Theologo multò te præstantiori nimirum à Christo introducitur. Nisi fortasse vocem illam propter tertium tuum Testamentum ex Euangelijs sustuliſti, Spiritus sanctus qui à Patre procedit. Qui quatenus ab illo procedit, creatura non est: quatenus autem inter ingenitum & genitum medius est, Deus est. Atq; ita vitatis syllogismorum tuorum laqueis Deus manifestē apparuit, diuisionib. tuis superior fortiorq; Quæ ergo

Processio Sp. sancti.

ergo est hæc processio, inquies. Dic tu quæ Patris ingenitura sit, & ego Filij generationem & Spiritus processionem explicare aggrediar: vt ambo mentis vesania præcipites agamur, in Dei mysteria oculos inijcientes, idq; qui tandem? Nempe qui ne ea quidem q̄ ante pedes sunt, scire, ne arenam maris, aut pluuię guttas, & dies sæculi enumerare possumus, nedum in Dei profunda penitus irrumpere, naturæq; adeò arcanæ ac sermone omni superioris rationes referre. Quid ergo est, inquiunt, quod Spiritui deest, ad hoc vt sit Filius? nisi enim aliquid deesset, Filius esset. Deesse nihil dicimꝰ. Neq; enim Deo quicq̄ deest. Verùm manifestationis, vt ita dicam, mutuæq; eorum relationis differentia, diuersa quoq; ipsis nomina procreauit. Neq; enim Filio aliquid deest, ad hoc vt sit Pater (nec em defectionis ratione habet filiatio) nec ꝓpterea tā Pater est. Alioqui eadem ratione Patri aliquid deerit, ad hoc vt sit Filiꝰ. Nec enim Pater Filius est. Sed defectum proculdubiò nō arguunt, nec essentiæ imminutionē: quin potiꝰ ex his verbis, Quòd genitus non sit, & ꝙ genitus, & ꝙ ꝓcedat, hoc effectū est, vt alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus appelletur: atq; ita in cōfusa trium personarum distinctio in vna diuinitatis natura & dignitate conseruetur. Neq; enim Filius est Pater (vnus enim est Pater) sed quod Pater: Nec Spiritus est Filius, quia ex Deo est (vnius enim vnigenitus, sed quod Filius: tria hæc vnū, si diuinitatem spectes, & vnum tria, si proprietatum rationem habeas: vt nec veritas Sabelliſmum spiret, nec Trinitas pestiferam diuisionem, q̄ hac tempestate grassatur. Quid ergo? Spiritus sanctus est Deus? Maximè. Cōsubstantialis igitur? Prorsus, siquidem Deus. Da igitur mihi, inquis, ex eodem alterum Filium, alterum qui Filiꝰ non sit, & tamē eiusdem cum illo substantiæ ac Deum & Deum admittam. Da tu quoq; mihi Deum alium Deiq; naturam, & tibi Trinitatem aliam cum ijsdem nominibus ac rebus dabo. Quum verò Deus vnus sit atq; vna suprema natura, vnde tādem similitudinem tibi repsentabo? An rursus postulas ex terrenis rebus atq; humanis eam duci? Valde profectò turpe est, nec turpe duntaxat, sed etiam admodum stultum & inane, ex humilibus rebus superarum cœlestiumq; simulachrum sumere, rerumq; certarum atq; constantium ex fluxa fragiliq̄ue natura, quodq; Esaias ait, viuentia in mortuis requirere. Et tamen admitar, quando ita vis, hinc quoque nonnullam orationi nostræ opem afferre. Atque alia quidem prætermittenda duco, tametsi multa de animalium historia commemorare queam, partim vulgò nota, partim paucis cognita, quæ circa animantium ortus ac generationes natura miro artificio edidit. Gigni etenim dicuntur, nō modò ex ijsdē eadē, atq; ex diuersis diuersa: sed etiam eadē, ex diuersis, ac diuersa ex ijsdē. Quòd si etiam cuiquam fidem facit hic sermo, alius est generationis modus, *Phœnix.* vt idem animal à seipso cōsumatur ac procreetur. Sunt etiam quæ velut quadam naturæ magnificentia, à seipsis quodammodo deficiscant, atque ex animalibus in alia transeant atq; immutentur. Quinetiam idem animal partim non genitum partim genitum, & tamen eiusdem substantiæ reperire est: quod quidem ad præsentis quæstionis similitudinem propiùs accedit. Vnum quiddam ex nostris duntaxat adijciam, ac posteà aliò transibit oratio. Quid tandem Adamus erat? Dei figmentum. *Adam.* Quid Eua? figmenti segmentum & fœtus. *Eua.* Quid Seth? Vtriusq; soboles: Idémne porrò tibi esse videtur figmentum, segmentum, & soboles. Maximè. Age, eiusdémne hæc substantiæ inter se sunt, an diuersæ? Eiusdem. Confiteris ergo fieri posse, vt quæ variè subsistunt eādem tamen essentiam habeant. Nec verò hæcèò à me dicuntur, quòd fictionem aut incisionem aut aliquid aliud ex his quæ corporis natura fert, in diuinitatem conferam (nec enim mihi rursus pugnax quispiam argutator insidiosè immineat) sed vt in his rebus ea, velut in scena, spectem, quæ non nisi intellectu percipiuntur. Neq; enim fieri potest, vt imago vlla & similitudo rei veritatem planè perfecteque assequatur. Sed quorsum hæc? dicent: nec enim vnius eiusdemque alter proles, alter aliud quicquam. Quid igitur? Eua & Seth nónne ex eodem Adamo sunt? Ex quo enim alio? Vtrum ambo ex eo progeniti sunt? Minimè, Quid ergo? Altera segmentum est, alter proles. Atqui ambo inter se idem sunt: homines enim: nemo est qui inficietur.

Quin ergo aduersus Spiritum conflictari desinis, quasi aut genitus omninò sit, aut consubstantialis non sit, nec Deus: præsertim cùm ex humana quoque similitudine assertionem hanc nostram sententiamque minimè impossibilem esse intellexeris? Atque hæc tibi probata iri existimo, nisi peruicaciter nimium contendere decreuisti, manifestisque rebus obluctari. Sed quis, inquies, Spiritum adorauit? Quis vel veterum vel recentium? Quis eum orauit? Quo Scripturæ loco eum adorandum aut orandum esse proditum est? Vn- *Obiectio de Sp. sancto nec adorando nec.* de hoc hausisti? Nos huius rei pleniorem *inuocando.*

cautam

Universidad de Deusto
Biblioteca

causam postea reddemus, cùm de non scriptis dogmatib. disseremus. Nunc verò hoc dicere sufficiet. Spiritus est, in quo adoramus, & p quem oramus. Spiritus enim, inquit, est Deus, atq; eos, q ipsum adorant in Spiritu & veritate adorare oportet. Ac rursus, Quid enim orem⁹, quemadmodum oportet, nescimus. Sed Spiritus ipse interpellat pro nobis gemitib. inenarrabilibus. Et alio loco. Orabo Spiritu, orabo & mente, i. in mente & Spiritu. Ergo Spiritu adorare vel orare, mihi nihil aliud esse videtur, q̃ ipsum sibiipsi orationem vel adorationem offerre. Eamq; sententiam nemo est, q non comprobatur⁹ sit, de magnis ac diuinis viris loquor, quiq; probè norunt, vnius adorationem trium adorationem esse, ꝓpter æqualé trium Personarũ dignitatẽ ac diuinitatem. Sed ne illud quidem extimescam, q̃ omnia p Filium facta esse dicuntur, tanquam in rerum vniuersitatem Spiritus quoq; sanctus aggregand⁹ sit. Omnia enim quæcunq; facta sunt, dicit Euangelista, non omnia simpliciter. Nam ne ipse quidem Pater, nec omnia ea quę facta non sunt. Proba ergo, Spiritum factum ac procreatum esse: ac tum Filio eum da, atq; in creaturarum numero colloca. Quandiu autem id probare atq; ostendere nequiueris, nihil tibi ad impietatem adiumenti complexio illa allatura est. Si enim factus est, per Christum vtiq; ne ipse quidem inficias iuero. Si autem factus non est, quomodo aut rerum vniuersarum numero includetur, aut per Christum factus erit? pro inde desine vel Patrem Filij depressione sceleratè honorare (sceleratus enim honor est, Patrem Filio spoliare, vtcunque eum pstantiorem creaturam esse concesseris) & Filium Spiritus sancti demissione. Non enim cõserui, pereator est, sed simul cum eo, qui pari honoris gradu est glorificatur. Nihil Trinitatis in ordinem tuum redigeme à Trinitate excidas: nullla revnam illam naturam ac peræquè venerandam trunca. Alioqui si quid ex tribus euerteris, totum euerteris, immò à toto excideris. Præstat exiguum quoddam vnionis illius simulachrum capere, quàm prosligata quadam audacia in omnem impietatem prorumpere. Venit iam ad præcipuum disputationis caput oratio, ac quæstionem quidem iampridem oppressam & extinctam, atq; à fide submotam & exturbatam hoc tempore reuocari doleo & ingemisco: aduersus tabulas tameu stare necesse est, ac prouidere, ne velut deserta causa condemnentur, qui Verbum habent, Spiritusq; patronos se profitentur. Si Deus, inquiunt, & Deus, & Deus, quid causæ esse potest, quin tres sint Dij, aut quin plurium Deorum

c.iii.4.
1 Rom.8.

1.Cor.14.

Ioan.1.

Honor sceleratus Patrem Filio spoliare.

principatum colamus? Hæc sunt quæ nõbis obijciunt, qui cumulatiori impietate precipites aguntur, aut etiam qui secundas impietatis partes tenent, hoc est, qui de Filio candidius paulò sentiunt. go verò partim communem aduersus vtrosq; partim aduersus hos propriam disputationem habebo. Accum his quidem ad hunc modum agemus. Quid? Tridetis nobis dicitis, quia Filiũ colitis, etsi à Spiritu desciuistis, vos verò non Bideitæ? Nam si Vnigeniti quq; cultum & adorationem abiuratis, haud dubiè ab aduersorium partib. stabitis: ac proinde quid est quamobrem lenius hunc niusq; vobiscum agam⁹, tanquam non omnino mortuis & extinctis? Si autem cõtis atq; hactenus saltem benè & salubriter affecti estis, ex vobis q̃remus, qua tandem ratione à Bideitatis crimine volimet vindicare queatis, si quis eam vobis impingat? Nec est vobis sermo prudentiæ, respondendi bisq; etiam respondendi ansam præbetis. bus enim rationibus Bideitatis crimen propulsabitis: eædem quoq; nobis ad Trideitatis crimen propellendum sufficient. que ita causam obtinebimus, accusatores ipsos patronos habituri. quo quid generosius atq; illustrius? Nunc communi omnis cõtentione cum vtrisq; dimicemus. Nobis Deus vnus est, quoniam vna deitas, atque ad vnum, ea quæ ex eo sunt, referuntur: etiam si tres Personas credimus. Neque enim alia magis, alia minùs est Deus, nec alia prius, alia posterius. Nec vnquam deitate scinditur, aut potentia diuiditur, aut denique quicquam eorum, quæ diuinis rebus contingunt, hîc quoque reperitur. Sed indiuidua in diuiduis, vt vno verbo dicam, est diuinitas, ac velut in rivulos Solibus inter se cohærentibus vna lucis commixtio & temperatio. Quum ergo ad diuinitatem, primamque illam causam, vniusque principatum & imperium respexerimus, vnum est quod mentis nostræ oculis obseruatur. Quum rursus ad ea, in quibus est diuinitas, & quæ ex prima illa causa citra vllam temporis interstitionem in pari gloria sunt, tria à nobis adorantur. Quid autem, dixerint fortasse, nónne apud ethnicos quoque diuinitas vna est (vt docent qui plenius apud illos absolutiusque philosophantur) atque apud nos humanitas vna, vniuersum hoc genus nostrum? Et tamen Dij multi non vnus, quemadmodum & homines. At illic communitas vnitatem habet cogitatione sola considerabilem. Singula autem & tempore & affectionibus aequa adeò potentia & facultate plurimum inter

Angeli.

Dij Gentium a suis Deo agnoscuntur.

Satanas.

Ochidius.

Pythagoras.

inter se diuisa sunt. Nam nos quoque non solùm compositi sum⁹, sed etiã cùm inter nos, tum nobis etiã ipsis oppositi, ne vnius quidem diei spatio ijdem perstãtes, nedũ toto vitæ curriculo, verùm & corporibus & animis perpetuò diffluentes atq; in diuersum cadẽtes. atq; haud scio an idẽ quoq; in Angelis locũ habeat atq; in oĩ illa cœlesti natura, Trinitatiq; secunda: tamesi alioqui simplici quadã natura p̃diti sint atque obvicinitatem eam, q̃ ad summũ bonum habẽt, in bono firmius desixi. Iã Deos illos quos ethnici colunt ac dæmones, vt ipsi vocant nihil à nobis accusari necesse est, quum à suismet Theologis conuincantur, quã perturbati, quã factiosi ac turbulenti sint, quot malis scateant, quot mutationes subeant atque non mutuo sibi, sed etiã primis causis aduersentur, quos Oceanos & Tethides, & Phanetes, & nescio quo alio nomine appellant, ac postremo Deum quendam ob principatus amorem liberis suis infestum, atq; alios omnes pręinexplebili cupiditate deuorantem, vt & hominum omniũ Pater siat, & Deorũ, quos miserè comederit, & euomuerit: Qd si hæc ipsi, vt sermonis turpitudinem fugiant, fabulosa atq; allegorico sensu interpretanda esse contenderint, quid tandem ad illud dicent, trifariam oĩa diuisa esse, aliumq; alij cuipiã orbis parti præesse, atq; & materijs & dignitatibus distinctos esse? At nostræ doctrinæ non eadem est ratio, nec pars hæc Iacob, vt inquit, meus Theologus. Sed horũ vnumquodq; ad id cũ quo hærer, non minus se habet, quàm ipsum erga se, tum essentiæ, tum potentiæ identitate. Atq; hæc vnionis huius ratio est, quantùmquidé ipsi pcipimus. Ac si quidẽ firma est hęc ratio, Deo habenda est gratia, qui nobis hanc speculationẽ patefecit: sin minùs, firmioré aliam cõquiremus. Tua porrò argumenta quibus nostram illam vnionem euertere conaris, statuere nequeo, lucidentisne potius, an serió agentis esse dicamus. Quodnã eñ est hoc argumentũ? Ea q̃ substantiã eadem sunt, cõnumerantur, inquis, (cõnumerationem autẽ vocas in numerum vnum cõtractionem) q̃ autem disparem substantiam habent, minimè cõnumerantur. Exquo sequitur, vos ex eo elabi nõ posse, quin iuxta hãc rationẽ, tres deos asseratis, cùm nobis nullum tale periculũ immineat, qui ea cõsubstantialia esse minimè profitemur. Respõdeo. Vnica voce tetiosamq; victoriã adept⁹ es: idemq; tibi accidit, quod ijs qui mortis metu sibijpsis laqueo vitã adimunt. Ne eñ in defendendo diuinitatis vni⁹ principatu laborem susci-

pias diuinitatẽ negasti, q̃stionem q̃; hostibus prodidisti. Ego verò etiãsi quid laboris subeũdũ sit, nõ tñ pfidè deserã id quod adoro. Quanq̃ ne hîc quidẽ video, quis in hac obiectione diluẽda suscipiendus labor sit. Connumerãtur, inquis, ea q̃ eãdem substantiã habent: q̃ aũt substantia inter se differũt, singulariter declarãtur. vnde hoc & à quibus doctorib. aut fabulatorib⁹ accepisti? Illũdne te fugit numerũ oẽm hãc vim habere, vt subiectorũ quantitatẽ, non item rerum naturã explicet? Ego verò ita simplex vel imperit⁹ potius sum, vt tria quidem ea noiem. q̃ totidẽ numero sunt etiãsi substãtiã differãt: vnum aũt & vnum & vnum, totidẽ vnitates, etiãsi substãtiã coniungãtur non magis videlicet res ipsas intuens, q̃ rerũ quantitatẽ, iuxta quã enumeratio ipsa fit. Qñ aũt mordicus literã retines, & si alioqui literæ bellum inferens, illine mihi, pbationes collige. Tria in Prouerbijs sunt q̃ recto itinere ingrediuntur, leo, hircus, & gallus: & quarto loco rex inter gentes concione habens. Lubet eñ reliquas illas naturã distinctas quaternitates, q̃illic recensẽt, si lentio pterire. Duos etiã Cherubinos apud Mosem inuenio, qui singulariter numerant. quomodo ergo vel illa tria sunt (sicut ars tua pscribit) cùm natura atq; substantia adeò inter se diuersa sint: aut hæc singularia, q̃ natura inter se ita cõiungunt ac copulãtur? Nam si Deũ & mãmonam dominos duos, numero vno inclusos, dicerẽ, cùm tam lõgè inter se disiũcti sint, magis quoq; fortasse deridendam hanc cõnumerationẽ ꝓpinarem. At verò ea abs te cõnumerari dices, eiusdemq; substantię pronunciari, cũ quib. congruenter noĩa quoq; ipsa efferuntur: vt hoĩes tres, & dij tres, non aũt tria hæc aut illa, nulla nominis redditione subsequente. Atqui hoc hois est legem nominib. pscribentis, nõ verũ dicere instituẽtis. Alioqui mihi quoq; eadem ratione Petrus & Paulus & Ioannes nõ tres erũt, nec cõsubstãtiales, quãdiu nõ tres Petri, aut tres Pauli, aut totidem Ioannes non dicent. Quod enim tu in generalibus nominibus retinuisti, hoc ipsi quoque iuxta commentũ tuum in specialibus postulamus. Iniustè enim feceris, nisi idem quod accepisti concesseris. Quid Ioannes? cùm in Catholicis epistolis suis tres esse ait, qui testimoniũ dãt, Spiritum, aquam, & sanguinem, videtúrne tibi delirare? Primùm, quia res substantia diuersas connumerare ausus est, qd tu consubstantialib⁹ tantùm tribuis. Quis enim hęc vnius eiusdemq; substantiæ esse dixerit? Alterum, quia minimè congruenti redditione vsus est: sed cùm tres masculino genere præpo

Matth.6.

1.Ioan.5.

Prou.30.

Exod.37.

fuisset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisset, tria neutro genere subiunxit, contrà quàm tuæ, atq; ipsius etiam Grammaticæ leges ferãt. Et quidem quid interest aut quum tres prepositeris, vnum & vnum & vnum subinferre: aut quum vnum & vnum & vnum dixeris, non tres sed tria appellare, id quod tu in diuinitate admittere grauaris. Iam quid cancer, animal, & organum, & sidus? Quid canis, terestris, marinus & cœlestis? nónne tres cancri aut canes tibi dici videntur? Ita profectò. An ergo proinde quoq; consubstantiales? Quis sanus hoc dixerit? Vides ergo quomodo hoc cõnumerationis argumentũ tibi corruerit, tot tantisq; rationibus euictũ & cõfutatum. Nã quũ nec cõsubstantialia omninò cõnumerent, & in vtriusq; noĩa simul efferri ꝑspiciam', quid tandem hoc tuo dogmate lucri fecisti? Quin illud etiam expendo, nec fortasse temerè atq; absurdè. Vnum & vnũ nónne in duo cõponuntur? Duo rursus nónne in vnum resoluunt? Ita sanè. Si ergo cõsubstantialia quidem sunt, q̃ cõponunt, vt ipse arguta-
Cancer. Canis.
ris, diuersę aũt subsțantię sunt, q̃ secantur, quid ex eo cõsequetur? nimirum eadem & cõsubstantialia esse & diuersam subsțantiam habere. Nec verò facere possum, quin tuas ꝓnumerationes ac subnumerationes rideam, quibus tu pinde gloriaris, ac si res ipsæ nominum ordine sitę sint. Nam si ita res se habet, quid impedit, quominus eadẽ ratione, q̃m eadem propter æqualem naturæ ꝓsțantiam in sacra Scriptura nunc prio re, nunc posteriore loco numerantur, sint quoq; ipsa sibi ipsis tũ excellẽtiora tum abiectiora? Quod idem dicendum etiam haboo de his vocib', Deus & Dñs, atq; insup de his ꝓpositionibus, Ex quo, Perquem, & In quo, quib' tu numen illud cœleste ad artis ꝑscriptum exigis, primam Patri tribuens, alteram Filio, tertiam Spiritui sancto asignans. Quid em̃ feciſſes si vnaquæq; harum ꝓpositionum vnicuiq; Personæ constanter tribuereſ: quum, tametsi omnes ex omnib. ꝓmiscuè cõstruant, vt studiosis & accuratis lectorib. ꝑspicuum est, tantam ipse p eas inducas & dignitatis & naturæ diuersitatem? Sufficiunt hęc q̃dem hominibus nõ nimis importunis ac ꝓpolteris? Sed qa tibi difficile est, quum semel in Sp. sanctum irrueris, impetum cõprimere, ac nõ poti' furentium aprorum instar, ad extremum vsq; ptinaciter contendere, teq; in gladium ipsum ptrudere, quoad totũ vulnus pectore exceperis: age q̃ tibi oratio superſit videam'. Identidem sæpiusq; nobis inculcas, Sp. sancti diuinitatem nullo Scripturæ loco consignatam haberi. Enimuerò quod nec nouus ac pegrinus nec introductitius ipse sit, verùm & prisci & huius
Ex quo, Per quem, In quo. Rom. 11.
Obiectio de nõ scripto familiaris hære

Ingenitum & innumerabile in Scriptura nũ reperiũ tur, sed ex collatiõe.

ætatis hominibus enotuerit, patefactis ꝓsit quãquã à complurib. iam ostensum est. Si qui de eo ptractarunt, atq; in diuinis Scripturis nec ignauè nec pfunctoriè versãtur, sed literam penetrantes atq; introspicientes, reconditã pulchritudinem diuinę beneficijs pspexerunt, scientiæq; luce collustrati sunt: tũ ipsi quoq; cur sim, quamdiu res patitur, ostendemus. ne alioqui superuacaneã quandam operam sumere, ac pręquo ambitioni indulgere videamur, illi per fundamentum alienum ædificanti. Quòd si quia non admodum dilucidum est, quemadmodum Pater prius, & postea Filius, id tibi blasphemiæ, atq; immodestiæ huius loquacitatis & impietatis ansam ꝓbet, nos tibi hoc nocumentum offensionem depellemus, posteaq; de rebus & nominibus, nec sæpe nominatim Deus ſcripturę, quemadmodum Pater prius, & postea Filius, id tibi blasphemiæ, atq; immodestiæ huius loquacitatis & impietatis ansam ꝓbet, nos tibi hoc nocumentum offensionem depellemus, posteaq; de rebus & nominibus, ac potissimum de Scripturę mysterijs vsu nonnihil dixerimus. nerum ergo illa non sunt, sed dicunt: aliæ sunt, minimq; dicuntur: aliæ nec sunt, nec dicunt: aliæ sunt & dicunt. Horum ꝓbationes si à me exposcis, impiger exhibebo. Deus mit in Scriptura Deus, & vigilat, & irascitur, & proficiscitur, & pro throno Cherubinos habet. Quid audio? fuitne vnquam ille perturbationibus obnoxius? Corpore vnquam fuit? Ergo hoc cùm non sit, factum est. Ex nostris em̃ rebus ea q̃ Dei sunt vt potuimus nominamus. Vt quum sim à nobis quiescit, ac velut nostri curam ob eas quas ipse perspectas habet causas, abijcit, dormire dicitur. Nam nos quoque dum dormimus, omni agendi facultate caremus. Idem cùm repentina mutatione beneficijs nos afficit, vigilare dicitur. Somni enim depulsio est vigilia, quemadmodum auersionis visitatio. Iam cùm in aliquem animaduertit, iratsci eum fingimus. Sic em̃ nos ira ad puniendum incitamur. Quòd autem nunc hoc modo nunc alio ꝓferat, id proficisci dicimus. Abalio enim ad aliud transitus, profectio est. Quòd verò in sanctis illis & cœlestibus mentibus conquiescat, acvelut libenter in morem, sedere atq; in throno esse nuncupatur, quod ipsum quoq; nostrum est. Deus enim nulla in re perinde vt in sanctis acquiescit. Iam lenitatem eius motusq; celeritatem volatum appellat Scriptura, visitationem vultum, dationem etiam & acceptionem manum, atq; vt in summa dicam, alia quædam Dei vis & facultas aliud quidpiam rerum corporearum nobis depingit. Quid rursum vnde Ingenitum & Anarchum, tuas illas arces accepisti, aut nos etiam immortalis vocem? Hoc nominatim & ꝓ-

Tertiũ re- rum genus.

Quartũ re rum genus.

Ioan. 1. Nihil re- linquit dicendũ de Spiritu sancto.

preſsè ostende aut ea delebimus. Ita ex tuis ipse fundamentis oppressus iacebis, euer fugijsque mœnibus, in quibus confidebas. Nónne perspicuum est, ista, tametsi non dicãtur, tamen ex illis colligi, quæ hæc necessariò efficiant ac probent? Quæ tandẽ? Ego sum primus, & ego post hęc, & ante me nõ est alius Deus, & post me non erit. Totũ em̃ quicquid est, meum est, nec principium habens, nec finem habiturum. His à Scriptura acceptis, illud quidem, quòd ante eum nihil sit, nec antiquiorem causam habeat, Anarchum & Ingenitum appellasti: quòd autẽ nunq̃ esse desiturus sit immortale, exitijsque expers. Ac duo prima rerum genera ad hunc modum se habent. Quænã verò nec sunt nec dicuntur? Sceleratus Deus, quadrata sphęra, præteritum tempus presens est, homo cõpositus non est. Ecquem enim vnquã eò stuporis vel cogitare vel pronunciare ausus sit? Reliquum est vt ostendã, quæ sint ea, quæ & sunt, & dicuntur. Deus, homo, angelus, iudicium, & vanitas huiusmodi argumenta, fideique subuersio, & sacrosancti mysterij euacuatio. Quum ergo in nominibus & rebus tãtum discrimen rẽperiatur, quid causæ est, cur literæ tantopere seruias, Iudaicęq; sapientię teipsum adiungas, relictisq; rebus syllabas consecteris? Quod si te bis quinque, aut bis septem dicente, decẽ aut quatuordecim ex verbis tuis colligerem, aut ex eo quod animal ratione prædituꝫ & mortale diceres, hominem esse concluderem, an tibi viderer delirare? Nequaq̃ profectò, quum tua dicerem. Neq; enim verba magis sunt eius qui loquitur, q̃ illius qui loquendi necessitatem simul affert. Quemadmodum igitur hic non ea magis quę dicuntur, quàm quæ intelliguntur ex penderem, eodem modo nec si quid aliud eorum quæ vel nullo modo, vel certè non satis apertè dicũtur, ex Scriptura tamẽ intelligi colligiq; reperirem, tam te nominum sycophantã pertimescerem, vt s à ꝓnuntiatiõe ipsa refugerem. Atq; ad hunc modum stabimus aduersus eos, qui dimidia ex parte rectè sentiunt. Tibi em̃, qui Filio quoq; bellum indicis, ne hoc quidẽ dicere licęat. Nam qui tot tamq; perspicuas ipsius appellationes abiuras, ne his quidẽ procul dubio moueris, etiamsi multò plures apertioresque cognoscere. Sed iam altius aliquanto sermonem repetens, vobis tametsi sapientibus & eruditis, cur quidque inuolucris quibusdam obscuritatis in Scriptura tegatur, explicabo. Duæ ex omni æuo illustres vitę mutationes extiterunt, quæ etiam duo Testamenta, atque ob rei celebritatem, terræmotus vocantur: altera à simulachrorũ cultu ad legem, altera à lege ad Euãgelium. Ac tertium etiam terræmotum Scriptura nobis annunciat, nempe migrationem ad hanc vitam ad alteram illam motus omnis & iactationis expertem. Idem porrò duobus Testamentis accidit. Quid tandem? Non repente, nec ad primam aggressionis impulsionem commutata sunt. Quamobrem (Id enim scire operæprecium est) Vt ne vi per traheremur, sed psuasione adduceremur. Quod enim voluntariũ non est, ne diutur nũ quidem est, quemadmodũ nec profuturia aut stirpes quæ p vim retinẽtur. Quod autem voluntarium est, tum diuturnius est, tum certius. Atque illud eius est, qui vim intulit, hoc nostri arbitrij: illud diuinæ bonitatis, hoc tyrãnicæ potestatis ac libidinis. Quocirca nequaq̃ faciendum fibi Deus putauit, vt inuitos bene ficijs prosequeretur, sed vt de volentibus benè mereretur. Ac proinde pędagogi cuiusdã ac medici more patrios ritus partim subtraxit, partim concesit, nõnihil videlicet eorũ voluptati indulgens, quemadmodum medici egrotantibus, vt medicamentũ suauioribus rebus arte temperatum & edulcatuũ admittant. Neq; em̃ facile est ab ijs quæ longo vsu ac diuturno tẽpore cõfirmata sunt ad alia transilire. Ergo primũ sublaris simulachris sacrificia pmisit. De inde submotis sacrificijs circuncisionẽ minimè prohibuit. Ac postea, vt semel subtractionẽ eã exceperunt, iure quoq; sibi cõcesso, hoc est, illi sacrificijs, hi circuncisione cesserunt, atq; vt pro ethnicis Iudęi, ita ꝓ Iudęis Christiani facti sunt, tacitis mutationibus ad Euangeliũ furtim adducti. huius rei tibi fidẽ faciat Paulus, qui ex eo quod circuncidebat, ac purificabatur, eò tãdem progressus est, vt diceret, Ego aũt fratres, si circuncisionẽ ꝑdico, quid adhuc ꝑsecutionẽ patior? Illud cõsilij erat & dispensationis: hoc pfectionis. Huic exẽplo diuinitatis doctrina cõparari potest, nisi quòd cõtrario modo res procedit. Illic em̃ ex subtractione mutatio fiebat: hic autem ex accesione atq; incremento ad perfecti onem vẽtum est. Sic enim se res habet. Vetus Testamentum Patrem apertè prædicabat, Filium obscurius. Nouum autem Filium manifestauit, Spiritusque diuinitatẽ subobscurè indicauit. Nunc verò Spiritus ipse nobiscum versatur, seseq; nobis apertius declarat. Neq; em̃ tutum erat, Patris diuinitate nondum confessa, Filium apertè prædicari: nec Filij diuinitate nondum admissa, Spiritum sanctum,

Duo testamenta cur dicantur terræmotus. Heb. 12. Tert. terræ motus.

Quod non est voluntarium nõ est diuturnũ.

Vt medici ægrotis, sic Christus Iudæis quædam permisit.

Act. 16. & 21. Galat. 5.

Cur olim solus Pater apertè prædicabatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

velut grauiorem quandam, si ita loqui fas est, farcinam ingeri. Ne alioqui velut immodicis cibis oppressi, Solisque radijs hebetes oculos adijcientes pristinis quoque viribus periclitarentur: quin tacitis potius accessionibus, &, vt Dauid loquitur, ascensionibus, atque ex gloria in gloriam progressionibus & incrementis, Trinitatis lumen splendoribus illuceret. Ob hanc causam, vt opinor, ad discipulos quoque particulatim se confert, ad excipienti um videlicet captum modulumque sese impertiens, in Euangelij principio, post Christi passionem, post ascensum miracula edens, nempe quũ insufflatus est, atq; in igneis linguis apparuit. Quinetiã ab ipso Iesu paulatim declaratur, vt ipse quoq; comperies, si animum accuratius aduerteris. Rogabo enim, inquit, Patrem, & aliũ Paracletum mittet vobis, Spiritum veritatis. Quæ quidem verba eò dixit ne aduersarius quispiam Dei esse, aut quasi ab alia quadã potestate orationem habere videretur. Postea, mittet quidem, cæterùm in nomine meo. Hic omisso rogandi verbo mittẽdi verbum retinuit. Mox, Mittam: vt propriam authoritatem ostendat. Tũ deniq;, veniet: quo verbo Spiritus potestas indicatur. Vides illuminationes paulatim nobis affulgentes, Theologiẽque ordinẽ, quẽ nobis quoq; tenere præstiterit: vt nec repente atque confertim omnia in lucem efferamus, nec in finem vsq; occultemus. Illud enim incõsultum: hoc impium. Illud alienos offendere ac vulnerare queat: hoc nostros à nobis abalienare. Enimuero id quod quibusdã quoq; alijs fortasse in mentem venit, animi tamẽ mei fœtũ existimo, superioribus adiungam. Habebat quædam Seruator: à discipulis, licet alioqui multiplici doctrina implerent, portari tunc temporis posse negabat, ob eas fortasse, quas in medium protulit, causas: atq; idcirco ea ipsis obtegebat, Ac rursus polliceba tur ipsis fore, vt ab aduenient Spiritu omnia edocerentur. Ergo vnum ex eorum numero esse censeo, ipsam Spiritus sancti diuinitatem, in posterum apertius declarandam, tum videlicet quum iam post Seruatoris ascensum, in integrumque restitutionem, matura & perceptibilis esset ipsius cognitio, vtpote cui ob tam insigne miraculum fides non amplius abrogaretur. Quid enim hoc maius vel ille policeri, vel hic docere potuisset? Si modo magnum aliquid existimandum est, Deiq; magnificentia dignum, quod promittebatur, vel quod docebat. Ac de his ita sentio, vtinamq; sentiam, & quisquis mihi amicus est, colamusq; Deum Patrẽ, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, tres proprietates, vnã diuinitatẽ, nec gloria nec honore, nec essentia, nec regno diuisum, vt quispiã diuino numine afflatus non itapridẽ philosophatus est. Nec Lucifer[um] exorientẽ videat, vt cũ Scriptura loquat, nec cœlestis splendoris gloriã, quisquis ali ter sentit, aut tempori obsequitur, aliam aliamq; subinde formam assumens, pro dumq; de maximis rebus consilium capens. Si enim adorandus non est Spiritus, modo me Deum per Baptismũ efficit, aũt adorandus, an non colendus? Si non colẽdus, an non Deus? Vnum vni cohaeres ac verè aurea quædam & salutaris est catena. Atque à Spiritu quidem regenerationẽ habemus, à regeneratione instauration em, ab instauratione agnitionem, agnitatis illius à quo instaurati sumus. Atque hæc sunt quæ ab eo afferri possint, Spiritus diuinitatem nullo Scripturæ co niti concesserit. Iam verò tibi antetatum exame prodibit, ex quibus Scriptræ testimonio admodum confirmata se Spiritus diuinitatem ostendetur, ipsedem certè, qui nõ nimis stolidi fuerinq; à Spiritu auersi, Sic aũt expende. Natur Christus, percurrit Spiritus: Baptizatille, hic testimonium dicit: tentatur hic in altum subducit: miracula edit, hic concomitatur: ascendit ille, hic dit. Quid enim adeo magnum & diuinum quod non ipse posit? Quod tam diuinum nomen est, quo nõ, excepto ingeniti & niti nomine, appelletur? Patris enim Filij proprietates incolumes atque gras ipsis manere conueniebat: ne alioapud diuinitatem, quæ alia quoq; atque deò confusionem ipsam in ordinem cit, confusio existeret. Equidem ipse tantam nominum copiam aduersus fronte perfricant, qui Spiritui aduertur, totus cohorresco. Spiritus Dei dicitur Spiritus Christi, mẽs Christi, Spiritus mini, ac Dominus ipse, Spiritus adoptionis, veritatis, libertatis, Spiritus sapientiæ, prudentiæ, cõsilij, fortitudinis, scientiæ, pietatis, timoris Dei, vtpote horum omnium efficiens, omnia essentia sua implens, omnia continens, mundum quadrantem essentiã implens, interim ipse maior mundus vires illius ac potentiam exposit, bonus, rectus, principalis, naturalis gratia, sanctificans non sanctificatus ens non dimensus, imperiens non pateps, implens, non implerus, cõtinens contentus, hereditate acceptus, gloriatus, Patri & filio connumeratus, minister denunciatus, Dei digitus, ignis vt Deus, ad ostendendã, vt opinor, eandẽ ipsius

Psal. 83.

Matt. 10. Ioan. 20. Act. 2.

Ioan. 6.

Theologiæ tractandæ ratio.

Ioan. 14.

Sp. sancti diuinitas edocta post ascensionẽ Christi.

cum Patre Filio substantiam, Spiritus qui fecit, qui p baptismum & resurrectionem denuò creat, Spiritus omnia cognoscens, docens, vbi vult & quantum vult spirans, spiens, loquens, mittens, segregãs, Spiritus qui ad iram incitatur, qui tentatur, qui eã vim habet vt nobis abdita detegat, lucem ac vitam afferat, immò qui ipsamet lux & vita est, qui nos templum, qui Deos efficit ac perficit, ita vt & baptismum anteuertat, & post baptismum requiratur, qui diuino suo numine nos afflat, in igneis linguis diuidit, qui gratias diuidit, qui Apostolos, Prophetas, Euãgelistas, pastores & doctores facit, Spiritus intellectilis, multiplex, apertus, clarus, incontaminatus, minimeq; impeditus (quod idem valet ac si dicerem, sapientissimus, agendiq; facultate varius ac multiplex, omnia explicãs ac declarans, liberamq; potestatem habens atq; immutabilis) omnipotens, omnia lustrans, per oẽs spiritus penetrãs intellectiles, puros, tenuissimos, hoc est, p angelicas vt opinor, copias, quemadmodum & per prophetias & apostolicas, eodem tempore momento, nec tamen iisdem locis, (alij enim eorum alibi fusi ac sparsi erant) quod quidem pspicuè ostendit, cum nullius loci circunscriptione definiri. Qui hæc dicunt, ac docent, atq; insuper Paracletum alium velut alium Deum nominant, qui blasphemiã solam in eum conjectã inexpiabilem esse sciunt, qui denique Ananiæ & Saphiræ, postq Spiritui sancto mentiti essent perinde ac Deo non homini mentiti essent, tam horribilem infamiẽ notã inusserunt, quid tandem tibi videntur, Spiritum ne Deum pdicare, an aliud quid: Quã crassi es ingenij, atq; à Spiritu procul remoti, si de hac re dubitas, ac doctore opus habes: Ac tot nominibus tam viuis & expressis in Scriptura Spiritus appellatur. Quid enim testimonia ipsa tibi ad verbum producere attinet? Quæcunque autem hic quoq; humilius dicuntur, velut quod demittatur, distribuatur, charisma etiam, donum, insufflatio, pollicitatio, intercessio, ac si quid aliud huiusmodi, ne singula cõmemorem, ad primam causam referri debent, vt ex quo sit ostendatur, ac nõ tria principia diuisa, porindeq; plures Dij admittant. Paris enim impietatis est, vel Sabellij more personas cõnectere: vel Arij instar naturas distinguere ac separare. Enimuero quum mentis curiositate multum diuq; mecum cõsiderassem ac rationem vndecunq; exegissem atq; exploratorem, rei tantæ imaginem quandam exquirens, cui tandem rerum inferarum diuina illa natura cõparanda sit, reperire nõ potui. Quanuis enim exiguam quandam similitudinem inuenerim maior tamen me pars fugit, humiq; me cum meo exemplo relinquit. Oculum quendam & fontem ac fluuium mihi proposui, quemadmodum alij quoq; vt viderem num Pater cum oculo, Filius cum fonte, Spiritus cum fluuio proportione quadã conueniret. Hæc em nec tempore distinguntur, nec ob continuitatem à se inuicem abrumpuntur, ac tribus insuper proprietatibus quodãmodo scindi videntur. Sed subijt me timor, primum ne instabilis quedã diuinitatis fluxio admittatur. Deinde ne per hanc similitudinem vnum numero introducatur. Oculus em & fons & fluuius vnum sunt numero, variè figurata. Solem rursus & radium ac lucem cogitaui. Verùm hic quoq; metuendum est, primùm ne incomposite nature compositio quædam excogitetur, quemadmodum Solis & eorũ quæ in Sole sunt. Deinde ne Patri quidem essentiam tribuamus, sed reliquos subsistere negemus, verùm eiusmodi facultates Dei constituamus, quę ipsi insint, non autem per se subsistant. Neq; enim radius aut lux alij Soles sunt, sed Solis velut riui quidã, & substantiales qualitates. Ac pterea ne simul & esse & non esse Deo in his demus (quantum ex hoc exemplo colligi potest) id quod superioribus etiã absurdius fuerit. Quinetiam audiui quendam huiusmodi similitudinem adumbrãtem. Fingebat fulgorem quendã Solis parieti affulgentem, atque ex aquarum motu contremiscentem quem quum radius per intermedium aërem susceperit, postea solido ac retinente corpore repressus mirabilem in modum subsultat. Crebri enim densisque agitationibus subsilit, tantaque celeritate coit vicissim, ac distinguitur, vt non magis vnum sit quã multa, nec rursus magis multa quàm vnum. Prius enim quàm oculis teneatur, fuga se proripit. Sed ne hoc quidẽ constituere possum, primũ quoniã quid radio illi motum afferat, admodum pspicuum est: Deo autem nihil antiquius est, quod ipsi motum dederit. Ipse quippe omniũ causa est, nec antiquiorem causam haber. Deinde quod hic earundem rerum suspicio occurrit, nimirum cõpositionis, fluxionis, incertæq; & instabilis naturæ. Quorum nihil de diuinitate cogitandum est. In summa nihil est in quo mens mea gradum figere queat, si id quod imaginor in exemplis speculer. Nisi fortè quispiã eo animi candore sit, vt quum vnum aliquid ex proposita imagine acceperit, reliqua proijciat. Postremò itaq; mihi consultisi- mum visum est, vt missis factis imagini-

Ioan. 3. Act. 13.

Act. 5.

Act. 2. Ephes. 4.

Sol radius lux.

Consilium saluare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus illius atq; vmbris vt fallacibus, plurimumq; à veritate remotis, piam ipse cogitationem fidemq; mordicus retineam, atque in paucis verbis cõsistens, duceq; Spiritu sancto vtens, quemq; hic splendorem accepi, hunc ad extremum vsq; vt fidum socium congerronemq; eustodiens, eum hoc traijciam, alioſq; pro viribus adducã, vt Patrem & Filium & Spiritum sanctum adorent, vnamdiuinitatem ac potentiam, quoniam ipsi omnis gloria, honor, imperium in fœcula fœculorum, Amen.

SCHOLIA.

1. *Quid Trideitu.*) *Vide scholia nostra in orationem de laudibus Heronis sub finem.*

2. *Trifariam omnia diuisa esse.*) *Illam rerum omnium partitionem intelligit de qua diximus in Scholijs secundæ Orat. de Theol.*

3. *Ea quæ substantia eadem sunt secundæ connumerantur.*) *Huic argumento ac fere omnibus aliis, quæ ab hæreticis obiiciebantur respondet Basilius in libro de Spiritu sancto.*

4. *Vanitas huiusmodi argumenta.*) *Hæc in Græco temerè inserta puto. Nec enim ad rem faciunt. Longè melius quadrarent cum his quæ postea sequuntur. Nisi fortè in quarto rerum genere collocare velit horum argumenta, quæ & vana sunt, & dicuntur.*

5. *A pronunciatione ipsa refugerem.*) *Quasi dicat, apertè Deum consiteri Spiritum non dubitabo, etiamsi expressè in Scriptura Deus non dicatur, modo rem ipsam, hoc est illius diuinitatem ex ea colligam.*

GREGORII NAZIANZENI IN CHRISTI Natiuitatem Oratio panegyrica.

ARGVMENTVM.

ORationem hanc in vrbe Constantinopolitana Theologus edidit. Ob eamque causam, factum est, vt, quia cum hæreticis certamen haberet, diuinitatis doctrinam perquàm accurratè tractarit.

Psal. 95. CHristꝰ gignitur, glorificate: Christus è cœlis, obuiam, pdite: christus in terra, subuehimini. Cantate Domino omnis terra. Atq; vt hęc duo in vnum contrahã, Lętentur cœli, exultet terra, mirũ propter cælestẽ, ac deinde terrestrẽ Christus in carne, tremore & gaudio exultate, tremore propter peccatum, gaudio propter spem. Christus ex Virgine, matres virginitatem colite, vt Christi matres fitis: Quis eum, qui à principio est, non adoret? quis eum, qui postremus est, non laudet ac celebret?

NICETAE COMMENTARIA.

Christi nomen propriè vtrumq; simul significat, nempe Deum & hoĩem. Impropriè aũt aliquando vel sola Verbi diuinitate accipitur, aliquãdo pro sola humanitate. Primæ significationis exemplum est, Christus gignitur. Deus enim simul & homo gignitur. Itemq; illud, Christus in terra, &, Christus ex Virgine. De sola autem diuinitate illud dictum est, Christus è cœlis. Deus enim solus sine humanitate de cœlo descendit. Vtrumq; illud, Christus in carne, hoc est Deus in carne. At de sola humanitate illud apud Apostolum est positum, Christus pro nobis mortuus est, id est Iesus. Fit enim propter summam vnionem, vt etiam cùm separatim naturæ accipiuntur, Christi nomine, quod vtriusq; naturæ vnienda vim habet, appellentur. Cæterùm illud non dixit, Christus genitus est, sed gignitur, hodierno die: quoniam qui festi diei laudes prosequitur, tanquã rerum non ita pridem gestarum laudem contexit, atque ea verbi præsentis temporis vi est, vt velut ob oculos ponat, atque ita repræsentet, ac si nunc geratur. Christus itaque hoc est Deus & homo gignitur. Non dixit genitus est, sed gignitur, hodierno die: quoniam qui festi diei laudes prosequitur, tanquam rerum non ita pridem gestarum laudem contexit, atque ea verbi præsentis temporis vi est, vt rem velut ob oculos ponat, atq; ita repræsentet, ac si nunc geratur. Christus itaq; hoc est Deus & homo gignitur. Non dixit genitus, sed gignitur: quoniam eandem semper progressionem Filius ac Deus retinet, vtpote Verbum, quod non humano more semel dum axat ex Patre progreditur ac gignitur, sed sine vllo tempore generatur. Vel quia in nobis, qui per Spiritum renascimur, perpetuò gignitur. Vel etiã, quia præsens tempus, quantũ ad principiũ, præteriti, quantũ ad finem, futuri particeps est, ob idq; pro vtroq; vsurpatur. Circo non abs re præteriti temporis loco dixit, Gignitur hodierno die, qui diei illius, quo ipse natus est imago

Luc. 2. *nem gerit, nimirum vnoquoq; anno conuersione sua eundẽ diem renouante. Apte aũt dixit Glorificate: quandoquidem in Christi natiuitate angeli quoq; glorificabant, dicentes, Gloria in altissimis Deo. Glorificate aũt idem est quod laudate. Cùm laũt dixisset, Christus gignitur, hæc verba per ea, quæ sequuntur, explanat, nempe per cœlum & terrã. Deus enim solus, inquit, è cœlo descendit in terra cum assumpta humanitate nascitur. Quod etiam ait, Obuiam prodite, rectè cum his verbis, Christus è cœlis, cohæret. Porro ipse è cœlis descẽdenti ita demum quis occurrere poterit, si supra terrenas cogitationis pennis euexerit, iuxta id quod ab Apostolo dictum est, Obuiam procedemus venienti Domino*

1. Thess. 4. *in aerem. Optimè etiam quadrat illud Subuehimini cum his verbis, Christus in terra. Ipso enim nostræ salutis causa deuecto ac terreno facto, nos propter ipsum euecti ac cœlestes facti sumus. Illud aũt, Cantate Domino omnis terra, Dauidis est. Hoc porrò loco per terram hoĩes in terra habitantes intelliguntur. Quoniã aũt eo tempore ob Christum natum angeli & pastores Deũ laudabãt ac voluptate afficiebãtur, mihi quoq; faciendum est, vt hæc duo in vnum contraham, ac cælestia simul & terrena colligam, & cum Dauide dicã, Lætẽtur cæli, & exultet terra, hoc est & cœlestes angeli, & homines in terra degentes. Vel ipsa quoq; inanima*

Psal. 95. *tura elementa ob incredibilem voluptatis magnitudinem ad lætitiam inuitentur. Consimile quiddam Esaias*

Cap. 1. *dicit, Lætemini cœli, & exultet terra, prorumpant montes in lætitiam: quoniam miseratus est Dominus plebem suam. Adhæc Theologus illud, Christus in carne, ex prima ad Timotheũ sumpsit, in qua Paulus ait, Deus*

Luc. 19. *manifestatus est in carne. Illa aũt, Tremore & gaudio exultate, è psalmo secundo Dauidis sumpta sunt. In eo enim ita loquitur, Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Sensus aũt Theologi talis est, Quoniam, inquit, Deus in carne est, exultate, non tamen purè & simpliciter, verùm sit exultatio vestra tremore & gaudio temperata, illud, ob peccatũ, quod nos ipsius aduentu præsentiaq; indignos reddiderat, hoc,*

Psal. 44. *propter spem salutis. Venit enim, vt saluum faceret, quod perierat. Iam etiam quæ sequũtur, expendamus. Christus ex Virgine natus, virginitatem prætulit. Ac quæcunq; virginitatis amore correptæ fuerint, quodammodo sanctam Deiparam imitantur. Virgines enim, inquit, post ipsam adducentur, eam videlicet per imitationẽ*

Psal. 44. *comitantes. Ac proinde quantum ad virginitatis studium, matres Christi dici possint. Allegorico autem sensu omnis anima maritus iuxta ac fœmina, quæ ab omni fœdo atq; obsceno affectu virginis instar, puram se & incorruptam tuetur virtutis Verbum concipit, ipsumq; progignit. Mox per interrogationem infert Gregorius, Quis eum, qui à principio est, propter diuinitatem non adoret? Quis item vltimum, propter humanitatem, non laudet? Postremus siquidẽ diebus ad nos venit. Illud aũt à principio Theologus noster à primo Theologo Ioanne accepit. Sic enim scribit. Qui erat à principio. Et in Euangelio, In principio erat Verbum.*

Cap. 1. Rursus tenebræ depelluntur, rursus lux creatur, rursus Aegyptus tenebris vexatur, rursus Israel columna illustratur. Populus qui sedebat in ignorantiæ tenebris, magnam cognitionis & scientię lucem inspiciat. Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Litera loco cedit, spiritus superat, vmbræ prætereunt, veritas ingreditur. Melchisedech colligitur, qui sine matre erat, sine patre efficitur, priùs quidem sine matre, post autem sine patre. *Melchisedech.*

Psal. 9. NICETAS. *Moses in principio Geneseos tenebras illas primas cum cœlo & terra velut subsistentes lucis productione discussas ac depulsas fuisse scribit. Ac nunc Theologus tenebras errorem & peccatum vocat, lucem aũt veram fidei doctrinam & virtutem. Ac soluuntur quidem tenebræ, vt accidens: creatur aũt lux, vt substantia. Si quidem error ac peccatum præter naturam sunt, veritas contrà & virtus secundum naturã.*

Ezech. 13. *Earum etenim semina naturæ nostræ insperſa atq; insita sunt. Deinde Aegyptus quidem palpabilium tenebrarum plaga prius vexata est, quemadmodum tradidit Moses: at nunc ignorãtia & peccatum tenebris cruciantur, hoc est interneciane delentur. Adhæc Israël quidem columna ignea nunc illustratus est: at nunc Israel dici queat pius populus, qui Deum spiritualiter intuetur. Columna autem ignis veritas, aut Christus ipse, qui nos regit & illustrat, atq; ad cœlestem, pmissionis terram nobis viam commonstrat. Quod autem sequitur, Populus qui sedebat, &c. ab Esaia quidẽ acceptum est: cæterùm Theologus exponens de quibus tenebris Prophetа loquatur, adiecit ignorantiæ. Eodemq; modo in luce fecit subiungens: cognitionis & scientiæ.*

Cap. 1. *Rursus illud Vetera transierunt, &c. ex Epist. Paul. ad Cor. 2 sumpsit. Vetera quippe noua facta sunt. Nam pro agno Christum habemus, pro circuncisione Baptismum, pro manna & aqua corpus & sanguinem Christi, pro terra cœlum, cæteraq; eodem modo. Hunc porro Apostoli locum explicans, subdit, Litera loco cedit, spiritus superat. Per literam legem scriptam ipsumq; ceremonias intelligit, per spiritum autem, Euangelium, vtpote quod spirituale sacrificium vitamq; spiritalẽ aperte præscribat. Nam Lex vetus iuxta literæ sensum omnia præcipiebat. Lex autẽ vetus scripta nominatur, quia prius scripta est, q̃ apud populum recitata sit: at Euangelium Christus ore docuit, tametsi postea quoq; literarum monumentis consignatum sit. At vide, q̃ accuratè & exactè loquatur Gregorius, Superat Euangelium, hoc est superiora omnia habet, atq; authoritate & potentia vincit. Lex autem loco cedit, vt nequaq̃ prorsus soluta & extincta. Iu enim obliteratu atq; abrogatis, quæ iuxta externum sensum peragebantur spiritualia vim suam retinuerunt. Atq; vmbræ hoc est scriptæ legis præcepta, vtpote significatiua, & per ea, quæ in sensum cadebant, res spirituales adumbrã-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia præterierunt, hoc est finem acceperunt. Vmbru autem sese subducentibus veritas per eam adumbratio medium ait. At verò Moses cùm de rebus Melchisedech in Genesi ageret, nec de ipsius patre, nec de matre, nec de vitæ principio, nec de fine vllum verbum fecit. Quem Paulus in Epist. ad Hebr. figuram Christi gerere inquit his verbis, Sine patre sine matre sine genere, neq; principiũ dierum neq; finem vitæ habens, assimilatus aũt Filio Dei. Ab hoc loco sententiam mutuatus Theologus, Melchisedech, inquit, colligitur, hoc est, sine logisticè conficitur, concluditur, atq; demonstratur. Nam cùm Christus, quantum ad supernam & primam generationem, matris expers esset, sine patre quoque factus est, iuxta inferiorem ac secũdam nativitatem. Vel colligitur, hoc est, vnitur atq; perficitur. Primùm enim Filius Dei dimidiatãtùm ex parte Melchisedech erat, quatenus videlicet matre carebat. At postea patris quoq; expers factus, perfectus iã est Melchisedech. Cæterùm hoc inter vtrunq; inter est, quòd Melchisedech patris ac matris, principij item & finis expers non est naturâ, sed ignoratione ac silentio eius, qui res ipsius cõscripsit, Deo nimirum ita constituente: Christus aũt naturâ. Idcirco enim imago & figura ille erat, hic aũt veritas. Neq; enim idem est imago quod veritas. Illud aũt scire conuenit imaginem aliquando eare, cuius imago est, priorẽ esse, aliquando posteriorẽ. Typus enim est in signis & figuris, vt in legalibus sacrificijs cæterisq; veteris Testamenti ceremonijs, atq; etiam in hoc Melchisedech: posterior aũt in his rebus, q̃ ab exemplari sumũtur, vt pictus Paulus viui Pauli imago.

Pſal. 46. Esa. 9. Natvrę leges euertũtur: supernus mundus implendus est. Christus iubet, ne obnitamur. Omnes gẽtes plaudite manibus. Quoniam paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, cuius principatus super humerum eius. Cum cruce etenim exaltatur, ac vocatur nomẽ eius, magni consilij hoc est, paterni angelus.

NICETAS. Naturæ leges nimirum quòd mulier sine viri congressu non concipiat, nec sine dolore pariat, nec post partum virginitatis decus retineat, quæ quidem in Dei matre per contraria subuersa sunt, vt q̃ & sine viro conceperit, & sine doloribus peperierit, & post partum virgo manserit. Quòd autem superum mundum implendum esse ait, vario modo intelligi potest. Vel enim, quia Lucifer cum subditis suis angelis tricibus copijs prolapsus locum vacuum reliquit, eum à nobis in ipsius gradum atq; ordinem per virtutem euellũ impleri necesse est. Vel quia quemadmodum Adam præscriptas sibi à Deo leges transgressus, inferiorem hunc mundum hominibus per carnem ad interitum & corruptionem, iuxta ipsum progenitis impluit, per similitudinem videlicet præuaricationis ipsius dux & author factus: eodem modo Christus Adami leges reipsa delens atq; abrogans, superiorem mundum implerio ostendit, his, qui secũdum ipsum ad innouationem gignuntur, per similitudinem obedientiæ suæ dux factus. Supernum autem hunc mundum vocat, qui præcesserit peccatum, quod quidem ignorãtiæ leges inuexit: quibus rursus à Christo extinctis universa creatura mundus impletus est. Vel etiam quia vt matrimonium inferiorem, ita virginitas superiorem mundum implet: quippe quæ sui studiosos cum virginibus angelis consociat. Quin alio etiam modo supernum mundum impleri oportet, nimirum vt ouis illa, quæ à centenario grege aberrauerat, reducatur: atq; amissa denarius rursus decadis numerum expleat, ac filius ille decoctor binarium perficiat. Verùm vbinam Deus supernum mundũ impleri iubet? Fortasse cùm ait, In domo Patris mei multæ sunt mansiones. Impleri enim à nobis has mansiones vult. Vel etiam fortasse cùm de illis, qui ad cœnam vocantur, inquit, Compelle illos intrare, vt impleatur domus mea. Vel cùm ait, Qui potest capere, capiat. Adam enim solutis ac violatis legibus, quibus appositis per similitudinem transgressionis suæ dux hominibus factus est. Christus autem huiusmodi legibus, quas acceptas Adam perfregerat, ac pro nihilo duxerat, confirmatis & cõstabilitis superiorem mundum implendum ostendit. Atq; hæc quidem adhunc modum exposita sint. Illud autem, Omnes gentes plaudite manibus. Dauidis est: signum porro gaudij manuum plausus. Verùm quam ob causam manibus plaudendum esse putauerit, vt inquit Esaias, paruulus Dei Filius nobis natus est, hoc est nostra causa. Nam nos propter nosmetipsos nascimur, vt luce ac vita perfruamur: at Christus nostra causa natus est, vt beneficijs afficiat, ea nobis donet, quibus principatus secundum eundem Esaiam, Super humerum eius. Egressus est enim humerum gestans crucem suam, quæ quidem ipsius est principatus, vtpote imperij ac potestatis, qua omnibus dominatur, signum ac veluti sceptrum. Etenim Christus post mortẽ, quam in cruce subijt, resurgens dixit, Data mihi est omnis potestas in cœlo & in terra, vt homini scilicet, quã vt Deus habebat. Cum cruce etenim, inquit, simul extollitur, hoc est cruce in altum sublata ipse quoq; cùm infigeretur, simul euectus perstillauit gloriam adeptus est, ac per crucem glorificatus est. Duo enim significat euectio, & simplicem à terra subuectionem, & gloriam. Quorum alterum de cruce vsurpatur, alterum de Christi humanitate. Insuper assumptionem & mortificationem crucis designat. Ergo Christus extollitur, atq; in nobis glorificatur, cùm supra terrena euehimur, & afflictionibus premimur, vitijsq; animi motibus emorimur. Nec verò me fugit nonnullos ita hunc locum explicuisse. Cuius principatus super humerum eius, quoniam omnes alij reges suos priùs viribus imperium suum ac regnum habent constitutum, sed in alieno, putà in militibus & satellitibus ac propugnatoribus: Christus aũt solus principatum suum super humerum habet, id est in sua ipsius potentia. Per humerum enim vires significantur. Iam illud quoq; ab Esaia sumptum est, Vocabitur nomẽ eius magni consilij angelus. cuius autem consilij Theologus adiungit, nempe Patris. Consilium autem hoc,

Pſal. 46. Esa. 9. Ioan. 14. Luc. 14. Matth. 19. Rom. 5. Cap. 9. iuxta 70. Ioan. 1.

num instauratio erat. Quæ enim, inquit, audiui à Patre, hæc annuncians vobis. Vbinam autem vocatum est nomen eius magni consilij angelus? nusquam. Talis tamen erat, licet nusquam ita vocatus sit. Familiare autem est Scripturæ sacræ pro nominibus plerunq; actiones ipsas accipere, quemadmodum hoc loco. Item cùm ad Prophetam dicitur, Voca puerulum, Confestim spolia, celeriter pasce, & Emmanuel.

Clamet Ioannes, Parate viam Domini, ego diei vim potentiamq; clamabo. Carnis expers incarnatur, Verbum crassescit, inuisibilis cernitur, intractabilis contrectatur, temporis nescius principium capit Dei filius hominis filius efficitur, Iesus Christus heri & hodie, idem & in sæcula.

Iudæi offendantur. Græci derideant, hæretici linguæ prurigine afficiantur. Tum credent, cùm in cælum ascendentem viderint: quòd si ne tum quidẽ, at certè cùm è cœlo descendentem, ac pro tribunali sedentem perspexerint.

Bib. 18. Matth. 3. Esa. 40.

NICETAS. Ioannes, inquit, nato Christo viam præmuniat, & clamet, quemadmodum de eo Esaias dicit, Parate viam Domini. Quo loco per viam, piorum corda intelligit, per quæ prædicationis Euangelicæ verbum incedit: Ego autem præsentis festi naturam proclamabo. Quod carnis expers incarnatur non secundum mutationem, sed iuxta humanitatis assumptionem. Eam enim carnis vacuit atem, quã habebat, seruãs carnem, quam non habebat, assumpsit. Illud autem, Verbum crassescit idem est quod, Verbum caro factum est. Caro enim crassities est. Ac vide, quo modo ad admirabiliora sensim progrediatur, Crassities enim materiam magis redolet q̃ incarnatio: rursus sensibilius est oculis cerni, quàm incarnari: ac demque crassities est contrectari, quàm aspectu sentiri. Alio etiam modo, posteaquam dixit Christum incarnari, carnis quoq; proprietates adijcit, nempe crassitiem, & quòd in aspectum & tactũ cadat. Nam cùm ne à cœlestibus quidem angelis priùs cerneretur, nunc propter ipsius cum visibili homine vnionem cernitur. Cernitur autem non quantum ad inuisibilem diuinitatem, sed quantum ad diuinitatis actum & efficaciam, id est tãquam tenuis inuisibilis Deus est, cernitur, sed per ea, quæ vt Deus efficit, videmus Deum esse, quippe qui intermedio corpore humano, res Deo dignas peragat. Hæc autem verba, Cernitur & contrectatur, ex Ioannis Epistola sumpsit Gregorius. Scribit enim ille, Quod erat ab initio, quod vidimus, & manus nostræ contrectauerunt. Æternus & temporis nescius principium capit. Nam si caro factus est, carnisq; proprietates habuit, ortus quoq; principium eum accepisse necesse est. Quod autem sermonis caput est, Dei filius hominis filius efficitur, non naturæ lege atq; ordine. Vt ginem enim sine viri concubitu parentem nescit natura. Verùm cùm verus Deus esset corporeus homo factus est. Hæc aũt omnia non secundum mutationem, sed secundũ assumptionem contigerunt. Hæc enim vna est in omnibus huiusmodi propositionibus solutio. Illud autem Iesus Christus heri & hodie, idem & in sæcula, Pauli est in Epistola ad Hebræos. Quo loco corporaliter tibi intelligendũ est Heri & hodie. Quod autem sequitur, idem & in sæcula, spiritualiter. Et quidem per heri præteritum tempus significatur: per hodie præsens: per sæcula autem æternitas & immortalitas. Quoniam autem nonnulli velut Iudæi non Christum, qui salutis nostræ causa in crucem sublatus est, sed alium quendã venturũ rursus expectant, idcirco diuinus Apostolus ad fidei rectæq; doctrinæ confirmationem fore ait, vt idem hic Christus ad iustam sententiam de orbe ferendam rursus veniat. His porro verbis ostenditur, Christum secundum diuinitatem tripartitum tempus habere, nec alium, vt quidam opinãtur venturũ, sed eum qui venit, hunc ipsum esse, qui heri, id est præterito tempore erat, & hodie secũdum præsens tempus est, & iuxta futurum tempus erit in sæcula. Iam verò quod ait, Iudæi offendãtur, &c. alludit ad Paulum ita in priore ad Corinthios Epistola loquentem, Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scãdalum, Gentibus autem stultiam. Iudei etenim acceptis miraculis offendebantur, ad carnem impingentes: Gentiles autem prædicationis excellentiam naturæ superiorem irridebant, nempe quòd Deus, homo factus esset, quòd immortalis mortem subijsset, cæteraq; eiusdem generis. Linguæ autem prurigine, prolixas impiorũ dogmatum nugas & delirament a vocat. Tunc autem crederẽt hæretici, cùm certissimis argumẽtis fides ipsis adstructa fuerit, Christum cum carne in cœlum ascẽdisse. Sic enim ipse policitus est dicens, Cùm exaltatus fuero, omnia trahã ad meipsum. Quòd si ne tum quidem, at certè cùm iudex è cælo descenderit. Nam cùm hæc illo cum aduersarijs certet, vis nimirum ac persuasio, si quidem in hac vita rationibus atque argumentis ad credendum hæretici non adducantur, in extremo de rebus ipsis cogentur: cùm ipsi omne genu, velit nolit, flectetur.

Ioan. 12. Philip. 2. Cap. 13. Cap. 9. Una causa bus apparuit alterum quidẽ iam existens, pra causam omnem ac rationem (neque enim causa vlla Verbo superior erat) alterum nostræ salutis causa postea factus, vt qui vitam dederat, idem quoque beatam vitam afferret: vel potius vt nos per peccatum à beata vita delapsos, ad eandem rursus incarnatione sua reuocaret. Theophania autem ob eã causam hoc festum appellatur, quòd apparuerit: Natiuitas verò, quòd natus sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NICETAS. *Verùm hæc, inquit, posterius futura sunt, nimirum vt alij ad Christi ascensum, alij ad descensum credant. Præsens autem festum, atq; vna eademq; res, nempe Christi natuitas, duplici nomine appellatur, Nam quia is qui natus est, duplici natura constat, duplex quoq; festi huius nomen est, Theophania nimirum diuinitatis, Natiuitas humanitatis. Quatenus enim Deus apparuit, Theophania huic rei nomen inditum est: quatenus autem natus est, Nauitas. Atq; vt Deus quidem semper erat ex sempiterno Patre, & supra causam & rationem erat (neq; enim vlla causa præcessit, ob quam Filius à Patre generatus fuerit: neq; enim eo quicq̃ est antiquius) homo verò in seculorũ fine factus est. Causa porro inferioris ipsius natiuitatis, instauratio nostra fuit: vt qui vitam dederat (omnia enim per ipsum facta sunt) beatam quoq; vitam nobis asserret. Cæterùm ne quis suspicari posset, homini à principio cum vita beata quoq; vitam minimè fuisse, propter peccatum lapsos fuisse. Ob hanc causam Creator creaturam induit, vt eam renouet, atq; instauret, nosq; incarnationis suæ operain pristinum statum asserat, hoc est adbeatam vitã, quam ab eo accepẽ amus. Nam cùm Dei notitia priuati, atq; ad ea quæ non sunt, auersi essemus, (sola enim bona, vtpote Deo qui verè est, profecta, substantia rationem habent, mala verò substantia omni carent) beata quoq; spoliati fuimus, hoc est dissoluti ac dilapsi in morte & correptione mansimus.*

Hoc festum nostrum est, hoc hodierno die celebramus, Dei nimirum ad homines accessum, vt ad Deum proficiscamur, aut, vt aptiori verbo vtar, reuertamur abiectoq veteri homine nouum induamus, & quèadmodum in veteri Adamo mortui fumus, ita in Christo viuamus, vnà cum eo nascentes, vnà cruci affixi, vnà sepulti, vnà resurgentes. Præclara enim vicissitudo atque conuersio mihi fenoris da est, vt quemadmodum ex secundis rebus aduersæ res natæ sunt, sic contrà ex aduersis ad læta prosperaque redeam. Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit & gratia: & si gustus condemnauit, quantò magis Christi passio iustificauit?

Coloss. 3. 1 Cori. 15. Rom. 6.

NICETAS. *Professus se diei huius vim declaraturum, nunc præstat quod promisit, dicens, Celebremus Dei ad nos accessum. Accessit autem, vt nos ad eum peregrè proficiscamur, vel, vt magis proprie dicam, reuertamur. Peregrinari enim quis dicitur, cùm ad eum locum, ad quem nunq̃ ante ea profectus fuerat, se confert: reuerti autem, cùm locum eum repetit, ad quem aliquando perrexerat. Quoniam igitur anima nostra Deo inspirata est, eiq; aliquando propinqui eramus, non quidem loco sed voluntate animiq; instituta, vocabulo propter peccatum ab eo excidimus, aptissimo vocabulo nostra cum Deo coniunctio & conciliatio reditus appellatur: vt, quemadmodum ait Paulus, peccatum vetus non secus ac vestem quandam cariosam ac vetustate erosam abijcientes nouum hominem induamus, hoc est virtutẽ, aut etiam ipsum Christũ & sicut, inquit idem Apostolum, in Adamo mortui sumus, mortali scilicet facta ipsius natura, taliq; ad posteros transfusa: sic in Christo quoque viuamus, per eum rursus ad immortalitatem reuocati cum Christo vnà nascentes, vnà Baptismum regenerationis, vnà cruci affixi per laboriosam vitæ degendæ rationem, vnà sepulti per affusionem extinctionem. Quemadmodum autem literali sensu crucifixio & sepultura inter se differunt, sic etiam spirituali & allegorico. Crucifixio enim afflictionem & patientiam animiq; in grauibus acerbisq; rebus prorsus fortitudinem designat, non tamen eiusmodi animi constitutionem, qua dolorum ex vita omnis ereptus sit. Sepultura autem perfectæ & omnimode effectæ mortificationis signum est. Hanc resurrectio sequitur, id est absoluta contemplatio ac deificatio. Tranquilla enim & laudabilis conuersio nobis sentienda est, quemadmodum ex deliciis illis, quibus in paradiso afflabamur, & factum est, vt illinc exturbaremur, ac mors ex vita prosluxit: ita ex his rursus latiora oriantur. Quippe qui amisso paradiso cœlum recepimus, atq; ab angelica vitæ ratione prolapsi ad filiorum adoptionem vocati sumus, ac pro vita, quam perdideramus, cœleste regnum hæreditate accepimus. Nam, vt ait Apostolus, superabundauit delictum in homine scilicet, superabundauit & gratia & beneficium. Etsi vnus ex quinq; fecit damnationis causam nobis attulit, quantò magis nos vnus Christus iustificauit, accepta à patre morte? Nos in tota sua sacrosancta carne dolores nostra causa perpessus? Quæ sententia ab Apostolo accepta? Sicut igitur quemadmodũ per vnius delictum in oẽs homines ad cõdemnationem: sic etiam per vnius iustitiam in omnes homines ad iustificationem vitæ.*

Natalis Christi dies quomodo celebrãdus

Quocirca non ostentatoriè, sed diuinè, non mundi ritu, sed supra mundi ritum, non res nostras sed nostri, vel, vt rectius loquar, Domini, non ea quæ infirmitatis sunt, sed quæ curationis, non ea quæ creationis, sed quæ recreatiõis instaurationisque celebremus. Id autem hac demum ratione consequemur, si nec domus limina sertis coronemus, nec choreas agitemus, nec vicos ornemus, nec oculum pascamus, nec aurem cantu demulceamus, nec olfactum effœminem[a], nec lenocinijs gustum titillemus, nec tactui obsequamur, præcaptis, inquam, illis ad vitium vijs, peccatorianuis, nec teneris, & circunfluentibus vestibus emolliamur, quarum vt quæq; pulcherrima ita maximè inutilis iacet, nec gemmarum splendoribus, nec auri fulgoribus, nec colorum artificijs natiuam pulchritudinem ementientibus, atq; aduersus imaginem diuinam excogitatis, nec comessationibus & ebrietatibus, quas cubilia & lasciuiæ comitantur. quãdoquidem malorum magistrorum mala doctrina est: vel potius malorum seminum mala seges.

Rom. 13.

NICETAS. *Quocirca, inquit, festum celebremus, non vt mos est in publicis festis & celebritatibus per luxum & lasciuiam atq; huiusmodi oblectationem, sed spiritualiter atq; vt Deo gratum est, non mundi ritu, id est, voluptuariè, & vt mundi princeps cupit, sed supra mundi ritum, id est, angelicè, non res nostras, id est, quæ ad cultum & obseruantiam nostri, sed quæ ad cultum Christi spectẽt, qui cognatus quidẽ noster est quantum ad humanitatem, Dominus autem quantùm ad diuinitatem, nõ quæ infirmitatis sunt, sed quæ curationis. Congruere enim dici mysterio debet festi celebratio. Ac si quidem ob infirmitates, in quas incidimus, diem festum ageremus, petulanter & lasciuè festum celebrandum esset. Infirmitas enim est comessatio atque intemperantia. Quoniam autem contraria causa impellimur, atq; ideirco diem festum agimus, quia medicina nobis allata est: ad huius festi celebrationem adhibenda est temperantia: medicinæ siquidem est temperantia, vtpote quæ animæ curationem velut scopum sibi proponat. Non ea quæ creationis, sed quæ recreationis atque instaurationis. Nam in corporea procreatione corporea vtique est, tam ipsa procreatio, quàm solennis letitia propter eam instituta: at cùm recreatio & instauratio nostra spiritalis ac diuina sit, spiritaliter quoque ac diuinè festum agitandum est. Porrò creationem hoc loco non primam illam intelligit, qua Christus accepto à terra puluere manibus propriis hominem à principio finxit, sed mutuam illam successionem, quæ per generationem fit, qua nos mortales naturaliter in materno ventre singimur. Id autem hac demum ratione consequemur, si iuxta Theologi cohortationem spiritualiter festum celebremus. Nec arborum ramis, vt facere quidam in festis solent, ædium vestibula cingamus, nec, quod turpium mollitiei est, choreas extra Ecclesiam conficiamus, nec, quod magis populare est, vicos vrbium exornemus, diuersas eximia suppellectilis specie ad eorum, qui ad festum confluunt, oblectationem appendentes, nec, quod fœdius est, absurdis præstigiatorum gesticulationibus aut corporum aspectibus voluptatis aculeum emittentes bus oculos pascamus. Epulum enim ac voluptas oculorum est ea curiosè intueri, quæ minimè conuenit. Ornatus autem Theologus sensus nostros componere, omnes enumerat, ac primò quidem visum, qui sensuum omnium princeps est: pòst auditum, iubens vt caueamus, ne per aures obscœnæ cantiones in animos influant. Nam ex huiusmodi musicæ genere abiectissimi ac sordidissimi affectus nasci solẽt. Quidam etiam ad tibiam furiosè saltant ac per bacchantur, hoc est lymphatorum hominum ac dæmonum intemperijs agitatorũ speciem præbent. Iam verò olfactum emollit atq; effœminat deliciosorum vnguentorum odor: & alioqui vngue-*

Cur vomitur magnificentias in precio habeamus.

tis perfundi mulierbris est lasciuiæ. Lenocinamur autem gustu, cùm eiborum voluptatibus ipsum addicimus. Tactus denique gratia & oblectatio est fœdè atq; obscœne corpora tangere. Quidnam autem dixerit quispiam ad homines à conquirendis tactus quibusq; voluptatibus dehortandos, nisi quòd eos, qui in illis perseqüdis studiosè occupantur, pecudum vitam imitari cogunt, quæ in ventrem & venerem pronas natura finxit? Atque, vt rem paucis verbis complectar, sensus, nisi probè regantur, ad vitium faciles sunt vias, peccatiq; ianuæ. Per eos etenim ad vitia nobis aditus patet, ac per eos in animum insinuat atque intrat peccatum. Ne tenera velut permolliamur, quæ quidem circumfluit, ac lubrica se in totum corpus fundit: idque duplicẽ ob causam, tum propter superfluitatem ac leuitatem, tum quia in summam corporis longitudinem, latitudinemque protenditur. Tenera autem est propter mollitiem & leuitatem, atq; etiam propter nitorem: in qua etiam illud vel maximum vitium inest, quòd vt quæque summis sumptibus summaque elegantia confecta est, ita propter parsimoniam maximè inutilis iacet, nec vllum sui vsum præbet. Pulcherrimas enim quasq; vestes arca inclusas atq; abditas inutiles habemus. Ne colorum artificijs vtamur, faciem nostram cerussa & fuco aliisq; meretricijs ac libidinosis vnguentis frictionibusq; depingentes, quæ natiuam pulchritudinem emeritum imitatione quadam ipsam referentia, atque aduersus imaginem diuinam adinuenta & excogitata sunt. Vultum enim obliterant, ac formam, quam Deus natura pictor nobis affinxit, obtegunt. Ac præterea honestè ambulemus, sicut Apostolus præcipit, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & lasciuijs. Eleganter autem cum comessationibus & ebrietatibus cubilia & lasciuias coniunxit: ex illis enim hæ nascuntur. Comessator enim ac temulentus cubile spectat, ac libidini indulget, vitioque obrutus adflagitiosos congressus ac turpes voluptates fertur & inflammatur. Comessatio enim & ebrietas velut malè magistri doctrinam malam in animum immittunt, concubitum nempe ac libidinem. Vel potius, quoniam docere propriè anima præditis conuenit, aptius fuerit ebrietatem semen dicere, libidinem autem segetem ac messem.

deliciæ huius mundi.

Intẽperantia quid sit

Nec thorosaltos struamus, ventri delicias sternentes. Nec vina generosa, coctum effœminem[a], nec lenocinijs gustum titillemus, nec tactui obsequamur, præcaptis, inquam, illis ad vitium vijs, peccatorianuis, nec teneris, & circunfluentibus vestibus emolliamur, quarum vt quæq; pulcher-

terra & mare charum nobis ac pretiosum stercus offerant. Hoc enim nomine delicias ornare soleo. Nec alius alium intemperantia superare contendamus. Mihi enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim intemperantia est, quidquid superfluum est, vtibusq; necessarijs superest, idque esurientibus alijs, atq; inopia laborantibus: ijs inquam, qui ex eodem luto & temperatione creati sunt.

NIC. *Vsitatũ erat in festis publicisq; conuiuijs super mensas lances ponere, in quibus carnes aceruatim in altum congerebantur, eaq; res* τετράπους *vocabatur, ac quandam tentorij formam gerebat. Vel* κατατρυφᾶν *, i. ex tempore apparantes ventri ea quæ ad delicias pertinerẽt. Vel quasi in tabernaculo quodam & loco peramæno ventri delicias afferentes: vel per delicias ventrem fouentes. Tabernaculi enim & tentorij proprium est fouere. Porrò* ἀνθοβαφὲς *vnum est pulchro colore ac suaui odore præditum, vel quod suauissimis floribus sit refertum. Lenocinia, Græcè* παγγανέα *, i. superfluos, curiosos ac multiplices apparatus. Precosum autem stercus per contemptum delicias vocat: preciosum quidem, quia principio cum summa auiditate expetuntur: stercus autem, quia concocti cibi in stercus excernantur.* Ἀκρασίαι *denig; immoderatio dicitur, quòd vsus necessitate minimè temperetur. Enimuerò cùm delicijs indulgere per se graue atq; vitiosum sit, tum multò indignius est, cùm alij interim fame opprimuntur. Quinetiam ipse Plato quodam loco* ληρήματα *Nugæ sunt, quidquid est superfluum tam in rebus, q̃ in verbis.*

Cultus deorũ ethnicis dignus.

Verùm hæc prophanis atq; ethnico fastui solenitatibusq; relinquamus: qui cùm ijs deorum nomen tribuant, qui sacrificiorum nitore oblectantur congruenter, perfectò cos helluando colunt, mali vtiq; malorum dæmonum & fictores & sacerdotes & cultores. At nos, à quibus Verbum adoratur, verborum delicijs (si quid tamẽ dandum est) indulgeamus, atq; ex lege diuina, & narrationibus, cùm alijs, tum ijs præsertim, quibus præsentis festi mysteria explicantur, voluptatem capiamus. Ita enim cõmodæ, minimeq; ab eo quod conuocati sumus, alienæ deliciæ nobis fuerint. An verò placet, vt quandoquidẽ hodierno die conuiuatoris munere perfungor, vobis egregijs conuiuis sermonem de his rebus, quàm fieri poterit lautissimum atq; magnificentissimum apponam, vt perspectum habeatis, quàm belle & indigenas peregrinus, & vrbanos rusticus, delicijs addictos homo à delicijs abhorrens, & opibus claros pauper ac domo carens alere queat?

NICETAS. *Verùm hæc, nimirum delicijs & ventris voluptatibus festis diebus indulgere, ad Gentilium referamus, qui cùm deos habeant sacrificiorum fumo gaudentes, nihil alienum faciunt cùm ventrem farciendo gratum ipsis cultum exhibere se arbitrantur. Fictores, vt quidem sibi videntur, deorum, reuerendi dæmonum. Ipsi enim per fabulosos sermones eos creauerunt, atq; vt dæmonibus deorum nomen tribuerent, auctores extiterunt. Et sacerdotes atq; antistites vtpote qui huiusmodi mysteriorum apud multitudinem magistri facti sint. Et cultores, Græcè* θεραπευτὰς *, vt ab ipsis dæmonibus initiati, atq; errorem edocti. At nos, q; Verbum, i. Dei Filium colimus & adoramus, in verbis delicijs (si modo quã q̃ delicijs tribuendum est) huic festo in sermone de Deo & sanctis, grauibusque narrationibus, quarum in numero huius quoque festi oratio reponenda est. Et enim sermonum deliciæ aptæ & congruentes futuræ sunt tum nobis, qui hospitalitate præditi sumus, tum ipsi etiam Verbo & Deo, qui nos ad festum suum conuocauit atq; congregauit. An vultis, vt quoniam ego conuiuatoris partes obeo, spiritualem verborum mensam copiosè vobis magnificeq; instruam: vt intelligatis, quo modo vos Constantinopolitanos ciues atq; indigenas & vrbanos & deliciarum studiosos diuitijsque conspicuos ego alere queam, qui ex alia regione huc ad vos peregrè decessi, quique rusticum tranquillitatem prius amplectebar, qui delicijs nequaq̃ indulgeo. Sed in paupertate vitam ago, ac domo careo? Illud porrò sciendum est, quod* ἄγροικος *& vrbanus est, qui ruri atq; in agris commoratur:* ἄστειος *autem rudis ineptus ac stolidus.*

Veræ deliciæ.

Hinc autem exordiar. ac vos quæso, & mentem, & aures, animumq; purgatum afferte, quicunq; huiusmodi delicijs studetis: quandoquidem quæ de Deo habetur, diuina quoque est oratio. Sic fiet, vt veris minimeq; euanescentibus delicijs expleti discedatis. Curabimus autem, vt oratio nostra simul & plenissima sit, & maximè compendiosa: vt nec defectu molestiam nec prolixitate tædium afferat.

NICETAS. *Ego quidem, inquit, à diuinitatis doctrina initium dicendi faciam. Vos autem, quemadmodum præmonui, diuinæ pro delicijs habetis, quandoquidẽ diuina est hæc oratio, nec fas est impuros, id quod purorum res, diuinæ pro delicijs habetis, quandoquidẽ diuina est hæc oratio, nec fas est impuros, id quod purorum est, attingere, puram mẽte & aure eam excipite: vt cibo non perenne, sed permanente satiati atq; expleti diuinitatis. Porrò nec prolixa oratio nostra futura est, ne longitudine tædium pariat: nec manca & imperfecta defectu suo molestiam afferat: verùm suam virtutem habitura est, vt scilicet cõpendiosa simul & absoluta sit. Illud aũt sciendum diuinitatis doctrinã hoc loco propositam, in secunda quoque Oratione de sancta Pascha ijsdem omnino verbis expressam haberi: ac merito quidem. Etenim in eo laborare, vt quæ semel recte dicta sunt, noua orationis forma enuncies, intempestiuæ ostentationis est. Antiquior est autem hæc de Natalitate oratio, quam de festo Paschæ conscripsit. Hæc enim apud Constantinopolim edita est: illa autẽ postquam se Archiepiscopali throno, vt ferunt, abdicasset.*

Deus & erat semper, & est, & erit: vel, vt rectius loquar, semper est. Nam Erat, & Erit, huius nostri temporis fluxæq; & caducæ naturæ segmenta sunt. Ille autem semper est, atq; hoc modo seipsum nominat, cùm in monte Mosi oraculum edit. Vniuersum enim id quod est in se complectitur, nec principium habens nec finẽ habiturus, estque velut pelagus quoddam essentiæ immensum & interminatum, omnem tum temporis tum naturæ cogitationem superans, mente sola adumbrabile, & quidem perexiguè ac perobscurè, nõ ex his quæ in ipso sunt, sed quæ circa ipsum: priusquã teneatur, effugiens, & priusquam intellectu percipiatur, seipsum fuga proripiens, tantùm principem nostri partem, eamq; àvitiorum labe purgatã hactenus collustrãs, quantũ fulgor oculorũ aciem raptim perstringit, celerrimeq; dilabitur. Hoc autem mea quidem sententia idcirco fit, vt quatenus comprehendi potest, nos ad se trahat (quod enim percipi omnino nequit, id nec sperat quisquam, nec assequi conatur) quatenus autem capi non potest, admirationem sui excitet, atq; ex ipsa admiratione vehementius expetatur, expetitus purget, purgãs autem deiformes efficiat, eoque prouectus iam velut familiares alloquatur (meruo ne hoc audacius à me dictum videri possit) Deus dijs vnitus & innotescens, ac tantùm fortasse, quantum iam eos, qui ipsi noti sunt, cognoscit.

NICETAS. *Platonis in Timæo hæc verba sunt, Erat & Erit temporis sunt species: quas etiam sempiternæ essentiæ non rectè tribuimus. Huic enim Est solùm verè conuenit. Ab eo igitur ista mutuatus Theologus ait, Erat & Erit huius nostri temporis fluxæq; & caducæ naturæ segmenta sunt. Nam cùm res humanæ in motu & fluxu sint, eiusmodi et iam earum tempus esse liquet. Huius pars alia præteriit: alia futura est. Nam Præsens ipsius nullo modo apprehendi potest. Ante quam enim cognitione perceptum sit, auolat atq; dilabitur. Nunc enim est. Illud porrò momentaneum ac diuisionis expers. Rerum diuinarum aliæ est ratio, quæ cùm omni motu careant, profectò sæculum quoque ipsarum firmum & constans atque vniforme esse ne cesse est. Αἰὼν enim ἀπὸ τοῦ ἀεὶ, id est, ab eo quod semper sit, nominis etymologiam sumit, quemadmodum* Χριστὸς *id est, tempus ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, i. ab eo quod fluat. Quocirca rebus ijs, quæ in tempore sunt ac principium habuerunt, Erat & Erit conueniunt. Verbi causa, Pater meus heri erat, hodie ego, & cras meus filius. At Deus semper est, & vt cum diuiniloquo Dionysio dicam, vniuersam essentiam in seipso complectitur. Ego enim, inquit Scriptura, sum primus, & ego postea, & ante me non est alius Deus, nec post me futurus est. Tota enim essentia illius nec principium habens, nec finem habitura, quasi vastum quoddam pelagus essentiæ est, immensum quidem & infinitum, vt principio ac fine carens: interminatum autem, vt nec loco nec definitione ipsius naturam declarante circunscriptum. Deus enim omnem cogitationem excedit, tempore quidem, vt pote infinitus: naturæ autem vt pote interminatus. At verò mens haud immeritò, vt Dei imago, pertenuem quandam & perobscuram contemplationem accipit. Adumbratur autem mente Deus, non ex his quæ in ipso sunt, sed quæ circa ipsum sunt, id est non ex propria natura & essentia: nec enim ipsa vllo modo comprehendi atq; intelligẽtia percipi potest: verùm ex effectis, hoc est creaturis, atq; ex gubernationerum & prouidentia. Nam per Dei actiones atq; opera subuecti atq; in sublime rapti, ac per creaturas Creatorem animo concipientes, ad bonitatis ipsius & sapientiæ cognitionem peruenimus (hoc enim de Deo cognosci potest, quod Deus omnibus mortalibus patefecit) atq; aliam speciem & imaginationẽ ex alia re ad vnius veritatis simulachrũ ac similitudinẽ colligamus. Quandoquidem spiritualis lucis ac diuini splendoris præsentia, vt magnus in diuinis rebus Dionysius loquitur, eorum, qui huiusmodi gloria & contemplatione digni habiti sunt, mentem à multis variisq; opinionibus atq; imaginationibus ad id quod verè est, hoc est ad Deum conuertit, ac multiplicia visa, vel, vt aptiori vocabulo vtar, imaginationes ad vnam veram & puram atq; vniformem cognitionem colligit. Atque etiam hoc & exile veritatis simulachrum non modò cùm intellectũ fuerit, tenerinõ potest, sed ne plenè quidẽ atq; perfectè intelligi: vt enim cognosci incipit, statim se proripit, non secus ac fulgetrum, quod priusquam plenè conspectum fuerit, auolat, atq; oculos fugit. Quam autem ob causam ita Deus intelligitur, vt tamen plenè percipi ac cõprehendi nequeat? Meo quidẽ iudicio, vt per id quod aliquatenus cernitur, atq; obscurè cognoscitur, nos ad se trahat: per id aũt quòd aliquatenus cerni nec tamen perfectè comprehendi possit, nos in sui admirationẽ trahat, atq; admirationẽ sui excitans (ex eo scilicet quòd intellectus nostri captum fugiat) ardẽtius ametur & desideretur, desideratus defideret purget, ac deiformes efficiat: cumq; eò peruentũ fuerit, iam familiariter colloquatur Deus verus & naturalis cum ijs, qui secundũ gratiã dij appellantur, nobis, prout quisq; purgatus fuerit, diuinos cognitionis suæ fulgores inferẽs, tantumq; innotescens atq; imaginandum se præbens, quantũ ipse quoq; eos qui propter animi puritatẽ innotescunt, cognoscit. Adiunxit aũt, Fortasse, admitigandũ id quod dixerat, Deũ à nobis pro purgationis ratione comprehendi. Neq; enim quisq̃ ita Deum cognoscere potest, vt ab ipso cognitus est. Hoc aũt ab Apostolo mutuatus est, de futura vitæ statu in hæc verba ad Corinthios scribẽte, Nũc cognosco ex parte, tunc aũt agnoscam sicut & agnitus sum. Quod quidẽ sic exposuit Chrysostomus, Quemadmodum Christus hic ad me accurrit, meq; necessitudine sibi adiunxit: eodem modo ipse quoq; tunc ad eum* accu-

1. Cori. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accuratam. Illud autem, Sicut agnitus sum, idem est ac si diceret, Sicut ipsi necessitudine iunctus sum. Nam secundum illius necessitudinis rationem, qua in hac vita cum eo coniuncti fuerimus, tunc eum cognoscemus, alij plenius, alij exilius. Quemadmodum enim si rex quispiam infantem in diuio prouolutum nactus eum sustulerit atque adoptauerit, omniáque gloria atque honore cumulauerit: tum quidem vt in ea ætate quantum beneficium acceperit, nescit, ac proinde nec tanti beneficij authorem, sicut verisimile est, amore complectitur: at postea quam ad virilem ætatem peruenerit atque intellexerit è quo statu atque fortuna ad tantam dignitatem subuectus fuerit, tum verò eum, à quo tanto honore affectus fuit, suspicit atque amore prosequitur: consimili modo nos quoque, qui in hac vita quantum ad cognitionem & scientiam infantes sumus, quam in futuro seculo perfectionem assecuti fuerimus, tum demum cognoscemus, quo modo agniti, hoc vt quo modo dilecti fuerimus.

Immensus itaque & infinitus est Deus, contemplatuq; difficilis, idque solùm in eo planè comprehendi potest, quòd immensus, & infinitus sit: existimet licet quispiam eum, quia simplicis naturæ sit, rationem hanc habere, vt vel nullo omnino modo, vel plenè perfectéq; comprehendi queat. Quid enim ille sit, qui naturâ simplicem habet, exquiramus. Neq; enim simplicitas illi natura est: quemadmodum nec compositis sola compositio.

NICETAS. Diuinitas, quantum ad naturam, incomprehensibilis est: ægrè autem comprehensibilis, quantum ad ea quæ circa ipsam sunt, hoc est consilia & gubernationem atq; opera: comprehensibilis autem, quantum ad immensitatem & infinitatem: quantumuis Eunomius existimet Deum, quia simplex sit, non quaquam ægrè comprehendi animiq; contemplatione percipi posse, sed vel prorsus incomprehensibilem, vel prorsus comprehensibilem, vt pote partibus carentem, omniq; ex parte sui similem. In composito enim simplicitas, inquit, id locum habet, vt res aliqua partim intelligatur, partim incognita maneat. Huius autem sententiæ deliramenti hæc est solutio. Simplicitas in Deo naturæ rationem non habet, vt ex ea quispiam colligat, eum, quia simplex sit, vel prorsus, vel nullo modo comprehendi posse. Verùm aliud est diuina natura, aliud simplicitas autem circa naturam consideratur. Quocirca quærendum prius est, quid sit Deus quantum ad naturam, quàm de simplicitate loquamur, quæ naturam consequitur. Quare nihil prohibet, quò minus diuina natura & incomprehensibilis, & comprehensu difficilis Deus dicatur.

Immensitas bifariam consideratur.

Iam verò cùm immensitas bifariam cõsideretur, tum secundum principium, tũ secundum finem, cùm in supernum profundum mens aspexit, non habens vbi cõsistat, speciebusq; illis, quas de Deo concipit, innitatur: immensum hoc atque inaccessibile anarchum, hoc est prinpio carẽs appellauit: cum autem ad inferiora hæc & posteriora aspectum conuertit immortale atque interitus expers: cùm verò vtrumque contraxerit, & collegerit, æternum. Æternitas enim nec tempus est, nec temporis pars vlla: nec enim in mensuram cadit: sed quod nobis tempus est solis motu definitum, hoc æternis æuum est, minimum illi quasi temporalis quidam motus & interuallum, quod simul cum æternitate extenditur.

NICETAS. Rostquam Deum immensum esse pronunciauit, nunc quid sit immensum ostendit, primum id quod principio & fine superius est, qualis Deus solus est. Cum igitur ad superiora secula cogitatione subuecti fuerimus, atq; in diuinæ vitæ immensitatem velut in vastissimum quoddam pelagus prospexerimus, quia nullum principium, ex quo originem duxerit, arripere possumus, sed exteriorem semper ac subiectiorem cogitatione nostra Dei vitam esse animaduertimus, ideo ab eo quòd principio careat, ἀνάρχον, i. principio carentem appellauimus. Rursus cùm ad succedentia & inferiora hæc secula mentem extenderimus, ac Deo respondere appellauimus. Rursus cùm ad succedentia & inferiora hæc secula mentem extenderimus, ac Deo respondere appellauimus, tam nullo termino definitam esse videmus, interminatum illud atq; immensum nec fine vllo circumscriptũ, tam immortale atq; interitus expers nominamus. Cùm autẽ & principij carentiam ex superiori tempore, & immortalitatem ex inferiori collegerimus, tum verò Deum ἀίδιον, i. æternum dicimus. Nam æternitas seculum in Deo nec tempus est, nec dimensis temporibus hoc est diebus ac mensibus subiacet: verùm quemadmodum tempus hoc nostrum solaris cursus mensura definitur: sic infinita illa protractio, quæ sempiternis rebus ineest, seculum ipsis efficitur, quasi temporalis quidam motus & interuallum. Illud autem, Quasi quædam, adiecit Theologus, quòd exactam numerisque omnibus absolutam seculi seu æternitatis descriptionem proferre non posset.

Atque hæc nobis in præsentia de Deo dicta sint. Neq; enim plura disserere huius est temporis: quandoquidem nobis hoc loco non de Dei natura, sed de eius consilio ac dispensatione instituta est oratio. Deũ porrò cùm dico, Patrem & Filium & Sp. sanctum dico, nec vltra hæc diffusa diuinitate, ne deorum turbã inducamus, nec rursus intra hæc finita atque restricta, neue atque interitus expers: cùm verò vtrumque contraxerit, & collegerit, æternum. Æternitas enim nec tempus est, nec temporis pars vlla: nec enim in mensuram cadit: sed quod nobis tempus est solis motu definitum, hoc æternis æuum est, minimum illi quasi temporalis quidam motus & interuallum, quod simul cum æternitate extenditur.

Deus Trinus.

NICETAS. Rostquam Deum immensum esse pronunciauit, nunc quid sit immensum ostendit, primum id quod principio & fine superius est, qualis Deus solus est. Cum igitur ad superiora secula cogitatione subuecti fuerimus, atq; in diuinæ vitæ immensitatem velut in vastissimum quoddam pelagus prospexerimus, quia nullum principium, ex quo originem duxerit, arripere possumus, sed exteriorem semper ac subiectiorem cogitatione nostra Dei vitam esse animaduertimus, ideo ab eo quòd principio careat, ἀνάρχον, i. principio carentem appellauimus. Rursus cùm ad succedentia & inferiora hæc secula mentem extenderimus, ac Deo respondere appellauimus, tam nullo termino definitam esse videmus, interminatum illud atq; immensum nec fine vllo circumscriptũ, tam immortale atq; interitus expers nominamus. Cùm autẽ & principij carentiam ex superiori tempore, & immortalitatem ex inferiori collegerimus, tum verò Deum ἀίδιον, i. æternum dicimus. Nam æternitas seculum in Deo nec tempus est, nec dimensis temporibus hoc est diebus ac mensibus subiacet: verùm quemadmodum tempus hoc nostrum solaris cursus mensura definitur: sic infinita illa protractio, quæ sempiternis rebus ineest, seculum ipsis efficitur, quasi temporalis quidam motus & interuallum. Illud autem, Quasi quædam, adiecit Theologus, quòd exactam numerisque omnibus absolutam seculi seu æternitatis descriptionem proferre non posset.

Atque hæc nobis in præsentia de Deo dicta sint. Neq; enim plura disserere huius est temporis: quandoquidem nobis hoc loco non de Dei natura, sed de eius consilio ac dispensatione instituta est oratio. Deũ porrò cùm dico, Patrem & Filium & Sp. sanctum dico, nec vltra hæc diffusa diuinitate, ne deorum turbã inducamus, nec rursus intra hæc finita atque restricta, neue diuinitatis inopia premi iudicemur, vel propter vnius principatum in Iudaismũ incidentes, vel propter effusam deorum multitudinem in Gentilismum incurrentes. Nam vtrobiq; malum æquale est, tametsi in contrarijs reperiatur.

NICE-

NICETAS. Sufficiunt, inquit, ea quæ de Deo dicta sunt. Neque enim hoc loco diuinitatis doctrinam explicare proposui, sed incarnationis ac summissionis Christi consilium oratione cõplecti. Porrò diuinitas nõ vltra tres personas progreditur, nec rursus intra tres personas cõtrahitur atq; circunscribitur. Hoc enim in dici erroris est vnã tantum personã agnoscentis, ac diuinitatis egestas & penuria. Eiusdem enim impietatis est, & per vnius personæ affectionem Iudaismo fauere, & per multarum adstructionem Gentilismo patrocinari: tametsi ea in contrarijs reperiantur. Vnum enim multitudini aduersatur, ac vicissim multitudo vni contraria est. Id autem idcirco dixit Theologus, quòd contraria ea quæ medio carent, hanc rationem habere sciret, vt si alterum fugiendum sit vt malum, alterum omnino expetendum sit vt bonum: at in cõtrarijs, quæ medium admittunt, vtrunq; extremum fugiendum esse vt excessum ac defectum. Verbi causa intemperantiam & stupiditatem animi ab omni voluptatis specie abhorrentis æque fugiendas esse, temperantiã aũt q̃ mediũ inter eas locum tenet, amplectẽdam. Ergo eodem modo hic quoq; Gentilismus & Iudaismus inter se pugnant ac reprehenduntur, vt excessus & defectus: At Christianismus vt medium in laude ponitur.

Ephes. 4.

Sic nimirum sancta sanctorum, quæ etiam ab illis Seraphim obteguntur, ac tribus sanctificationibus celebrantur in vnã dominationem diuinitatemque coeuntibus: quemadmodum & alius quidam ante nos pulcherrimè & sublimissimè philosophatus est. Quoniam autem summo illi bono nequaquam satis erat suæ ipsius solùm contemplatione moueri, sed bonum illud diffundi ac propagari oportebat, vt plura essent, quæ beneficio afficerentur (id enim summæ bonitatis erat) primùm angelos & cœlestes spiritus cogitauit: atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo conficiebatur, ac Spiritu explebatur. At que ita secundi splendores procreati sunt primi splendoris administri: gestit quidẽ animus dicere ad malum immobiles atq; ad bonum duntaxat agitationem ac propensionem habentes, vt pote Deum circunstantes, ac primario Dei fulgore collucentes (hæc enim inferiora secundariæ collustrationis sunt) verùm vt non omninò immobiles, sed ægrè mobiles existimẽ ac dicam, mihi persuader ille ob splendorẽ Lucifer, qui propter superbiam caligo effectus est, ac nominatur, & subiecti ei rebelles angeli, qui per boni fugam vitij architecti eiusdemque nobis authores extiterunt.

Angelorũ creatio.

Lucifer.

NICETAS. Sic, inquit se habet sancta Trinitas, quam ego Sancta sanctorum voco, vt omnem sanctitatem in se complectentem quæ quidem & à Seraphim contegitur (porro incognita illa & occulta diuinitatis magnitudo per alarum complicationem designatur) ac tribus sanctificatibus atq; vna dominatione celebratur. Nam iuxta magnum Athanasium eximia hæc animaliater dictionem hanc Sanctus proferẽtia, tres personas absolutè ostendunt: rursus eo quòd semel duntaxat nomen hoc Dominus clamant essentiam vnam declarant. Quoniam autem summo illi bono hoc est Deo: qui essentiale bonum est, nequaquam satis erat suæ ipsius solum contemplatione moueri, i. seipsum contemplari atq; intelligere. Sed diffundi ac propagari bonũ illud oportebat, hoc est, vnum Deum pro ratione eorum, quæ ipsius capacia essent, per bonorum suorum communicationem diffundi ac multiplicari. Quod autem ait, Oportebat, non necessitatem affert, sed opificis voluntatem subindicat. Ipsa enim lex est congruentissima. Quoniam, inquit, ita oportebat, primùm vt ordo quæ fiunt, causam Patrem esse, effectricem verò Filium, perfectricem autem Sp. sanctum: ita vt Patris quidẽ voluntate administri spiritus existant: actione verò vtig in rerum naturam producantur: Spiritus aũt præsentia perfectionem & expletionem accipiant. Perfectio autem angelorum illuminatio & sanctificatio est, atq; in ea permansio. Verbo enim, inquit ille, Domini cœli firmitati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Angelos porrò vel ignem materia & corpore carentẽ esse existima (iuxta illud Dauidis, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis) siue aliam quãdam naturam impatibilem, & motus expertem ac tenuem & simplicem ab ijs quæ commemorauimus non longè remotam, hoc est ab igne & spiritu. Cauendum enim tibi est, ne corporeum quiddam de angelis animo concipias. Ac vellem quidem mihi dicere liceret, angelos ad malum omninò immobiles, vt pote Deo propinquos, ac primario ipsius fulgore collucentes. Sed vt eos ægrè mobiles existimem ac dicam, mihi Luciferi dæmoniumq; prolapsus persuadet, q̃ quidem ab habitu illo, quo ad bonum ferebantur, auersi, ac per suum à bono discessum & fugam malum fabricari (neq; enim vlla alia est malisubsistantia, q̃ separatio à bono) cogitationes suas omnes & studia eo contulerunt, vt alios quoq; ad mali consortium societatemq; pertrahant.

Psal. 32. Psal. 103.

Sic igitur atque ob has causas intelligilis mundus ab eo creatus est, quantum quidem ipse de his rebus philosophari queo, exigua oratione res magnas perpendens. Posteaquam autem primas creationis partes præclarè constitutas vidit, alterum mundum cogitauit, materia constantem & aspectabilem, nimirum, hanc ex cœlo & terra & his rebus, quæ eorum complexu continentur, coagmentationem & concretionem, laudandam illam quidem ob singularum partium elegantiam, sed magis laudãdam ob miram omnium partium concinnitatem atque concentum,

Mundi humani visibilis creatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia re videlicet cum alia quadam pulchrè quadrante, atque omnibus cum vniuersis, ad vnius mundi ornatum omnibus numeris absoluendum: vt perspicuum faceret, se non modò sibijpsi cognatam & propinquam naturam, sed etiam omninò alienâ posse procreare. Diuinitatis enim propinquæ sunt intellectiles naturæ ac mente sola perceptibiles alienę: autem penitus, quę-cunq; sub sensus cadunt, atq; his adhuc remotiores, quæ vita omni & motu carent. Sed quid hac oratione opus est dixerit fortassè quispiam ex his, qui erga festũ amantius affecti acriorią; natura præditi sunt? Stimula equum ad carceres. De ijs quæ huius festi sunt, pertracta: & ob quæ hodie affidemus. Hoc equidem faciam, etsi paulò altius exorsus sum.

NICETAS. *Sic, inquit, intellectilis mũdus creatus est, hoc est primo ordine, & vnica cogitatione, atque ob has causas, hoc est non ppter necessitatem, sed propter bonitatẽ solã, & quia bonum illud permanere ac propagari oportebat. Postq; aũt cœlestia ita creata præclareq; constituta sunt, nec enim aliter contingere poterat, mundũ quoq; aspectibilem atque ex materia constantem moliri & efficere voluit. Est aũt mundus, secundum Aristotelem, compages ex cœlo & terra ijsq; naturis, quæ eorum ambitu continentur. Ac compages quidem & coagmentatio dicitur, quòd ex his æstuet & cõpleatur. σύνταξις autem ac velut ἁρμογὴ, hoc est commixtio propter elementa, quæ non modò proprias sedes habent, sed etiam inter se communiscentur. Quanq; enim ea locali situ ac natura discreta ac separata sint: tamẽ mutuæ relationis necessitudine coniũguntur. Et cùm singula creaturæ separatim cõsiderata laudabiles sint: tum verò ob mutuã eorum inter se relationem laudabiliores conspiciuntur. Ignis calidus & siccus est: Aër calidus & humidus: Aqua humida & frigida: Terra frigida & sicca. Ignis porrò tametsi per se admirabilis existat, admirabilior tamen est ipsum cum aere mixtio: Aëris item cum Aqua: Aquæ rursus cum Terra. Atq; omnia ad mundi coagmentationem sibi inuicem conferunt, naturaq; suæ & vtilitatis rationes habent, & si mẽtũ nostrã capta hebetiores sint. Porrò hunc quoq; sensibilem mundum Deus produxit, vt se non modò intellectilem mundum efficere posse ostenderet, sed etiam corporeum atq; à se alienum. Cognationem enim quandam cum Deo habent, quatenus corpore vacant, ac sola mente comprehenduntur: contrà procul à Deo remotæ & alienæ naturæ omnes, quæ in sensus cadunt, atq; his etiam remotiores sunt, quæ anima carent. Caterum aliena à Deo & peregrinæ huiusmodi creaturæ dicuntur, secundum naturam, & quia nullam similitudinis rationem cum eo habent. Nam alioquì quantum ad creationis & prouidentiæ rationem haud quaquam ab eo eiusq; bonitate alienæ sunt. Sed dixerit mihi quispiam id quod vulgari prouerbio tactũ est. Quis tu qui equum ad carceres, ita orationem quoq; ad instituta materiam, ob quam conuenimus & affidemus, similas? Hoc nimirum faciam, et si à diuinitatis doctrina exorsus sum, à cupiditate videlicet seruandi pertractũ. Nam me de diuinitate disserere cupientem huc traxit oratio. Etenim cùm de humanitate assumpta consilio dicturus essem, qua ipsius causa extiterit, exponendum fuit, nempe hominis transgressio. Quã ob rem illud etiam adijcere oportuit huiusce transgressionis autorem diabolum fuisse: atq; hoc præterea, diabolum nequaquam à Deo talem creatum fuisse, verùm in deterius immutatum & peccatum inchoasse, & aliud peccandum adduxisse.*

Enimuero mens iam & sensus sic inter se discreta finibus suis se continebant, esse ctorisq; Verbi maiestatem in seipsis ferebant, taciti laudatores insignis opificij, & canori præcones. Nondum autẽ vtriusq; temperatura vlla erat, aut contrariorum mixtura, quæ sublimioris sapientiæ ac circa naturarum creationem varietatis & excellentiæ specimen exhiberet, nec omnes bonitatis diuitiæ notę atq; spectatę erant. Hoc igitur cùm artifici Verbo visum fuisset ostendere, animal vnum ex vtroq;, hoc est ex inuisibili ac visibili natura fabricat, nępe Hoïem, atq; à materia, quę prius iam creata erat, accepto corpore, à se autem spiraculum inserens, (quod quidem intellectualem animam & imaginem Dei Scriptura vocat) velut secundum quendam & alterum mundum, in paruo magnum, in terra constituit, angelum alium, mixtum adoratorem, visibilis naturę spectatorem, intellectilis mysten, eorum quidem, quæ in terra sunt, regem, è cœlo autem imperium accipientem, terrenum & cœlestem, caducum & immortalem, visibilem & intelligibilem, medium inter magnitudinem & deiectionem, eundem spiritum & carnem, spiritum propter gratiam, carnem ob superbiam. Illud vt maneat actiuum beneficium, nefactorem concelebret, hoc vt vexetur ac vexatus commonefiat, & de magnitudine sibi placens erudiatur ac coerceatur. animal hic variè gubernatum atq; alio migrans, &, quod mysterij extremum adimplens, animi ad Deum nutu & subiectione diuinitatem assequens. Eo enim mihi redit exiguus in hac vita splendor veritatis vt Dei claritatem & videam & sentiam dignam eo, qui & constrinxit & diffudit, ac rursus excellentius sublimiusque constringet.

Hominis creatio. Gen. 1. 2. Adamus vex harum verum inferiorum.

NICETAS. *Per mentem Theologus intellectilem ornatum, id est, angelos intelligit: per sensum autem mundum hunc sensu perceptibilem. atq;. Sensibilis atq; intelligibilis mundus in effectrice quidẽ mente simul erant: cùm autem produci isunt, tunc etiam inter se discreti sunt, hoc est, separatim creati. Atque vterque intra fines suos consistebat, hoc est intelligibilia, intelligibilia solùm erant, & sensibilia solùm sensibilia, nec inter se commiscebantur, ac pulchritudine & magnitudine sua Creatoris potentiam, sapientiamq; tacitè prædicabant. Nondum autem vlla erat ex vtroq; temperatura, nec contrariorum mixtura, hoc est, intelligibilis sensibilisq; mundi, quoadusq; homo ex anima intelligibili ac terreno corpore conditus est. Porrò animæ & corporis temperatura dicitur, vt intelligamus animam nostram, vt vinum aqua, sic toto corpore attemperatam esse. Mixtura autem, quia morte separatur. huiusmodi enim sunt quæ miscentur, vt hordeum & triticum. Iam verò Deus hominem fabricatur, partim ex materia terræ iam primo die facta, partim ex anima ipsi à se inspirata, hoc est, ab effectrice ipsius potentia, idq; ex nihilo ac non ex praiacente materia: eumq; in terra constituit magnum mundum in paruo mundo, hoc est, sensibili. Paruus enim est hic mundus, si cum homine, cuius causa omnia facta sunt, conferatur. Id enim cuius causa aliquid fit, maius est & excellentius eo, quod propter aliud quiddam efficitur. Atq; eum omnium rerum sublunariũ regem constituit, vt creaturis omnibus à se productis dominaretur: propter corpus quidem, terrenum & caducum ac visibilem: propter animam autem, cælestem & immortalem atq; intelligibilem. Medium inter magnitudinem & deiectionem, hoc est, inter mortem & immortalitatem, vtrum horum sequi atq; amplecti vellet, arbitrio ipsius relinquens. Quanquam enim homo natura mortalis esset, vt pote ex non existente factus: tamen propter ipsius cum sempiterno Deo similitudinem hac erat conditione, vt si eam integram seruasset (nimirum omni mentis inclinatione ad eum tendens) naturalem interitum retudisset, & immortalis perstitisset, ac tandem, vt Deus vixisset. Veletiamhæc verba, Medium inter magnitudinem & deiectionem, hoc sensu explicanda sunt. Homo delectus simul & magnus est, ac duorum horum est particeps, nimirum magnitudinis propter animam, deiectionis propter corpus. Atq; idem & Spiritus & caro est, vt si quando propter mentem sese animo extulerit, ac de se magnificè senserit, atque inani gloria & fastu cristas fustulerit, propter terram rursus animo contrahatur, moderatusq; de se existimet. Porrò autem in consortio Dei & materiæ positi per declinationem ad materiam crassi ac terreni efficimur: per mentis autem ad Deum erectionem diuini atque etiam dij nominamur. Ita subiecto ad Deum, præsentis laboris atque industriæ opus est: deificatio autem futuri sæculi præmium. Exiguus enim veritatis splendor, qui in terra cõtingit, id est, exiguus ac tenuis scientiæ radius eò tendit. Quò tandem? Nimirum in hoc vt tunc Dei claritatem & videamus & sentiamus, id est, vt secundum eam efformemur atq; illustremur.* Hoc sciendum, animam rationalem ea facultate præditam esse, vt corperi augmentum sensum ac vim gigendi asserat, nec aliam mentem circa se habere. Mens enim, vt testatur Damascenus, purissima animæ pars est. Hæc quia in solo Reginæ codice habentur, nec magnopere ad rem faciunt, à reliquo interpretationis contextu separanda duxi. Hæc Billius.*

Liberum hominis arbitrium. Paradisus terrestris.

Hunc arbitrij libertate donatum, vt bonum non minus illius esset, qui elegisset, quàm eius qui semina præbuisset, in paradiso, (quicunque tandem erat paradisus ille,) collocat plantarum immortalium cultorem, hoc est, fortassè diuinarum cogitationum tam leuiorum quàm perfectiorum, nudum quantum ad simplicitatem & vitam arte & fuco carentem atque omnis integumenti & munimenti expertem. Talem enim esse conueniebat eum, qui primùm esset creatus. Ac legem quasi materiam libero arbitrio porrigit. Lex præcepta. autem illa præceptum erat, quo præscribebatur, tum quibus arboribus ei vtendum esset, tum à qua manus abstinendæ. Ea autem erat scientiæ arbor, non illa quidem aut malè à principio consita, aut per inuidiam interdicta (ne illuc linguas suas Dei hostes injiciant, nec serpentem imitẽtur) sed bona quidem tempestiuè percepta. cõtemplationis enim (vt ipse contemplando assequor) hæc arbor erat, ad quam ijs solis tutus est ascensus, qui animi habitu perfectiori sunt: nequaquam autem bona simplicioribus adhuc animis, atque appetitu auidiori præditis, quemadmodum nec perfectus ac solidus cibus ijs conducit, qui tenera adhuc sunt ætate, lacteque opus habent. Postquam autem diaboli inuidia & mulieris insultu, quem & vt mollior passa est, & vt ad persuadendum accommodatior admouit (ô infirmitatem meam: meam enim duco primi parentis infirmitatem) accepti mandati oblitus ab acerba illa esca victus est: simul & à ligno vitæ, & à paradiso, & ab ipso Deo propter peccatum extruditur, & pelliceas tunicas induit, hoc est fortassè crassiorem carnem & mortalem ac refractariam: primumq; turpitudinem suam infamiamque cognoscit, & à Deo se abscondit. Atq; hic quoq; tñ mortem ac peccati præcisionem eluctatur, ne malum immortale esset. ita pœna ipsa in misericordiã cecidit. Sic enim Deum supplicia inferre existimo.

Cur Eua se ducta potius quã Adamus.

Gene. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NICETAS. Sedem, inquit, atq; habitationem Deus homini paradisum assignauit, quicunq; tandem erat paradisus ille siue sensibilis siue intellectilis, atq; vt Sirach ait, Dimisit eum in manu consilij sui, hoc est arbitrij libertate donauit, vt bonum, quod ab ipso præclarè gereretur, commune esset & Dei, à quo capax boni creatus fuerat, & hominis, qui virtutem elegisset, atq; assecutus esset. Mea autem sententia paradisus, beata & cœlestis vita est, in qua homo constitutus diuinas cogitationes quasi plantas excolere iussus est, via tantùm perfectiore arbore ipsi interdicta, quæ in se discretionem boni & mali habebat. *Improbat Augustinus cap. 22. lib. 13. de Ciuit. Dei, eorum opinionem qui vel corporeum tantùm vel spiritalem fuisse hunc paradisum existimarũt: atq; salua veritate narrationis historicæ de corporali loco posse spiritale aliquid intelligi. Billius. Arbor autem illa (vt ipse contemplando assequor) Dei contemplatio erat, perfectiorque ipsius cognitio ac iucunda fruitio. Porrò scientiæ boni & mali arborem dixit propter variæ multiplicitatisque speculationis & contemplationis distinctionem. Hæc porrò propriæ cuiusque naturæ vel etiam Dei agnitio, perfectis quidem atque altius in contemplatione proiectis bona est, vt pote ex sese opificis excellentiam declarans, qs inquam, quibus ob eiusmodi contemplationis habitum diuturno tempore comparatum nulla amplius in deterius prolapsio metuenda est. Arbor autem vitæ dicitur, quoniam diuinæ participationis suauitas ei qui hunc fructum percipiunt, vitam nulla morte interruptam affert. Quod etiam omne lignum à Deo vocatur, De omni ligno, inquit, quod est in paradiso, comedes. Illud enim omne est, per quod & in quo rerum vniuersitas coagmentata & constituta est.] Ergo adultis quidem atque perfectis conueniebat perfectior cognitio: at incipientibus tam grauis & inutilis erat, quàm grauis & noxius paruulis esse solet solidus cibus. Iam verò triplici ratione nudus erat homo, tum quia morum simplicitate præditus erat, tum quia multis artibus ipsius vitam instructa erat, tum quia vestimentis carebat. Nam polit legem violatam versutia malitia & artibus ipsius vitam instructa erat, tum quia vestimentis carebat. Nam polit legem violatam versutia malitia & artes ac vestes extiterunt. At verò scientiæ lignum naturâ quidem bonum erat, vsu autem ita demum bonum, si tempore suo perciperetur, alioqui malum, si intempestiuè. Adhæc nudus erat homo, vt carnis & corporis expers, verùm vt eam temperaturam non habens quæ crassiorem carnem redderet, ac contrarijs & perniciosis qualitatibus distractam atque dissolsam. Planè enim ita viuebat, vt bonam habitudinem naturalem ipsi essentialiter inditam haudquaquam afflaret, hoc est ex obscurorũ corporis meatuum egestione minueretur, atque essentia velut exhauiretur: verùm eodem semper modo se haberet, absque fluxu atque influxione, continuaque ad vtrumque horum secundum qualitatum dominationem alteratione. Liber etiam nominabatur, vt pote immortalitatis illius, quæ diuina gratia accipitur, haudquaquam expers. Nec verò amictum vllum requirebat, tum quòd propter insitam affectuum immunitatem, insuetam nullam exrimescereret tum quòd nec caloris nec frigoris iniurijs obnoxius esset. At verò diabolus mollitiem animaduertens *cessilemque & lubricam ad virtutem facilitatem, fraudem introduxit. Mollis enim ac misericordiæ plena muliebris natura producta est, vt ad infantes libenter alendos misericordia impellatur. Hanc igitur ad hunc modum circumuentam, ipsumque etiam Adamum eius operâ ad illicitum scientiam pertractum (quæ acerbam pœnam habebat, nimirum mœrorem ac mortem) paradisi exturbauit, pelliceis tunicis indutos, quibus crassities & duritiem mortalisque hominis conditio designatur. Tenuius enim primò corpus erat, vt pote medium inter mortale & immortale. Ac tum demum in corporis cupiditatem delapsi sunt, ac se nudos esse cognouerunt, atque erubuerunt. Porrò nudos se cognouerunt non tam à vestimentis, quàm quòd diuinarum rerum contemplatione spoliati erant, ac mentem ad contraria traduxerant. Duplex autem est cognitio, altera quæ res præcedit, ac diiudicatrix dicitur, qua etiam ante perceptum lignum præditus erat Adam: altera quæ rebus ipsis inest, atque Actiua nuncupatur, quam degustato ligno insuper adeptus est. At mors etiam ipsi beneficij causa irrogata est, vt qua peccatum interciderit. Neque enim expediebat hominem nondum vlla tentatione probatum immortalitatem consequi: ne in superbiam incideret, ac iudicium diaboli. Ille enim propter immortalitatem, qua præditus erat, spiritu eaquam voluntate mentisque proposito superbè se extulit, immutabilem in malo firmitatem habuit. Ergo vt propter improbam voluntatem Adamus peccauit: ita propter peccatum in mortis necessitatem incidit. Stipendia enim peccati mors. Quantùm enim à vita recedebat, tantùm ad mortem accedebat. Deus enim vita est, mors autem vitæ priuatio. Ita per recessum à Deo mortem sibi Adamus accersiuit: non autem eam Deus creauit. Nec tamen idem corporis animæque solutionem prohibuit, ne peccatum nostrum immortale seruaret: perinde ac si quis vas testaceum rimis perfluens in ignem imponere tanti per recusset, dum ipsius vitium noua fictione atque instauratione sanauerit. Nequaquam autem bona simplicioribus adhuc animis, atque appetitu auidiori præditis, quos ob incertam & infidam in bono perseuerantiam, minusque firmi, atque appetitu auidiori præditis, quos ob incertam & infidam in bono perseuerantiam, minusque firmam in vnico illo bono constantiam proprij corporis cura & solicitudo ad seipsam reuocare ac retrahere solet. Atque etiam magnus Athanasius hunc locum exponens sic fere ait: Homines meliora atque excellentiora aspernati, atque eorum cognitionem præmeditationem auersati, ad ea, quæ propria ipsis erant, quærenda, fuerunt diosius incubuerunt. Propinquiora porrò ipsis erant corpus atque ipsius sensus. Ex quo factum est, vt mente ab ijs rebus, quæ animo & intelligentia cernuntur, auersa, seipsos considerare atque intueri cœperint ipsos

Ecclesiastici 15.

Hæc, quæ parentheſi inclusa vides in nostro Niceta non habentur. In Regina tamen codice legũtur.

Cur Adamus nudus erat.

χρηματίζων ἀλλοδαπῶς.

1. Tim. 3.

Rom. 6.

ipsos porrò intuentes, corpusq; & corporis sensus amplectentes, atq; vt in proprijs bonis hallucinantes suiipsorum cupiditate exarserint, suaq; nimirum bona contemplationi in diuinis rebus positæ præferentes. Ac propinde cùm à propinquioribus rebus animam abducere nollet, eò miseriæ prouoluti sunt vt & corporis voluptatibus animam suam concluderent, omnisq; generis cupiditatibus perturbatam atque immersam, & potentiæ diuino beneficio ipsis primùm concessæ obliuiscerentur. Quandiu enim Adam ad Dei contemplationem mente ferebatur, corporis curæ nullo modo angebatur: at postea quàm seipsum intueri cœpit, crassior iam terrenusque factus est. *Cessilemque) ὑπτιαν & locus in vtroque exemplari Reginæ codex habet, ἢ τὸ ἐυστροφον τῆς περὶ ἀρετὴν ὑποκλίσεως τῆδε ἢ ἐκεῖσε ἐπιτηδειότητος. quem nos secuti sumus. quanquam non ἐκεῖσε sed ἐκεῖνον legendum puto propter sequens verbum ἐυστροφικὸν. In meo Nicetæ aliter legitur. καὶ τὸ ἐυστροφὲς τῆδε πρὸς ἀρετὴν ὑποκλίσεως ἐπιτηδειότητος. Billius.

Homo multis modis castigatus vt malitiã mutaret.

Multis autem prius modis propter multa peccata, q̃ ex vitij radice pullularũt, secundum diuersas causas & tempora castigatus, sermone, lege, Prophetis, beneficijs, cõminationibus, plagis, aquis, incendijs, bellis, victorijs, cladibus, signis è cœlo, ex aëre, ex terra, ex mari, hominum, vrbium, gentium insperatis mutationibus, (quæ omnia eò tendebant, vt malitia proterereturi) validiori tandem medicamento propter grauiores morbos indigere cœpit, nimirum ob mutuas cædes, adulteria, periuria, masculæ libidinis insaniã, &, qd omnium malorum extremum ac primũ est, idolorum cultum, adorationisque à Creatore ad creaturas translationem.

Idolorum cultus omniũ malorũ extremum

NICET. Correptus, inquit, est Adam, hoc est, populus ex Adami stirpe ortus multis correptionis modis, vnusquisq; pro scelerum suorum merito, quorum principium ac velut radix prima transgressio fuit, hanc eodem tempore omnes correpti sunt. Cæterùm quibus modis correpti sunt? Sermone atque alloquio. Complures enim Deus est allocutus, vel etiam λόγῳ, id est, insita nobis & naturalitatione: Lege per Mosem promulgata: Prophetis, hoc est, Prophetarum præceptis & institutionibus: Beneficijs, comminationibus, plagis: nã per contraria increpabantur & corripiebantur. Aquis, vt diluuij tempore. Incendijs, vt cum Sodomæ cœlestique conflagrarunt. Signis è cœlo missis, vt cùm sol stetit tempore Iosue filij Naue. Signis ex aëre, vt cynomyæ illa, grandine, palpabilibus tenebris, coturnice, &c. Signis ex terra, vt aquarum ex petra effusionibus. Signis ex mari, vt maris Rubri in continentem mutatione. Hominum, vrbium, gentium insperatis mutationibus. Quibus omnibus rebus malitiam proterere, ac de medio tollere satagebat Deus. At verò mortales in flagitijs haudquaquam certis terminis consistebant: sed cùm à principio inuentores mali extitissent, nouis subinde scelerum generibus commiscebantur, atq; inexplebili peccandi libidine flagrabant. Adulteria etiam & furta passim grassabantur, ac cædibus & latrocinijs orbis vniuersus terrarum scatebat, atq; omnia flagitia tum priuatim à quolibet, tũ communiter ab omnibus perpetrabantur. ne ab eo quidem scelere & exsecrando furore, à quo natura abhorret, abstinebatur. Fons autem & causa ac finis omnis mali erat idolorum cultus, & creaturæ supra Creatorem adoratio. Idololatria enim vt malis omnibus, si temporis ratio habeatur, posterior est: ita quantum ad maligrauitatem atq; atrocitatem primum locum sibi vendicat. Extremum etiam malorum dici potest, vt finis & cumulus, & quia vltra eam nullum aliud scelus progredi atque extendi potest.

Volgum ea ys fecisse.

Quæ quoniam maius auxilium requirebant, maius etiam acceperunt. Hoc autem erat ipse Dei Filius, sæculis prior, ille inuisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ & immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus & ratio ad imaginem suam se confert, carnemq; carnis causa gerit, & cum intellectuali anima propter animam meam iungitur, vt simile simili opera & adiumẽto repurget. Atque humana omnia excepto peccato suscipit, conceptus quidem ex Virgine animo & corpore à Spiritu purgata (nam & procreationẽ honorari & virginitatem præferri oportebat) progressus autem; Deus cum humanitate vnũ ex duobus inter se contrarijs carne nimirum & Spiritu, quorum alterum diuinitatem dedit, alterum accepit. O nouam & inauditam mixturam. ô admirandam temperationem. Qui est, fit: qui creationis expers est, creatur: qui nullo loco contineri potest, interuentu animæ intellectualis inter diuinitatem carnisq; crassitiem interiectæ continetur. Qui locupletes alios facit, eget: carnis enim meæ paupertatem subijt, vt ipse illius diuinitate ditescam. Qui plenus est, vacuatur & exhauritur: sua enim gloria ad breue tempus exhauritur, vt plenitudinis ipsius ego particeps efficiar. Quænam hæc bonitatis diuitiæ? quodnam me circumstat mysterium? Diuinam imaginem accepi, nec sartam tectamq; habui: ille meam carnem accipit, vt & imagini salutem, & carni immortalitatem afferat: secundum consortium nobiscum init, & quidem priori longè admirabilius. Tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim id quod præstantius erat, nobis impertit: at nunc eius, quod deterius est, particeps ipse fit. Hoc priori illo diuini: hoc apud cordatos & prudentes viros multò sublimius.

NICET. *Quoniam, inquit, maius auxilium requirebat humana natura, vtpote graui morbo corrupta, maius quoq; medicamentum & auxilium est consecuta. Illud autem erat, non angelus, non homo: sed Dominus ipse, qui Verbum dicitur, vt illud ostendatur, quòd ex summa illa mẽte prodijt, quòd impatibili modo progenitus est, quòd progenitoris imago est, totum Patrem in seipso ostendens, nec quicquam illius naturæ tus, ac perfectus per se existens, seculis prior, per quem etiam secula Pater fecit. Inuisibilis, vt Deus: Deus enim nemo vidit vnquam, hoc est, Dei naturam. Ex principio principium. ex Patre enim, qui omnium rerũ principium est, vt causa. At Filius principium est, vt causa adiunctas. Vnde & ad Patrem ait Propheta, Tecum principium, &c. Ex lumine. Lumen Pater est. Deus enim, inquit, lux est. Ex ipso autem lumen est Filius. Ego enim, inquit, sum lux mundi. Fons vitæ & immortalitatis, propter perennitatem, & quia ex ipso omnes vitæ permanat. Archetypi expressio, hoc est, Patris immotum sigillum, hoc est, verum minimeq; mutatum. Alio autem loco ait sigillum mobile, id est, viuens. Illa per omnia similis imago Dei inuisibilis non mortua & manu confecta sed viua, non in similitudinis forma, sed in ipsa substantia immutabiliter ei suauis. Patris terminus & ratio, vtpote Patrem ostendens. Hic ad hominem, quem ad imaginem suam condederat, venit. Nam cùm hominem ad similitudinem suam à principio creasset, eundem rursus ad expressionem dam sui similitudinem reducit, suæ videlicet creaturæ assimilatus. Conueniebat enim, vt quiprimum facrat, idem quoq; figmentum suum à peccato labefactatum atq; cõfractum instauraret. Patris terminus ratio. Quid ait? Num iuxta terminii rationem Pater Filio terminatur, si quidem terminus ipsius est, ipse paterna natura Filii natura concluſa ac definita sit? Ita sanè: dummodo sapienter ac candidè sentiamus horum verborum audire quispiam velit. Paterna quidem essentiæ nullus omnino est terminus, quemadmodum nec aliarum duarum Personarum: at paterni nominis terminus est Filius. Quoniam enim hæc nomina ex eorum numero sunt, quæ ad aliquid referuntur: profectò eam naturam habent, vt vtrunq; alterum tenetur. Ac proinde Patrem Filius terminat, quemadmodum vicissim Pater Filium. Enimuero quamuis mixtionem cum carne non admittit, anima autem & mens velut in Dei carnisq; confinio est, carnis quidẽ vt coniugata, Dei autem vt imago: idcirco cum cognata mente atq; intellectuali animâ Dei natura iungitur, atque illinc cum corporea crassitie societatem init, ac per omnia plenus & perfectus homo efficitur, ijsdẽ affectibus obnoxius, quib. cateri mortales, excepto peccato. Omnes enim affectus naturales & absq; prehensione vacuos amplexus, peccatum nequaq; amplexus est, vtpote à natura alienum ac vitiosum. Atq; ipsius corpus à Sp. sancto creatũ Verbi adorandum indumentũ factum est. Atq; ex Virgine Deus assumpta carne natus est, idem Deus, idem & homo, vtrunq; vt vnum, vtrunq; vt solum (vna enim Persona Christus est) ex duabus contrarijs naturis carne nimirum & spiritu, hoc est, humanitate & diuinitate quarum altera nempe diuinitas, carni diuinitatem attulit, altera nimirũ caro, diuinitatẽ accepit. Ita tum noua & inaudita mixtura, quia ha duæ naturæ semel inter se vnitæ indiuisibiles postea mansere. admirãda tẽperatio, quia nulla confusio atq; alteratio secuta est. Etenim temperatio res est, ſ temperatum quodammodo immutat, vtpote eas minimè puras seruans: ac rursus mixtio ea, quam miscentur, haud secus dum vnit. Vtrunq; autem vtriq; adiunctum exactam fidei doctrinaq; veritatem seruat. Temperatura enim inconfusio adiuncta, mixtura atque itidem indiuisio perfectam modisq; omnibus absolutam fidei obseruantiam retinet, vtraq; videlicet naturarũ in Christo concurrentium proprietates suas alteri communicantes ter personæ identitatem, ac mutuam ipsarum inter se concessionem. Nam creari & fieri, quæ cùm nõ essent, in rerum naturam producta sunt. Fieri autem dicitur is, qui vt Deus, semper erat, propter carnem quam assumpsit. Mutuatur enim carnis proprietates propter summam vnionem: quamobrem dum scilicet humanitas quoque assumpta Deus dicitur, quòd diuinitatis proprietates sibi vendicet. Deus est, fit: qui creationis expers est, creatur. Hæc communicationis figuræ dicuntur. Ac cætera quidem diuinæ admiratione digna, tamen de humanitate assumpta intelligenda sunt. Nam quod erat, manet: quod non erat, assumpsit. Illud autem quod ait. Eum qui nullo loco contineri & capi poterat, contineri, difficile est ne obscurum, nec quicquam aliud dici potest, quàm quòd propter exuberantem virtutis potentiæq; magnitudinem id fiat. Qui locupletes alios facit, eget. Caro enim pauperta est, vtpote multis rebus ad sustentationem opus habens. At diuinitas opulenta est, quippe nullius rei indigens. Qui plenus est, vt Deus, dicitur. Inanitio autẽ seu vacuatio dicitur demissio illa, qua Christus ad integumentum dignitatis suæ, humanitatis seipsum deiecit, humanamq; formam induit. Quid autem sibi vult magnum hoc atque arcanum mysterium? Quoniam homo Deus factus non est, Idcirco Deus homo fit, honoris mei causa: nimirum vt eam quam accepit, ea quæ dedit instauret, peccati pœnam aboleat, ac per mortuum humanitatem vitam interficiem perimat. Maior porrò longeque admirabilior est instauratio creatione prima. Creatio enim fuit, vt ex nihilo exiret, Factorem hominem, &c. at ipsius opificis manu atque opera instauratio perfecta est, vt homo ipsemet opifex, homo factus sit, ac domum suam extruxerit. Ac præterea tunc ad imaginem diuinam*

Hebr. 1. 1. Ioan. 4. Psal. 109. 1. Ioan. 1. Ioan. 8.

erat. Primùm enim intelligentiæ ac principatus similitudine ipsum ornauit (principẽ enim omnium creaturarum à principio hominem constituit) nunc autem secundum substantiam. Nam per expressam carnis ipsius similitudinem eum ornauit. In extremis siquidẽ temporibus homo factus creaturæ suæ assimilatus est, eaq; ad sui similitudinem exprimendã reduxit. Ex quo liquidè constat hoc beneficiũ priori illo excellentius ac diuinius esse. Quanquã enim imaginis participatio diuinum hominẽ effecerit: idem tamẽ multò magis præstitit carnis participatio, quæ non solũ diuinum eum reddidit, verùm etiam Deum, propter hypostaticam vnionem, ac, si audacius loquendum est, condeum.

Quid ad hæc nobis sycophantæ dicunt, acerbi, inq, isti diuinitatis expensores, rerum laudandarũ reprehensores, circa lucẽ tenebrosi, circa sapientiã inscij & ineruditi, ꝓ quibus Christus frustra mortuus est, ingratæ creaturæ, diaboli figmenta? Siccine beneficium crimini tribuis? Eóne paruus, quia propter te humilis, quia ad quẽ oberrante venit pastor ille bonus, animam suam pro ouibus ponens, venit, inquam, ad montes & colles, in quibus sacrificabas, & palantem inuenit, & inuentam ijsdem humeris quibus & crucis lignum, accepit, acceptamque ad supernam vitam reduxit, subuectamque eodem quo eas, quæ nunquam à grege aberrarũt, loco numeroque habuit? Quia lucernam, hoc est, carnem suam accendit, & domum euertit, mundum scilicet à peccato repurgans & drachmam, hoc est, regiam imaginem fœdis affectibus obrutam conquisiuit, atque angelos amicos suos ea inuenta conuocat, lætitiæque participes facit, quos etiam consilii incarnationis conscios habue rat? Quia lucernam prẽuiam lumen illud splendidissimum sequitur, & vocem Verbum, & pronubum spõsus, Domino populum eximium comparantẽ, ac per aquam ad Spiritum præpurgantẽ? Hæccine obijcis Deo? atque idcirco inferiorem esse confes, quia linteo præcingitur, ac discipulorum pedes abluit, optimumque ad sublimitatem iter humilitatem ostẽdit? Quia propter humi inclinatam animã se deijcit vt peccato depressam ac deorsum vergentem secum erigat. Quin illud quoque obijcis ac reprehendis, quòd cum publicanis & apud publicanos edit, & publicanos in discipulos conuertit, vt ipse quoque aliquid lucretur, quid tandẽ? peccatorum salutem. Nisi quis forte eo nomine medicũ accusẽt, quòd ad corporis morbos se inclinet, fœtoremq; sustineat, vt sanitatem ægrotis afferat: atque eum etiam, qui humanitatis & commiserationis affectu permotus in foueam seipsum demittit, vt prolapsum iumentum secundũ legis præscriptum seruet.

Prohæretici fruſtra mortuus eſt Chriſtus.

Ioan. 13. Humilitas eſt iter ad ſub. limitatem. Luc. 5. Exod. 23. Deuter. 22.

NICETAS. *Aduersus hæc ita admiranda quidnam hæretici dicere queant? per acerbi, inquam, isti diuinitatis expensores, ac res laudandas & præclaras criminando infectantes? Hoccine Deo obijcis, homo ingrate, quòd tua causa seipsum deiecit, quod cùm ouis perdita esses, atque impuris dæmonibus in collibus sacrificares, te conquisierit, atque inuentam in angelorum ordinem adscripserit, quòd carnem suã quasi lucernam accenderit, ac mundum à vitio non secus ac domum quandam quisquilijs sordibusq; repurgarit, regiamque imaginem fœdis affectibus inuolutam atq; obrutam velut drachmam in stercorei inuenerit, lætitiaque ob drachmam inuentam susceptæ angelos participes facit, quos etiam dispensationis suæ consocios atq; administros assumpsit. Etenim in ipsius natiuitate multitudo cœlestis militia pastoribus apparuit, laudantium Deum ac dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, &c. Ad hunc itaque modum angelos consilij & dispensationis suæ discipulos facit. Hoccine rursus obijcis, quòd Ioannes quidem vt lucerna ardens & lucens præcursorem egit: Christus autem lux inaccessa post eum apparuit, eumque secutus est, vt vocem: Verbum (Vox enim quasi materia est sermonis: sermo autem forma vocem informans) vt pronubum sponsus pios ac fideles homines ipsi conciliantem. Qui igitur illud quoque reprehẽdas, quòd & cum publicanis comedit iniquum quæstum facientibus, vt ipse quoque salutem illorũ eluceretur? At enimuero ea res omni reprehensione caret, nisi quis medicum accusandum putet, quòd ad fœtidos ægroti morbos seipsum demittat, vt eum sanitati restituat, ipse interim morbo nequaquã affectus: aut eũ, qui iuxta legis præscriptũ in foueam sese inflectit, vt iumentum, quod homine vilius est, illinc extrahat, ipse interim eò minimè prolapsus.*

Luc. 15. Ibid. Luc. 2. Ioan. 3.

Missus quidem est, verùm vt homo (duplici enim naturã erat) si quidem & fatigatus est, & fame ac siti laborauit, & angore correptus est, & lachrymas fudit, vt lex naturæ fert. Quòd etiam vt Deus, quid propterea? Beneplacitum Patris misionem esse existima, cui sua quoque adscribit, tum vt principium temporis expers honoret, tum ne Deo aduersari videatur, Quandoquidem vt traditus fuisse dicitur, ita seipsum quoque tradidisse scribitur, atque vt à Patre ad vitam reuocatus & susceptus fuisse, ita seipsum quoque à mortuis excitasse, rursusque in cœlum ascendisse prædicatur. Illa beneplacitũ hæc potestatis. At tu ea quidem, quæ minuendi vim habent, profers: quæ autẽ efferendi, præteris: atque id quidem expendis, quòd passus sit: quòd aũt voluntarie, non adiungis. Proh qualia etiamnum patitur

Matt. 4. Matt. 26. Luc. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sabellianis Arianis.

Christus. Ab alijs vt Deus honoratur atq; confunditur: ab alijs vt caro contemptui habetur ac separatur. Vtris tandem grauiùs irascetur? vel potius vtris plus condonabit, ijs ne qui nefariè contrahunt, an qui scindunt? Nam & illos diuidere, & hos cõiungere oportebat: illos inquam, numero, hos diuinitate. Offendis ad carnem? & Iudæi quoq; ea offensi sunt. Num Samaritanum quoq; vocas? (nam quod sequitur, ta cebo) Diuinitati abrogas? hoc ne dæmones quidem ipsi fecerunt. Ita & Iudæos ingratitudine, & dæmones incredulitate superas. Illi enim Filij nomen æqualitatis vocem esse censebant: hi autem eum à quo fugabantur, Deum norant. Fidem enim illis ea, quæ patiebantur faciebant. At tu nec æqualitatem admittis, nec diuinitatem confiteris. Proinde satius tibi fuerit circuncisum esse, atq; à dæmone vexari, vt facetè aliquid dicam, quàm in præputio & incolumi valetudine tam scelerate atq; impiè sentire.

Ioan. 8.
Arius & Sabellius

Psal. 85.
Esa. 53.
Luc. 4.
Ioan. 4.
Mat. 14.

NICET. *Quoniam nonnulli missionem secundi ordinis esse, atq; ei, qui subesset conuenire falsò existimabant, idcirco cùm dixisset Theologus Christum missum esse, adijcit vt hominem: quandoquidem & frumus in Scriptura dictus est, & ancillæ filius, & agnus, & ouis: atque etiam fatigatus, & fame ac siti affectus laborasse & angore correptus, atque adeò passus fuisse dicitur. Verùm hæc iustam & honestam causam rationemque habent, nimirum quia & homo & Filius hominis factus est. Quare nihil est, cur hic vsquisquam offendatur. Verbum enim Filius hominis factum est, vt mediator existens Dei atque hominum,*

Matth. 28.
Philipp. 2.

quæ Dei sunt nobis, & quæ nostra sunt, Deo ministret. Cùm igitur fame vrgeri dicitur, lachrymas profundere, fatigari, & Eloi Eloi clamare, humanos ac nostros affectus à nobis accipit, atque ad Patrem trasmittit, pro nobis intercedens, vt videlicet in ipso extinguantur. Cùm autem ait, Data mihi est omnis potestas in cœlo & in terra, itemq; quòd Deus eum superextulerit, huiusmodi voces Dei beneficia per eum in nos collata declarant. Neq; enim verbo quidq; vnquam decrat, aut defuit, nec rursus homines sibijpsis ministrauerant. Hæc per Verbum nobis conferuntur, atq; vt ipsi donata nobis impertiuntur. Et enim ob hanc causam humanitatem accepit, vt quæ ipsi dantur, ad nos fluant ac pertranseant. Homo enim purus haudquaquam talibus priuilegijs ornatus fuisset, ac rursus Verbum solum nequaquam his opus habuisset. Proinde nobis Dei Filius cõiunctus est, ac tum nobis potestatem impertijt, nosq; in sublime extulit. Verbum enim

Hier. 23.

in homine existens, hominem altissimè euexit, atq; ita Verbo in homine existente potestatè homo accepit. Quandoquidem igitur Verbo cum carne coniuncto in sublime homo proiectus est, ac potestatem accepit, meritò hæc Verbo, per quod data sunt, accepta referuntur. At verò illam cum homine vnionem, vim quia inuisibilis naturæ per partem visibilem cognosci poterat, missionem nominauit. Neque enim Deus humano more locos subinde mutat, quippe qui cœlũ & terram impleat: verùm carnalis præsentia, ac submissio illa, qua ex incorporea magnificentia ad corporis vilitatem sese deiecit, missio nominata est. Atqui vt etiãnũc dicimus, eum vt Deum missum esse, non tamen hinc eum Patre inferiorem esse colligetur. Nam quatenus Pater Filium incarnari placuit, hactenus eum mississe dicitur: atque etiam eodem modo quo solem radiosq; suos mississe dicimus. Christus enim omnia sua Patri adscribit, partim vt ipsum tanquam principium & causam suam temporis omnis expertem honoret (neque enim Filij generationi temporis quidquam interesse potest, simul Pater, simul & Filius) partim etiam ne Patri aduersari videatur. Ob eam causam se ab eo missum esse dicit. Quemadmodũ & à Patre traditus esse dicitur. Traditus enim est, inquit ille, propter peccata nostra. Atqui ipse quoque seipsum tradidisse scribitur. Ait enim Apostolus Christi, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Adhæc à Patre ad vitam reuocatus ac susceptus fuisse dicitur, vt cùm ait Paulus, Deus autem

Rom. 4.
Galat. 2.
1. Corin. 6.
Marc. 16.
Ioan. 2.
Act. 1.

& Dominum à mortuis excitauit, & nos excitabit. Et Marcus, Dominus, inquit, postquam ipsis dixerat, est, in cœlum receptus est. Atqui rursus scriptum est, quòd ipse se excitauerit, atq; in cœlum ascenderit. Soluite enim, inquit, hoc templum, & in tribus diebus excitabo illud. Et Lucas. Quemadmodũ videbitis eum ascendentem in cœlum. Porrò ea quæ de ipso humilius atque abiectius dicuntur, Patris beneplacitum indicant, quæ autem sublimiter & magnificè, Saluatoris potestatè ostendũt. At hæreticus ea est animi peruersitate, vt humilia quidem verba enumeret ac recenseat: sublimia autem silentio premat ac pretereat: atque illud quidem suppetat, quòd Christus passus sit, ipsum videlicet imminuens: quòd autem vltro & sponte passus sit (ex quo ipsius potestas declaratur) nequaquam adijciat. Huiusmodi autem quædam nunc quoq; patrum Filium & Verbum Dei. Nam à Sabellianis vt Deus honoratur, atq; confunditur. Illi enim vnam in diuinitate trinominem Personam esse dicebant, eundem esse Patrem & Filium ac Sp. sanctũ asserentes. Ab Arianis autem vt caro contemptui habetur ac separatur. Filium enim in creaturarum ordinẽ redigentes à Patris diuinitate semouebant. Quoniam igitur vtriq; in pari impietate versantur, vtris grauius in æquum & iustum iudicio cum illis agere velit, vel potius vtris plus condonabit, si lenitate & clementia vtatur? Verum Sabellianis qui nefariè contrahunt, quique Patrem & Filium & Sp. sanctum Personam vnam trinominem esse contendunt? an verò Arianis qui nefariè scindunt, ac Filium à Patris substantia seiungunt? Nam & oportebat Sabellianos numero diuidere, hoc est, tres personas confiteri ac numerare, & Arianos deceat tres Per-

Personas natura & diuinitate coniungere, vnam videlicet trium personarum naturam & diuinitatẽ confitentes. Impingis, ô hæretice, atq; ad Saluatoris carnem offendis? Idem quoq; & Iudæis accidit. Christi diuinitatis fidem abrogas? Id verò ne dæmones quidem fecerunt. Ita & dæmones incredulitate superas, & Iudæos ingenij tarditate & ingratitudine. Nam dæmones cùm à Christo profligarentur, Deum ipsum confitebantur. Fidem enim illis diuinitatis Christi faciebant ea, quæ patiebantur, inuisibiliter cruciati: ac proinde dicebant, Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Iudæi autem cùm ipsum dicentem audissent, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor? in hunc sensum hæc verba acceperunt, vt, quoniam patrem suum Deum esse affirmabat, parem quoque Deo seipsum faceret, ac propterea ipsum persequebantur. At tu nec, vt Iudæi, Dei & Filij cum Patre æqualitatem intelligere vis: nec, vt dæmones, diuinitatem cõfiteri. Quocirca satius tibi fuerat Iudæorum ritu circuncisum esse, ac proinde vt illi æqualitatem intelligere, atq; dæmonum intemperiem agi, diuinitatemq; confiteri, q̃ in præputio & incolumi valetudine nullis dæmonum insultibus interrupta, tum Iudæos tarditate & inscitia superare, tum etiam eo morbo diuexari, vt diuinitatem neges, à quo dæmones quoq; ipsi liberi fuerunt.

Matth. 8.
Luc. 5.

Atque aliquantò quidem postea & Iesum purgatione mea in Iordane purgari videbis, vel potius aquas purgatione sua purificare (neque enim ipse purgatione opus habebat, qui peccata mundi tollit) & cœlos scindi, & cognati Spiritus testimonio celebrari, & tentari, & tentatorẽ frangere ac profligare, & angelorum ministerio vti & morbos omnes ac lãguores depellere, & mortuos ad viram lucemque reuocare (quemadmodum vtinam te quoque, doctrinæ fideique perperuersitate mortuum excitaret) dæmones partim suapte, partim etiam Apostolorum operâ fugare, & paucis panibus multa hominum millia nutrire, & pedibus per mare iter facere, & prodi, & in crucem tolli, ac peccatum meum secum in cruce sustligere, vt agnum offerri, & vt sacerdotem offerre, vt hominem inhumari, & vt Deum resurgere, ac postea in cœlum ascendere, tandemque cum gloria sua venientem conspicies. Papæ quot mihi solennitates & festa singula Christi mysteria suppeditant: quorum omnium vnũ hoc caput est atq; vnus hic scopus, nimirũ mea perfectio & instauratio, atque ad pristinum illum Adamum reditus.

Matth. 3. Baptismo Christi aquas purificare.
Matth. 4. Luc. 6.
Mortuus fides pe-
Matth. 14.
Marc. 15. 16

NICET. *Breui, inquit, futurum est, vt Christum mea causa purgari videas, ea purgatione, q̃ mihi adhiberi conueniebat, vtpote peccatis fœdato. Nam nostri vice baptizatus est. Etenim quædam Christi voces & actiones non ipsi, sed nobis congruunt. Actiones quidem, vt baptismus ipse: voces autem, vt, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti. Perspicuum enim est eum sibi affectus nostros asciscere propter naturã, quam nobiscum excepto peccato communem habuit. Videbis ergo, inquit, Christum in nobis baptizatum, vel, vt rectius loquar, aquarum naturam ea purgatione, qua ipse hominum opinione lustrabatur, sanctificantem, vtpote ipsam quoque hominum peccatis conspurcatam. Nam agnus Dei, qui, vt est apud Ioannem, peccatum mundi tollit, quo tandem modo purgatione opus habuisset? Videbis etiam cœlos sciudi & aperiri, quos Adamus & sibi & nobis clauserat, & Christo testimonium dari à cognato, hoc est, congenere Spiritu. Ex eadem enim causa Filius & Sp. sanctus proficiscuntur. Illud autem adnotandum est, cognatum de ijs quæ eiusdem substantiæ sunt, & de his quæ diuersam substantiam habent, prædicari. Verùm cùm de ijs quæ substantia eadem sunt, agitur, secundum naturam dicitur, vt hoc loco: cùm autem de his, quæ substantia differunt, sermo instituitur, secundum vnionem: vt cùm de corpore & anima sit sermo. Quo sensu Theologus in suo brioratione, quam de fratre Cæsario habuit, ita loquitur, Paulò pòst animæ cognatam carnem recepturæ est. Morbos omnes ac languores Græc. πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν. Inter morbum autẽ & languorẽ, hoc est, differentiæ, quòd morbus est diuturna corporis habitudinis in peius inuersio, hoc est, infirmitas, quæ iam imperium in animal tenet. Languor autem principium laxitatis, morbum prænuncians. Atq; ita de corpore accipiũtur. In anima autem morbus est peccati actus: languor autem est rationis ad actualis peccati assensum relaxatio. Porrò Christus omnibus siue hoc, siue illo modo affectis tum spiritualiter, tũ corporaliter medebatur. Quonam autem modo peccatũ meum, hoc est, Adami (nam primi parentis peccatum meum esse*

Philip. 2.

statuo) secum in cruce fusserit, audi. Præcepto Domini nequaq̃ paruit Adamus: at Christus nouus Adam hanc veteris inobedientiam sustulit, obediens factus vsque ad mortem, mortem autem crucis, manuumq; ad interdictum lignum extensionem manuum in cruce extensione, atque ligni voluptatem crucis dolore curauit: atque eodem modo in reliquis rebus contrarijs sanata sunt. Hunc & Ioannes vt agnum ostendit his verbis: Ecce agnus Dei. Et Zacharias vnus ex duodecim prophetis vt sacerdotem aspicit, ait q̃; Ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum. Porrò per agnum significatur ipsius pro peccatis nostris interceptio: per sacerdotem autem, quòd volũtarie interemptus sit. Iam verò post baptismũ angelorum ministerio vtebatur. Ecce enim, inquit, angeli acceßerunt, & ministrabant ei. Mortuos insuper ad vitam lucemq; reuocauit, vt Iairi filiam, & viduæ filium, ac postremò Lazarum. Quem admodum vtinam te quoque, inquit, do strina à fide cq; peruersitate mortuũ & infidelitate correptum in vitam restituisset, vt pote per incredulita-

Ioan. 1.
Zach. 3.
Matth. 4.
Luc. 7. 8.
Ioan. 11.
Marc. 5.

tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth. 10. Ioan. 6. tem extinctum. Dæmones præterea fugauit, nunc per se, vt in regione Gerasenorum, nunc per Discipulos et Apostolos. Mittens enim, inquit, eos, dedit ipsis potestatem aduersus immundos spiritus. Iam verò quinq; panibus quatuor hominum millia aluit absq; mulieribus & pueris, qui si ad virorum numerum adiungantur, non modo chiliades, sed etiam myriades hominum aluisse reperietur. Deus bone, quot mihi festa occurrunt ob vnumquodq; Christi mysterium? In quibus omnibus vnũ caput, atq; vnus scopus est, nempe mea perfectio. Mea etenim causa Dei incarnatio contigit, omniaq; ipsius mysteria, vt ego per mãdatorum obseruationem perfectus fiam, ac per virtutum perfectionem Dei nomen consequar, nimirum per baptismum instauratur, atq; ad primi Adami dignitatem amplitudinemq; redeam, hoc est, eius, qui ante mandati transgressionem erat, à qua omnes simul cum eo deiecti ac prostrati sumus.

Nunc autem natiuitatem accipe, ac præsulta: si minus vt Ioannes ab vtero, at certè vt Dauid ob requiem arcæ.

Luc. 1. NICETAS. Hæc, inquit, Christi à nobis commemorata opera, perpessiones q; postea videbis. Nunc autem ipsius natiuitatem accipe, ac coram eo salta: si non vt Ioannes, at certè vt Dauid. Porrò Ioannes præcursor figuram eorum gerit, qui ab incunabulis diuino baptismate perfusi atq; à puero sanctificati sunt, & ad extremum vsque proficiendo solidissimum constantissimumq; virtutis habitum conseruant. Nam cùm adhuc in materna aluo esset, Dominum suũ agnouit, & cum summa lætitia exilyt. Prophetæ autem Dauid eos designat, qui in vitium prolapsi, rursus per pœnitentiam diuinæ gratiæ exultationem, quæ in virtute & scientia posita est, animæ restituunt. Nam & Dauid cùm se adulterij cædisque crimine constrinxisset, postea eximia atque ardenti pietate Deum coluit, eique placuit. Saltabat autem eo tempore ante arcam cherubicam auspicans, cùm ea ab alienigenis recuperata huc illucque desijt circumferri, atque apud populum suum conquieuit, quemadmodum secundo Regum libro proditum habetur. Proinde siue in peccatum minime incideris, siue prolapsus per resipiscentiam surrexeris, natiuitatem Christi confitere, atque ad eius præsentiam exulta, nec virtutis & scientiæ arcam in te sitam affectuum quasi Philistæorum quorundam libidini permitte: verùm ijs oppressis & obtruncatis hanc ad te reduc, ad concinnam & modulatam saltationem salta. Existimo autem per Dauidis saltationem nobis piæ vitæ agilitatem multiplicemque rationem designari.

Cap. 6.

Descriptionem reuerere, propter quam in cœlis ipse describeris: & natiuitatem venerare, propter quam natiuitatis vinculis solutus es: & Bethleem paruam, inquam, illi honora, quæ te in paradisum reduxit: & præsepe adora, propter quod cùm rationis expers esses, à Verbo nutritus es.

Luc. 2. NICET. Dominus vnà cum matre & Ioseph inter seruos iuxta Cæsaris edictum descriptus est, vt eas in beatorum librum inscribamur. Hanc igitur descriptionem reuerere, ac natiuitatẽ Christi honorifice cole propter quam natiuitatis vinculo solutus es. Vinculum autem natiuitatis est peccatum illius comes. * Ex transgressione enim & matrimonium profectum est & generatio: ficq; in peccatis nascimur. At Christus natus nostræ quoq; natiuitati sanctitatem attulit, ac deinceps honorabile est connubium & thorus immaculatus. Parua autem est Bethleem, vt pote vsq; ad Christum natum minima inter principes Iudæ: q̃ quidem nos rursus ad veterem paradisi perceptionem voluptatemq; reuocauit, Christum videlicet nascentem suscipiens, qui ad eam nos reduxit. Atq; etiam in præsepio Verbum collocatum est, vt nos ad brutorum animam etiam conuersi nequaquam iam ad sordidam & pecuinam vitam proculuamur, verùm secundum Deum ac non secundum turbidos animi motus viuere discamus, ac Verbi magisterio & disciplina nutriri.

Psal. 50. Eph. 2. Heb. 13. Matth. 2.

* Ex transgressione) Congressi quidem sunt Adamus & Eua post violatum præceptum: non tamen ex præcepti violatione profectum est matrimonium, sed ante violationem à Deo institutum, vt ex principio Geneseos apertissimè liquet. Billius.

Cognosce vt bos possessorem, quemadmodum ab Esaia admoneris, & vt asinus præsepe domini sui, siue purus quispiam sis ac legi subiectus rectamq; doctrinam rumina: tus, atq; ad sacrificium idoneus, siue etiam adhuc impurus, ac cibo sacrificijsq; inutilis ethnicæq; partis.

Esa. 1. NICET. Opportunè Theologus prophetiæ Esaiæ mentionem facit propter bruta animantia atq; egregiam Christi. Et præsepe, Deus enim per prophetam Israeliticum populum, vt ingratum & vecordem acriter obiurgans ait, Cognouit bos possessorem, & asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognouit. Quibus verbis Iudæos mutis quoque animantibus propemodum stupidiores extitisse ait. Atq; omnibus quidem ingrate & iniquè erga Deum affectis hæc oratio congruit. Cæterùm hoc loco bos in Iudaici populi, qui legis iugo subiectus erat, figuram assumitur: asinus autem in gentilium figuram, tum quia à lege alienus erat, tum etiam propter impuritatem & crassitiem. Etenim bos, vt ad cognoscendum acutior, Dominum sum agnoscit: asinus autem, vt ventri deditus, præsepe cognoscit. Ac vide, quam bouis & asini allegoriam asserat. Quoniam enim bos animal mundum est, ac iugo subiectum, & ruminans, ac sacrificij causã mactatur & comeditur: in asino autem contrario modo se omnia habent. Cognosce, inquit, auditor, quisnã sit ij

sit ũ qui natus est, siue bos es, hoc est, ex Iudæis, qui puritatem & munditiem præseferunt, ac sub legis iugo censentur, atque idonei sunt, qui Deo in sacrificium offerantur, ac veram doctrinam ruminando consciũt, quia videlicet primùm quidem fidei Christianæ doctrinam simpliciter accipiunt, postea autem eãdem memoriæ versant ac recolunt, atq; accurata examinatione quasi dentibus diuiduunt ac comminũnt, idq; omne quod inutile est expuentes, quidquid esculentum & vitale est, in mentis profundum quasi in ventrem quẽdam ingiciunt. Nam puritas quoq; per ruminationem designatur. Siue etiam ethnicæ & impuræ partis et atq; ad esum quidem inutilis, vt pote proximis tuis minime fructuosus, ad sacrificia aũt minime idoneus, vt pote Deo nequaq̃ gratus atq; acceptus. Et hinc orum porrò & infidelium est impuritas, cæteraq; eodem modo dicta, quòd nimirum ad esum & sacrificium haudquaq̃ apti sint. Cibus enim eorum, qui comedunt, vitã fouet ac suffulcit.

Matth. 2. Luc. 2. Cum stella curre: cum Magis dona offer, aurum, thus, & myrrham, vt regi, vt Deo, & vt salutis tuæ causa mortuo: cum pastoribus Deum laudibus celebra: cum archangelis tripudia: cum angelis hymnos concine: sit cœlestium & terrenarum copiarum communis lætitia & celebritas. Nam eas quoque hodierno die simul festum celebrare, ac lætitia gestire confido: si quidem hominum Deique amore prædiræ sunt, quemadmodum illę, quas Dauid inducit post passionem cum Christo simul ascendentes, ac simul occurrentes, seq; inuicem ad portas attollendas inhortantes.

Festum Natiuitatis celebratur etiam in cœlis.

Matth. 2. NICET. Deus corpoream suam natiuitatem per stellam significari voluit. Æquum enim erat verbũ cœlitus descẽdens cœlesti quoq; signo indicari. Is porrò cum stella accurrit, qui eam imitatur, hoc est, q. Christum ijs, à quibus ignoratur, prædicat, vel etiam q̃ virtutum splẽdore clarus & insignis apparet, vel etiam qui supra omnia terrena fertur. Ille autem munera cum Magis offert, qui oblationem eorũ spiritualiter imitatur. Nam ab illis quoq; dona oblata sunt. Signum autem regis est aurum, quia per aurum subditi regem muneribus afficiunt. Thus porrò diuinitatis, quia thura Deo adoleri solent: mortis deniq; myrrha, quia mortui ea vnguntur, ne putrescant aut putrefaciant. At tu pro auro purarum actionum & sermonum splendorem offer: pro thure preces. Dirigatur enim, inquit, oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: pro myrrha verò affectuum oppressionem atq; extinctionem, quæ animæ substantiam tuetur, ac suaui odore perfundit. Quoniam verò modò cum pastoribus & archangelis atq; angelis laudibus Deum concelebrabis atq; hymnos concines ac tripudiabis? nimirum si illorum admirationem, affectum, & gaudium imitatus fueris. Nam professi ob salutem nostram supernæ quoq; & beatæ mentes festum celebrant, si quidem Dei hominumq; amore prædiræ sunt. Vtriusq; enim laudis illis testimonium dedit Christus, sic per parabolas loquens. Mulier quæ amissam drachmam inuenit, amicas & vicinas conuocat dicens, Congratulamini mihi. Ergo vt Dei amica, ipsi gratulantur. Quòd autem hominum sint amantes, ex ijs angelis liquidò constat, quos in tertij & vicesimi Psalmi fine describit Dauid, simul cum Christo ascendentes, ac prius occurrentes ijs angelis, qui in cælo Dauidem cum illud imperabant, Attollite portas, &c. Nam ipsi quoq; eadem lætitia diffundebantur, vt pote compressio atq; extinctio belli, quo miserrimi premi solebant. Atq; etiã eadem Dei amantes erant, quòd ea quæ Deus amaret, chara haberent. Quinetiam sese mutuò ad portas attollendas inhortabantur, nimirũ illi qui Christum ascendentem comitabantur, eos qui in secundo cœlo siue etiam in firmamento erant, atq; illi versus eos q̃ in sublimiori & primo cælo. Idcirco nanq; his scriptũ est, Attollite portas principes vestras. Illi verò qui simul cum Christo ascendebant, incarnationis Christi conscij erant: ij autẽ, qui in firmamento erant percunctati, ac certiores facti, quisnam erat qui cum carne ascenderet, gaudioq; summo perfusi eodem modo superiores angelos ad sustollendas portas hortabantur.

Psal. 23. Vnam duntaxat rem ex omnibus, quæ accidere circa Christi natiuitatem contigerũt, excendi. Ceterum nimirũ puerorum cædem ab Herode in Aegypto necatæ, hanc, inquam, coætaneam Christo sine modo de admissam. Immò verò hanc quoq; veluti victimam, quæ ante nouam victimam macta ta est. Sed in Aegyptum profugiat, alacri animo te illius fugæ comitẽ adiũge. Præclarum est cum Christo persecutione pressо fugam inire. Si diuturniorem in Aegypto moram faciat, ex Aegypto eum voca. Quod quidem fiet, si eum pulchrè atque honorificè illic adoraris.

Matth. 2. NICET. Ea, inquit, omnia, quæ circa natiuitatem acciderunt, venerare. At Herodis sceleratã puerorum oppressionem ob eadem quidem detestare: cæterum quia propter Christũ contigit, reuerere. Coætaneũ autem hoc Christi sacrificium dicit, quoniam pueri illi eadẽ ætate erãt qua Christus, cùm ferro sublati, atque ante Christum & pro eo mactati sunt. Ipse porrò victima dicitur: quia pro nobis cæsus est: noua autem, quoniam nequaquam simpliciter homo erat, sed etiam Deus. Iam verò de ipsius in Aegyptum fuga, quemadmodum imperatum fuerit Ioseph vt puerum & matrem eius acciperet, atq; in Aegyptum ad vitandam Herodis tyrannidem fugeret, ac quo modo Herode mortuo rursus in terram Israël redire iussus sit, dilucidè narrat Matthæus. Quin etiam Oseas de Christi ex Aegypto reditu vaticinatur. Per eum enim ait Deus, Ex

Cap. 2. Ose. 11.

Aegypto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aegypto vocaui filium meum. At Theologus hanc historiam sublimiori sensu à nobis intelligi vult. Herodes igitur, si interpretatri velis, idem sonat quod crassa & passibilis ac velut pellea natura. Aegyptus autem nãq; præsentem hunc mundum designat, nunc carnem, nunc peccatum, nunc ignorantiam, nunc aruminam & afflictionem. Quæ potissimum significatione hoc loco Domini fugam in Aegyptum accipere conuenit. Sic igitur, inquit, Christus in nobis conditus, id est, virtus, tenera ætate sit, atq; affectus carnalis & terrenus, Herodis cuiusdam instar, viuat ac principatum teneat, ad afflictionem in actione sitam velut in Aegyptum fugiendum est. Quòd si carnalis affectus, qui diuinam doctrinam nobis insitam interficere molitur, extinctus & enectus fuerit, tum verò ab Aegypto Hierosolymam migrandum est, hoc est, ab ea afflictione, qua in agendo suscipitur, ad contemplationem pergendum. Actio enim contemplationis basis & fundamentum est. Temere enim affectibus superuacaneum posteà fuerit in actione longiorem moram trahere, ac non ad contemplationem subuehi, ad quem actio ipsa spectat.

Per omnes Christi ætates ac potentias, vt Christi discipulus, sine reprehensione incede: Purificare, circuncidere, velum à natiuitate contractum abscinde, post hæc in templo doce, sacrilegos nundinatores eijce: lapidibus, si ita necesse sit, incessi te patere. Lapidatores, mihi crede, falles, ac per medium ipsorum, vt Deus fugies. Verbum enim lapidibus non conficitur. si ad Herodẽ adductus fueris, plerunq; ne verbum quidem vnum respondẽ. Silentium tuũ pluris faciet, quàm prolixas aliorum orationes. Si flagello cæsus fueris, quæ supersunt, require. Fel gusta propter gustũ: aceto vtere: sputa flagita: alapas & colaphos accipe, spinea corona, hoc est, piæ vitæ asperitate cingere, coccinum induc, arundinem accipe, ab ijs qui veritatem ludibrio habent, adorare, denique simul in crucem suffigere, simul morere, simul etiam libenter inhumare, vt simul quoque reuiuiscas, & gloria fruaris ac regnes. Deum, quantus est, conspiciens vicissimque conspectus ab eo, qui in Trinitate adoratur & glorificatur, quem nunc quoq; nobis, quantùm carnis vinculo constricti sumus, inclarescere optamus, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Luc. 13.

Sequendus Christus & crux ferenda.

NICETAS. *Per omnes ætates ac potentias, hoc est, diuina signa gradere, omnia imitare, quæ perfecit ac fecit, in omnibus ipsius ætatibus nouis quoque ad Christum progressibus assurgens: vt cum quoq; secundum spiritualem ætatem adolescas, quousq; ad summum illius finem perueneris: quam quidem ætatem tricenarium annorum numerus designat, vt pote denario, quem continet, ter multiplicato vel etiam perfectione, q̃ huic numero inest. Primus enim denarius moralium virtutum est, alter speculatiuarum, tertius diuinarum. Atq; ita quidem accipiendæ sunt ætates. Per potentias autem miracula à Christo patrata intelligimus, quæ etiam à nobis spiritualiter edi debent. Per omnes has igitur ætates ac potentias obambula & conuersare, vt Christi discipulus & ipsius ardens æmulator, vestigijs eius insistens. Purificare. Verùm quo tempore purificatus est Christus? fortasse cùm baptizatus est: vel etiam cùm ad diem quadragesimum peruenit, atq; ea quæ ad purificationem requirebantur, secundum legis Mosaicæ præscriptum obtulit. Quocirca da ipse quoq; operam vt purificeris, hoc est, vt à sceleratis actionibus abstineas: ac deinde circumcidere, vitiosas omnes atq; obscœnas cogitationes non secus ac superfluum quoddam membrum detruncato. Spiritualis enim circũcisiõ nihil aliud est quàm corporeæ voluptatis rerumq; superuacanearum ac minimè necessariarum abiectio. Omnis enim voluptas, quæ nec ex Deo nec in Deo suscipitur, voluptatis excrementum est. Cùm autem dixisset Circuncidere, attexuit. Velum à natiuitate contractum abscinde, hoc est, animum peccatum, quod ad vniuersum hominum genus fluxit ac propagatum est. In peccatis enim, inquit, concepit me mater mea. Peccatum enim statim à natiuitate cuiusdam nubis instar animæ luminibus obstruit. salutiferi autem baptismi gladio ac viuifici Spiritus ense truncatur. Nonnulli per velum à natiuitate contractum vitiosas ac fœdas cogitationes intelligũt, caliginemq; ab ijs offusam. Alij ignorantiam carni, velut nebulæ cuidam ac velo coniunctam. Post hæc, id est, postquam purificatus fueris à vitijs, scilicet abstinens teipsum abstinens, & prauas cogitationes circunciderit, tum demum in templo doce, hoc est, in ecclesia Dei, aliisque virtutis magistrum te præbe. & quemadmodum Christus negociatores templo expulit, ad eundem modum tu sacrilegos nundinatores eijce, hoc est, eos qui diuinitatis doctrinam adulterant, eaque cauponum more ad quæstum abutuntur, ac vel auro, vel gratia, vel vtilitate, vel metu, aut alia ejusmodi re permutant. Quòd si tempus eo te vocet, lapidibus appeti sustine, siue ipsa, & modo corporeo, siue spirituali, conuitijs nimirum atq; ignominijs verbis, quasi saxis appetitus. Nihil horum te attingat, verùm lapidatores falles ac per medium ipsorum transibis vt pote Deus adoptione & gratia factus. Siquidem de Christo apud Ioannem scriptum est, Sustulerunt lapides, vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, atque exiuit de templo, transiens per medium ipsorum. Verbum enim non est alligatum, quemadmodum ait Paulus de precatione loquens: quin potius cùm alligatur, currere ipsum dixerim. Verbum enim lapidibus non conficitur, id est, Deus, vel etiam fidei doctrina. Lapidibus non conficitur, id est, perfectionis quaquam obnoxium est vt pote inexpugnabile. Si ad Herodem adductus fueris, hoc est, ad crassum & carnalem hominem vel hæreticum, plerunque ne verbum quidem vnum ei respondẽ, velut indigno, ad quem de rebus mysticis & sacrosanctis orationem habeas. Silentium tuum pluris faciet, magisque reuerebitur, vt hominis disputationis habendæ tempus cognitum habentis, quàm prolixas aliorum orationes. Nam Christus quoque, vt narrat Lucas, à Pilato ad Herodem missus est, & interrogauit eum Herodes in multis sermonibus: at ipse ei nihil respondit. Herodes porrò carnalem & turpem affectum significare potest, cui non verborum philosophia sed rebus & actionibus obsistere debemus. Ita enim magis demittetur ac contrahetur huiusmodi affectus, quàm verbosa philosophia. Si flagello cæsus fueris, hoc est, quoquo modo verberibus affectus. Flagellum enim virgarum genus est, quo Christus cruciatus est, reliquæ etiam suppliciorum ac tormentorum genera quære, nimirum fel, acetum colaphos, alapas, &c. Ergo fel amarum gusta propter ligni gustum, cuius fructus eximiam suauitatẽ habebat: vt contrariũ contrario curetur. Allegorico autem sensu fel dici queat voluntaria piæ atque laboriosæ vitæ acerbitas, aut tentationum præter animi voluntatem incurrentium absinthium. Acetum autem calumniæ nobis vel à nostris vel ab alienis structæ, quæ animum acerbo doloris sensu afficiunt. Rursus sputa & alapæ, contumeliæ illæ dici possunt, quæ palam aperteque ac velut in faciem infliguntur: colaphi autem, quæ clàm atque obscurè inferuntur. Colaphus enim est conceuti tactus plaga, quæ in collum furtim infligitur, ac strepitum edit. Iam spinea Theologus ipse per allegoriam philosophiæ in actione positæ asperitatem interpretatus est. Porrò vestis purpurea seu coccinum, quo Christus ab illusoribus Iudæis tegitur, acerrimas grauissimasque afflictiones significat, atque in pectus altissimè penetrantes, quandoquidem & coccum color quidam tinctura est in profundum penetrans. Ad hæc Christus arundine verberatur, & per ludum atque irrisionem arundinem in dextra manu, velut sceptrũ à carnificibus accepit. Necverò ex nostratibus arundinibus colligere debes, eas, quibus Christus est effectus leues, atque infirmas plagas extitisse, verùm graues & validas, Iudaicæ terræ arundines tibi animo proponens, quarum mira vis est & crassities. Proinde tu quoque arundinis plagam perfer, aut irridentium atque insultantium hominũ gestus sustine. Insuper Christus per simulationẽ quasi rex adoratus est ab ijs qui veritatẽ ludibrio habebãt, hoc est, ab ijs qui rem naturã veram per ludibrium agebant. Christus enim rex verus erat. Quamobrem ipse quoq; oẽm fucum & simulationem æquo animo tolera. Ac denique simul in crucem suffigere, quantum ad actuale peccatum. Simul morere etiam quantum ad ipsos affectuum motus. Simul etiam libenter inhumare, omnem rerum huius vitæ sensum abijciens: vt pro eo quòd oppressus atque enectus fueris, ad vitam excitaris: pro eo quòd in crucem sublatus fueris, quod turpe & infamiæ loco habetur, gloriam consequaris: pro eo denique quòd inhumatus fueris, in regni societatem veniãs. Maximè enim inter se contraria sunt regnare & sepeliri. Nam qui tumulo conditur, & terram & omnia terræ commoda relinquit: qui autem regnat, penes eum omnium rerum ius atq; imperium est. Quonam autẽ modo simul regnabis? Deum cernens quantùm fieri potest, vt eum cernas atq; ipse cernaris. Vel etiam cernens Deum quantum licet, ab eoque vicissim aspectus. Quem nunc quoq; clarè ac perspicuè nobis carnis vinculis constrictis patefieri optamus. Ex Hieremia autem hoc sumptum est, sic loquente, Ad humiliandum sub pedibus eius omnes vinctos terræ, In Christo Iesu domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

Psal. 50.

Ioan. 2.

Ioan 10.

2. Tim. 2.

GREGORII NAZIANZENI IN SANCTA lumina, Oratio Panegyrica.

ARGVMENTVM.

Panegyrica quoque est hæc oratio superioris orationis comes & cognata. Hic autem primùm cum Ethnicis mysteria nostra fugillantibus conflictatur, ac nobis vicissim illos atrocius criminandi atque irridendi materiam & argumenta porrigit, ostendens eorum dogmata & mysteria multò maiore risu digna esse, nec quicquam aliud quàm inanes fabulas. Deinde etiam cum Iudæis obiter manum conserit, ipsorum quoque doctrinam nostra longè inferiorem probans. Postremò circa orationis finem cum his etiam congreditur, qui quanquam propter fidei Christianæ professionem à nostris partibus stare viderentur, tamen propter fidei diuersitatem diuinitatisque sectionem in eorum quoque numero erant, qui diuersam

Universidad de Deusto
Biblioteca

sam à religione nostra doctrinam tuebantur. Eunomianos dico & Macedonianos, quorum alteri de Filio simul ac Spiritu sancto, alteri de Spiritu solo impiè sentiebant. quos proinde Semiarianos vocat. Ac deinceps Nouatianos quoq; confutat, qui post baptismum lapsos nequaquam amplius admittebant: sed & primâ & solam esse hanc purgationem statuebant, quæ baptismo comparatur.

Festum sanctorum luminum, festum erat baptismi Christi quod 8. Idus Ianuarij & apud Græcos & Latinos celebratur.

RVrsus Iesus meus, & rursus mysterium, mysterium non fallax nec deforme, nec Græcanici erroris ac temulentiæ (sic enim grauissima quæq; ipsorum mysteria voco, atq; etiam, vt arbitrior, omnes mente præditi) sed mysterium excelsum & diuinum, atq; ad supernum splendorem præuehens. Quanquam enim sanctus Luminum dies, ad quem peruenimus, quemque hodie diuino beneficio celebrauimus, Christi mei, hoc est, verę lucis omnem hominem in mundum venientem illuminantis, baptismum pro principio habeat: tamen hãc quoq; vim habet, vt me lustret atq; expiet, huicq; lumini adiumentum afferat, quod ab eo sublimitus olim acceptum terra peccati caligine obduximus atq; obruimus. Quocirca diuinam vocem audite, mihi quidem huiusmodi rerum & discipulo & magistro, atque vtinam etiam vobis, vehementer insonantem, Ego sum lux mundi. Ac proinde accedite ad eã, vt illuminemini, & facies vestræ non confundantur vero lumine consignatæ.

Sacer luminum dies.

NICET. *Hac particula, Rursus, hanc orationem cum præcedente connexit. Meus autem Iesus dicit, vel propter ardentissimam amoris flammam, sibi id quod commune est, proprié attribuens, vel etiam ob cognationis cognationem, quæ nobis cum Christo intercedit. Atq; in hoc sanctum Dionysium æmulatus est, hoc verbis vtentem, Præcat autem orationi Christus meus, si mihi hoc verbo vti fas est. Mysterium autem festum nominat, idque non semel sed iterum ac sæpius, nimirum ipsa quoq; nomina præ voluptate identidem inculcans. Solent enim qui viri cuiusplam amore correpti sunt, & ipsius nomẽ & res præclarè gestæ crebro in ore versare atque ore versare: quemadmodum contrà eorum quibus infensi sunt, vel nullam mentionem facere, vel ab ijs memoriam quamprimùm abducere. Est autem natura hoc mysterium non fallax, hoc est, falsum atque ad perniciosam fraudem & impostura excogitatum: nec deforme, id est, turpe & obscœnum, vt ea quæ colunt ethnici. Ac vide quàm aptè & congruenter errorem fallaciæ, & temulentiam deformitati iunxerit. Græci etenim ac profanæ religionu cultores non solùm mero se ingurgitãtes, sed etiam mille aliis animo temulenti, hoc est, per carnalium affectuum voluptatum; dominationem, turpia, Apostolo teste, atque ignominiosa flagitia perpetrãt. At nostrũ mysterium excelsum est atq; ab effectu carnali purum, Deoque dignum: nobisq; diuinum splendorem conciliat. Baptismus porro Luminum nomine appellatur, quòd purget & illustret. Quòd etiam sit, vt faces eo tempore lætitiæ signum accendamus. Ac principium quidem & causa huius festi baptismus Christi est, qui, vt Ioannes testatur, lux vera erat, hoc est, verè & propriè lux, quæ nocte non secatur nec extinguitur, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundũ, hoc est, nascentem atq; omnibus partibus absolutum in lucem prodeuntem. Nam embrya homines quidem sunt, verum incertum est, virũm in lucẽ proditura sint, an per matris abortum eruptura. Quòd si qui fidei & baptismi expertes manserunt, hoc ipsorum scelere & peruersitate accidit, vt pote qui seipsos vltro hoc dono priuarint. Hanc autem vim & facultatem habet baptismus, vt purget eos, qui expiatione ac lustratione opus habent, atq; animæ lumini adiumentum afferat. Nam cùm claram illam & illustrem primùm acceperimus, tum pium affectuum caligine obscuranimus atq; obruimus, paruas & vitiosas formas inijcientes, ac diuinum pulchritudinis ipsius notas adulterantes. Reliquum est igitur, vt Seruatorũ vocem audiatis, qua quidem mihi & quidem vehementer insonat, qui huiusmodi dogmatum & discipulus sum & magister, atque vtinam etiam vobis insonet. Quanam verò est illa vox? Ego sum lux mundi. Quocirca Dauidicæ vocì obtemperantes, Accedite ad eum, vt per hunc accessum diuinitatis ipsius radijs collustrati, Baptismi splendorem & gratia concipiatis. Et facies vestræ non confundantur vero lumine consignatæ, nimirum baptismo illuminatæ, vel Sp. sancti gratia. Quod etiam à Dauide sumptum est. Signatum est enim, inquit, super nos lumen vultus tui, Domine.*

Eph. 5.

Ioan. 1. Hæc in nostro codice non habentur.

Ioan. 8.

Psal. 4.

Tem-

Tempus regenerationis: cœlitus gignamur. Tempus instaurationis: pristinum Adamum recipiamus. Ne in eo statu, quo sumus, maneamus: verùm ad pristinum redeamus. Lux in tenebris, hoc est, in hac vita ex carne lucet, nec à tenebris eam persequentibus apprehenditur, ab aduersaria, inquam, potestate, quæ dum in externum & aspectabilem Adamum impudenter temereq; impetum facit, in Deum incurrit, ac profligatur: vt nos abiectis tenebris ad lucem accedamus, ac deinde lux quoque perfecta efficiamur, à perfecta luce profluentes. Videtis, quæ sit huius diei gratia? Videtis, quæ mysterij huius vis & facultas? Nunquid à terra sublati estis? nũquid in cœlo perspicuè positi, nostra videlicet voce ac sublimi oratione in altum subuecti? Ac multò etiam altius subuehemini, cùm Verbum sermoni nostro prosperum iter dederit.

NICET. *Generatio ea dicitur, quæ ab hominibus ortum ducit: creatio autem, quæ à Deo. Carnis igitur generationem, quæ cum interitu & corruptione coniuncta est, abiicientes, supernè ac cœlitus regeneremur. Cœlestis autem generatio ea est, q̃ Spiritus sancti operâ in baptismo fit. Porrò primigena illa generis nostri creatio instauratur, nõ quòd primùm à Deo malè creati, atq; efficti fuerimus: sed quia post creationem distorti, atq; confracti sumus. Ac semel quidem per baptismum renascimur: verùm quolibet die post baptismum per honestam ac perfectam vitæ rationem instauramur. Cœlitus igitur gignamur per Sp. sanctum, quemadmodum Dominus ipse in Euangelio instituit, dicens, Nisi quis supernè natus fuerit, non potest videre regnum Dei. Nam terrena generatio, qua secundum carnem gignimur, à terra est: ac proinde cœlestia illi obsepta atq; intercluſa sunt. Quid enim terræ cum cælo commune est? At ea, quæ per baptismum à Spiritu sancto gignimur, facilè nobis supernas aspides patefacit. Theologus autem seipsum cum his, qui regenerationem opus habent, coniungit. non quòd ea careat, sed quod eos, quasi propria membra, vendicet, suosque esse ducat. Pristinum Adamum recipiamus, qualis ante proculcatum Dei mandatum erat, cùm diuinæ imaginis decus purum adhuc & splendidum haberet. Nam Paulus primum Adam primigenum illum hominem nominat: secundum autem, Christum. At Theologus eundem illum Adam in duos diuidit, vnum in eum qui erat ante transgressionem, & eum qui post præceptum violatum fuit: atq; à nobis primum illum accipi vult, hoc est, eum, qui ante admissum peccatum erat. Ac subtexit, Ne in eo statu, quo sumus, maneamus, peccati videlicet sordibus inquinati: verum ad pristinum statum redeamus. i. puri, vt ante transgressionem eramus, efficiamur. Id autem per baptismi regenerationem assequemur. Tum Euangelicum illud dictum exponit, Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Lucem enim Christum vocat, tenebras autem hanc vitam & carnem: illam propter errorem & hallucinationem: hanc propter crassitiem. Caro enim crassitie sua mentem turbat, eiq; tenebras offundit. Tenebras autem diabolum appellauit, qui Christo aduersatur, vt luci tenebræ. De quo ita cecinit Moses in Cantico. Dixit inimicus, Persequar & comprehendam. Quanquam autem Christum persecutus est, hoc est, tentauit, non tamen comprehendit, id est, fregit ac superauit: verùm impudenter ille quidem partem Christi aspectabilem adortus est: cæterùm in intisibilem diuinitatem incidit, atq; oppressus est. Hæc autem idcirco facta sunt, vt nos peccati tenebris per baptismum abiecti ad diuinitatis lumen accedamus, ac deinde per honestæ & præclaræ vitæ progressus & perfectionem lux quoq; perfecta efficiamur à perfecta luce profluentes, hoc est à baptismi gratia. Hanc enim gratiam & vtilitatem baptismatis dies & festum nobis conciliat. Atq; etiam alio sensu explicare licet, quo modo perfecta lux efficiamur: nimirum si cum summa illa luce, nobis propter nostram intelligendi facultatem affini atq; cognata, vniti prorsusq; commixti fuerimus. Id autem in futura remuneratione continget. Nũc enim quandiu in præsenti hac vita versamur, diuini lauacri beneficio ad vnicam illam diuinam lucem ac Deum accedimus, atq; vnusquisq; nostrũ dum salutifera aqua tingitur, diuini luminis fœtus efficitur, id est baptismi. Et quoniam eorum, qui baptismi aqua perfunduntur, infinita est multitudo, idcirco πολύμορφα, hoc est fœtus plurali numero dixit, non autem πολύμορφα singulari. Neq; enim in hac vita præstantibus virtute ac vitæ sanctimonia viris cum Deo esse conceditur: verùm hoc tanquam præmium illis in altero sæculo reseruatur. Subuehimini igitur, inquit, hac oratione, quam iam audijstis: multò autem altius assurgetis, cùm Verbum. i. Christus, meæ orationi, quam de hoc festo habiturus sum, prosperum iter dederit.

Ioan. 1.

Exod. 15.

Vmbratica purgatio.

Ecqua talis est legalis atq; vmbratica purgatio temporarijs aspersionibus iuuãs, vitulæq; cinere pollutos lustrans? Ecquid huiusmodi Græcorum sacerdotes profitentur, quorum ego ceremonias omnes & mysteria meras nugas esse censeo, tenebrosumq; dæmonum inuentum, ac perditæ mentis figmentum, temporis ope ac præsidio fultum, & fabularum impostoris obtectum. Nam quę vt vera adorant, eadem vt fabulosa conuoluunt & occultant. Atqui si vera sunt, quæ prædicant, cur fabulæ nominantur, ac non potius ea omni turpitudinis obscœnitatisq; nota vindicantur? si autem falsa, cur ea suspiciunt, atq; ita impudenter de vna eademque re contrarias sententias tuentur, perinde atq; in adolescentulorum aut perditissimorum sanè virorum foro ludentes, ac non cum viris cordatis disputantes, Verbiq;, adoratori-

Vera nugæ à dæmonibus inuenta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus: tametsi callidam & fucatam sordidamq; eloquentiam verborumque leporem aspernemur?

NIC. Hũ verbis ostendit Theologus quàm exigua Iudaicorũ sacrorũ ac ceremoniarũ sit vtilitas: quàm noxia & perniciosa sit Ethnicorũ de religione doctrina, nec tantum risu, sed lachrymis luctuq; prosequenda. Legales enim purgationes umbraticæ erant, (vt quæ purgationẽ illam, quæ ex baptismo petitur, præfigurarẽt & adumbrarent) ac propter huiusmodi tantùm pollutionem fiebant, eoq; solo tempore quo vitia ac proinde assiduè peragebantur. Quod quidem argumento est, eas nequaq; abditissimos animæ sinus penetrare, verùm peccatorum quasi superficiem delere, ac corporeas tantùm labes abstergere: velut si quis cilicium à lege indictum attigisset, vel mortuum, vel leprosum, vel alio modo deformatum, hircorum, vt docet Apostolus, & taurorum sanguis, & cinis vitulæ pollutos aspergens ad carnis puritatem expiabat: cæterùm peccata auferre non poterat. Atque ob eam causam continua erant sacrificia, ac persæpe vnoquoque anno offerebãtur, vt pote quæ accedentes perfectos reddere non possent. Nam si perficiendi vim habuissent, profectò offerri desissent, quòd qui huiusmodi cultum Deo exhiberent, posteaquam semel purgati essent, nullam peccati conscientiam terrerentur. Scriptum autem habetur in libro Numerorum, quòd vitulum rufam comburentes, ipsiusque cinerem aquæ admiscentes, pollutos aspergebant. Itemq; quod Moses accepto sanguine taurorum & vitulorum & hircorum cùm aqua & lana, coccina & hyssopo populum omnem lustraverit. Ac talis quidem legalis purgatio erat in breue tempus iuuans, atq; ita carnem purificans, vt tamen ad animæ purgationem vim suam non extenderet. At nostra contrario planè modo se habet. Semel enim facta omnia simul & vetera & noua & corporis & animæ vitia purgat. Enimuero Græcorum mysteria à deorum inuentis atq; à prauis & sceleratis animis conficta sunt. Quæ quidem vt fidem ipsis adstruerent, qui ea religiosè colebant, ad antiquissima tempora confugiebant: vt autem eorum turpitudinem effugerent, ea fabularum libertate ac licentia obuelabant, fabulosa esse pronunciantes, & ad allegoriam deorum referentes. Atque interdum ea quæ de dijs ipsorum commemorantur, tanquam vera sumunt: interdum etiam cum eorum absurditas ac spurcities ipsis obijcitur, fabulosa hæc esse affirmant, nec eo sensu, quem proferunt, intelligenda esse, sed mysticum quendam ac reconditum sensum habere. Exempli causa, Si ipsis proferamus Saturnum, quem pro deo colunt, filios suos deuorasse, aiunt aliud quiddam esse, quod his verbis significetur. Tempus enim, inquiunt, quidquid progenuerit, rursus consumit. Atqui conueniebat eos, siquidem hæc vera existimant, nequaquam fabulosa ea dicere: sin autem falsa & commentitia, nequaq; admirari, neq; de vna & eadem re affirmatiue ac negatiue pronunciare, contrariaq; censere: non secus ac si in puerorum vel etiam vanissimorum cœtu luderent, ac non nobiscum serio disputarent, hoc est cum viris iudicio præditis, & Verbi ac veræ sapientiæ, hoc est Christi cultoribus: tametsi prophanam & fabulosam eloquentiam & verborum virgulta aspernemur, quæ spurca & sordida est nominanda, vtpote res turpes & obscœnas orare ac verba effingere contendens.

Non hæc Iouis procreatio & surreptio, illius inquam Cretensium tyranni, (indigne licet hoc Gentiles ferãt) nec Curetum soni ac plausus, armatæq; saltationes, dei lachrymantis vagitum contegentes, vt crudelem patrem fallerent. Graue enim profectò atq; indignum erat, eum, qui vt lapis deuoratus fuerat, vt infantem eiulare.

NICETAS. Saturnus Iouis pater, cùm, vt Græci fabulantur, oraculum accepisset fore, vt ab vno filiorum suorum regno pelleretur, mares omnes, qui ipsi nascebantur, deuorabat. Rhea igitur cum Ioue pregnans esset, eius pulchritudine & vultus elegantia permota furtim sublatum in Cretam emisit, eiusq; Curetes alumnes quosdam adiunxit, qui grauem sonum atq; armorum crepitum excitarent, ac tripudium illud quod Pyrrhichium dicitur, armati agerent, vt armorum strepitu grauem infantũ Dei vagitum vastissimq; fremere posset: ne forte Saturnus è cælo vagitum audiens ipsum quoq; deuoraret. Lapidem autem pro Ioue lutum nati loco marito deuorandum reliquit. Quem cùm deuorasset, eos quoq;, quos prius absorpserat, euomuit. Cæterùm historia proditum est hunc Iouem præstigiatorem & scelestum hominem fuisse, Cretensium tyrannum: apud quos illius quoque monumentum ostenditur, discrucientur licet atq; offendantur hac de re Theologi, qui inter Ethnicos eruditione præstant, atq; historiam hanc reijciant. Quos etiam irridet Theologus, vt qui ineptissimè nugarentur Iouem (quia in eo diuinæ potentiæ erat,) nequaq; puerorum more exiui matrice vagijsse, sed horrificum quendam eiulatum edidisse atq; adeò vastum, vt ad cœlum vsq; permearet. Atque Saturnæ quidem lapidem pro Ioue à Saturno deuoratum fuisse narrant. At Gregorius Iouem vt lapidem à Saturno deuoratum esse ait. Ex quo perspicuum est, eum non ad rei gestæ famam respexisse, verum ed Saturnino deuoratum esse. Ex quo perspicuum est, eum non ad rei gestæ famam respexisse, verum ed Saturninonem. Iouis enim, vt Græci insuper fingebant, adeò firmæ ac robustæ erat natura, vt cùm hoc explaratum haberet Saturnus, ac deuorato lapide renitentiam duritiemq; sentiret, eò magis persuasum haberet, & vanè deuorasse, propter naturæ firmitatem, & robur pessum euntem. Iouem igitur vt lapidem deuoratum ea Theologus dixit, ad deuorantis opinionem respiciens.

Corybãtes. Nec Phrygum exectiones, & tibiæ, atq; Corybantes, & quæcuq; circa Rheam homines furore capti peragunt, eiusmodi sacra deorum matri obeuntes, atq; ipsi vicissim initiati,

initiati, vt par est, in talium deorum parentis mysterijs.

NIC. In Phrygia Rheæ delubrum erat, in quo Phryges festum celebrantes genitali membro excidebantur, calamitatis ipsius speciem exprimentes, in quam illa filijs à Saturno deuoratis inciderat. Ac tibicines quidam tibijs ludebant, animos illorum à doloris sensu auertentes, atq; ad perferendam exectionẽ inflammantes. Quibus posteà alij medicam manum admouebant, Corybantum gestum imitantes, perinde scilicet ac si Rheam ipsam consolarentur. Corybantes autem genus sunt dæmonum, vel furiosorum hominum, Rheæ subseruientium, quos Cabyros vocant. Porrò matrem hanc deorum & si non omnium, at certè Iouis fratrumq; ipsius poëtæ tradunt, quemadmodum & patrem deorum Saturnum. Ac Phryges erant, qui huiusmodi flagitia in Rheæ honorem peragebant, atq; ijdem initiabantur. i. exectionis cruciatu afficiebantur. *De toro hoc dæmonum genere breuiter tractauimus in scholijs epistolarum.

Nec puella quædam apud nos rapitur, nec Ceres oberrat, ac Celeos quosdam & Triptolemos & dracones inducit, multaq; & facit & patitur. Pudet enim me nocturnũ sacrum in lucem proferre, atq; ex turpitudine mysterium facere. Nouit hæc Eleusis, atque illi tacitorum ac profectò silentio dignorum sacrorum arbitri. Eleusis.

NIC. Cererem vnam ex antiquis deabus Proserpinam peperisse fingunt, quam Pluto siue Orcus rapuit. At mater eam omnibus in locis conquirens apud Eleusinem in Celeum ac Triptolemum incidit, ab ijsq; de filiæ raptu certior facta, finem per totum orbem vagandi fecit, ipsisq; tritici ac hordei semina nondum antea terrã semina spargerent. Hos duos petulanter atq; libidinosè sibijsi induxit Ceres ac quadam in eos fecit, quadam etiam vicissim ab ijs passa est. Atq; hæc omnia ipsis per vnam noctem in Eleusine, quæ Atticæ loci est, celebranda tradidit: nam ex ea vrbe nati erant. Ea igitur, quæ ab ipsis noctu celebrabantur atq; peragebantur, vt nocte digna, interdiu commemorare me pudet, ex turpitudine mysterium quodammodo facere, nimirum die festo memoriam eorum faciendo. Notæ sunt hæc Græcæ superstitionis hierophantũ. i. diuinorum oraculorum antistibus atq; doctoribus, quibus inuiolabili lege interdictum erat, ne hæc atq; huiusmodi mysteria apud eos, qui his sacris minimè initiati essent, euulgarent. Ac profectò silentio quoq; digna erãt, propter immanem rei obscœnitatem.

Nec Bacchus hæc nostra mysteria sunt, nec femur inchoatum fœtum parturiens, quemadmodum caput alium quendam fœtum prius parturierat, nec semiuir deus, & chorus perbacchãtium, exercitusq; mollis & eneruatus, & Thebanorum væcordia hũc religiosè colens, Semelesq; tonitruum adorans. Bacchus. Semele.

NIC. Iupiter cum Semele Cadmi Thebanorum regis filia congressus grauidam eam reddidit. Iuno autem ipsius vxor zelotypiâ percita ad Semelen accedens, eam vehementer opinione falli ait, si Iouẽ esse existimet, qui cum ea stupri consuetudinem habeat, mortali quopiam cum ea congrediente: ipsiq; persuasit, vt si periculum facere ac cognoscere vellet, num vere Iupiter esset, eb eo peteret, vt cum fulgere ac tonitruo rem secũ haberet quemadmodum & cum Iunone facere soleret. Id igitur cùm Semele petijsset, Iupiter cum tonitruo, vt est in fabulis, ad eam venit, atq; inuito animo eã concremauit, dissectoq; eius ventre fœtum adhuc rudem eduxit, semoriq; suo, quem inciderat, imposuit, partemq; incisam consuit, atq; expletis pregnationis diebus infantem extulit, Dionysiumq; nominauit. Itaq; Græcos sugillans Theologus ait: Ea quæ apud nos celebrantur, nequaq; ijs similia sunt, quæ de Baccho apud gentiles commemorantur, qui quidem semiuir erat, vt pote nunc ea quæ propria virorum sunt, faciens, nunc etiam ea patiens quæ fœminis conueniunt. Nec femur Iouis parturiens, ac pregnantiũ more Dionysiũ gestans, adhuc rudem fœtũ existentẽ: quemadmodũ antea Iouis caput alium quendam fœtum parturierat. Mineruam enim ferunt ex Iouis capite intersectonatam esse. Porrò circa Dionysium quidam vino obruti ac furore correpti choreas agebant, ac militarem expeditionem obibant. At Thebani præsertim ipsum colebant, tonitruum quoq; illud venerationi habentes, quo Semele humi Veneris mysteria. tus mater conflagrauerat.

Nec meretricia Veneris mysteria, turpiter, vt ipsimet asserunt, & procreatæ & cultæ: nec Phalli quidam & Ithyphallitum forma, tum rebus ipsis fœdi atq; obscœni.

NIC. Fingunt poëtæ Saturnum aduersus Cælum patrem rebellasse. partesq; ipsius pudendæ excidisse, atq; in mare protecisse, fructumq; obscœni illius membri atq; exectionis Venerem extitisse. Atq; hoc modo ipsa turpiter progenita est. Rursusq; turpiter honoratur per flagitiosos concubitus atq; execrãda mysteria. Iam verò cùm Bacchus ad inferos descendere cuperet, iterq; ignoraret, adolescens quidam Prosymnus nomine hac conditione viam ei indicaturum se pollicitus est, si profectus commonstrati præmio, corporis sui copiam ipsi faceret. Ille verò se corpus suum ad libidinem ipsi permissurum recepit, si ab inferis rediret. Reuersus igitur cum Prosymnum non inuenisset (extremo enim vitæ die perfunctus erat) ficulneum ramum excisum in genitalis membri formam effingit, ac ramo insidet. Ita promissi fidem mortuo præstat. In huius flagitij monimentum phalli per vrbes Dionysio erigebantur. Phalli autem sunt genitales partes, quæ etiam ipsæ Ithyphalli dicuntur, quòd rectæ ac rigidæ tendantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec Taurorum feritas hospitibus manus afferentium, nec aræ affusus Spartanorum adolescentum cruor, flagris sese inuicem lacerantium, atq; hac vna in re sceleratè magnanimitatis specimen edentium: à quibus dea colitur, eaq; virgo. Nam ijdem & molliti-
Diana. em honori habuerunt, & audaciam coluerunt.

NIC. *Cùm Graci Troiam infesti armis peterent, atq; in Aulide, qui Bœotiæ locus est, cum omnibus copijs collecti essent, tanta nauigandi incommoditas à Diana immissa est, vt omnis eorum exercitus illic detineretur. Hanc autem ob causam ira succensa erat, quòd Agamemnon cùm ceruum in venatione telo confecisset, gloriari ausus esset, ne ipsam quidem Dianam pari dexteritate telum missurum fuisse. Cùm autem inualescente tempestate oraculum consulerent, causamq; huius rei scisciterentur, responsum accipiũt nisi quam mali huius finem expectandum esse, nisi Agamemnon filiæ suæ cæde Dianam placaret. Persuasus igitur Agamemnon filiam suam Iphigeniam Dianæ mactandam sistit. Diana autem virginẽ necũ periculo eripuit, ad Tauros emisit, (Tauri autem in Boreali partẽ & Scythica habitant, vbi Diana delubrum est) & pro virgine ceruum ad cædem subtituit. Ad hũc igitur modũ Iphigenia apud Tauroscythas sacerdos Dianæ instituta est, atq; omnes Græcos, qui peregrinando ad ea loca diuertebant, iugulabat. At verò Spartani Lacedemonij Dianæ cultores in ipsius honorem festum celebrabant, in quo adolescentes verberibus corpus proscindentes, aram cruore perfundebant, virtutis suæ magnitudinisq; animi specimen exhibentes, ac molneribus perferendis seipsos assuefacientes, vt scilicet vulnera in bellis accepta contemnerent. Atq; eam huiusmodi cultu prosequebantur, vt fortitudine præstantem, nec à Cupidine vnq; fractam ac superatam. Si porrò cùm cæteris in rebus animi robore præstarent, ac mira quadam tolerantia labores ac multitudinem aduersantes perferrent, in hoc vno magnanimitate sua flagitiosè vtebantur, quòd frustra sese inuicem quasi hostes flagris concíderent, atq; huiusmodi rebus gratum Deo cultum sese exhibere arbitrarentur: cùm longè omnium sit verus Deus, nec cruore delectetur. Atq; etiam citra omnem verecundiam corpus detegebant, pudentiq; petulantia nudabantur Spartani, sicq; in omnium oculis cædebantur. At qui talis denudatio turpi decora atq; honesta virgini videri posset. Quocirca si Dianam illi in deorum numero habebant, ac præsidem hominumq; amantem existimabant, quonã modo sanguinis profusione eam delectari, ac vere colebant? Rursus si virginem esse credebant, cur obscœnissimè denudabantur? Num ijdem & mollitiem honori habuerunt, Sybitia, hoc est publica conuiuia celebrantes, in quibus fœdis voluptatibus vtebantur, cruentisq; flagritia & faciebant & patiebantur, puerorumq; amor apud eos in summo precio & commendatione erat: & cæteris in rebus audacia insignis argumenta dabant, sicq; in contrarios affectus incidebant. Audacia enim & mollities ex diametro inter se pugnant.*

Hospitalitas inhumana.

Iam Pelopis carnificinam, Deorum famem explentem, ac sæuam & inhumanam hospitalitatem, quo tandem loco pones?

NICETAS. *Tantalus Iouis filius deos quondam hospitio accepisse dicitur, filiumq; Pelopem mactum ac feruenti aqua coctum ipsis apposuisse: eos autem nouum hospitalitatis genus admiratos, Pelopis vitam reuocasse: & quia sola Ceres humeri partem comederat, partem illam exesam eburneam restituisse, atq; ita Pelopidas ab eo oriundos humerum eburneum habere. Tria igitur hoc loco Theologus flagellat & confectatur, deorum famem, vt dijs indignam: Tantalihospitalitatem, vt immanem & crudelem: deorum approbationem atq; admissionem, vt inhumanitatis plenam, vt pote qui huiusmodi epulis libenter excipiantur.*

Trophonij antra. Quid Dij gentium vaticinari non potuerunt.

Quo item loco horrenda & caliginosa Hecatę spectra, Trophonijq; subterraneas posturas & vaticinia, aut Dodonææ quercus deliramenta, aut Delphicæ tripodis præstigias, aut fatidicos Castalij fontis latices? quæ omnia hoc vnũ vaticinari minimè potuerunt, nimirum fore vt in perpetuum consilerent.

NICETAS. *Hecaten nonnulli Lunam esse aiunt: nõnulli aliam deam noctu obambulantem, bouum curru vectam, ac serpentibus & draconibus vndiq; cinctam, atq; horrendas quasdam rerum species obijcientem, nempe homines quosdam insitis magnitudine capita draconum habentes: adeò vt permultos horum aspectu perterre factos in furorem atque insaniam agat. Trophonius autem vates gloria cupiditate incensus, cùm Dei opinionem apud homines sibi colligere cuperet, in subterraneam quandam specum se clusit, ibiq; vitam finit: vt posteaq; inuentus non esset, in cœlum abreptus putaretur. Dæmon autem quidam specum ingressus, atq; in ea domicilium sibi constituens, homines fallebat, Trophonium se esse mentiens, atque oracula edebat. Vnde etiam qui in subterraneum illud antrum se conferebant, nonnulla quidem enarrare referebant: cæterum reliquo omni vitæ tempore tristes permanebant, qui à dæmone illusi fuerant. Iam verò in Dodonæa ciuitate quercus erat mirę proceritatis ac pulchritudinis, quam dæmon inhabitans, garrulam fatidicamq; reddebat. In Delphis autem, Graciæ vrbe, Apollinis templum erat, ac tripes aneus pergrandis, ac fatidicamq; reddebat. In Delphis autem, Graciæ vrbe, Apollinis templum erat, ac tripes aneus pergrandis, ac fatidicamq; reddebat. Iam maximã, eamq; aneam portans, in cuius medio cochlea anea pertusa erecta erat, ex qua oracula edebantur. Ea porrò Θεολογία, i. impostura atq; præstigiæ Theologus vocauit, vt pote dubijs atq; incertis vaticiniis homines fallentia ac deludentia. Castalius denique fons est in Antiochia, qui cum stridore atq; impetu & fatu*

flatu labitur, ex quo qui bibebant, si strepitum audissent, dæmonis afflatu futura prædicebnat. Hæc autem oracula de nonnullis quidem alijs rebus vaticinari visa sunt: verùm hoc vnum prædicere non potuerunt, fore vt Christi potentiæ cederent, atq; in perpetuum silerent.

Nec Magorum sacrificandi facultas, atque ex fibrarum incisione præscientia: nec Chaldæorum astrologia & natiuitatum obseruatio res nostras eodem cum sideribus motu voluens, cùm tamen nec quid ipsimet sint, aut futuri sint, cognoscere queant. *In genethliacos.*

NIC. *Magi genere Medi sunt. Hi animalia mactantes excidebant, atq; ex iecinoris fibris, ipsiusq; sanguinis eruptione & forma futurorum coniecturam faciebant. Chaldæi autem astrologiæ operam dabant, atq; in hac arte tempus studiumq; ponebant, quæ in obseruandis hominum natalibus versatur, atq; eodem motu, quo sidera eorumq; figuræ, vitam eorum qui nascuntur, cteri adstruit, atq; euentus quos homines experiuntur, astrorum connexionibus ac situi respondere. Atq; eam artem profitentur, qui nec quid ipsi sint, aut in posterum diem futuri sint, compertum habent. Quos etiam irridens Esaias, inquit, Stent ac seruent te Astrologi cœli: qui sidera prospiciunt, renuncient tibi quidnam super te venturum sit.* Esa. 47.

Nec Thracum Orgia hæc sunt, à quibus & religionem natam esse aiunt: nec Orphei sacra & mysteria, quem Græci sapientiæ nomine adeò suspexerunt, vt lyram ipsi effinxerint fidium pulsibus omnia pertrahentem. Orgia Thracum.

NICETAS. *Primi Thraces religionem erga deos inuenerunt: vnde & θρησκεία, i. religio à Thracibus nomen duxit. Porrò Orgia, i. mysteria & sacra ac festa Orpheus ipsis tradidit, quem aiunt Musicæ arte instructum ac cithara canentem tum res animæ carentes permulsisse, tum furentum bestiarum rabiem consopuisse. In quo fortasse hominum mores designant, stultos quidem & vecordes per ea quæ anima carent significantes: per feras autem crudeles homines intelligentes: quos omnes cantẽdi arte pertrahebat Orpheus, vt Græci fingunt.*

Nec Mithræ iustum supplicium aduersus eos, qui huiusmodi sacris initiari sustinent. Mithræa.

NICET. *Mithram nonnulli Solem esse dicunt. Huic festa peragebantur, ac præsertim apud Chaldæos. Illi autem qui huius sacris imbuendi erant, per duodecim suppliciorum genera ducebantur, nempe per famem, per ignem, per frigus, per verbera, aliosq; huius generis cruciatus. Iustam autem huiusmodi pœnam dixit Theologus, quòd hu suppliciis meritò afficerentur, qui talibus rebus fidem haberent, vt mercedem erroris ab ijs ipsis, quorum cultui se addixissent, acciperent, dum ab illis ira excruciarentur.* De Mithra, ipsiusque sacris copiosè disserit Ioannes Quintinus in cap. 40. Tertullian. de præscriptionibus aduersus hæreticos. Bullum.

Nec Osiridis lacerationes (quæ etiam calamitas apud Aegyptios religiosè colitur) nec Isidis infortunia, atq; hirci Mendesijs ipsis venerabiliores, nec Apidis præsepe, hoc est vituli Memphitarum væcordiâ ad luxum abutentis. Osiris. Isis. Apis.

NICET. *Osiris & Typhus, vt fabulantur Aegyptij, contrarij inter se dij sunt, ac Typhus Osiridem dilacerpsit. In cuius calamitatis memoriam Aegyptij festum peragentes seipsos lacerent, atque honoris ipsius causa in luctu versantur. Osiridis autem historia seu potius fabula talis est. Iupiter virginis cuiusdam Isidis nomine, quæ & Io dicitur, amore captus eam in bouem mutauit, ne quid huiusmodi Iuno resciscceret. Verùm illa re comperta ac zelotypia inflammata œstrum puella immisit, quo percita per omnem terram vagatur. Iam Mendesium Aegypti vrbs est, in qua hircus pro deo habebatur, ac Mendesij hircos, vt Deos, plusquam seipsos verebantur, atq; in eorum honorem festa celebrabant. Vitulum vero Memphitæ summa religione colebant, eumq; Apim nuncupabant, ac præsepio inclusum habebant, publicosq; hominum conuentus sacrificia ei offerebant. Signa autem quædam à cæteris diuersa Apis habebat, tum circa caudam, tum circa linguam: ac si quis eiusmodi inter armenta conspectus fuisset, confestim ad sacrum præsepe ab ipsis assumebatur.*

Nec omnes ij honores, quibus Nilum dedecorant, illum inquam frugum parentem, vt ipsi prædicant, spicisq; copiosum & locupletem, atq; vbertatem cubitis metientem. Mitto enim reptilium ac vilium animalculorum honores, ac pfusam obscœnitatem, quorum priuatim quidem sua cuiq; sacra & festa erant: communiter tamen omnia ad horrendam perditamq; impietatem tendebant.

NIC. *Gradus quidam lapidei scitè exsculpti circa Nili ostia erant, qui πήχεις, i. cubiti nominantur. Hos obseruabant Aegyptij quo tempore fluuius exundabat, ac siquidem ad hunc aut illum gradum aqua pro uenit assuesset, pro ascensus ratione vbertatis frugum coniecturam faciebant. Itaque prouentus felicitatem cubitis metiri hoc est definire & æstimare videbantur. Sunt tamen qui dicant, non gradus quosdam esse, ve rum columnam, in qua hoc tempore cubitos metiuntur Aegyptij, aqua ad hunc aut illum cubitum excrescente. Olim autem Nilum honoribus afficientes, ac fertilitatis authorem eum agnoscentes, ipsi tanquam deo festum spurcissima & execranda libidine celebrabant. Illud enim prætermittam, quòd & vilissima*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; animalcula & reptilia colebant, vt feles & scorpios, & serpentes, sueq; erga res turpes & obscenas liberalitatis, ambitiosaq; munificentiæ specimen edebant. Ac priuatim quidem vnicuiq; horum sesum indulsisse vtile erat, infelicitas autem perditaq; amentia omnium communis erat. Ad vnum enim impietatis scopum & diaboli cultum omnia referebantur.

Adeò vt, siquidem omnino eos impietate constringi, atque ad simulachra & artis opera manuumq; figmenta prolapsos, à Dei gloria excidere necesse erat, nihil aliud ipsis cordati homines imprecari queant, q̃ vt talia venerentur, talibusq; honoribus prosequantur, vt mercedem, quam decebat, erroris, quemadmodum ait Paulus, huiusmodi veneratione recipiant, non magis ea numina per seipsos honorantes, quàm ipsi per ea dedecore atq; infamia affecti, execrabiles quidem illi errores, verùm execrabiliores ob eorum quæ venerantur atq; adorant, vilitatem, itaut minus quoque sensus habeant, quàm ipsa simulachra numina, tantumq; ea stupore ac vecordia superent, quantùm ab ijs, quæ adorant, vilitate superantur.

Rom. 1.

NIC. Sunt qui Theologum insectentur, primùm quòd dixerit impietate constringi necesse erat: quòd cordatos vivos tanta impietate deuinctu hominibus nil aliud imprecari debere dixerit, q̃ vt ita quòd cordatos vivos tanta impietate deuinctu hominibus nil aliud imprecari debere dixerit, q̃ vt ita modi perpetuò venerentur. Contrà enim, inquiunt, pro ipsis orandum fuerat, vt impietatis vinculis solu-tur. Sed hæc stulta & inepta. Illud autem sciendum hoc verbum, necesse erat, aliquando idem significare quod decet & conuenit: aliquando pro eo quod necessariò fit, accipi, vt hoc loco. Siquidem, inquit, omnium horum erat, vt animi desitmatione liberaq; voluntate in impietatem prouoluerentur, ac simulachra, quæ nonnuum humanarum opera sunt, artisq; meditationes, diuinos honores tribuerent sapientibus & cordatis viris optandum erat, vt illis res adeò viles tamq; obscœnas & ridiculas colerent, quò nimirum insulsiores cultu & adoratione maiori ignominia afficerentur. Quanquam enim omnes vno errore concordes coniurarunt: tamen alij alijs tantò stupidiores inuenti sunt, quantò viliora atq; obscœniora sibi numina fecerunt. Enimuero Maximus ex cuiusdam senis insigni rerum diuinarum cognitione præditi sententia hanc vim ac actionem diluens, Gregorium ait Gentiles temere in errorem prouolutos ternentem, idq̃ aegrè & impatienter ferentem, commiserationi potius quàm odij affectu hæc dixisse: vt scilicet illi à religionis nouitate & suorum fœditate & abominatione ad veræ pietatis cultum se referrent, deridendam nuncupans stupiditatem hinc perspicientes: atque etiam vt si qui hæc audirent, in pestiferam eorum opinionem non pertraherentur.

Dæmones honorẽ Dei alio attrahunt.

Atque his quidem figmentis Gentiles oblectentur, ac dæmones, à quibus in hanc amentiam impelluntur, Dei nimirum honorem ad seipsos attrahentibus, atq; in fœdas opiniones rerumque species alios alio modo discindentibus. Iam inde ex quo nos per scientiæ lignum minus tempestiuè perceptum vitæ ligno deturbatos velut iá infirmiores populati sunt, imperatricem mentem abripientes turbidisq; animi motibus fenestram aperientes. nec enim ferre poterant, cùm inuidia atq; odio aduersus hoiem suaptenatura flagrarent, vel, vt rectius loquar, propter vitium suũ in hũc habitũ degenerassent, terrenos supernis bonis frui, cùm ipsi cœlitus in terrã corruissent, nec tantam gloriæ pristinæq; ipsorũ naturæ mutationem fieri. Hac de causa persecutio aduersus Dei figmentum excitata est, hac de causa Dei imago prædicto dedecore affecta. Et quemadmodũ prompto parere recusauim⁹, ita erroris liberati traditi sumus: quemadmodum potuimus in errorem lapsi sumus, ita vicissim ea quæ coluimus contempti, ac pro nihilo habiti sumus. Nec enim hoc solum grauius & indignum est, quòd cùm propter hanc opera hoc est ad opificis laudem & gloriam Deiq;, quantum homini licet, imitationem creati essemus, sedes ac propugnaculum animi affectuum, intellectum hominem miserè depascentium atq; conficientium, factisumus, sed etiam quòd deos nostriorum patronos eſſinxerimus: vt peccatum non modò crimine careat, sed etiam ac diuinum censeatur, adeò vt delicet, quæ pro dijs adorantur, deliberi arbitrij causa nobis datum fuerat.

Inuidia diaboli in homines.

Eò porrò deiectos, vt infirmiores iam, faciliusque expugnabiles

NICETAS. Hũ, inquit, figmentis ducantur Gentiles à dæmonibus in hanc amentiam prouoluti, qui quidem Dei honorẽ ad se transferre cupientes alios in alias turpes & indecoras de Deo sententias deiecerunt. Alijs enim persuaserunt, vt pro Deo voluptatem haberent, alijs vt fortunam, alijs vt elementa adorarent, alijs vt contentionem & amicitiam, alijs vt cœlestes & aëreos ac terrestres deos arbitrarentur, alijs vt animantia, alijs vt stirpes, alijs vt aliud quidpiam diuinis honoribus afficerent. Hic autem error ab eo tempore natus est, quo dæmones nos paradiso ac ligno vitæ, quod nobis præmij loco propositum erat, exturbarunt. Exturbarunt autem per scientiæ lignum tempore minimè congruo perceptum: quod quidem exercendi liberi arbitrij causa nobis datum fuerat.

sententiaq; diuina condemnatos populati sunt, quod videlicet è priori statu excidissemus, ac mortales & passibiles facti essemus. Nam cùm illis sua sponte ad inuidiam prolapsi essent, liuore aduersus nos exarserũt, non solùm ob præsentem diuinæ imaginis honorem, sed etiam ob futuram gloriam: nec ferre potuerunt gloriam à se, hoc est à primis naturis, ad nos è terra in cœlum euehi cupientes migrare. Hæc causa est, cur persecutionibus in nos saeuiat diabolus, inuidia scilicet. Et quoniam iuxta Apostolum non probauimus, nec voluimus Dei præcepto audientes esse, erroris libertati traditi sumus, hoc est, permisit Deus vt in errorem labere mur, ac per hunc honorem, quem simulachris habuimus, ipsi dehonestaremur. Deus enim ob hæc tres causas nos creauit, vt bonorum operum studio incumbamus, vt ad gloriam ipsius simus, vt eum pro viribus imitemur. At nos affectuum omnium atrx ac domicilium facti sumus: qui quidem animam exedunt, & conficiunt, non quidem ipsius substantiam, verùm substantiæ ornamenta. Neq; hoc solum graue est, sed quòd flagitiosos, quoq; deos & libidinosos inuentores, flagitijs patrocinantes atq; ad ea impellentes. Ex quo efficitur, vt peccatum non modo non condemnetur, verùm diuinum etiam censeatur, velut Dei actio: nimirum qui peccant, excusationis defensionisq; causa ad deos quos coluit, perfugientibus, atq; affirmantibus eos, cùm tales sint, tali quoq; cultus atq; adorationu genere delectari.

Vbi timor, ibi mandatorum obseruatio.

At verò nobis, quemadmodum beneficio diuino concessum est, vt superstitioso errore fuga relicto à veritatis parte stemus, ac Deo viuo & vero seruiamus, & supra creaturam assurgamus, omnia quæ tempori primæq; motioni subiacent, pretereuntes: Ita enim faciendum est, vt de Deo rebusq; diuinis pertractemus atque hinc initium differendi sumamus, vnde exordiri præstat. Hinc autem præstat, vt de Solomon nobis exordiendi legem sanxit. Principium sapientiæ, inquit, collige sapientiam. Quo loco principium sapientiæ timorem vocat. Neq; enim ea nobis ratio ineunda est, vt à contemplatione auspicantes in timorem desinamus (effrenis enim contemplatio in præcipitia quoque fortasse nos impulerit) verùm vt timoris rudimentis imbuti, & purgati, atque, vt hoc verbo vtar, extenuati in altum efferamur. Vbi enim timor est, illic quoq; mandatorum obseruatio: vbi autem mandatorum obseruatio, carnis quoque purgatio, quæ nubis cuiusdam instar animæ lumen obscurat, nec diuini radij splendorem purè intueri sinit. Porrò vbi purgatio, illic illuminatio: illuminatio autem desiderij summa est, ijs vtiq;, qui maximarum rerũ, vel potius maximæ rei, atq; adeò magnitudinem omnem superantis cupiditate flagrant.

NICETAS. Atq; hæc, inquit, Ethnici deblaterent. Nobis autem quemadmodum diuinitùs datum est, vt superstitiosum errorem fugerimus, qui efficit vt dæmones timeantur atq; honorentur, ac veritatem cognoscamus, & quod Paulus ait, Deo viuo & vero, non aũt mortuis falsiq; nominis dijs seruiamus, ac supra omnem creaturam assurgamus, nulli scilicet rei creatæ diuinitatis nomen tribuendo, atq; ipsuper mundum quoque motu sese ad rerum procreationem & fabricationem agitauit. Ac primo quidem ipsius motu angeli procreati sunt, vt pote ante tempus conditi: quandoquidem ante cœlum & diem ac solem, qui tempus constituit, angeli creati sunt: secundo autem, hic mundus qui aspectu sentitur. Quemadmodum igitur nobis dictum est, vt idolorum cultu liberati, Deum, qui omni creatura tam aspectabili quàm intellectili & spirituali superior est, cognoscamus: sic etiam Dei mysteria intelligamus & doceamus, ac iuxta Salomonis leges & præcepta philosophemur. Quoniam enim in malignam animam non intrabit sapientia: idcirco animos eorum, qui eam sapientia consuetudinem habituri sunt, primùm per diuinum timorem purgat his verbis. Principium sapientiæ collige sapientiam, hoc est in principio sapientiæ, id est, in timore diuino sapientiam tibi compara. Vt enim fundamẽtum domus principium est, & nauis carinæ: sic etiam iuxta Dauidis sententiam Principium sapientiæ, timor Domini. Pietas enim ac religiosus timor ad numeros omnes virtutis absoluendos, scala instar est: vt pote qui animos nostros à vitiorum contagione sordibusq; lustret, atq; vbicunque domicilium sedemq; habeat, improbas omnes & flagitiosas actiones in fugam vertat. Quoniam igitur tam diligentiæ arius est timor, velut puerili quadam institutione nos ad eam virtutem quæ in actione versatur, introducens, actiua autem virtus contemplationis scala est: danda nobis est opera, vt rectè & congruenter his vt amur, ordineq; progrediamur, atque à timore exorsi in contemplationis fastigium subuehamur. Nauis enim contemplatio nisi timoris diuini freno coërceatur in blasphemiæ quoque fortasis & impietatis præcipitia nos impulerit ac deiecerit. Ac vide scalam per quam ad perfectionem nobis ascensus patet. Vbi enim timor est, illic quoque mandatorum obseruatio: Vbi autem mandatorum obseruatio, carnis quoque purgatio: quæ quidem caro hoc est animæ quod soli nubes, tenebris scilicet eam obducens atque obscurans, nec diuini radij splendorem purè intueri sinens. Porrò vbi animæ purgatio, quæ virtutibus cõparatur, illic etiam scientiæ illuminatio post piam sempiternam rerum disquisitionem elucet, ad Dei cognitionem animam euehens, ipsisque desiderium rei, omnium sumnoè expetendæ affigens, hoc est Deo qui & in maximis est, id est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, in tribus Personis, & in maximo, propter substantiæ & diuinitatis vnitatem, & magnitudine omnis superior est, quia nec quantitate, nec amplitudine, nec magnitudine circunscribitur. Magnus enim, inquit, Dominus & laudabilis valde, nec magnitudinis ejus finis est. Psal.144.

Quocirca se quisque prius purget necesse est, atque ita demum cum puro colloquium ineat: alioqui verendum, ne nobis idem, quod Israeli accidat vultus Mosaici gloriâ non ferenti, ac propterea velamine opus habenti: aut eodem quo Manue modo afficiamur ac dicamus, Perijmus, mulier, Deum vidimus, cùm videlicet Deum sibi videre visus esset: aut Petri in morem Iesum à nauicula submoueamus, vtpote tali aduentu indigni (Petrum autem cùm dico, quem virum dico? eum qui insluctibus iter pedibus fecit) aut occurramus. Quisque prius se purget quàm cum puro colloquatur.

NICETAS. *Hæc, inquit, cùm se ita habeant, adhibenda prius est per virtutem in actione pœnitentia purgatio, atq; ita ad cõtemplationis puritatem eundum. i. diuinam scientiam & doctrinam: nisi mobis idem cidere velimus, quod Israelitis accidit. Scriptum enim est in Exodo, Viderunt filij Israelis Mosem, faciem ipsius gloria illustratam, timuerunt q; ad eum accedere. Idcirco velamine faciem suam obduxit, ut ipsis versabatur. Quemadmodum igitur Israelita quamuis Mosis vultum cernere cuperent, tamen propter splendoris radios ex eo manantes, suamq; infirmitatem eum intueri non poterant: ad hunc quoq; modum quicunq; ex nobis per morum probitatem egregiasq; actiones animos non perpurgarint cum Deo & Christo logia frustra commercium habere admittentur. Rursus de Manue in libro Iudicum hæc memoriæ prodita sunt eũ, cùm Israelis iudex esset, humanitatisq; officia erga hospites studiosè coleret, angelũ quendam pro piam è plebe hospitio excepisse, cumq; igniũ è petra ac mensa emicans cibos ipsos appositos deuorasset, angelus à conspectu ipsius se subduxisset, in eam opinionem venisse, vt Deum sibi visus esse existimaret, remq; ita allocutum esse, Perijmus, vxor, Deum vidimus. Quemadmodum igitur Manue Samsonis pater Deum videre sibi visus est, cùm tamen non viderit: ita qui purgati non fuerint, Theologiam quidem diuinitatis cognitionem imagine concipient, ipsam tamen non videbunt: immò potius simulacrum dam ipsius intuentes ac percipientes animo tumultuabuntur, ac dicent, Perijmus, quòd videlicet ea ram quidem illius formam sustinere queant. Ad hæc quemadmodum Petrus vim efficaciamq; diuinitatis ferens, Iesum à naufragio arcebat, vt narrat Euangelista: ita qui animo nondum purgato Theologiam pit, à mente sua eam amolitur, vim ipsius non ferens. Quemadmodum insuper Paulus vt Ecclesiam rum Actibus narrat, cùm acceptis à Pontificibus literis Hierosolyma Damascum contenderet, vt Christianos persequeretur atq; opprimeret, simulatq; ipse iter facienti exiguus Christi, veri luminis radius obstitit, est, statim aspectu orbatus est, quòd à persecutionis piaculo lustratus antè non fuisset, quidam eum qui persequebatur, in colloquium veniret: eodem modo qui diuino timore purgati non fuerint, sed animum ro & sordido ad contemplationem accesserint, plus ex re detrimenti & dispendij q̃ emolumenti reportabunt. dij accipient. Quemadmodum deniq; dicebat Centurio, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed dic verbũ, & sanabitur puer meus (hoc porrò dicebat, curationem quidem pueri requirens, ipsum autem propter pium & laudabilem metum in domum suam non admittens (sic etiam ipse Theologiam quidem expetant, verùm Deum ipsum in animam haudquaq̃ excepturi sunt.*

Cap.34. Matth.8. Zachæus. Luc.19. Cap.13. Luc.5. Cap.9. Matt.8.

Proinde ex nobis quoque dicat quispiam, quandiu nondum animo purgatur, verùm Centurio adhuc est, in multos vitij principatum tenens, ac Cæsari militat, hoc est mundi principi, dominoque eorum, qui humi volutantur: Non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Cùm autem Iesum aspexerit, quanuis spirituali ætate paruus, vt ille Zachæus, ac super sycomorum euectus fuerit, mortificatis videlicet extinctisque membris quæ super terram sunt, atque humilitatis corpore superato, tum verò Verbum excipiat, & audiat, Hodie salus huic domui, salutemque accipiat, perfectioresque fructus ferat, præclarè spargens atque effundens, quæ publicani munere fungens neque ter acriorem vehementioremq; incursionem, tum propter arcem tutiori firmioriq; præsidio communitam.

NICET. *Quandiu, inquit, quispiam nostrum Centurio est, hoc est, multos in vitio superans, quemadmodum ille in militari præfectura centum militibus præerat, ac diabolo sceleratorum hominum scelerumque mundi principi seruit, hac oratione vtatur, Non sum dignus, qui diuinitatis doctrinam excipiam. At postea quam humanitatem Christi perceperit, hoc est, eam virtutem quæ in agendo versatur, assecutus fuerit, ac supra sycomorũ seipsum extulerit. i. supra carnis affectum, quem membra quæ super terram sunt, vocat Apostolus, vt pote terrenarum rerum studio addictum, ac circa eas sese volutãtem, ac corpus humilitatis humi prouolutum. Quemadmodum enim sycomorus sterilis atque infrugifera quædam arbor est atq; depressa: sic etiam carnalis affectus. Quocirca qui eum fugerit ac velut marcore affecerit, carnisque voluptates oppresserit, contemplationem, hoc est, diuinitatis doctrinam actiua virtute etiam comparata suscipiat, atq; audiat, Hodie salus huic domui, hoc est, omnibus animæ partibus: nec solùm eaq̃ habet, tueatur, verùm ad maiora quoq; & sublimiora contendat, ac præclarè spargat, quæ sceleratè collegit, siue pecunias, siue dignitates, siq; & animi sensa diuinitatis doctrina parum digna effundat. Idem enim Verbum historico quidẽ sensu Deus, anagogico autem diuinitatis doctrina, & indignis formidolosum est propter naturam suam: ignis enim consumens est, vt ait Scriptura, & propter benignitatem captu facile, ijs vtiq;, quos non dicam (dignos, propriè enim nemo eo dignus est) verùm qui ad ipsius exceptionem ita se præparauerint, vt illis quidem crasso atq; peruerso spiritu ex spirituali animæ suæ domo expulso, eaq; scopis mundata, hoc est, studiosè purgata atq; ornata nequaquam ociosam eam atq; inertem reliquerint: ne reuersus impurus dæmon facilius simul ac tutius in eam immigret, vt pote cum septem spiritibus rediens, qui quidem septem virtutis spiritibus aduersantur, hoc est, Spiritus sancti donis, quæ ab Esaia recensentur, nempe Spiritus fortitudinis, consilij, prudentiæ, timoris Dei, pietatis, sapientiæ & scientiæ. Verùm ad vitij fugam virtutis cultum adiungant iuxta illud, Declina à malo & fac bonum. Vtrumq; enim necessariò requiritur, nimirum animæ purgatio, vt impurus vitij spiritus in fugam se conijciat, & virtutis accessio, vt bonus spiritus in domum inducatur, ac locus impleatur, & virtute cumuletur. Totum Christum vel certè quàm maximè fieri potest, admittentes, ne diabolus rediens ac locum aliquem vacuum offendens, eum impleat, perniciosioremq; ex animis nostris officinam sibi efficiat, violentiusq; excurrat, atq; occupatam domum tutiori præsidio muniat. Quod enim difficilius expugnatur, id cùm semel captum est, & iucundius possidetur, & studiosius diligentiusq; custoditur.* Cap. 11. Psa. 36. Luc. 11.

Postquam autem anima nostra omni custodia seruata, atq; ascensionibus in cordis dispositis, nouali busq; in nobis ipsis nouatis, ac deniq; semine ad iustitiam sparso (quemadmodum & Solomon & Dauid & Hieremias admonent) scientiæ lumen nobis excitauerimus: tum demum mysticam & absconditam Dei sapientiam loquamur, alijsq; præluceamus. Interim verò purgemur, ac Verbo præinitiemur, vt quàm præclarissimè de nobis ipsis mereamur Dei similitudinem assequentes, Verbumq; veniens susc ipientes: nec solùm susc ipientes, verùm etiam retinentes, alijsq; declarantes.

NICET. *Si diuinitus illustrari gestiu, faciendum tibi prius est, vt, quemadmodum Solomon monet, omni custodia serues cor tuum: ascensionemq; in corde tuo disponas, Dauidi morem geras, profectum Deo grata tum atque ad maiora progressionem & ascensum à te postulanti: ac de Hieremiæ consilio & sententia noua tibi ipsi inueues, animæ tuæ facie complanata, vitiosisq; spinis extractis & euulsis. Quod vbi abs te factum fuerit iam ad iustitiam sere, ac tum demum scientiæ lumine, sicut est apud Oseam, collustra. Quandoquidem in malignam animam non intrabit sapientia. Cùm autem ipse sapientia instructus ac diuino splendore perfusus fueris, tum verò alijs quoq;, vt ait Apostolus, Dei sapientiam loquere, de Deoq; disserens: ac tum etiam mysticè & circunspectè ea quæ apud vulgares homines, hoc est minimè purgatos absconditæ sunt, discute. Ac luminare in mundo factus, & fulge ipse, & alios illustra. Interim verò. i. quousq; ad supernum illum fulgorem peruenerit, teipsum, præpurga, ac Verbo præpara, & præinitia, & velut præexercens (sacrarum siquidem rerum doctores initiandi vim habent) vt teipsum primùm beneficio afficias. Quod quidem futurum est, si non solùm te ita compares, vt Deum excipere, sed alijs quoq; ipsum proferre atq; ostendere mereare.* Pro. 4. Psal. 83. Hier. 4. Cap. 10. Sap. 1. 1. Corin. 2.

Quoniam autem sermone theatrum repurgauimus, age iam de festo nonnihil differamus, & cum pijs animis festiq; celebrandi studiosis diem hunc sacrum celebremus. Et quoniam Dei memoria præcipuum festi caput est, Deum memoria colamus. Nam nec eorum sonum, qui in alterò sæculo, in quo lætantium omnium habitatio est, festum celebrent, quicquam aliud esse existimo, q̃ diuinę laudis gloriçque prædicationem ab ijs proficiscentem, qui beata illa vita Dei beneficio perfruuntur. Quòd si quid eorum, quæ à nobis aliquando dicta sunt, hæc oratio habitura est,

peruersa vis & potentia quicq̃ vacuum offendens domum rursus impleat, ac nouissima prioribus deteriora fiant, tum prop-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,nemini mirum videri debebit. Neque enim eadem solùm proloquar,sed de ijsdem quoque rebus, & quidem lingua & mente, cogitationeque perhorrescens, quoties de Deo sermonem instituo. Quê etiam laudabilem ac beatum affectum vobis inesse optarim. Deum porrò cùm dico, vno eodemque triplici lumine perstringamini:triplici quidem quantum ad proprietates siue hypostases,si cui hoc verbum magis arridet,siue Personas (neque enim de nominibus odiosa contentione certabimus, quandiu syllabæ ad eandem sententiam ferent)vno autem quâtum ad substantiæ, hoc est diuinitatis rationem. Distinguitur enim indistinctim vt sic loquar,& distinctim connectitur. Vnum enim in tribus diuinitas est, & tria vnum, ea inq̃ in quibus diuinitas est, vel, vt magis propriè dicam,quæ diuinitas est. Excessus autem ac defectus missos faciamus, nec vnione confusionem,nec rursus diuisione seiunctionem efficientes. Aequo enim interuallo à nobis remouebuntur, & Sabellij contractio, & Arij diuisio, malæ ex diametro oppositæ & impietate paria. Quid enim necesse est Deum vel nectere coniungere, vel in dispares substantias scindere? Nobis quippe vnus Deus Pater, ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus Christus,per quem omnia, & vnus Spiritus sanctus in quo omnia. In quibus rebus,hæ particulæ, Ex quo,per quem,& in quo naturas secant ac distrahunt (alioqui enim,propositiones istæ nominumq; ordines nunquam immutarentur) veritatis & incõfusæ naturæ proprietates. vnius & incõfusæ naturæ proprietates primunt. Idque ex eo perspicuè constat, quòd rursus in vnum contrahũtur,si modò quis illud apud eundem Apostolum non neglectim atq; oscitanter legat,Ex ipso & per ipsum & in ipso omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorum.

Non sine timore loquẽdũ de Deo.

De nominibus non est contendendum.

NICETAS. *Quoniam,inquit,sermone quem de festo habuimus,auditorium præparauimus,quippe attentos auditorum animos reddidimus,age de festo quippiam disseramus. Et quoniam primariũ festi caput,Dei est memoria diuinitatisq; pertractatio, Dei proinde memoriam celebremus. Nam quod ait Dauid,in voce exultationis & confessionis sonus festum agentium. Et rursus,Quasi lætantium omnium habitatio in te,nihil aliud hic sonus est, quàm Dei laus, quæ ab ijs prædicatur, qui sempiternum gaudio digni habiti sunt. Quòd si ea quæ in Oratione de Natiuitate dixi,nunc quoq; repero, nihil mirum habebit. Nam,vt Platonis verbis vtar,eadem de ijsdem rebus loquar,id est, de tribus Personis. Nam in adeosdem rebus ac tractatibus orationis varietatẽ & copiam studiosè affectare præstiterit:at in eis,quæ de Deo suscipitur,expressima atque efficacissima verba arripienda,& conserta, quod sæpe, vertinenda sunt:etiam si identidem eadem verba mihi repetenda sint. Quoniam enim lubrica, & plena est diuinitatis tractatio, Deusque naturâ formidabilis est & incomprehensibilis, idcirco quamale mihi de Deo disserendi necessitas incumbit, tum linguâ contremisco, tum mente, quæ primùm naturam sublimioribusq; quàm vt argumentationibus confirmari queant,institutas materias arripit, tum oratione etiam perhorresco, quæ argumentorum causas à mente accipiens, mentis agitationes consilium lutq; distribuit. Atq; vt ipsi quoque contremiscatis,opto. Horroris enim affectus hoc loco laudem meretur, ac timor hic beatus. Deum porrò cùm dico,triplex vnumq; lumen tibi animo,ppone:triplex quidem quantum ad hypostases,vt Orientales dicebant,vel,vt Itali,Personas:vnum autem, quantum ad substantiæ adorationemque diuisionis omnis expertem. Etenim diuiditur quidem propter tres Personas:atque distinctim propter diuinitatis vnitatem:ac rursus connectitur quidem propter diuinitatis identitatem, distinctim autem propter Personarum trinitatem. Vnum enim in tribus diuinitas est, & tria vnum, quibus diuinitas est,vel potius quæ diuinitas est,vt magis proprio & exacto verbo vtar, ac nusquam ad defectus occasio suspicandi detur,diuinitatem aliud quiddam esse præter hæc,aut compositio vlla in simplicitate gitetur:tum etiam quia diuinitas Personis quodammodo coëssentiata est. Excessus autem ac defectus sos faciamus,nec plures Personas tribus confitentes, nec pauciores. Vel,nec excedentes,vt Arius,cùm tres sint. Nec naturas inducit(vna enim est)nec deficientes,vt Sabellius vnam Personam affirmans,cùm tres sint. Nec nione confusionem facientes,Personas scilicet non diuidendo (hoc enim est confusio) quemadmodum Sabellius,tres Personas in vnam contrahens atque permiscens. Nec diuisione seiunctionem efficientes, stantiam videlicet non contrahendo (hoc enim seiunctio est) quò prorupit Arij audacia,cùm diuinitatem in tres naturas à se inuicem alienas diuisit. Ac Sabellismus quidem Iudaismum refert, nimirum vnam hypostasim statuens,remq; vnam varia nomina habentem esse dicens,Patrẽ & Filium & Sp. sanctum. Arismus autem cum etthnicismo conuenit,vt pote per trium naturarum assertionem deorum multitudinem inuehens. Et quemadmodum ait magnus Dionysius Romanus, Ariani cum Sabellij sententia ex diametro pugnant.Sabellius enim eundem esse Filium & Patrem impiè asserit,& contrà eundem Patrem & Filium Ariani autem tres deos quodammodo prædicant,sanctam vnitatem in tres personas inter se alienas per sus separatas dividentes. Diuinum enim verbum Deo rerum vniuersarum vnitum esse necesse est,si Spi-*

tum sanctum in Deo inesse, ac postremò diuinam Trinitatem in vnum Deum rerum omnium dominum atq; omnipotentem,quasi in apicem quendam & fastigium colligi contrahique omninò necessarium est. Nam hac ratione nobis diuinæ Trinitatis doctrina & sanctæ vnitatis prædicatio constabit. Sed videamus quid significet ex diametro. Diameter in circulis est quædam recta linea, quæ per centrum ducta in vtranque partem terminatur, atque in duas æquas partes circulum secat, diameter dicta παρὰ τὸ διαμετρεῖν τὸν τόπον κύκλου δίχα τέμνειν, id est, quòd totum circulum in duas partes æquales dimetiatur. Sola enim hæc linea id efficit. In quadrangulis autem vel etiam in quadrilateris figuris, diameter est quædam recta linea ab angulo ad angulum ducta, in duas æquales partes spatium scindens. Quare ea ex diametro opposita dicuntur, quæ multum inter se distant, quoniam tam in circulis quàm in quadrangulis aut quadrilateris nulla maior est sectio, quàm ea q̃ per diametrum fit. Quandoquidem igitur & Sabellij contractio & Arij diuisio vnitatis ac multitudinis inter se rationem habent, ex diametro quidem inter se oppositæ sunt, hæ malæ, hoc est, maximè cõtrariæ: verùm impietate paria, vt pote æquè perniciosæ: malum enim vtriusque æquale est, tametsi in contrarijs reperiatur. Nobis autem, vt cum Apostolo loquar, vnus Deus pater ex quo omnia, vnus dominus Iesus Christus per quem omnia, & vnus Sp. sanctus, in quo omnia. Hæc autem tria nempe, Ex quo, per quem & in quo naturas & substantias minimè scindunt, quemadmodũ hæretici blaterant, Patri, Ex quo assignantes, Filio per quem, & Sp. sancto in quo. Nam si hæc, vt ipsi opinantur, naturas separarent nequaquam ab vno loco in alium locum transirent hæ præpositiones ex, per, & in: verùm de Patre semper dicetur ex quo, de Filio autẽ per quem, & de Sp. sancto in quo. Atqui inter se mutantur. Ostendemus enim nec patrem illud ex quo accipientem, filio per quem reliquisse: nec rursus Filium ab harum particularũ communione ex quo & per quem Sp. sanctũ arcere. Nam & de Patre dicitur per quem: fidelis enim, inquit, Deus, per quem vocati sumus ad participationem filij sui. Et de Filio Ex quo. In Epistola enim ad Colloss. ad eos qui Vnigeniti cognitione carebant, dictum est: Non tenent caput, id est, Christum, ex quo omne corpus per commissuras & compagines subministratum crescit in augmentum Dei. Et rursus eodem modo de spiritu sancto, Ex quo dicitur. Qui enim, inquit, seminat in spiritu, ex spiritu metet vitam æternam. Atque etiã de eodem. Per quem dicitur, Nobis enim, inquit, Deus per Spiritum reuelauit. Eadem & de syllaba in dicere posuimus, quam etiam Scriptura de Patre verba faciens admittit. In Deo enim, inquit, qui omnia creauit. atque ad hunc modum has propositiones nonnunquam immutari demonstrauimus. Sequitur iam vt ostendamus, ipsius quoq; nominum ordinem aliquoties inuerti atq; transponi, nec Patrem semper primo loco numerari, Filium secundo, & tertio Spiritum sanctum: sed etiam permutato atq; inuerso ordine, vt in illo Apostoli loco, Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas Dei & Patris, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Et rursus, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus, & diuisiones ministratio num sunt, idem autem Dominus, & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus. Et quomodo in his locis ordo nominum inuersus sit. Enimuerò hæretici, Ex quo de causa dici affirmant, per quem de organo, in quo de loco, atq; hinc colligunt, quòd quemadmodum alia causa natura est, alia organi, atq; alia loci, adeundẽ quoq; modum, alienus quantum ad naturam est Filius à Patre (quandoquidem & organum ab artifice) alienus item Spiritus sanctus: quatenus & loco & tempore ab organorũ vel artificum natura separatus est. At nos his propositionibus non separati naturas dicimus, sed potius notari atq; exprimi, vniusq; naturæ proprietates declarari. Idq; ex eo perspicuum est, quòd tres hæ propositiones de vno Christo complexim expressè reperiuntur: si quidem Paulus ad Romanos epistolam haudquaq̃ perfunctorie quisquam legerit, in qua ita scribit, Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia. Ex ipso enim res omnes essentiæ suæ causam habent secundum Dei & Patris voluntatem, & per ipsum omnia permanent, & conseruantur, vt pote qui omnia creauit, omnibusq; rebus à se procreatis ea quæ ad salutem conueniunt, administret. Ac proinde ad eum omnia se conuertunt, ardenti quodam desiderio atq; ineffabili amore ad vitæ autorem rerumq; necessariarũ subministrationem oculos conuertentia. Diuiditur quidem indistinctim, & connectitur. Contraria inter se coniuncta sunt, quod mirum est: nimirum diuisioni vnitas, & coniunctioni diuisio ita vt nec diuisio vnione careat, nec rursus vnio diuisionis sit expers. Hæc in codice Reginæ interpretationi Niceæ confusè inserta ad calcẽ reijcere libuit.

1.Cor.8.

1.Cor.1.

Cap.2.

1.Cor.2.

2.Cor.13.

1.Cor.12.

Cap.11.

Quomodo diuisum sit principium & principij expers.

Pater pater est,& principij expers:neq; enim ab vllo manat. Filius filius est,ac nõ principij expers, ex patre siquidem: quòd si temporis principium accipis, principio etiam caret. Neque enim temporum creator tempori subest. Spiritus sanctus verè spiritus est, procedens quidem ex patre, non tñ filiationis modo, vt nec generationis, verùm progressionis (liceat enim perspicuitatis causa noua nomina fingere.) Neque enim Pater eò ingenitus esse destitit, quia genuit, nec Filius genitus esse desinit, quia ex ingenito est generatus (quonã enim modo desineret?) nec Spiritus idcirco vel in Patrem vel in Filiũ migrat, quia processit, ac Deus est, etiam si impijs ac peditis hominibus aliter videatur: proprietas enim mutationem nescit. Quoniam enim modo proprietatis nomen sustinere queat, si moueatur atq; mutetur? Qui autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem ingeniti rationem, & generationem deorum idem nomen habentium naturas esse statuunt, ijdem, credo, Adamum quoque & Seth (quoniam ille non ex carne, vt pote à Deo effictus, hic autem ab Adamo & Eua procreatus est) diuersos inter se quantum ad naturam esse contendent.

NICE. Quoniam Eunomiani impropriè paternitatis nomen Patri adhiberi dicebant, non propter relationem ad Filium, sed vt in creaturis, propter architectricem scientiam, idcircò ait Theologus, Pater pater est, hoc est verè pater, vt qui Filium genuerit, & principiū expers, neque enim ex quoquam, neque à seipso, neque ab altero ortum habet. Nam qui verè solus pater est, ex nullo altero est. Ac rursus Filius filius est non vt creatura nomen istud consecutus, iuxta illud, Filius primogenitus meus Israel. Nam hoc locò dictus Filij non vt creatura accipienda est: sed propriè Filius, atque à Patre suo genitus: qui etiam quantum ad temporis principiū principio caret. Nam qui omnia creauit, vtiq; & tempora. Temporū auit creator profectò tempori nequaq; subest. Atq; etiam principium habet, quatenus ex Patre est, licet non post Patrem. Spiritus sanctus verè Spiritus est. Sanctus autem adiectum est, vt diuinus Spiritus ab ijs distinguatur, qui simpliciter Spiritus vocantur, nimirum ab angelo & animo, atq; aëreo flatu. Verè autem additum est, vt ostenderetur eum solum propriè sanctum esse, cætera autem gratia & communicatione. Nam creaturis aliunde vnitur eum solum propriè sanctum esse, cætera autem gratia & communicatione. Nam creaturis aliunde vnitur Sancta est sanctificatio. Spiritus autem sanctitas naturam explet. Et quemadmodum vnus Pater, & vnus Filius excitat & vnus Spiritus sanctus. Ac proinde à natura creata tantùm remotus ac seiunctus, quantùm simplicem & absolutum numerum à compositis diremptum esse par est. rursus Patri & Filio tantùm vnitur est, quantùm vnitas ad vnitatem cognatione iuncta est. Nec verò hinc solum societatis & communionis naturalis argumenta ducuntur: sed etiam quia ex Deo esse dicitur, non quemadmodum omnia ex Deo sunt, verùm vt ex Deo prodiens non generationis modo, vt Filius, sed progressionis, vt Spiritus oris eius. Quocirca de eo nec per os membrum intelligendum est, nec per Spiritum flatus quispiam euanescens: verùm & ea, vt Deo dignum est, accipere debemus, & per Spiritum substantiam viuam intelligere. Nec verò ita arguetur hæretici, Si genuit Pater, ingenitus esse desijt. Ingenitum enim oportet non modò à nullo genitum esse, sed nec vllū quoq; genuisse. Neq; item eodem modo de Filio disputent, Si ex ingenito Patre genitus est, vnitatis generationis nomen amisit. Necesse enim est Genitum, & genitum esse, & à patre genito. Nec postremò de Spiritu sancto ad hunc modum disserant, Aut ingenitus est, aut genitus. Si ingenitus Pater fuerit: sanctus Spiritus, ergo Filius. Verùm os ipsis obstruatur, vt stultè atq; ineptè cauillantibus. Nam nec Pater ingenitus est, quia genuit: Ingenitus enim dicitur, vt nunq; genitus, non autem quòd minimè genuerit. Nec Filius genitus esse destitit, quia ex ingenito genitus sit. Genitus enim est, nō vt ex genito à Patre genitus, sed vt solùm genitus. Nec deniq; Spiritus sanctus aut in Patrem, aut in Filium concessit. Nec enim ingenitus est: & genitus ex eorum numero sunt, quæ medio carent, vt alterum horum Spiritui necessariò tribuendum sit: verùm inter ea medium aliquid interiectum est, nempe processio. Procedit itaq; Spiritus à Patre. Quòd si procedit, vtiq; ab ipsius natura & diuinitate non est separatus, sed & est, & manet Deus. Pater patris est, & Filius filius, & Spiritus spiritus. Vniuscuiusq; enim harum trium Personarum proprietas transmutari non debet. Nam si loco suo mota ad alium transiret, non iam proprietatis nomen tueretur. Duplex autem est proprietas, altera naturæ, altera personæ. Ac naturæ quidē proprietatem ad tres Personas sese mouentem & effundentem reperire est, velut increatū, sempiternum, omnipotens, cæteraq; eiusdem generis. Personæ verò proprietatē nullo modo moueri profitemur, vt ingenitum, genitum, & procedens. Hæc enim Personarum sunt proprietates. At verò Eunomiani ingeniti ac geniti rationem diuersarum naturarum proprietates esse contendentes, Patrem quidem propriè Deum nominant: cæterùm Filium & Spiritum nominis solius, non autem eiusdem essentiæ consortio cum eo coniunctos esse astruunt. Nā cum Pater ingenitus sit, inquiunt, non quoquam gignet. Quòd si Pater non gignit, vt delirant Eunomiani, profectò nec Filius paternæ naturæ participeps existit, vt pote à Patre minimè genitus, verùm æquinoce Deus dicitur, hoc est solum Dei nomen habet, non autem rem ipsam. Qui mihi sanè eadem ratione dicturi videntur, quoniam Adamus quoq; ex carne genitus non est, sed à Deo effectus: Seth autē ex Adami cum Eua congressu procreatus est, idcircò eos natura diuersitate inter se disiunctos esse. Quòd si in vna atq; eadem humana natura & ingenitum & genitum reperiuntur, quantò magis in diuina?

Exod. 4.

Psal. 32.

Vnus igitur Deus in tribus, & tria vnū sunt, vt diximus. Quæ cùm ita se habeant, immò cùm hoc ita se habeat, atque adorationem nequaquam supernis tantùm spiritibus definitam & circunscriptam esse conueniret, sed & inferos quosdam adoratores esse deceret vt omnia Dei, cuius omnia sunt, gloria implerentur, eam ob causam homo creatur, diuinæ manus & imaginis honore decoratus. Hunc autem inuidia diaboli, atque acerbo & armulenco peccati gustu à Deo conditore miserè seiunctum, & à Deo profectò alienatum despicere, à Deo profectò alienatum erat. Quid igitur fit? quamq; magnum circa nos mysterium delignatur. Innouatur naturæ, Deusq; homo efficitur, & qui fuit super cœlum cœli ad gloriæ suæ & splendoris Orientem ascendit, in vtilitatis & humilitatis nostræ Occasu clarescit, Deiq; filius hominis quoq; filius & esse & vocari sustinet, non quod erat, immutans (neque enim mutationem admittit) sed pro singulari suo erga homines amore, id quod non erat assumens, vt qui naturā suā comprehendi non potest, comprehendatur, intermedia carne, quasi velo quodam interiecto nobiscum versans: quandoquidem procreata natura interitui que obnoxia imbecillior est, quàm vt puram ipsius diuinitatem ferre queat. Idcirco ea quæ mixtionem nescibant miscentur, ac non modò natiuitati Deus, & carni mens, & tempori temporis expers, & dimensioni id quod nulla mensura circunscribi potest, iungitur: sed virginitati quoque procreatio, & ei quod omni honore præstantius est ignominia, & affectibus id quod affectibus vacat, & corruptibili id quod incorruptibile est & immortale. Quoniam enim ille vitij parens & effector ideò se inuicto quodam robore præditum esse existimabat, quia nos diuinitatis spe obiectâ tanquam illecebra quadam in fraudem in duxerat, ea de causa ipse quoque prætextu carnis inescatur, vt dum quasi in Adamū impetum facit, in Deum incurrat, atque ita nouus Adamus pristinæ saluti atq; incolumitati veterem asserat, sententiaque aduersus carnem pronunciata rescindatur, morte nimirum à carne oppressa atq; extincta.

Cur diabolus per incarnationē deceptus sit.

Cur homo creatus sit.

NICET. Vnus igitur, inquit, est Deus in tribus personis, & tres personæ vnum sunt, quo ad diuinitatem. Quoniam autem hæ se ita habent, hoc est hæ personæ, vel hoc potius, id est diuinitas, neq; angelis solis, qui superni sunt Spiritus, definitam atque circunscriptam esse Dei adorationem oportebat, sed & in terra quoq; nonnullos esse, qui eum adorarent, vt omnia ipsius gloria implerentur: quippe cùm res omnes creatæ Dei sint. (Omnia enim, inquit, seruiunt tibi) eam ob causam homo creatur, nempe vt sic quoque Dei gloria celebretur. Duplex enim creationis hominum causa fuit, altera antecedens, bonitas scilicet Dei: altera finalis, nimirum Dei gloria. Quoniam autem à diuina misericordia alienum erat hominem per peccatum à creatore suo separatum negligere, ideò innouantur naturæ: diuina enim humanam natiuitatem subire sustinuit, nostra autem animata carnem spiritualiter genito Verbo protulit. Quodq; magis mirandum est, nec virginitatis lex procreatione vllo modo imminuta est. Adhac innouantur naturæ: diuina enim humanā assumpsit, humana autem diuinitate affecta est, atq; infinita quidem à finita comprehensa est, finita verò infinita adnexa: ac deniq; adurens natura crassam & materia constantem assumpsit, crassa & carnalis adurentem sine vllo detrimento accepit. Nouum enim illud facimus quod in Christo eluxit, non in hoc duntaxat situm est, quòd is qui sine principio iam ex Deo genitus erat, ortu quoque temporali secundum carnem genitus sit: sed in eo etiam, quòd nostra natura carnem nullo prius tacto semine dederit, ac virgo sine pudicitia tactura pepererit. Cumq; naturarum earum, circa quas nouo exemplo aliquid edebatur, adijciendæ essent species, alteram explicauit Theologus noster, dicens, Deus homo fit: alteram verò prætermisit, nimirum quòd homo quoq; Deus efficiatur, vt perspicuam & consequentem. Nam si Deus homo efficitur, procul dubio & homo Deus Quandoquidem indubitatum est propter hoc illud quoq; factum esse. Et qui secundum gloriæ suæ & splendoris Orientem ad primum cœli secundi cœlum ascenderat, ille in huiusmodi Oriente adeò sublimis & excelsus, quemadmodum cecinit Dauid, in occasu, hoc est in nostra vilitate atque abiectione gloriosè celebratur. Ortus enim diuinitatem principij expertem, quæ lux sempiterna est, significat. Ascensus autem in occasu consuetudinem societatemque cum humana paupertate initam, quæ quidem si cum sempiterno splendore conferatur, occasus rationem habet ac noctis similitudinem refert. Nulla enim inter vtrasq; naturam comparatio erat, priusquam ambas summus ille artifex in seipso coniunxisset. Ac diuinitas quidem per ortum designatur, vt pote altum & excelsum quoniam cum sol oritur, in sublime fertur & excollitur. occasus autem, vt humilis ac depressus carnem significat: quoniam sol in Occasum vergens deprimitur, ac deorsum fertur. Porrò in Occasu quoq; Dominus magnificè & gloriosè celebratur. Gloria enim ipsa cessit humilitas illa, quam in humanitate assumenda præstitit, bonitatem ipsius perspicuam atq; illustrem reddens. Iam verò Dei filius hominis filius factus est, non mutationis, sed assumptionis ratione. Manet enim id quod erat, & quod non erat, assumpsit. Nam cùm eam esse naturæ nostræ infirmitatem perspicuet, vt ex seipsa verum omnium author em & effectorem cognoscere non posset (quoniam ipse ingenitus est, nos autem cùm prius non essemus, facti postea corporeq; efficti sumus) idcirco haud absre Verbum Patris imago existens, mortale corpus accepit, vt mors quoq; in eo funditus extingueretur, atq; homines ad imaginem Dei creati denuò instaurarentur ac renouarentur. Quemadmodum enim si forma quædam in ligno depicta exterius sordibus obsita atq; obliterata fuerit, rursus eum, cuius imaginem refert adhiberi necesse est, vt ea sordes auferatur: ad hunc quoq; modum Christus Patris imago ad nostra hæc loca accessit, vt hominē ad similitudinem suam effictum instauret. Ac de hominibus benè mereri cupiens, vt homo, ad nos peregrè se conferret. Nam cùm semel hominum mentes ad sensilium rerum studium prolapsæ essent, Verbum sese per corpus spectandum obiecit, vt homines sensusq; eorum ad se quoq; hominem traducat, atque conuertat, ac

Psalm. 67.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per ea quæ gerit, hominibus ipsum vt hominem intuentibus fidem faciat, se non hominem solùm, sed etiam Deum esse. Visus est igitur, ac carne, quasi velo quodam & integumento, interiecta nobiscum versatus est. Puram enim ac simplicem illius diuinitatem procreata & corruptioni obnoxia natura haud quaquam ferre terat. Idcirco quæ mixtionem nesciebant, miscentur, velut creatura creator, & opus artifici (adeò vt vna idemq; & creator & creatura, & opifex & opus existat) & carni mens iungitur, hoc est homini Deus. Quoniam enim diabolus nos falsa diuinitatis adspiscendæ spe tanq; illecebra quadam lactatos in fraudem induxerat, ac mortis hamo transfixerat, ob eamq; causam nullis iam viribus frangi se ac labefactari passus est, existimabat: idcirco Christus diuinam potentiam carne non secus atq; hamum esca obduxit. Atq; hac ratione Satanas illicitur, vt dum quasi in Adamum impressionem facit, eumq; sibi in escam cessurum sperat, in diuinitatis hamum incidat, sicque eladem veteris Adami culpa acceptam nouus Adamus victoria sua sepeliat, collapsosque & iacentes excitet, atque, vt Apostolus loquitur, capitalis sententia in Adamo lata

1.Cor. 15. *peccato constrictam pronunciata per Christi carnem nulla peccati labe viriatam rescindatur, ac mortis carnis resurrectionem extinguatur. Ipsa enim hominum generi rediuiuæ vitæ atq; immortalitatis principium est.*

Ac Christi quidem natiuitatem congruenti solennitate prosecuti sumus, tum ego festi dux atq; auspex, tum vos, atque adeò cœtus omnis tam terrenus quàm cœlestis. Cum stella cucurrimus, cum Magis

Matth. 2. Luc. 2. adorauimus, cum pastoribus diuinitùs collustrati sumus, cum angelis laude & gloria celebrauimus, cum Simeone vlnis complexi, cum Anna confessi sumus, illa, inquam, senio confecta & castitate prædita. Atq; ei, qui alieno more in propria venit gratia habeatur, quòd externũ hominem & peregrinum gloria affecit. Nunc verò facinus & mysterium aliud sequitur. Animi voluptatem tenere nequeo, diuino furore rapior, propemodum etiam Ioannis instar, faustum nuncium profero, non quidem, vt ille, præcursor, cæterùm à soli tudine veniens. Christus illuminatur, simul illustremur: Christus baptizatur, simul descendamus, vt simul etiam ascendamus. Nec verò hoc solùm spectandum est quòd Iesus baptizatur, sed cætera quo-

Mar. 1. que obseruanda sunt, nimirum quis, & à quo, & quando, purus videlicet & à Ioanne, & signorum edendorum principium

Quid indicet baptismus à Christo susceptus. Baptizandi magna faciens. Quæ res nobis documento esse debet, ad hibendam prius esse purgationem, animique summissionem, nec antè suscipiendam esse concionandi prouinciam, quàm ad spiritualis & corporeæ ætatis perfectionem ventum fuerit. Hoc ad eos dictum velim, qui inconsultè ac temerè ad baptismum accedunt, nec ad eum præparantur, ac per animi constitutionem ad virtutis habitum peruectam id agunt, vt redemptio ipsis certa atq; incolumis maneat. Quanquam enim præteritarum peccatorum condonationem baptismus affert, tum tamen accuratius prouidendum est, ne ad eundem vomitum redeamus. Hoc quoque in eos valeat, qui aduersus mysterij dispensatores insolentius efferuntur. Tertio si dignitate quadam præstent. Tertio ad eos spectat, qui iuuenili ætate constituti sunt, atque ad instruendam doctrinam accedunt, aut Ecclesiæ præfecturam ampliscuntur. Quadam tempus omne idoneum esse arbitrantur. Iesus purgatur: & tu purgationem aspernaris? A Ioanne: & tu aduersus eum insurgis? Trigesimum agens: & tu ante lanuginem conem tuum doces, aut docere te posse credis, nec ab tate, nec à moribus fortasse authoritatem habens? Ac deinde hic Daniel prodit, ac nonnulli alij iuuenili ætate iudicum munere functi, atq; in ore actionum pla sunt. Quisquis enim iniustè admittit, facti sui defensiones in promptu habet. At pro Ecclesiæ lege nequaquam sendum est, quod rarò accidit, neque concedem nec hirundo vna ver, nec concordia linea vna, nec deniq; nautam vna navigatio facit.

NICET. *Factum est à Christo, vt corporis sui natiuitatem indicaret. Conueniebat enim, vt qui è cælo descendens cœlesti quoque indicio prodiretur. Porrò sideris cursus creaturarum adorationem abigebat. Magi autem Gentium ad fidem accessum, idololatriæque oppressionem. Simeon verò in complexibus eum posuit, qui piè, & religiosè diuinum & de Deo pertractantem sermonem complectitur, puraq; mente eum agnoscit. Rursus per Annam confitentem, hoc est, gratias agentẽ, anima prudentia virtutem, & quantum ad dogmata quæ de Deo instituuntur, pudica temperantiaq; laude clara intelligi potest. Ipse verò, vt apud Ioannem scriptum est, In propria venit Dominus, hoc est, in hũc mundum, qui ipsius creatura est. Alieno autem more venit vt pote in aliena natura, nimirum humana: & peregrinum gloria affecit hominem accolam terræ, atq; à paradiso exulantem. Nunc autem aliud Christi factum, aliudque festum indicamus. Quoniam ego lætum nuncium profero & si non præcursor, vt Ioannes, à solitudine tamen veniens, atq; à quiete ad amplissimam hanc vrbem. Christus illuminatur: simul illustremur, nimirum illustrati etiam sermone purgati, ac per eum splendescentes. Tria porrò hic expendenda sunt, primum quid*

sit, quamuis ab omni vitiorum contagione purus, baptizatur: vt eare nobis documento sit, præparationem ante baptismum necessariò adhibendam esse, atq; habitum quendam virtutis comparandum, ac tum ad baptismum accedendum: vt per virtutis habitum veniam, quam accepimus, in tuto collocemus, eamq; sartam tectamq; habeamus, ac non more canum ad vomitum nostrum reuertamur, quod Solomon nobis cauendum Prou. 26. *admonet. Alterum, quòd à Ioanne tingitur, vt modestum atq; humilem animum gerere condiscamus, nec aduersus magistrum pietatis doctrinam nobis promulgantem insurgere, nec aduersus sacerdotes, quos Dei mysteriorũ dispensatores vocat Paulus, audacius insolentiusq; efferri, si quadam dignitate præcellamus.* Ver 1.Cor. 4. *tium deniq;, quòd trigesimo anno baptizatus est, quo etiam tempore miracula sua exorsus est: vt discamus iuuentuti non confidere, nec quouis tempus instituendæ plebi ac moderandæ Ecclesiæ idoneum existimare, nec ante lanuginem senes docere, aut credere, hoc est, præsidere, ac putare nos ipsis docendi pares esse posse. Quin potius adulta & plena tam corporea, q̃ spiritali ætate ad docendum accedamus, nec Danielem alios q; nonnullos iuuenili ætate iudicum munere functos in medium proferamus: nec quod Demosthenes ait, quidvis faciamus, ac pretextus & excusationes confingamus, vt iniustitiæ opinionem à nobis amoliamur. Neque enim quisquam vnquam iniquè & iniustè aliquid faciens peccati confessionem sibi exprimi passus est. Ne ipse quidem ignarus sum, Danielem ineunte ætate de Babylonicis illu sem ibus iudicium tulisse. Verum vnus ille est. Quod autem rarum est, id Ecclesia pro lege non habet. Nam nec vna hirundo ver facit, vt inquit Aristoteles, nec si quis lineam vnam duxerit, aut semel nauigarit, idem protinus geometra, aut nauta dicendus erit.*

Baptizatur à Christo vt veterem Adamum aquis obruat.

Cæterùm baptizat Ioannes: Iesus accedit, fortasse vt ipsum quoq; Baptistam sanctitate afficiat, procul dubio autem vt totum veterem Adamum aquis obruat: ante hos verò & propter hos Iordanem: nimirum, vt spiritus & caro erat, sic etiam per Spiritũ & aquam initiatus. Baptista nõ admittit, Iesus contrà nititur. Tum, ego à te baptizari debeo, inquit lucerna soli, vox Verbo, amicus sponso, maior omnibus ex mulieribus natis omnis creaturæ Primogenito. Is, inquam, qui à materno ventre prius exilierat, ei qui in ventre adoratus fuerat, præcursor & præcursurus, ei qui apparuerat atq; appariturus erat. Ego à te baptizari necesse habeo. Adde &, Pro te. Exploratum enim habebat fore, vt martyrij baptismo ablueretur, aut, vt Petrus, non pedibus solùm purgaretur. Et tu venis ad me? Hoc quoque prophetic um. Futurum enim norat, vt quemadmodum post Herodem Pilatus fureret, ita eum quoq; prius vita functum Christus sequeretur. Quid autem Iesus? Sine nunc. hoc enim certo consilio & dispensatione fit. Sciebat namque paulò pòst futurum, vt ipse Baptistam baptizaret.

Martyriũ suum præuidet D. Ioã.

NIC. *Christus, inquit, ad Baptistam accedit, vt ipsi quoq; sanctitatem afferat, Adamiq; vetustatem, hoc est, peccatum expurget priusq; etiam Iordanem ipsum sanctitate imbuat. Per Iordanem enim omnes quoq; aquas sanctitate affici oportebat, vimq; ad purgandos ac spiritualiter initiandos homines accipere. Quemadmodum enim duplicem naturam habet Christus: Spiritus enim & caro est, hoc est. Deus & homo: sic etiam per aquam & Spiritum homines lustrat: illam, inquam, sensibili modo acceptam, hunc aũt inuisibiliter aduenientem. At verò Ioannes Iesum venientem admittere detrectat, atq; ait, Ego debeo à te baptizari, atq; adeò pro te. Illud enim norat Ioannes fore, vt pro Christo atq; ipsius lege martyrij sanguine ablueretur, nec pedibus solùm, vt Petrus in pelui, purgaretur, sed & capite, & toto deniq; corpore. Propheticè itẽ spiritu afflatus hæc verba adijciebat. Et tu venis ad me. Quæ verba per enunciationẽ, ac non per interrogationẽ legenda sunt. Nã illud quoq; fore nõ dubitabat, quin vt præcursoris & præconis munere apud Iudæos fungeretur, nec pedibus solùm, vt Petrus in pelui, purgaretur, sed & capite, & toto deniq; corpore. Propheticè itẽ spiritu afflatus hæc verba adijciebat. Et tu venis ad me. Quæ verba per enunciationẽ, ac non per interrogationẽ legenda sunt. Nã illud quoq; fore nõ dubitabat, quin vt præcursoris & præconis munere apud Iudæos fungeretur, ita ad eos etiam, qui in inferno erant, functurum Christus sequitur: Christus, inquã, qui Primogenitus omnis creaturæ ab Apostolo vocatur, vt pote qui ex Orci ventre primus ad resurrectionem secundam q; vitam genitus est, ac per baptismi regenerationem dux & author ad vtrunq; ac via omnibus mortalibus extitit.* Col. 1. *Iam verò Christus apud Malachiam, Sol iustitiæ & sponsus nominatur: apud Ioannem Verbum, quemadmodum & Præcursor Ioannes apud eundem lucerna & vox & amicus sponsi dicitur. Verùm vt ad rem redeamus, Ioannes Iesum submouet: Iesus autem contendit atq; instat, baptismum postulans, aitq;: Sinenunc hoc enim certa dispensatione fit, vt omnes iustitiæ numeros impleam, hoc est, omnia legis præcepta. Hoc autem aduerbio, nunc, ideo vsus est, quoniam exploratum habeat fore, vt exiguo pòst tempore, Baptistam per sacrosancti sui vertic is attrectationem, & Sp. sancti aduentum ablueret.* Cap. 4.

Ventilabrum, quid, & frumentum, & gladius.

Iam quid ventilabrum significat? purgationem. Quid ignis? Ieuitatis consumptionem & Spiritus feruorem. Quid securis? Insanabilis ac etiam post adhibitum firmum excisionem. Quid gladius? Verbi diuini sectionem bonum à malo diuidentẽ, atq; fidelem ab infideli secantem, ac filium & filiam, & nurum aduersus patrem & matrem & socrum excitantem, nouasq; & recentia aduersus prisca & vmbratica. Iam quid calceamenti corrigia, quam non soluis, qui Iesum baptizas: tu, inquam, solitudinis, corrigia, quid significent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dinis alumne, ac nullius cibi homo : tu
D. Ioã. medium inter vetus & nouum testamentũ. noue Helia, propheta excellentior, vtpote qui eum ipsum, qui prophetarum vaticinijs prænuntiabatur, vidisti: tu inter vetus & nouum testamentum interiecte.
Quid, inquam, ea significat? an fortasse peregrinationis & carnis Christi rationem, cuius ne extrema quidem facile solui atque explicari possunt, non dicam ab ijs qui adhuc crassi & carnales sunt atque infantes in Christo, sed ne ab ijs quidem qui Spiritus præstantia Ioannem æquant. At etiam Iesus ex aquis ascendit (mundũ enim secum in altum effert) ac cœlos, quos Adamus & sibi & posteris, quemadmodũ & flammeo gladio paradisum, clauserat, findi atq; aperiri cernit. Ac Spiritus diuinitatis testimoniũ affert, nimirum ad patrem accurrens: & vox cœlitus mittitur: il-

Matth. 3. Luc. 3. NICET. *De Christo in Euangelijs ita scribitur, Ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & colliget triticum in horreum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Ventilabrum porrò purgationis significat, hoc est, diuisionem frugiferum ab infrugifero discernentem, quemadmodum ventilabrũ frumentum à palea discernit, ac quidquid leue & ventosum est, excutit: quicquid rursus graue est, in horreum recondit. Ignis autem consumptionem designat, sordes eorum, qui purgantur, abolentem, & quod leuis & inanis natura est repurgantem. Leuis enim res est & arida peccatum ignem facile concipiens. Per ignem autem Spiritus feruor significari potest, qui ad virtutis cultum & studium, Deiq; amorem ipsius participationem format. Sequitur apud Euangelistam, Securis ad radicem arborum posita est. Securis animæ illius exitiosum*

Luc. 13. Matth. 10. Cap. 7. *designat, quæ ita perdite & profligate viuit, vt ne adhibito quidem & iniecto salutiferæ medicinæ fomento ullum vllum ferat. Hoc autem sumptum est ex Euangelica parabola, in qua agricola precibus à vinitore Domino contendit, vt vno adhuc anno ficum dimitteret, vt circa eam fodiat, ac stercus injiciat. Rursus in Euangelio dicit Dominus, Non veni mittere pacem sed gladium. Venienim dividere hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam. Consimile quiddam per Michæam quoq; dictum est, Filius, inquit, exhonorabit patrem, filia in matrẽ suam insurget, & nurus in socrum. Gladius igitur acutũ & penetrantẽ Christi sermonẽ indicat, hoc est, fidei doctrinã, & prædicationẽ fidelium ab infidelibus dividentem, ac noua & Euangelica ac vera aduersus vetera vmbratica exempla excitantem. Corrigia autem eorum est calcei. Hoc autem humanitatis à Christo assumptæ consilium, ac Verbum carnem factum significat, cuius ne extrema quidem & breuissima mysteria facile solui atq; explicari possunt, non dicam ab ijs qui in rerum à Christo gestarum cognitione carnales adhuc, &, vt Apostolo verbo vtar, infantes sunt, sed ne ab adulto quidem atq; perfecto, qualis erat Ioannes, q̃ parcissimi, ac pene nullius*

Matth. 11. Marc. 9. *cibi vir. Venit enim, inquit, Ioannes Baptista nec manducans nec bibens. Noue Helia: si vultis, inquit, recipere, ipse est Helias, qui venturus est. Solitudinis alumne. Quid, inquit, exijstis in desertum videre? prophetam? etiam dico vobis & plusquàm prophetam. Nam cum cæteri prophetæ Christum tantùm venturum præsensissent, Ioannes eum quoq; oculis perspexit. Iam verò illa è cælo missa vox Christum cælitum professum*

Matth. 3. *esse clamat, ipsiusq; diuinitatem testatur, Hic est filius meus dilectus. Adhæc Spiritus corporea nobis visione spectus, atque vt columba ad Christum accurrens ipsius corpus honore afficit, quod quidem nec nasci à Deo (hoc enim dictu absurdum fuerit) nec adoptione: non enim ex progressione & incremento, verum ex vnione est) nec adoptione: non enim ex progressione & incremento, verum ex vnione atque hypostatica vnione supra naturam atq; adoptionem ex ipsa vnione diuinitatem assecutum.*

Genes. 8. *Vtque columba olim ad arcam reuersa, atque oliuæ fœtucam ore ferens sensibilis & corporea diluvij finem nuncium attulit: eodem modo Spiritus sanctus nunc in columbæ forma apparens compressam ea substantiam illuuiem indicat. Quòd si hæreticus magnitudinibus & ponderibus, quæ corporum propria sunt, fidem astimandam censet, atque ideirco Spiritum parum iudicat, quòd columbæ species apparuit, sciat iam ipsi est, vt regnum quoque cœlorum aspernetur, quoniam grano sinapis confertur, ac diabolum Christi maiestati anteponat, quia de eo Zacharias dicit, Quis es tu, mons magne, quis es ante vultum Zorobabelu? Et Hieremias, Ecce ego ad te, mons corrupte. Mons autem magnus aduersarius noster propter superbiam suam & arrogantiam dicitur. In libro autem Iob Leuiathan vocatur, quod si inter pecora adumbrat, significabit, quod rex eorum quæ in aquis sunt. Christus contrà apud Esaiam agnus nominatur, Tanquã agnus coram*

Cap. 4. Cap. 51. Cap. 40. Cap. 53. Ioan. 1. *tondente se obmutuit. quit, ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram Et apud Ioannem, Ecce agnus Dei.*

Dei. Et in Euangelio margarita ea vocatur, quam negociator diuenditis omnibus suis facultatibus emit. Gutta apud Dauidem vocatur, Descendet, inquit, sicut pluuia in vellus, & sicut gutta stillans super terram. Matth. 13. Psal. 71.

Quoniam autem baptismi hoc festum est, ac nostra causa formato & baptizato atq; in crucem sublato nonnihil condolescendum est, age de varijs baptismatum generibus aliquid dicamus, vt hinc purgati discedamus. Baptizauit Moses, verùm in aqua. priusq; etiam in nube & in mari. Cæterum hoc per figuram agebatur, quemadmodum & Paulo placet. Mare enim aquã. nubes Spiritum, mãna panem illum vitæ, potio diuinum poculum adumbrabat. Baptizauit etiam Ioannes, non iam ille quidem Iudaico more (non enim in aqua solum, sed etiam ad pœnitentiam) nondum tamen prorsus spiritualiter: nec enim addidit, in Spiritu. Baptizat quoq; Iesus, sed in Spiritu. quod quidem perfectum numerisq; omnibus absolutum baptismum reddit. Quonam autem modo Deus non est (vt obiter illud considerem) per quem tu diuinitatem assequeris? Est & quartum baptismi genus, quod martyrio & sanguine comparatur (quo ipse quoq; Christus tinctus est) & quidem eò cæteris augustius, q nullis posthea sordibus cõtaminatur. quintum locum tenet lachrymarũ baptismus, verùm asperior est & laboriosior, quo perfunditur ille, qui per singulas noctes lectũ suum ac stratum lachrymis lauat, cui ipsæ quoq; vitijcicatrices fœtent, qui lugens & contristatus graditur, qui Manasses resipiscentiam, ac Niniuitarum humilitatem misericordiam à Deo consecutam imitat, q publicani verbis in templo vtitur, ac supra insolentem & superbum Pharisæum iustificatur, qui deniq; Chananææ more deprimitur, & misericordiam implorat, ac micas poscit, hoc est, canis vehementi fame correpti pabulum.

Martyrium bapt.

Pœnitẽtiæ baptismus.

NICET. *Vnum, inquit, baptisma erat, Mosis baptisma in aqua. Hanc enim legem sanxit. Si quis mortuũ aut leprosum contigerit, aut cum Ethnico comederit, aut vllam aliam sordem contraxerit, aquâ ad vesperam repurgetur. Atq; ante legem etiam Israëlitas in nube & mari baptizauit, eorumq; etiam sitim aquã ex petra scaturiente restinxit, & mannæ famem sedauit. Erat autem petra mystico sensu, velut Paulo quoq; placet, Christus, & potus aqua vitalis verbi vis & facultas. (Si quis enim sitit, inquit, veniat ad me & bibat) & manna viuum panem adumbrabat. At verò mare & nubes in præsens quidem animos hominum rei admiratione perculsos ad fidem inducebant: in futurum autem affulsuram gratiam per figurã innuebant. Quis sapiens, & intelliget hæc? quo pacto mare baptismũ designabat, Hebræos videlicet à Pharaone disiungens, quemadmodum & hoc lauacrum nos à diabolo tyrannide dirimit. Illud hostiles copias aquis obrutas interfecit: in baptismo nostra aduersus Deum inimicitia moritur. Illesus atq; incolumis à Pharaone egressus est Israëliticus populus: eodem modo nos quoque ab aqua ascendimus, quasi à morte ad vitam revocati, eius qui nos vocauit gratia salutem consecuti. Iam nubes beneficij illius, quod à Sp. accepimus, figuram gerebat: qui quidem spiritus animi nostri perturbationes opprimit, flammamq; ab ijs excitatã mitigat & refrigerat. Secundum baptisma fuit, baptisma Ioannis, in aqua quidem, & ad pœnitentiam, cæterum non in Spiritu. Tertium, nempe Christi baptisma perfectum est, quomã in Spiritu. Hic est enim, inquit, qui baptizat in Spiritu sancto. Et, Ipse baptizabit nos in Sp. sancto. Is enim, qui baptizandi munere fungitur, baptizare dicitur. Quocirca Ioannis baptismus pueriles cuiusdam institutionis vice erat: Christi autem baptismus perfectionem afferebat. Ille pœnitentiæ: hic adoptionis. Ille secessio erat à peccato: hic adiunctio ad Deũ. Quòd si Spiritus homines perficit, ac diuinitate afficit, quid afferri potest, quin ipse Deus sit? (libet enim vobiscũ hoc excutere & disputare) Cumq; tu propter Spiritum Deus sis, quo tandem modo Spiritus à diuinitate alienus erit? At profectò diuinum Spiritum & ex Deo, & Deum esse necesse est, qui causa est, cur ipsi dij sumus, quemadmodũ id quod adarendi vim affert, adiutricem esse oportet: & quod sanctificationis causam affert, sanctum esse necesse est. Illud enimuerò scire operæpretium est, Dominum vitæ nostræ moderatorem baptismi fœdus nobiscum pepigisse, mortis & vitæ figuram complectens. Nam & mortis imaginem exprimit aqua: quoniam ij qui baptizantur, in aquam immerguntur, quodamq; modo sepeliuntur: & rursus Spiritus vitæ artabonem nobis porrigit. Quartum baptisma illud est, quod martyrio & sanguinis effusione comparatur, quo ipse quoq; Christus tinctus est, & de quo dicebat, Baptismo habeo baptizari, & quo modo coarctor, donec perficiatur. Et ad filios Zebedæi, Potestis bibere calicem, quem ego bibo: & baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Et quidem baptismus, qui in aqua fit, mortis similitudinẽ habet: cæterum nonnulli ex ijs, qui in certaminibus pietatis causa suscepti pro veritate atq; imitatione Christi mortis supplicium pertulerunt, nequaquam ad salutem adipiscendam aquæ signo opus habuerunt, vt pote in proprio sanguine baptizati. Vnde & martyrij baptismus eo nomine alios dignitate antecellit, quòd qui martyrio baptizatus ac perfunctus est, sequentis vitæ sordes non extimescit. Quintũ baptisma longum est & ærumnosum, nempe lachrymarum quo Dauid quoque baptizabatur, ac promde dicebat, Lauabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis meis stratum meum rigabo. Et alio loco, Tota die contristatus ingrediebar. Et vur-

Baptismus.

Leuit. 11. 1. Cor. 10. Exod. 17. Ioan. 7. Psal. 106. Exod. 13. Mar. 1. Matth. 3. Luc. 12. Marc. 10. Psal. 6. 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 34. 43. 37. Cap. 33. Ion. 3. Luc. 18.

rursus, Quasi lugens & contristatus, sic humiliabar. Item, Vt quid repulistime, & quare contristatus incedo? Et rursus, fœtuerunt & putrefactæ sunt cicatrices meæ. Hoc autem pœnitentia parit, ac respiscentia gnum, cùm quis fœtoris peccatorum suorum sensu afficitur. Nam ita demum ea digna executione prosequitur. Idem etiam Manassu conuersionem imitatur, quam secundus Paralipomenon liber memoriæ prodidit. Niniuitarũ item humilitatem emulatur, quam Ionas propheta describit. Atq; etiam cùm publicæ rei Deus propitius esto mihi peccatori. Ac præterea contrahitur & deprimitur, hoc est, humi procumbit atq; pedes aduoluitur, vt Chananæa, ac micas. i. exiguam misericordiã poscit. Sic enim dicebat Chananæa, Etenim Domine: nam et catelli edunt de micis, quæ cadunt ex mensa dominorum suorum. Nec tamen exiguum est eam, Chananæam illam fuisse, quæ infirmitate laborabat, ac propterea contrahebatur. Illa enim Iudæa erat mulier: hæc autem Gentilis. Quam etiam contrahi Theologus dicit, hoc est, humiliari atq; in terram inclinari obsecrationis causa, non infirmitatis.

Ipse quidem hominem me esse fateor, animal mutabile, fluxæque & fragilis naturæ, atque hunc baptismum libenter amplector, eiusque donatorem adoro, alijsq; impertio, ac misericordia misericordiam mihi conciliare nitor. Nam me quoq; infirmitate obuolutum esse scio, illudq; fore, vt qua mensura mensus fuero, eadem quoq; mihi vicissim rependatur. Tu verò quid ais? quâ legẽ affers, ô noue Pharisæe, & nomine dunta xat, non aĩo & voluntate pure, ac Nouati dogmata cum eadem infirmitate tumido ore nobis crepans? Pœnitentiam non admittis? Luctibus locum negas? lachrymas non profundis? Vtinam talem tibi iudicem experiri non contingat. Clementia & facilitate Iesũ non moueris, qui infirmitates nostras accepit, & morbos portauit, qui non venit vt iustos vocaret, sed peccatores ad pœnitentiam, qui misericordiam mauult quàm sacrificium, qui septuagies septies peccata condonat? Quàm beata esset sublimitas tua, si puritas ea esset, ac non fastus & arrogantia leges supra hominis captum instituens, vitæque emendationem salutis despe ratiõne tollẽs. In eodem enim vitio sunt, tam effrenata atq; omni animaduersionis metu soluta licentia, quàm sæua nec vlla clementiâ temperata condemnatio: illa omnes habenas vitijs laxans, hęc vehementiori astrictione præfocans. Puritatis specimen ede: & tum audaciam tuam mihi probabis. At nunc vereor ne ipse vlcerib⁹ fœtens istam immedicabilis peccati doctrinam inducas. Quid? ne Dauidem quidem resipiscentem admittis, cui propheticam quoq; gratiam pœnitentia conseruauit? nec magnum illum Petrum recipis, salutiferæ passionis tempore humani quidpiam perpessum? At Iesus recepit, tri-

Noui Pharisæi & noũe solo puri.

Licẽtia effrenata, & immodica animaduersio vitia paria.

plicique percunctatione & confessione triplicem abiurationis culpã sanauit. Quid ne martyrio quidem perfunctum admittes? nam id quoq; tuæ væcordiæ est. Quemetiamne illum, qui nefarium scelus Corinthi perpetrauit, arcebis? At Paulus charitatem etiam erga eum firmauit, simulque eum ad meliorem vitæ frugem reuocauit, ne abundantiori tristitia huiusmodi homo absorbeatur, immodica obiurgatione oppressus, neque cõfectus. An ne iuuenibus quidem viduis propter ætatis lubricum incundis matrimonij potestatem facies? At Paulus hoc facere minimè dubitauit, cuius te scilicet magistrum profiteris, quasi ad quartum cœlum, aliumq; paradisum proiectum audieris, ac verba magis arcana audieris, quæ remq; circulum Euangelio sucris complexus. At hæc nequaquam post baptismum inquis. quo argumento id conderanas? Audirem ita se habere proba: aut si id nequis condemnare nos desine. Quòd si res ita se habet, vincat humanitas & clementia. At non recepit? quid hoc? si quidem illi non resipiscebant, optima ratione eos reiecit (nam ne ipse quidem eos recipio, qui in nullo modo vel non satis deprimuntur, nec perpetrato crimini parem vitæ emendationem afferunt, cumq; recipio, compunctionem ipsis locum assigno) sin autem pœnitentem ipsis & lachrymis confectos admittere noluit, haudquaq illius exemplum mihi imitandum proponam. Quid autem Nouati inhumanitatem atque importunitatem pro lege habeam, qui auaritiam, hoc est, alterum idololatriæ genus non reprehendit, stuprum autem ita sæuè acerbèque condemnauit, quasi carnis ipse & corporis expers esset.

Rectè pœnitẽtia deponũtur.

Baptismus ignis.

NICET. Cùm sæuiente persecutione quidam Christiani tormentorum magnitudine victi ad fidei abiurationem prolapsi essent, ac deinde sedata persecutionis tempestate supplices cum lachrymis Ecclesiæ Christites rogarent, vt sibi pœnitentiæ tempus darent, Nouatus Ecclesiæ Romanæ presbyter, fastu animoq; insolentia elatus miseros submouebat: quamuis etiam ipse periculoso tempore sacerdotij dignitatem adeptus esset. At Episcopus eos quidem, qui ad pietatis Christianæ abiurationem prouoluti erant, congruis exhortationibus ad salutarique pœnitentiæ certo tempore imperata reiuperauit: Nouatum autem ab Ecclesiæ certa professione

Ille verò insc ientibus omnibus in locum quendam abditum atq; abstrusum tres Episcopos ætate prouectos allicit, eosq; verborum blanditijs inescatos eò adigit, vt manu sibi imponant. Ita ab ijs Episcopus designatus est. Quæ dignitate supra modum elatus, quot quot è stultis ac vasanis hominibus ad se pellicere potuit, Catharos. i. puros nominauit. Qui autem eandem opinionem complexi sunt, secundas quoq; nuptias prohibuerunt. Ad Nouatianos igitur sermonem conuertens Theologus ait, Ego quidem pœnitentiæ & lachrymarum baptismum amplector, atq; eius donatorem Deum adoro, ac sciens me quoque infirmitate vndiq; cinctum & obuolutum esse, alios quoque cum misereor, vt misericordiam ipse consequar. Qua enim, inquit, mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Tu autem quid ais? qui etiam in somnis obuersantem animo libidinis speciem Pharisæorum more grauiter insectaris, qui etiam Pharisæi ac nomen solum Catharis habes, non autem rem ipsam, & cùm eadem mecum infirmitate circundatus sis, intumescis tamen velut magnus quispiam vir & excelsus. Pœnitentes non recipis? nec propter eos lachrymas profundis, vt vicem eorum dolens? Absit, vt eandem in iudicando rationem teneat Deus. Christi misericordia & ignoscendi facilitate non moueris? qui secundum Esaiam infirmitates nostras & morbos, hoc est, peccata humeris sublata portauit: (quemadmodum typicus agnus, qui pro populi peccatis mactabatur) & pro nobis cæsus est, ac pro nobis supplicio obnoxijs pœnas luit: qui ait, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Ac per Oseam, Misericordiam volo & non sacrificium. Et scisciranti Petro, an septies peccanti fratri noxam remitteret, respondit, Non dico tibi septies, sed septuagies septies, hoc est, quoties ad meliorem mentem redierit. Ne Dauidem quidem recipu ob admissi adulterij scelus, & necem Vriæ illatam animi dolore affectum, ac sese excruciantem? qui nec prophetiæ donum propter pœnitentiam amisit. Nec Petrum admittis? quia passionis Christi tempore ter eum abnegauit, ac rursus tertiò se eum amare confessus est, ficq; abnegationi medicinam attulit, ac posteà capite ad terram verso pro Christi nomine cruci affixus est. Nec Corinthium illum, qui cum noverca stupri commercium habuit? At Paulus perspecta ipsius resipiscentia Corinthios hortatur, vt charitatem in ipsum firmet, causamq; adiungit, Ne forte huiusmodi homo immodica tristitia absorbeatur, hoc est, in desperationẽ aut in mortem præceps ruat. Quid? nec secundas nuptias permittis, nec iuuenibus viduis nubendi ius facis? Atqui hoc Paulus facere non dubitauit, dicens, Volo adolescentiores viduas nubere, Paulus inquam ille, qui ad tertium cœlum atq; in paradisum raptus est, qui à Hierusalem & per gyrum vsq; ad Illyricum Christi Euangelium impleuit. Ita tu, vt videtur, Pauli quoque magister es, quasi ad quartum cœlum peruolaris, atq; in paradisum alium raptus fueris, ad quem ille raptus nõ fuerit, maioremque circulum Christianæ doctrinæ promulgatione complexus fueris. Verum dices Nouatiane, Hanc pœnitentiam & veniam post baptismum iam locũ non habere, aut Corinthium illum, qui stupri piaculo seipsum constrinxerat à Paulo ante baptismũ receptum esse, nõ item post baptismum. Quin tu ergo hoc probas, aut, si id non potes, condemnare ac reijcere desinis eos qui post baptismum in peccatum labuntur? Quòd si dubium est quo tempore receperit, legi Romanæ obtempera dicenti, In dubijs vincat clementia. Quòd si Nouatus eos, qui grassante persecutione lapsi fuerant, non recepit, & quidem dignam pœnitentiam afferentes: at ego illius exemplum minimè sequar. Parem enim mea quidem sententia reprehensionem pœnamq; merentur, qui vel peccantes nulla pœna afficiunt, ipsisq; oẽs habenas remittant, vel eos ita condemnant, vt spem illis consequendæ veniæ nullam relinquant. Nec verò apud me vim legis habitura est Nouati crudelitas, qui stuprum ita acerbè condemnauit, atq; inexpiabile peccatũ esse pronunciauit, quasi ipse extra carnem corpusq; positus esset: auari. iam autem nequaq; repressit, quam tamen idololatriam Paulus vocat: fortasse quòd eos diuitiarũ amor deceat, qui Deum nesciunt: vel quia sicut Ethnicus confert is manibus simulachrum amplectitur, ita & auarus aurum iamuis & repagulis committit, atq; illud quasi sacrum quoddam donarium attrectare nõ audet. Quòd si quando ad id necessitate impulsus fuerit, haud aliter animo afficitur, quàm si nefarij aliquid perpetrasset.

Matth. 7.

Cap. 53. Luc. 15. Os. 6. Matth. 18. 2. Reg. 12. Marc. 6.

Ephes. 5.

1. Corint. 5. 2. Corin. 2. 1. Tim. 5. 2. Cori. 12. Rom. 15.

Quid dicitis? An vos his verbis permouemus? agedum à nobis, hoc est, ab hominum partibus state, Dominum vnà concelebremus. Ne quis vestrum, quamlibet virtute sua fretus, eò audaciæ prorumpat, vt dicat, Noli me tangere. Purus enim sum, & quis mihi par? facite vt nos quoque in splendoris vestri partem veniam⁹. At non flectimus? lachrymas pro vobis fundemus. Atque hi quidem nostrâ, si velint, atque adeò Christi via, sin minus sua insistant. In altero æuo igni fortasse baptizabuntur: qui postremus est baptismus, nec solùm acerbior, sed & diuturnior, qui crassam materiam instar sœni depascitur, vitijque omnis leuitatem ablimit. Nos autem hodie Christi baptismum honore complectamur, ac festum honestè celebremus, non ventris delicijs operam dantes, sed spiritualiter nosipsos oblectãtes. Quonam autem modo voluptati indulgebimus? Lauamini, mundi estote. Si peccato rubri estis, nec prsus sanguinei, quasi nix de albemini: si autẽ coccinei ac perfecti viri sanguinum, etiã vsq; ad lanæ candorem peruenite. Cæterùm omnino purgemini. Nulla em̃ re Deus perinde delectatur, vt hominis, propter quẽ omnis doctrina atq;

Quare Deus maximè delectetur.

omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnia mysteria concessa sunt resipiscentia & salute. Sic fiet, vt sicut luminaria in mundo, ita vos cæteris hominib⁹ vis quedam vitalis sitis, ac velut lumina perfecta magno illi lumini astantes cœlesti quoque luminum gestationi initiemini, purius nimirum & clarius à Trinitate collustrati, cuius nunc radium vnum ex diuinitate manantem minus plenè accepistis, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

NICET. *Quid, inquit, dicit is Nouatiani? si oratione nostra permoti estis, state à nobis, qui humane, at q; ad peccatum proclines fumus, ac proinde aliorum vicem facile dolemus: state, inquam, vos, qui supra homines, immò inhumani estis, ob id q; aliorum lapsu non discruciamini. Dominum vnà celebremus: qui pro sua misericordia pœnitentiam nobis concessit: at q; Esaiam audientes dicentem, Væ qui dicitis, Procul à me recede, ne accedas ad me, quoniam purus sum: nolite vos qui puri estis, congressum nostrum vt impurorum fugere, quin potius nobiscum stantes vestræ quoque puritati nos participes facite. Quòd si vnum-quemq; nostrum abimini, qui terrenam & crassam materiam tanquam fœnum comedit, vt Esaias verbis vtar, hoc est, grossis & obscœnis corporis voluptatibus seruientes exurit, at q; homines peccato leues & aridos ita exercuit, vt tamen non absumat. Quemadmodum enim in hac vita Christus homines sanctitate dignos in Spiritu baptismum examen censeramq; extremi iudicij intelligit, iuxta id quod ait Apostolus, Vnusquisq; quale est, ignis probabit. Et rursus, Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur. Nos autem Esaiæ verbo pareamus, ad hunc modum loquenti, Lauamini, mundi estote, & si fuerint peccata vestra vt vermiculus, instar niuis ea dealbabo: si autem vt coccinum, instar lanæ candida reddam. Virum autem sanctum Dauid eum vocat, qui vitio omni & scelere coopertus est. Perfectum enim viri nomine appellauit: quemadmodum & Paulus, Quousq; perueniamus in virum perfectum. Iam verò hominis caussa omnis doctrina data est, tam legalis, quàm Euangelica, at q; omne mysterium, & omnis Christi actio, & festum omne nostrationes habens. Purgemini igitur, vt, quod ait Paulus, sitis tanquam luminaria in mundo, verbum vitæ instinentes. Nam lumen huiusmodi quandam vim habet, vt eos, qui in tenebris velut emortui sint, ad vitam excitet. Ita fiet, vt in altero sæculo Trinitatis fulgore plenius collustremini, cuius vnum at q; eundem splendorem à tribus vnius deitatis Personis emicantem nunc suscepistis, in ipso Christo domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.*

Cap. 65.
Cap. 5.
1. Cor. 3.
Esai. 1.
Psal. 5.
Philip. 2.

GREGORII NAZIANZENI, IN SANctum Baptisma, Oratio Panegyrica.

ARGVMENTVM.

ORatio hæc acri & vehementi disputatione baptismum nequaq; differendum ac prorogandum esse demonstrat. Ac cum præcedenti quidem oratione cohæret, verùm temporis breuitate & angustia factum est vt ab ea distinguatur.

HEsterno die præclarum luminũ diem festo prosecuti (salutis etenim nostræ festũ lætis animis celebrare conueniebat, ac multò quidẽ magis quàm carnis amici dies eos quotannis celebrãt, quib⁹ vel natiuel matrimonio iuncti sunt, vel nomen acceperunt, vel certè inter iuuenes censeri cœperunt, vel locum aliquẽ primùm incoluerunt, vel quacunque tandem alia de causa mortales in lætitiam effundi solent) hodie de baptismo, ac beneficio hinc ad nos permanante breuitèr disseremus: tametsi hesterna luce nos oratio præterfluit, tum quia tempus vrgeret, tum ne fastidium satietatemque sermonis quippe prolixitas pareret. sermonis quippe [illegible] nõ minus auribus inimica est, q̃ immodici cibus corpori. Operæ autem precium fecerit vos ad ea quæ dicturi sumus, animum attentum afferre, atque orationem de rebus institutam non perfunctorie & oscitanter sed promptè & alacriter amplecti. Quandoquidem splendoris quoque pars est, vim huiusce mysterij perspectam habere.

Festa carnũ mũdiq; amicorum.

NIC. *Hesterno die, inquit, Luminum festũ celebrauimus. Conueniebat enim ob salutem nostram gaudio efferri, eaq; celebrare. Idq; multò aquius erat, q̃ quod mortales carnis amore correpti facere solent, qui & γενέθλια celebrant. i. diem quo in lucẽ editi sunt, & γαμήλιον, hoc est, eũ diẽ quo matrimoniũ cõtraxerũt, & ἐνιαύσια, quando nomẽ ipsis impositũ est, & κουρεῖα quãdo decursa at q; exacta adolescẽtia in iuuenũ ordinẽ adscripti sunt, aut quando primùm ipsis cæsaries superfluũ excrescens attonsa est, et καλλιστεῖα vel habitationis encænia, quando primùm tectã quandam aut domum incoluerunt. Hæc porrò omnia ἐπινίκια celebrantur. i. quotannis. Nonnulli autem ὑπατεῖα, consulatus, aut militaris præfecturæ, aut alius cuiusdã huiusmodi magistratus præludia at q; tirocinia interpretãtur, aut etiam diei illius, quo quispiam maximum periculum effugit, Hodie de baptismo disseremus etiam si heri nos oratio de eo instituta præterfluxit, tum quia tempus vrgeret (Festis enim diebus maximam temporis partem in Psalmorum cantillatione consumimus) tum ne fastidium satietatemq; sermonis prolixitas pareret. semper enim suspectam habeo satietatem veluti molestam ac rudy plenam, rebusq; omnibus præclaris aduersantẽ, at q; ea quæ dicta sunt, infrugiferam reddentem. Nam cùm ea sit animi imbecillitas, vt omnia simul complecti at q; arripere nequeat, idem omnino illi accidit quod ventri, qui propter immodicam satietatem transmissos cibos concoquere non potest. Oportebit autem ea quæ à nobis dicentur, attento animo audire: quandoquidem hoc quoq; splendoris pars est, vim mirum baptismi vim & facultatem probè cognitam & explicatam habere.*

Triplex natiuitatis genus orthodoxa fides agnoscit, primum corporum, alterũ baptismi, tertium resurrectionis. Horum primum nocturnum & seruum est, libidinoq; obnoxium: alterum diurnum & liberum, prosligandarumq; animi perturbationum vim habens, omne illiud à natiuitate contractum velamen rescindens, & ad supernam vitam nos reuocans: postremũ formidabilius ac breuius, creaturas omnes temporis momento in vnum cogens, vt Creatori sistantur, suæq; seruitutis & vitæ actæ rationem reddant, siue carnis solùm imperium secutæ fuerint, siue sese vnà cũ Spiritu in altum euexerint, creationisq; secundæ gratiam reuerenter coluerint. Atque has omnes natiuitates à Christo meo affectas honore fuisse constat, illam primam illam & vitalẽ insufflationem, secundam per incarnationem & baptismũ, quo ipse tinctus est, tertiam deniq; per resurrectionem, quam ipse primus auspicatus est, nimirum vt primogenitus inter multos fratres extitit, ita primogenitus quoq; ex mortuis fieri non grauatus.

Creatio secunda.

NIC. *Tres, inquit, natiuitates recta at q; Ecclesiastica doctrina prositetur: primam corpoream, qua omnes ex alijs nascimur: secundam baptismi: tertiam resurrectionis. Ac corporea quidem nocturna est (propriè enim congressus veneri tempus nox est propter honestatem & verecundiam) at q; etiam seruа, quippe quæ libidinis affectus auspicetur. ex voluptatis enim amore matrimonium contrahi solet. Baptismi autem natiuitas diurna à Dauide dicitur. Die enim, inquit, formabuntur siue quia diurno tempore vt plurimum baptismus celebretur, siue propter excellentem baptismi splendorem & puritatem. Ea porrò non modò à libidinosa ac libera est: sed vitiosos quoq; affectus omnino delet at q; extinguit: & quemadmodum Circuncisionis affert, non omnem voluptatem, sed superfluam tantùm minimeq; necessariam truncat. Circuncisio enim omne illud à natiuitate contractum velamen, hoc est, perturbatos animi motus ac caliginem ab eis effusam, animæ oculum nubis instar obducentem. Nam peccatum à primis parentibus per mãdati diuini violationem admissum venereã cõiunctionem aduexit, at q; ea rursus ad ipsorum posteros nonnihil sordis & inquinamenti secum traxit. Quanq̃ enim matrimonium Dei benedictione honorabile factum est propter liberorum procreationem, natura tamen à peccato fluxit. In peccatis enim, inquit, concepit me mater mea, figuram porrò baptismi circuncisio gerit. Quemadmodum enim illa quæ generis Abrahamici signum erat, non partem corporis vtilem, verum excrementum inutile amputabat: eodem modo sacrosanctus baptismus, qui Christianorum signaculum est, crassum & carnalem improbarum cogitationum affectum & peccandi materiam exscindit. Non dubium est autem, quin peccatum sit concupiscentiæ excrementum, ac non commoda quædam & vtilis cupiditas. Nec enim fieri potest, vt quisquam nulla omnino cupiditate tangatur, aut ab omni voluptatis sensu sit immunis. Cæterum inutilem cupiditatem ac voluptatem. i. peccatum resecat baptismus, ac nos ab infidelibus secernit, at q; ad supernam vitam & angelicam conuersationem, à qua genus nostrum excidit, nos reuocat. Tertia verò natiuitas nimirum resurrectionis, formidabilis est propter tremendum ac terroris plenum iudicium, at q; etiam breuis. sit enim in momento, in ictu oculi, quemadmodum inquit Apostolus, & vt est apud Ecclesiasticum, Omnem creaturam adducet Deus ad iudicium, at q; omnes sistemur ad tribunal Christi, verumq; in hac vita gestarum rationem reddemus, siue carnis cupiditates seruis fuerimus, siue anima nostra carnis cupiditatibus superior extiterit, eamq; humi vergentem, ac se vnà deprimere adnitentem simul in altum traxerit, Baptismiq; beneficium nequaq̃ asperna ta fuerit, verùm omnia honore ac veneratione coluerit. Has tres natiuitates in seipso Christus honore affecit, corpoream videlicet*

Psal. 138.
Heb. 13.
Psalm. 50.
1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet per primam illam & vitalem animaq; effectricem inspirationem, qua semel in Adamum immissa insufflauit enim in faciem eius spiraculum vitæ & factus est homo in animam viuentem) in omnes quoq; ea progenitos efficax est. Ac prima quidem hæc inspiratio dicitur ratione posterioris, qua Christus in apostolos insufflauit ac dixit, Accipite Sp. sanctum. Vitalis autem, quia vitam inspirauit. Factus est enim, inquit, homo in animam viuentem, i. agentem ac vim suam exercentem. Nam inspiratio illa, qua Apostolis contigit, non vitam, sed diuinam gratiam ipsis attulit. At verò Christus baptismi natiuitatem incarnationi ac baptismo decorauit. Cæterùm incarnationem non cum corporea natiuitate, sed cum baptismo coniunximus, quoniam dominus prius quàm carnem assumeret, corpoream illam cohonestauit, quæ intelligentem animam inspirauit, hoc est, cùm hominem ad imaginem Dei condidit. Postea autem incarnatus ac secundum carnem baptismo tinctus (neq; enim aliter quàm cum carne baptizari licuisse) baptismum quoq; honore & gloria cumulauit. Illud enimuerò sciendum, quòd in corporea quoq; generatione, quæ vera vna est, animo & cogitatione diuidentes in inspirationem & creationem: quamloquidem & illa est quantùm ad generationem, humanæ naturæ ratio, altera scilicet animæ, altera corporis. Atque ineffabili modo ex inspiratione diuina producitur: corpus autem ex subiacente materia creatur. Ioan. 1. Christus tertiam natiuitatem ornauit atq; illustrauit, cùm ipse primus à morte ad vitam excitatus, iam amplius moriturus. Atq; ea de causa primogenitum ipsum inter multos fratres, & primogenitum mortuis Paulus nominauit: illud, quia regenerationem eam & adoptionem, quæ baptismo comparatur, respicatus est (primus enim per aquam & Sp. sanctum baptizatus est, eoque nomine primogenitus factus est inter multos fratres suos, qui videlicet per baptismum à Deo adoptati sunt, ab eoq; potestatem acceperunt vt filij Dei fiant) hoc, quia primitiæ dormientium factus est, ac primus ex ventre inferi reditum ad eam immortalitatem & sempiternam vitam per resurrectionem erupit, mortalibusq; omnibus viam ad eam munit.

Genes. 1. Ioan. 20. Rom. 6. Col. 1. 1. Cor. 15.

Ac de duabus quidem natiuitatibus, hoc est, de prima & vltima non est nunc disputandi locus: verùm de media, atq; hoc tempore nobis necessaria, à qua Luminum dies nomen accepit, tractabimus. Baptismus igitur splendor est animarum, vitæ in melius mutatio, conscientiæ ad Deum interrogatio. Baptismus infirmitatis nostræ adiumentum. Baptismus carnis est abiectio, Spiritus assectatio, Verbi participatio, figmenti instauratio, peccati diluuium, lucis communicatio, tenebrarum depulsio. Baptismus vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Christo, fidei adminiculum, mentis perfectio, cœlestis regni conuis, vitæ commutatio, seruitutis abrogatio vinculorum solutio, compositionis & coagmentationis nostræ in melius mutatio. Quid plura cum tot nomina sortiatur? siue id nobis obtigerit quandam rei lætitiam accidat (fit enim ferè vt qui erga rem aliquam ardenti amore feruntur, nomina quoq; ipsa libenter commemorent) siue quòd multiplex huius beneficij vtilitas multas quoq; appellationes nobis pepererit. Donum vocamus, gratiam, baptismum, vnctionẽ, illuminationem, immortalitatis indumentum, regenerationis lauacrum, sigillum, ac deniq; excellentissimo quoq; nomine appellamus. Donum dicitur, quia ijs qui nihil prius contulerunt, datur. Gratia, quia etiam pœnæ obnoxijs. Baptismus, quia peccatum aqua obrutum sepelitur. Vnctio, quia sacrosanctus & regius. Huiusmodi enim ea erant, quæ vngebantur. Illuminatio, quia splendor & claritas. Indumentum, quia ignominiæ nostræ velamẽ est. Lauacrum, quia abluit. Sigillum, quia conseruatio est, ac dominij significatio. Huic gratulantur cœli: hunc angeli propter splendoris cognationem celebrant: hic futuræ beatitudinis imaginem gerit: hunc prædicare quidem & laudibus ornare gestimus, verùm pro rei dignitate non possumus.

Vnde dictus sit luminũ dies. Baptismi epitheta. Gratia. Vnctio. Illuminatio. Indumẽtũ. Lauacrũ. Sigillum.

NIC. *Cùm triplex sit, inquit, natiuitatis genus, primum corporeum, alterum baptismi, tertium resurrectionis (primùm enim nascimur, deinde baptizamur, postremò resurgimus) nunc de media, hoc est baptismi natiuitate differendum est: quæ quidem cùm illuminatio idcirco vocetur, quòd animam illuminet, tò quoq; ipsius dies cognomentum ab ea traxit, ac proinde Lumina appellatur. Baptismus enim eum descriptionibus exornem, splendor est animorum, vitæ in melius mutatio, nimirum peccatorum ablutæ vitæ ad grauem, Christiq; iugo subiectam, infirmitatis nostræ adiumentum. quoniam homines non ferreos & indomitos, sed mutabiles atq; in vtramq; partem flexiles nos Deus creauit, nobis auxilia præbuit, in quorum numero baptismus quoq; est, qui quidem, vt Petri verbis vtar, non carnis depositio est, sed conscientia bona & interrogatio ad Deum. Interrogati enim in baptismo, nos esse habeat conscientia nostra ergà Deum, & quam in eum fidem habeamus, respondemus. Nec ipsi rebus adiungi, atq;, vt vno verbo dicam, fidei symbola profitemur. Iuxta Theologum autem baptismus, hoc est, carnalis affectus & voluntatis, aut etiam ipsius carnis contemptio (Carnis enim crucifixio. Nàm qui carnem contemnit, is vtiq; animam comitatur, nimirum authoritatem atq; imperium illam huic tribuens. Baptismus, Verbi participatio, vel quia Verbum & Christum per eum sequimur, quia doctrinæ & scientiæ participes efficimur. Cordatiores enim & prudentiores ex baptismo euadimus, doctrinæ & gratiæ participes facti. Figmenti instauratio. Recreatio enim & renouatio est hominis ad veteris imaginis dignitatem reformatio. Et quemadmodum tenebræ ex baptismo confractis, atq; ad veteris imaginis dignitatem reformatio. Et quemadmodum tenebræ ex baptismo repelluntur, & caligo candore superfuso de medio tollitur: ita & per spiritualis lucis animæ ecclesiam tis perceptionem tenebræ eum obscurantes discutiuntur, ac vetus homo iuuentutis suæ florem redit. Baptismus vehiculũ ad Deum. Per eum enim velut per scalam ad Deum euehimur. Postremò insuper cum Christo peregrinamur: vnà enim cum eo per baptismum morimur atq; inhumamur.*

Rom. 13. 1. Pet. 3.

adminiculum ac subsidium est. Duo quippe salutis modi sunt inter se ita connexi, vt nulla ratione separari queant. Vides enim per baptismum perficitur numerusq; suis omnibus absoluitur. Baptismus aũt fidei fundamento nititur, ac præcedit quidem confessio ad salutem nos introducens: subsequitur autem baptismus, fidei assensum nobis obsignans. Nam cùm baptizamur, certo & luculento argumento nos fide præditos esse confirmamus. Hic mentis perfectio. Mens enim peccato progressum ipsius impediente rudis atq; imperfecta manebat: nunc autem naturali progressu & incremẽto recepto perfectionem suam assequitur ac deiformis efficitur. Hic clauis regni cœlestis, illud videlicet ijs, qui baptismi aquis tinguntur, aperiens. Hic vitæ commutatio corporeæ scilicet & flagitiosæ ad spiritalẽ & diuinã. Hic seruitutis abrogatio, ac pro seruili deiectione, plena & soluta libertas. Per eũ enim filiorũ adoptionẽ recipimus: ac proinde clamat Paulus, igitur nõ iã es seruus, sed filius: quòd si filius, & hæres Dei. Hic vinculorũ solutio, hoc est, affectuũ animi & peccati. Hic compositionis & coagmentationis nostræ in meliorem statũ conuersio, & totius massæ & temperamenti in melius ac perfectius immutata ratio, nimirum anima ad meliora properante, corpore aũt subsequente, nec in diuersum nitente. Quippe homo anima & corpore constans per baptismum sanctificatur. Ac ne omnia commemorem, quæ baptismi gratia pollicetur & porrigit, hoc omnium Dei beneficiorũ præstantissimum est: Vt enim intima diuini templi pars, Sancta sanctorum dicebatur velut vberioris sanctitatis particeps, & mysticus Solomonis libellus, Cantica canticorum appellatur, vtpote cæteris præstantior atq; insignior: eodem quoq; modo baptismus propter eximiam ipsius dignitatẽ, Illuminatio vocatur, non quòd aliæ quoq; spiritales gratiæ illuminandi vim non habeant, sed quia illis sanctitate præstat, ac solus omnes sordes abluit, mortalesq; illustrat, ac Deo adoptat, Christoq; coniungit.

Gal. 4.

Porrò quemadmodum Christus huius muneris author multis ac diuersis nominibus appellatur, ita ipsum quoque munus varia nomina sortitur: siue id nobis obtigerit quandam rei lætitiam accidat (fit enim ferè vt qui erga rem aliquam ardenti amore feruntur, nomina quoq; ipsa libenter commemorent) siue quòd multiplex huius beneficij vtilitas multas quoq; appellationes nobis pepererit. Donum vocamus, gratiam, baptismum, vnctionẽ, illuminationem, immortalitatis indumentum, regenerationis lauacrum, sigillum, ac deniq; excellentissimo quoq; nomine appellamus. Donum dicitur, quia ijs qui nihil prius contulerunt, datur. Gratia, quia etiam pœnæ obnoxijs. Baptismus, quia peccatum aqua obrutum sepelitur. Vnctio, quia sacrosanctus & regius. Huiusmodi enim ea erant, quæ vngebantur. Illuminatio, quia splendor & claritas. Indumentum, quia ignominiæ nostræ velamẽ est. Lauacrum, quia abluit. Sigillum, quia conseruatio est, ac dominij significatio. Huic gratulantur cœli: hunc angeli propter splendoris cognationem celebrant: hic futuræ beatitudinis imaginem gerit: hunc prædicare quidem & laudibus ornare gestimus, verùm pro rei dignitate non possumus.

Gratia. Vnctio. Illuminatio. Indumẽtũ. Lauacrũ. Sigillum.

NIC. *Quemadmodum Christus baptismi donator multis nominibus appellatur (vocatur enim Filius, quoniam essentia idem cum Patre est: Vnigenitus, quia singulari modo genitus est, & non vt corpora: Verbum, propter generationem perpessione omni vacantem: Sapientia, vt omnia cognita habens: Veritas, vt natura vnum ac non multa: Lux, vt animarum splendor: Iustitia, vt præmij ac pœnæ pro cuiusq; merito distributor: Sanctificatio, vt puritas: Redemptio, vt nos à peccato detentos in libertatem asserens: Resurrectio, vt nos emortuos ad vitam reuocans: Ouis, vt victima: Agnus, vt perfectus: Pontifex, vt conciliator & perductor: Ignis, vt leuem materiam repurgans: Gladius, vt bonum à malo diuidens: Ventilabrum, vt aream purgans: Securis, vt improbitatis radices excidens (eodem malo & Christi donum, id est, baptismus varie ac multipliciter vocatur, quemadmodum & * Scala pædagogo placet: siue ex mira quadam affectu, hoc est, ex profuso animi gaudio id nobis accidit, vt diuersa illis nomina imponamus: siue pro multiplicium baptismi beneficiorum ratione varia quoq; ei nomina accommodata fuerint, vno quoque videlicet beneficio apposito & congruum nomen procreante. Primùm enim eum donum vocamus, quia nobis nullo prius labore suscepto ac munere oblato gratis impertitur. Deinde baptismum, quia peccatum in aqua sepelitur. Tum vnctionem cum toãne, vt sacrum & regiũ. Sacerdotes enim & reges iuxta Mosis legem vngebantur. Illuminationem verò, vt splendorem, & quia per eum sanctam illam lucem intuemur, atque ad diuinum numen inspiciendum oculorum acie pollemus. Ad hæc immortalitatis & incorruptionis indumentum iuxta constitutiones Apostolicas, vt infamiæ & dedecoris integumentum: obtecta enim turpitudine & infamia nos incorruptione & immortalitate conuestit, animam videlicet à peccati corruptela, vt olim puram & integrã reddens. Lauacrum regenerationis, quia per eum vt est apud Paulum, peccata proijcimus & eluimus. Sigillum insuper, quoniam per eum consignati, cuiusnam domini simus cognoscimur, atque ab insidijs tuti conseruamur. Quod enim sigillo aliquo notatum est, furum aggressioni minimè patet. Porrò nominum enumerationi Signaculum postremum imposuimus, velut ea obsignantes atque obfirmantes. Huic gratulantur cœli. Liceat enim ad gaudij amplificationem, lætitiam quoque rebus inanimis tribuere. Aut, si mauis, per cœ-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

los synecdochicè cœlestes angelos intellige, qui propter hominum salutem per baptismum acceptam gratiam illuminari efferuntur. (Gaudium enim est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente) ac baptismi illuminationem propter splendoru affinitatem celebrãt. Etenim hic quoq; præclarus est ac diuinus, & cœlesti beatitudini imago, splendoriq; iustorum ac vitæ redituræ figura. Nam quæ autem illud secundum naturã habet, ea hi, qui salutifera aqua perfunduntur, anticipantes, animo & voluntate assequuntur.

*Ioannem Climacum intelligit, celeberrimi apud Græcos nominis virum, qui eximium quendam libellum Scalæ titulo edidit.

Deus est summum lumen.

Enimuero Deus lumen summum est & inaccessibile, quod nec mente percipi nec verbis explicari potest, naturam omnem ratione præditã illustrans, hoc in intelligibilib⁹ quod sol in sensibilibus, eò se magis contemplandum nobis præbens, quò accuratius animos purgauerimus, eò rursus magis amandum quò magis contemplati fuerimus, eòq; magis cognoscendũ, quò maiore ipsius amore arserimus, sese ipse speculans & comprehẽdens, ac perexiguè ad externa diffundens. Lumen porrò hoc dico, quod in Patre & Filio & Sp. sancto intelligitur: quorum opulentia naturæ identitas est, atque vna eademq; splendoris trajectio. Secundum lumen est Angelus, primi illius luminis velut riuulus quidã aut participatio, eam rationem habens, vt per propensionem mentis ad Deum intentione ac defixione, obsequioq; suo & ministerio splendoré consequa⁹: de quo facilè disputare nequeo, vtrùm pro classis suæ ordinisq; ratione lumen ei impertiatur, an pro diuinæ collustrationis modo huic vel illam sedem accipiat. Tertium lumen homo est, quod ne externis quidem & profanis obscurum est. φῶς enim, id est, hominem vocant. propter rationem, hominem vocant. propter rationem nobis insitæ vim & facultatem, ejus erat rursus nomine ij inter nos appellãtur, quæ diuina quadam virtute alios antecellũt, propiusq; ad Deum accedunt. Aliud quoque lumen agnosco, nempe illud, quod primigenæ tenebræ depulsæ, aut certe iam depulsæ sunt, quod ante omnes eas creaturas per aspectu sentiuntur, productum est, circularemq; item illam siderum conuersionem & cœlestium ignium splendorem, vniuersum orbem illustrantem.

Angelus secundum lumen est.

NIC. *Deus lumen est summum quidem, vt principij expers & primum, vel vt præcellens, omnibus rebus superius, inaccessibile autem, quia propter splendoris exuberantiam à minimè perferri potest. Neque enim quisquã est, qui ipsum intentis oculis cernere queat. Hoc lumen nulla oratione exprimi potest, neq; mente comprehendi. Quinetiam ille, si Platoni credimus, hoc est in intelligibilibus, quod sol in his quæ sentiuntur. Vt enim hic oculis intuita ille mẽti lucẽ affert, rursusq; vt hic omnia quæ aspectu sentiuntur, ea illa mente quæ animo & ratione intelliguntur pulchritudine antecellit. Scala porrò atq; ascensus ad hanc eo tendit, vt huiusmodi esse queat. Purgatio enim ad imaginationem animi; visionem subuehit, hoc est, actiuã contemplationem, imaginatio autem ad amorem erigit propter voluptatem diuinitatis emanantẽ. Amor denique intelligentiam, quæ imaginationem puritate & perspicuitate antecedit. Atque vt rem breuiter complectar, quantum quisque amat, tantùm quoque cernit atque intelligit: quantùm rursus intelligit: tantùm amat: atq; ita egregius hic orbis volutur. Mouetur autem Deus sui ipsius contemplatione, atque cognitione comprehenditur: ad externa verò per illuminationem parcè diffunditur: nec tamen pari ratione ad perpaucos hoïes, eos nempe qui mentem ac rationem perpurgarint. Actrimitatis propriè dictæ ac identitatis & ineffabilis vnio, atq; vna & eadem exilientis splendoris emissio, perinde ac si quis rem ex parte inter se æquales animo fingat (quod quidem in ijs rebus, quæ in sensum cadunt, reperiri non potest) atq; vnum & eundem fulgorem æque & citra vllam diuisionem à tribus exilientem & emanantem. Primum igitur lumen Deus est, vt eximium atque omnium luminum principium. Secundum autem lumen, primum illud, qui post Deum sint, tametsi alijs priores, prima lucida natura post primam, secunda luminum, primorum radij, aliosque primi luminis influxionibus, ac velut scaturigine collustrantes. Angelos porrò primorum radiorum & participationem appello, non secundum naturam, verùm secundum splendoris & illuminationem à Deo profluentem: vnum quidem, quia ex Deo lux ipsis infunditur, participationem verò, quia huiusmodi splendor ipsis impertitur. Ac vide quemadmodum in Angelis quoq; contemplatio & actio ceat. Mentis enim ad Deum subuectio ac defixio contemplatio est, per quam ad Deum efferuntur: obsequium verò atq; obsequium actio est, per quam diuinæ gloriæ celebrationi, alijsq; muneribus & officijs fungunt. Quoniam autem in cœlestibus hierarchijs illuminationum diuersitates existunt, non ex propensione voluntate, sed ex natura: atque alij diuinam lucem magis complecti ac retinere possunt, alij minus: illi immediatè quoad eius fieri potest, eum eo versentur: hi autem primorum opera collustrentur, ita ordinum ab alijs ad alios transmissa ac tralecta illuminatione, à primis vsque ad extremos. Addubito an certum sum quid dicam, an scilicet pro classis & stationis ordine illuminationem accipiant, an contra*

luminationis modo ordinem suum habeant. Hoc certè dico, cœlestes ac beatas mentes propterea quòd Deo propinquæ sint, primæq; primum lumen hauriant, ac purissimum illinc splendorem accipiant, vberiùs quoq; fortasse & copiosiùs illustrari: aliosq; alio modo pro cuiusq; natura atq; ordine illuminari. Tertium lumẽ homo est, qui etiam apud prophanos auctores φῶς dicitur ob eam fortasse causam, quia ratione præditissimus. Nam quod oculum est in corpore, hoc mens & ratio est in anima, vtpote eam lumine perfundens. Λόγον enim mentem vocat, vel etiam per λόγον sermonem intelligit. Nam hic quoq; abditas atque absolutas animoq; inclusas cogitationes in lucem profert. Iam inter homines quoq; ij q. per virtutem ad Deũ propiùs accedũt, lumẽ dicuntur, vt deiformes ac Dei similitudinem assecuti, velut discipuli, ad quos dictum est. Vos estis lux mundi. Cæterùm Deus propriè lux est: Angeli autem atq; homines impropriè, quippe qui secundum superiorem illustrationem gratiaq; perceptionem hoc efficiuntur. Atq; hæc quidem lumina mentem & rationem habent. Est autem & aliud lumen alterius naturæ, nimirum ratione atq; anima carens, per quod & primigenæ tenebræ depulsæ sunt, hoc est, ad tempus fugatæ, &, vt dilucidiùs loquar, intercisæ. Luce enim substantialiter creata atq; in rerum naturam producta, ad tempus intersecta caligo est. Tenebræ enim cœlo & terræ per obiectionem velut subsistentes, recedente rursus numine subeunt, ac deinceps medium tempus intercipiente die redeunt, ac per lucem semper intersecantur, vicissimq; cedunt. Quanq̃ autem & lux & tenebræ primigeniæ dicantur, tamẽ id discriminis est, quòd lux vt substantialiter creata atq; vocatur: tenebræ autem vt aduentitiæ, & in subsistantia existentes. Caligo enim accidens est, nec quicq̃ aliud quàm luminis priuatio: Lumen autem hoc loco dico, id quod non ante res omnes in sensum cadentes productum est, verùm ante creaturas per ipsum conspicuas & aspectabiles. Cœlum enim & terra, aqua & aër, &, vt vno verbo dicam, omnia quæ non ex subiacente materia creata sunt, ante lucẽ extiterunt, ac proinde nec cerni poterant, vtpote lucis expertia. Quoniam autem orbicularis figura cœlum est, ac circulari motu fertur, non absurdè ac dissentaneè asserò fidera quoq; circulariter ferri, vniuerso orbi lucem & splendorem afferentia.

Mandati lumen.

Iam lumen quoq; erat primigenum illud mandatum, quod primigeno homini datum est (quandoquidem legis mandatum lucerna & lumen est: & rursus, Lumẽ præcepta tua in terra) tametsi caliginosus ille spiritus inuidiæq; plenus furtim irrepserit, vitiumque creauerit. Lumen etiam adumbratile, atque ad modulum eorum, qui excipiebant, admensum, Lex scripta erat, veritatem obscuriùs designans, magnique illius luminis mysterium: quippe & Mosis vultus eo profusus inclarescit. Atq; vt pluribus luminibus orationẽ ornemus, lumen igne cõflatum id erat, quod Mosis oculos in monte perstrinxit, tum videlicet cùm flagrantem rubum ignis perurere, atque absumere non poterat, vt videlicet & naturam indicaret, & diuinam potentiam declararet. Lumen præterea id erat, quod in ignis columna Israeli præibat, ac deserti asperitatem emolliebat, & mitigabat. Lumen itidem, quod Heliam in igneo curru rapuit, necraptum exusit. Lumen insuper, quod tum pastores circunfulsit, cùm lumen temporis expers temporali miscebatur. Lumen quoq;, egregium illud & clarum φῶς in Bethleem præcurrens, vt & Magis viam cõmonstraret, & apud lumen è loco superiori ad nos demissum nobisq; coniunctum, satellitis officio fungeretur. Ad hæc lumen erat diuinitas illa discipulis in monte velut per transennam ostensa, & quidem ita firma, vt vix eã oculorum acies ferre posset. Lumen item visio illa, quæ Paulum fulgore oppleuit, ac per oculorum plagam tenebris animæ medicinam attulit. Lumen etiam alterius vitæ splendor, his vtiq;, qui animos suos à peccati sordibus in hac vita perpurgarẽt: quo tempore nimirum iusti solis instar fulgebunt, ac Deus in medio deorum & regum stabit, beatitudinis illius gradus & dignitates distinguens ac diuidens. Lumẽ postremò præter hæc omnia proprio & peculiari modo est baptismi splẽdor, de quo præsens disputatio nobis instituta est, quo magnum atq; admirandum salutis nostræ mysterium continetur.

Exod. 24.

3. Reg. 4.

NIC. *Lumen quoque erat primum illud præceptum quod primo homini datum est, vtpote splendorem quendam ad rerum diiudicationem impertiens, iuxta id quod à Solomone dictum est, Lucerna & lumen mandatum legis est: & iuxta illud Dauidis, Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis: atque etiam iuxta id quod est apud Esaiam, Præcepta Dei lumen sunt in terra. Lumen igitur erat mandatum Dei. verum furtim irrepens atque ingrediens inuida caligo (hoc est diabolus) vitium fabricata est. Neque enim malum substantia vlla est, sed boni priuatio: quemadmodum & tenebræ luminis recessus. Non enim aliæ est mali substantiæ, quàm virtutis abscessus. Lumen itidem erat Lex scripta, & lumen typicum seu figurarium, vtpote Euangelij veritatem adumbrans, eamq; velut per transennam ostendens, ac præterea per agnum aliaque sacrificia, Christi, qui lumen magnum est, ac lumine omni sublimius, mysterium designans. Quòd autem lumen quoq; lex fuerit, hinc perspicuè colligere licet. Nam cùm Moses eam à Deo dictatam intentis oculis respexisset, Christique mysteria cognouisset, maiorem animo & mente splendorem concepit,*

Pro. 6. Psal. 118. Cap. 2.

Exod. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac pro huiusmodi splendoris signo & argumento faciei gloriam habebat, internæ videlicet claritate ad eam
quoq; transfusa, quemadmodum & in Exodi libro memoriæ proditum est. vbi hoc etiam habetur, quòd Mo-
Cap. 3. *ses ignem cernebat rubum adurentem, nec tamen adurendo consumentem, vt scilicet ex eo quòd adureba-*
ignis natura declararetur: ex eo aũt quòd non absumebat, vis illius & potentia ostẽderetur, qui vim ignis fo-
Psal. 103. *nabat & comprimebat. Hac igitur ratione Angelus quoq; lumẽ est, vt pote ignis. Quis facit, inquit, angelos*
suos Spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Proprium enim ignis lumen est. Quin lumen etiam erat id
Exod. 13. *quod in columna ignis in deserto Iudæis iter præmõstrabat: de quo & Dauid verba facies ait, Deduxisti eos*
Psal. 77. *in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Iam verò quarto Regum libro habetur, quòd ignea cur-*
Cap. 2. *rus Heliam in cœlum arripuit, nimirum significans iusti huius viri excellentẽ virtutẽ, atq; humana cõsue-*
Luc. 2. *tione sublimiorem. Insuper apud Lucam scriptũ est, quòd lux pastores circũfulserit, quando lumẽ tempora-*
neum expers i. Dei filius temporali lumini, hoc est humanitati coniunctus est. Et cùm simplex homo lumen non
Matth. 2. *habetur, nedum eximia ac diuina virtute præditus: multò certè magis lumen ille dicendus est, qui Deus vo-*
catur, atq; ipsa vnione Deus effectus. Ad hæc Matthæus in Euangelio docet diuinam vim ac potentiam in ste-
Luc. 9. *lla figura Magos in Bethleem duxisse, ac satellitis more stipasse, hoc est, seruili modo subseruisse, & Christi*
honorasse, quem ego lumen nobis sublimius voco, etiamsi nobiscum fuerit. Quin lumen etiam erat ille diui-
nitatis fulgor in monte Thabor obiter patefactus, quem nec discipuli firmis oculis obtueri poterant, vepote
Cap. 9. *tantam vim habentem, vt nec perferri, nec audiri, nec aspectu percipi posset. Lumen item id erat, quod Da-*
lum in via lumine circunfudit, quemadmodum in Actuum libro commemoratur, cuius exuberantem splen-
dorem cæcales oculi non ferentes ita excæcati sunt, vt interim animæ tenebræ fugatæ ac discussæ fuerint.
Matt. 13. *Per hoc lumen cognitio omnis ac scientia de regitur, ac Deus verè animis nostris innotescit. Lumen præterea*
Psal. 81. *futurus iustorum splendor. Fulgebunt enim sicut sol, quemadmodum Scriptura pollicetur, qui in hac vita*
animam à vitiorum labe purgarint, ac deiformes appellati fuerint, de quibus Dauid ad hunc modum inquit:
Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diudicat, hoc est cælestis regni mansiones gradusq;
que dignitatum pro virtutis ratione ac proportione ipsis distribuit. Postremò præter hæc omnia peccatum
diuerso modo Baptismi illuminatio lumen appellatur. De quo nobis instituta est oratio, & à quo salutaris
nostræ mysterium continetur.

Peccato carere Dei est atq; angeli. Peccare hominis est.

Quoniam enim omni peccati labe carere, Dei est, primæ & simplicis naturæ (simplicitas enim pacata est, atque ab omni dissidio remota) audacter etiam addã, & angelicæ, quæ aut prorsus extra peccandi aleam est, aut ad id certè ob eam propinquitatem, quam ad Deum habet, proximè accedit: peccato autem labi humanæ est ac terrenæ compositionis (compositio si quidem dissidij origo est) idcirco Dominus minimè auxilij expertem creaturam suam sibi reliquendam atq; contemnendam putauit, eò discriminis adductam, vt periculum esset ne ab eo distraheretur. Quin potius quemadmodum nos primùm creauit, ita creatos instaurauit ac refinxit, & quidem figmento diuiniori, primumq; figmentũ multis partibus superanti (quod

Instauratio hois

vt vitæ cursum ineuntib⁹ est signaculum, ita ijs qui adultiori ætate sunt, gratia est. Etenim est collapsæq; imaginis erectio in eis qui desperatione sceleratiores effecti sunt, atq; in grauiora quotidie flagitia gerumpentes, penitus tandem à summo bono atq; à virtute propter animi desponsionem excideremus, atq; in profundum malorum, vt scripturæ verbis vtar, gurgitem prolapsi, contemnamus: quin potius, vt qui longum iter emetiuntur, in diuersorijs interquiescunt, fessaq; labore membra recreant, ita nos, quod superest vitæ, recreantes & impigri conficiamus. Atq; hæc Baptismi gratia & facultas est, non ordemrarum, vt olim aquis obruens, sed vniuersa iusq; hominis peccatum purgans, exactis obstructiones vel maculas, quæ vitio contrahuntur, prorsus abstergens.

NICET. *Nihil omninò peccare, Dei solius est, vt pote immutabilis proprieq; simplicis & incorporei. Vera enim & propria simplicitas diffidium atque contentionem non admittit. Angeli autem beati, quam omninò immutabiles sunt, verùm & boni & mali capaces, vt qui propriè simplices non sint, nedum si nobiscum conferantur, ad statum ab omni peccato immunem proximè accedunt, velut Deo ita propinqui, vt æther ad solem. At nos leui motu ad vitiũ impellimur, vt pote compositi. Compositio enim dissolubilis est: quandoquidem, vt testatur Apostolus, Caro concupiscit aduersus Spiritum, Spiritus autem aduersus carnem: atq; hæc inter se aduersantur. Vincente itaq; carne, peccatum admittitur. Quoniam igitur Deus nos inter magnitudinem & humilitatem medios constituit, ac mutabiles creauit: idcirco quoq; ad vitium animi destinatione ruentes nequaquam despexit, nec auxilij expertes reliquit, atq; in eo rerum ordine constituit, vt periculum esset, ne à Deo prorsus disiungeremur. Verùm quemadmodum nos, cum primùm essemus, in rerum naturam produxit: sic post creationem dilapsos in antiquum statum per eptimam & præstantissimam Baptismi effectionem creationemq; restituit, quæ quidem vt infantibus ac corporeis & ex*

Gal. 5.

cursum ineuntibus signaculum est, eos perficiens atq; absoluens, dominiumq; significans: ita ijs qui ætate
longiùs prouehuntur, non modò signaculum est, sed etiam gratia præteritas noxas ipsis remittens, atq; ima-
ginem à peccato labefactatam instaurans. Nam si peccatorum gratiam per Baptismũ non cõsequeremur,
haud dubiè per peccatum in desperationem prolaberemur, ac per desperationem à virtute omninò excidere-
mus, nobisq; id accideret, quod à Solomone dicitur. Impius cùm in malorum profundum venerit, contẽnit.
Nunc aũt quemadmodum viatores in diuersorio quodam ab itineris labore recreati propositam viã alacri Prou. 18.
animo emetiuntur: ita nos quoq; viam vitæ promptioribus animis conficimus. Atq; hanc vim affert Bapti-
smus. Ac diluuium quidem illud, quod tempore Noë contigit, orbem vniuersum internecione deleuit: Bapti-
smus autem peccata, quibus obruti atq; inquinati eramus, detergit ac purgat.

Cur duale reliquerit Baptismus.

Quoniam porrò duabus partibus, hoc est animo & corpore constamus, quarum altera in aspectum cadit, altera oculorum sensum fugit: duabus quoq; rebus constat Baptismus, aqua scilicet ac spiritu, illa visibiliter & corporaliter accepta, hoc verò in corporeo & inuisibili modo concurrente: illa figurali, hoc vero & penitissimos animi sinus purgante. Qui primæ natiuitati opem & adiumentum ferens ex veteribus nouos, ex humanis diuinos efficit, absque igne nos rursus conflans, & absque confractione rursus effingens. Nam vt compendio dicam, nihil aliud esse vim & facultatem Baptismi existimare debemus, quàm secundæ vitæ puriorisque & præstantioris instituti pactum cum Deo initum. Ac proinde vel maximo in metu omnes esse debemus, atque animas nostras accuratissima custodia seruare, ne falsam confessionem edidisse comperiamur. Nam cum ad mutua hominum pacta obfirmanda Deus medius adhiberi soleat, quantò tandem periculosius est magisq; extimescendum, ne fœdera cum Deo ipso contracta perfregisse reperiamur. ac præter alia peccata ipsius quoque mendacij apud Veritatis tribunal rei peragamur? idq; cùm nulla iam posthac altera regeneratio reliqua erit, nec instauratio, nec in veterem statum restitutio, quamlibet eam obnixis precibus multorum luctu ac gemitu lachrymisq; requiramus: quibus licet cicatrix ægrè tandem obducatur, vt quidem ipse statuo (ob ducitur quippe, idq; indubia fide tenemus), ac præclarè mecum agi putarẽ si ipsę quoque vulnerum notæ delerentur: quandoquidem & ipse misericordia opus habeo) præstat tamen secunda purgatione minimè indigere, verùm in prima consistere, quæ omnibus communis est, & labore vacua, cunctisque exæquo patet, tam seruis quàm heris tam egentibus quàm copiosis, tam abiectis quàm sublimibus, tam genere claris quàm sordidis & obscuris, tam ære alieno obstrictis, quàm ijs qui nihil ærisalieni conflarunt, non secus atq; aëris hausturs, & lucis profusio, & temporũ vicissitudines, & rerum creatarum aspectus, magni inquam illius omnibusq; communis oblectamenti, ac deniq; fides æqua portione concessa.

Pœnitẽtia.

Secunda purgatio.

Vt baptisq. instituat fit.

Peccatum fraudem fidem

Prou. 4.

NIC. *Quandoquidem compositus ac non simplex homo est, idcirco duplici atque coniuncto cognata & similia medicamenta adipsius curationem attributa sunt, corpori nimirum aspectabili aqua sensibilis, animo autem inuisibili spiritus oculorum obtutum fugiens, qui per fidem vocatus ineffabili modo accedit. Et quidem aqua purgationis figuram gerit. Purgatio enim, quæ per aquam fit, eam quæ per spiritum compatur, designat. Vt enim corpus ab aqua sic anima à spiritu lustratur: atq; ita res in oculos cadens rei inuisibilis signum est. At spiritus veram purgationem continet, nec superficie tenus corpora purgat, verùm animam & penetralia ipsa expiat. Qui etiam primæ nostræ natiuitatis auxilium est, vt pote omne illud velamentum, quod à natiuitate contraximus, abscindens, atque ex veteribus nouos homines faciens, vetustatẽ videlicet atq; imbecillitatem & infirmitatem à peccato inuectam, per quam dæmonũ imperio caput submittebamus, abijcienter: atq; eos, qui ante Baptismum acceptum deformes erãt & squalidi ac rugosi, deiformes reddens, prisca videlicet imagine recepta. Ac fabri quidem aurarij & qui ex argilla vasa fingunt, cùm aliquid vetustate obsoletum renouare cupiunt, primum illud confingunt, ac deinde iterum cõflant. Baptismus autem nos denuo conflat, non igni sensibili, sed spiritus flamma spurcitiem omnem excutiente atq; abolente. Renouat etiam ac reficit, non formam eam, quam renouandam suscipit, comminuẽs, verùm eam quæ abstrusa & abscondita est. Quin potius, vt magis propriè dicam, renouamur absque constatione, recreamur absque comminutione, curamur absq; vllo doloris sensu. Iam verò is, qui baptizatur, secundæ vitæ melioris instituti pactum cum Deo init, priori & flagitiosæ vitæ nunciũ remittens, eique que viuendi rationis & moriens. Quocirca iuxta Solomonis consilium timore corripiamur, atq; omni custodia cor nostrum seruemus, ne cum propria syngrapha, quam in fidei nostræ confessione protulimus, pugnantes reperiamur. Etenim si pactæ cum hominibus init a Deus interiectus confirmat, quantum tandem periculum ei impendere putandum est, qui conuentionem cum ipso factam perfregerit, salutisq; fœdera nefariè violauerit, ac præter alia sceleratipsius quoq; mendacij apud Deum reus peragatur, quia fidem ipsi datam fefellerit? idque cùm iam nullus alius Baptismus superfit. Impossibile est enim, inquit Paulus, eos qui semel sunt illuminati, rursus re-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Heb.6. nouare ad pœnitentiam. Vnus porrò Baptismus est, quandoquidem vna est mors p mũdo susceptacatq; vna à mortuis resurrectio, quã Baptismus designat. Proinde Christus Baptismi nobis fœdus sanxit, mortis & resurrectionis tã figuram habens, aquã nimirum mortis imaginem exprimente (horum enim qui baptizantur, corpora aquã veluti sepeliuntur) spiritu autem vitæ arrabonem afferente. Quamobrem nulla altera supereſt regeneratio, neq; in veterem statum restitutio, hoc est in purgationem illam, quam regenerationis lauacrum affert. Quanq; enim lachrymarum quoq; baptismus est: haudquaq; tamen ita purgat, vt primus Baptismus. Sic enim variæ sunt superni splendoris genera, sic & purgationum. Nam iuxta meam legem ac sententiã Dei nostrorum dogmatis oppositam, ægrè tandem per pœnitentiam cicatrix obducitur: quemadmodũ Deus per Hieremiam loquitur. Ecce ego inducam ipsis cicatricis obductionem & medelam, & curabo eos. Atq; Cap.30. quidem cicatrices quoq; ipsas aboleri, ac ne vulnerum quidem vestigium relinqui cupereus, quandoquidem & ipse misericordia opus habeo. Verùm magnum Athanasium asserentem audio, eum, qui ad melioremq; gem se receperit, quanq; finem peccandi faciat, inuisas tamen vulneris cicatrices habere: eum aũt qui ita curatur, veterem hominem exuere ac renouari, superne videlicet per Sp. sancti gratiam progenitũ. Cæterum vt cicatrices quoq; ipsas deleri concedamus, satius vtiq; fuerit, difficilis illa & aruminosa purgatione, quæ pœnitentia constitit, nequaq; opus habere, verum in prima consistere, quæ quidem laboris ac molestiæ expers est, atq; honore pares eos, qui ad Baptismum accedunt, efficit, vtpote quæ ex aquo accipiatur, atq; omnes ne vllo discrimine luãt vel. Quemadmodum enim cõmunis est omnibus aeris spiratio, ac lucis profusa color, & quatuor partium anni vicissitudines, & rerum creatarum aspectus, sideriq; æqua portio exoritur sol dor, Baptismi quoq; communis est gratia.

Post baptismum peccare graue est

Graue est lenioris medicamenti loco difficiliorem acerbioremq; curationem adhibere, ac proiecta miserationis gratia supplicijs seipsum obnoxium reddere, atque admissa peccata correctione vitæ compensare. Quantum enim lachrymarum vim impendemus, vt ea cũ Baptismi fonte exæquari possit? Quis aũt nobis spondere ac cerbo poterit, fore, vt mors curationem expectet, ac non potius ad huc ære alieno grauetur? Nemo scit an mors pœnitẽdi tempus dabit. liceri queat, fore, vt mors curationem expectet, ac non potius ad huc ære alieno grauetur? atque ignis illius ardore opus habentes tribunal illud suscipiat? Tu quidem fortasse bone & humane agricola, dominum suppliex rogabis, vt ficulneæ ad huc parcat, ne sterilitatis accusatam adhuc succidat, verùm tibi permittat, vt stercora vndiq; in eam inijcias, hoc est lachrymas, gemitus, preces, humiles decubitus, perurgeas animam, Peccati cõfessio. corporis afflictationem & oppressionem, ac deniq; correctionem eam, quæ in peccati confessione vitæq; sordibus & squallore consistit: at incertum est, cõne addus proceret dominus vt illi parcat, vtpote etiam locum occupanti, cùm interim alius misericordia egeat, atq; ob clementiam, qua cum illo agi videt, deterior efficiatur.

NIC. *Graue & miserum est spe secundæ purgationis post Baptismum inquinari, ac postea dura & aspera medicina indigere, ac proiecta Baptismi gratia, quæ præteritarum noxarum remissionem habet, vehementes excruciare atq; affligere vt misericordiam à Deo consequamur, ac vitæ correctionem admissa flagitia vltrem exhibere. Quantum enim lachrymarum exhauriemus, vt id nos perinde lustret ac prius Baptismus? Sed purgationem, quam per diuinum lauacrum acceptam amisimus, reddat? Quis autem satis locupleti fore, fore, vt mors curationem nostrã expectet, ac non peccati reos ac purgationis debito obstrictos tandem diuinum suscipiat gehennæq; incendium? Tu quidem spiritualium plantarum excultor Domini, ipsum vaborem Euãgelicam, exorabis, vt infrugiferæ ficui, hoc est animæ tuæ parcat, eamq; non excidat, verùm Luc.13. bi concedat, vt ea, quæ ad tollendam ipsius sterilitatem alimento esse possunt, circunjectas, nimirum confessionem, rectionem, quæ in peccati confessione, atq; in apertum proferendis non sine pudore criminibus consistit, præterea animæ afflictionem, hoc est contritionem & dejectionem, corporisq; oppressionem, lias, cæteraq; afflictiones. Verùm incertum est, an Deus huiusmodi homini parcet, ac non cum cruciatu alius quispiam ex ipsius erga eum lenitate & patientia offendatur, ac deterior fiat, eius videlicet sanitate punita manere conspiciens.*

Rom.6. Proinde cum Christo per Baptismum sepeliamur, vt & cum eo resurgamus: quin eo descendamus, vt simul etiam extollamur: cum eo ascendamus, vt simul quoq; glorificemur.

NIC. *Tota hac oratione tria astruuntur: primùm, quòd suscipiendus sit Baptismus: alterum, quòd festinanter: tertium, quòd nobis operæ danda sit, vt hoc donum ab omnibus sordibus purum tueamur. Postea de primo, de secundo, de tertio, quæ dicenda videbantur, dixit, nunc de eo quoq; disputat, quod ad Baptismum accedentem oporteat. Aqua enim mortem refert, ac cum Paulo ait, Cum Christo per Baptismũ sepeliamur, vt & cum eo resurgamus. Aqua enim imaginem refert, corpus velut sepulchro accipiens. Spiritus autem vitificam vim immittit, animam ex peccati morte ad primæuam vitam renouans. Descendamus vt Christus in sepulchrum, vt à nostris peccatis absolutos nos ipse resuscitet: vt quemadmodum ille ex mortuorum sepulchro, sic nos etiam è peccati tumulo ac mortuorum sepulchris in sublime feramur. Baptismus siquidem operum carnis abiectionem designat & indicat, animamq; fordibus*

fordibus & spurcitie ex carnalis affectus contagione contracta lustrat & expiat. Quoniam autem Baptismus descensum atq; ascensum continet, hoc insuper adijciam, Cum ea ascendamus quemadmodum videlicet ille in cœlum, ita nos in eam sublimitatem, ad quam prouehit Baptismus, vt simul quoq; gloria afficiamur per adoptionem scilicet, ac regni cœlestis hæredes efficiamur, quemadmodum ille subsellij in dextra patris hæres factus est.

Baptizatus habet quo vestem sanitatis tuetur.

Si te post Baptismum luminis persecutor & tentator adortus fuerit, vt certè adorietur nam & Verbum & Deum meum propter carnis velamen oppugnare aggressus est, lumen inquam illud absconditum, propter humanitatem in aspectũ cadentem habes quo eum superes: ne certamen reformides. Aquam aduersus eum obtende, spiritum oppone: in quo ignita omnia peruersi illius tela extinguentur. Spiritus quidem est, verum montes dissoluens. Aqua quidem est, verum ignis extinctrix. Si tibi penuriam obiecerit (nam hoc quoque Christo obijcere non dubitauit) ac fami tuæ insidias struens postulauerit, vt lapides in panes vertantur, ne illius cogitationes ignores. Doce quæ non didicit, vitalem sermonem oppone, qui panis est cœlitus missus, ac, mundo vitam afferens. Si tibi per ambitionem inanemque gloriã insidias moliatur, quemadmodum & illi, cùm in templi pinaculum eum sustulit, ac dixit, Proijce te deorsum, vt diuinitatis specimẽ edas, caue per animi elationem deijciaris. Nam si hoc euicerit, nequaquam hic consistet, expleri non potest, in ota grassatur. Benignitatis quidem specie lenocinatur: verum sub finem in malũ prorumpit. Hæc est illius pugnandi ratio. Atque etiam Scripturarum peritus est hic latro. Hinc illud, Scriptum est, de pane: Hinc illud, Angelis suis mandabit de te. &, In manibus portabunt te. O scelèris doctor & architecte, quo modo id quod sequitur, suppresisti, (hoc enim prò bè intelligo etiam si ipse reticueris) nimirum quòd super aspidem & basiliscum ascendam, & conculcabo serpentes & scorpiones, Trinitate videlicet septus & communitus? Si per cupiditatem & auaritiam te oppugnet vno temporis momento atque aspectu regna omnia velut ad se pertinentia ostendens, atque adorationem à te exigẽs, vt pauperem aspernare. Dic lustrali signaculo fretus, Ipse quoque Dei imago sum: nondum vt tu, à superna gloria, propter superbiam deturbatus sum. Christum induimus. Christo transmutatus sum: tu me ipse adora. His verbis, mihi crede, vt à Christo primo lumine, ita ab ijs, qui ab ipso collustrati sunt, victus ac pudefactus recedet. Hæc beneficia ijs affert Baptismus, qui ipsius vim sentiunt: has egregia fame correptis epulas proponit. Baptizemur itaq;, vt victoriam assequamur, lustralium aquarum participes simus, quæ & extergendi facultate hyssopum superant, & legalem sanguinem puritate, & vitulæ cinerem sanctitate inquinatos homines aspergentis, ac breuem & momentaneam corporis purgationem afferentis non autem plenam & integram peccati oppressionẽ. quid enim purgationis ijs opus fuisset, qui semel purgati fuissent?

Aquæ baptismi magna virtus.

NIC. *Theologus probè perspectum habens, nonnullos ideò Baptismum detrectare, quòd hostis impetum post Baptismum pertimescerent, huiusmodi homines ad hunc modum alloquitur. Si post Baptismum te diabolus adortus fuerit, quandoquidem & Christum oppugnauit propter carnem merum hominem eum esse arbitratus, aduersus eum sensibilem aquam obtende, spiritualis ignis, hoc est peccati extinctricem (id quod mirandum est) cum ope ac subsidio ignita omnia peruersi illius spiritus tela, sicut Paulus ait, extinguentur. aqueis videlicet vmbris à verbo tinctis compressa atq; restincta. Spiritum oppone, magnũ ing illum & valìdum, ac montes, id est dæmones dissoluentem, quemadmodum tertio Regum libro habetur. Si tibi fame correpto penuriam & necessitatem insidiose obiecerit vt Christo, ac petierit vt lapides in panes vertantur, dic cum Paulo, Non ignoro cogitationes tuas, ô peruerse, quia aliud vis, aliud prætendis. Prætexis necessitatem: vis autem me cibis expleri & ingurgitari, voluptatiq; indulgere. At propterea non panẽ, sed panes fieri posse. Doce, quæ non didicit, quia Dei cultor es ac Christi discipulus. Nam idem quoq; in Christo ignorabat, quòd Dei Filius esset. Ac Christus quidem cùm ab eo tentaretur, illud opposuit. Non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Tu verò oppone Verbum ipsum & Filium Dei, cuius hæc verba sunt: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, nõ esuriet, & qui credit in me, nunquam sitiet. Panis enim Dei ille est, qui descendit de cœlo, & dat vitam mundo. Si per inanem gloriam tibi insidias struxerit (nam & Christo insidias tetendit) ne per superbiam corruas: quin potius in prima tentatione strenuè decerta. Nam si in eam te cedentem ac dicto audientem inuenerit, haudquaquam hic consistet: verùm & secundam & tertiam tentationem atque alias deinceps admouebit, vt pote inexplebilis cupiditate flagrans. Lenocinatur quidem atque obiecti boni specie tanquam illecebra quadam hominem mulcet: verùm sub finem in malum prorumpit. Hæc est enim diaboli pugnandi ratio, nempe vt nos obscurè aggrediatur. Atque etiam Scripturas calet diabolus. Hinc altera quidem ex parte à Christo dicitur, Scriptum est, quia non in solo pane viuet homo:*

Universidad de Deusto
Biblioteca

alterã autẽ ex parte ab ipso hoste, Scriptum est, quia angelis suis mandabit de te. At ô sapiens ad malefici-
dum, dixerit Hieremias. ô vitij author & magister. quid tibi accidit, vt Dauidicum dictum integrum non
produxeris, verùm quod sequitur, suppreſseris, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabo, & conculcabo leo-
Luc.10. *nem & draconem? Ego quidem ad Christi mei promiſſum, poteſtatem accipiam calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & omnem poten-*
tiam inimici. Quod ſi rurſus te per auaritiam frangere ac ſuperare adnixus fuerit, atque oſtenſis vno tem-
pore regnis omnibus adorationem à te exegerit, eum vt pauperem aſpernare. Omnia enim Deiſunt,
Gal.3. *nec quicquam diaboli præter vitium. Dic, Chriſtum indui, Ait enim Apoſtolus, Quotquot in Chriſto baptiz-*
ati eſtis, hoc eſt quotquot iuxta Chriſti doctrinã baptizati eſtis, Chriſti vim ac potentiam firmiſſimo pra-
fidio homines communientem induiſtis: vel etiam eam Chriſti formam ac ſimilitudinem, quã Baptiſmus in
ſculpit. In Chriſto tranſmutatus ſum, hoc eſt transformatus. Ipſe quoque Dei imago ſum neque à ſpiritu
gloria propter ſuperbiam adhuc excidi, quemadmodum tibi, improbe ſpiritus accidit. Hac oratione adu-
ſarius proſligabitur ac propelletur, quemadmodũ à Chriſto primario lumine, ita etiam ab his, qui à Chri-
colluſtrati fuerint. Hanc gratiam ijs confert Baptiſmus, qui ipſius gratiam ſentiunt. Baptizemur, itaq; in
victoriam referamus: quandoquidẽ Chriſtus poſt Baptiſmum tentatorem proſtrauit, cùm tres ipſi tentatio-
nes admouiſſet, gulæ ſcilicet, inanis gloriæ, & auaritiæ. Luſtralium ſeu Baptiſmi aquarũ participes ſimus.
q̃quidem legalibus purgationibus præſtantiores ſunt, nempe hyſſopo, ſanguine, & cinere vitulæ, quæ immun-
tuo vel leproſo, vel aliæ quadam huiuſmodi re pollutos & inquinatos aſpergebat, corpuſq; duntaxat pur-
gabat, idque ad breue tempus. Nam ſi peccatum omninò ſuſtuliſſet, quid opus fuiſſet, vt quiſquis ſemel purga-
eſſent, iterum ac tertiò atque adeò aſſiduè purgarentur? Nunc verò quòd eadem res identidem repetebatur,
Heb.7. *purgationem eam particularem ac breuem & caducam fuiſſe perſpicuè arguit, quemadmodum & Pſalmus*
placet.

Baptiſma non differẽdum.

Baptizemur hodie, ne cras vi aliqua maiore cogamur. Ne beneficium tanquam iniuriam prorogemus, nec expectemus vt plura peccata congeramus, quò plura nobis condonentur: nec Chriſtum caupone-mur & emercemur, nec grauiori onere premamur, quàm vires noſtræ ferre queant, ne vna cum naui aquis obruamur, ac Baptiſmi gratiam naufragio amittamus, ac dũ plura ſpe atq; animo concipimus, omnia perdamus. Quandiu mentis adhuc compos es, ad baptiſmi munus accurre: quandiu nondum corporis animiq; morbo laboras, aut quanuis animo ſis ſano atque integro, his tamen qui adſint, laborantis ſpeciem præbes: quandiu bonum tuum nõ in alijs ſitum eſt, verùm tuijpſius eſt arbitrij: quandiu nõ aberrat lingua, nec frigore cõfecta eſt, nec, vt nihil grauius dicam, ſacroſanctæ initiationis pronũciandæ vim & facultatem amiſit: quandiu fidei pietatem aſſequi potes, non hominum opinione & coniectura, ſed argumento certo & explorato, non miſerationem mouẽs, ſed gratulationem: quandiu perſpicuum tibi donum eſt ac non obſcurum & dubium, ac gratia penitiſsimos animæ ſinus attingit, ac non corpus funebri aqua abluitur: quandiu non te circunſtant lachrymæ mortem nunciantes, fortaſſe etiam illę ingratiam tui compreſſæ, nec vxor & liberi peregrè abeuntem retrahentes atq; extrema verba & mandata poſcentes: quandiu latus tuum non cingit imperitus medicus, horas tibi largiens, quarum ius & potestatem non habet, capitisque nutu ſalutem velut lance expendens, ac demorbo post mortem diſputans, aut receſſibus ſuis, operæ mercedem augens, aut deplorationem morbum eſſe ſignificans: quandiu inter baptiſtam & quæſtuarium nulla pugna eſt, dum ille morientem viatico inſtruere, hic hæres nominari obnixè contendit, nec vtrumque ſimul facere permittit. Quid febrim & morbum breuitatem licet. Quid febrim & morbum beneficij authorem expectas, ac non Deum quid tempus ac non rationem? quid ſubdolum & inſidioſum amicũ ac nõ lubentem deſideriũ? quid vim potiùs, quàm libertatem ac poteſtatem? quid berum facultatem ac poteſtatem? quid rerum anguſtiam potiùs, quàm libertatem? Quid tu potiùs expectas, vt ab illo tibi ex hac vita migrandum eſſe intelligas, quàm vt de morte ipſe quaſi præſentiſ cogites? Quid medicamenta quæris, nihil profutura? quid criticum ſudorẽ, cùm fortaſſe lætalis adſit? Tibi ipſi priùſquam vrgeat neceſsitas, medere: tuijpſius te miſereat: qui verus & germanus infirmitatis medicus, tibi ipſi re vera ſalutare medicamentum affer. Dum ſecundo vento nauigas, naufragium time, & minus naufragium facies, adiutorem ac ſocium tibi Baptiſmum aſciſcens. Lætè atque hilariter Baptiſmus celebretur, ac non deſleatur: magis eciatione creſcat talentum, ac non terra abruatur. Inter Baptiſmi gratiam ac morbum temporis aliquid intercedat: vt non ſolùm improba ſcripta deleantur, verùm etiam in eorum locum meliora inſcribantur, nec ſolùm gratiam habeas, verùm etiam præmium conſequaris, nec ignis tan-

Hominis arbitrium.

Medicorũ mos in mor

tùm ſupplicium effugias, verùm etiam gloriæ hæreditatem percipias, quam negociatio Baptiſmo adiuncta conciliat. Nam prauis quidem atq; abiectis animis amplum ac præ clarum videtur pœnam vitare: at qui magno & excelſo animo prædíti ſunt, ad mercedem quoq; aſpirant. *Sent.*

NICET. *Poſtquam Theologus ſuperioribus verbis ad Baptiſmum ſuſcipiendum nos adhortatus eſt, nunc vt celeriter quoque hoc faciamus, impellere conatur, his verbis vtens, Baptizemur hodie, ne cras vi aliqua maiore cogamur, vrgente ſcilicet morbo aut alio quodam periculo, ac nos per vim ad Baptiſmum pertrahente: tunc enim non tam baptizatur quiſpiam, quàm violenter premitur. Baptiſmus beneficiũ eſt, eriminum remiſſionem afferens. Quare non perinde atq; iniuriam, ſi confeſtim baptizemur, acceptum, beneficium hoc in longius tempus reijciamus, neq; expectemus dum plura peccata congeſſerimus, vt plura nobis condonentur. Nec Chriſtum cauponemur diuẽdentes Chriſtum, hoc eſt Chriſti baptiſmũ: quod quidem accidit, cùm per voluptatũ illecebras eum prodimus. Nec Chriſtum emercemur, hoc eſt Baptiſmi gratiã velut precio redimentes, eamq; morbi aut alius cuiuſdam periculi tempore acquirentes. κάπηλοι enim dicuntur, qui vendũt: ἐμπόροι autẽ, qui emunt. Timeamus, ne dum redemptionis ac ventæ ſpe multa vitia nobis collegerimus, ita peccatum aggeramus, vt remiſſionem interim non conſequamur. Quando quidẽ nauis mercium pondus aliquo vſq; ſuſtinet: vltrà modum autem onerata deprimitur, aquisq; obruitur. Caueamus ne cum ſimilia ijs atq; adeò venia maiora & grauiora flagitia perpetrauerimus, antequam ſperatos portus cõſpicere queamus, naufragium faciamus, ac morte præcepti Baptiſmo mulctemur. Quid tempus illud expectas, in quo perſæpe ne rationis quidem ipſius compos es? (multi enim ex febris æſtu inſaniam contraxerũt) quando & lingua fracta & debilitata eſt, nec ſalutifera verba proloqui poteſt, cùm alia, tum quòd Satanæ nuncium remittis, & Chriſti ordinibus adiungeris. Vt nihil grauius dicam, velut quòd nec in cœlum manus attollere potes, nec in pedes exurgere, nec adorationis cauſa genu flectere. Quocirca ad Baptiſmum velut ad beneficium contento & citato curſu propera, quandiu & corpore & animo vales, nec in aliorum poteſtate bonum tuum ſitum eſt, hoc eſt cognatorum & genere propinquorum, verùm tui ipſius eſt arbitrij hoc beneficium, hactenus ſcilicet vt vel accipias vel repudies. Quandiu fidei pietatem conſequi potes, nullam videlicet dubitationem animis eorum qui adſunt injiciens, Baptiſmumne ſenſeris, an verò nullo eorum quæ generantur ſenſu afficiaris, verùm certò atq; indubitatò eam gratiam percipiens: nec miſerationem mouens vt ſenex orbatus, ſed gratulationem & laudem, vt cœleſte hoc donum, ꝓbè ſentiens. Quandiu perſpicuum tibi donum eſt & ſponteneum, ac non in dubio ſunt, qui te circunſtãt, an tibi perſpectum ac cognitum fuerit, nec ne. Nam ſi hoc myſterium ſentiens lato atq; hilari animo Baptiſmum ſuſcipis, certè intimum pectus atque animam gratia tetigit: ſin autẽ non intelligens, iam nec Baptiſmus baptiſmus eſt, verùm funebris dũtaxat corporis ablutio efficitur. Quandiu circa te propinqui & conſanguinei lachrymas non fundunt mortis indices, vel etiam potius eas inhibent ac reprimunt, ne te in grauiorem mœrorem ac deſperationem conniciant, velut ea re mortem tibi perſpicuè denunciantes. Quandiu non vxor & liberi peregrè abeuntem ad ſeſe conuertunt, vltima verba ex te audire expetentes, idq; morte adurgente atq; accelerante. Quandiu non te perimperitiam fallit medicus, ingruentem atq; adeò adſtantem iam mortem non cernens, verùm tibi horas vitas largiens, perinde atque penes ipſum arbitrium earum ac poteſtas ſit. Qui etiam dubio capitis nutu dubiam atq; ambiguam tibi ſalutem facit, vt hac arte ſequentem poſteà reprehenſionem atq; inſcitiæ probrũ inſectationemq; fugiat, atq; ante mortem quidem recedit, vel copioſiorem mercedem per huiuſmodi receſſum expoſcens, vel ſignificans ſe ſalutem tuam pro deſperata ac deplorata habere, ac proinde nec adeſſe velle. Poſt mortem autem de morbo diſputat, ac ne artis expers & ignarus videatur, cauſas quaſdam proferens, si hoc atq; illud feciſſet hic homo, haudquaq; è vita migraſſet. Baptiſmum ſuſcipe, quandiu minimè circũ te pugnant ii quite Baptiſmi aqua tingere parat, & qui pecuniarum tuarũ hæres futurus eſt, ille nimirum ſtudioſè agens, atq; contendens, vt ea quæ ad vitæ exitum neceſſaria ſunt, ſuppeditet, hoc eſt vt te ſalutari aqua tingat, & Dominicum corpus impertiat: hic contrà vt teſtamento hæres ſcribatur. Quid expectat, vt Baptiſmus tibi febris aut periculoſi temporis, ac non potius rationis & prudentiæ liber atq; voluntatis beneficio tibi comparetur? Quid expectas, vt ab amico certò reſciſcas te iam iam moriturum, qui quidẽ quatenus tibi Baptiſmi mentionem, vt perturbationem allaturam, injicere grauatur, inſidiatorem tibi ſe præbet, non amicum? Eſt ne eius qui amat, pereuntem amicum ac Baptiſmi expertem abeuntem negligere? Cur igitur liberam poteſtatem non præſers, verùm morbi aut altius cuiuſdam aduerſi caſus vim atq; oppreſſionem expectas? Quid criticum ſudorem, hoc eſt ſanitatis & vitæ prænunciatorem expectandũ putas? Quatuor enim ſunt apud medicos dies de ægrotantis valetudine iudicium ferentes, quartus, ſeptimus, nonus & undecimus, atque etiam ſæpe decimus tertius: in quorum aliquo ſudor obortus morbum iudicat, hoc eſt, ſoluit, ac ſanitatem quaſi lata ſententia pronunciat. At tu ne huiuſmodi ſudorem expectans, Baptiſmum in longius protrahas: quippe cum accidere poſſit, vt pro eo letali ſudor te corripiat, quem egredientem anima cor pus in extremo angore fundit, præſentis vitæ finem clamantem. Quin potius teipſum commiſerare, qui infirmitatis animæ cõmodiſſimus es medicus. Dũ ſecundo vento nauigas vitæ tranquillitate ac valetudine integra*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tegra fruens. Baptismi naufragium, quod morte fit, time: ita fiet, vt nullo modo naufragium patiaris. Nam si timueris, profectò baptizaberis. Lætè atq; hilariter Baptismus celebretur, in sanitate videlicet & quando à te susceptus ac non desleatur, hoc est non in morbo animiq; mœrore accipiatur. Nec Baptismi raleuris abs te defodiatur, primo quoq; tempore scilicet moriturò: verum negotiatione crescat per vitam post Baptismum recte & præclare instituta. Sit quiddam intermedium inter Baptismum & mortem, vt non modò Sacramentum & peccatorum remissionem, quam Baptismus affert, habeas: verùm etiam mercedem ac remunerationem accipias, vt qui virtutis studio incubueris. Nam paruæ quidè atq; abiectæ animæ præclarum erat fugere pœnam solam effugere: at qui animi magnitudine præditus est, non modò salutem & veniam, sed maius quiddam etiam quærit, cœlestem nempe gloriam & splendorem.

Enimuero cùm eorum qui salutem assequûtur, tripartitus ordo sit, seruorũ videlicet, mercenariorum & filiorum: ita te compara, vt si seruus sis, plagas extimescas: si mercenarius, id vnum spectes, vt mercedem accipias: si autem ijs sublimiorem locum tenens atque in filiorum ordine censearis, Deum, vt patrem verere, bonorum operum studio incumbe, quia bonum est patri morem gerere, etiamsi ex ea re nihil quæstus ad te rediturum sit. Hoc ipsum merces est, patri placere atque inseruire. Quæ tria vtinam ne contemnamus. Absurdum enim fuerit, cùm pecunias auidè præripias, sanitatem in longius differre atq; extraliere: cùm corpus præpurges, animæ purgationem in aliud tempus reseruare: cùm ex hac terrena seruitute in libertatem vindicari studeas, supernæ libertatis cupiditate minimè tangi: cùm studium & diligentiam omnem adhibeas, vt magnificis ædibus aut vestibus vtaris, nihil minus curare, quàm vt ipse summo precio dignus sis: cùm ad bene de alijs merendum promptus sis, de teipso bene mereri nullo. Et quidem si tibi precio hoc bonum compararetur, nullis omninò pecunijs parares: nunc autem quia gratuita misericordia proponitur, idcirco tibi prompta beneficentia & liberalitas cõsulporrecta beneficentia & liberalitas cõsulptum parit. Nullum tibi tempus ad lutlem ablutionem alienum & incommodum censeatur: cùm nulla temporis pars mortis periculo sit vacua. Cum Paulo ad vtilitatis tuæ negotium semper age, atque omne tempus ad Baptismi susceptionem tibi certum & definitum esse existima. Quòd si hodiernum diem semper præteriens salutem in posterum reijcias, tacitis nimirum dilationibus à pestifero spiritu deceptus, vt illius consuetudo fert (da mihi id, qd nunc fluit, temporis, inquit, futurum Deo: mihi ætatis florem, Deo senectutem: mihi voluptates, Deo corpus effœtum, nullisq; vsibus aptum) quanto miser in periculo versaris? quot quamq; inopinati rerum casus? vel bellum te oppresserit, vel terræmot⁹ obruerit, vel mare exceperit, vel belua rapuerit, vel morbus extinxerit, vel mica panis transuersè per fauces currẽs, res vilissima (quid enim hominis interitu facilius, vtcunque diuinæ imaginis dignitate glorieris?) vel immodica crapula, vel ventus in præcipitium impellens, vel equs sessorem secum abripiens, vel pharmacum de industria atq; insidioso animo ad perniciem confectum, fortasse etiam ad salutem quidem morbiq; profligationem tẽperatum, verùm in contrarium cedens, atque exitium afferens, vel iudex crudelis & importunus, vel carnifex inexorabilis, vel denique quidpiam eorum, quæ ita celeri morte hominem conficiunt vt nulla ope atq; auxilio ipsis resisti possit. At si tu anteuertens per Baptismum teipsum obfirmaueris, ac præclarissimo & firmissimo auxilio tibi in futurum caueris, animum scilicet & corpus vnctione & spiritu consignans, quemadmodum olim Israel nocturno illo, primigenosque tuente cruore, quid tibi accidet? & quod tibi præsidium comparatum erit? Audi Solomonis Parœmias, Si sederis, ait, intrepidus eris: si dormieris, suauis erit somnus tuus. Audi etiã quid tibi læti nunciet Dauid, Non timebis, inquit, à timore nocturno, ab incursu, & dæmonio meridiano. Hoc tibi & viuo maximum ad vitę trãquillitatem momentum afferet, & vita perfuncto commodissimum quoddam parentale futurum est, veste illustrius, auro excellentius: tumulo magnificentius, infrugiferis libaminibus religiosius, maturorum fructuum primitijs tempestiuius, iisq; omnibus rebus, quas mortui mortuis præstant antq; persoluũt, consuetudinem pro lege obseruantes.

Tres ordines saluandorum.

Anima prius purganda q̃ corpus.

Vnctio baptismalis.

Diabolicum pactum de die crastino.

2. Cor. 6.

Ephes. 5.

NICET. *Postremus eorum, qui salute æterna donantur, gradus, seruorum est, cùm quis superiorum virtutis studium amplectitur. Medius mercenariorum, cùm quis futurorum bonorũ præmium respectans, honestis actionibus seipsum addicit. Primus alijsq; duobus præstantior filiorum est, cùm quis ob amorem flagrans præclarè vitam instituit: quandoquidem filius nec verberum metu, nec præmij cupiditate, sed amore patrem solit atq; obseruat. Quamuis enim nulla ad eum obseruantiæ suæ cessis reditura sit, hoc ipsum tamen mercedis loco ducit, nimirum ea quæ patri grata atq; accepta sunt, facere. Hæc porrò tria ne contemnamus, nobis cauendum est plagas videlicet & mercedem, ac Deum ipsum colere atq; obseruare. Per q̃ enim absurdum fuerit, si quidem aurum publicè erogetur, illud priuatis hominibus rapere, spiritualem autem sanitatem, quæ Baptismo comparatur, in futurum reijcere? cùm quis hominem cupiens, nequaq̃ eam praua & flagitiosa victus ratione augeas, verùm molestijs potius humanis corpus exhaurias, animæ purgationem in aliud tempus reseruare ac trãsmittere: cumq; si quis seruitute premeris, ac publico præconio libertas seruis decerneretur, nihil non facturus sis quò eam quamprimum consequaris, ea esse vacordia vt cùm te non hominem, sed peccati seruum ad libertatem præco vocet, nondum vllum eam accipere dicas: cumq; & vestem & domum magnificam & ornatam habeas, sordidam tamen & squalentem, teipsum tamen vilem nullius q̃; precij hominem facere: cumq; si Baptismus beneficium esse dicas, nihilominus pretio quæreretur, nullo omninò pecunijs parciturus sis: nunc quia prompta atque obuia & expetenda proponitur gratia, eam propter facilitatem nihili pendere. Enimuerò ad salutem per Baptismum consequendam nullum tempus alienum censendum est, quandoquidem nec vllum tempus propter quod intermittenda sit salutis. Ecce nunc tempus acceptabile, inquit Apostolus. Hæc autem particula, Nunc, non certum aliquod tempus, sed tempus omne definit. Et rursus, Expergiscere qui dormis, & exurge à mortuis, & illucescet tibi Christus peccati noctem discutiens: quandoquidem in nocte spes mala, vt testatur Ecclesiastes. Ac rursus idem Apostolus clamat, Expergiscere, qui dormis, & quantùm ad virtutem desidia atq; torpescis, Vt exurge à mortuis, hoc est à fœtidis peccati operibus, ac per Baptismum reuiuisce, atq; illuminare. Quandoquidem ijs, qui in peccatorum tenebris à morte opprimuntur, tremenda spes ac formido futuri supplicij.* Conducibilius autem nobis fuerit, si nos matutinò diabolus incursans reperiat, hoc est Baptismi luce exilientes.

Sere, cùm serendi tempus fuerit, & fruges comporta, & horrea solue, cùm tempus hoc postularit, & tempestiuè plantes, confere, & vuam maturam detonde, &

Omnia tẽpora habent certum habitum.

Ecclesiast. 3.

NIC. *Alijs quidem rebus alia tempora propria & commoda sunt. Solomoni enim mos gerendus est, vti hæc consilium afferenti, ac dicenti, Omnia tempus suum habent. At Baptismi tempus vniuersa hominũ vita est. Quemadmodum enim corpus, nisi spiret, viuere non potest: sic nec anima consistere atq; conseruari, nisi Creatorem suum cognoscat. Quòd si Baptismũ semper protrahas, (à diabolo scilicet deceptus his verbis vtens, Hodiernum diem mihi da, crastinũ Domino: mihi ætatem ad voluptates procliuẽ, illi senilem atq; effœtã & inutilem, cùm iam membra atq; organa elanguerint, nec iam vllum sui vsum præbere queunt) vide ne eiusmodi pollicitationes facias, qua vitæ spatium longitudine superent. Quot enim hoũces violentis casibus abrepti sunt, ac ne vocem quidem vllam præ doloris magnitudine proferre potuerunt? Sæpe etiam, (quod leuissimum est,) mica vna in fauces obliquè incurrens atq; in gutur incidens hominẽ oppressit, aut pharmacũ interemit, consultò ac meditatò tẽperatum, aut ad purgationem quidẽ & salutẽ, medicorum opinione porrectum, cæterùm euentu ipso exitiale ac letale inuentũ. Quòd si tu ante euertens & ãiam Spiritu consignatã & corpus vnguento perfusum habueris, quemadmodũ olim Hebræorum postes sanguine conspersa fuerunt, cum verò etiam si dormias, aut sedeas, aut aliud quidpiam facias, cura ac solicitudine vacabis, eaque fretus, quòd etiãsi quis casus tibi nec opinãti vitæ finem attulerit, nequaquam tamen Baptismi sacraq; initiationis expers abiturus es. Et quod ait Dauid, Non timebis à timore nocturno, à dæmonibus iniecto, aut etiã meridiano ac pleno die præter opinionem & expectationẽ accidente. Hoc aũt dæmonium meridianum quidã accidia & languoris, alij obscœnarum cogitationum, alij libidinis dæmonem interpretãtur. Nam hi quoq; tum maxime, ingrauescente ciborum copia venitre, homini insidiantur. Baptismus & vinentes tibi præclarum est ad securitatem præsidium. Quemadmodũ enim thesauro non obsignato, nulloq; emblemate notato fures facilè irrumpũt, ac pecudi nullo signo inusta tutò ac liberè insidias struunt: sic è cõtrario id quod obsignatũ est, nec temerè insidiis petitur, nec facilè capitur. Et, si ex hac vita discedas, egregiũ parẽtale tibi erit, ac tũ sterilibus* atq; infrugiferis libaminib. præstantius (hæc porrò vino, melle, lacte, & oleo cõstabant, ac mortuorũ sepulchris ab ijs, qui propinquitatis necessitudine illos attingebant, infundebantur) tum maturarũ frugum primitijs vestus, quæ mortui mortuis præstant, hoc est, ad virtutem torpidi atq; inertes, veriq; officij ignari, consuetudini stultè seruientes.

* *In frugiferis libaminibus*) ἀκάρποις χοαῖς. *In codice Regiæ, & ita legit interpres Græcus* ἀκαίροις *enim exponit* ἀκάρπων. *Mihi tamen aliquãtò frigidius videtur hoc epithetum. Ac proinde meo iudicio cõmodiùs legeretur,* ἀκάθαρτοις χοαῖς τετελευτηκότων, *vt in Heruagiano exemplari. Nam infa-*

noribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

neribus quoq; clarißimorum virorum olim varia certamina proponebantur, vt patet ex Homero Patroclo funus describente, & ex Isocrate vitam Euagoræ literis mandante. Billius.

Omnia licet tibi pereant, omnia diripiantur, pecuniæ, facultates & prædia, sedes excelsæ, dignitates, cæteraq;, quæ vagæ atque errabundæ huius vitæ sunt: tu verò secura & tranquilla mente diem vltimum claude, nullo ex omnibus, quæ Dei beneficio tibi ad salutem concessa sunt, auxilio mulctatus. At metuis ne Baptismi gratiã labesactes, ac proinde purgationi moram producis, vtpote nullam iam vltrà habês? Quid verò? non vereris, ne persecutionis tempore in periculum adducaris, ac Christo possessione omnium, quas habes, præstantissima spolieris? Ob húncne igitur metum à Christianismo abhorrebis? Procul sit ista opinio: non est sani hominis hic metus: fanatici & mentis errore affecti est hæc cogitatio. O cautionem, vt ita loquar, incautam & impiam. O versutàs peruersi spiritus imposturas. Verè ille caligo est, atq; interim tamé lucem ementitur. cùm aperto marte nihil perficit, insidias obscurè tendit: & cùm sceleratus sit, probum tamen consultorem simulat, vt alterutro certè modo superior omninò discedat, nec vlla ratione ex ipsius insidijs elabamur. Id quod hîc quoq; perspicuè molitur. Nam cùm tibi in animum inducere nequeat, vt Baptismum palàm aperteq; contemnas ac pro nihilo ducas, per fictam cautionem te eo mulctat, vt in eam fraudem incidas: & dum times ne Baptismi donum labefacias, ea ipsa de causa ab hoc dono prorsus excidas. Atq; ille quidem huiusmodi est, nec vnq; versutiæ suæ finé statuit, quandiu nos ad cœlum properantes videbit, vnde ipse præceps corruit. Tu autem, ô homo Dei, fac subdola aduersarij consilia cognita habeas. Etenim aduersus habetem, & de rebus maximis certamen instituit, ne hostem in consilium adhibeas: ne fidelis fieri ac nominari parui pendat. Quandiu in catechumenorum es numero, in vestibulo pietatis es: introeundum ibi est, pertranseundum atrium, sancta tuenda, sancta sanctorum prospiciendum & Trinitatem perueniendum. Magna & clara sunt ea, quorum causa bello laboris: magna proinde tutela & præsidio opus habes. Quocirca fidei clypeum aduersus eum obijce. Timet te cum armis dimicantem: ob eamq; causam Baptismo te spoliat, vt inermem & incautum atq; imparatum facilius opprimat.

Prætextus eorum qui baptismũ differebãt.

Tuto ne differri debeat baptismus, etsi non sentiatur.

NIC. *Esto sanè, omnia pereant ac dissipentur, quæcunq; versatilis huius vitæ sunt ac terrenæ negotiationes ex alijs subinde ad alios commeantia: tu verò hinc excedens diligenter caue, ne præclaro viatico careas. Verùm fortasse dixeris, quoniam nullus alius restat Baptismus, idcirco baptizari differendum esse, ne enim labefactem. At qui eadem ratione ne Christianus quidem fias: quandoquidem periculum est, ne forte exorta persecutione Christi fidem abiures. Procul sit ista ratio. Neq; enim quisq; est qui bona spe non sit, quòd metuat ne ijs aliquando spolietur. Ac certè Sathanas, quamuis caligo sit, mendacium, vt cum Apostolo loquar, in angelum lucis transfiguratur: & cùm apertè nos deijcere ac prosternere nequit, obscuris insidijs aggreditur: & cùm malus sit, probi tamen consultoris specimẽ præ se ferat. Eodemmodum & in Baptismo callidè ac veteratorie facit. Hostem animaduerte: non audet confidere, ne quidem eos, qui à Deo penitus auertas: probè etenim nouit hoc Christi munus ita graue fore, vt ne aures quidem eorum, qui illud audiant, monem ferre queant, verùm subdolis artibus quod molitur alia ratione perficere studet, tibiq; persuadet, vt Baptismum propter metum scilicet, religiosumq; pauorẽ proroges: vt eo ipso, quòd à Baptismo differtur, vt Baptismum propter metum refugis, ab hoc dono prorsus excidas, ante Baptismum videlicet morte abrepta. Ac diabolus eadem ea mente est: nec vnq; malitiæ suæ finem constituet, quandiu nos terrenos ad angelorum dignitatem euehi videt. At tu quæ ipse deturbatus ac detectus est, per honestas & præclaræ vitæ propressiones assurgere videris. At tu ipsius insidias cognitas habeas. Etenim ad habentem, vt ille ait, inuidia serpit: ac de rebus maximis certamen geritur. Hæc aũt verba, Ad habentem inuidia serpit, Sophoclis sunt in Aiacũ Tragœdia. Quod enim Baptismi puritate maius & excellentius? Proinde quò maior thesaurus, eò accuratius diligentiusq; cauendum est, ne eum acceptum amittas. Quocirca ne vile & contemnendum putes, fidelem ac piam esse. Nam qui Baptismi expers est, licet Christum fide complectatur, nondum tamen inter fideles computatur. Atq;, vt translatitiè à veteri arca exemplum sumam, atrium quidem classis est eorum, qui Christiana primum elementis adhuc imbuuntur, per quod necessariò transeundũ est: sancta autem Baptismi tempore fit, per quæ ratu & verò sanctorum, ea diuinitatis doctrina & sacrosancta initiatio, qua Baptismi tempore fit, per quã nitatem peruenimus, ac cum ea iam deinceps adoptionis beneficio cõiungimur. Iam verò cyprei vbi tum, hoc est Baptismum obijce, quo te hostis per huiusmodi procrastinationem spoliat, impedimenta ne eum accipias, vt te nudum & inermem superet atque opprimat.*

2. Cor. 11.

Baptismus est medicina conue-

Omnes ætatum gradus appetit, omnia vitæ genera & instituta. Quare per omnia pulsetur. Iuuenis es? contra turbulentos animi motus & voluptates cum auxiliatore copijs in acie sta, in Dei phalange nomẽ profitere, aduersus Goliath strenuè pugna,

nientem omni ætati.

le vel decies totidem hostes cape, ac tibi subijce: ita flore ætatis fruere, nec tuam iuuentutem marcescere sustine, imperfectæ fidei pietate mortuam & extinctam. Senilem ætatem agis, nec à fatali die longè abes? canicie tua mouere, prudentiam, quæ à te requiritur, pro ea qua vrgeris, infirmitate sista: paucis his diebus, quos reliquos habes, succurre: Baptismum senecturi cõmitte. Quid in effœta senectute atq; extremo vitæ spiritu iuuenilis ætatis vitia pertimescis? An tu quoq; expectas, dum mortuus abluaris, non iam misericordiam magis quàm odium mouens? An voluptatum reliquias in his vitæ reliquijs expetis? Turpe & probrosum est, cùm ætate consenueris ac desfluxeris, libidinem tamen minime consenuisse: sed vel ea affici, vel eam certè opinionem propter Baptismi dilationem hominibus præbere. Infans tibi est? ne ansam & occasionẽ arripiat improbitas: ab infantia sanctitate imbuatur, ab ipsis vnguiculis Spiritui consecretur. At propter naturæ imbecillitatem Baptismo signari metuis? quàm abiecti animi mater es pusillæq; fidei. Atqui Anna Samuelem, priusetiam quàm procreatus esset, Deo promisit, atque in lucem editum statim sacrosanctum fecit, ac cum veste sacerdotali educauit, nihil humani verita, sed Deo fiduciã innixa. Nihil tibi amuletis opus est, nec incantamentis, cum quibus simul, in leuiorum hominum animos simul irrepit diabolus, venerationem Deo debitam furtim ad se transferens. Trinitatem ipsi dato, magnum inquam illud & præclarũ amuletum.

Infantes baptizãdi.

Annæ votũ

1. Reg. 17.

Psal. 102.

1. Reg. 1.

Amuleta non sunt adhibenda.

NICET. *Aduersus omnem ætatem diabolus grassatur, non modò iuuenum, sed etiam senum: ac proinde non est, quòd speres fore, vt tibi ætate prouecto parcat. Atq; omne vitæ genus & institutum, siue quis cælibatum sibi amplectendum duxerit, siue matrimonium aut aliud quoddam vitæ genus. Iuuenis es? Iuuenilem ætatem Baptismi frena confirma ac Baptismi ope & auxilio munitus aduersus animi perturbationes strenuè dimica, in militum Dei album nomen tuum asscribens. Et quemadmodum Dauid aduersus alienigenã illum Goliath fortissimè pugnauit, atq; Israelitici mulieres chorum ducentes in eius laudem canebant, Percussit Saul in millibus: Dauid autem in decem millibus: sic tu aduersus spiritualem Goliath strenuè & fortiter pugna, atque multiplices ipsius vires & machinas, velut chiliades quasdam & myriades in potestatem redige. Consensisti, atq; à necessario & meuitabili mortis termino non longe abes? ne viatico careas, ne tibi pereat amuletum tuum, ne de vndecima hora tanq; de prima cogites: verùm pauculis his diebus quos reliquos habes, per Baptismum succurre, cuius virtenouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Ac iuuenes quidem rectum gerendarum facultate animiq; magnitudine sonibus præstant: cæterùm prudentia vincuntur: vnde senes ita viribus corporis cedunt, vt prudentiæ laude superent. At tu cùm senilis infirmitate labores, senilem tamen prudentiam nequaq; habes, qua quidem à te vt natu maiore requiritur. Hanc igitur præsta, Baptismum accipiendo, atq; senectutis tanq; fido ac certo custodi purgationem committe. Quòd si moras nectis, ac timeru, idq; enim senio fractus sis atq; confectus, nihilq; aliud sis, q. tenues vitæ reliquiæ. Filium tenerum & infantem habes? Eum à teneru, vt dicitur, vnguiculis Spiritui consecra. At vereris, ne fortè filio ætate aliquo Deiq; præsidio parum subnixa. Atqui Anna Samuelem statim vt in lucem editus est, consecrauit, naturæ infirmitatem aduersus corporis affectuumq; rebellantium imperus minimè reformidans: verùm Dei ope fretæ certeq; sibi persuadens eum imbecillitati humanæ subsidio futurum. Nihil tibi opus est ad pueri collum diabolica amuleta, hoc est falsa salutis præsidia suspendere, neq; incantationes eas, quæ à vetulis mulierculis cũ oscitatione atq; inhalatione & susurris quibusdam peraguntur, admittere, quibus dæmonum quoq; inuocatio admixta est, ac per execranda huiusmodi scelera diabolus à leuioribus & stolidioribus hominibus quodammodo adorari videtur. Quam potius filio tuo verum antidotum, hoc est, Trinitatem per Baptismi sacramentum porrige.*

Virginitas præstat matrimonio.

Cælibatus. Quid præterea? cælibatum colis? Baptismo consignare: hunc tibi vitæ socium & congerronem asciscere: hic tibi & vitam & verba componat, omnia membra, omnes animi motus, omnes sensus. Honore eum complectere, vt te ornet, capitiq; tuo gratiarum coronam nectat, & corona deliciarum te protegat. Matrimonij vinculis astrictus es? Baptismo quoq; constringere: hunc tibi contubernalem adiunge, pudicitiæ custodem, innumeris eunuchis iamitoribusq; tutiorem. Nondum matrimonij iugum subijsti? ne Baptismi perfectionem extimescas. Puritatis tibi ratio etiam inito matrimonio constabit: in me hoc periculum recipio, ego harum nuptiarum conglutinator, ego auspex. Nec enim quia honore præstat virginitas, idcirco turpe & ignominiosum est matrimonium. Christum imitabor, purum inquam illum pronubum & sponsum, qui & miraculum in nuptijs edit, & coniugium præsentia sua ornat. Id modò tibi curæ sit, vt purum sit matrimonium, atq; ab obscœnarum cupi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditatum contagione liberum. Hoc vnum à te posco, vt & à Baptismo securitatem accipias, ac vicissim hoc muneris baptismo rependas, vt certo tempore, hoc est quandiu assignatum orationi tempus, omni occupatione præstabilius, fluit, à re vxoria abstineas, idq; ex cõmuni consensu & approbatione. Non enim legem sancimus, sed consilium damus, ac ruinã aliquid ad vtilitatem tuam, communemque vtriusq; vestrum securitatem accipere volumus.

NIC. *Postq̃ Theologus de atatibus tractauit, nunc ad vitæ quoq; humanæ institutã transit, atq; matrimonij vinculis adstrictus es? Baptismum quoq; pudicitiæ cultodem accipe. At fortasse mulieri quidem nubito iungi petis, nec tamen adhuc iunctus es. Baptismum, quo pietas cumulatur atq; perficitur, nuptiarum ornatum, & corona deliciarum, hoc est spiritualium diuitiarum orneris, & corona deliciarum, hoc est spiritualium diuitiarum orbe, qui aduersus insidias hostium hominem protegit, non secus atq; opes in sensum cadentes ad visibiles hostes propellendos, opē afferunt. Matrimonij vinculis adstrictus es? Baptismum quoq; pudicitiæ custodem accipe. At fortasse mulieri quidem nubito iungi petis, nec tamen adhuc iunctus es. Baptismum, quo pietas cumulatur atq; perficitur, nuptiarum ornatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

numeros explere nequeas. Porrò Theologus consultò ad vnicam vsq; virtutem orationem demissi, vt alias excusationem prorsus euertat.

Dilationis baptismi causa alia refellitur.

Verùm, dicet quispiam, quid mihi emolumenti res ea attulerit, si per baptismum præoccupatus fuero, atq; omnes vitæ suauitates & oblectamenta mihi ipsi huiusmodi celeritate præclusero, cùm voluptatibus interim indulgere liceat, atq; ita demum baptismi gratiam assequi? Neque enim, q priores in vinea laborarunt, meliori ideirco conditione fuerunt, æqua nempe mercede postremis quoq; persoluta. Negotio me liberasti, quisquis es, qui hac veteris oratione dum procrastinationis istius arcanum ægrè tandem extulisti: & quamuis cõsilij tui peruersitatem improbem, eo tamen nomine te laudo, quòd eã apertè confessus es. Verùm age, & parabolam hanc expone, ne hoc Scripturæ loco p imperitiam offendaris. Primùm hîc de baptismo non agitur, sed de his, qui alijs atq; alijs temporibus fidem amplectuntur, atque in pulchram vineam, hoc est, Ecclesiam, ingrediuntur. Nam ex qua die atq; hora ad fidem quisq; accesserit, ab eadem quoque ipsi operam nauare necesse est. Deinde tametsi quantum ad laboris modum plus cõtulerint, qui priores ingressi sunt, non tamen quantum ad animi liberæque voluntatis modum. Eaq; etiam ratione postremis fortasse amplior merces debebatur, etsi quodammodo absurdum videri possit, quod dico. Nam quòd posterius ingressi sint, ea causa fuit, quia posteriores ad vitis excolendæ operam vocati sunt. In cæteris autem rebus quãtum alios antecelluerint, videamus. Illi enim non prius crediderunt, nec ingressi sunt, q̃ ipsis ex conuentu merces constituta fuisset: hi nulla condicta mercede ad laborem accesserũt: quod quidem maioris fidei argumentum est. Ad hæc illi inuidi & queruli ac murmuratores inuenti sunt: his nihil tale objicitur. Tum etiam illis mercedis rationẽ habebat, quod donebatur, licet improbis atq; peruersis: his gratiæ. Quare meritò factum est, vt amentiæ stoliditatisq; damnati ampliori quoque mercede caruerint.

Parabola de operarijs vineæ explicatio subtilissima.

Quid autem ipsi quoq; accepturi erant, si serius ipsis venire contigisset? æquam vtique mercedem. Qua igitur fronte operarum conductorem criminantur, velut in æquæ mercedis persolutione ab æquitate recedentem? Hæc omnia sudoris gratiam primis subtrahunt ac labefactant, etsi priores labore fatigati sint. Exeo; efficitur, vt equali huic mercedis distributioni æquitas sua constet, nimirum animi voluntate cum labore compensata. Sed & nos, baptismi quoq; vim & facultatem exacta expositionem tuam hac parabola dignari, quid tandem prohibet, quo minus ipsẽ & prior ingressus, & diei æstum perpessus, postremis non inuideas, vt humanitate quoq; ipsã animiq; facilitate & benignitate superior sis, ac remunerationem non beneficij gratiæq;, sed debiti loco accipias? Huc etiam accedit, quòd ita demum operarios mercedem accipere vult parabola, si in vineam ingressi fuerint, ac non abea aberrauerint: quod quidem periculum tibi imminet. Quamobrem si tibi expletum esset fore, vt ita sentiens ac de labore & operatione aliquid malitiosè subtraheres, baptismum cõsequereris, ignoscendum esse, his quidem certè, qui animo sint nostro, omninò illiberali & sordido. Cùm autem periculum tibi sit, ne dum huiusmodi libera consectaris à vinea prorsus excidas, sedum parua & exigua obiter colligis, forte ipsa mulcteris: age, verbis meis obtempera, primisq; hisce interpretationibus & oppositionibus missis factis simplici animo & cirtra argutationem ad baptismum accede, ne antequam spei compos fias, ex hac vita abripiaris, atq; imprudens in pernicie em tuam huiusmodi captiones & argutias comminiscaris.

NIC. *At fortasse dicturus est, qui baptismum diutius extrahit, Quid commodi hinc ad me redundat, si per baptismum occupatus ac distractus tenear, mihiq; ipsi voluptatum oblectamentis interdictus esse?* Matth. *mihi voluptatibus seruire liceat, ac tum demum baptismum suscipere, cùm peccandi finem aliquando fecero: quandoquidem & operarij illi, de quibus Euangelista loquitur, mercede conducti, atq; in excolenda vinea prius labore fatigati, æqualem cum ijs, qui circa vndecimam horam venerant, mercedem acceperunt. Ego verò ad eum, qui huiusmodi oratione vtitur, dixerim, Negotio me liberasti, hoc est, labore & molestia quæ mihi suscipienda fuisset, vt procrastinationis tuæ arcanum expiscarer atq; intelligerem. Verum nihil me parabolæ huius, quam perperam intelligis, explanationem. Primùm igitur hoc dico, te incongruam aduersus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mem egerunt: ita ijs, qui non omninò effrenatè ac prostitutè peccarunt, illi præferendi sunt, qui virtutem coluerunt, ac seipsos ante Baptismum velut scopis quibusdam purgarunt. (Habent enim quiddam præter cæteros, nimirum superioris vitæ studia & labores. Non enim quemadmodum hanc vim habet Baptismus, vt peccata obliteret, ita etiam rectè facta delet & extinguit.) Atque his rursus anteponendi sunt, qui gratiam Baptismo acceptam excolunt, ac seipsos ad omnem virtutis elegantiam quàm maximè expoliunt. Eodè modo in ijs, qui Baptismum non assequuntur, res se habet. Alij enim pecudum omninò vel ferarum vitam imitantur, prout vel amentia, vel animi peruersitate afficiuntur: qui scilicet ad cætera mala hoc quoque adiunxerunt, vt nec Baptismum ipsum magnopere venerentur, eoq; animo sint, vt siquidè detur eum nõ grauatim accipiant: si non detur, susq; deq; ferãt. Alij Baptismi quidè donum agnoscunt, honoreq; prosequũtur, cæterùm moras producũt, partim ob ignauiã partim ob inexplebilè peccandi libidinem. Alij ne accipere quidè possunt, vel propter infantiam fortasse, vel propter inopinatum quendam & violentum casum, quo efficitur vt ne cupientibus quidem, Baptismum consequi liceat. Quemadmodum igitur in illis permagnum discrimen inuentum est: ita inter hos quoque lata differentia reperitur. Nam qui planè Baptismum aspernantur, sceleratiores sunt ijs, qui nimia peccandi cupiditate vel socordia à Baptismo susci-

Baptismus vim habet delendi peccata.

Non baptizatorum lata est differentia.

piendo retardantur. Atq; hi rursus ingratiorem crimine sunt, quàm illi, qui per ignorantiam ac tyrannidem à Baptismo exciderunt. Tyrannis enim aliud nihil est, quàm rei alicuius consequendæ inopinata & erepta facultas. Ac futurum existimo, vt primi quidem cùm aliorum scelerum, tum etiam Baptismi cõtempti pœnas subeant: alij autem pœnas quidem, leiores tamen pendant, vt qui non tam animi prauitate quàm stultitia à Baptismo abierint. Ad postremi denique nec cœlesti gloria nec supplicijs à iusto iudice afficiantur, vpote qui licet Baptismo consignati non fuerint, improbitate tamen careãt, atq; iacturam passi potius fuerint, quàm fecerint. Neque enim quisquis dignus suppicio non est, protinus honorem quoq; meretur: quemadmodum nec quisquis bonus est, statim etiam pœnam promeretur. Quin ad hunc quoque modum rem expendamus. Si eum qui animo tantùm & voluntate, non autem reipsa cædem perpetrauit, cædis damnandum putas, sit benè is quoque apud te pro baptizato qui Baptismum citra Baptismi susceptionem expetiuit: sin autem illud absurdum esse, haud quaquam hoc consistere posse, haud benè perspicio. Aut, si magis placet, hoc modo agamus. Si ad vim Baptismi tenendam ipsius cupiditate teneri satis esse censes, ac propterea de cœlesti gloria extendis, tibi quoque ad gloriam gloriæ extendis, tibi quoque ad gloriam gloriæ extendis, tibi quoque ad gloriam gloriæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Baptisma accurre: ne aliquando tibi idem quod Tantalo accidat, quem apud inferos poëta fabulentus in medio fonte stantem siti contabescere, aqua videlicet, cùm bibendi causa caput inclinare parat, elabitur: vel etiam idem quod Ismaeli. Habetur enim in Geneseos libro, quod Agar ancilla cum filio suo propter Sarae Cap. 21. *indignationem succensam ab Abrahamo expulsa per solitudinem oberrabat, ac consumpta aqua, quam in urna portabat, puerum sub abiete proiecit: ac ne ipsum morientem cerneret, è regione ipsius procul sedit.*

Consilium ferum est miserum.

Triste ac miserum est, cùm nundinae effluxerint, tum demum negotiationem quaerere. Miserum est, cùm manna praeterierit, tum cibum appetere. Miserum est ferum cōsilium capere, ac tum damni sensu affici, cùm nulla iam ratione acceptum incommodum sarciri potest, hoc est, postquam hinc excesserimus, acerbeq; conclusa fuerint, quae quisq; in hac vita gesit, atque & scelerati homines supplicio, & qui animos purgarint, splendore affecti fuerint. Quocirca vobis prouidendum est, ne ad gratiam cunctantes accedatis, verùm summam celeritatem adhibeatis, ne latro vobis anteuertat, ne adulter vos praetereat, ne auarus superiores ferat, ne scarius bonum illud vobis praeripiat,

Matth. 11. ne publicanus, ne scortator, ne denique quisquam ex ijs, qui per vim in regnum irrumpunt, illudq; rapiunt. Vltrò enim vim sibi afferre patitur, ac propter bonitatem tyrannicè inuaditur.

NIC. Nemo, inquit, mercatorum conuentu soluto negotiatur: eodem modo nec post hanc vitam licet studere licet. Deus enim, vt Iob ait, aduersus eum, qui morte extinctus est, concluſit. Quocirca properate, ne

Luc. 23. *latro vobis anteuertat, quemadmodum latro ille cruci cum Christo affixus omnibus hominibus illum anteuertit: atq; vt Iudei, illud Christi audiatis, Publicani & meretrices praecedent vos in regnum. Regnum*

Matth. 21. *enim cœlorum vim patitur, hoc est, per vim rapitur, ac multo labore comparatur. Et violenti rapiunt illud, qui sibi ipsis vim afferunt, atq; affectuum tyrannidem vi frangunt & debilitant. Porrò per regnum hoc intelligit, vt cœlorum regem, qui pro sua bonitate vltrò summo tamen cum labore & studio capi se posse dicit; finit, vt salutem assequamur.*

Promptus ad vitium & tardus ad virtutē aequè damnandi.

Enimuerò si mihi auscultandum putabis, ad scelus quidem & fraudem tardus, eris, celer autem ad salutem. Pari enim in vitio sunt promptitudo ad vitium, & procrastinatio ad virtutem. Si ad lasciuam commessationem vocatus fueris, ne festines: si ad fidei abiurationem, pedem retrò celerrimè referas: si tibi flagitiosorum ac perditorum hominum sodalitium dixerit, Veni nobiscum, particeps esto sanguinis, virum iustum iniustè in terram absconda-

Psalm. 94. mus: ne aures quidem his sermonibus praebeas. Ita duas maximas vtilitates cōsequeris: nam & illis peccatum suum indicabis, & teipsum à pernicioſa societate eximes.

At si tibi dicat Dauid, Venite, exultemus Domino: si alius propheta. Venite ascendamus in montem Domini: si ipse salutis

Matth. 11. nostrae author, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam: aut, Surgite, abeamus hinc, niue splendidiùs effulgentes, & super lac coagulati, & super sapphirum colluſtrati: ne in contrarium nitamur, ne moram faciamus, Petrum & Ioannem æmulemur, ad Baptiſmum, vt illi ad sepulchrum & resurrectionem, omni festinatione properem⁹, simul currentes, certatim currentes, omni contentione in id incumbentes, vt hoc bonū

Ioan. 20.

Vocationi diuinae statim obtemperandum.

priores occupemus. Ne dixeris, Abi & redi & cras baptizabor, cùm hodie beneficium illud tibi accipere liceat. Adsit mihi pater, adsit mihi mater, fratres, vxor, liberi, amici, atque omnes quos charos habeo: &tum salutem accipiam: nunc aũt nōdum mihi vacat splēdidum fieri. Ne ad eiusmodi voces confugias. Verēdum enī est, ne illi & socios accipias quos letitiq; socios fore tibi spe atq; opinione finxisti. Quāobrē si quidē adsint pclarè tecum agi putas: absint ne eos expectes. Turpe est dicere. Vbi est munus, quod propter Baptiſmum offeram? vbi luculenta vestis, quae mihi splendorem afferat? vbi ea, quae ad baptiſtas meos humaniſimè excipiendos requiruntur, vt ex his quoque rebus nominis celebritatem assequar? valde verò, si ita placet, haec necessaria sunt: ac Baptiſmi gratia, si ea desint, minor futura est. Ne in rebus magni momenti parua & leuia in ratione mittas, ne turpi & abiecto affectu te duci patiaris. Sublimius est hoc sacramentum ijs rebus, quae in oculorum aspectum cadunt. Teipsum munieris loco offer, Christum indue, honesta ac laudabili vitae ratione me ale: sic ego excipi & tractari gaudeo, sic etiam Deus, qui maxima quaeque beneficia nobis elargitur. Nihil apud Deum magni aestimatur, quod non pauper quoq; donare possit. Quāobrē ne hac quoque in re tenuiores praecellantur, vt qui non habeant quomodo cum locupletibus certent. Etenim in caeteris quidem rebus inter diuitias & paupertatem multùm interest: hic autem, qui prompti-

Ad

tudinem animi maiorem affert, locupletior censetur.

NIC. Ad peccatum tardus esto, celer aũt ad virtutem salutis parentem. Parient enim in vitio sunt & celeritas ad vitium, & tarditas ad virtutem. Si ad inhoneſtum & impudicum communium voceris (hoc enim commeſſatio ſignificat) ne proficiſcaris. Si ad Dei abiurationem, ne dicto audientem te praebeas. Si peruersitatis operarius tibi hic, quae apud Solomonem habentur, dixerit, Veni nobiscum, & quae ſequuntur, ne aures ipſi Pro. 1. *praebeas: vt & ei peccatum ſuum notum & perſpectum reddas, huiuſmodi videlicet conſilium nequaq; admittendo: & tu à ſcelerata hac ſocietate libereris. At ſi Dauid te ad Baptiſmum cohortetur (qui quidem laetitiam & exultationem affert, vtpote peccatorum remiſſionem largiens) ſi etiam Micheas aut Eſaias dixe-* Mich. 4. *rit, Venite aſcendamus in montē Domini (hoc eſt, ad Eccleſiam, in qua ex peccatorum cœno per Baptiſmū* Eſa. 2. *emergimus, atque in altum efferimur) ſi etiam Chriſtus ipſe nos inuitet, vt peccati pondere feſſos leuet ac re-* Thren. 4. *creet, curiſq; liberet, atq; hinc alò traducat, Supra niuem ſplendentes, vt ait Hieremias, atq; ad pietatem denſiùs compactos, q̃. lac in caſeum coaguletur, ac ſupra ſapphirinū lapidem illuſtres: ne moram vllam facta mus: verùm & ſimul curramus, & certatim curramus, de victoria contendentes, atq; omni ſtudio in hoc incumbentes, vt Baptiſmum ante alios arripiamus. Ne ad eum qui te baptizare parat, dixeris, Adſint mihi cognati, ac tum baptizabor. Verùm hic metus animum angat, ne Baptiſmum de die in diem extrahens ſine Baptiſmo mortem obeas, ac genere tibi propinquos luctus non gaudij ſocios accipias. At, inquies, munus parabo ſplendidamq; veſtem, quam poſt Baptiſmum induam, atq; etiam menſam, qua baptiſtam meum excipiam. Ne haec quidem neceſſaria ſunt, nec, ſi ita praparatus non fueris propter ea Baptiſmi gratiae quicq̃ decedet. Baptiſmi enim gratia ſplendoribus ijs, qui oculis cernuntur, eſt ſublimior, nec ijs quicq̃ opus habet: quin potius teipſum Deo muneris loco offer. Quid ſplendidam veſtem quaeris? Chriſtum habes, hunc per Baptiſmum indue. Quicunq; enim in Chriſtum baptizati eſtis, inquit Apoſtolus, Chriſtum induiſtis, hoc eſt,* Gal. 3. *Chriſti formam. Quid ea, quae ad lautē & opiparē accipiendum Baptiſmi adminiſtrum pertinent, quaeris? ille enim non cibis delectatur, ſed praeſtantiſſima vitae ratione, qua ego delector, atq; ante me Chriſtus, res maximas largitus, hoc eſt, ipſum Baptiſmum, ac per eum filiorum adoptionem. Neq; enim apud Deū quicq̃ magnum eſt, non aurum, non argentum, non pellucida gemma, non aliud quiddam, quod non pauper quoq; offerre queat. Quanq̃ enim in his pecuniarum materijs pauperes à diuitibus proculcantur ac proteruntur, hic tamen hoc eſt, in Baptiſmo ac vitae degendae ratione, copioſior atq; opulentior ille eſt, qui maiori animi alacritate praditus eſt.*

Nihil progreſsionem tuam reprimat, nihil animi alacritatem inhibeat. Quandiu acre & vehemens est deſiderium, id quod deſideras, arripe: quandiu calet ferrum, frigida obduretur, ne quid interim accidat, quod animi cupiditatem infringat. Philippus ſum, eſto Candaces. Dic ipſe quoq;, Ecce aqua, quid me prohibet baptizari? temporis occaſionem arripe: tanto bono exulta: atq; haec locutus baptizare, baptizatus ſalutem accipe: ac ſi corpore atro ſis, animo nitesce, candiduſq; efficere: ſalutem aſſequere, qua nihil ſublimius praeſtantiusq; eſt, duntaxat apud eos, qui mente ſunt ſana atq; integra. Ne dicas, Baptizet me Epiſcopus, atq; is Metropolitanus, aut Hieroſolymitanus (non enim locorū dignitas, ſed Spiritus ſanctus gratiam affert) iſq; etiam claro & nobili genere ortus (acerbum enim fuerit, nobilitatē meam baptiſtae obſcuritate dedecorari) aut ſi Presbyter, ſaltem qui caelibatum amplexus ſit, qui continentiae laude atq; angelica viuendi ratione floreat. Pergraue enim fuerit, ſi in ipſo purgationis tempore inſiciar atque ſordeſcam. Noli concionatoris aut baptiſtae dignitatem excutere. Alius horum iudex eſt, rerumque obſcurarum explorator: quandoquidem homo faciē, Deus autem cor intuetur. Tu verò neminem non ſatis dignum atq; idoneum ad baptiſtae munus obeundum exiſtima: qui modò inter pios cenſeatur, ac non apertè condemnatus ſit, atq; ab Eccleſia alienus. Qui curationis indiges, de iudicibus tibi iudicium arrogare noli, nec eorum, à quibus purgaris, dignitates preciaq; anxiè & morosè diſquire, nec progenitorum delectum habe. Sit ſanè alius alio praeſtantior, vel inferior: ac certè omnes te ſuperiores ſunt. Sic rectum reputa. Sint duo annuli, alter aureus, alter ferreus: atque eorum vterq; eandem Imperatoris imaginem inſculptam habeat, ac deinde ceram imprimat: Quid tandem hoc ſignum ab illo ſigno differet? nihil. Materiam in cera agnoſce quamlibet animi ſolertia valeas: dic vtrum è duobus ſignis aureo annulo, vtrum ferreo expreſſum ſit, quoq; modo vnum idemq; ſignum exiſtat. Diſcrimen enim in materia eſt, non in ſigno. Sic tibi quoq; omnes qui baptizandi munere fungūtur, idonei habebantur. Quamuis enim alius alium vitae probitate antecellat, eadem tamen vtriuſq; baptiſmi vis eſt. Omnes citra vllum diſcrimen vim perficiendae animae habere exiſtima, qui modò eadē fide ſint informati.

Caelibatus ſacerdotū.

Miniſtrorū baptiſmi non eſt neceſſaria.

Quemadmodum ferrum ignitum, quandiu calet, in aquam injicitur, vt temperetur: non enim cùm

Vis baptiſmi eadem eſt à quocunque fide deli conſeratur.

Simil. elegans.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm refrixit temperari atq; exacui potest: eodem modo tu quoq;, quandiu tuus erga Baptismum animi fer-
uor non intepuit neq; refrixit, Baptismi aqua temperare. Nam hic quoq; mollitiem illam animi, qua per-
turbationibus vitijsq; laxamur, obdurat. Et quemadmodũ Aethiops ille Eunuchus cuius in actuũ libro mẽ-
tionem Lucas facit, posteaq; Euangelici regni doctrinam à Philippo hausit, protinus fidem corde accepit,
nec Spũs signaculum distulit: verùm simul atq; obiecta ipsorum oculis aqua est, mira animi lætitia perfu-
sus dixit, Ecce aqua, id videlicet quod expetebam, quid me prohibet baptizari? idem tu quoq; facito. Ne di-
cas, Episcopus me baptizet, atq; is Hierosolymitanus, & nobilitate clarus, & matrimonij expers: vt ne pro-
pter baptizantis vilitatem & natalium obscuritatem nobilitas mea dedecoretur, nec si ab indigno bapti-
zer, sordibus inquinetur. Noli baptistarum vitæ scrutari atq; inquirere. Etenim homo, vt à ho-
mine baptizer, sordibus inquinetur. Noli baptistarum vitæ scrutari atq; inquirere. Etenim homo, vt à ho-
Cap.16. *1. Regum dictum est, videt in faciem, Deus autem in cor, hoc est, Homo ea quæ oculis offeruntur, cernit: Deus*
autem mentis abdita intuetur. Noli nimiùm anxiè ac curiosè baptizantis precium dignitatémq; perpen-
tari & explorare, num scilicet Episcopus aut Metropolitanus sit: nec ambige atq; addubita, cuinam pa-
te per Baptismum spiritualiter regenerandum prabeas. Quemadmodum enim duo annuli, alter aureus,
ferro confectus, vnam eandémq; principis imaginem insculptam habentes, ac deinde ceram imprimunt,
tametsi materiâ differant (aurum enim splẽdore ferrum antecellit) tamen vtraq; impressio eandem pro-
cipis formam refert. Consimili modo de Baptismi ministru existimandum est quãuis enim vita ac mo-
ratione alius alium superet, quemadmodum illic aurum ferro præstat: tamen vis Baptismi eadem est, no-
secum atq; sigillorum notã, omnisq; Christianus sacerdos baptizandi munere fungens, eum, qui baptizan-
ritè initiatur: dum tamen perspicuè hæreticus non sit, atq; ab Ecclesia auersus, verùm eadẽ fide informa-

Ne alienum à dignitate tua putes, simul cum paupere baptizari, qui diuitijs affluis, cum obscuro patritius, herus cum eo q hactenus tibi seruus extitit. Nondum tantopere te demittis, quantopere Christus, cui hodierno die baptizaris, sese deiecit, qui salutis tuæ causa seruilem quoq; formam accepit. Ex quo die per Baptismum immutaris, veteres omnes notæ cesserunt: vni eidemq; omnibus formæ Christus impositus est. Ne peccatum tuum confiteri graueris, sciens, quo pacto Ioannes baptizauerit: vt per huius vitæ pudorem futuri sæculi pudorem ignominiamque fugias, (nam hoc quoq; sempiterni illius supplicij pars est) ac perspicuum facias te seriò atque ex animo peccatum odisse, dum illud tanquam contumelia dignum traducis ac velut ludibrio exponis, de eoq; triumphũ agis. Ne exorcismi medicinam asperneris, nec ob illius prolixitatem animo concidas. Nam id quoq; velut lapis quidam Lydius est, ad quem exploratur quàm sincero quisq; pectore ad Baptismum accedat. Ecquando tãtum laboris exhauseris, quantum Aethiopum regina, quæ ab extremis terræ finibus perrexit vt Solomonis sapientiam audiret? Et ecce pluspuam Solomõ hîc, saltem apud eos, qui rem perfectè considerant. Ne viæ longitudinem reformides, nec maris spatia, nec ignem, si proponatur, nec aliud quodcunque impedimentum, quò Baptismi gratiam consequaris. Cùm autem tibi nec labore vllo exantlato, nec opera vlla suscepta rei expetitæ compos fieri liceat, quæ tandem stultitia est, tanti boni perceptionem in aliud tempus reijcere? Sitientes pergite ad aquam, horatur Esaias: & qui pecunia caretis, ite, aque emite, & vinum nullo persoluto precio bibite. O miram beneficentiæ celeritatem. ô facilem cõtrahendi rationem. Hic bonum solo voluntatis precio emendum tibi proponitur: appetitionem ipsam ingentis precij loco habet. Sitit sitibundus? bibat. Beneficio quidem datur, qui accipiunt. Hoc vnum caueamus, ne sordidi ac parci animi notam subeamus paruæ pollicitationis, ac Dei liberalitate indignæ. Fletus ille, à quo, vt ab illa Samaritana potũ Christus poscit, fontemq; dat aquæ in vitam æternam salientis. Beatus, qui seminat super omnem aquam & omnem animã irriguum, cito die aratro perstringendam, & irrigandam, quam hodie bos & asinus calcato, vt pote vastam & incultam & siccitate laborantem feritateque vexatam & opprimentem. Beatus, qui licet iuncorum torrens sit, de domo tamen Domini rigatur, aliquando ex iuncifero frugifer efficitur, alimoniamque hominibus conuenientem gignit. Ac proin non autem asperam & inutilem. Ac proinde omni cura & studio nobis est prouidendum, ne communi hac Baptismi gratia excidamus.

Confitendum baptizandi.

Exorcismus in baptismo.

Gal.3. NICET. *Herus es? ne cum eo qui hactenus, hoc est, vsq; ad Baptismum tibi seruus extitit, initiaris? Ne-*
queris. Nam post Baptismum non est seruus in Christo Iesu. Hoc enim præstat Baptismus, vt deinceps omnes
eq; honore simus. Etenim ex quo die per Baptismũ refingeris, hoc est, ab affectibus turbulentis ad animi tran-

quillitatẽ, à vitæ sordibus ad puritatem veteres oẽs notæ cesserunt, à quibus & diues & nobilis & do-
minus, atq; huius generis nomina designantur. Atq; omnibus ijs, qui baptizati sunt, vnâ formâ Baptismi,
nempe Christus quasi character quidem impositus est, hoc est, Christi fides, per quã, quinam simus, liquidò
patet. Ad hec cùm exploratum habeas eos, qui à Ioanne baptizabantur, id in more positũ habuisse, vt pec-
cata sua confiterentur, fac tu quoq; peccata tua expromas: vt quandoquidem pudor atq; ignominia futu-
ri supplicij pars est, eam, hic erubescendo, fugias, ac peccatum publicè traducendo, ac velut de eo triumphã- Matth.
do planum facias te illud odisse atq; execrari. Quin illud quoq; tibi prouidendum est, ne exorcismi prolixita-
te offendaris. Namq; exorcismum longiorem nequaq; moleste atq; agre ferre argumentum est animi vero
ac sincero affectu Baptismum amplectentis. Est autem exorcismus conscripta verborum series, in qua is qui
baptistæ munere fungitur, diabolum Dei nomine aduratum, ab eo, qui baptizatur, excedere ac procul fu- Cap.10.
gere iubet. Aethiopum regina, hoc est, Austri, quæ, vt tertio Regum habetur, ab orbis finibus sapientiæ Solo-
manis fama permota Hierosolymam perrexit. Atqui sapientia illius, quæ in Solomone extitit, miraculo, Ba-
ptismi miraculum maius & excellentius censendũ est, quippe quo homines ex veteribus noui efficiantur.
Quamobrem nullius impedimẽti atq; obstaculi metu deterrearis, quò minus ad Baptismum perueniasAtq;
hic etiam res ita comparata est, vt vbi propitus atq; alacer fuerit animus, quod obstare possit, nihil esse que-
at. Nec verò ad id sumptus vllis faciendi, nec vllum negotium suscipiendum est. Esaias enim ad Baptismum Esa. 55.
non exhortans ait, Sitientes, hoc est, qui Baptismi desiderio flagratis, ad refocillationis aquã pergite, hoc est,
ad Baptismum peccati flammam ardoremq; vestiginguentem, & qui non habetis argentũ vt pretium detis,
emite huiusmodi aquam, prompto atq; alacri animo ad eã accedendo. Solo enim voluntatis pretio Baptis-
mus emitur. Porrò cùm voluntatem cupiditatemq; dico, non nudam ac simplicem intelligo: nec enim ea suf-
ficit: verùm eam, quæ actionem comitem habet, atq; ex eo quòd ad rem expetitam & concupitam nos con-
feramus, maximè apparet atq; elucescit. Incessum quippe & profectionem precij loco ducit. Profecti enim, Psal.103.
inquit, emite & bibite vinum sine precio, hoc est, voluptate affluentiamini nulla pecunia persoluta. Vinum e-
nim obiectationem designat. Ac proinde dictum est, Et vinum exhilarat cor hominis: vel sortasse vinum my-
sticum intelligit, hoc est, Christi sanguinem, cuius post Baptismum gratiu participem fieri licet. Sitit atq;
appetit Dominus à nobis amaritudinatq; iucunditas ac libentius q. alij accipiant, dum modo nequaq; parua at-
que exilia, verùm eo digna rogemus. Petijt à Samaritana potum, hoc est, fidem, atq; huius doni desiderium:
ipse autem eam Baptismo est impartitus. Qui fons quidem dicitur, quia perenniter fluit: aqua autem, quia Ioan.4.
virorum sordes abluit & purgat, atq; etiam affectuum flammas extinguit: saliens denique, hoc est, motu a-
gitata atq; efficacis, & ad vitam æternam efferentis. Iam verò Esaias doctores eos beatos prædicat, qui do-
ctrinam super omnem aquam spargunt, hoc est, super omnem animam Baptismi aqua perfusam, quam he-
sterno die, hoc est, ante Baptismum, diuini imbruij penuria laborantem, vastam & incultam brutæ animi Cap.32.
perturbationes calcabãt ac premebant. Nam qui rem aliquam pedibus terit, eam quoq; comprimit. demẽ-
tia ãit ac vecordia per bouem atq; asinum significatur. Quanq; etiam hu verbis naturalium, ac præter natu-
ram existentium affectuum discrimen notari existimo, quoniam bos purum est animal: asinus autem impu-
rum & immundum. Ioel insuper ait, Fons ex domo Domini egredietur, ac torrentem iuncorum proluet. Est Cap.3.
autem iuncorum fidelium Ecclesia, quæ cùm prius arida & siccitate perusta esset, quoniam nulla huiusmo-
di doctrinæ fluenta hauserat, nec frugifetas vllas actiones produceret, pollea irrigata est, fructusq; tulit.
Quoniam autem iuncus, qui sœui est species, bruti animantibus in pabulũ obijci solet, idcirco animã stultè
temereq; viuentem Theologus iuncifera nominauit. Hanc porrò Baptismatis fonte ex templo Domini ma-
nante, irrigatã prouincia tritici ferre ait, hoc est, actiones hominis naturæ conuenientes. Quocirca omni
studio tibi adnitendum est, ne sis expers Baptismi: q. quidem cõmunis omnium mors aliumest gratia, nõ
secus atq; aër, quem spiramus, ac cœlum orbisq; aspectus:

Sint sanè vera quæ loqueris, dixerit aliquis, quantùm ad eos attinet, qui Baptismum requirunt: quid autem de ijs dices, qui adhuc tenera ætate sunt, nec aut damnum aut gratiam sentiũt? An eos quoque baptizabimus? Et prorsùs, si quod periculum vrgeat. Præstat enim sine sanctitatis sensu sanctificari, quàm citra Baptismum atq; initiationem è vita decedere. Atq; huius rei nobis argumentum Circũcisio præfigurã quodammodo gerebat, atque ijs, qui nondum ratione valebant, offerebatur. Eodem quoq; modo postium vnctio, quæ rebus sensu carentibus adhibita primogenitos seruabat. De reliquis ita censeo, vt triennio expectato, aut aliquanto breuiori vel longori temporis spatio (nãtum & mystici quiddam audire & respondere possunt, ac si minus plenè & exactè intelligunt, imbuuntur tamen & informantur) ita demũ p magni Baptismi sacramẽtũ & ais & corporibus sanctitatem asserãt. Quanq; enim res ita sẽ habet, vt referẽ-

Postium vnctio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitæ rationibus non antè obnoxij esse incipiant, quàm & ratio ad plenum accreuerit, & vim Sacramenti huius intelligant: ætatis enim beneficio hoc habent, vt peccatorum, quæ per ignorantiam admiserint, rationem reddere minimè cogantur. tamen propter inopinatos & subitos ac pentinos periculorum impetus, nec vlla auxilio propulsabiles, lauacro communiri omninò conducibilius est.

NIC. *Sint sanè vera, inquies, quæ de nobis, qui adulta ætate sumus, ac Baptismum requirere possumus, abs te dicta sunt: verùm de infantibus, qui nihil sentiunt, quid aiũ? An hos quoque baptizabimus? Ita sanè, quod periculum vrgeat. At q; huius rei documentum hinc peti potest, quòd ne Iudæus quidem circumcisionem auersatur aut differt, minaci hac oratione permotus, Omnis anima, quæ octauo die circuncisa non fuerit, terminabitur. Circunsio autem illa Circuncisionis non manu facta figuram gerebat, quæ in Baptismo per carnis expolationem abiectionem q; peragitur. Ac propterea hac nullo modo proroganda est, cum Dominus dixerit, Nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum Dei. Huc accedit, quòd pueri quoque, et si sensu carentes, sanguine vngebantur: & tamen exterminator consignatas domos præterijt. Primogenitum autem, quæ signum nullum præferebant, primigenam prolem interficiebat. Proinde quoque fatum effugiunt fantes, tamet si sensu careant, baptizentur, quàm vt signi expertes è vita discedant. Quonam enim modo qui baptizatus non est, dicere queat, Dei sum: cùm rei huius signa & notas secum non ferat? At verò de pueruli, quos nullus aduersus casus nec periculum vllum Baptismi suscipiendi necessitate constringit, mea sum sententia, vt circa tertium ætatis annũ, aut omninò intra hoc tempus, aut aliquanto vltra baptizentur: vt nonnulla sacrosancta initiationis verba audire ac respondere queant, verbi gratia, abrenucio Sathanæ, ac Christi ordini adiungor. Res enim ita vt dicturus sum, se habet, quòd pueri tum demum suæ rationem reddere incipiunt, cùm fidei mysterium intellexerint, & cùm in ipsis plena atque absoluta fuerit, hoc est, delectus boni & mali. Tum autem ad plenum illa perducta est, cum conscientia sensuum organa secundum naturam agere incipiunt. Hoc porrò circa duodecimum annum contingere. Certum quamuis puerili venia nequaquam opus habeant, vt pote nondum in peccatum prolapsi: tamen gnaculo & præsidio indigent, atq; ipsis Baptismus offerendus adhibendus q; est, vt propugnaculum & præmunitio, propter improuisos ac repentinos casus: quibus persæpe ne occurrere quidẽ ac mederi possit.*

Genes. 18. Col. 2.

Ioan. 3. Exod. 12.

Luc. 2.

At dices, Christus tricesimo anno baptizatur, idq; cùm Deus esset: & tu me Baptismum adurgere iubes? Cùm Dei nomen adiecisti, quæstio absté soluta est. Christus enim purgatio ipsamet erat, nec purgationis indigebat: verùm tua causa purgabatur, quemadmodum & carnem ferebat, cùm carnis expers esset. Nec vero ei quicquam periculi timendum erat: baptismum proroganti: quippe qui passionis quoque tuæ dispensator esset, ac velut promus condus, quemadmodum & natiuitatis. Tibi autem non leue periculum imminet, si hinc migraueris corruptioni soli genitus, nec immortalitate & incorruptibilitate conuestitus. Quin illud etiam animaduertendum, quòd Christo tempus hoc Baptismi necessarium erat: tua autem dispar est ratio. Lucere enim atq; in hominum oculis florere cœpit tricesimo demum anno, non autem ante id ætatis tempus: partim ne ostentationis cuiuspiam opinionem pberet (quo affectu inepti homines impelluntur) partim quia hæc ætas plenum virtutis argumentum, docendiq; maturitatem habet. Iam quoniam ei salutiferũ supplicium subeundum erat, omnia vtique, q ad passionem spectabant, ad passionem cõcurrere necesse erat, ni mirum ostensionẽ, Baptismum, cœleste testimonium, concio ne, multitudinis concursum, miracula, ac velut corpus vnum constari, non fuit, nec temporum interuallis distinctum & interruptum. Etenim ex Baptismi concionibus excitatus est ille conflictus multitudinis terræmotus. Sic enim Baptismus illud Sariptura vocat. Rursus ex pauli multitudine & frequentia exinanitum editio & miracula ad Euangelium homines adducentia. Ex his porrò inuidia nata est, ex inuidia odium, ex odio proditionis scelus. Hinc postremum crux, & cætera quæ nobis salutem attulerunt. Ac Christi quidem nobis assequi liceat quantùm quidem nobis assequi licet, etiam fortasse alia quædam ratio fuit, quam commemorauimus, altior inuentu quã. Tibi verò quid necesse est, vt tempus ditione tua sublimiora sequens malis? quoque permulta ex ijs, quæ tum abrepta ista esse historia sacra testatur, à nostra discrepare, ac tempore differre conspicies. Verbi causa: Christus paulò ante tentationem ieiunauit: nos ante Pascha. Ieiunium vnum idemq; est: at vtriusq; tempus parua est differentia. Ille enim tentationem aduersus tentationem impetus obtudit: bis autem hoc ieiunio significatur, Christo omoriendum esse, ac profectò iusdam purgationis vice est huiusmodi inedia. Iam ille totos quadraginta dies

Cur exemplo Christi non sit baptismus prorogãdus in annum tricesimum.

Cur ante annum tricesimum baptizari & lucere noluit Christus.

Non omnũ cibo abstinuit, vtpote Deus: nos autem ad ritus Christi imitãda

virium nostrarum modulum ieiunium attemperauimus: etiamsi quidam zelo impulsi vltra virium facultatem in ieiunando prosiliant. Ad hæc ille discipulos suos Paschatis mysterio in cœnaculo imbuit, & à cœna, & vnico ante passionem die: nos in orationis domibus & ante cœnã, & post resurrectionem. Ille tertio die à morte ad vitam redit: nos post diuturnum tempus. Ita ipsius res nec à nostris penitus distractæ atq; abruptæ sunt, nec rursus temporibus inter se cohærent: verùm hactenus nobis traditæ, vt ad earum exemplar ritus nostros conformemus, plenam omnibusque modis perfectam similitudinem fugiunt. Quid igitur mirum eum, quamuis salutis nostræ causa Baptismum susceperit, temporis tamen ratione à nobis differre? Id quod tu mihi velut quiddam magni momenti, mireq; prædicandum aduersus tuam ipsius salutem prætendere videris.

Ritus Ecclesiæ.

NIC. *Illud quoq; obijcis, quòd Christus tricesimo anno baptizatus est: idq; cùm Deus esset. Pluribus ac diuersis modis argumentum hoc diluo. Primùm à persona, quia ille Deus erat, tu autem homo: ac proinde ille purgatione non indigebat: verùm propter te baptizatus est, quemadmodum & incarnatus: tu verò magnopere ea opus habes. Deinde à persona rum circunstantium. Etenim ex Baptismi productione ac dilatione nihil periculi erat, quod ei suspicionem afferre posset. vt enim cùm voluit, natus est: ita mortis quoq;, cùm ipsi videretur, arbitrium & potestatem habebat, cruciatusq; & supplicia, in quod tempus libuit, reseruauit. At tibi periclitatur anima, si è viuis excesseris, corruptioni soli genitus, hoc est natiuitati affectibus obnoxiæ atq; à corruptione ortum habenti, ac non per Baptismum incorruptionem induenti, hoc est, tranquillitatem atq; immunitatem à perturbationibus animiq; puritatem. Dissoluetur quoq; obiectio tua à tempore. Christo enim tum baptizari necesse erat, cùm baptizatus est, ob eas causas, quas recensebo. At tu, quã speciosam dilationis causam prætendas, nullam habes. Christus enim duplicis de causa nequaq; priùs inclaruit, atq; in hominum lucem prodijt. q. tricesimum annum attigisset: altera, ne ostentationis speciem præberet (nam ostentationi vitium ineptorum est hominum, hoc est, ambitiosorum, atq; bonestatis & humilitatis expertium, aut eorum, qui immodicè sibi placent, quales ferè sunt, qui iuuenilem ætatem agunt.) Altera, quia hæc ætas nempe trigintà annorum, absolutæ virtutis indicium & argumentum habet, aptaque est ad docendum. His de causis tricesimo demum anno in publicum prodijt. Posteaq; autem immmere cœpit illud tempus, quo supplicio erat afficiendus, omnia quæ ad passionem spectabant, in vnum coierunt & conflixerunt: ac velut corpus quoddam continuum factum est. Vt enim ad hominum oculos notitiamq; peruenit, baptizatus est: ex Baptismo deinde ad eum ingens mortalium multitudo confluxit, atq;, vt inquit Matthæus, commota ac velut tremore concussa est vniuersa ciuitas, concurrente videlicet populo ac sese commouente. Tum propter multitudinis concursum miracula sunt edita, vt ijs permota promiscua plebs ad Euangelij fidem accederet. Postea in inuidiam atq; odium adductus, insidijsq; appetitus ac proditus, ac tandẽ crucifixus est, atq; ea supplicia pertulit, quibus nobis salus parta est. Atq; hæ causæ extiterunt, cur Christus eo demum tempore baptizaretur, quantùm quidem ipse cognitione assequor. Tibi verò quid necesse est, vt hac in exemplum trabens malè tibi consulas? quandoquidem & pleraq; alia in Christo reperies, quæ cum nostris rebus quantùm ad tempora, non cõsentiant. Ille enim statim vt baptizatus est, priusq; à diabolo tentaretur, quadragenarium ieiunij aduersus tentationes obtendit: at nos ante Pascha ieiunamus ieiunium q; ipsum ad virium nostrarum modum attemperamus. Hoc porrò ieiunium nobis faciendum esse significat, vt per ipsum cum Christo moriamur. Consimili etiam ratione discipulis post cœnam ante vnicum passionis diem Christus Pascha tradidit: at nos in sacris domibus, & ieiuni, & post reditum Christi ad vitam illud celebramus. Ita res Christi vt quidem forma atq; exemplũ, à nostris rebus non omninò abruptæ ac distractæ sunt: nec rursus ita coniunctæ, quin dissimilitudinem aliquam admittant. Eadem quoq; est Baptismi ratio, quem Dominus propter nos ita accepit, vt tamen temporis spatio atq; interuallo differat. Quamobrem non est, quòd tu hoc argumentum quasi telum quoddam aduersus salutem tuam intorqueas.*

Baptizãdi duplex ceremoniæ ordo.

Quare si quid me audiendum putatis, huiusmodi rationes valere iubete, atq; ipsi ad Baptismum prosilite, ac duplex certamẽ vobis proponite: alterum vt animos vestros ante Baptismum diligenter præparetis: alterum, vt Baptismum acceptum conseruetis: quandoquidem eiusdem est difficultatis, & bonum aliquod, quo prius carebas, adipisci: & cùm adeptus fueris, cõseruare. Fit enim plerunque, vt quod cura atque industria partum est, socordia labe factetur: quod autem inertia amissum est, labore & diligentia recuperetur. Magnũ tibi ad ea, quæ cupis, assequenda ac retinenda subsidium attulerint vigiliæ, ieiunia, lectulus humi stratus, orationes, lachrymæ, commiseratio pauperum, largitio. His rebus partim pro ijs, quæ accepisti, gratias age partim etiam ea tuere ac custodi. Habes beneficium, quod te multorum præceptorum submoneat: ne contemptim prætereas. Pauper accesserit: in mentem tibi veniat, ex quàm graui paupertate ad quantas diuitias profectus es. Panè carens, potu, atq; etiam fortasse Lazarus quispiam ad domus tuæ fores prouolutus? moueat

Luc. 16.

Mensa mystica.

te mystica mensa, ad quam accessisti: moueat te panis ille, cuius particeps factus es, calix ille quem accepisti, cùm Christi passionibus initiareris. Peregrinus ad genua tua procubuit, domo carens, aduena? per hunc excipe illum, qui peregrè propter te vitam egit, idq; in suis regionibus, quique per gratiam ad te immigrauit, teq; ad cœleste domicilium pertraxit. Zacheum imitare, illum, inquam, heri publicanum, hodie animi magnitudine & liberalitate præstantem: facultates omnes tuas ingredienti Christo in munus offer, vt licet corporea ætate paruus, animo tamen eucharis, Christum egregiè conspicatus. Aegrotus prostat, & vulneribus oppressus? moueat te sanitas tua & vulnera, quibus tè Christus liberauit. Si videris nudum, contege, tuo incorruptionis vestimento per mutatione, hoc est, Christo. Quotquot enim in Christum baptizati sumus, Christum induimus. Si debitorem nactus sis tibi ad peditum accidentem: syngraphamomnem tam istam q̄ iniustam concerpe: decem illa talentorum millia in memoria habe, quæ tibi Christus remisit. Noli teacerbum mutuorum debiti exactorem præbere, & quibus cōseruis: cùm tibi à Dño maior summa condonata sit: ne ob humanitatem quoq; illi & misericordiam, quam tibi in exemplum proposita nequaq̄ es imitatus, pœnas expetantur.

NIC. *Valere iubere Gr.* κατευδειν. *Prouerbialis ille hæc locutio. Veteres enim eos, quos odio prosequebantur, obuios habentes valere tantùm iussos præteribant. Porrò hoc verbum ipsis fletum ac perniciem significabat. Proinde tu quoq;, inquit Theologus, huiusmodi rationes, quas præsexi, valere iubeas ad Baptismum accurre, ac duplex certamen suscipe: alterum, vt teipsum ante Baptismum purges: alterum, vt Baptismum tueatis atq; conserues. Quandoquidem iuxta Demosthenis sententiam, plerunq; maior ingenij vis difficultatis esse videtur bona conseruare, q̄ adipisci. At dices, Permagni negotij est hunc Baptismi thesaurum tueri. Sedulò verò inuigila, frater, vt quod amas retineas, hoc est, vt perceptam Baptismi gratiam custodias. Præstò sunt tibi auxiliares copiæ, si volueris, nimirum oratio nocturnas excubias agens, psalmodia ac domestica, psalmodia animum oblectans atq; permulcens. Has socias tibi asciscebe ad tam salutarium custodiam simul pernoctent. Præclara quoq; fuerit largitio, & quæ eam præcedat, misericordia: quæ animi affectio est, ac nuda & simplex condolescentia. Etenim studium de pauperibus bene merendi eum finem habet, vt & de Deo, qui te per Baptismum beneficio affecit, præclarè mereare & eum tibi hoc tibi præstabit, vt & de Deo, qui te per Baptismum beneficio affecit, præclarè mereare & eum tibi sit Baptismus. Habes multa Scripturæ testimonia, quæ eleemosynæ commune faciant, atq; ad eam excitent. Pauper accessit, Lazaro similis, quatenus scilicet adfores tuas prouolutus est, atq; inedia macerate ijsdemq; afflictionibus calamitatibusq; versatur? In mentem sibi veniat, quòd ipse quoq; inopia ante Baptismum laborasti: post Baptismum autem ad ampliſsimas opes euectus es, nimirum per regenerationem, adoptionem, cœlorum regnum, diuinitatem ipsam: item quòd corpore ac sanguine Christi nutriaris, ac Christiano huiusmodi sacrificio perfectionem adeptus es. Peregrinus quispiam se obtulit, recipe eum: aduena? per hospitem & peregrinum, Christum suscipe, qui velut externus ac peregrinus in mundum venit.*

Ioan. 1. *Ait enim Euangelista, in propria venit & sui eum non receperunt. Propria autem ipsius, proprius hic mundus est, vt pote ab eo creatus. Per domo carentem, eum qui per Baptismum in te commigrauit atq; habitat templum Dei effectum (Templum enim Dei, inquit, estis) Per aduenam rursus, eum, qui ab humana*

2. Cor. 6. *peregrinatione & incolatu ad supernam habitationem te pertraxit. Cùm enim, inquit, exaltatus fuero,*

Ioan. 12. *omnes trahamad meipsum. Et quemadmodum Zacheus, posteaq̄ Christum in domum suam excepit, dimidiam quidem facultatū suarum partem pauperibus erogauit, reliquam aīi retinuit, non vt ipse ea fraudaret, sed vt ea quadrupli fœnore restitueret, quæ iniustis rationibus ac fraude & per calumniam collegerat: sic tu quoq; magnanimus esto, hoc est, pecuniarum contemptor, ac supra res terrenas assurge, vt magnum spiritualem atatem, quæ in virtutis incremento sita est, appareas, atq; Christiana theorematalibus præclarè intelligas. Vulnere ægrum commiserare, quandoquidem te quoq; Christus spiritualibus vulneribus Baptismum liberauit. Si videris nudum, contege, quemadmodum Esaias hortatur: vt indumentum, hoc est, Christum, quem per Baptismum induis, honore afficias. Si iu qui tibi debito obstrictus est, ad genua tuos se prouoluat, Esaias quidem debiti condonationem suadens ait, Omnem iniustam syngraphamoue: ego autem adiungam, vt iustam quoq; conscindas: quoniam & Christus chirographum tuum peccatis lacerauit, teq; ære alieno liberauit. Quare cùm tibi magna summa condonata sit, cauendum tibi est, ne in minori debito grauem & acerbum exactorem conserui tui te prabeas. Alioqui futurum est, vt ea, quæ tibi remissa sunt, rursus à te repetantur, ac pœnas etiam eo nomine persoluas quia commiserationis exemplum ob oculos positum habens, nimirum Dei erga te misericordiam, illud imitari noluisti.*

Sic te compara vt Baptismus non modò corpus, sed imaginem quoque diuinam abluat: non peccata solùm deleat, sed mores etiam emendet: non pristinas tantùm vestis sordes eluat, verùm fontem quoque ipsum expurget: non hoc tantùm in animo tibi sculpat, vt opes honestis rationibus quæras, sed etiam vt laudabiliter effundas, aut certè

leuissimum est malis artibus quæsitas abijcias. Quid enim tibi profuerit, ita peccati veniam impetrasse, vt tamen ei quem læseris, damnum non sarciatur: cùm tu duplici scelere constrictus tenearis, altero, quia sceleratis artibus facultates tuas auxisti, altero quia partas opes mordicus retines. Ita quanuis illa tibi noxa condonata sit, hac tamen hodierno die adhuc implicaris. Hodie enim apud te aliena res est. Ideoq; nequaq̄ sublatum atq; extinctum est peccatum, sed tempore solùm intersectum. Pars enim altera ante Baptismum perpetrata est, altera post Baptismum manet. Neque enim præsentibus flagitijs, sed ijs quæ iam admissa sunt, veniam affert Baptismus. Porrò non veteratorie & simulatè accipenda est Baptismi purgatio, verùm seriò imprimenda: tibiq; hoc agendum, vt pleno perfectoque splendore niteas, non vt leuiter atque in superficiem illinaris, vt non peccata tantùm obducat Baptismus: sed ab ijs omninò te vindicet. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates: hoc plenæ & cumulatæ purgationis est. Et quorum tecta sunt peccata. hoc ijs congruit, quorum intimæ animi partes nondum purgatæ sunt. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Tertia quædam hæc peccantium classis est: eorum nempe, qui tametsi aliquid improbè & vitiosè agant, animus tamen & voluntas culpa vacat.

Satisfactio prorsus necessaria est.

Psal. 31.

NIC. *Da operam, vt non corpus solùm aqua conspergatur, verùm etiam anima: nec peccata duntaxat abluantur, ac detergantur, verùm & mores, hoc est, huiusmodi animi affectio, qua peccata committuntur: nec cœnum tantùm eluatur atq; exhauriatur, verùm & fons ipse ac scaturigo, à qua cœnum profluit. Illud etiam addisce, vt non modò honestè & cum laude ea quæ habes, possideas, verùm ea præclarè profundas ac dispergas. Quòd si eò adduci non potes, vt facultates iustis rationibus partas in pauperes effundas, id saltem, quod leuius est, à te impetretur, vt res sceleratè quæsitas excutias. Nam alienorum bonorum raptor duplici peccato deuinctus tenetur: altero, quia rapuit: altero, quia id quod rapuit, retinet. Quocirca si apud ipsum post Baptismum manet, quod prius per rapinam ac latrocinium adeptus est peccatum interciditur, ac latrocinij quidem remissionem Baptismi beneficio consecutus est: verùm retentionis illius, qua bono rapto fruitur, non item. Etenim iniuriam infert etiam post Baptismum, quatenus aliena bona adhuc retinet. Baptismus enim præcedentia peccata delet, non ea q̄ posteà designantur. Ac proinde qui aliena rapuit, ac deinde baptizatur, idq; sibi noxam remissam esse existimat, seipsum fallit, ac Baptismo fucum facit. Atqui purum esse oportet, nō tantùm videri atq; existimari. Quanq̄ enim talis videatur, quia ex parte purgatus sit, minimè tamē est ppter id quod in eo desideratur. Neq; enim infixa atq; impressa est Baptismi purgatio, hoc est, nequaq̄ oris inuilionis instar altè grassata est: sed leuiter tantùm illita est atq; colorata. Quæ res duntaxat tegit atq; occultat: quod autem occultatur, manet. Quòd verò contectio penetralia ipsa non purget, Dauid testimonio suo confirmat, tres ordines inducens. Primo enim ac præcipuo loco eos beatos proclamat, quorū iniquitates remissæ sunt: secundo eos, q̄ ex parte purgati sunt, quorū tecta quoq; peccata esse dicit, vt pote q̄ nondum in penitissimis animi latebris atq; recessibus expiati sint. In tertio demum ordine eos constituit, q̄ tametsi vitiosè aliquid fecerint, ita tamen fecerunt, vt voluntas eorum animiq; sententia crimine careat, quia id vel imprudentes, vel inuiti, vel bona intentione & proposito in fraudem inciderunt. Vt autem nonnullis placet, remittuntur quidem peccata per Baptismum: teguntur autem per pœnitentiam, vt ea iam Dominus non imputet atq; in rationem vocet.*

Quid igitur dico? & quo mea spectat oratio? Heri Chananæa anima eras ac peccato contracta: hodie à Verbo erecta es. Ne rursus contraharis, ac velut catenis quibusdam ferreis à diabolo depressa in terram propendeas, atq; ita deprimaris, vt iam vix vlla ratione surrigi, caputq; attollere queas. Heri sanguinis profluuio tabescebas (rubrum enim & cruentum peccatum ex te manabat:) hodie siccato profluuio ad pristinū florem redisti. Attrectata quippe vestis Christi fimbria fluxum compressisti: Fac Baptismum interim serues, ne alioqui sanguinis defluuio rursus labores, Christumq; iam suffurandæ salutis cauſa prænendere nequeas. Neq; enim furto sæpius circunueniri Christus amat, tametsi mirè clemens & facilis.

NICET. *Altera est mulier contracta atq; inclinata, altera Chananæa. Illius apud Matthæum, huius apud Lucam mentio fit. Theologus autem ambas ad eum, qui nondum baptizatus est, hoc loco accommodat. Chananæam quidem propter peccata eam nominat (Gentilis enim erat hæc Chananæa & à lege aliena:) cō tractam autem, propter scelerum grauitatem sathanæq; vincula. Quod autem ait Heri, tempus Baptismū præcedens significat: Hodie verò illud, quod Baptismum sequitur. Si igitur, inquit, per Baptismum à Christo erectus fueris, ne rursus ad terrena cupiditates procumbas, velut quibusdam catenis inflexus. Nam si: post Baptismum quoq; in terram procubueris, difficile tibi iam erit huic contractioni mederi: vt pote cùm nulla superſit iam secunda regeneratio. Rursus tabescebas, quia salus te defecerat, quemadmodum illa sanguinis profluuio laborans deficiente sanguine. Atq; impuritate & sordibus scatebas, hoc est sanguinem &*

Universidad de Deusto
Biblioteca

exitiosum peccatum fontis in modum emittebas, post Baptismũ verò salutifera aquæ purgatione resorbuisti, atq; impuritatis fluentum exaruit, posteaq; animo Baptismum tetigisti, qui quidem Christi vestimentũ est, vtpote incorruptionis indumentum: fimbriæ autem ipsius, aqua atq; aliasymbola. Vide igitur ne iu rubrum & cruentum peccatum rursus incidas: ne rursus apprehendere Christi fimbriam nequeas (quippe cùm, vt ia dictum est, nulla sit secunda regeneratio) vt salutem tibi tutò, velut in Baptismo donatam furtim recipias. Nec enim Christus libenti animo fert sibi à te salutem crebrò per Baptismum surripi, sed semel dãte exoptat. Hoc autem eò fit, ne si gratiæ rursus per Baptismum obtinendæ spes nobis affulgeret, in contemptum gratiam laberemur, acceptamq; gratiam facile perderemus. Quod ipsum quoq; eximij atq; insignis Dei erga nos amoris argumentum est.

Heri in lecto volutabaris, languens & corpore fractus atq; solutus, nec hominem gesto habebas, qui cùm turbaretur aqua, te in piscinam inijceret. Hodie nactus es hominem eundemq; Deum, vel, vt rectiùs loquar, Deum hominẽ. Elatus es è grabbato, tibi mò grabbatum extulisti, beneficiumq; acceptum velut in columna incisum omnibus spectandum proposuisti. Caue ne admisso peccato rursus in grabbato voluteris, hoc est in corporis voluptatibus fracti ac debilitati mala & pernicioſa quiete. verùm vt es, proficiscere, præcepti huius memor, Ecce sanus factus es, iam noli peccare: ne deterius aliquid tibi accidat, si post acceptum beneficium malus inueniaris.

NIC. Hìc paralytici historiam ad institutam materiam accommodatam interpretatur. Ac per lectum quidem supinam socordiã atq; perniciosam quietem intelligit: per artuum verò dissolutionẽ, delitias, mollitiemque in voluptatibus eneruationẽ & langorem: per aquæ aũt turbationẽ, eam, quæ in Baptismo fit, mutationemque ac Spiritus aduentum, eiq; sanctitatem afferentis vim & efficaciam. Heri igitur, inquit, hominem nactus es non poteras: hodie nactus es hominem eundem & Deum (diuinitas enim humanitati Christi hypostaticè facta est) atq; à peccati lapsu veluti à grabbato sublatus es, atq; huiusmodi lapsum velut extulisti, cum de eo per confessionem triumphans, beneficiumq; per Baptismum acceptum omnibus promulgasti. Caue igitur rursus prolabare. Verùm vt es, proficiscere. i. sanus & incolumis præcepti huius memor paralytica illa verba dati. Ecce sanus factus es, &c. Quin ad hunc quoq; modum hæc explicari queant. Quì corpora voluptatibus fracta est, nec ad virtutem efficax est, nec ad scientiam & cognitionem facilè moueri potest: quapropter inde nec hominem habet, hoc est humanam ac prudẽtem rationem, à qua ad virtutem scientia capax est, quippe in piscinam inijciatur: quoad vsq; Verbum veniens compendiosam ei depellendi morbi rationem tradiderit, qua in piscinam inijciatur: quoad vsq; Verbum veniens compendiosam ei depellendi morbi rationem tradiderit, qua humanum corpus mentis nimirum imperans, vt à voluptatũ illecebris, quibus detinetur, exurgat, virtutumq; humano corpori tollat, atq; in domum suam, hoc est in cœlum proficiscatur. Præstat enim vt quod inferius est, id est quod excellentius est, actionis humeris ad virtutem gestetur, q̃ vt excellentior pars per fœdam mollitiem à deteriore parte ad voluptates trahatur.

Magnam hanc vocem, Lazare veni foras in sepulchro iacens audisti? Quid enim Verbo vocalius atq; exaudibilius?) ac prodijsti non post quartum mortis diem, sed multo iam diebus mortuus cum triduano illo simul ad vitam rediens, ac sepulchralibus vinculis solutus es: caue ne rursus emoriaris, atq; ijs, qui in sepulchris habitant aggregeris funibusq; peccatorum tuorum cõstringaris. Incertum enim est, an rursus è sepulchro ad vitam excitandus sis, vsq; ad postremam illam & communem resurrectionem, qua creaturas oẽs ad iudicium adducet, non iam vt curentur, sed vt iudicentur, rationemq; eorum reddant, quæ rectè vel malè collegerint.

Ioan.11. *NIC. Quemadmodũ prius in Lazaro, ita & nunc quoq; in te Dominus alta voce inclamauit, vt ab eo quoque mortuum, hoc est vitali ad virtutem facultate orbatum pertingeret. Tu antẽ multos iam dies mortuus per Baptismum prodijsti, ex vitiorum sepulchro cum triduano Christo à morte ad vitam excitatus, quam per immersionẽ atq; emersionẽ triduana mors Christi & resurrectio repræsentatur:) ac peccatorum vinculis solutus es. Da ergo operam, ne rursus ijs adnumereris, qui, vt Dauidis verbis vtar, in sepulchris habitant, neue peccatorum tuorum fascijs constringaris. Nam, vt est apud Solomonem, peccatorum suorum vinculis quisque constringitur. Et enim si animo moriaris, incertum est, vtrum ad vitam rursus sis rediturus, vsq; ad communem resurrectionem: quæ quidem, vt est apud Ecclesiasticum, creaturam omnem ad iudicium adducit, vbi vitæ actiones reddituram.*

Pſa.118.67. Pro.5. Cap.12.

Si lepra, hoc est deformi animi peruersitate prius infectus eras, ac deinde abrasa ejectaq; hac vitiosa materia, saluum & incolume imaginis decus recepisti, purgationem mihi sacerdoti tuo ostende, vt cognoscam, quantùm ea purgationem legalem dignitate antecellat. Nouem illis ingratis ne te adiungas, verùm decimum tibi imitandum propone: qui quanquam Samaritanus esset, alios tamen grati animi officio vicit. Da operam ne mala vitiligo rursus erumpat, atq; ita afficiaris, vt corporis tui vitio vix vlla medicina possit adhiberi.

Luc.17.

Apud

NICET. *Apud Lucam in Euangelio scriptum est, quòd decem viri leprosi Domino occurrerunt: ipse autem faustum purgationis nuncium illis afferens, dixit, Ite, ostendite vos sacerdoti. Sacerdos enim hominẽ lepra purgatum periculo purgationis facto reliquæ posteà plebi accensebat. Vt autem abierũt purgati sunt: verùm nouem ex ijs patria Iudæi, beneficij accepti immemores non redierunt: vnus verò, qui Samaritanus erat, ad salutis auctorem reuersus est. gratiasq; egit, ac Deum laudibus celebrauit. Lepræ igitur vt præter naturam existenti Theologus peccatum comparat, vtpote quòd præter naturam quoq; sit, atq; animam deformitate, quemadmodum illa corpus afficiat. Si igitur, inquit, virulentum ac pestiferum peccatum tibi per Baptismum abrasum est, ac formam Dei similitudine expressam, ad quam creatus es, recepisti, purgationis tuæ mihi specimen ede, teipsum videlicet à peccati contagione purum seruans. Huiusmodi namque purgatio legali & Mosaicæ purgationi antecellit. Illa enim corporum erat tãtùm & animarum. Ac vide ne spiritua lis lepra rursus ex te nascatur. Alioqui vitiosa animæ habitudo ægrè medelam admissura est. Asperior enim maioris; difficultatis atq; laboris ea medicina est, quæ in magna lachrymarum gemituumq; profusione consistit.*

Nuper manum tuam siccabat parcimonia & auaritia: hodie eam largitio & beneficentia extendat. Præclara ægrotantis manus curatio est, dispergere, dare pauperibus, copias illas, quibus circunfluimus, liberaliter exhaurire, quoad fundum quoq; ipsum attigerimus (fortasse ex eo quoq; alimentum tibi manabit, velut olim Sarephthanæ, ac præsertim si Heliam alueris) egregias opes arbitrari, propter Christum, qui nostra causa paupertatem subijt, in rerum difficultate atq; inopia versari.

NIC. Præclara animæ à largitione & benignitate abhorrentis, & manus auaritiæ tenacitatisq; morbo laborantis curatio est. facultates in pauperes effundere, opesq; & rerum copias in eo positas esse arbitrari, vt inopia propter Christum afflicteris, atq; ita prolixam benignitatem habere, tamq; liberaliter opes exhaurire, vt ne fundum quidem ipsum intactum relinquas. Fortasse enim ipse quoq; exhaustus rursus alimoniam tibi proferet, ac præsertim si hominem quendam iustitiæ laude præstantem alendum susceperis, quemadmodum Sarephthana Heliam, vt Regum tertio commemoratur.

Si surdus ac mutus eras, auribus tuis Dei sermo insonet, vel potius eum, qui insonuit, retine. Ne ad Domini disciplinam & admonitionem quemadmodum aspis ad incantrices voces, occlusas aures habeas.

NIC. Si hactenus surdus fuisti, Dei præcepta non addiscens, Et mutus ea non docens. Jam tibi legis diuinæ doctrina insonet quemadmodum Christi sermo surdo illi ac muto. Quin potius præceptorum diuinorum doctrinam memoriæ cõtactu retine, ne obliteretur: summoq; studio caue ne aures tuas ad Domini cõsilia claudas, non secus atq; aspiu mortiferum virus occultat, surdit ateq; seipsam afficit, ne incantatoris vocem audiat, ac furere desinat. De qua & Dauid ait, Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium.

Psal.57.

Si cœcus, & luminis expers, illumina oculos tuos, ne in mortem obdormias: in Domini lumine lumen perspice, in Spiritu Dei Filium ipsius intuere, trinum inquam illud & simplex atq; indiuisum lumen.

Psal.12.

NICET. *Si cæcus eras, oculos tuos Baptismi luce collustra, ne mortis somno consopiaris. Is parro in mortem obdormiscit, cuius salutifera animi vires & facultates obtorpescunt & extinguuntur. Lucem illam trinam personis, substantia & natura & diuinitate simplicem intuere. Quonam autem modo eam cernere queas, admonet Dauid ad Deum hìc vtens verbis, In lumine tuo videbimus lumen, hoc est in Spiritu Filium.*

Psal.35.

Si Christum totum admiseris, omnes ipsius curationes, quibus priuatim vnusquisque ad sanitatem reuocatus est, in animam tuam congeres. Illud modò caueas, ne gratiæ modum ignores, neu tibi dormienti atque animo malè securo zizania hostis superseminet. Illud modò prouideas, ne cùm puritate tua diabolum inuidiæ facibus inflamaris, te ipsum rursus per peccatum miserabilem reddas. Illud modò videas, ne propter Baptismum effusiori lætitia gestiens, atque immodicè elatus corruas dum in altum efferris. Illud modò cures, vt Baptismũ summo studio excolere nunquam intermittas ascensiones in corde tuo disponens, atque acceptam Dei beneficio & gratia veniam cura & diligentia tuearis: vt peccatorum quidem tuorum remissio à Deo proficiscatur, cæterùm remissionis conseruatio tibi quoq; ex parte asscribatur. Quod quidem vt asse quaris, fac tibi Parabola illa semper animo obuersetur: & tibi optimè ac præstantissimè consulueris. Excesit à te impurus & crassus spiritus per Baptismum eiectus ac profligatus. Disrumpitur se in fugam coniectum, discrutiatur se domo & tecto carere. Ambulat per loca inaquosa, diuinaque influxione minimè perfusa: illic commorari gestit, vagatur, quærens requiem, non inuenit, animas Baptismo consignatas offendit, quarum

Matth.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vitia obruuntur Baptismo.

vitia lotione obruta sunt: aquam perhorrescit, lustricis aquis, non secus ac Legio æquoreis fluctibus, suffocatur. Rursus, qua est impudentia mentisque peruicacia, domum quæ recesserat, repetit: rursus impetum facit, rursus tentat. Ac si quidem Christum in eam intromissum offenderit, & locum quem vacuum reliquerat, ab eo impletum, rursus propellitur & profligatur, infectis rebus discedit, oberrationisq; nomine miser & calamitosus existit: sin autem animæ tuæ sedem scopis quidem mundatam & ornatã cæterùm vacuam & inertem inuenerit, atque ita constitutam, vt eum qui prior ad illã occupandam perrexerit, vter tandem fuerit, excipere parata sit, insiliet in eam, & cum maiori apparatu immigrabit, fientque nouissima primis deteriora. Tum enim specimendationis cautiorisque viuendi rationis affulgebat: nunc autem certa & perfecta est prauitas per boni fugam malum attrahens, ob idque firmior iam & stabilior est habitatori possessio.

NICET. *Sitotum Christum, inquit, anima tua hospitio acceperis, eum inquam morborum omnium depulsorem, omnibus medicamentorum generibus eum cumulabis. Nam cùm medicum tecum circunferes, nõ erit, cur te morbi cuiusquam metus exterreat. At operæprecium fuerit causas animaduertere, propter quas bonũ diuino munere nobis concessũ excidere solemus. Id enim vel ea de causa nobis accidit, quia accepti tã magnitudinem ignoramus: vel quia solicitudinem nullam adhibemus, sed desidia ignauiaque impulsi: vel quia obcæcati sumus. Quamobrem cura, vt baptizeris, nec in peccatum rursus prorumpas: verum Baptismi purgationem sedulò cura, & in ea excolenda elabora, atque accessiones, & incrementa in animum*

Luc. 11.

per virtutem effice. Ita demum autem præclarissimè ipsi opem tuleris, si Euangelicam parabolam animo memoria tenueris, nimirum impurum spiritum à te per Baptismum fugatum esse, atque ambulare per inaquosa, hoc est animas sacro Baptismi latice carentes quærere, quas cùm nullas reperiat, rursus ad eum digressus fuerat, redit. Ac si quidem Christum in te per virtutem habitantem inuenerit, in fugam ipse vertitur: sin autem animam tuam vacuam repererit, atq; ita affectam, vt priùs occupãtem excipere parata sit, suum eum, siue Christum, certius ac firmius in te domicilium sibi cõstituit. Etenim ante Baptismũ spes reflectendi tia ac securitatis erat, nempe per Baptismum: at post Baptismum perspicua & aperta est improbitas, quæ boni particeps factus, illud prodidisti, ac pro eo malum attraxisti, atq; idcirco firmè & constãter in tuo bolus habitat.

Enimuero iterum atque iterum sæpiusque tibi luminum memoriam refricabo, literarum sacrarum monumentis ea colligens. Nam & ipse ijs cõmemorandis exhilarascã (quid enim lumine dulcius & iucundius, his qui luminis gustum percepere?) & oculos tuos hac oratione perstringã. Lux orta est iusto, & huius comes lætitia. Et lux instis omni tempore. Quinetiam quidam Deum adhunc modum affatur, Illuminans mirabiliter à mõtibus æternis, hoc est, vt opinione assequor, ab angelicis spiritibus, qui nobis ad optima quæque sunt adiumento. Iam Dauidem quoque his verbis vtentem audis, Dominus illuminatio mea & seruator meus, quem timebo? Quietiam nunc lucem & veritatem emitti postulat, nunc ob eam sibi impartitam gratias agit, signum lumen Dei super se signatum esse ait, hoc est clarè ac luculentè impressa esse splendoris diuinitus accepti signa. Vnum illud lumen fugiamus, quod ex sæuo & acerbo ignis genere scitur. Ne in ignis nostri lumine incedamus, & in flamma quam excitauimus. Iam rò ignis quoq; purgantis meminit scriptura, quem in terram missurus venit Christus, qui & ipse per anagogen ignis appellatur. Huius porrò ignis ea vis est, vt crassitiem materiam vitiosamq; animi habitudinem absumat, eumq; proinde celerrimè Christi accendi vult. Cupit enim nos quam primum beneficio affici: vt pote qui nobis quoq; ignis carbones auxilij causa porrigat. Est alter ignis non purgans, sed scelerum vindex & vltor, siue Sodomiticus ille, quem sulphure & procella per mixtum Deus in peccatorum capita fundit, siue ille, qui diabolo eiusq; angelis paratus est, siue etiam ille, qui ante faciem Domini procedit, & in circuitu inimicos eius inflãmat, siue denique ille omnium his horribilior, qui cum peruigili & irrequieto verme coniunctus est, nec vnquam extinguitur, verùm in sceleratorum hominum pœnam perennis est & sempiternus. Hi enim omnes exterminatricis sunt facultatis: nisi tamen hoc quoque loco quispiam grauius, mitiùs, atq; vt Deo vindice dignum intelligendum putet.

Lumine nil dulcius.

Psalm. 75.

Angeli nos iuuant.

Psal. 26.

Psal. 4.

Ignis purgans.

Ignis vltor.

NIC. *Quanquam, inquit, circa orationis principium de diuersis luminum generibus pertractauimus, tamen rursus Scripturæ locos qui luminum mentionem faciunt, proferemus. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia, inquit Dauid. Sociam autem comitemq; luminis lætitiam dixit, vt illius aspectum atque Dauid de lætitia, inquit Dauid. Sociam autem comitemq; luminis lætitiam dixit, vt illius aspectum atq; Dauid coornatam. Huius autem filius Solomon ait, Lux iusti omni tempore, tum etiam rursus idem Dauid*

Psal. 96.

Pro. 4.

Deum clamat, Illumina me tu mirabiliter à montibus æternis: nos enim intermedia angelorum opera collustramur, qui quidem montes dicuntur, quòd sublimes & cœlestes sint, atq; * ad vitium flecti vel nullo modo vel non sine magna difficultate queant: æterni autem quia immortali conditione sunt. Ac nunc quidem Dauid supplici oratione ait, Emitte lucem tuam & veritatem tuam: nunc autem vt voti compos factus bi verbis gratias agit, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, hoc est, signa & notas habeo splẽdoris diuino beneficio accepti. Qua tandem signa & argumenta? prophetiæ decus & obiectationẽ. Dedisti enim, inquit, lætitiam in corde meo. Vnum dunt axat illud tamen fuge, de quo per Esaiam Deus verba faciens, ait: ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis, hoc est in flamma ignis, quem subiecta vitiorum materia vobis excitastis. Deducamur ad huiusmodi ignem, vt eo conflagremus. Quibus verbis Dei iræ significat. Ignis enim, inquit, succensus est ex furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. Quemadmodum enim, qui febri corripitur, febris flammã ardoremq; sibi ipsi excitauit, vitiosis nimirum humoribus in viscera sua congestis: eodem nos quoq; modo per scelerum materiam supplicij thesaurum nobis ipsis congregamus, ignemq; accendimus. Ac quoniam sæui & acerbi ignis mentionem fecimus, distinctio adhibenda est. Nam ignis quoq; purgans est, nimirum amor ac fides erga Deum, quæ ignis nominatur, non modo quia æternus est & ardens, sed etiam quia à peccato & ignorantia animos nostros purgat, piumq; ab impio & insideli diuidit. Ac de hoc ignis genere Christus in hunc modum loquitur: Ignem veni mittere in terrã, & quid volo, si tam succensus est? Accelerantis autem atq; properantis est hac oratio. Cupit enim nos quamprimum beneficio afficere: ac proinde per Esaiam quoq; ita loquitur, Habes carbones ignis: sede super eos, hi tibi auxilio futuri sunt. Porrò carbones auxiliares ac subsidiarij angeli dici queant, quos ignem vrentem Dauid appellat. Iam Deus quoq; ignis vocatur, iuxta illud quod in Deuteronomio habetur, Dominus Deus tuus ignis consumens est. Est autem & alter ignis vindex ac scelerum vltor. Atq; hic partim in hac vita sceleratos excruciat, vt quondam ille Sodomiticus. Dominus enim, inquit, pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem à Domino: quo etiam peccatores omnes perfundit, iuxta illud Dauidis, Pluet super peccatores laqueos ignem & sulphur, & spiritum turbinis. Ac sulphur quidem ignem alit: turbo autem exuscitat. Hic autem ignis tentationes & calamitates eas significare queat, in quas qui grauiter peccant, incidunt. Quanquam etiã per ignem hunc ignis ille intelligi possit, qui in altero quo impios cruciat, ministrum is, qui dialolo paratus est & angelis eius, quemadmodum Dominus in Euangelio docet: vel etiam ille, de quo Dauid ait, ignis ante eum præcedet, & in circuitu, hoc est vndiq; inimicos eius inflammabit: quem etiam ignis fluuium ante eum profluentem Scriptura nominat, cuius mentionem quoque Esaias faciens ait, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Eò autem formidabilior atq; horribilior est hic ignis, quòd cum verme coniunctus sit, ac duplicem pœnam habeat. Per vermem porrò atq; ignem materialis crassitiei colliquefactionem & excruciationem intellige. Omnes verò hi ignes exterminatricis sunt facultatis, hoc est vindicatricis, non tamen ad interitum essentiæque priuationem adducentis. Duplex est enim exterminatio quemadmodum & perditio, nisi quis fortè hunc vindicem ignem mitiorem & moderatiorẽ intelligere velit. Quæ scelerum nostrorum atrocitas mereatur: vt pote quia Deus vindex iustam pœnam misericordia & lenitate temperare soleat.

Psal. 42.

Psalm. 4.

Cap. 50.

Deut. 32.

Luc. 12.

Cap. 47.

Psalm. 103.

Cap. 4.

Gen. 19.

Psal. 10.

Matt. 25.

Psal. 96.

Dan. 7.

Cap. 66.

* *Ad vitium flecti.*) *Quod videtur Nicetas de angelorum statu dubitare, hoc Ecclesia perspicuè nobis tradidit, eos nimirum qui à Deo per superbiam non defecerunt, in gratia confirmatos fuisse. Billius.*

Lumen duplex.

Quemadmodum porrò duplex ignis genus est, ita lumen quoque est duplex alterum, quo princeps animi nostri facultas illustratur, pijsque nostri gressus regũtur: alterum fallax & curiosum, veroque lumini oppositum, atque interim tamen illius speciem præ se ferens, vt nos externa specie fallat atque in fraudem impellat. Hoc & caligo est, & meridies censetur, quod in tenebrosissimum acerrimumque lumẽ est. Sic enim illud scripturæ audio, Semper in meridianis tenebris fugiunt. Hoc & nox est, & splendor existimatur, his vtique, qui de lucis & voluptatũ illecebris corrupti sunt. Quid enim ait Dauid? Nox me miserum circunstabat, & nesciebam: delicias enim splendoris loco ducebam. Atque illi quidem tales sunt, animoque ita affecti. Nos verò scientiæ lumen nobis ipsis excitemus quod quidem nobis hac ratione cõtinget, si ad iustitiam seramus, & vitæ fructum vindemiemus (actione quippe speculatio comparatur) vt præteralia hoc etiam intelligamus, quodnam lumen verum sit, quod fictum, & mentitium, ac ne in malũ tanquam in bonum per imprudentiam labamur. Lumen efficiamur, vt Discipuli à magno illo lumine vocati sunt his verbis, Vos estis lumen mundi. Efficiamur luminaria in mundo. verbum vitæ sustinentes, hoc est alijs hominibus vitalis cuiusdã facultatis instar existentes. Arripiamus diuinitatẽ, arripiam* primũ & purissimum lumẽ. Ad ipsius splendorẽ incedamus, priusq; ad caliginosos & hostiles montes nostri pedes offendãt. Quandiu dies est, quasi in die honestè & compositè ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, quæ furtiua & clãdestina noctis opera sunt.

Matt. 5.

Quomodo nobis ambulandum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NIC. *Quemadmodum duplicem ignem esse ostendimus, alterum purgantem, alterum scelerum vin-*
dicem: ita duplex quoq; lumen est, alterum bonum mentisq; nostræ illuminandæ vim habens, alterum fal-
lax & fucatum, veroq; lumini hoc est Christo contrarium, vel vt caliginosum, vel vt infestum nobis & lu-
strile, quandoquidem satanas quoq; vocatur, hoc est aduersarius. Qui etiam cùm caligo fit, lumen tamen re-
2.Cor. 11. *deri vult: transfiguratur enim in angelum lucis, vt sub ea specie mortales in fraudem impellat. Ac permulti*
quidem eum caliginem esse non animaduertunt, ac deprehenderunt: verùm meridiem esse existimarunt,
Cap. 58. *hoc est clarissimam lucem, quandoquidem circa meridiem lux maximè viget. Atq; in hunc sensum illud de*
impijs ac perditis hominibus ab Esaia dictum intelligo, in meridianis tenebris fugient. i. in demone seruiet
2.Cor. 4. *bonum fugient, aut varijs & turbulentis erroribus distrahentur. qui quidem dæmon quamuis caligo sit, ta-*
ridiem tamẽ se esse fingit. Aut fortasse propheticum hoc dictum apostolico illi simile est, Quod sic tenebro-
tum est Euangelium nostrum, in ijs qui pereunt est opertũ. Vndecunq; enim veritatis lumen meridianum
irradiat tum à mundo, tum à Scripturis, tũ à nobis quoq; ipsis, verùm qui oculos aperire nolit, à nullo
Psal. 138. *rerum, quæ in natura sunt, Deum perspicere atq; intueri possunt. Ea enim sunt animi pernersitate, vt non*
dies illi pro caligine sit. At etiã Satanas & nox est, & lux tamen esse videtur ijs, qui voluptate ac delicijs
rupti sunt. Aut quippe Dauid. Et nox illuminatio mea in delicijs meis, hoc est tenebras illas quibus animus
meus, vitaq; voluptatibus diffluente circũfusus erat, tenebras esse nesciebam, verùm lucem esse arbitrabar.
Atq; hi sanè, qui luxu perditi sunt, hoc modo se habent: nos autem Oseas admonet, scientia lumen nobis ex-
Os. 10. *excitemus. Quonam autem modo id fiet, idem propheta his verbis subijcit, Seminate vobismetipsis ad iustitiam,*
vindemiate in fructum vitæ. Ita demum inquit Propheta, nobis scientiæ lumen comparabimus, si fructum
virtutis opera seramus, hoc est operemur, atq; actiones vitæ æternæ parentes decerpamus & colligamus.
doquidem actio speculationis est cõparatrix. Lumine itaq; scientia illustremur, vt lumen verum & solis
ementitio lumine discernere queamus, ac non in malum tanquam in bonum per errorem incidamus. Non
Philip. 2. *verò nobismetipsis tantùm scientiæ lumen excitemus, sed etiam, quod maius est, velut luminaria splendamus,*
quemadmodum ait Apostolus, & quod maximum est, diuinitatem arripiamus: quæ quidem primùm pro-
simum lumen est, atq; perceptibile, non quidem natura, sed gratia & diuina illuminatione. Ita Euangelium
Cap. 13. *hortatur. Arripe eam. ad splendorem proficiscere, atq; è regione lucis illius, antequam contenebrescas, ex-*
usquam pedes nostri ad montes tenebrosos impingant. Quo loco per pedes vitæ ratio & institutum accipi-
posumus: per montes autem dæmones propter arrogantiam & superbiam, vel etiam eorum lapsum, quod
tes quidem dicuntur, quòd per eos prudentes, & sanæmentis homines nequaq̃ incedant, & quia prauos &
pestiferi sunt: tenebrosi autem, vt obscuri atq; oculum fallentes. Quos vt fugiamus, inquit Apostolus, quasi
Rom. 13. *diu dies, id est vitæ & laboris tempus, vt in die honestè ambulemus, nihil turpe, nihil ab honestate dissen-*
lienum facientes, nec comessationibus & ebrietati, atque ex ijs ortum habentibus cubilibus & impudi-
citijs nos addicentes, quæ quidem furtiua noctis opera sunt, ac propter verecũdiam reiique obscenitatem
culte furtimque peraguntur, quemadmodum contrà diei opera propter honestatem palàm aperteq; pera-
ciuntur.

Sensus omnes purgandi.

Omnibus membris purificemur, omnes sensus purgemus, nihil in nobis sit imperfectum, nihil quod primam natiuitatem oleat, nihil denique luminis expers maneat. Illustrentur oculi, vt recta cernamus, nec meretricium vllum & obscœnũ simulachrum ex accurato & superuacaneo aspectu conflatum in nobis circunferamus. alioqui enim etiamsi libido à nobis adorata non fuerit, anima tamen ipsa sordes contraxerit. Si qua in nobis trabes, si qua festuca, eam euellamus, vt & aliorum vitia perspicere queamus. Illustrentur aures, illustretur lingua partim vt audiamus quid Dominus Deus locuturus sit, ac matutina misericordia à nobis exaudiatur, atq; auditui nostro infundatur exultatio illa, & lætitia quæ sanctis & diuinis auribus insonat, partim ne gladius acutus, nec nouacula acuta simus, ac sub lingua laborem & dolorem versemus, sed Dei sapientiam in mysterio, sapienttiã inquam illam absconditam loquamur, ignoscãtur guas verentes. Curetur olfactus, ne fœtere-
Adoratio libidinis. mur & effœminemur, suauisq; odoris loco puluere conspergamur, verùm vnguenti illud nostra causa exhaustum odoremur spirituali modo illud accipientes, atq; ea ita efformati, & commutati, vt ex odore quoq; suauis odor affletur. Tactus purgetur, gustus, fauces, ne mollia tanquam escis busq; læuibꝰ & politis oblectemur, sed verbum salutis nostræ causa incarnatum decet, attrectemus, ac Thomam hac in re imitemur: nec succis cupeditatis inquinemur, acriorum titillationũ fratribus fruamur, gustemus & cognoscamus, quoniam suauis est Dominus, qui præstantior cibus est, atque in sempiternum manens: nec denique acerbas illas & ingratas fauces, porrectos cibos in ventrem transmittentes, nec vinum retinentes paulum recreemus, sed diuinum verbo melle dulciori eas oblectemus.

Nunc

NICET. *Nunc de quinq; sensuum purgatione tractat, argumento à Scriptura petito. Ac primùm de*
visu omnium sensuum principe disserens, ait: illustrentur oculi, vt quod ait Salomon, rectà cernamus, ac nõ, Prou. 4.
quod vetat Dominus, curiosè, & concupiscentiæ libidinisq; causa intuentes, stupri simulachrum in nobis
constituamus. Alioqui etiam si libidini corporeo congressu non succumbamus (hoc enim adoratio significat)
tamen in animo sordes exceperimus, impressis videlicet in nobis peccati formis & simulachris. Quisquis e-
nim cupidos oculos in aliquam iniecerit, iam adulterium commisit in corde suo. Si magna quædam animi Matth. 5.
perturbatio in nobis quasi trabes fuerit, aut parua, vt festuca, hanc depellamus, vt aliorum quoque vitiosos
festucam ab oculo fratris tui. Illustrentur aures vt cum Dauide dicamus, Audiam, quid loquatur in me Do- Matth. 7.
minus. Et rursus, auditam fac mihi mane misericordiam tuam, hoc est misericordiam tuam, quæ ab ijs, qui Psa. 84. 142
in spiritualis lucis oriente sunt, conspicitur, accelera. Et alio loco, Auditui meo dabis gaudium & exultatio- Psal. 50.
nem, hoc est aures meas lætitia & iucunditate cumula, mysteria tua mihi insonãs. Illustretur lingua, ne ea
dem nobis infamiæ nota inuratur, quæ illis, vt de quibus ait Dauid, Filij hominum, dentes eorum arma &
sagittæ, & lingua eorum gladius acutus, hoc est sermones ipsorum, qui per dentes proferuntur, noxij ac per- 56.
niciosi sunt: & quemadmodum gladius ad cotem admotus & exactus hominem facilè de medio tollit: ita
etiam lingua eorum calumnijs & obtrectationibus exacuta facilè hominibus necem affert. Talis erat Dreg
ille Syrus, qui sacerdotem Abimelech apud Saulem detulit, quod Dauidem fugientem suscepisset, ac propo-
sitionis panes ipsi dedisset, atq; necis omnium sacerdotum auctor fuit. De quo & in Psalmis ita dictum est, Psalm. 51.
Velut nouacula acuta fecisti dolum, hoc est callidum & fraudulentum consilium animo concepisti, quo fa-
cilli negotio sacerdotum ciuitatem excidisti, velut quæ abrasisti. Nouacula enim comam facilè demetit. Hoc
autem Dauidis dictum in diabolum quoq; torqueri queat: quemadmodum enim nouacula apprimè exacuta
ita comam abscindit, vt quidam dicitur, nihil sentiat: sic etiam diabolus, qua est versutia & veteratoria calli-
tate, dolos ita machinatur, atque animæ gratiam, hoc est virtutem & scientiam detondet, vt ea sibi hac or-
namenta detrahi non sentiat. De quo & in hoc & in nono psalmo idem Prophera ait, Cuius maledictione
os plenum est & amaritudine & dolo, sub lingua eius labor & dolor. Dolos enim consuit, ac mala struit & 1.Cor. 2
moliturat que huic vni studio incumbit, vt nos insidijs circumuentos opprimat. Quocirca caueamus, ne
quid huiusmodi faciamus: verùm sicut ad Corinthios Paulus scribit, loquamur mystice & cautè ea, quæ im- Act. 2.
puris hominibus recta sunt & abscondita. Igneas linguas verentes, in quarum forma Sp. sanctus in Apostolos influxit. Ita autem eas verebimur, si vt ijs, quæ linguarum splendorem & puritatem designant, dignum
est, verba faciamus. Iam verò curata lingua olfactui quoq; medeamur, ne effœminemur (mulebris enim &
effeminati est animia romatibus vti, atq; crebra odorum suauitates appetitum corrumpere atq; emollire
consueuerunt) nec id nobis accidat, quod Esaias Iudæis minaci oratione denunciauit: Erit enim, inquit, pro iu-
cundo odore puluis. Ille verò vnguentorum profusionem Iudæis criminosè obijciens pro ea pulueremillum i- Cap. 3.
psi comminatus est, quem ij postea excitarunt, à quibus Hierusalem euersa est. Theologus autem per suauem odorem virtutum fragrantiam intelligit: per pulueremautem inquinamentum illud, quod anima per
sensilia vnguenta, quæ ipsius robur infringunt ac deijciunt, contrahere solet. Verùm odoremur Christum ad
breue tempus gloria sua exinanitum iuxta id quod in Canticis ad Christum dicitur, Vnguentum effusum no- Cant. 1.
men tuum. Vt enim vnguentum effusum suauius fragrat, atq; ea, quibus admouetur suauis odore perfundit: Philip. 2.
eodem quoque modo Dominus postea quam nostra salutis causa exinanitus est, cognitione sui velut suauissimo quodam odore vniuersum orbem terrarum impleuit. Atque hunc à nobis spiritualiter accipi necesse est,
hoc est vt beneficia ab eo in nos collata sentiamus & intelligamus, atq; ab eo adeò efformemur, atq; in alteram Genes. 1.
qualitatem migremus, vt ipsi quoq; suauis odor simus, ac de nobis idem quod de sacrificio Noe dicatur, Odo-
ratus est Dominus odorem suauitatis, hoc est libenter & incundè accepit. Tactus purgetur, vt non molles
& teneras quæque animi vigorem emolliunt, contrectemus: verùm intellectuali ac spirituali tactu Christũ
tractemus, hoc est ipsum mysterium, vt Deo dignũ est, perfruamur. Gustus pergetur, vt non succis & liquo- Ioan. 6.
ribus, ac iucundis & pinguibus obsonijs titillemur, & oblectemur, atq; ad plures eibos accipiendos incite-
mur. Qui quidem succi & liquores quatenus titillant, illecebrarum ac pruritum libidinis fratres sunt, qui
post quam peccatum ab ijs senatum atq; patratũ sentire & intelligere cœpimus, acerbi atq; amari sunt. Ete-
nim obsonia ad ingluuiem nos extimulant: ingluuies ait ad libidinem. Præsens porrò voluptas insuauẽ tan-
dem & acerbum finem nobis allatura est, ac titillatio illa, qua corpus nostrum voluptate afficitur, veneficium
& mortiferum vermem sempiternè in inferno excruciantem procreabit. Enim verò Dauidi pareamus dicẽ-
ti, Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. gustate panem vitæ, cibum inquam illum qui nõ (vt sen- Quis Domi
sibilis panis alimonia) perit, sed manet, vt ait Dominus. Gustat autem Domini suauitatẽ, hoc est periculũ i- ni suauit a
nocuisse (postea enim cibi omnes pari loco honoris sunt) nec cupiditate atq; appetitu flagrantẽ, ingratam tem gustet
ipsius facit, qui sine vlla dubitatione in ipsum sperat, eumq;, vt decet, inuocat. Nec esui solũ & vorationi le- Psal. 118.
uiter illa gulam vtpote beneficij immemorẽ refrigeremus & obsequiosè colamus, idq; ad breue tempus, quòd ea
quæ ipsi porriguntur, celerrimè trãsmittat, nec etiã si perpetuò infundãtur, vetimere queat. Quin potius ope-
ram

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram domus,vt spiritualis gustus nobis probè componatur,vt cum Dauide dicamus, *Quam dulcia faucibus*
Cap.24. *meis eloquia tua super mel ori meo. Ac Solomon quoq; ipse in Prouerbijs ait,Fili,mel comede,vt dulcesc.ant*
fauces tuæ,mel videlicet figurata locutione diuinam doctrinam nominans.

Purgandū est caput domiciliū sensuum. Præclarè item se res habitura est,si caput perpurgantes,vt pars ea quæ sensuum domicilium & officina est,purgari solet,Christi caput,ex quo corpus omne constituitur &conglutinatur,tenuerimus,ac peccatum supra nos sese efferens,atq; in præstantiorem nostri partem imperium sibi arrogans deiecerimus.

NIC. *Purgandum quoq;,inquit,caput est,in quo & sensus omnes siti sunt,& actionem habet,cerebro nimirū vim & facultatē ipsis suppeditante:vt Christo capiti nostro hærere queamus,at cum eo velut ipsius corpus,coniungi:contrà quā impostor ille,qui ab Apostolo Paulo proscinditur,vt temere intumescens,nec ea put,i. Christum tenens,ex quo totū corpus constituitur & coagmētatur,hoc est cōpingitur & pace fruitur.*
Nam si caput,hoc est principē animi nostri partem purgauerimus,quemadmodū ipsius natura fert,nempe
Psalm. 37. *per virtutē ac scientiam:minimè timendum erit,ne id nobis accidat,quod Dauid ingemiscens ait, iniquitates meæ supergressa sunt caput meum,mentem rationemq; prementes atq; onerantes. Verùm inquit aīā supra caput nostrum sese efferentem ac principatū tenentē humi sternemus,rationemq; ab ea comprimemus atq; afflictam in libertatem vindicabimus.*

Crux Christi ferenda. Psal.2. Præclarè etiam nobiscum agetur, si humeros sanctitate imbuerimus ac purgauerimus,vt Christi crucem tollere queant,non quibuslibet humeris facile tollendam. Præclarè insuper,si manus & pedes lustremus:illas quidem,vt quouis loco puræ attollantur,Christiq; disciplinam apprehendant,ne iracatur Dominus,ac per vitæ probitatē & morum elegantiam,sermonem diuinum in fidem accipiant, quemadmodum ille q datus est in manu cuiusdam prophetæ: hos autem, ne ad fundendum cruorem præcipites ruant,atque ad vitium cursu ferantur,verùm ad Euangelium,supernæque vocationis palmam prompti & expediti sint, Christumque abluentem atque purgantem susci piant.

NIC. *Per humeros vim eam & facultatem quæ in actione posita est,indicat: ab ijs enim manus vires suas accipiunt. Per crucem autem statum eum animi,quo,velut mortuus & extinctus ad vitiosos & turbulentos affectus nullo motu impellitur. Nam per virtutis cultum ac studium eò tandem peruenimus,vt animi nostri ab omnibus perturbationibus tranquilli sint & pacati. Humeris itaq; sanctitatem affert,quā cruorem eam,qua vitiosi animorum affectus extinguūtur, humeris tollit,Christumq; sequitur, Manus aut & pargat, qui à rapina & latrocinio ac diuerberatione eas integras seruat:vt quemadmodum ait Apostolus, in omni*
1.Timot.2. *loco puras eas attollat,sine ira & disceptationibus,atq; vt cum Dauide loquar, disciplinam apprehendat, Christi scilicet,siue Euangelicorum præceptorum,ac per vim eam,quæ in agendo versatur,quasi per manus*
quandam,sermonem hoc est contemplationem in fidem accipiat. Etenim ex honesta & laudabili vita sequitur
Agg.1. *dio contemplatio nobis comparatur,iuxta illud Scripturæ,Factus est sermo Domini in manu Aggæi. Eius*
Cap.1. *ta illud Malachiæ,Sermo Domini ad Israëlem in manu angeli sui. Iam verò pedum perfectio in eo consistit,*
Prou.5. *vt nobis cum ijs nihil sit commune,de quibus ait Solomon. Pedes eorum ad malum currunt, & velocitas*
ad effundendum sanguinem:verum cum illis societatē ineamus,qui ab Esaia his verbis collaudantur, Quam
Cap.52. *formosi sunt pedes Euangelizantium pacem & bona:quales cum aliorum Apostolorum tum Pauli pedes fuerant. Qui etiam ipse de se ait, Ad propositum persequor, atq; alios his verbis hortatur, Calceati pedes in*
Ephes.6. *paratione Euangelij pacū. Huiusmodi pedes,si quid etiam post Baptismum susceptum per humanæ vitæ sordū contraxerint,abluit Dominus,ac ne minimam quidem infimamq; partem despicit, sed eam quoque purgat. Parati autem pedes dicuntur ad Euangelium,hoc est ad cursum Euangelicū expediti,cum videlicet & ipsius præcepta exequuntur,& ea alijs tradunt.*

Quòd si qua etiam ventris illius purgandi ratio est,qui mentis cibos capit ac diffluentes cibos Deum effugit,præclarum quoq; fuerit videre,ne eum per luxum & diffluentes cibos Deum efficiamus:quin potius eum accuratissimè purgemus & extenuemus,vt verbum Domini
Venter spiritualis purgandus. penitissimè susciplat,peccantemq; Israelem honesto & laudabili dolore prosequatur.
Psalm. 50. Iam cordi quoque & intestinis honorem haberi comperio. Hoc mihi Dauid perfuadet, cor mundum in seipso creari postulans,& Spiritum rectū in visceribus innouari. Quibus verbis,vt opinor,intellectricem animæ facultatem,atque huius motus cogitationesq; significat.

NIC. *A sensibili ventre ad spiritualem,hoc est ad memoriā transitum facit:qua capax quidē est cogitationū(hæ enim rationis sunt alimēta)digestrix aūt ac distributrix,vtpote post adhibitū iudicii, ac rectæ*
Philip.3. *cōlectionē ad animæ alimoniam eas diffundens atque distribuens. Ab Apostolo aūt huius verba Domine, hoc est Deū efficere,vsum traduxit,qui de ijs,qui vitam in delicijs agunt,verba faciens ait, Quorū Deus venter est. Nā qui ventri plus æquo inseruiunt,deliciaq; ei subministrant,eum quodāmodo Deum faciunt. Sper-*

spiritualū ventris,hoc est memoria,luxus est auscultatio studiumq;,externa & prophanæ sapientiæ,iucundæ quidem illius & amœnæ,sed non perinde fructuosæ,ac lepōris & elegantiæ illius condimentum: qui etiā
diffluens atq; euanescens cibus est. Hoc quoq; ab Apostolo sumptum est. De cibis enim & ventre disputans
hæc verba subiunxit, Deus aūt & hunc & hos destruet,hoc est comprimet atq; abolebit. At verò memoriæ
venter per corruptarum & improbarum cogitationum quasi noxiorum quorundam humorum eiectionem
tenuior efficitur,atq; ita demum Domini verbum excipit,quemadmodum ait Dauid: Et legem tuam in me
Psalm. 39. *dio ventrū mei:quo loco per ventrem cor intelligit. Atq; etiam ita purgatum ventrem eorum vicem dolet qui*
in peccatum labuntur,atq; in Dei offensionem incurrunt. Quemadmodum & Hieremias propter Iudeos a-
Hiere.4. *nimo discruciatur,Ventrem,inquit,meum doleo. Quin etiam Dauidem pro corde ac visceribus Dei opem implorantem reperio,eorumq; rationem & curam habentem. Cor autem vim intelligentem appellat: viscera*
verò ipsius sensa & cogitationes.

Quid de lumbis,quid de renibus dicam?nam ne hoc quidem prætereundum est. Attingat hæc quoq; purgatio. Sint lumbi vestri sucinēti,ac per continētiam collecti atque restricti,quemadmodum Israēli olim ex Legis præscripto Pascha comedenti. Neque enim quisquam purè ac perfectè ex Aegypto excedit exterminatoremq; fugit,nisi eos disciplina frenauerit. Renes autem laudabilem immutationem sentiant,vim to-
Renes purgandi. tam cupiditatis ad Deum transferentes:vt dicere queamus,Domine coram te omne de
Quo modo draco sit vincendus. siderium meum. Et,Diem hominis non concupiui. Viros etenim spiritualium desidē
riorum nos esse cōuenit. Nam ita demum draconem illum,cuius virium maxima pars
in vmbilico & lumbis sita est,oppresserimus,extincta videlicet euersaque ea potentia,
quam circa has partes habet. Nec verò tibi mirandum accidat,quod minus honestis corporis partibus vberiorem honorem tribuo,eas ratione coercens & enecans,atq; aduersus carnis crassitiem stans in procinctu.

NIC. *Iudæi cùm Paschalis agni participes fiebant,corporis lumbos succinctos habebant:à nobis aūt requiritur,vt pars ea animæ,in qua libido existit,Spiritualiter per continentiam restringatur. Per lumbos*
enim ac renes concupiscentia significatur:quod in ijs partib. affluet. Sunt aūt lūbi in antica parte:renes vero in postica. Pulchra porrò & egregia rerū mutatio,est cōcupiscētia in bonū cōuersio,ac spiritualiū rerum
amor & cupiditas:ita vt cū Dauide dicere queamus,inflāmatū est cor meū,& renes mei cōmutati sunt. Et
Psal. 72.37 *tursus. Ante te omne desiderium meū,omni ex parte constrictū,nec ad aliud quicq; diffusum,verùm ad te vnū*
Hier.17. *intensum. Atq; item cum Hieremia,Hominis diem nō concupiui,hoc est humanā & corporeā felicitatem,*
Dan.9. *Nos enim spiritualium rerum cupiditate teneri conuenit,quo etiam modo & Danielem angelus nūcupauit*
his verbis,Daniel vir desideriorum intellige sermones quos ad te habiturus sum. Quemadmodū aūt homo
pacū dicitur,qui tranquillo & pacato est animo:ita vir desideriorū,qui desiderio inflammatur:futurarū e-
rerum cognoscendarum cupiditate Daniel flagrabat:ac proinde ea,quæ vsq; ad seculi finem euentura
erant,intellexit. Etenim si tota nostra cupiditas ad deū translata fuerit,à nobis vtiq; spiritualia ac pestifer
& sinuosus ille draco vincetur & opprimetur,de quo Deus Iob alloquēs ait, Ecce fortitudo illius in lumbis,
Iob.38. *& potentia illius in vmbilico ventris. Quibus verbis ostenditur,diabolum in his,quas diximus,hominis partibus plurimū virium habere,hoc est in concupiscibili parte,quam grauiori tyrānide premit,vt pote plus opis*
ipsi ad hostem bello lacessendum afferentē,propter voluptatis acrimoniam & vehementiā. Nec tibi mirum
videatur si quemadmodū inquit Apostolus,ijs quæ ignobiliora & contemptiora in corpore esse videntur,a-
1.Cor.12. *bundātiorem honorē tribuimus,ea nimirum tot tantiq; verbis prosequentes,atq; aduersus carnis materiam*
& crassitiē quæ per cupiditates suas Spiritui aduersatur,in procinctu stantes. Ignobiliores porrò & inhonestiores partes sunt lumbi & renes,vtpote quorum opera veneream congressus peragitur.

Omnia membra,quæ sunt super terram,Deo demus,omnia consecremus, non autē fibram solùm hepatis,non renes cum adipe,non partem quandā corporis,non hoc aut
Col.3. illud(Cur enim alia membra cōtemnamus?)verùm nos totos offeramus:simus holocaustū ratione prædita,hostiæ perfectæ:nec brachium solum,aut pectusculum sacerdoti in partem assignemus (nimis enim parū hoc fuerit)verùm nosipsos totos Deo in munus offeramus,vt nos totos recipiamus.quandoquidem is demum planè ac certissimè accipit,qui Deo se dedit,eiq; salutem suam velut sacrificium quoddam obtulit.

NICET. *Lex Mosaica summam hepatis partem & renes vnà cum adipe in quibusdam sacrificijs Deo consecrare iubebat,illud significans,iram,quæ per fibram designatur(huic enim vxa bilem concipiens adiunctum est)& libidinem,quæ per renes & adipem significatur potissimùm Deo consecrari debere. Rursus brachium ac pectusculum in nonnullis sacrificijs Moses sacerdotibus assignauit: illud obscurè indicans, faciendum nobis esse,vt & corda nostra per cōfessionem sacerdotibus offeramus(per pectusculum enim cor significatur,vtpote ipsius muniminū ac præsidium)& etiā actiones,quæ per brachiū designātur,atq; per sacerdotes ad Deū efferuntur. Atq; hac quidem Lex vetus præscribebat. nos aūt iuxta cohortationē Apostolicam oīa membra,quæ sunt super terrā,id est munere suo in terra funguntur,vel etiam veteris hoīs hoc est*

peccati

Universidad de Deusto
Biblioteca

*peccati membra mortificemus, ac nos totos Deo in sacrificium offeramus, iugulatis nimirum verbi diuini gla dio turpibus ac temerarijs & belluinis affectibus, atq; hostia perfecta efficiamur. Nã quod ex parte est, haud quaq; perfectum est. At qui seipsum totũ Deo addixit, eiq; salutem suam consecrauit, hic procul dubio seipsum totũ accepit. *Seipsum totũ accepit) sic enim lego vt in Regina codice, quia hac lectio magis quadrare videtur cum textu: in meo tamen exemplari non ἔλαβεν, sed ἔθυσεν, legitur. i. mactauit atq; immolauit.*

Præter hæc omnia, immò ante hæc omnia, bonum depositum custodi, cui viuo & munere meo fungor, & quod vtinã me ex hac vita discedentem comitetur, cum quo & omnes vitæ molestias perfero, & oblectamenta omnia contemno ac pro nihilo puto, fidem inquam & confessionem in Patrem & Filium & Sp. sanctum. Hanc tibi hodierno die cõmitto: cum hac lustricis vndis te immergam, cum hac te in altum extraham. Hanc tibi do totius vitæ comitem & tutricem, & antistitem, vnam diuinitatem & potentiam, in tribus cõiunctim & singulariter existentem, & tria diuisim complectentem, nec substantijs aut naturis disparem, & inæqualem, nec præcellentijs aut submissionibus augescentẽ vel decrescentem, vndiquaq; æqualem, vndiquaque eandem (non secus atq; vna & sibi constans est cœli pulchritudo & magnitudo) trium infinitorum infinitam naturæ identitatem, Deum vnumquemq; sine paratim considerẽtur, vt Patrem sic Filium, vt Filium sic & Sp. sanctum, seruata cuique proprietate, Deum rursus tria hæc, si simul cogitẽtur, illud propter substantiæ identitatẽ hoc propter vnum diuinitatis principatum. Vix vnum animo circumplecti, cùm statim trino lumine circumfulgeo. Vix tria distinguere incipio, cùm statim vnum statim sublimis feror. Si vnũ quodpiam horum trium per imaginem concepero, maior pars eius, quod animo concepi, cùm statim trino & triplici lumine circumfulgeo, propter naturæ identitatem. Vix tria, id est, proprietates aut personas distinguere incipio, cùm statim ad vnum id est diuinitatis ac principatus vnitatem reuertor. Vix vnum ex his tribus animo concepi, quantum per humanam infirmitatem comprehẽdere nequeo, vt personam quæ restat, maiorem accipiam. Maior enim pars effugit ac dilapsa est. Quæ autem comprehendi non potest, id nec dimẽsionem admittit. Quòd si rursus tria hæc simul contemplor, splendorem video propter naturæ coniunctionem & æqualitatem, quippe qui vnius eiusque perpetuus sit splendor. Quem quidem distinguere ac separare nequeam, nec mensura assequi quodnam horum plus splendoris habeat. Nam quæ comprehendi non potest, id nec mensura vlla definitur.*

NICET. *Ante omnia, inquit, Trinitatis fidem & confessionem vt magis necessariam tibi commendam atq; commendabo. Cum hac & te baptizabo per triplicem demersionem, & te totidem vicibus extractum in altum efferam. Postea à confessione ad diuinitatem transijt, in quam fidei confessio fit, non quidem in tribus personis coniunctim & singulariter reperitur (vna enim in Patre, Filio, & Sp. sancto diuinitas:) Et tres personas diuisim cõplectitur (in diuinitate enim sunt Pater & Filius & Sp. sanctus, non disparibus substantijs, aut si mauis, naturis inæqualis est. Nam, vt sanctis Patribus placet, essentia & natura, cùm de sancta Trinitate agitur, idem sunt. Nec Pater Filium, nec rursus Filius Spiritum superat; nec Spiritus ad Filium permutatim transit, vt pote qui genitus non sit: nec filius ad Patrem, vt quo ingenitus non sit, quemadmodum Pater. Verùm vndecunq; æqualis atq; eadem est diuinitas, haud secus atq; vna balanci cœli magnitudo, oĩ videlicet ex parte æqualis apparens. Vt enim hæc tria infinita atq; imperceptibilia sunt a & horum coniunctio naturæq; identitas. Deus vnaquaeq; persona si separatim consideretur, nunquã ita est res natura inseparabiles separante (Neq; enim cuiq; horum trium vlla diuinitatis nota desit: nec enim a Filio: vt Filius, ita a Spiritu. Adiectio autem huius particulæ Vt, æqualitatem infert seruat a singulis quibusq; hypostatica proprietate. Patri videlicet, quòd ingenitus sit: Filio, quòd genitus: ac deniq;, Sp. sancto, quòd ex Patre procedit. Ac Deus rursus tria hæc, si simul cogitentur propter motionis ac naturæ identitatem. Deus enim vnumquodq; horum, quia eandem substantiam habeat: rursus autem tria hæc vnus Deus, quia vnus est diuinitatis principatus. Vix vnum ex his tribus animo concepi, quantum per humanam infirmitatem comprehẽditur, cùm statim trino & triplici lumine circunfulgeo, propter naturæ identitatem. Vix tria, id est, proprietates aut personas distinguere incipio, cùm statim ad vnum id est diuinitatis ac principatus vnitatem reuertor. Vix vnum quodpiam horum trium per imaginem concepero, maior pars eius, quod animo conuersatum est, mihi elabitur, vt pote captu meo maius. Magnitudinem rei visamenti oculu percipere prehẽdere nequeo, vt personam quæ restat, maiorem accipiam. Maior enim pars effugit ac dilapsa est. Quæ autem comprehendi non potest, id nec dimẽsionem admittit. Quòd si rursus tria hæc simul contemplor, splendorem video propter naturæ coniunctionem & æqualitatem, quippe qui vnius eiusque perpetuus sit splendor. Quem quidem distinguere ac separare nequeam, nec mensura assequi quodnam horum plus splendoris habeat. Nam quæ comprehendi non potest, id nec mensura vlla definitur.*

Túne generationis verbum reformidas, ne quis affectus Deo omni affectu vacuo tribuatur? Ego contrà creationis nomen extimesco, ne per contumeliam & iniquam ac nefariam diuisionem mihi Deus pereat, si vel Filium à Patre, vel Spiritus essentiam à Filio distraxero. Nam, quod mirum & absurdum est, non modò creatura Deo inducitur apud eos, qui scitè atq; impiè diuinitatem expendunt: verùm ipsa quoq; creatura in seipsam incidit. Quemadmodum enim abiecti & humi prouoluti homines Filium à Patre seiungunt, atque inferiori loco ponunt,

ita Spiritum rursus à Filio separant, digni tateq; postponunt. Ita p nouã hanc theologiã & Deo & creaturæ contumelia infert. Nihil, ô viri, in Trinitate seruum est, nec creatũ, nec aduentitium, vt ex cuiusdam docti viri sermone accepi. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem, inquit diuinus Apostolus. Ad eundẽ quoque modum ipse dixerim, Si adhuc creaturam adorarem, aut in creaturæ nomen baptizarer, haudquaquam diuinitatem assequerer, nec primam procreationem in me lius immutarem. Qua iam oratione illos insectabor, qui Astarten adorant, aut Chamos execrandum Sidoniorum idolum, aut sideris formam paulo quidem maioris Dei apud idololatras illos, sed tamen facti atque creati: cùm ipse aut hos duos in quos baptizatus sum non adorem, aut conserua adorem? Seruorum enim vtiq; loco erunt, & si nobis aliquantum honore præstent: quandoquidem inter conseruos quoq; discrimen, & præcellentia reperitur.

NIC. *Tu inquit in Deo generationis verbum expauescis, ne affectum quendam inducere videaris: quasi ũ qui gignat fluxionem patiatur. Atqui te oportebat, si quidem de humano patre sermo haberetur, tum affectionis quoq; cogitationem assumere: cum autem Deum patrem audis, ad causam omnis perpessionis expertem cogitatione prouehi. Non enim quia mortalia animantia per affectum atq; perpessionem gignunt, idcirco de Deo idem existimandum est: verùm hinc potius ad veritatem duci debemus, vt sic ratiocinemur. Quoniam animantia corruptioni obnoxia ita gignũt, Deum, qui corruptione vacat, contrario modo gignere. At ego me tuo, ne Dei me iacturam faciam, si iuxta hæreticorum nugas & deliramenta creaturam ipsum pronuncianero. Etenim si creatus est, Deus non erit, ac deinceps mihi peribit. Nam mira hæc hæreticorum absurditas est, quòd nõ modò creatio ab ijs Deo attribuatur, diuinitatem scilicet male & sceleratè perderantibus: verùm etiam rursus ipsa creatio iuxta eorum opinionem diuidatur. Aiebant enim diuinitatem vt æquiuocam vocem, partim increatam esse vt Patet: partim creatam. Rursus diuinitatem creatam ita diuidebant, vt præstantiorem creaturam Filium, inferiorem autem creaturam Sp. sanctum asserent. Ex quo & Deus contumelia afficiebatur, vt pote in creaturarum ordinem redactus atq; depressus: & creatura ipsa, vt quæ eodem ordine cum Deo conseretur. Nam si seruo contumelia est pari ordinis gradu cum hero collocari: quanto tandem ea grauior censenda est, per quam creatura Deo creatori æquatur? Enimuerò Gregorium illum miraculorum editione clarum & celebrem audiui, cùm diceret in Trinitate nec creatum quicq; esse, nec seruum, nec aduentitium, vt pote prius nequaq; existens, deinde autem aduenies. Neq; igitur aut Filius vnq; Patri defuit, aut Filio Spiritus: verùm immutabilis semper atq; alterationis nescia est Trinitas.* Gal. 1.

Et quidẽ Apostolus ait, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem: ego aũt dixerim, Si Filium vt creaturam adorarem, aut in ipsum velut in creaturam Baptizarer, nunq; Deus futurus essem. Creatura enim diminutã tribuendæ vim non habet. Iam verò Regum tertio Solomon miseris modis exagitatur, quòd Chamos Moabitarum idolo & Astartæ excelsum altare construxerit. Atq; etiam Amos maledictis eos conscindit, qui astri figuram arte exprimebant, eamq; adorabant. Astarte porrò & Chamos Veneris statuæ erant, quas Sidonij olim & Moabitæ religiosè colebant, ac diuino honore afficiebãt. Sideru verò forma, erat ipsum sidus, nempe Lucifer, quem Venerem appellant. Quanq; igitur tria adorabant, atq; horum vnicuiq; nomen Dei imponebant: tamen quoniam sidus duobus alijs excellentius arbitrabantur, ac maiorem Deum, velut cœlestem, esse censebant, quámnam, inquit, causam defensionemq; ad eos asseram, cùm me vicissim eo nomine criminabuntur, quòd maiorem quoq; atq; inferiorem Deum affirmem, diminumq; bonorem creaturæ tribuam? Quid inquam, dicturus sum vel Filiũ ac Sp. sanctum vt minores deos non adorans, vel conseruos meos adorant? Conserui enim profectò erunt, si creaturæ sunt, quandoquidem hæretici Filium & Sp. sanctũ inferiores deos, & creaturas alijs creaturis præstantiores asserebant. Nam & in rebus creatis aliud quiddam alio excellentius reperitur. Cap. 11.

Cupio Patrem maiorẽ pronunciare, ex quo reliquę duæ æquales psonę habẽt, tum quæ æquales sint, tú quod sint (hoc enim ab omnibus mihi concedetur:) verùm principem illam causam vereor, ne minorum causam eã statuam, ac per huiusmodi prælationem contumelia afficiam. Neque enim Patri gloria est eorum, quæ ab eo causam habent, depressio. Ac præterea inexplebilem infinitamque peruicaciam tuam suspectam habeo, vereorque, ne si tibi hoc concessum fuerit, Patrem maiorẽ esse, naturam feces, atq; hac Maioris voce ad omnia abutaris. Non enim hæc dictio Maior ad naturam, sed ad causam referenda est. Neque enim quicquam eorum, quæ communem substantiam habent, substantia maius aut minus est. Cupio Filium vt Filium Spiritui anteferre: sed mihi hoc non permittit Baptismus, per Sp. sanctum me lustrans ac consecrans. Atenim vereris ne tibi Trideitas criminosè obijciatur? Habe tu tibi hoc bonum, hanc inquã trium Personarum vnitatem: certamẽ ad me transmitte. Sine me nauis extructorem esse, tu naue vtere. Quod si alius nauis est extructor, dom⁹ architectum me accipe: tu hanc securo aio habita, etsi nihil laboris exantla

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti. Non minus prosperè nauigabis, ant domum habitabis, quàm ego, qui hæc fabricatus sum, quamuis in ijs nihil elaboraueris. En quo animi candore tecum ago: En spiritus benignitatem: Meum sit bellum, tua sit palma. Ego telis seriar, tu tranquillus & pacatus sede, propugnatorem tuum precibus iuuans, manum per fidem porrige. Tres lapides habeo, quibus alienigenam fundam ac conficiam. Tres aduersus Satephthanæ filium inhalationes habeo quibus homines morte sublatos ad vitam reuocem. Tres aduersus ligna proluuiones habeo, quibus victimam consecrabo, aqua quod penè fidem excedit, ignem excitans atque ignominiosos prophetas mysterij viribus prosternam.

NIC. *Cupio quidem Patrem Filio & Sp. sancto maiorẽ dicere, quantùm ad paternam causam. Ex Patre enim habent Filius & Spũs. tum quòd æquales ipsi sunt, tum quod simpliciter sunt. Hoc enim nemo negauerit, quin videlicet ex eo sint, filius quidem generationis modo, spiritus aũt processionis. Cæterùm meum non est, ne principem causam hoc est Patrem, minorum causam & authoricem constituam. Nam qui maiorem facit, minorum ratione maior prædicatur. Quòd si ea, quæ ex ipso consubstantialiter & citra creationem existunt, imminuero, Patri quoq; ipsi contumeliam intulero. Neq; enim Patri, ex quo & Filius & Sp. sanctus sunt, depressio eorum, quæ ex eo sunt, in gloriam cedit. Qui enim non honorificat Filium, non honorificat Patrem, inquit Christus. Præterea tuam inexplebilem pernicaciam, ô hæretice, suspectam habeo, ne forte eum Patrem maiorem audieru. idq; arripueris, secundum naturam quoq; maiorem esse intelligas, atq; itaque & eandem Patris & Filij naturam discindas, altamq; Patris esse dicas, aliam Filij: minimum ex eo quòd tu maiorem audis, omnibus quoq; rebus maiorem Filio esse contendens, non solum quantùm ad causam secundum quam maior esse dicitur, sed etiam quantùm ad potentiæ prærogatiuam, dignitatisq; præstantiam, ac ponderis & grauitatis præstantiam. Atqui qualitas in Deum minimè cadit, ac proinde quantùm ad dignitatis amplitudinem, Pater Filio maior non est. Porrò Christum (qui ait, Ego & Pater vnum sumus, quantùm ad potentiam scilicet) deo potentia inferiorem affirmare, valde ridiculum & puerile est. Quippe thronus Dei, quemadmodum credimus, dignitatis nomen est: profectò sedes ad dexteram Patris Domini designata, dignitatis æqualitatẽ significat. Quinetiam Dominus in Patris gloria venturum se pollicetur. Relinquitur itaq; vt secundũ causationẽ hoc loco maior dicatur. Quoniam enim Filius à Patre causam habet, hac ratione Pater maior est, vt pote causa. Nullo aũt modo essentia vnius essentia alterius maior aut minor dicitur. Neq; enim eorũ, quæ essentia eadẽ sunt, quicq̃ maius aut minus est. Quare nulla alia ratione principiu causa Pater maior est. Ne ipse quidem Filium Spiritui anteferre queo. Et enim cum Dispensandi mulgandi Euangelij causa legatos mitteret dominus, imperauit illis, vt in nomen Patris ac Filij & Sp. sancti baptizarent. Porrò ad Baptismum haudquaq̃ simul assumptus esset Sp. nisi eiusdem essentiæ fuisset. Deum atq; honoris esset. At metuis ne quidam te vt tertionem Deorũ asserentẽ exagitent, ac probris vellicent, si vnumquodq; horum triũ Deum confitearis? vnitatem in personarũ trinitate retine (tria enim sunt, illud quantũ ad personas, hoc quantũ ad diuinitatẽ:) me aũt sine pro huiusmodi dogmatum causa vrijs conflictari. Tu enim discipulus es, ego aũt magister & sacrorum antistes. Enimuero Gregorium prosperè nauigabis, aut domum habitabis, quàm ego, hoc est rectam fidei doctrinam æquè complectitur ac domũ tropicè atq; exempli & perspicuitatis causa diuinitatis doctrinam intelligit, atq; enim orthodoxæ fidei professio maius & minus non admittit. Meum esto periculũ: res aũt à me vsque ad finem sit. Habeo tres lapides, hoc est doctrinã de sancta Trinitate, quibus diuersæ fidei professores fundam ac conficiam quemadmodum Dauid alienigenam illum Goliath corporeo lapide oppressit, sicut lib. 1. Reg. scriptum habetur. Atq; Helias quidem vt Reg. 3. commemoratur, cùm in Sarephthanæ filium ter inhalasset, totidem vitam reuocauit, Ego verò tres inhalationes habeo, hoc est eas insufflationes, quas in Baptismo fundam, trium diuinitatis personarum doctrinam à Deo inspiratam, quibus puerilem ac vacordem hæreticorum audaciam sputationem in vitam restituam, qui viuifici spiritus gratia velut animæ orbati, quantum ad dei doctrinam attinet, mortui, atq; extincti sunt. Rursus idem propheta aquam in ligni faculam excitauit, vt hinc nobis perspicuum fiat, vbi aqua mystica est, illic Spiritum quoq; esse, quam qui viuificat, sopitumq̃ calorem excusitat, atq; impios quidem aduerit, pios autem hominum praditos illuminat. Eodẽ ipse quoq; modo tres pluuiones atq; infusiones habeo, hoc est tres Baptismi infusiones, in quibus sanctæ Trinitatis numine inuocatur, quibus eũ qui Deo per Baptismũ offerunt, sanctificat, Baptismi, aquâ spiritus ignem accẽdens, qui craßam huiusmodi sacrificij malitiã & peccati sarmenta, humidã & diffluentem socordiã animiq̃; languorẽ infractionemq̃; consumit. Atq; hæresis discutiens profligatq; & deijciã, mystica vi Baptismi vtens. Illud aũt obseruandum, quòd de sancta Trinitate disputans triplici exẽplio vsus est, quorũ rursus vnumquodq; tria cõplectitur. primum lapidum, alterũ inhalationum, tertium infusionum: ad exprimendam & velut ob oculos ponendam eam, q̃ in tribus personis est, æqualitatem.*

Ioan. 5.

Ioan. 10.

Matth. 25.

Matth. 28.

1. Reg. 17. Cap. 17.

3. Reg. 18.

Quid longiori oratione opus est? doctrinæ etenim hoc tempus est, non altercationis & contentiosæ disputionis. Te-

expoſcit, veni, ac transcribere. Ego horũ inſcitus atq; ineptus ſum ſcriptor, ſcribensve quæ mihi inſcripta ſunt, & docens quæ didici, atq; à prima ætate ad hanc canitiem ſeruaui. Meum ſit periculum, meũ quoq; præmium, qui animæ tuę ſum diſpẽſator, ac Baptiſmo te initiandũ conſeceran dumq; ſuſcipio. Sin autem ita te habes, ac prælaris literis notatus atq; inuſtus es, q̃ ſcripta ſunt ſerua, in varijs temporibus ne quaquam variè de re minimè varia ſentiens. Dilatum in meliorem partem imitare malè ſcribentem rectè cõſcriptus. Dicijs, qui te à ſententia deducere ſtudent, quod ſcripſi, ſcripſi. Turpe enim profectò atque pudendum eſſet, ſi, cùm malum ſtabile, & firmum maneat, bonum contrà facilè in deterius flecteretur: cùm nos ita comparatæ eſſe vitæ ratione oporteat, vt à vitio quidem ad virtutem facili motu impellamur: à virtute autem ad vitium nullo modo incitemur. Si cum hac ſententia & doctrina ad Baptiſmũ accedis, ecce labia mea non prohibebo, ecce manus meas ſpiritui ac commodo, Saluté acceleremus, ad Baptiſmum exurgamus: exilit mihi ſpirirus, præſtò eſt initiator, in promptu eſt Baptiſmus. Sin verò adhuc claudicas, nec plenã perfectamq̃ diuinitatem amplecteris quę re, qui te tingat, vel potiùs extingat. Mihi enim non vacat diuinitatem ſecare, atque in regenerationis tẽpore tibi mortẽ inter re: vt ſic nec Baptiſmum habeas, nec gratię ſpem, breui nimirum tempore ſalute naufragio amiſſa. Si cui enim ex his tribus diuinitatem detraxeris, totum euerteris, tibiq̃ ipſi Baptiſmum labefactaris.

(ὁπωσοῦν βαπτισθῇ ὁ τοιοῦτος.)

NIC. *D. Paulus ad Timoth. ſcribens, dicebat, Teſtificor coram Deo, & Domino Ieſu Chriſto, & electis angelis, vt hæc cuſtodias. Quo loco teſtificandi verbum idem ſignificat, quod præcipere ac denunciare. Ego aũt dico, Teſtificor, hoc eſt ſpondeo, ac pro certo affirmo, quòd cum hac ſola fide Baptizaberis, quæ eſt in æqualem ſubſtantiaq̃; eandem Trinitatem. cum alia enim fide nemo baptizatur, ſed demergitur atq; aquis obruitur. Quòd ſi in cordis tui libro fidei doctrina alio modo impreſſa eſt, q̃ doceo, veni, atq; mi te recitato dogmata transſcribam, quæ ipſe quoq; inſcripta habeo, ac didici & cuſtodiui. Meum ſit periculum, ſi male ſcribam: meum præmium, ſi rectè. Sin autem ita te habes, vt meam ratio ac doctrina poſcit, ac præclaris pietatis & fidei notis atq; doctrina inſculptus es, ne ad tempora fidem tuam accommodes, atq; ad eos penes quos imperiũ ac rerum ſumma eſt, te inflectas. Quin potiùs immutabilis fidei theſaurũ fixum atq; immobilem in animo habe: vna enim fides eſt, non aliàs alia, vt pro tempore commutetur. Pilatum imitare quantùm ad conſtantiam ſententiæq̃; firmitatem, atq; idem quod ille his, qui te à ſententia abducere moliuntur, dicito, Quod ſcripſi, ſcripſi, hoc eſt quod amplexus ſum, amplexus ſum. Cæterũ ille his verbis vſus eſt, cùm titulũ nefarie ſcripſiſſet. Neq; enim vt vera, ſed vt criminoſa hæc verba inſcripſit, Hic eſt Rex Iudæorum, tametſi verum erat, quod ſcribebat. At tu eadem verba proloquere, rectè ac præclarè ſignatus. Hoc enim eſt, quod Theologus ait, in meliorem partem imitari. Si ad hunc modum baptizari vis, vt ego didici ac doceo, en cum Dauide dico: Non prohibebo à Baptiſmi initiatione & ſacramento labia mea. verũ manus quoq; meas Spiritui accommodo miniſtrasq̃; præbeo, atq; anima mea exilit, ac veluti ſaltu fertur, te Baptiſmi dono perficere geſtiens. Ita demum aũt te perficiam, ac numeris omnibus abſoluã, ſi te in Trinitatem baptizauero. Etenim in Patrẽ ſolum baptizari Iudaicum eſt: in Filium quoq;, nondum perfectum at etiam in Sp. ſanctum, tu demum abſolutus eſt Baptiſmus. Sin verò adhuc claudicas, velut malis literis inuſtus, nec quicq̃ à præſenti oratione ſanæ mens, alium quære, qui te baptizet, vel mergat potiùs, atq; in aquis ſuffocet. Nec enim mihi vacat per maqua litatem perſonarum diuerſitatemq̃ naturarũ vnam diuinitatem ac naturam diſcindere, teq̃; ipſo regenerationis tempore obtruncare, non ſecus ac fœtus inter ipſos partus dolores morte oppreſſos, atq; in ipſo vitæ ortu intereuntes: vt ſic nec Baptiſmum habeas, nec à Baptiſmo prodeuntem cœleſtis regni ſpem. Illud enim perfectum habe, quòd ſi quam trium perſonarum imminueris, atq; à diuinitate deturbaris ac depreſſeris, totum quoq;, quantum in te ſitum erit, deieceris, ignominiaq̃ affeceris, ac ipſum perfectione ſpoliaueris. Par enim eſt detrimentum, vel Baptiſmi expertem è vita diſcedere, vel vnum quoddam eorum, quæ tradita ac accepimus, à reliquis ſummouere, atq; inferius aſſerere. Quocirca nobis firmiter atq; inuiolabiliter tenenda eſt ea traditio, quâ in viuifica Baptiſmi gratia accepimus. Nam qui aliquid adijcit aut detrahit, is procul dubio ſempiternæ vitæ iacturam facit.*

2. Tim. 4.

Ioan. 19.

At nondum vlla in animo tuo vel melior vel deterior litera impreſſa eſt, verùm hodierno die inſcribendus es, atque à nobis ad perfectionem informandus? Nubem ingrediamur, cedo mihi pectoris tui tabulas, Moſes tibi ero (etſi hoc inſolentiùs à me dictum videri queat) Dei digito nouam Decalogum inſcribam, compendiofam ſalutis doctrinam inſculpam, quòd ſi qua bellua hęretica, & à ratiõe auerſa ſit, in ſuperiori loco maneat: aut periculum erit, ne veritatis doctrina tanquã lapidibus obruatur. Baptizabo te docẽs in nomẽ Patris & Filij & Sp. ſancti. nomen porrò vnum tribus cõmune, diuinitas. Intelliges tum ex ipſa rerum ſpecie ac ceremonij, tum ex verbis te omnẽ impietatem ablegare & cum tota diuinitate cõiungi. Crede mun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum vniuersum tam eum qui oculis cernitur, quàm eum qui oculorum obtutum fugit, à Deo ex nihilo creatum esse & Creatoris prouidentia gubernari, foreq; aliquando vt in præstantiorem statum immutetur. Crede nullam mali essentiam esse, nec principatum aut principij expertem, aut à seipso subsistentem, aut à Deo creatum: sed nos pestiferumq; spiritum fabros eius & architectos esse: ipsum enim ex incuria ac socordia ad nos irrepsisse, non autem à Creatore originem habere. Crede Dei Filium Verbum illud omnibus sæculis antiquius, atq; extra temporis spatium & incorporeo modo à Patre genitum, hunc, in quam, Dei Filium extremis diebus hominis quoque filium tua ex causa factum esse, arcano & inexplicabili modo, ac citra vllas sordes ex Virgine Maria progressũ (nihil enim sordidum, vbi Deus est, & cuius beneficio & opera salus paratur) totum hominem eundem & Deum pro toto homine labefactato ac miserè affecto, vt tota peccati condemnatione sententiaq; rescissa tibi toti salutem afferat, impassibilem diuinitate, passibilem humanitate, tàtùm hominem propter te effectum, quantùm tu propter illum Deus efficeris: hunc luendorum scelerum nostrorum causa ad mortem ductum, in crucem sublatum, atq; humo conditum fuisse (hactenus scilicet, vt mortem gustaret) tertio demum die ad vitam redijsse, atq; in cœlos ascendisse, vt humi iacentem secum ducat, ac denique gloriosum & illustrem rediturum, vt de viuis ac mortuis iudicium ferat, non tàm illum quidem carnem, nec corpore vacantem, sed augustius diuiniusq; corpus habentem, qualeq; ipse solus nouit, vt his, à quibus confixus est, videatur, & Deus omnis crassitiei expers maneat. Crede porrò terea resurrectionem, iudicium, mercedem ad iustam Dei lancem exigendam. Haec porrò ijs, qui animo & mente purgati fuerint, lucem esse, hoc est, Deum, ideoq; pro eo atq; purus extiterit, spectandum & cognoscendumq; præbentem, id quod regnum quoq; cœlorum appellatur: ijs autem trà qui animi cæcitate afficiuntur, opprobras esse, hoc est, abalienationem atq; auersionem à Deo, pro hebetudinis ac crassitiæ modo, qua quisq; in hac vita obcæcatus fuerit. Decimo ac postremo loco super hoc dogmatum fundamento bona opera construe: quandoquidem fides sine operibus mortua est, quemadmodum & opera, fide absit. Habes quæ de mysterio liceat proportare atq; ad vulgi aures efferre: Cætera intus Trinitate iuuante addiscas, q̃ etiã ipsã apud teipsum occulta custodies habebis, Baptismo obsignata atq; tecta.

NICET. *Quòd si nondum vlla forma in anima tua inscripta est Moses tibi ero, quantum ad etiam vt ea quæ à Spiritu dictata sint, promulgem. Atq; nouam Decalogum inscribam digito Dei, hoc est, Sp. sancto, per quem huiusmodi res cordibus inscribuntur. Digitus porrò in Euangelio Sp. sanctus dicitur, non quia exigua quædam vis ac potentia sit, cum Deo perstet, quemadmodum corporis digitus: sed quia digiti instar sint. Ita vitus dona simul iuncta, velut corpus quoddam Spiritus sancti sint, ac singulæ gratiæ digiti quidam. Ego hîc Decalogum animaduertas velim. Primùm in sanctum atq; indiuiduam Trinitatem te baptizandum: deinde ius nomen commune diuinitatis est. Cognosces porrò & ex ipso habitu ac rerum specie & ex veste ipsa, hoc est, tanæ renuncias & Christo coniungeris. Non enim oratione duntaxat, sed etiam habitu ipso, hoc est, pompis nudatus, corporeq; ad occasum inuersus, ac manus erectas habens Satanam abiurabis, renuntiabis, tum tete conuertens, manusq; depressas habens Deum confiteberis, teque ad eius partes adiunges, eum adorabis. Hæc autem in actione sita sunt. Secundò, crede, quòd, quemadmodum in* patrem vnus est Deus, qui omnia creauit atq; perfecit, & ex nihilo in rerum naturam produxit, eosq; vnus* nat ac moderatur. Item quòd iuxta Apostolum, hæc ipsa creatura resurrectionis tempore à corruptionis uitute liberabitur, ac spiritualis mundus præstantior futurus est. nimirum tam expleta ea clade, quam desideratur, vel etiam quatenus tunc angeli à conditione ad vitium ægrè flexili ad eum statum transferentur, vt nullo iam modo ad malum incitari queant: vel etiam, quia tunc plenioremabsolutioremq; assequentur. Tertiò illud tibi cauendum est, ne propriam vllam mali substantiam animo concipias. Nam enim vitium quasi animal quoddam subsistit: verùm priuatio boni malũ est. Nec verò ingenitum quicquam garriunt, bona illi sempiternaq; naturæ vitium honore exæquantes. (Si quidem vtrumq; horum principium pers atque ingenitum est:) nec rursus genitum. Etenim cùm omnia ex Deo sint, quo modo malum esse queat? Verùm quemadmodũ Deus corpus quidem creauit, non autem morbum: sic etiam animum uit, non autem peccatum. verùm anima ab eo, quod secundum naturam erat, transuersa aũ à virtute est. Quod autem erat illud bonum, quo primùm erat ornata? nimirum quòd Deo indulsit affixa mente que charitati ei coniuncta: à qua posteaquam excidit, variis & multiplicibus morbis labefactata est. autem ob causam omnino mali capax creata est? propter arbitrij libertatem, quæ natura rationi ximè conueniebat. Ergo, vt iam à nobis dictum est, malum non vitia atq; animata essentia est, verùm fectio animæ virtuti contraria, quæ propter recessum ac prolapsionem à bono socordibus & torpidis*

nibus innascitur. Quocirca non est quòd extrinsecus malum circunspicias, aut primauam quandam improbitatis naturam imagineris: verùm vnumquenque nostrum sibi vitij auctorem atq; architectum esse intelligas. Eorum enim quæ sunt, alia à natura nobis eueniunt, vt senectus & infirmitas: alia temere accidũt, velut fortuiti atq; improuisi casus, vt siquis puteum fodiens thesaurum reperiat: alia denique in nostro arbitrio posita sunt, vt iram ac cupiditatem libidinemq; comprimere, vel ijsdem cedere. Quarum igitur rerum arbitrium penes te est, harum causas extrinsecus ne conquiras: verùm hoc pro certo habeas, id quòd propriè malum est, à libera & voluntaria à bono auersione originem ducere. Quartò crede Filium Dei propter te filium quoq; hominis extremis diebus, vt ait Apostolus, factum esse. Nam ij dies qui medium tempus excipiunt, extremi dicuntur, quemadmodum primi qui medium antecedunt. Atq; etiam alio modo extremos dies eos vocat, qui in temporis illius, quod legali cultui constitutum erat, fine extiterunt: de quo idem quoq; Apostolus ait, Postea quam venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex mulere. Ineffabili modo, quia sine viri semine, & supra naturæ captũ. Citra vllas sordes: quia incorruptè & pure. Vbi enim est Deus, illic nihil sordidum & impurum est. Atque est totus Deus cum carne sua, & totus homo cum diuinitate. Porrò cum eundem totum Deum & totum hominem esse ait, vnam atque indiuisibilem esse ipsius hypostasim ostendit. Ac totus quidem Deus perfectus est, non tamen in totum Deus (Neq; enim solùm Deus est, sed etiam homo:) & totus homo perfectus, non tamen in totum homo: nec enim solùm homo, sed etiam Deus est. Hæc enim vox Totum naturam declarat: Totus autem hypostasim indicat non secus atq; hæc dictio. Aliud naturam ostendit, Alius autem hypostasim. Quinetiam totus totum hominem assumpsit, hoc est, corpus & animam mente atq; intelligentia & ratione præditam: ac totus toti vnitus est, vt toti homini salutem afferret. Alioqui pars ea hominis, quæ ab eo assumpta non fuisset, incurabilis maneret. Hoc autem à Theologo propter Apollinarium dictum est, qui humanitatem Christi mentis expertem esse nugabatur. Quonam autem modo Deus perfectus & homo perfectus, & consubstantialis Patri ac nobis Christus dici constituique posset, si aliquatantùm diuinæ naturæ pars alicui humanæ naturæ parti vnita esset, ac non tota diuinitatis essentia cum tota natura humana coniuncta atq; vnita? Et quoniam Christus secundum hæc tria homo factus est, hoc est secundum mentem, animam, & corpus: secundum eadem tu quoq; Deus efficeris: tametsi illa naturâ, tu autem gratiâ & adoptione. Neq; enim ille ex parte humanitatem assumpsit: nec tu ex parte Deus efficeris: idq; ex assumptione liquidò patet. Deo enim toto homini toti vnito, ille quidem plenè perfecteque homo factus est, hic autem perfectè diuinitatem est consecutus. Quemadmodum igitur Dominus corpus induens homo factus est: sic nos homines à Christo dij efficimur, per ipsius carnem assumpti. Et quemadmodũ naturam nostram à morte excitatam esse, & in cœlum ascendisse, atq; ad Patris dexteram sedere dicimus, non quòd singulatim omnes ad vitam redierint, atq; ad Patris dextram sedeant, sed quia omnis nostra natura in Christi hypostasi reuixerit, atq; ad Patris dextram sedeat (ait quippe Apostolus. Coresuscitauit nos, & consedere fecit eum Christo:) eodem modo & in Christo diuinitatem accepisse dicimur, natura scilicet nostra ex eo, quòd à Christo assumpta est, diuinitatem consecuta. Tantùm igitur Dominus homo factus est, quantùm pars assumpta Deus. Quintò crede eum iuxta Esaiæ vaticinium pro iniquitatibus populi ad mortem ductum fuisse, & reuixisse, ac demum in cœlum receptum esse, vt omnes ad seipsum, quemadmodum se facturum recepit, trahat. Sextò expecta, & firma fide tene eum venturum esse, & (vt Apostolorum Petri & Pauli verbis vtar, iudicaturum viuos & mortuos, hoc est, tam eos qui adhuc vitæ luce fruentur, q̃ eos, qui iam vita functi fuerint: vel tam iustos, quàm peccatores: vel tam animas, quàm corpora: venturum autẽ nõ iam carnem, quia naturalibus carnis affectibus obnoxius amplius non erit, velut fami, siti, fatigationi, cæteruq; eius generis infirmitatibus. Non incorporeum tamen, quia naturales corporis proprietates nequaquam abiecerit, velut triplicem dimensionem, formam, & quantitatem, & cætera huiusmodi. Vt & ab his, à quibus confixus est, videatur, velut non incorporeus, iuxta Zachariam dicentem, Respicient ad me, in quẽ pupugerunt, Et iuxta id quod ait Ioannes in Apocalypsi, Ecce egredietur cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui ipsum pupugerunt: Erit itaque corpus illud augustius, ac diuinius, vt & videri queat, & interim à crassitie alienum maneat, vt pote non iam caro, sed inter carnem, & id quod corpore vacat, medium quendam rationem habens. Septimò mortuorum resurrectionem expecta. Octauò iudicium: hoc autem est proprium interne conscientiæ pondus aut leuitas, ac legis libra, vitaq; nostræ ad eam exactio. Nonem est retributionem, qua, iusta mensura atque vniuscuiusque hominis operibus respondente, merces sua cuique constituetur. Hæc porrò retributio ijs, qui animo & mente purgati fuerint, lux futura est, id est, Dei contemplatio, quam cœlorum quoque regnum nominamus: ijs autem, qui mentem vitijs occæcatam habuerint caligo, hoc est, alienatio & auersio à Deo. Erit autem contemplatio hæc atque auersio ad modum proportionemq; vel puritatis nostræ vel obscuritatis. Decimò super hoc dogmatum fundamento bona opera construe. Nam, vt est apud Domini fratrem Iacobum, quemadmodum corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Atq; hæc sunt, quæ de fidei nostræ mysterio in vulgus efferri fas est. Ea aũt, quæ reconditiora magisq; mystica sunt, intra Ecclesiam post Baptismum addisces: quæ & ipsa apud ꝓfanos hominis tecta & occulta habebis, atq; inuiolata custodies, non aliter atq; ea, quæ impressa sigillo seruantur.

Rom. 1.
Gal. 4.
Ephes. 2.
Esai. 53.
Ioan. 12.
Rom. 4.
1. Petr. 4.
Zach. 12.
Apoc. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* *Quantæ olim authoritatis fuerit hic liber, patet ex Athanas. qui in Epist. quam scribit ad Autumnum cum sapientia Solomonis & sapientia Sirach & Esther & Iudith ac Tobiæ eum aggregat. Rufinus etiam in suo symbolo quod extat inter Hieronymi opera Tomo 4. quamuis non canonicam, Ecclesiasticum tamen authoritatem huic libro tribuit.*

Cæterùm illud ex me intelligas velim. Ceremoniæ Baptismi. statio hæc, qua confestim à Baptismo ante magnum sacrarium stabis, futuræ vitæ gloriam præsignat. Psalmorum cantillatio, cum qua accipieris, illius hymnodiæ præludium est, Lampades, quas, accendes, illius luminum gestationis figuram gerunt, cum qua splendidæ & virgines animæ splendidis fidei lampadibus Christo sponso obuiam prodibimus, nec per ignauiam socordiamque dormientes, ne inscientibus nobis, is, cuius aduentus expectatur, inopinato adsit, nec alimento & oleo bonisq; operibus carentes, ne à nuptiali cubiculo excludamur. Prospicio enim animo tristem & miseram calamitatem. Aderit ille, cùm clamor exortus, vt ei obuiam procedatur, exiget, atque omnes quidem prudentes animæ cum splendido lumine, atque vberiore eius alimento obuiam ei prodibunt: cæteræ autem in magna perturbatione erunt, oleum ab ijs, quibus suppetit, intempestiuè quærentes. Ille porrò festinanter ingredietur, simulque cum eo prudentes animæ, Reliquæ verò, quæ tempus illud, quo ingrediendum erit, in lampadum adornatione consumpserunt, ab ingressu arcebuntur multumque & grauiter ingemiscent, damnum negligentia sua desidiaque contractum serò intelligentes: cùm iam ipsis, quam libet obnixè precantibus atque obsecrantibus nequaquam vltrà ad nuptiale cubiculum aditus patebit, quem sibi ipsis miserè ac scelerate præclusere, alio quodam modo illos inuitante, qui nuptijs quas egregius ille pater egregio sponso celebrat, interesse recusant, vel propter vxorem recèns ductam, vel propter agrum proximè emptum, vel propter par boum, quæ malè acquisierunt, per exiguarum leuiumq; rerum studium maioribus bonis sese mulctantes. Nec enim illic cuiquam superbo & arroganti homini locus est, nec segni & inerti nec sordida nuptijsque indigna vestienti tecto etiamsi in hac vita splendore illoti gnum se censuerit, furtimque se alijs immiscuerit, inani spe animum lactans. Quid postea? Cùm eò ingressi fuerimus, tum nouus sponsus, quam doctrinam nobis ex eo, & quo modo cum animabus ijs, quæ ingredientem comitatæ fuerint, versabitur. Cum ijs porrò, vt quidem opinor, versabitur, excellentiora & puriora mysteria docturus, quorum vtinam ipsi quoque participes essemus, tam qui hæc docemus, quàm qui discitis, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

NICETAS. *Quòd post Baptismum ante sacrarium collocaris futuræ vitæ gloriam, propinquitatemque ad Deum indicat. Psalmodia autem lætum ac festiuum illius sæculi sonum. Lampades verò earum luminum gestationem, cum qua iuxta Euangelicam parabolam, Christo sponso occurremus, vbi gregis*

Matth. 25. *virgines claras fidei lampades habentes, ac copiosum bonorum operum oleum. Neque enim thalamus ille nuptialis aditus aut superbo homini & contemptori, aut inerti & negligenti patebit, aut demergenti se, qua non, qua nuptias decet, elegantia, verùm segniter & sordidè vestitus fuerit: quamlibet quis, ingressus thalamum,*

Matth. 22. *nuptiali veste minimè vestiti, seipsum fallat, ac spe animiq; cogitatione in hac vita seipsum erigat, splendideq; vestitu admisceat. Posteaquam autem diuinum thalamum ingressi fuerimus, tum sublimiora ac perfectiora mysteria nobis sponsus aperiet. Hoc enim est illa plenis hominibus spe concepta & expectata societas atque connictus, quo vtinam digni habeamur, tam nos, qui hæc docemus, quàm vos, qui discitis.*
AMEN.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO

in Pascha, & in tarditatem.

ARGVMENTVM

CVm inuitus sacerdos creatus fuisset Gregorius, vt patre iam ad senectutem peruecto, Nazianzeni gregis curam susciperet, atq; id quod patri deerat suppleret, eāq; rem permoleste ferens in Pontum profugerat, illicq; conquiescebat. Ac non multò pòst ipso paschatis die Nazianzum reuersus est, ciuiumq; hortatu in medium Ecclesiæ prodiens, hanc orationem pronunciauit. Deinde verò magnū Apologeticum per ocium conscripsit. Demonstratiua porrò est hæc oratio, duplex habens argumentum, Paschatis nempe festi solennitatem & tarditatem in suscipienda Ecclesiæ Nazianzenæ præfectura. Nam & festum diem laudibus prosequatur, & tarditatis suæ rationem reddit: tametsi hæc defensionis pars paucis absoluatur. Pascha autem non, vt quibusdam visum est, salutiferæ passionis nomē est: verū dictio hæc transitum significat: quemadmodū idem author 2. oratione de Paschate interpretatur.

REsurrectionis dies, lætumque principium: ob hanc proinde festi celebritatem splendescamus, ac nos mutuò complectamur. Dicamus, fratres, his etiam qui nos oderunt, nedum his, qui propter charitatem & beneuolentiam aliquid fecerunt, vel passi sunt. Concedamus omnia resurrectioni: veniā alij alijs demus, tum ego qui recta vi & laudanda (iam enim id adijcio) coactus sum, tum vos, qui rectè & cum laude vim attulistis, si quid est, quòd mihi tarditatis causa succenseatis. quanquam hęc fortasse apud Deum melior est atq; præstantior, quàm nonnullorum aliorum celeritas

NICET. *Quoniam, inquit, Resurrectionis dies est, quo ad vos accessi, viri Nazianzeni (ad illos enim hāc orationem habet vir diuinus & verè Theologus) hunc ipsum diem, vt bonum signum atq; omen accipio, quòd ipse quoq; ab ignauia & infirmitate resurgam, ac mihi sermonem meorum auspicium, plebiq; docendæ ac moderandæ principium faustum & felix erit. Age igitur ob splendidam hanc, diuinamq; festiuitatem splendescamus, virtutum videlicet amictu & ornamēto illustrati. Sciendū porrò, aliud ἑορτὴ esse, & aliud πανήγυρις. ἑορτὴ enim est velut sancti cuiusdam memoria: ducit q; hoc nomen etymologiam ἀπὸ τοῦ ἑορτάζειν, i. gratiari ad res honestas & laudabiles. πανήγυρις autem, est Pascha & Ascensio aliaq; mystica festa. πανήγυρις verò dicitur ἀπὸ τοῦ πάντας γυρίζειν, i. loqui. Nos mutuò complectamur, dilectionem & fraternitatem atq; arctissimam concordiam hoc signo exprimentes. Nam verbum περιλαμβάνω, quasi coalescere, & complexu hærere significat. Dicamus, fratres, etiam his qui nos oderunt, Hoc ab Esaia sumptum est, cuius hæc verba sunt. Dicite his qui vos oderunt & execrantur, Fratres nostri estis. Sensus autem est huiusmodi: His etiam qui nos odio insectantur, dicamus, O fratres, i. eos fratrum nomine appellemus. Hoc enim argumentum est animi erga eos benè affecti. Nam hostibus quoq; dicendum est, O fratres, & non his tantum, qui propter charitatem aliquid fecerunt aut passi sunt: quemadmodum Nazianzenū contigerat, qui propter charitatē aliquid fecerant & passi fuerant. fecerant enim, quatenus Theologum hortati fuerant, vel potius compulerant, vt sacerdotiū susciperet, ipsosq; pasceret. Passi aūt fuerant, quatenus id ab eo nequaq; impetrauerant. Rursus ipse & vim passus erat, & rursus intulerat, quòd morem ipsis gerere detrectasset. Remittamus ob Resurrectionem omnes culpas, quas vtrinq; obijcere possumus. Veniam alij alijs demus, vobis quidem ego, qui à vobis rectam & laudabilem vim perpessus sum. Iam enim hoc adycio, nimirum quòd vis hæc nobis allata bona & laudanda sit: quoniam ante à haudquaq; mihi bona videbatur, verùm saua & incommoda. Bonam autem eandem nunc dico, vtpote à bono animi affectu natam. Vos autem vicissim mihi ignoscite, si quid mea vos tarditas offenderit, & quia non statim, vt vocatus sum, accurri. Quarq; si non apud vos, certè apud Deum præstantior est circumspecta hæc tarditas aliorum inconsulta celeritate.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bonum enim est,& Dei imperium aliquantisper detrectare,vt Moses ille olim,ac postea Hieremias,& rursus ad vocantem prompte atq; impigrè accurere,quemadmodum Aaron & Esaias: modò vtrunq; pio animo fiat,alterum ob propriam infirmitatem,alterum ob vocantis potentiam.

NICET. *Vtrunq; se rectè ac laudabiliter feciße confirmat,tum quòd prius seceßerit,sacerdotij magnitudinem reformidans,tum quòd postea reuersus sit,ne in crimen inobedientiæ incurreret. Atq; exemplum morũ & alacritatis à veteris Testamenti historia desumit. Bonum enim est,inquit, & ad aliquando tempus recedere,ac præfecturam fugere,etiamsi Deus ipse id iubeat,& rursus accurrere. Neq; hac mihi ipse fingo verùm & Mosem,& Hieremiam,cùm à Deo mitterentur,hanc prouinciam à se reiecisse comperio. Moses enim cùm ei à Deo imperatum esset,vt Pharaonem Aegyptiregem adiret,eiq; denunciaret,vt ipsius populum,hoc est,Iudæos emitteret,id facere recusabat,tarditatem linguæ vocuq; gracilitatem excusans,dicens,Obsecro Domine elige alium viribus valentem,quem mittas. Hieremias autem cùm ad prouincias & gentibus prophetiam mitteretur,cunctabatur ipse quoq; his verbis vtens,Qui es Domine,ecce nescio loqui, quia adolescentior ego sum. Vides quemadmodum hi Dei iußa detrectarint,atq; id muneris repudiarint, & le tarditatem linguæ veritus,hic adolescentiam. At verò Aaron & Esaias cùm à Deo vocarentur promptis animis accurrerunt. Nam cùm Aaroni à Deo dictum fuisset,Proficiscere obuiam Moſi in desertum,confestim ad iter se accinxit,atq; ipsi occurrit nihil secum disceptans,simulq; in Aegyptum profectus est: ita vt,postea diuinũ oraculum,Moses quidem graciliter & tenui voce ad Aaronem loqueretur: Aaron aũt Mosi vocem Pharaonem populumq; magna & clara voce transmitteret. Eodẽ modo Esaias cùm eius quem in throno celso & elato conspicatus fuerat,dicentem audiuißet. Quem mittam,& quis proficiscetur ad populum hunc? nempe Iudæorum? dixit, Ecce ego,mitte me. Verùm quid fuit causæ,quare Moses tergiuersaretur, Esaias verò promptè accurreret? Nimirum quia Moses negotium cuius causa mittebatur,exploratum habebat: ac propterea id muneris suscipere grauabatur,partim Pharaonis duritiem oculis sibi proponens, partim etiam populi tumaciam,moresq; vix tractabiles. Periculum enim fecerat Iudæorum ingratitudinis: quippe qui beneficio quoq; affectis ipsum fugæ Aegyptum relinquere coegißent. Esaias autem cùm remissio ipsi peccato nullo uißet. Quis proficiscetur ad populum hunc? atq; existimaret eam ob causam nunciũ quæri,vt pœnas sustinerent illi,ad quos mitteretur,præanimi lætitia seipsum offert,vt illis quoq; peccata remittentur. Ecce ego,inquit,mitte me. Quare non sine ratione & ille mandatã sibi prouinciam deprecabatur, & hic ambiebat. Verùm ne quis à Theologo quæreat,quare,cùm accurrere ad Deum & secedere inter se pugnent,vtrunq; bonum esse diceret,ipse obiectioni occurrens solutionem infert. Si enim,inquit, hac ratione,quamuis recedere & accurrere inter se dissideant,ob diuersam tamen causam vtrunq; laudis nomen habebit.*

Exod.4. Hierem.1. Exod.5. Esa.6.

Mysterium vnxit me: mysterio paulisper cessi,atq; in hoc duntaxat,vt me ipsum introspicerem & explorarem: cum mysterio etiam simul introeo,præclarum timiditatis & imbecillitatis q; meæ adiutorem diem hunc mihi ascisens,vt qui hodierno die à mortuis surrexit,me quoq; spiritu innouet,nouoq; hominẽ induat,nouæq; creaturæ,hoc est,eos qui secundum Deum nascuntur, fictorem bonum & magistrum donet,cum Christo alacri animo,& morientem & resurgentem.

NIC. *Sæpenumerò mysterij nomen festo tribuere solet: quoniam ob mysticas quædam festa nuncupationes designatanos festa celebramus. Ac nunc igitur propter arcanam festi causam,atq; in vulgus ignotam eam designationem festum ipsum mysterij nomine appellat,aitq;. In die festo sacerdos factus sum,fortasse Natalia Christi, & festum ipsum mysterij nomine appellat,aitq;. In festo die seceßi, Luminum fortaße,& infesto die redij, Paschatis scilicet. Ac seceßionis quidem causam exposuit,quòd & fuga & reuersio ipsius arbitrij essent: vnctionis autem non item,quoniam ea sacerdotum vnxerant. Vngebantur enim olim sacerdotes & pontifices legali vnctione: postea verò spiritualis quidem est manuum impositio,sanctiq; Spiritus inuocatio. At quanam causa fuit seceßionis? vt,inquit, meipsum inspicerem, ac viderem num sacerdotio dignus essem. Quæ autem ratio, cur ad Paschatis diem reuerteret? vt,inquit,diem hunc præclarum auditorem atq; auxiliarium habeam,cuius ope tum infirmitatem administrandi sacerdotij impotentia liberer,tum ea timiditate qua obsidebar,huius dignitatis magnitudinem,reiq; pondus & grauitatem extimescens. Verebar enim,vt infirmus, populi regendi prouinciam*

bire. quæ etiam ad vitandam arrogantiæ suspitionem dicit. Ob hanc enim causam,inquit, ad diem Resurrectionis Christi reuersus sum,vt qui hodiè à mortuis surrexit,me quoq; ita afficiat, vt spiritualiter iuuenescam,atq; etiam spiritualiter floreſcam. Vel etiam Spiritu innouet,id est,ex meticuloso & infirmo in fortẽ & præsidentem Spiritus opera commutet: ita vt audacter & constanter ouili præsim. Nouoq; homine induens. i. sacerdotio (nam vnctio quoq; peccata delet,quemadmodum nonnullis Patribus visum est) Nouaque creatura. i. his qui per Baptismum renouantur,qui quidem non ex sanguinibus,sed ex Deo nascuntur. Fictorem bonum & magistrum donet,fictorem quidem vt per Baptismũ quodammodo singentẽ: magistrum aũt,vt fidem ipsis enarrantem. Vel fictorem quidem morum, magistrum autem doctrinæ Christianæ. Cum Christo morientem,per affectuum animi mortificationem. Et resurgentem,per redintegratas virtutes. Nam qui peccato mortuus est,virtute cõtraria proculdubio viuit. Atq; hæc à Paulo mutuatus est. Sic enim quodã Epist. ad Ephe. loco scribit. Edocti iestis deponere veterem hominem,qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ,& induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est. Quod perinde est,ac si diceret: Discite, Ephesij, veterem hominem,i. flagitiosam vitam,non secus ac vestẽ quandam exuere. Renouamini autem spirituali regeneratione,per spiritum,qui in mẽte vestra habitat. Quæ quidem verba commutans Theologus dixit,Me quoq; innouet Spiritu. Et rursus: Edocti estis virtutem exemplar cuiusdam vestis induere. Hanc enim nouum hominem vocat: qui secundum Deum creatur, hoc est, vt gratum est Deo.

Ioan.1. Ephes.4.

Heri agnus mactabatur,& postes vngebantur,luxitq; primogenita Aegyptus,ac nos exterminator præterijt,ac signaculum formidabile & venerandum. precioso q; sanguine protecti sumus.

NICET. *Postq̃ pro seipso causam dixit Theologus,commodè iam ad festi quoque mysteria progreditur,eaq; allegoricè tractat,atque,Heri spiritualis agnus,Christus videlicet per diuinum panem mactatus est,atq; vncti sunt postes nostri,actio nimirum & contemplatio ac primi animi motus & sensus,qui quidẽ diuino sanguine perunctisunt. Atq; Aegyptus quidem,id est,peccatum,quod nos persequebatur,primogenita sua perennitia luctu prosecuta est,id est,ipsas etiam primas materias & occasiones. Nam cùm lex vetus peccatorum fines puniat,nos principia quoq; ipsorum,vt quæ actionibus causam præbeant,radicitus euellere atque extirpare iubemur. Vel etiã per primogenita perfectiora & grauiora peccata intelligi possunt,vel simpliciter priora delicta: quæ quidem Christo pro nobis immolato sunt extincta. Nos autem præcrure exterminator diabolus,qui primos bonos animæ nostræ partus velut primogenita quædã opprimere contendit. Et signaculũ,quod precioſi sanguinis perfusione constat,dæmoni quidẽ exterminanti,propter vim suã & potentiam formidabile est: venerabile autem propter dignitatem & excellentiam, vtpote regium. Ac sacro sanguine non solùm vncti & signati sumus,sed etiam quasi muro quodã vndiq; sepri. Et enim vis illius ad omnem nostram essentiam permeat,ita vt vtranq; hominis partem simul circumuniat. Porrò hæc de agno historia continetur Exod. 12. quam fusiùs in secunda orat. de Paschate persequitur Theologus.*

ALITER. Heri agnus mactabatur.) Agnus Christus Deus noster,qui mundi peccata sustulit. Etenim,vt ait Paulus,Pascha nostrum immolatus est Christus. Postes autem noster author in eiusdem festi oratione moraliter interpretatus est actionem & sermonem siue contemplationem,quibus precioso ipsius sanguine obsignati exterminatorem Satanam effugimus. 1.Cor.5.

PSELLVS. *Et postes vngebantur. Actio scilicet & contemplatio,quæ mentis sint apparitrices. Atque eam ob causam luxit Aegyptus primogenita. Primigenũ enim cogitationibus meis Deo immolatis,vt pereas nullus aduersario pateat aditus,vniuersum nequitiæ & peruersitatis caliginosum agmen ingemuit.*

Hodie Aegyptum omninò fugimus,& Pharaonem amarulentum illum dominum, & acerbos præfectos: ac luto & lateritio opere liberati sumus: nec quisquam est, qui nõ Domino Deo nostro exitus festum celebrare prohibeat. & quidem celebrare, non in fermento veteri malitiæ & nequitiæ,sed in azymis sinceritatis & veritatis,nihil Aegyptiaci atque impij fermenti nobiscum ferentes.

NIC. *Heri,inquit,illa contigerunt,quæ diximus. Hodie autem. i. Dominico die,quo Christus reuixit,ac transitum ab interitu ad immortalitatem,& à rebus iniuriæ obnoxijs ad ea quæ ab omni iniuria tuta sunt,nobis innouauit, Aegyptum omninò fugimus non modò peccati periculũ auersati,sed ipsam etiam ad peccatum habitudinem ex animò & sincerè detestati. Hac autem mente præditus amarulentus dominus videbitur spiritualis Pharao diabolus,graues item & acerbi præfecti,hoc est,dæmones ipsius aditus tores,graue etiam lutum & lateritium opus,id est,peccatum,quod quidem lutum dicitur,cum voluptatibus flagitiosè indulgemus: lateritium autẽ opus,cùm aliquãtulum nosipsos colligimus. Tum verò nobis transitus ille à peccato ad iustitiam cum solennitate celebrandus erit,atq; hymnos egressioni & transitui congruentes cantabimus, non iam à quoquam prohibiti quò minùs festum celebremus,quemadmodum nec Israelitæ post maris Rubri transitum,nec putri fœtidoq; peccati fermento vtẽtes,verùm in septenaria hac*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vita, quasi in septem Paschalibus diebus fermenti expertem puramq; virtutem ac theologiam consectari. Sinceritas enim est vitæ puritas. Veritas autem doctrinæ fideiq; integritas & rectitudo. In summa itaque per sinceritatem & veritatem actiuam & theologicam sapientiam designauit. Porrò quemadmodum Israelitæ ex Aegypto excedentes nullam secum Aegyptiacam mixtionem ac conspersionem præter farinam solam deferebant: sic nobis etiam cùm à peccato recedimus, quidendum est, ne quas priscæ malitiæ reliquias secum ferre uemus. verùm vt infermentatam virtutem habeamus non conspersam ac permixtam cum veteri atq; amara animi habitudine, quasi fermento quodam, quo vescebamur, cùm in peccato tanq; in Aegypto commoraremur. Quid autem sit Aegyptiacum fermentum, Theologus ipse interpretatur, impia nempe doctrina, aut tenebrosa & sordida actio.

ALITER. Hodie, id est, post Resurrectionem omninò fugimus peccatum, & amarum dominum diabolum & dæmones vitia nobis suggerentes: & carnalibus voluptatibus liberati sumus: nec quisquam nobis impedimento est, quò minùs nostræ à vitijs egressioni festum celebremus, & quidem celebremus non cum antea actæ vitæ sordibus, verùm in azymis, id est, puræ & sanctæ, nullam peccati, fœdaq; voluptatis speciem admittentes. Vel etiam aliter dicere possumus Theologum per vetus fermentum, impietatem & sordidam actionem accepisse.

PSELLVS. Hodie fugimus Aegyptum & Pharaonem.) Nam cùm crassa corporis moles, quasi Pharaonem quispiam, principatum animæ accepit, prauæq; cogitationes velut quidam operum præfecti vigent, homineq; interiorem cogunt munitiones haudquaquam diuinas ædificare, per quas mens in cœlum euehitur, huiusmodi extructiones quæ munitæ videntur, luto sunt persimiles, coctis lateribus confectæ, qui quidem omnis parte perfluunt, atq; infirmis cogitationibus quasi paleis perexiguis compositæ.

Heri cum Christo in crucem agebar, sufrigebar: hodie simul glorificor. Heri cõsepeliebar: hodie simul viuificor. Heri consepeliebar, hodie simul resurgo:

NICET. Per hoc aduerbium Heri potest & totum Quadragesimæ tempus significari. Heri igitur inquit, cum Christo in crucem suffigebar, à terrenis rebus mentem subuehens, atq; ab actu peccati abstinens, & commoriebar & consepeliebar, nimirum quò ad ipsos etiam affectus & peccati cogitationem mortuus effectus immobilis manens. Hodie Dei operatione glorificor, viuificor, resurgo. Antithesis autem figurâ tertiæ Theologus. Crucis enim ignominiæ opponitur gloria, mortificationi vitæ, sepulturæ resurrectio. Ac vide, quo ordine hæc verba dispositæ sint. Præcedit enim crucifixio. i. ea vis, qua nosipsos frenamus, ne peccatum in actum exeat. Sequitur mortificatio, hoc est, vitiosorum animi motuum compressio. Huic proxima est sepultura, id est, ipsius quoq; circa animi turbulentos motus actionis extinctio. Postremum locum tenet resurrectio. Nã cùm ab operibus malis abstinuerimus, ac deinde eò progressi fuerimus, vt ne in animo quidem eis pugnemus, sed omnes vitiosos motus exciderimus, & velut inhumauerimus: tum demum sola in nobis velut mortuos excitat oratio elucet.

At verò pro nobis passio, atque ad vitam reuocatio muneris loco afferamus: aurum, fortassè me dicere putatis, aut argentum, aut texturas, aut perspicuas eximiasque gemmas, fluxam fragilemque terræ materiam, humique manentem, cuiusque sempiternæ maiorem partem improbi possident, & serui rerum terrenarum ac mundi principis. Immò verò nosmetipsos offeramus, possessionem Deo preciosissimam, maximeque conuenientem.

NICET. Transit iam ad deliberatiui generis speciem Theologus, atq; hortatur, vt Christo nostra offeramus. æquum est enim: quoniã ipse quoq; nostra causa passus est, vt nobis passionum immunitatem conciliaret. ac pro nobis resurrexit, primitiæ videlicet resurrectionis factus, vt formam resurrectionis firmam infixam habeamus. Nam cùm caput resurrexerit, vniuersum etiã corpus resurgere necesse est. Nisi afferri iubet non aurum & argentum gemmasq; pretiosas, parua enim terrenaq; hæc sunt, nimirum quæ à terra oriuntur, atq; in terra remaneant, nec dominos suos comitentur. quæ etiam homo sceleratissimus possidet, ac pro uerit, & in quæ maiori animi studio & contentione incumbunt improbi, atq; ij quos mundi princeps seruitutem redegit. Sic autem vocatur diabolus, non quòd mundi & rerum terrenarum imperium habeat (Absit) sed quòd eos, qui sceleratè viuunt in potestate habeat. Peccatum aũt plerisq; Scriptura hoc nomine appellatur iuxta illud quod discipulis Christus dicebat. Vos non estis de mundo, sicut ego non sum de mundo. i. non estis ex eorum numero, qui vitijs flagitijsq; delectantur, quemadmodum nec ego. Tremendum igitur munus Theologus reijcit, vt quod soli diuites offerre queant. Nihil autem magnum atq; honorificum est apud Deum, quod non pauper quoq; donare possit. Inducit autem alterum oblationis genus, quod omnibus commune est diuitibus iuxtà ac pauperibus, dicens: Nosmetipsos offeramus, qui quidem Deo possessio maximus longè preciosissima maximeq; propria: preciosissima quidem, quoniam ipsius manibus effecti sumus, ac propter nos omnia, quæ oculis cernuntur facta sunt. Maximè autem propria ob inspirationem diuinæ imaginis similitudinem & rationem. Nam cùm res omnes à Deo creatæ ipsius bonitatis quantum ad singulas earum naturas attinet, participes sint, verius etiam animantia, quibus, & quatenus sunt, & quatenus vitam habent, communicatur diuina bonitas, in hoc eximia est hominis conditio, quòd præter ea quæ iam dicta sunt, ratione quoq; præditus sit. Affinis enim quodammodo maximeq; propinquus est Deo: tametsi ille incõparabili magnitudine nos superet.

Ioan. 17.

Imaginii imaginis decus reddamus dignitatem nostram intelligamus, exemplar nostrum honoremus, mysterij vim intelligamus, & pro cuius salute Christus morte functus est. Simus vt Christus, quoniam Christus quoq; sicut nos efficiamur dij propter ipsum, quoniam ipse quoq; propter nos homo factus est.

NIC. Reddamus, inquit, imagini Dei, i. animæ, imaginis decus, diuinas nempe formas, quas peccatum obscurauit. Aptè autem dixit, Reddamus, quippe quod debeatur. Illud enim reddere quis dicitur, quod debet. Nos igitur, qui imaginis dignitatem accepimus, eandem haud dubiè à Deo reposcemur. Ac sancto quidem Cyrillo vnum idemq; significare videntur, secundum imaginem & secundum similitudinem: verùm reliqui patres in hac sunt sententia vt per imaginem intelligendi vim arbitriumq; libertatem & principatum designari putent, per similitudinem autem virtutum perfectionem, quantum quidem hominis naturæ datur assequi. Hæc enim veluti notæ quædam sunt diuinæ naturæ, tranquillitas nullis curis ac distractionibus interrupta, integritas, bonitas, sapientia, iustitia, puritas ab omni labe peccati. Reddamus itaq; animæ nostræ quod ipsi proprium est. Habet autem hoc proprium, quod ad creatoris imaginem facta est. Atq; etiam dignitatem nostram intelligamus, id est, magnitudinem veteremq; nobilitatẽ. Eam aũt cognouerimus, si eam talem receperimus, qualem primùm accepimus. Nam nunc alij ex alijs factis nosmet haudquaquam agnoscimus, perinde sanè, ac si quis in alium hominem translatus affirmet se sibiipsi ignotum esse, propter eiusmodi immutationem. Intelligamus igitur, quales à Deo creati sumus, atq; exemplar nostrum honoremus, nimirum imaginem à vitiorum sordibus immunem seruando. Porrò hic honor in accuratissimã imitatione consistit, cùm exemplum exemplaris sui similitudinem retulerit. Vim etiã mysterij cognoscamus, i. festi causam & scopum. Nostra enim causa totum incarnationis dominicæ mysterium contigit, atq; immortalis ille mortem pro nobis quantùm ad carnem degustauit. Simus vt Christus, quoniam Christus quoq; sicut nos vetrus Apostolorum princeps ait, Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum. Saluator enim mortalibus exemplum factus est, ipsis sese informans, ac mundi huius cogitationes, citra turbulentos tamen animi motus suscipiens. Efficiamur vt Christus, qui seipsum ita humiliauit, atq; ad infirmitatẽ nostram demisit, vt tamen quod erat, permaneret, nempe purus, & turpium affectuum expers. Peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Atq; ille quidem cùm Deus esset, homo factus est. Proinde nos quoq; deos fieri oportet. Caterùm ille, pter nos homo, nos aũt, pter nosmetipsos dij: atq; ille pro summa gloria summã ignominiã suscipiens, nos aũt pro extrema ignominia summum honorẽ. Hoc præterea interest, quòd ille naturâ homo factus est, nos aũt adoptione dij. Hoc enim consilio id quod sumus, factus est, vt nos id quod ipse est efficiamur, cõpensata nimirũ ipsius inanitione, quemadmodum ipse nouit, cùm eorum, qui per gratiam salutẽ consequuntur, deificatione, ita vt toti deiformes, & toti Dei capaces, toti deniq; ipsius vnius simus. Hoc enim est perfectio illa ad quam properant, qui hanc pollicitationẽ certa fide expectant.

1 Pet. 2.

1 Pet. 2.

Assumpsit quod deterius erat, vt det, quod præstantius est: pauper factus est, vt nos illius paupertate diteſcamus: serui formam accepit, vt nos libertatem recipiamus. Deſcendit, vt euehamur: tentatus est, vt vincamus: contemptus est, vt nos gloria afficiat: mortuus est, vt seruet: ascendit, vt ad seipsum trahat humi prouolutos in peccati lapsu.

NIC. Perspicua sunt hæc verba, nec vlla interpretatione opus habent. Accipit enim Christus, quod deterius est humanitatem scilicet, vt det, quod præstantius est, nempe diuinitatem: & cùm dites esset, quantũ ad diuinitatem, pauper quantùm ad carnem factus est, vt nos diuinitatis opes consequamur. Serui præterea formã gessit aũt, vt nos ex diaboli affectuumq; seruitute in libertatem aſseramur. Non dixit libertatem accipiamus, sed recipiamus: vt indicet nos à principio quidem libertatem habuiſse, verùm eam amisiſse. Quare nobis ea recipienda est, quam habentes perdidimus. Deſcendit ad nos altissimus ille, vt nos abiecti & humiles in sublime feramur, supra terrenarum rerum affectionem euecti, atq; ad cœlestia tanquam pennis sublati. Tentatus est, ac triplici tentationum telo in deserto petitus est Christus à diabolo, gulæ nempe, ambitionis & auaritiæ: atq; in hoc triplici certamine tentatorem superauit, nobis videlicet victoriã acquirens. Quinetiam contemptus est ille gloriæ dominus, vt nos infames ornet atque illustret. Mortuus est, vt per eius mortem salutẽ aſsequamur. Deſcendit atq; ascendit, vt nos ipsum sequamur, atq; vt humi iacentes in peccati lapsu ad seipsum trahat, quemadmodũ se facturum recipit: dicens, Cùm exaltatus fuero, omnia trahã ad meipsum.

Ioan. 12.

Omnia quiuis donet, omnia ei offerat, qui seipsum dedit precium redemptionis pro nobis, ac culpæ nostræ succidaneum. Nihil autem daturus est tantum, quantum si seipsum obtulerit huius mysterij rationem probè intelligentem, ac propter illum omnia factus fuerit, quæcunq; ipse propter nos factus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

NIC. *Enumerauit ea, quæ Christus pro nobis passus est, beneficiaque in nos collata, vt probet nos ex gratuita munificentia in eum liberales esse, sed ex debito. Et quidem superiùs videbatur rerum crassarum & terrenarum oblationem prorsus reijcere, cùm dicebat, Aurum fortasse putatis me dicere, aut argentum: immò nosipsos Deo offeramus. Nunc autem ostendit se non omninò huiusmodi munera improbare, sed quod maius est anteferre, nempe vt nosipsos offeramus. Ait igitur, Omnia det quispiam, & aurum & gemmas & vestes, det autem ex debito: quandoquidem priores beneficentiæ partes Christus occupans mortem pro nobis excepit, ac seipsum pro nobis in sacrificium Patri obtulit. Nam illi peccaueramus, ac proinde ipsi nostræ redemptionis precium persoluendum erat, vt nos condemnatione solueremur. Absit enim vt tyranno alicui Domini sanguis oblatus fuerit. Precium autem redemptionis pro nobis Christus est, & culpæ succedaneum, vtpote qui naturam nostram salutis nostræ causa susceperit, perinde ac si quis pro reo aut captiuo seipsum substituat, ad ea perpetienda, quæ illum pati necesse erat. Quanquam autem, inquit, bona sit omnia aliorum quam quispiam bene de se merito Christo fecerit, nihil tamen tam eximium daturus est, quàm si seipsum tulerit huius mysterij rationem intelligentem, id est, cogitantem quæ Resurrectionis causa sit, quidque mortalibus afferre, eamque cognitionem actionibus declarauerit. Ac propter illum omnia facimus, quæcunque ipse propter nos factus est, id est, sine reprehensione incedens per omnes Christi ætates & partias, spiritualiter purificatus, corde circuncisus, in templo docens, nundinatores ejiciens, lapidatus, aliaque omnia partim faciens, partim patiens, quæ ipse nostra causa vel fecit, vel passus est, nobis exemplum reliquens.*

Ac vobis quidem, vt cernitis, pastor hic bonus, qui animam suam pro vobis ponit, pastorem offert, (hoc enim sperat, & in votis habet, & à vobis qui subestis, postulat) supplicemque pro simplici dat vobis seipsum, senectutisque subsidium spiritus subsidium facit.

NIC. *Auditores ad fructus Deo offerendos excitans Theologus, hoc faciendum esse probat tum à pretio nostræ Christi, cùm dixit eum pro redemptionis precio seipsum nobis dedisse, tum nunc etiam à persona patris, addens, Quoniam hic quoq; pastorem siue Episcopum me desponsat. Presbyter etenim iam sum, at q; hoc pater non sperat, sed videt: nondum autem sum Episcopus, sed me post mortem suam futurum sperat pater, vt huiusmodi munere dignus sim, vt non mercenarius sim neq; fur, sed pastor: at q; à vobis, qui talia pascimini, petit, vt me cùm à vita migrarit pastorem accipiatis, morigeriq; animi specimen præbeatis. Quum est autem, vt paternæ petitioni cedatis. Pastor etenim bonus est (quod de seipso Christus prædicauit) animamq; suam pro nobis ouibus ponit. Quin & pro simplici duplicem vobis seipsum offert. Nam vt gerontem ad vos regendos socium asciscit: at q; ipse ego duplicem vsum at q; operam illi præstabo, nimirum & gerontatus subsidium factus, & spiritus. Nam & patrem senectute fractum at q; confectum fulciam, & grandæuo at q; Ecclesiasticas curas cum ipso sustinebo.*

Atq; inanimi templo animatum adiungit, huic, inquam, peregregio & cœlesti alterum, qualecunque illud tandem & quantulumcunque, cæterùm ipsi charissimum, multisque etiam sudoribus laboribusque confectum, & absolutum, atq; vtinam laboribus dignum addere liceat.

NIC. *Duo templa, inquit, pater vobis dono dedit, alterum quidem inanime, quod Nazianz. magnifice extruxit, perelegans quoddam & cœleste. Cœleste autem ipsum dixit, vel propter altitudinem, vel propter*

1. Cor. 13. *semicircularem tecti figuram, vel etiam fortasse quia templum omne cœli figuram seruat. alterum autem animatum. sic aiit seipsum appellat, iuxta illud Apostoli, Nescitis, quòd templum Dei estis? Ac cogitur quidem vt in comparatione, multò maiorem & sublimiorem seipsum inanimato templo dicere. Verùm quoniam grauis est inuidia; plenum propriæ laudes prædicare, ad vitandæ ostentationis speciem medio quodam sermone ait, in animi quidem huic, cæterùm peregregio templo adiungit me qualemcunq; tandem & quantulumcunque, id est, qualem & quantum iudicaueritis. Verùm qualiscunque sim, patri tamen sum charissimus, propterque id, qualem & quantum iudicaueritis. Verùm qualiscunque sim, patri tamen sum charissimus, propterque id, commendationis. Talem me igitur pater, tantiq; apud se precij, vobis porrexit. Nec verò hoc displiceat, ad erigendum quidem inanimatum templum multo labore multisque sumptibus opus fuisse patet, adificandum autem non item. Multis enim ipse quoq; sudoribus tum disciplinarum tum piæ exercitationis talia effecit. Quoniam autem plerunque accidit, vt quædam nequaquam pro laborum ratione succedant, proinde medium iter tenens, nec hoc veticet, quòd laboribus à patre susceptis responderit, nec rursus hoc arrogans affirmat, verùm eam rem potius optandi forma exprimit. at q; vtinam laboribus quoq; dignum addere liceat.*

ALITER. Qualecunq; & quantulumcunq;.) Alterum de qualitate dicitur, alterum de magnitudine. Illud autem minimè est inuidiosum, quòd non dixit maximum & pulcherrimum, sed ea auditorum iudicio at q; efferentis affectioni reliquit.

Suaque omnia vobis proponit (ô miram animi magnitudinem, vel, vt verùs loquar, paternum amorem:) caniciem, iuuentutem, templum, Pontificem, testatorem, hæredem, sermones quorum desiderio flagrabatis, ac sermones quidem non temerè & in aerem fluentes, nec vltra audientium aures sese porrigentes, sed quos spiritus deferibit, tabulisq; lapideis siue carneis imprimit, non leuiter ac superficie tenus insculptos facileq; delebiles, sed altissimè consignatos, non atramento, sed spiritu.

Adhuc in eodē sermone de patris oblatione immoratur: cùmq; dixisset, Omnia sua vobis proponit, priusquam hæc recenseat, interea cum admiratione sic loquitur, O miram animi magnitudinem. Id est, ô insignem in offerendo munere simplicitatem. Externi enim sapientes μεγαλοψυχίαν magnanimitatem definiunt animæ virtutem, p quam nonnulli quæ accidunt, rectè ferre possunt. At nostri doctores vt plurimum liberalitatem & munificentiam magnanimitatem nominant. Quem admodum hoc quoq; loco Theologus patrem magnanimum, id est, munificum vocauit. Cæterùm quasi corrigens quod dixit, eam rem non magnanimitatem, sed paternum potius amorem appellat. Ob amorem enim vestri, inquit, hoc est, spiritualium suorum filiorum, tantæ simplicitatis specimen edidit. Quoniam igitur paternus amor magnanimitatis & simplicitatis causam præbuit, rectius fuerit totum hoc paternam indulgentiam dicere, nimirum causæ nomen effecto tribuentes: Quòd si quis etiam iuxta externorum philosophorum sententiam hoc loco magnanimitatem intellexerit, ne sic quidem fortasse aberrauerit. Quoniam enim apud illos qui animi magnitudine præditus est, vitæ suæ non parcit, hac quoque laude patrem ornatum esse Theologus testatur. Ait enim, pastor est bonus, animámque suam pro ouibus ponit: illud etiam adiecit, me quoque filium suum optat talem patrem fieri, ponentem videlicet animā p vobis. Quam ob causam ipse cum admiratione exclamauit O miram animi magnitudinem. Tum ne quis existimaret, quòd pater, vt magnanimus, filium periculis obijcient minùs indulgenter in ipsum affectus sit, huic suspitioni occurrit, dicens: aut vt verius loquar, paternum amorem. Nam sic at q; ob huiusmodi causas filium periculo exponere, non est, inquit, hominis liberos odio habentis, verùm impense amantis. Quamobrem etsi magnanimitatem eam rem nominant, quoniam cum multis laboribus, curis, & periculis ipsi luctandum erat: tamen quia propter vos vtilitatemq; vestram, & propter Deum res eiusmodi perferendæ sunt, id totum, paternus amor dicendus est. Hæc locutus Theologus statim ea quæ à patre offeruntur, enumerat. Hæc porrò sunt tria. Ac si quidem rem simpliciter complecti voluisset, tria dixisset, Quantam seipsum dat & me & templum: Nunc verò magnificam & excellentem oblationem augens & amplificans, tum sua, tum paterna subdiuidit, euariatq; ac multiplicans nomina. Nam canitiem patrem vocat, iuuentutem seipsum: & rursus patrem testatorem seipsum autem hæredem, vt pote episcopali throno successurum. Habes ita autē, inquit, mecum sermones meos, at q; ex his vtilissimos quosq; & sanctissimos. Non enim ad gratiam docebo, sed ad vtilitatem: non ostentabundè, sed spiritualiter: neque ea quæ oratoria suppeditat exercitatio, sed quæ inserit Spiritus sancti. Etenim humani sermones aures tantùm demulcent ac deliniunt, nec vlterius progrediuntur: at spirituales ad animam permeant. Eos enim insculpit Spiritus in humanis cordibus tanquam in tabulis. Cumq; dixisset, lapideis, tropum hunc explicuit adiungens, vel etiam carneis. Solida enim sunt & lapis & caro, atq; ea, quæ in his inciduntur, eam rationem habent, vt vix deleri queant. Hoc autem ab Apostolo sumptum est, qui sic ad Corinthios scribit, Quoniam estis epistola Christi ministrata à vobis, inscripta non atramento, sed Spiritu Dei viuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quod etiam ab Ezechiele mutuatus est Apostolus, per quem ait Deus: Dabo eis cor alterum, & spiritum nouum dabo eis, & euellam cor eorum lapideum ex carne ipsorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent. Dixit etiam alibi Sirach, Omnis homo ab adolescentia vergit ad malum, & non potuisti corda eorum ex lapideis carnea facere. Proinde nūc cùm dixit Theologus, Tabulis lapideis siue carneis, videtur mihi non interpretandæ dictionis causa hoc dixisse, sed magis vt distinctionem ponat inter lapideum cor, id est, durum & inflexile ac rigidum, & inter carneum, id est, molle facileque cedens, bonásque literas excipiens. Neque enim citra discrimen in omni corde diuinos sermones insculpit Spiritus sanctus, sed in carneo, id est, rectè & facilè sentienti. Carnis enim est sentire: lapidum autem proprium, sensu carere. Vel etiam lapidea & carnea pectora dicit Theologus, lapidea quidem ob solidit atem, & quia aegrè obliterantur, quæ in ipsis inscribuntur: carnea autem ob vim sensibilem. Vnde etiam subiungit, Quòd in huiusmodi cordibus sermones non leuiter & superficie tenus insculpentur, ac velut superne illinentur, vt facilè quoque aboleri possint, sed penitissimè consignabuntur, vt permaneant: & quidem consignabuntur non atramento, sed gratia. Iustorum enim pectus, vt est apud magnum Basilium, spiritu Dei viuentis perscriptum est: iniustorum autem non spiritu, sed atramento tenebrarum cognato, & lucis hosti.

Atq; hæc vobis offert augustus hic Abraham, Patriarcha ille, illud charum & venerandum caput, illud virtutum omnium domicilium, probitatis norma, sacerdotij perfectio: qui voluntarium hodierno die Domino sacrificium offert, vnigenitum nimirū filium, atq; ex pollicitatione acceptum.

NICETAS. *Postquam superiores patris laudes absoluit, secundas iam exorditur, similem eum esse dicens Abrahæ, vt qui non secus at q; ille, pristinum errorem reliquerit. Nam ex ea secta quæ Hypsistariorum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur, ad veræ pietatis doctrinam migrauit. Nec eam tantùm ob causam patrem suum Abrahæ nomine appellat, sed etiam vt senem, vt hospitalem, vt Deo filium offerentem: tametsi voluntaria fuerit haec oblatio, non autem imperata, quemadmodum illa Abrahæ. Patriarcham autem eum vocat, vt patrem & principem ciuitatis, quantùm quidem ad res Ecclesiasticas attinet. Virtutis autem normam, vt qui omnes virtutes complexus sit, aliosq; ad eam dirigat, & rectum quidem regulæ instar exploret ac retineat, superfluum autem & deficiens abradat atq; improbet. Iam sacerdotij quoq; perfectionem eum vocat, vt omnibus quæ ad sacerdotium requiruntur, abunde instructum. Seipsum tamen vnigenitum Theologus nominando vim orationi afferens, vt ne hac quoq; parte inferius quicquã pater sacrificio illo Isaaci haberet. Verùm hoc aliquantò audacius dictum mitigauit, addens, Ex pollicitatione. Nam & si vnigenitus non erat, quantum ad natiuitatem, quãdoquidem post eum & Gorgonia & Cæsarius procreati sunt: tamen si promissionis spectemus, vnigenitus erat. Solus enim ex pollicitatione à parentibus progenitus est, quemadmodum Isaac ex Abrahamo & Sara. Vel fortasse vnigenitum se dicit, quòd solus patri reliquus esset, aliis liberis eum extremo vitæ die perfunctis.

ALIVS. Sacerdotij perfectio, id est, perficiens atq; instituens sacerdotes: vel etiam, sua ipsius constitutionis perfectionem & perfectorem patrem dixit, vel etiam quia propter virtutem nihil omnino præterierit, quod ad ipsum perfectè sacerdotem constituendum desiderari posset.

Vos autem & Deo & nobis id muneris loco offerte, vt rectè pascamini: quod quidem futurum est si in loco pascuæ habitetis, & in aqua refectionis educemini, rectèq; pascamini cognoscatis, atq; ab ipso cognoscamini, & per ostium pastoraliter & liberè vocatem sequamini, alieni autem vestigijs minimè insistatis, caulam latronum & insidiatorum more transcendentis.

NICET. Atq; huiusmodi, inquit, est patris mei oblatio. Vobis autem faciendũ quoq; est, vt Deo & vobis obedientiæ munus offeratis, rectèq; pascamini. Id porrò consequemini, si in ea virtute, quæ ad actiuam vitam refertur, tanquam in molli quodam & virili campo habitetis, animamq; saginetis, scientia autem & sanctione & diuinarum scripturarum dulcibus fluentis tanquam aqua refectionis educemini, rectèq; pascamini cognoscatis, ne à falsis magistris decipiamini, atq; in ipsos quasi in pastores incidatis, cũ fures sint & latrones, atq; à pastore cognoscamini, non admiscentes scilicet vos alienis gregibus (quæ res ignorationem & errorẽ pastoribus parit) verum signa & notas circunferentes, quas verus pastor vobis inuecit atq; impressit. Ioan.10. Ex Euangelio autem hanc quoq; paraphrasticè transtulit. Cognosco enim meas, inquit Christus, & cognoscor à meis: per cognitionem fortasse affinitatẽ & necessitudinem intelligens, quasi diceret: Ego meipsum agnosco, & à meis agnoscor: & ipse mihi iungentur. Sequamini vocantem pastoraliter & liberè, vitãdo dolum & apertè ac potestate vt pastorem decet. Per ostium autem, id est, per catholicam doctrinam, quæ fidelibus omnibus aperta est, ac per ipsam Scripturam, per quam ad fidem introducimur: vel etiã per Christum, qui dixit, Ego sum ostium. Alienum autem & mendacem minimè sequamini, qui non per Ioan.10. Ibid. viam incedit, nec per ostium, hoc est, Christum ingreditur, sed prædonum more per caulam prosilit. Prædo enim & violentus est hæreticorum omnium impetus, nec, vt disciplinæ ratio postulat, per legitimum ostium ad fidem & Ecclesiam ingrediuntur.

Nec externam vocem audiatis, suffurantem, atq; à veritate in montes & solitudines & barathra, & loca quæ non visitat Dominus, dispergentem, à sana quidem fide abducentem (quæ est in Patrem & Filium & Spiritum sanctum) vnam diuinitatem, & potentiam, quam vocem semper audiui, quamq; vtinam audiant oues meæ adulterinum autem sermonibus & corruptis deprædantem, atq; à vero & primo pastore differentem à quibus opto, vt nos omnes tam pastores quàm oues velut à noxia & pestilenti lue procul pascamur atq; pascamus, vnumque omnes simus in Christo Iesu, nunc & in alterius vitæ requie, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Ioan.10. NICET. Dixit Christus in Euangelio, Oues meæ alienorum vocem non norunt. Illine igitur monstrat Theologus hoc loco ait, nec externam vocem audiatis: quæ fidem furatur & decipit, atq; ab vera & manente veritate in diuersas opiniones dispergit, quæquidem ob accliuitatem montes meæ aphorismi dicuntur, ob sterilitatem autem solitudines, ob præcipitia autem barathra. Illud verò, Loces quos non visitat Dominus, omnia quæ dicta sunt explicat. Hic autem locus habetur in Prouerb. Salomonis. Qui enim oberrat ab semita portis, demorabitur in locis quos non visitat æternus. Iam huiusmodi vox hæreticorum hominũ à vera doctrina & fide abducit, quæ est in sanctam Trinitatem, quam vocẽ sanæ doctrinæ oues meæ semper audiunt, atque vtinam audiant. Deprædatur item vox hæretica, id est, velut spolia diripit, atque adulterinis sermonibus & improbis simpliciores homines auertit ac separat à Christo, qui verus & primus est pastor. Hebr.12. primus quidem, quia dux & author fidei nostræ dictus est, perfectamque doctrinam auctoratus est: verus autem ob excellentissimam perfectionem. Atq; ex Apostolo hæc quoque sumpta sunt. Scribit enim ad Ephe-

sios, Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam, & inanem fallaciam. Externam igitur philosophiam sanctus Paulus inanem fallaciam nominauit: Theologus autem sermones adulterinos & corruptos. Col.2.

Postea voto orationem concludit. Optat enim vt pastores atq; oues ab huiusmodi alienis dogmatibus tanq; à venenosa quadam herba morbumq; & mortem inuehẽte procul se remoueant, atq; vnum omnes sint, tam qui pascuntur, q; ij quibus pascendi gregis cura incumbit: ac neq; in hoc sæculo, neq; in futura vita ac requie inter se disiungantur. Quod etiam ipsum ex Euangelio sumpsit Theologus. Dixit enim de discipulis Christus ad Patrem, Serua eos in nomine tuo, vt vnum sint. Hic autem epilogus communis est precatio, eorum, quæ contraria & dira ac detestanda sunt, auersionem continens. Ioan.17.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO
secunda in Pascha.

ARGVMENTVM



RAtionem hãc elaboratè conscriptam* Arianzi, quod auitũ ipsius prædium erat, in lucem emisit, multis pòst annis quàm præcedentem orationem habuerat, cùm iam Constantinopoli excessisset, ac patriarchatu se abdicasset. Nam cùm Dei lenitate & patientia pleriq; offenderentur, quòd bonos viros in mœrore ac tristitia viuere, improbos contrà secunda omnia habere permitteret, periculumq; esset, ne paulatim ex incuriâ ad desperationem laberentur, eoq; paulatim prouoluerentur vt nec resurrectionem, nec iudicium, nec præmia vlla aut supplicia futura crederent: ex Resurrectionis festo commodam occasionem nactus præsentem doctrinam instituit, dubias & fluctuantes eorum sententias hac de resurrectione oratione constabiliens, atq; hoc fidei caput plenissimè & certissime probans: simulq; etiam vim festi gratiamq; prædicans, laudibusq; prosequens, ac per anagogẽ cum veteris Testamenti litera nouæ legis spiritum commiscens, atque omnia huius festi mysteria, quæ apud Hebræos celebrantur, sigillatim exponens.

* Arianzi) In Regiæ codice mendosè legitur ἐνναζιωζῷ. neque enim prædium paternum eam vrbem vocasset. In meo autẽ exemplari scriptum erat αζιωζῷ. Verum nescio quis literam suprà apposuit. Atqui hæc litera nequaquã adijcienda erat: sed prius? in ę conuertendum. Arianzum enim locus erat non multum à Nazianzo dissitus. In quo villam habebat Gregorius, quemadmodum testatur Gregorius Presbyter in ipsius vita.

SVper custodiam meam stabo, inquit egregius Habacub, atque ego hodierno die cum ipso, hoc est, super potestatem & speculationem Spiritus sancti beneficio mihi concessam, & contemplabor atque cognoscam quidnam oculis offeretur ac dicetur mihi. Cap.2.

NIC. Habacub prophetæ permultos esse videbat, qui ex prouidentia Dei offendiculi occasionem acciperent, cogitantes, qui fieret, vt impios numinisq; contemptores & sceleratos iustis hominibus & imbecillioribus insultare, & veluti se inuicem effuso ac proterno ore aspernari sineret. Idcirco iudicia diuina attingit, atque ea quæ inquiri nefas est, curiosè inuestigare conatur, his verbis vtens, Super custodiam meam stabo, & petram conscendam & contemplabor, vt videam, quid in me loquatur Dominus, & quid respondeam ad redargutionem mei. Sensus autem verborum Prophetæ est huiusmodi. Animum ab omni mundana cura purum & integrum tuebor, atq; in firmissimam quandam & velut in sublimi loco positam cogitationum securitatem connolabo, atque illinc quasi ex montis cacumine oculis mentis inspiciam, quo sinam ad me Deus sermones habiturus sit, quidq; ipse dicturus sim, si exarguere me Deus instituerit, vt q nõ satis cautè ac prudenter hac verba extulerim, Quare respicis ad contemptores? Tacebis, cùm deuorat iustus impium? Atque hæc sunt Prophetæ verba, hæc verborũ sententia. Theologus porrò orationem exordiens illius verba ad præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sens argumentum adaptauit. Quanquam hoc interest, quòd Habacub per custodiam meum vigilantium ipse intelligit, per petram autem firmitatem & constantiam. At diuus Gregorius sacerdotalem potestatem & contemplationem sibi donatam custodiam vocat. Pontifices enim, qui Dei & hominum mediatores sunt, ius huiusmodi quærere & contemplari suo iure possunt. Cæterùm qui Gregorium per visionem, id quod nunquam erat, aspexisse aiunt, longè mihi à veritate aberrare videntur. Ipse enim ait sibi res huiusmodi inquirenti, atque tum mente informandi, tum etiam verbis enarrandi à Sp. sancto factam esse potestatem. Stabo igitur in potestate mihi data, atq; inspiciam, seu contemplabor, quidnam oculis sese offeret, ac rursus cognitum quid dicetur. Nam quemadmodum id quod cernitur, visum requirit: ita quod ore proferitur, cognitionem habet.

PSELLI EXPOSITIO. Super custodiam.) Custodia est, animæ vniuscuiusq; hominis modulus, iuxta quem certa proportione diuinas visiones suscipit. Nam si quis altius per contemplationem se porrexerit, aberrabit. Potestatem & speculationem. Potestatem dixit, quoniam omnis anima ad diuinam simplicitatem euecta, & cum ipsis diuinis visionibus immediatè congrediens, huiusmodi spectaculis liberè & prudenter vtitur, atq; ad audientium captum & proportionem sese demittens, & ea informat, quæ multa ratione exprimi queunt, & ea fingit, quæ nulla ratione fingi constituiq; possunt. Speculationem autem adhibet, quia anima visiones diuinas nequaq; voluntate metitur, verùm intellectiua vi & facultate, ipsius quoq; pro modulo.

Et steti, ac speculatus sum: & ecce vir conscendens nubes, atq; hic perq; sublimia. Et aspectus eius vt aspectus angeli, & amictus eius vt splendor fulguris pertransiuimus, & extulit manum suam versus orientem, & clamauit voce magna. Vox porrò eius vt vox buccinæ, & in circuitu eius quasi multitudo cœlestis exercitus & dixit: Hodie salus mundo tam visibili, q̃ inuisibili. Christus ex mortuis, simul surgite. Christus ad se redit, redite. Christus ex sepulchro, à peccati vinculis soluimini. Portæ inferi aperiuntur, & mors opprimitur, & vetus Adam deponitur, & nouus perficitur, si qua noua in Christo creatura, renouemini.

NICET. Postquam dixit, Stabo in custodia meæ cum Habacub, & speculabor, nunc ostendit se quod proposuerat, fecisse. Liberè enim, inquit, & pro arbitratu contemplationi animum adieci. Et steti in hoc loco, ex quo posse res huiusmodi intueri, atq; ea vidi, quæ nunc commemorabo. Deinde verò per descriptionem quid viderit, quidq; audiuerit, narrat. Nam & personam describit, quia vir: & locum, quia conscendens: & modum, quia conscendens: & magnitudinem, quia sublimis: formam item, quia angelicus: & amictum, quia fulguri similis: habitum quia manum extulit: vocem, quia buccinæ non dissimilis: & denique sermones, quos ille prolocutus est, qui se conspiciendum præbuit. Angelus porrò hic est, non alius quispiam, vt quidam existimarũt. Nam si Christus fuisset, dicendum ipsi fuerat, Quia ego à mortuis surrexi. Iam idem quoq; qui dixit: Christus ex mortuis. Ex quo perspicuè constat eum alium fuisse quàm Christum. Iam idem quoq; voce magna clamauit. Atq; explicans Theologus quisnam is esset, qui clamorem sustulerat, ostendit, quòd vocem angelicæ patrem dari. Quocirca angelum esse necesse est, qui hoc loco per orationis figuram vsus ac verba facit. Virum porrò eum nominat Gregorius, quoniam angelus haudquaquam, vt nata est, apparare solet: verùm in hominem transformatus. Quòd autem ipsum nubes conscendisse inquit, hoc ratione dicit, quia leuis & sublimis angelorum natura est, per aërem mira celeritate currens. Vt autem perspicue ostendat Gregorius virum, de quo loquitur, angelum esse, subiungit, Aspectus eius, vt aspectus angeli. Hunc porrò talem depingit, qualem mulieres in sepulchro conspexerunt, nimirum candidam vestem præ-
Ioan. 8. tem. Quin maius etiam quiddam indicat. Nam amictum fulguri comparat, & quidem ex ipsius Christi dicti
Mal. 4. ti. Quidnam aũt sibi vult, cùm ait eum Orientẽ versus manus sustulisse? fortasse, vt per Orientẽ Christum
Luc. 1. nitatẽ exprimat. Nam & lumẽ spirituale, & sol iustitiæ, & oriens in Scriptura Christus nominatur. Vel
Psalm. 67. etiã Dauid orientẽ Deo assignat, hũ verbis, Psallite Domino, qui ascendit super cœlum cœli ad Orientem. Vel etiam fortasse vt paradisum ad orientem consitum, ac per Adæ transgressionem clausum, rursus per Christi resurrectionem patefactum esse demonstret. Angelũ aũt inducit tonitrui ritu, vel potiùs buccinæ, vt ab omnibus exaudiatur: vtpote qui omnibus salutis per Christum acceptæ nuncium afferat. Videre etiam quis possit hoc Theologum spectasse, vt per has omnes descriptiones formidabilem angelum præsentet. Huiusmodi namq; eum ostendit tum à sublimitate, tum à magnitudine, à forma item & amictu, ac voce. Ad hæc multitudine angelorum eum cinctum introducit, idem videlicet Christi resurrectionis ens, quod in ipsius natiuitate contigerat. Tum enim angelus Domini pastoribus astitit magnũ illud annuncians, & repentè factæ est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum & dicentium etc. Proindè nunc quoq; angelus resurrectionis nuncium deferens inducitur, & angelorum exercitus Chri-
Dan. 10. stum à mortuis reuocatum concelebrans. Porrò has omnes voces à prophetis mutuatus est Theologus. Nam & Daniel hu verbis vtitur, Ecce Stetit coram me, vt aspectus viri. Et rursus, Ecce vir amictus lineis, & fa-
cies eius, sicut aspectus fulguris, & vox sermonum illius, vt vox multitudinis populi. Et apud Naum

Naum. 2. Apoc. 1. scriptum habetur, aspectus eorum vt lampades ignis, & sicut fulgura discurrentia. Postremò de voce ad hunc modum Ioannes Theologus loquitur, Et audiui vocem magnam post me tanquam vocem tubæ. Nunc quid angelus clamet, audiamus. Hodie salus mundo tam visibili quàm inuisibili. Quid verò inuisibilis quoque mundus, hoc est angeli salute opus habuerunt? Nam Lucifer & ipsius gregales nec ad meliorem mentẽ redierunt, nec salutẽ consecuti sunt: reliqui autem angeli, qui à Deo non defecerunt, salute nihil indigent. Quænam igitur salus inuisibili mundo allata est? Nonnulli hoc loco per salutem incolumitatem & integritatem intellexerunt, quæ quidẽ tunc nobis contigit, cùm per peccatũ oppressi, rursus per Christi resurrectionem incolumitati restituti sumus: angelis aũt, quia iuxta Euangelicam parabolam inuenta oue, quæ aberrauerat, aut drachma, quæ amissa fuerat, quod cœlestibus copijs deerat, expletum est. Angeli aũt qui prius hanc rationem habebant, vt difficulter quidem & egrè ad malũ moueri possent, post Christi resurrectionẽ id consecuti sunt, vt iam ne moueri quidẽ ad malum queant, nõ natura sua, sed gratia. Atq; ita illis salus esse posset ipsa status confirmatio, nõ iam metuentibus ne in deterius mutentur, atq; eam ob causam pereant. Vel fortasse duobus mundis salutẽ partam esse asserit, inuisibili quidẽ, vt eam prius quoq; habenti, visibili autem, vt nunc eam per resurrectionem consecuto. vt sit hic verborum sensus, quòd nũ iam angeli solum salute fruuntur, sed angeli atq; homines, diuersa tamen ratione: Illi enim, quia ordinem suum seruauerunt: homines autem, quia per Christi resurrectionem reuocati & erecti sunt. Quòd si non vndiquaq; mundus visibilis salutem accepit: quoniam ne omnes quidem homines fide præditi sunt, nec omnes præcepta seruant, non est propterea, cur illud tanquam falsum explodas, Hodie salus mundo visibili. Si quidem ad Seruatoris scopum referenda est hæc oratio. Atq; quantùm ad eius voluntatem & intentionem vniuersus mundus salutem accepit. Pro omnibus enim Christus mortuus est, & resurrexit. Si aũt rei euentum spectemus, ij soli, qui crediderunt, & mandata seruauerunt, salutem, assecuti sunt. Sed videamus, quæ sequuntur. Christus ex mortuis, supplesurrexit. Vos quoq; igitur simul à peccatorum morte resurgite. Christus ad sese rediit. id est ad diuinitatis suæ amplitudinem & dignitatem, qua propter dispensationem ad exiguum tempus spoliatus atque exinanitus fuerat. Receptus enim ad dextram Patris consedit. Redite igitur vos quoq; ad veterem splendorem & dignitatem, ac diuinæ imaginis decus. Quòd autem ait, Ex mortuis simpliciter, eum reditum appellat, qui à mortuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.2. pax,in hominibus bona volũtas,Cum quibus ipſe quoq; inter vos hæc loquor:atq; tri-
nã vocem angelicæ parem accipiam,omnesq; orbis terræ fines circunſonantem. Pa-
Paſcha feſtiuitas feſtiuitatum ſcha Domini,Paſcha,iterumq; Paſcha dicam in honorem Trinitatis.Hæc nobis feſti-
uitatum feſtiuitas,& celebritatum celebritas,tantò cæteris omnibus non ſolùm huma-
nis & humi defixis,ſed ijs etiam,quæ ipſius Chriſti ſunt,ac propter ipſum celebrãtur,
antecellens,quantò ſol ſtellis antecellit.

NIC. *Atq; hæc dicens inductus eſt angelus ille,mente & cogitatione informatus. Angeli aũt eum re-*
cunſtantes carmen illud modulabantur,quod prius cecinerant,cum Chriſtus in terris, atq; ex Virgine na-
ſcens cernebatur.Quid aũt cauſæ eſt,cur & eo tempore & nunc cantionem eandem canunt?nimirũ quòd
ipſum natiuitatis ſalutis noſtræ principium fuit,Reſurrectio finis.Cuiuſmodi aũt erat illud canticum? Gloria
in altiſſimis Deo,& in terra pax,in hominibus bona voluntas.Nam quemadmodum angeli ordinem ſibi at-
tributum ſeruantes cum Deo pacem habent:ita nos miſeri poſtquam concupiſcentias noſtras Deo volenti
tioppoſuimus,in hoſtium numero atq; ordine apud eum habeĩ cœpimus.Verùm hoc per Chriſtum ſublatum
eſt.Ipſe enim nobis & pax & bona voluntas factus eſt, iniquitatem videlicet inimicitia parentem de me-
dio tollens,atq; eos propè vocans,qui procul remoti erant,Deoq; & Patri per ſe coniungens,ac ſuperiora
inferioribus connectens,bonamq; Patris voluntatem implens,quæ quidem nihil eſt aliud, q̃ fratri & con-
ſeruo quaſi Adami inſtauratio.Talis angelorum cantus,cum quibus ipſe quoq; hæc loquor. Atq; veniam ſuæ
vocem accipiam nihilo angelica inferiorem,ſed ita candidam,& altam atq; canoram,vt ex omnibus terræ
finibus exaudiri poſſit.Iam verò Paſchatis nomen ter repetit,partim vt profuſam animi lætitiam oſtendat,
partim etiam,quemadmodũ ipſe,inquit,vt Trinitati honorem habeat.Solennitatẽ aũt ſolennitatis,hoc eſt
celebritatẽ celebritatũ Paſcha vocat,vt præcipuam & primariam.Solent enim veteres excellentiſſimas quaſq;
res ad hunc modum appellare,veluti Sancta ſanctorum,& Cantica canticorum. Nam niſi Reſurrectio
titiſſet,nec Natiuitas,nec Baptiſmus,nec cætera Chriſti myſteria confirmata fuiſſent fidemq; feciſſent.
Verùm quaſnam hoc loco humanas feſtiuitates appellat? Sunt qui exiſtiment eum de feſtis in Sanctorum
honorem inſtitutis loqui:cæterùm reuera hæc ſunt accipienda de feſtis illis,quæ vel ob primum alicuius
ſatiem,vel ob acceptam vxorem,vel ob domum aut terram primùm habitatam,vel ob alias ſimiles cauſas
celebrari ſolebant.Huiuſmodi enim feſta humi defixa ſunt,ac deorſum & in terra voluuntur. At Sanctorũ
feſta ad Deum eriguntur ac penetrant.Igitur non ſolùm humana feſta Paſchatis feſtium ſuperat & ſu-
ſcendit,ſed & ipſas Chriſti feſtiuitates non minùs obſcurat, q̃ ſol reliqua ſidera. Adeò præfulget huius
gratia?

Præclara quidem nobis quoq; fuit heſterna ſplendoris luminumq; ſolennitas,quã
priuatim iuxtà publiceq; peregimus,omne genus hominum ferme,atq; omnes ma-
Pernigilia. ſtratu & dignitate inſignes,copioſo igne noctem colluſtrãtes)magnoq; illi lumini re-
gura reſpondens,quod vel cœlum,vniuerſum orbem ſiderum ſuorum pulchritudine
illuſtrans,ſuperne nobis traiecit,vel ſupercœleſte eſt,tum in angelis,prima poſt primã
lucida natura,(nam illinc ſplendorem trahunt)tùm in ipſa Trinitate,à qua lumen om-
ne productum eſt,ab indiuiſibili lumine diuiſum atq; honorandum. At hodierna cele-
britas præclarior & excellentior.Nam heſternum lũmen magni illius luminis exor-
gentis prænuncium erat,ac veluti profeſta quædam animorum delectatio.Hodie verò
ipſam Reſurrectionem celebramus,non iam in ſpe poſitam,ſed expletam,mundumq;
totum ſibi conciliantem.

NIC. *Præclara,inquit,etiam fuit heſterna luminũ celebritas,hoc eſt,cœtus ille,qui ad veſperam magna*
Sabbati celebrabatur.Peruigilẽ enim noctem traducebant,vſq; ad horã ſeptimam cantantes, in ſomnum
accẽdentes,atq; imminentem Seruatoris noſtri Reſurrectionem expectantes.Hunc porrò cœtum celebrant
alij priuatim & domi,alij publicè & in Catholicis Eccleſijs. Omne genus hominum, viri, mulieres, ſe-
nes, pueri,iuuenes.Quod autem dicit ferme,quidam ad vtrunq; referunt, nempe ad omne genus, & ad omnes
magiſtratu & dignitate inſignes,vt ſit ſenſus,parum abeſſe,quin omnes cuiuslibet ætatis,& omnes homi-
bus ac dignitatibus florentes noctem eam,quæ magnum ſabbatum excipit,celebrent.Probabiliùs tamẽ
aliquam ætatem,& procerum quoſdam huic congregationi minimè intereſſe. Alij aduerbium,ferme,tam
cum omni genere hominum conſtruunt, non autẽ cum eo etiam,quod ſequitur,omnes magiſtratu & digni-
tate inſignes:vt ſit ſententia,omnes quidem fere,quouis genere cenſeantur,hoc feſtum agitare. At omnes
qui dignitatibus ornati ſint, citra vllam exceptionem ac diſtinctionem hoc feſtum celebrare. Sunt tamen
aduerbium hoc,ferme,ab his verbis,omne genus hominum abſtrahentes,cum his verbis, omnes magiſtratu
& dignitate inſignes,connectendum putent. Quorum hic ſenſus eſt: Omne quidem hominũ genus, ſed ma-
maſculi & fœmina,ætate florentes & effœti ac decrepiti,ſine vlla exceptione feſtiam hanc noctem agitant.
At non item ſine exceptione omnes in dignitatum gradu locati,ſed ferme omnes,vt pote pauci quidam
proceribus congregationẽ hanc aſpernantibus.Figura reſpondens,Gr. ὑπὸ τὸν ὄρθρον. Qua vox declarat

ficationẽ habet.Nam & pro contraria figura accipitur.ſic enim Serpens æreus ſuſpẽditur,non vt typus Chri-
ſti,ſed vt antitypus:& pro æquali figura,vt hoc loco.Veſpertina enim,inquit lumnum celebritas magno lu-
minis figura reſpondebat. Hoc aũt lumen diuidit Theologus in cœleſte & ſupercœleſte,ac rurſus ſupercœleſte
diuidit in lumen angelorum,& lumen ſanctæ Trinitatis. Angeli porrò quantũ ad Trinitatẽ ſecundæ lucidæ
naturæ rationẽ obtinent:vtpote qui ab ea ſplendorem accipiant iuxta iridis exemplum, hoc eſt arcus illius
cœleſtis,quẽ ſol in humidas & tranquillas atq; pacatas nubes incidens progignit:quantum aũt ad nos pri-
ma natura ſunt:quatenus ipſi immediatè, homines verò intermedijs angelis colluſtrantur. Diuiditur aũt et
cõmunicatur omne lumen ab indiuiſibili lumine ſanctæ Trinitatis,indiuiſibili quidẽ,ſi eſſentiã ſpectemus:
nec enim in diuinam naturam cadit diuiſio:diuiſibili verò,quantum ad vim & facultatẽ.Vires enim agen-
diq; facultates diuidit Deus. A qua lumen omne productum eſt, ſiue quòd angelis ineſt,ſiue quod hominib⁹,
ſiue quod ſoli, ſiue quod aſtris. Præclarum aũt & honorabile eſt illud lumen,quod in ijs lucet, tum aliarum
materiarũ cõparatione,tũ quia primi luminis figurãgerit.Sed enim,quod dicere inſtituebat oratio,quanã
pulchra eſſet heſterna ſecularis geſtatio,hodierna tamen illi pulchritudine antecellit.Heri enim lampadis
lumẽ Chriſti magni luminis Reſurrectionẽ prænũciabat:at hodie nõ Reſurrectionis ſigna & inducia,verùm
hanc ipſam Reſurrectionem ſolenni feſto proſequimur,totum mundum συναγαγων, hoc eſt ſibi conciliantẽ,
vel ad vnam fidem colligentem:quòd propter Reſurrectionem omnibus certiſſimè perſuaſum fuerit, Chriſtũ
Deum eſſe:vel,mundum totum,hoc eſt,fidelium cœtum coniungentem celebrandi feſti cauſa.

Enimverò alius aliud quiddam huic tempori fructificet,ac donum feſtiuum offe-
rat,vel paruum vel magnum,modò ſpirituale,Deoq; gratum, vnuſquiſq; pro virium
ſuarum ratione.Nam dignum munus offerre vix ipſi quoq; angeli poſſint,illi inquam
primi intellectuales & puri,ſupernæque gloriæ ſpectatores,ac teſtes:ſi tamen his quoq;
omnibus numeris abſoluta Dei laudatio concedenda eſt. nos autem ſermonem,quo
nec præclarius quicquam habemus nec præſtantius, conferemus,præſertim Verbum
laudantes ob beneficium,quod ab eo ad naturam ſermone & ratione vtentem profe-
ctum eſt.

NIC. *Alius, inquit,aliud quoddam ſpirituale Deoq; gratum munus huius ſolennitatis tempori afferat,*
prout ipſius facultates tulerint.Sic enim in Deuteron.ſcriptum eſt,Non apparebis coram Domino tuo va- Deut.16.
cuus,vnuſquiſq; ſecundum facultatem manuum.Nam dignum munus,nec vlla ex parte mancum & imper-
fectum offerre,tantum eſt,vt ne angeli quidem id aſſequi poſſint.Neq; enim ipſis plena Dei laudatio con-
ceſſa eſt, qui tamen primi intellectuales dicuntur,ſi animarum noſtrarum ratio habeatur, quæ & ipſæ in-
tellectuales ſunt,ſed angelis poſteriores.Superna gloriæ ſpectatores,vtpote Deo aſſiſtentes,ipſumq; intuen-
tes.Teſtes aũt diuinæ gloriæ,vtpote ipſi quoq; clari & illuſtres,ac per ſplendorem ſuum creatoris maieſtatẽ
teſtatam reddentes,vel etiam vt gloriam,quam cernunt,hominibus nunciantes. Hoc aũt loco per angelos
oẽs in vniuerſum cœleſtes claſſes & ordines intelligit. Alius igitur,vt iam dixi,aliud quiddã afferat:nos verò
orationem conferamus,idq; pluribus de cauſis.Primùm quoniam nihil ſermone præclarius habemus,tũ quia
Chriſtus,cuius laudes prædicare inſtituimus,præter alia nomina,Verbum quoq; appellatur. Poſtremò quia
natura beneficio affecta ſermonis eſt particeps. Quare congruum munus eſt Verbo Chriſto laudatoria ora-
tio,à natura loquendi facultate prædita proficiſcens.

Hinc autem exordiar.Facere enim nequeo,quin de magno ſacrificio & die omnium Dies eũm
dierum maximo ſermones ſacrificans ad deum excurram,atq; illinc exordium ducã. maximus.
Ac vos & mentem & aures & intellectum perpurgate,qui in huiuſmodi rebus delicias
collocatis,quandoquidem diuina quoq; eſt,quæ de Deo habetur oratio. Sic fiet vt ve-
ſtis delicijs non autem euaneſcentibus expleti diſcedatis. Curabimus autem, vt oratio
noſtra ſimul abſolutiſſima ſit,& maximè compẽdioſa,vt nec ob defectum moleſta ſit,
nec ob nimiam prolixitatem tædium afferat.

NICET. *Optimo,inquit iure à Deo orationem auſpicabor.* Quoniam enim in animo habeo huic ma-
gno Reſurrectionis diei hos ſermones ſacrificare atque ipſi Chriſto magno ſacrificio(Chriſtus autem vtrun-
que eſt nempe Deus & homo, quorum alterum ſemper eſt, alterum poſtea noſtræ ſalutis cauſa factus eſt)
prius mihi faciendum eſt,vt de diuinitate diſerã,atq; ita ad explicandum humanitatis aſſumptæ conſi-
lium accedam. Proinde quoniam diuina eſt hæc creatio,nec fas eſt eum,qui purus non ſit,rem puram attre-
ctare,agendum videte quicunq; hac audituri eſtis,atq; huiuſmodi delicias percepturi, vt intellectuales a-
nimæ facultates purgetis:primùm quidem mentem,per quam Deum & capere & videre poſſumus, atque
angelis coniungimur:deinde intellectum,per quem dogmata examinamus,ac veritatem diſquirimus. Sint
etiam aures puræ,vtpote diuina verba excepturæ, eaque ad intellectum dijudicandi cauſa tranſmiſſuræ.
Sic enim futurum eſt,vt non cibo pereunte,ſed delicijs non effluentibus expleti diſcedatis. Porrò orationi no-
ſtræ ſua virtus conſtabit,vt nec intra modum ſubſiſtat,ne defectu ſuo auditores damno afficiat, nec rurſus

Universidad de Deusto
Biblioteca

modum excedat, ne molestiam pariat (orationis enim redundantia inimica est auribus) sed mediocritatem impleat, simul q; & compendiosa sit & plenissima.

Hæc & q̄ se quūtur repetuntur in orat. de Nat. Christi.

1 Deus & erat semper, & est, & erit, vel, vt rectiùs loquar, 2 semper, est. Nam Erat & Erit huius nostri temporis fluxæque & caducæ naturæ segmenta sunt. Ille autem semper est, atq; hoc modo seipsum nominat, cùm in monte Mosi oraculū edit. Vniuersum enim id quod est cōplectitur, nec principium habens, nec finem habiturus quasi pelagus quoddam essentiæ immensum & interminatum, omnem tum temporis tum naturæ cogitationem superans 3 mente sola adumbrabilis, & quidem perexiguè ac perobscurè, non ex his quæ in ipso sunt, sed quæ circa ipsum (alia nimirum atque alia imaginatione ad vnum aliquod veritatis simulachrum exprimendum collecta) priusquam teneatur, effugiens, & priusquam intellectu percipiatur seipsum fuga proripiens tantùm principem nostri partem, eamque purgatam collustrans, quantùm oculorum aciem perstringit fulguris celeritas haud quaquam permanentis: meo quidem iudicio, vt quæ tenus comprehendi potest, nos ad serra hat (4 quod enim nullo modo percipi potest, id: nec sperat quisq̄, nec admitit) quatenus autem capi nequit, admirationem sui excitet, atque ex ipsa admiratione vehementiùs desideretur, desideratus purget, purgans autē deiformes efficiat, eamque id consecuti fuerimus, iam velut cum familiaribus colloquatur, (metuo ne hoc audacius à me dictum videri possit) Deus dijs vnitus & innotescens, ac tantùm ipse cognitos habet.

1. *Deus & erat semper, & est, & erit*) *Origenes hom. vnica in lib. Reg. explicans id quod habetur in canticō Annæ, Nihil est præter te, id est, nihil eorum quæ sunt, hoc quod sunt, naturaliter habent. Tu solus increatus es, & quod es à nullo datum est. Nos enim omnes, id est vniuersa creatura, non eramus antequàm crearemur: & ideò quod sumus, voluntas est creatorū. Et paulo pōst exponens illud Exodi, Ego sum qui sum. Si aliud aliquid, inquit, in creaturū hoc nomine, vel hac significatione appellari posset, nunquam, diceret Dominus hoc sibi esse nomen. Sciebat enim se solum esse, creaturas verò à se accepisse vt essent. Nam & vmbra ad comparationem corporis non est, & fumus ad comparationem ignis non est. Hæc Origenes. atque etiam antea Philo Iudæus tit. de eo quod malum bono insidiatur, creaturas ait non essentialiter, sed opinione duntaxat subsistere.*

2. *Semper est*) *Ad hunc locum pertinet quod ait Aug. lib. de vera relig. cap. 49. Nihil præterit in æternis, & nihil futurum est, quia & quod præterit, esse desinit, & quod futurum est, nondum esse cœpit. Aeternitas ergo tantummodo est, nec fuit quasi iam non sit, nec erit quasi adhuc non sit.*

3. *Mente sola adumbrabilis*) *Hæc à Platone mutuatus esse videtur Theologus. à quo Plotinus, vt est apud Aug. lib. 9. cap. 16. de ciuitate Dei, Deum summum omnium creatorem, quem nos verum deum dicimus, ita prædicari asseuerat, quod ipse sit solus, qui non possit penuria sermonis humani quauis oratione vel mentis comprehendi: vix autem sapientibus virtus, cùm se vigore animi, quantum licuit, à corpore remouerint, mentis oculum huius Dei, id quoq; interdum velut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine luminis illustrant, intermicare. Quæ partim ex Timæo, partim ex Parmenide collecta videntur, vt etiam ibidem annotat Viues.*

4. *Quod enim nullo modo percipi potest*) *Hanc sententiam ante Gregorium sic expressit Cicero: Multi sunt, qui desperatione debilitati experiri id nolunt, quod se assequi posse diffidunt. Billius.*

NICET. *Quoniam libertas hominū, pro qua instituta est præsens oratio, beata Trinitatis opus existit, Pater enim voluit, Filius effecit, Sp. sanctus cooperatus est: eam ob causam ab eo nomine, quod tribus his commune est, Theologus exorditurr, quod quidem Deus est. Ac de tribus. vt inseparabilibus quantum ad diuinitatem, naturam & potentiam, disputatione habita, ita demum ad incarnationis Christi materiam descendit. Porrò de diuinitate differens, ait, Deus & erat semper, & est, & erit. Tria tempora præterium, præsens, & futurum deo tribuit, quæ quidem nulli creaturæ conuenire possunt. Angelus enim est quidem creatus: ac non item semper erat, sed essentiæ initium habuit. Ex hominibus autem alij hesterno die exierunt, alij qui nunc in rerum natura non sunt, crastino die erunt. Hæc enim est generis nostri conditio. Eadem de omnibus aliis creaturis dici possint. Postea cùm animaduertisset Theologus, quòd verbum Erat de eo dicatur, quod præteriit, nec hodie est: verbum item Erit de eo quod futurum est, nec dum existit: corrigit quod dixerat, ait que verbum præsentis temporis Est Deo magis congruere. Erat enim & Erit fluxis temporis segmenta sunt, ac fluxæ naturæ conueniunt. Nam vt fluxum & labile est tempus: ita etiam ea quæ tempore, quod motus circunscriptione definitur, continētur. At Deus semper est, nec quicquam ei vel præteriit, vel futurum est. Atq; in hunc sensum Plato in Timæo locutus est, his verbis. Erat & erit temporis species: quas nō rectè nec prudenter sempiternæ essentiæ tribuimus. Huic enim Est solùm verè conuenit. Verba autem verba Erat & Erit ad eam generationem natiuitatemq̄, pertinent, quæ tempori subiecta est. Etsi*

Plato. Noster verò Theologus testimonium quoq; profert ex Exodo, quòd Deus ens est. Hoc enim modo, inquit, seipsum nominat, cùm in monte Mosi oraculum edit, id est, colloquitur, & mandata dat. Nam cùm Moses in Aegyptum mitteretur, quærebat: Si interrogauerint me, Quis te misit? quid dicam ad eos? Deus autem, qui mittebat, respondit, Ego sum ens. Ac rectè profectò Deus ens dicitur. Nam iuxta magnū Dionysiū, Non certo modo ens est, verùm simpliciter & incircunscriptè, vt qui totum id quod est, in seipso complexus ac præamplexus sit. Quo etiam more Rex seculorū dicitur, quia in ipso & circa ipsum est, quicquid est ac subsistit. Nec vero ait, Erat, aut erit, aut fuit, aut fit, aut fiet, immò neq; est, sed ijs, quæ sunt, essentia ipse est, ipseq; est seculū seculorum, & seculis antiquior. Quibus verbis cōsona sunt, quæ Theologus ait. De Deo enim verba facients ait, Vniuersum id quod est, in se complectitur. Non enim quemadmodū nos iuxta præsens tempus sumus ac viuimus (præteritum enim ac futurum partim amisimus, partim nondum habemus:) sic etiā Dei essentia in tempora diuisa est: verùm vniuersam essentiam complectitur. Nec principiū habens nec finē habiturus. id quoq; meritò. Nam quod principio caret, hoc nec vnquam esse desinet. Non tamen vniuerso modo dicere possumus, Quod nunquam finem habiturum est, idem ne principium quidem habuisse. Etenim angeli immortales quidem sunt per gratiam, nec vnquam esse desinent: ortum tamen habuerūt. Mox per similitudinem subiungit Theologus, Velut pelagus quoddam essentiæ immensum & interminatum: immensum dicit, quia principio & fine caret. Nam quæ principium & finem habent, finita sunt, ac sub tempus cadunt. Deus autem supra tempus est. Interminatum autem, quia nec loco, nec definitione vlla ipsius naturā declarante circunscribitur. Postquam igitur dixit immensum & interminatum, vtrig; adiecti no contrarium suum opponit. Immenso enim respondet id quod ait omnem tēporis cogitationem superans. Nam quod tempore minimè circunscribitur, immensum est. Interminato autem id quod ait, omnem naturæ cogitationem excedens. Est enim interminatum, quod nec loco nec definitione ipsius naturā explicante comprehēditur. Deus igitur, inquit, excedit omnem cogitationem, quam quisquam de tempore vel natura quadā mente queat. Mente sola adumbrabilis. Neq; enim in nobis organum vllum habemus, quo Dei speciem concipere queamus, non sensum, (nec enim Deus sensile quiddam est vt sensibus subiaceat) non vires aut celeritatem: tardissimus enim est, qui celerrimus esse videtur si cum Dei velocitate comparetur, qui longissimis interualli omnia post se reliquit, vt nec comprehendi quidem possit, verùm solamente delineatur. Nec mirū. Mens enim, vt imago Dei, contemplationem illius concipit, cuius summam tenuitatem declarans Gregorius adūbrationis verbum usus est. Non enim dixit, Effingitur. quod perfectius est, sed adumbratur. Ac ne hic quidem constitit: verùm insuper adiecit, Perobscurè. Tametsi enim lumine tanq̄ velamento amictus est Deus: tenebras tamen latibulum suum posuit, quandoquidem ipsius natura nulla ratione percipi atque comprehendi potest. Perexiguè autem, id est breuissimè, & ad exiguum quoddam temporis momentum. Nam quod mente leuiter adumbratum est, celeriter auolat. Porrò leuibus lineamentis adumbratur Deus, non ex his quæ in ipso sunt, sed quæ circa ipsum. Ait enim magnus Dionysius Deum, quantum ad essentiam, nec intelligi nec comprehendi posse: verùm ex effectis laudari debere. Eadem hic quoq; dicit Theologus. Quod enim ille dixit, quantum ad essentiam, hic quantùm ad ea quæ in ipso sunt, dixit. Quæ autem ille effecta, hic circunstantias appellauit. Opifex enim causa est: effecta autem illius opera. Deus igitur non per ea, quæ in ipso sunt, per quæ excellentia creaturarum, vt ille inquit, adhibita proportione parens earum, effectorúq; perspici atq; inspicitur, id est per suam essentiam: sed per ea, quæ circa ipsum, hoc est per creaturas. Nam ex magnitudine atq; pulchritudine creaturarum, vt ille inquit, adhibita proportione parens earum, effectorúq; perspici atq; intellegi potest. Circa ipsum autem sunt, tum creaturæ, tum prouida ipsius consilia. Quamobrem existimandū est vnumquodq; eorum, quæ de Deo enunciantur, non quid sit, quantum ad essentiam indicare, verùm aut quid non sit ostendere, aut relationem quandam ad aliquid eorum, q̄ ab eo distinguūtur, aut denique: quippiā eorum, quæ naturam vel actionem comitantur. Nec verò ex omnibus nominibus, quæ de Deo prædicantur, vllum æque proprium videtur, atq; ens nomen, quod ipsam quidem essentiam indicat, non autem quanam ea sit secundum nomen Deus est, quod actionem significat. Θεὸς enim dicitur vel à verbo Θέειν, id est, currere, & res vniuersas consonere, vel ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ πάντα, id est, quia omnia spectat. Neque enim quicquam eum latere potest, conspectumq; eius effugere. At ἄναρχον & ἄκτιστον & ἀσώματον, id est, principio expers & increatum & incorporeum, quid non sit, declarant, hoc est, quòd nec principium habuerit, nec creatus fuerit, nec corpus sit. Iam verò bonum, iustum, & sanctum, naturam quidem comitantur: cæterùm ipsam naturam haudquaquam a periunt. Atque his nominibus Deus appellatur, vt author bonitatis ac sanctitatis & iustitiæ. At hæc nomina Dominus, & Rex, & Opifex, ac cætera eius generis relationem, ad ea, quæ ex aduerso respondent, ostendunt. Subditorum enim Dominus dicitur, & eorum, qui sub regno sunt, Rex, & rerum conditarum Opifex seu conditor. Quonam autem modo ex his, quæ circa ipsum sunt, Deus adumbratur? Alia, inquit, atq; alia imaginatione ad vnum aliquod veritatis simulachrum exprimendum collecta. Ex his enim rebus, quas oculis cernimus, species quasdam & imaginationes de Deo accipimus. Vt cùm dicimus, Quod sol in sensibilibus hoc Deus in intellectibilibus. Nam quemadmodum ille visibilem mundum illuminat: eodem hic modo inuisibilem. Rursus quemadmodum ille eos, qui aspiciunt, claros efficit: ita hic diuinos & deiformes reddit. Præterea quemadmodum simul & corpus Solis, & radius & lumen: simili modo

Exod. 3.

Sap. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

li modo Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Et quanquam vtriq; causa est Pater: non tamen antiquior est, non hercle magis quàm sol illis tempore prior. Ad hæc quemadmodum lumen ex igne: sic Filius ex Patre at- que vt vno verbo dicam, ex his quæ in nobis sunt, ea quæ supra nos sunt, intelligimus atq; imaginamur. In nobis enim & mens est, & sermo, & spiritus. Hæc aũt tria inseparabilia sunt & æqualia. Et quidem mens sermonem impatibili modo gignit, sermo autem sine spiritu ex mente progredi nequit. Ita fit, vt quanquam in nobis tres sunt hypostases, vnus tamen homo sit iuxta id, quod in tribus hypostasibus intelligitur, ea quidã mens, & sermonem, & spiritum habeat. Eodem modo Pater, Filius, & Spiritus sanctus tres quidem personæ inseparabiles, vnus autem Deus. Et Pater citra passionem Filium gignit: Filius rursus sine Spiritu nõ existit: alia quædam species ex alia re ad vnum veritatis simulachrum colligitur. Porrò imaginationis exilitatẽ si- mulachri nomen docet. Nec enim in rebus creatis vlla imago potest inueniri, quæ in seipsa sanctæ Trinitatis modum per omnia referat. Nam quod creatum est & compositum, & fluxum, & mutabile, & circunscri- ptum, quo tandem modo diuinam essentiam ab omnibus his rebus remotam, atq; essentiam omnem superan- tem perspicuè declarabit? Veritatis autem simulachrum dixit, propterea quòd Deus sit, etiamsi id nunc ita- quod de ipso imaginamur. Duplicem enim significationem habet nomen simulachri. Quandoq; enim id ex- dicitur, quod substantia omninò caret, vt de vmbra & speculo. Nonnunquam autem de eo, quod veritatis cuiusdam est particeps, vt in hoc loco. Quoniam verò simulachrum aperte cogitari ac percipi nõ potest, sicut cùm de Deo Theologus dixisset, quòd priusquam teneatur, effugit, id autem quod tenetur, intellectu perce- ptum esse necesse sit, subiunxit id quod magis admirandum est, quòd priusquam intelligatur, eum iam præ- cipit. Deus enim non modò non tenetur intellectu perceptus: sed ne perfectè quidem cogitari atq; intelligi po- test: verùm simulatq; intelligi cœpit, abscedit, atq; vt diximus, vel celerrimam mentẽ Deus antecurrit, adeò vt nulla ratione comprehendi queat: tantùm principem nostri partem, eamq; purgatam colligentes, & ve- Quod enim est oculus in corpore, hoc mens in anima. Vt igitur ad fulgur emicans prospiciendum oculis fe- nis est opus: sic et iam ad hoc, vt Dei contemplatione circunlustremur, mens pura atq; integra requiritur. Nam sicut in sordido & impuro speculo vultus imago repræsentari non potest: sic nec in fœda & spurcata mente Dei splendor: eoq; magis, quia fulguris celeritatem imitatur, & confestim auolat, atq; cum capere admittentes præterit. Spem enim inycit quasi mox comprehẽdendus, interim tamẽ incõprehensibilis manet. Meo quidem iudicio, vt quatenus comprehendi potest, nos ad se trahat. Quod enim nullo modo percipi possit, nec vel per ea, quæ in ipso sunt, vel quæ circa ipsum cõprehendi, id nec sperat quisquã fore vt capiat, nec ve- re admittitur. Quatenus autem capi nequit, admirationem sui excitet, eaq; de causa desideretur & quæra- tur ac deformes efficiat: atq; ita iam cum familiaribus nullare intermedia colloquatur (& si hoc audaciùs di- cendum est) Deus naturalis dijs per adoptionẽ & gratiam vnitus & copulatus per actionem, sicut ego arbi- tror, autem per contemplationem. Ac tantùm fortasse, &c. Hoc tantùm non id significat, quòd quantum ipsi Deum cognoscunt, tantum ipsi à Deo cognoscuntur. Alle enim cognitionis infinitum est pelagus eorum, quæ vt natura, ita etiam cognitio finita est. Verùm quoniam duplicẽ Deus scientiam habet, alteram quatenus ipse

Dan. 13. *dumnaturam cuncta cognoscit, iuxta illud. Qui nouit omnia, antequam oriantur: alteram, quatenus ipsi*

Psal. 1. *totos se addixerunt, familiares habet: quo sensu ait Scriptura, Nouit Dominus vias iustorũ. Et alibi. Ne-*

2. Tim. 2. *uit Dominus q. sui sunt: diuinas videlicet suas notas in eis saluas & incolumes agnoscens. Ac primus ad Ma-*

Matth. 7. *sen quidem ait, Noui te supra omnes: ad alios autem, Non noui vos. Hic igitur iuxta significationem cognitionis nomen accipitur: quoniam tantùm innotescit hominibus Deus, quantùm iam familiariter ipsi homines tur, qui per virtutem ipsi adiuncti sunt. Nam pro ratione ascensus ipsorum ille descendit: & quantùm homini Deo appropinquat, tantùm etiam homini Deus innotescit, nimirum iuxta proportionem puritatis, quæ in- nicuiq; inest, sui cognitionem impertiens. Hoc autem ab Apostolo accepit Gregorius sic ad Cœsarium scri-*

1. Cor. 13. *bente, Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum. Quem locum sic exposuit Chrysostomus. Quia nunc quidem ad nos Deus accurrit: tunc autem ipsi ad eum accurremus. Quòd si quis in ea sententia est, vt hic vel hinc ob- cognoscam sicut & cognitus sum, comprehensionem ipsam significari existimet: sciendum est hac adhuc Scriptu-*

Psalm. 102. *um, καθὼς, cùm de Deo & nobis prædicatur, non eodem modo accipiendum esse. Exempli causa, ait Scriptu- ra, Sicut miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se. At qui commiseratio Dei comparatione hominum incomparabiliter excedit. Et rursus, Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis per-*

Ioan. 20. *fectus est. Et tamen nullus est mortalium, qui ad huiusmodi perfectionem aspirare possit. Item alio loco, Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. At qui non eadem est missionis ratio. Ille enim vt lumen à fonte, sic à Pa- tre missus est, vnam atq; eandem cum eo habens substantiam: at Discipuli vt serui à Domino missi, ad eundem quoq; modum hæc Apostoli verba, Cognoscam sicut & cognitus sum, perfectam quidem fore tam nostram cognitionem indicant, non tamen sine vllo discrimine talem, qualis est in Deo. Inmid verò tantum inter vtramq; cognitionem intereße necesse est, quantùm inter diuinam naturam & nostram interiectum est. Ac videre quò nos spiritualis & theologica gradatio subuexerit. Etenim ab incomprehensibilitate diuinæ naturæ velut à primo quodam scalæ gradu, ad adumbrationẽ quasi ad secundum gradum euecti sumus, ab adumbratione rursus ad vehementius desiderium conscẽdimus: tum à desiderio ad*

tionem sublati sumus, hinc porrò ad Dei similitudinem subducti sumus: ac postremò eo peruenimus vt cum Deo familiariter colloquamur, eumque per vnionem perfectius cognoscamus.

PSELLVS. Deus dijs vnitus.) Quicunq; corporis molem crassitiemq; superarunt, cognoscentes quod *mens dunt axat sunt, non ob vllam aliam causam q̃ ob generationem humanique generis propagationem corporis opera vsi, mentemque suam à vitiorum labe purgarunt, atque ad primæ mentis rerumq; omnium effectricis exceptionem congruam idoneamq; reddiderunt, his, vnitur Deus. Nam cũ mẽs pura atq; incorrupta sit, cum mente, nulla re intermedia, colloquitur, ac per eam cum anima consuetudinẽ habet: quemadmodũ rursus per hanc corpori adiungitur. Caterum vnitur, non vt ille est, sed prout nos Vnionis illius capaces sumus. Atque hinc demũ innotescit. Neque enim alio modo quisquã Deum cognoscere potest, nisi ad cũ animam suam resoluerit, in eaque ipsum susceperit.*

Quatenus potest comprehendi, &c.) Cum his verbis pulcherrimè congruunt ea, quæ Cyprianus in præfatione libri de Cardinalibus operibus Christi scripsit. Quæ propter elegantiã non pigrit hic adscribere. Cordi igitur, inquit, nostro se offert Deus, & aliquid sui luminis infundit, inuitans & prouocans. Nisi enim aliquo modo sentiretur, nec appetendi nec inquirendi spes esset aliqua vel facultas. Sed quia ex parte sentitur, admirationi est odor ille & sapor, nullam cum carnalibus dulcedinibus habens similitudinem, & per omnia suauitate differens: eoque desideratur copiosius, quo cætera delectamenta excedit. Desideriũ autẽ inquirentes purificat, & purificatio exclusis enormitatibus ad formam Dei prouehit ascendentes: atq; ita in opere suo imago & similitudo Dei multis laboriosisque progressionibus & incrementis propriã sibi demum indicat dignitatẽ. Hæc ille.* Quæ verba Latina quibus Græcis respondeant, ostendamus. In Latino apud Cyprianum paulò altius habetur, Et quomodo fulgur nubes disrumpit, & repentina coruscatio nonnullis illuminat, quàm habet at oculum. His consimilia sunt hæc Græca Nazianzeni, ὅσοις δὲ περιλάμπειν ἔστιν ἐκ μέρους ἀπαστράπτει τάχος οὐκ ἰσχύοντας. In Latino Cyprian. Aliquid sui luminis infundit inuitans & prouocans. Gr. ἵνα τὸ ὧδε κἀκεῖθεν ὅλως πρὸς ἔννοιαν. In Latino. Nisi enim aliquo modo sentiretur, nec appetendi nec inquirendi spes esset aliqua vel facultas. Gr. ἐκ γὰρ τοῦ παντὸς ἀναισθήτου καὶ ἀλόγου τοῦ ἀνθρώπου. In hoc differunt, quod Cyprianus admirationẽ ex eo nasci inquit, quod ex parte sentitur Deus. Gregorius autẽ ex eo, quod à nobis comprehendi nequit. Reliqua optimè inter se quadrant. Cyprian. Admirationi est. Gr. θαυμαζόμενος. Cyprian. desideratur copiosius. Gregor. ποθεῖται πλέον. Cyprian. desiderium autem inquirentes purificat Greg. καθαίρει δὲ ἡ ἔφεσις ἐρευνῶσαν. Cyprian. & purificatio exclusis enormitatibus ad formã Dei prouehit ascendentes. Greg. καθαίρει δὲ ἡ ἔφεσις ἐρευνῶσαν. Cyprian, at que ita in opere suo imago & similitudo Dei multis laboriosisque proiectibus propriam sibi demũ indicat dignitatem. Gr. ἐκδύσεις δὲ γυμνώσεις ὧν εἰσόδους ἔφη προκοπαὶ θεοῦ διαβιβάσεις τε καὶ γνωρίζουσαν. Verbis quidẽ non ijsdem, eodem tamen sensu. Mirum autẽ est profectò clarissimos doctores ita inter se concordes esse, vt non modò eadem, sed ijsdem etiam pene verbis efferant, Nisi quis fortè existimet Gregoriũ, cum hæc scriberet, à Cypriano mutuatum esse. Nec enim obstat quod in Epistolis Romanæ linguæ rudem se atque ignarum fatetur. Cur enim non Græci quoque Cypriani scripta in suam linguam conuersa habuerint, quemadmodum nostri illorum lucubrationes Latinitate donarunt: præsertim cũ Cypriani nomine, vt Hieronymus scribit, nihil in toto orbe esset illustrius. Nam quod Erasmus opus illud de operibus cardinalibus Christi Cypriano filiò adscriptum esse suspicatur, vt demus eũ coniecturæ suæ falsum non fuisse (nam ea parum me mouet,) id certe non inficiatur, quin Cypriani ætate libellus hic in lucem prodierit. Quod etiam titulus ipse manifestè ostendit. Scriptus est enim ad Cornelium Papam qui tempestate Ecclesiam moderabatur.*

Immensus itaque est Deus, contemplatuque difficilis, idque solum in eo planè comprehendi potest, quòd immensus sit: quamlibet aliquis existimet, eum, quia simplicis naturæ sit, rationem hanc habere, vt vel nullo omnino modo comprehendi possit, vel plenè perfecteque comprehendi queat. Quid enim sit ille, natura simplex exquiramus. Neque enim simplicitas illi natura est, quandoquidem nec compositis, sola compositio.

* *Idque solum.)* Vnus est intellectus de Deo certissimus, si scias & sentias nihil de illo posse mortali ore depromi. Arnob. lib. 3. aduer. hæres. Billius.

NIC. Rursus sermonẽ de Deo Theologus repetit, eumque immensum esse pronunciat, vt qui nullis temporis finib. interceptus sit, nec tempore, nec loco, nec comprehensione, ac cognitione circunscribatur, atque ob naturã quidem supra rerum vniuersitatem esse (neque enim concipi vllo modo posse) ob prouidentiam autẽ in Vniuersa esse. Hac enim vniuersam rerum molem indigere. Enimuerò immensus quidem est Deus, non vt numerus aut magnitudo: vtrunque enim horum principium habuit. Contemplatu autem difficilis, nempe secundum ea, quæ circa ipsum sunt, id est, quatenus ex effectis cognoscitur. Nam hæc quoque propter imbecillitatem nostram obscurè intelligimus. At verò planè comprehendi potest, ipsum immensum naturaq; incomprehensibilem esse. Communibus enim omnium animi notionibus insitum est, quod Deus tum tempore tum natura, tum potentia infinitus sit. Etenim, vt rem breui complectar, Deus & incomprehensibilis

est, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, & comprehensibilis, & agrè comprehensibilis. Primũ quantum ad naturã, alterũ quantum ad incomprehensibilitatem, postremum quantum ad ea, quæ circa ipsum sunt: quamlibet Eunomius existimet, si simplex Deus sit, eum contemplatu difficilem, non esse, verum aut omnino incomprehẽsibilem, aut prorsus comprehensibilem, vt pote individuum suíque omnino similem. In compositis enim, inquit, accidere potest, vt pars quidã percipiatur, quadam incognita maneant: at non item in simplicibus. Cui sic respondendum est. Simplicitas nequaquam Dei natura est, Eunomi, vt vel plenè, vel nullo modo percipi possit: sed aliud est diuina natura, aliud simplicitas, quæ circa naturã consideratur: quemadmodum videlicet & in compositis, diuina natura est, aliud compositio, quæ circa ea cernitur. Quocirca quærendum est quidnam sit Deus, qui simplex naturâ est, id est, quærendum est prius, quid sit Deus secundum naturam, quàm vt loquamur de simplicitate, quæ eam sequitur.

PSELLVS. Immensus itaque est Deus, nec fine interseptus, nec cognitione perceptibilis, quarum vtrumque nec loco circunscriptus, nec corporea ratione diremptus. Et contemplatu difficilis quantũ ad sirum ea, quæ illuminantur. Nam, vt scribit magnus Dionysius, nec si qua est eximia & selecta hierarchia, ipsa tamen potestate speculationibus vtitur, solutis ac liberis mentis conceptionibus Deũ apprehendens. Quibus adquiescit existimet, &c. Quoniam doctrina quadam gentilis philosophiæ illi aduersabatur, hæc ex aduersis refutat, ac perquàm generosè dissoluit. Tradunt enim, Platonici præsertim, nihil simplex partim comprehendi posse, partim comprehendi non posse: verũ siue corpus illud sit, substantiam habens similaribus partibus constantem, siue etiam quiddam incorporeum, quisquis illius partem perceperit, totum quoque percepisse. Verùm simplicitas Dei natura non est, etiamsi simplex sit: quemadmodum nec in nobis natura rationabilis est, quod compositi simus: verũ id naturam circunstat, qualiscunque tandem illa est.

Immẽsitas bifariã consideratur.

Iam verò cum immensitas bifariam consideretur tum secundùm principium, tum secundum finem (nam quod supra hæc positum est, nec his continetur immensum est) cum in supernum profundum mens aspexit, non habens vbi consistat, atque imaginationibus illis, quas de Deo concipit, innitatur, immensum hoc atque inaccessibile, principium nullum, principio carens appellauit: cùm aût ad inferiora hæc, & posteriora aspectum detorserit, immortale atque interitus expers: cum autem vtrunque contexerit, & collegerit, æternum. Aeternitas enim nec tempus est, nec temporis pars vllus: sed quod nobis tempus est, solis motu definitur, hoc etenim in mensuram cadit: at quod nobis tempus est, solis motu definitur, hoc etenim in mensuram cadit: sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligitur in tempore non esse, vel quia sempiternum sit, vel quia nequaquam per temporalem protractionem in rerum naturam prodierit. Ex quo efficitur, vt alia ratione, qui extra tempus est in tempore sit: quia videlicet non ab æterno sit: alia autem in tempore non sit, quia summus omnium rerum architectus ad suam productionem tempore minimè opus habet. Quemetiam in rebus humanis nonnulla sunt, quæ sine tempore moram gigni solent, vt lacte in concretionem seu coagulationem, & superficiei aquarum congelationem. Non enim paruis lariter ac paulatim concrescunt, sed confertim & repente, & non quemadmodum ipsi consueuimus. Quasi temporalis quidem motus & interuallum. Ne diuinum horum verborum sensum furda prorsus aure accipiamus, liceat nobis pro animi arbitrio auium fictione fabricari, quod magnus Gregorius ve intellexit. Tollantur itaque nobis & cœlum, & sol, & luna, atque omnis siderum motus: nos autem quodam in loco per figmentum habitemus. An non rursus interuallis distinctam vitam habemus? quòd si interuallis distinctam, vtique & mensurabilem. At cuius tandem rei mensura describemur? An solis? at qui ille seruando vtro sublatus est: An lunæ? at quæ ipsa quoque à nobis auolauit. An aliorum siderum cursibus? Vbi tandem illa fixa erunt, aut mouebuntur? In cœlo? at qui fictrix oratio hoc quoque stellis spoliatum in nihilum redegit. Talis igitur motus nullus erit, & vita, nec tempus est, nec temporis pars vlla, sublatis nimirùm his rebus, quibus tempus conficitur. Atque interim tamẽ in motu & interuallo sumus. Hoc igitur velut temporale quoddam motus est & interuallum. Hoc æternis auum est. Qui de rebus diuinis adud Gentiles accuratiùs mẽ disputarunt, quorum vertex & coryphæus est Proclus, ἀΐδιον, æternum in duas partes diuidunt, alteram quidem partem eandem esse statuentes cum auo, seu sæculo, vt simul vniuersum sit, temporalem verò tractione nequaquam terminabile. Atque in hac æterni parte mentem quoque collocant, nonnullis etiam animam. Nam & quantum ad essentiam, & quantum ad actum vtraque æterna est. Neque enim eorum pars alia progenita est, alia progignitur, alia progignetur, neque in earum actu quidquam desiderari potest. rùm vtraque harum & essentia & actu perfecta. Progressionem itaque per similitudinem & assimilationem fieri necesse est. Quid igitur? Ab eo quod secundum vtramque rationem æternum est, hoc est videlicet, quod dum essentiam & actum, ad id quod neutra ratione æternum est, proficiscetur oratio. ad id videlicet, quod creatũ est, & fluxum & caducum, cuiusmodi nostra individua sunt. Nos enim nec æternam essentiam habemus, nec actum particulatim augemus. Verùm alia quidem nunc facimus, alia iam videmus, alia rursus ad alia rursus facienda præparamur. Verùm id ordo non est, nec progressio per similitudinem. Quemadmodum & Angeli & archangeli & cæteri omnes. Proinde inter ea, quæ omnino æterna sunt, & ea quæ corruptioni prorsus obnoxia, natura quædam media interiecta esse necesse est, quæ naturam quidem æternam habeant, cæterùm secundum tempus agant. Atque ad hunc modum prouecta disputatione in medio ordine cœlum, totumque aethereum ornatum locant, quòd scilicet quantùm ad essentiam æternum esse asserunt, quòd vniuersum complexus immortale mortalibus æternum ac sempiternum esse, quantum ad actum haudquaquam illis tribuunt. Neque enim totum simul naturam, cum simul collegit, sed per omne tempus simul mouebitur. Atque ita de æterno philosophi prosequuntur. At magnus Gregorius hæc velut fabulosa missa faciens, postea quam semel ex sacra scriptura didicit, fore, vt & Hellæ cadant, & cœlum quasi vertigmem patiatur, in oratione quadam his verbis vtitur, quæ cheuum est, quod antiquius principium nequaquam sortitum est, æternum autem, quod à causa prorsus sum sine haudquaquam concluditur. Hinc constat id, quod anarchum est, æternum etiam esse, quod verò à causa profectum non est, quo tandem modo emori aut omnino interire poterit? Nam quod interitus causam habet, quòd à causis abscedat, quemadmodum quod ab altero mouetur, mouetur. Quoniam inquam modo quod causa caret, interire poterit? Nec enim seipsum deseret, vt sic à seipso dissidens exitium sibi atque interitum accersat. Quocirca quod principio caret, proculdubio æternum quoque est. At non e conuerso, quod æternum est, idem quoque principio vacat. Anima enim & mens æterna, quia immortales, nec tamen principij expertes. Omnia siquidem à prima causa orta sunt. Iam verò æternum & immortale hoc differunt, quod æterni nomen generalius sit, immortalis autem specialius. Nam ea Gentilium philosophorum sententiam, de quibuscunque immortale prædicatur, de ijsdem quoque æternum: at non contrà omnibus æternis immortale quoque adiungitur. Immortalia enim, inquiunt, deorum tur, quæ vitam habent, cuiusmodi mentem atq; animam esse diximus, ac naturas post deum proximas. At cùm cœlum sine carere dicunt, non immortalem illi naturã tribuunt, sed æternam. Mors enim vita ipsi propria natio Quæ autem vita nequaquã prædita sunt, quomodo morientur? Verũ iuxta nostrates Theologos vnum idemque est æternum & immortale.

* Mundus intellectilis) κόσμος in Græco Pselli deest, sed hoc substantiuũ desiderari apertissimè potest ex ijs quæ mox sequuntur.

* Illuminatum illud spatium.) Hoc quoque loco substantiuũ deest. spatium vel interuallum potest. ex sublimo. nam de ea re illic tractat.

Atque hæc nobis in præsentia de Deo dicta sint. Neque enim plura differere huius est temporis: quandoquidem nobis hoc loco non de Dei natura, sed de eius consilio ac dispensatione instituta est oratio. Deum porrò cùm dico, Patrem & Filium & Sptritum sanctum dico, nec vltra hæc fusa diuinitate, ne deorum turbam inducamus, nec rursus intra hæc finita atque restricta, ne diuinitatis inopia premi iudicemur, vel propter vnius principatum in Iudaismum incidentes, vel propter effusam deorum multitudinem in Gentilismum incurrentes. Nam vtrobique malum æquale est, tametsi in contrarijs reperiatur.

Iudaismus. *Gentilismus*

NIC. Hic, inquit, oratio de Deo finem habeat. Neque enim de Deo pertractare proposuimus, sed de incarnationis consilio & dispensatione disserere. Dispensatio autem, cùm de hominibus agitur, est tractatio atque administratio rerum, vtilitatis scopum sibi proponens: cùm autem de Deo sermo habetur, est voluntatis magnitudinis propriæ demissio. Porrò cum Deũ dico, Patrem & Filium & Spiritum sanctum dico. Diuinitas enim in his tribus personis est, nec vel supra hæc expenditur, ne multos deos Ethnicorum more introducamus, nec infra tres personas contrahitur, ne diuinitatis inopia degrauemur, vnã tantùm in Deo personam agnoscentes quemadmodum Iudæi. Quanquam enim Gentilismo seu paganismo Iudaismus opponitur: at malum tamen in vtroque reperitur. Gentilismus enim propter deorum multitudinẽ excessus similis esse videtur: Iudaismus aũt defectui, vtpote vna persona diuinitatẽ circunscribens. Excessus porrò & defectus tametsi inter se contrarij sint, vterque tamẽ in vitio est. At virtus est mediocritas in eo posita vt sanctam Trinitatem credamus ac confiteamur, atque tum Iudaicam vnius personæ assertionẽ fugiamus. Idenim defectiua est, & diuinitatis inopia, tum gentilem deorum multitudinem, quæ quidem excessus atque exuberantiæ rationem habet. His aũt verbis & Arij diuisionem, & Sabellij contractionem euertit. Etenim Arij doctrina non dissimilis est Gentilismo, propterea quòd maiorem Patrem, & minorem Filium, atq; eo etiã rursus minorem Spiritũ sanctum astruat. At Sabellij opinio Iudaismi similitudinem gerit, quoniã vnam tantum in Deo personam esse asserit, ac tres personas confundit.

Sic nimirum Sancta sanctorum, quæ etiam ab illis Seraphim obteguntur, ac tribus sanctificationibus in vnam dominationem diuinitatemque coeuntibus celebrantur: quemadmodum & *alius quidam ante nos pulcherrimè & sublimissimè philosophatus est.

NIC. Sic, inquit, profligata Iudaica vnius personæ assertione, atque et hnica Deorũ multitudine, venerandæ essentiæ personæ introducuntur, quæ per excellentiam aut cõplexionem Sancta sanctorum appellantur, vel potius quia oculorum aspectum fugiunt. Quemadmodum enim in veteri tabernaculo, quod fixerat Moses, interior pars illius, quam Sancta sanctorum vocabant, velo tegebatur atque operiebatur: sic etiam tres vnius diuinitatis personæ fulgure illo splendoris ex ipsis exiliente, quasi obducto quodam velo operiuntur, ac ne ab ipsis quidem Seraphim senas alas habentibus spectari queunt. Verùm vt grandiloquus Esaias ait, duabus quidem alis facies earum obtegunt, duabus autem pedes, reliquis denique duabus volant ac ela- *Esa. 6.*
mant, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus triplici sanctificatione in vnam dominationem coeunte sanctam Trinitatem collaudantes. Ex eo etenim quòd tertio vocem illam Sanctus, repetunt, tres personas indicãt. Ex eo autem quòd semel duntaxat Domini vocem subiungunt, vnam diuinitatem declarant: quemadmodum & magnus Athanasius docuit.

* Existimauit Budæus hu verbis Dionysium Areopagitam significari, qui cap. 7. cœlest. Hierarch. de hac re nonnulla verba facit.

Quoniam autem summo illi bono nequaquam satis erat sua ipsius solùm contemplatione moueri, sed bonũ illud diffundi ac propagari oportebat, vt plura essent, quæ beneficio afficerentur (id enim summæ bonitatis erat) primùm angelos, & cœlestes spiritus cogitauit: atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo conficiebatur ac Spiritu explebatur. atque ita secundi splendores procreati sunt primi splẽdoris administri (siue spiritus intelligibiles, siue ignem quasi immateriatum atque incorporeum, siue aliam quandam naturam proximè ad eas, quas diximus accedentem eos existimare oportet) gestit quidem animus dicere ad malum immobiles, ac solum modo ad bonum inclinationem & motum habentes, vtpote Deum circunstantes, ac primario Dei fulgore collucentes (hęc enim inferiora secundariæ collustrationis sunt) verùm vt non omnino immobiles, sed ægrè mobiles existimem ac dicam, mihi persuadet ille ob splendorem Lucifer, qui propter superbiam caligo effectus est, &c nominatur, & defectores angeli ei subiecti, vitij per boni fugam architecti, eiusdemque nobis authores. *Angelorũ creatio.* *Lucifer propter superbiam caligo effectus.*

NIC. Cùm ait Theologus, Non satis erat, sed oportebat, non eo sensu hoc dixit, quòd vlla re Deus indigeat: verum vt exuberantem Dei benignitatẽ ob oculos ponat, ac beneficentiam quasi necessariam ostendat. Moueri autẽ Deum dixit non simpliciter, sed sua ipsius contemplatione. Sex enim modis aliquid mouetur per generationem, corruptionem, augmentum, decrementum, alterationem, & localem mutationem. Ac qui Deum nec nascitur, cũ sempiternus sit: nec occidit, vtpote æternus: nec augetur, perfectus enim est: nec de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

creſcit, eſt enim immutabilis: nec alteratur, qualitatem enim non habet: nec locali modo ex alio loco in alium commigrat: quo enim commigraret, qui omnia implet? Motum aũt hic Theologus vocauit Dei in ſeſe collectionẽ & intelligentiã, præter eos ſex modos, quibus aliquid moueri Ariſtoteles docuit. Mouebatur enim Deus ſuæ pulchritudinis ſplendorem perſpiciens. Mouebatur autem intuens mundi formas, quas in magnũ ſuis cogitationibus mens mundi fabricatrix conſtituerat. Poſteaquam aũt bonus ille non ſatis habuit ſeipſum contemplari: verũ ob bonitatis exuberantiam quadã eſſe voluit, quæ beneficio afficerentur, ac bonitatis ipſius participia eſſent: hoc enim ſignificat id quod ait, diffundi ac propagari bonum oportebat, id eſt vnum Deum pro ratione eorum, qui ipſius capaces eſſent per bonorum communicationem multiplicari ob hanc cauſam mundum vniuerſum producit, non ob neceſſitatem aliquam, vt nonnulli blaterarunt, verùm propter ſummam bonitatem. Ac primum quidem angelos & cœleſtes ſpiritus cogitauit. Cõueniebat enim intelligibilem naturam ante ſenſibilem procreari. Atque cogitatio illa opus extitit, quemadmodum ad Deum Iudith dicebat. Cogitatũ enim, inquit, atque eodem momento tibi præſto fuerunt omnia, quæcunq; fecisti. Atque ipſa ſimul habetur, Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Per Verbum quidem ſeu Filiũ Dei angeli creati ſunt: cæterum à Spiritu ſancto ſanctitatem acceperunt, ac perfecti ſunt. Ac proinde à ſancta Trinitate facti ſunt, Patre nimirum cogitante, Filio fabricante, ac Spiritu perficiente. Atque ad eum modum, ſplendores ſecundi creati ſunt, quantum videlicet ad præfulgentem claritatem beatæ Trinitatis, à qua per participationem colluſtrantur. Primi ſplendoris adminiſtri. Prima enim fulgida natura Deus eſt, qui angelos ex nihilo produxit, iuxta imaginem ſuam eos creans, incorpoream inquã naturam, quaſi ſpiritum quendam, aut ignem materia vacantem, quemadmodum inquit Dauid, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Quibus verbis leuitatem, & mentis ardorem atque aciem celeritatemque circa diuinã naturam & miniſterium deſcribit, atque oſtendit eos in ſublime ferri, & ab omni craſſa & terrena cogitatione liberos eſſe, Ac vellem quidẽ, inquit, mihi dicere licere angelos ad malum prorſus immobiles eſſe, vt pote Deo appropinquantes, ac citra medium illius lumine coruſcantes (nos enim inter media angelorũ opera colluſtramur.) Verùm vt eos potius ægrè mobiles dicam, mihi perſuadet Eſaias dicens, Quomodo cecidit de cœlo Lucifer, qui mane oriebatur? Nam cùm ille clarus ab omnium rerum conditore creatus eſſet, ac propter ſplendoreus Lucifer nominaretur, poſteaquam aduerſus Deum, à quo conditus, erat, efferri atque inſoleſcere cœpit, vt eſt apud Eſaiam, ſeque ipſi opponere cupiens, dixit, Aſcendam in cœlum, ſuper aſtra cœli thronum meum ſtatuam. Conſcendã nubes, & ero ſimilis altiſſimo, propria voluntate ob huiuſmodi ſuperbiam caligo factus eſt ac nominatur. Quamuis enim ob immenſum & imprehenſibilem naturæ rationẽ Deus quoque ipſe caligo dicatur, iuxta aliud, Poſuit tenebras latibulum ſuum, non tamen caligo eſt nec fuit. At diabolus & caligo factus eſt, & eo nomine vocatur. Sic enim cum vocat Ioannes Theologus, Tenebræ lucem non comprehenderunt, id eſt, aduerſaria poteſtas Chriſtum neque quam ſuperauit. Quocirca angelos immutabiles dicere vereor, cùm cogito hunc Luciferum, qui bonus erat, arbitrij libertate & plena voluntate ex naturali bono in id, quod præter naturam erat degenerauiſſe, atque etiam defectores angelos illi ſubiectos, qui quidẽ malitiæ architecti dicuntur, non quòd ei ſubſtantiam dederint (neque enim vlla eſt malitiæ ſubſtantia) ſed quòd primi malum ſeu malitiam cõmiſerint. Atque etiam Theologus poſt quã dæmones impropriè malitiæ architectos nominauit, ne quis eã ſubſtantia præditam eſſe exiſtimaret, hanc ſuſpicionem mitigauit, cũ addidit, eos per fugam boni malitiæ conditores fuiſſe, his verbis propemodum hoc dicens, malum ſeu malitiã non eſſe ſubſtantiam, ſed virtutis privationem, quemadmodum caligo luminis eſt receſſus. Quemadmodum igitur qui lucẽ fugit, in tenebris verſatur: ita damones poſteaquã à bono receſſerunt, in malo relicti ſunt. Nec verò malum tantum effecerunt, ſed nõdũ peccati quoque authores extiterunt, vtpote Deo aduerſantes. Huic enim non ſufficiebat ſua ipſius diuinaxat contemplatione moueri, ſed diffundi bonum oportebat, vt plura eſſent quæ beneficio afficerentur. Hoc enim ſummæ bonitatis erat cupientis pluribus benefacere. Contraria igitur ratione ſummæ eſt dæmonum peruerſitas, qui non modò arbitrij libertate ac voluntate malifacti ſunt, ſed alios etiã malos reddunt, ac perdere conantur.

*PSELLVS. Quoniã autem ſummo illi bono.) Veteres ac primi philoſophi addubitantes quodnam Deo nomen cõmodè tribuerent, Deum, & vnũ, & Bonum, tria hæc, inquam, incorruptibilis naturæ nomina produxerunt, nihil eam eſſe aſſerentes niſi Deum, nihil autem Deum niſi bonum, idque idem eſſe quod vnum, quippe & * eorũ, quæ ſunt, collectiuum, atque ad vnius participationẽ ea adducens. Vnum enim vna one & monade atque vnitate excellentius eſt. Vnitas ſiquidem vnius eſt particeps. quod autem particeps eſt, eo inferius eſt, cuius eſt particeps. Iam vnio vnitatum coniunctio eſt. Quod autem ex vnitatibus conſicitur, haudquaquam purè vnum eſt, at que etiam multitudinis rationem habet. Porrò vnum multitudine præſtantius. Poſtremò monas, ſi quis proprie loqui velit, nequaquam idem eſt, quod vnum, ſed paſſio quædam, aut habitus vnius. Manſionem enim quandam & conſtantiam vnius declarat. Vnum enim ſolum multiplicatum, vnum rurſus eſt. At Dei nomen, eum propria eſſentia cuncta implere demonſtrat. proinde bonitas Dei qualitas non eſt, ſed hoc ipſum Deus, & vnum. Quid enim Deus aliud eſt, quàm ſummum bonum*

bonum, primaq; illa cauſa, per quam reliqua quoque bona efficiuntur? Sua ipſius ſolùm contemplatione moueri, hoc eſt, conuerti ac colligi ad ſeipſum, vtpote nulla re ſuperiacente ad quam ſubuehi poſſit, quemadmodum anima ad mentem, mens autem ad Deum. Nam compoſitorum ac corporeum nihil in ſeipſum colligi dicitur. Quonam enim modo corpus ad ſeſe colligeretur, cùm ſimplicitate careat? Atq; etiam ſi quid corpore careat, non tamen propterea ſtatim in ſeſe colligi poterit. Quonam enim modo qualitates in ſeſe colligi queant, cùm propriam eſſentiam non habeant? Illud verò ſcire operæpretium eſt, quòd in his rebus, quæ finita ac circumſcripta ſunt, imperfectus motus eſt, in quibus nimirum motus ipſe finem ſpectat. Exempli gratia: Motus glebæ à partibus ſuperioribus ad inferiores imperfectus eſt: quoniam eã, cùm ad centrum terræ peruenerit, finem motus habere neceſſe eſt. Conſimiliter ſi quid ex inferiori loco ſurſum verſus moueatur, imperfectus quoq; hic motus erit. Ignis enim aut aëeris partem in ſua tota deſinere neceſſe eſt. Hic verò motus non in finem vllum deſinit, quin potius ipſe id quod agitatur, maximè perficit. Quare nullo modo imperfectus dicendus eſt. Imperfecta quidem eſt noſtra gignendi ratio, quandoquidem fœtum perfecta matris vinculis in lucem exire, ac ſinem naſcendi facere neceſſe eſt. At non item imperfecta Verbi Dei generatio, quoniam nullo fine circumſcribitur. Enimuerò Ariſtoteles inter motus imperfectos cœli conuerſionẽ numerandam cenſet: verùm elementorum quidem motus imperfectos eſſe aſſeruit, cœli autem motum perficiendi potius corporis ſui vim habere pronunciauit. Quam autem cauſam affert? Quoniam, inquit, lapidem agitatum ad terram delabi, & aërem in locis concauis incluſum ad ſuum totum ſurrigi oportet. At cœlum finito motu quo tandem loco conſiſtet?

** Eorum quæ ſunt) lego enim τῶν ὄντων ἑκάστων, non διάστασιν, vt in Græco codice. Billius.*

Sic igitur atq; ob has cauſas intellectilis mundus ab eo creatus eſt, quantum quidem ipſe de his rebus philoſophari queo, exigua oratione res magnas perpendens. Poſtea- *Hominis creatio.*
quam autem primas creationis partes præclarè conſtitutas vidit, alterum mundum cogitauit, materia conſtantem & aſpectabilem, nimirum hanc ex cœlo & terra & his rebus, quæ eorum complexu continentur coagmentationem & concretionem, laudandã illam quidem ob ſingularem partium elegantiam, ſed magis laudandam ob miram omnium partium concinnitatetem atq; concentum, alia re videlicet ad aliud quiddã pulchrè quadrante, atq; omnibus ad omnia ſcitè conuenientibus, ad vnius mundi ornatum omnibus numeris abſoluendum: vt perpicuũ faceret, ſe non modò ſibijpſi cognatam & propinquam naturam, ſed etiam omnino alienam poſſe procreare, Diuinitatis enim propinquæ ſunt intellectiles naturæ, ac mente ſola perceptibiles: alienæ autem penitus, quæcunq; ſub ſenſus cadunt, atq; his adhuc remotiores, quæ vita omni & motu carent.

NICET. *Sic, inquit, id eſt, primo ordine, atque ad vnam cogitationem, & ſola bonitate motus angelos creauit, Modeſti autem hominis eſt dicere, quantum quidem ipſe de his rebus philoſophari queo, cum cum tenua & imbecilla ſit oratio, magna tamen & ardua metiri atq; exquirere aggreditur. Hoc enim ſignificat verbum τεκμαίρεσθαι. Deinde intellectili mundo producto ſenſibilem rurſus mente concipit Deus. Nã opificium quidem rationes apud ipſum ſemper erant, vtpote ſimul omnia ſemper cognoſcentem: tunc verò animo concepit angelicos ſpiritus, nimirum vt eos produceret, quando iam conueniebat. Mens enim huius vniuerſitatis parens omnia quidem parturiebat: poſtea autem parturitione illa tempeſtiuè ſeſe proferente intellectilis mundus primùm detectus eſt: ac deinde hic ex materia & forma conſtitutus, qui etiam ob hanc rauſam materialis & aſpectabilis dicitur. Eſt autem mundus, vt inquit magnus Baſilius, & ante eum Ariſtoteles, coagmentatio ex cœlo & terra naturiſq; intermedijs: vt autem Nazianzeno placet, etiam concretio & temperatio. Coagmentatio quidem, vt ex his conſtitutæ & expletus. Concretio autem, quaſi permixtio, propter elementa, quæ non ſolum propria loca habent, ſed inter ſe quoq; commiſcentur. Quoniam autem quidquid laudatur, vel ſecundum propriam naturam laudatur, vel ſecundum relationem, quam ad alterum quiddam habet: Idcirco Theologus mundum laudibus vehens, omnem ecomij naturam ſummatim complexus eſt, cùm dixit partem vnamquamque mundi & per ſe laudabilem eſſe, & concinnitatis, qua cum altero iunctæ ſunt, ratione. Et quidẽ concinnitatis verbo oſtendit partes mundi nequaquam inter ſe aduerſari: per concentum autem docet non modò ſibi inuicem non aduerſari, ſed pulcherrimè etiam inter ſe cohærere, Connectuntur enim altæ aliis, ac ſuauiter & tranquillè communicant. Quemadmodum enim in cithara ex diuerſis quidem fidibus, cæterum ad vnius cantilenæ perfectam modulationem concinentibus, harmonia conſicitur: eodem modo in hoc mundo diuerſæ quidem ſunt ſpecies, ſed tamen ad huius complementum concordes & conſonæ. Omnia enim ipſi congruentem vtilitatem præbent, & licet locali ſitu diſtincta ſint, vt elementa, tamen cognatis relationibus inter ſe connexa & concreta ſunt, alia re videlicet ad aliud quiddam pulchrè quadrante, terra nimirum cum aqua. Vtriuſq; enim communis eſt grauitas, &*

Universidad de Deusto
Biblioteca

frigidit as: aqua rursum cum aëre: perspicua enim atq; humida est aqua, quemadmodũ & aër: aëre item cũ igne siue cum æthere: calida enim & leuia hæc elementa sunt. Atq; omnia inuicem ad mũdi cõstitutionem sibi mutuò conferunt, etiam quæ maximè contraria videntur. Nam qđ ait, atq; omnibus ad omnia, sic uasi ties. Quemadmodum in terra non solùm est siccitas & crassities, sed etiam humor & aër atq; eranus ille: sic & in aqua & reliquis elementis omnia reperies. Ergo si vel separatim vnumquodq; consideremus, vel mutuam relationem, qua inter se quadrant, tum excellentem, inquit, omnium mixtionem, tum omnium oratione præstantiorem distinctionem esse perspicies. Verùm vt ad institutum reuertamur, Deus intelligibilis essentia creata, hoc est, cœlestibus copijs atq; ordinibus sensibilem quoq; naturam condidit, cælum terram licet ac terram, & ea, quæ his continentur, vt ostenderet se non modò cognatam & propinquam sibi naturam efficere posse (congrua autem & cognata Deo est ea, quæ rationem habet, atq; intellectu solo comprehendi potest:) sed & longissimè semotam, eam scilicet, quæ sub sensum cadit, ac potissimùm quæ animare ret. Quanquam enim omnia diuinæ bonitatis aliquid habeant, tamen quæ vita carent, hactenus ea præstant, quòd sunt: animãtia autem, quatenus & sunt, & vitam habent: homo verò, quatenus & hæc, & rationem insuper habet: at angelus propinquior adhuc est Deo, quippe & intellectualis, & sola mente perceptibilis.

Enimuerò mens iam & sensus sic inter se discreta finibus suis se continebant, ut nec confunderis; Verbi maiestatem in seipsis ferebant, taciti laudatores insignis opificij & canori præcones. Nondum autem vtriusque temperatura vlla erat, aut contrariorum mixtura, quæ sublimioris sapientiæ ac circa naturarum creationem varietatis & excellentiæ specimen exhiberet: nec omnes bonitatis diuitiæ notæ atque spectatæ erant.

NICET. *Per mentem hoc loco intelligibilem mundum, hoc est, angelos significat, per sensum autem sensibilem: aitq; illi duo mundi inter se discreti intra proprios fines cõsistebant, hoc est, peculiari modo, atq; impermixte creati naturæ suæ fines haudquaquam excedebant. Manebat enim intellectilis mundus in sua sine, nimirum vt intellectilis solùm esset: ac rursus sensibilis in sua permanebat natura, tantumq; sensibilis erat. Porrò vtriq; bonitatis & potentiæ Filij Dei creatoris sui magnificentiam in seipso ferebat atq; ostendebat, ac per constructionem sui atq; ordinem tacitis vocibus opificem prædicabat, iuxta illud, Cæli enarrant gloriam Dei: atq; etiam iuxta id, qđ scriptum est in libro Sapientiæ, Ex magnitudine enim & pulchritudine rerum creatarum, collatus cum eis earum effector, ac fabricator conspicitur. Igitur hi duo mundi inter se distincti erant ac circunscripti. Nondum autem vtriusq; temperatura vlla erat, aut veluti commixtura. Contraria enim sunt mens & sensus, idq; quod materia constat, & quod materia caret. Ideo autem temperaturæ verbo vsus est, quia per vnumquemq; hominis vitam anima à corpore diuidi & separari potest. Mixturæ verò nomen adiecit propter eam separationem, quam mors affert. Nam qua temperantur, separationem nesciunt, vt vinum & aqua: quæ autem miscentur, possunt separari: vt etiam & Sardeum. Porrò hæc contrariorum mixtura maioris sapientiæ Dei signum edituram erat, atq; argumentum fore, quòd varias etiam & multiplices naturas efficere posset, ac profusæ ipsius bonitatis specimen exhibere.*

Psal. 18. Sap. 13.

PSELLVS. *Mens & sensus.*) Parentem huius vniuersitatis selectam & principem naturam esse, non potius Deum, & Bonum, & Vnum, & omnia quæ sunt, & nihil eorum quæ sunt, & supra ea quæ sunt, & in ijs quæ sunt existimamus. Ergo in hoc vno omnia inerant tam intellectilia quàm sensilia, nec separata, nec confuse. Neque enim vt illa, sed vt ille, huiusmodi vnio erat. Igitur cùm omnia in Vno, quod ante omnia est, simul essent, postea processerunt ac distincta sunt. Porrò mentis nomen nonnunquam de anima quoq; ipsa, & de intelligibilibus naturis, quæ eam superant, prædicatur: interdum aũt ἀπριβῶς de simplici & indiuisibili natura dicitur, vt hoc loco. Nondum enim anima erat, quandoquidem nec homo. Missa enim naturales ha atque vegetatiuæ, quæ impropriè animæ nomen sortitæ sunt. Anima siquidem vis est organi corporis: at plantæ nequaquam sunt organicæ, sed naturales duntaxat. Quòd autem mentem omnium animarum sum omnem à prima mente procreata esse ait, earpere atque insectari mihi hoc loco videtur cùm Platonicos impostoras, tum ea quæ Iamblichus & Porphyrius & Proclus de cœlestibus sphæris vanè atque inaniter euerunt. Omnia enim quæ luna superiora sunt, anima prædita esse pronunciarunt. Theologus autem mundum extitisse animam docet, cùm iam sphæræ omnes creatæ essent. Iam verò hic opificij modus diuersus est ab eo quem Græci Philosophi introducunt. Nam illi nec Deum, nec naturam immediatè quicquam facere putarunt, ac proinde nec posse mentem protinus sensum gignere, sed primùm deiformem mentem, deinde particularem, nec diuinæ mentis participem, posse animam mentis compotem, tum simpliciter animam, postea naturam, atq; ita postremò sensum. At magnus hic pater summis naturis procreatis ira Deum mediam naturam, atq; ita postremò sensum. Etenim vt illi rationem ineunt, naturæ ordini subseruit Deus: vt autem docte hic Deo productas esse ait. Et enim vt illi rationem ineunt, naturæ ordini subseruit Deus: vt autem docte hic Deo producta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc videntur esse Ifelii.

Illud vt maneat, &c.) In stabilitate & constantia atq; identitate animæ condita fuerat: corpus autem in mutatione atque alteratione. Atq; vt in genere dicam, corpus quidem affectibus antea haudquaquam vitiosis subiectum erat: anima autem ab huiusmodi etiam affectibus immunis erat. Quocirca anima in ipsa velut in exemplari creatoris sui imagine diuinas formas conspiciens, conditorem suum celebrabat atq; laudabat, vel per propriam constantiam atq; immutabilem identitatem, eandem quoque de'opificem operationem habebat. Homo igitur, hoc est, illa corporis animæq; mixtura, cùm omnia sua ipsius culpa falsa cerneret, ad hùc morbum fortasse impellebatur, vt se æqualem Deo esse existimaret. At corpus ex altera re depressum, ppriúsq; affectibus abstractum, à cœlestibus auulsam animã deorsum vetrahebat, atque suum præcipitium vrgebat & impellebat. Ac tum scilicet homo, se animæ dignitatem non à se habentis, sed creatoris munificentia accepisse cognoscebat. Proinde dum insolentius efferebatur, à corporeis affectibus commonefactus, sentiebat se magnitudine gloriari, id est, quòd animæ magnitudinem præstantiamq; ex mio conditoris sui beneficio accepisset. Animal hic variè gubernatum, atq; aliò demigrans. Nam eorum præscientia etiam quæ nondum facta erant in eodem loco, quo ea, quæ fiebant aut facta fuerãt, stare censebantur. Variè gubernatũ. Gr. οἰκονομούμενον. Oeconomia autem est eius quod dispensatur ac regitur ratio multiplexq; gubernatio, ad eius commodum vtilitatemq; à dispensante instituta. Nam nos quoq; mœroribus ac voluptatibus gubernamur, secundarum rerum aduersarumq; casibus, timore & audacia, paupertate & diuitijs, cæteriúq; huius generis: ac postea ad alteram vitam migramus. Et quod mysteriorum est, id est, caput & summa totius humanæ vitæ dispensationis ac migrationis. Porrò nutus & flatus ad huius vitæ dispensationem referenda est: diuinitatis autem adeptio ad posteram vitam. Motus autem ad Deum subuectio, industriæ opus est, & virtutum cultus: deificatio autem omnis actionis & cuiusque motionis est terminus. Quare non simplex est ista animi ad Deum inclinatio. Proinde operæpretium est discere quot res inter nos ac Deum interiectæ sint. Primùm inaccessa illa caligo, quam vix vnquam quisq; ex eorum, qui ratione præditi sunt, ordine prætergressi sunt: Deinde angelicæ copiæ post caliginẽ illã positæ, quæ ab vno prodeunt, & vnitates dicuntur: tum mens dimidiata, in quam illæ terminantur: postea particulares quædam mentes, mox animæ, tum naturæ & corpora, ac postremo materia. Is igitur, qui ultimam adipisci parat, primùm se ad animam conuertat & colligat necesse est, deinde per eam ad mentem, per mentem ad ea quæ superiora sunt, ac deniq; per ea ad Deum tendat. At nec qui ad animam conuertit ac subuexit, diuinitatem consecutus est, nec qui ad mentem. Verùm illic animalia bona, sed nec capit quæ sunt spiritus: hìc verò intellectualis quidem, sed nondum Deus. Quòd si per mentem ad eam illam caliginem penetrauerit, ac cum Deo versetur, tum verò ad Deum iam fieri & diuinissimus qui, & Dei splendorem intueri, ac iuxta illum effingi atque efformari dicitur. Quoniam autem illa par erat, mentionem fecimus, agedum de ea nonnihil disseramus. Natura itaq; posit veritas ipsius sit principium motus & quietus eius, in quo primò inest, per se, & non per accidens, hoc enim vtrumque rerum naturalium affert natura, vt in seipsa motus principium, eademq; modo quietu quoque habeat. Crescunt enim plantæ, vt ab his incipiamus, motus principium in seipsis habentes, ad certum nunt, sine naturali cessantes. Idem de homine dicendum, & equo, & boue, & sphinge, & formica, & vt breui complectar, de omni animali siue reptili, siue natatili, siue volatili. Atque ipsa etiam quatuor elementa mouentur & quiescunt. Nam & ignis & aër suapte natura sursum mouentur, & cùm ad loca peruenerint, moueri desinunt, & rursus terra & aqua motum suapte natura deorsum vergentem titæ ad centrum vergunt, & cùm ad vniuersi medium peruenerint, in seipsis conquiescunt. Hæc de natura tradit Aristoteles. At si Orpheo credimus, & Platonicis, & Lycio philosopho de natura pertractanti, & antiquiori Chalcedonio Iamblicho Pythagorico, natura Dei ars quædã est. Triplicẽ porrò illi in vniuersum artem habet. Prima ipsi insita est, nempe qua omnia efficit ac fabricatur, quam ideã Plato nominauit, nõ nẽtem à nulla causa ortã, nec vlla oratione explicabilem vocamus. Altera, tametsi illinc oriatur, non ei semper adnexa est, sed eo tempore, quo ad eum reuertitur. Tertia autem & postrema Dei ars est, quæ inferiori quidem loco numeratur, quàm anima, cæterùm corporibꝰ dominatur, eáq; & gignit & fingit, get & mouet, & pficit, ac deniq; quietem ijs affert. Atq; ea materiales rationes habens earum quæ fiunt, easq; modo quodam intelligens, nequaquam ad se refert, nec ad propriam essentiam conuertit, sed corporibus insæparabiliter adhæret, in ea penetrans, nec reuertens. Ars hæc igitur apud philosophos ea quæ memoratu inus, natura nominat a est. Hæc Plato cum cœlo & tempore progenita esse censet. Neq; enim exitisse, quàm cœlum creatum esset. Primùm enim id esse necesse est, quod corpus ac reliqua complectitur. At corpora omnia, quæ posit cœlum creata sunt, posit naturam & sub naturam creata sunt, vnusquisq; lege intereuntia corruptioni obnoxia sunt. At cœlum, si quis optimè consideraue voluerit, nec sub cõditum est, nec natura corrumpetur. Vt Dei claritatem & videam & patiar. Res diuinæ corporalibꝰ cunque perspiciuntur, atq; earum traiectiones quædam sunt. Quoniam autem de huiusmodi

sunt sententiæ, altera nostra & Christiana, altera eorum qui apud Ethnicos doctissimi habiti sunt, vtraq; mihi exponenda est. Nostra itaque hoc modo se habet. Deus quidquid tandẽ est, incorporeus est, immutabilisque & alterationis expers manet: nos autẽ circa eum commutamur. Nam quemadmodum vnam eandemque vocẽ in subdiuali aliquo loco diffusam alij nostrum audiũt, alij minime: atque ex ijs, qui audiunt, alij clarius audiũt, alij obscurius: ac rursus ex his qui non audiũt, alius idcirco non audiuit, quia procul remotus esset, alius quòd auris meatum obstructum haberet, nimirum concreta circa partem illam pituita, aliusquia res alias ageret: Quemadmodum item sole in meridionali linea stante culices quidẽ & noctuæ exiguũ quiddã atque obscurũ lucis radiũ admittunt: homines autem & elephanti, prout quisque affectus est, vberius vel parcius illuminantur, eodẽ modo nos quoque circa Deum immutabilem permanentẽ, prout quisque afficitur, cõmutamur. Sic nimirum: Quocirca Petrus & qui tum aderant, ignea illas linguas conspicati sunt, non quod similis linguæ diuina figura sit, sed quia circa linguam futura erat Spiritus operatio. Atque hæc ex doctrina nostra te deprompsimus. At gentiles philosophi, quorum postremus lampadu gestator & hierophantes Proclus fuit, in tria hæc diuinam euocationẽ partiuntur. Atque aliã ipsius partẽ ἀνάνευσιν vocant, aliã ἀνακίνησιν, aliam ἀνάδυσιν. Si quis igitur animæ intelligentia & nitore ac splendore fruentũ illud, vt natura est, perspicit, ipse vt pote euocator & spectator ἀνακίνησις dicitur. Si quis autem imaginatio animæ vehiculo res diuinas cogitatione informet, ab altero prophano theologo ad id incitatus ἀνάνευσις hic vocari potest. At si nec mente nec imaginatione speculetur, sed oculis solis diuinas quasdã visiones per aerem delatas inspiciat, is ἀνάδυσις dici possit. Nam corporeũ quoque lumen diuinis rebus substratum esse, affirmant, quod quidem arripiunt alij nullo negotio, ac scilicet naturæ bonitate præditi, qua & Socrates & Plotinus fuerunt, alij ad certas circuitiones, ad lumen luna fortasse mentis emotionẽ sentientes. Aegyptij autem, vt ferunt, vel taro, sic enim vocant, oculos oblinentes, vel thuris liquore, vel bdellio. Assyrij vero sesami quibusdã, anfandisque nominibus mysticisque literis in sacerdotalibus bracteis seipsos sanctificãtes substratum illud incorporeis copijs lumen perspexerunt. Hæc Porphyrius, & Iamblichus, & ille prodigiosorum verborum architectus Proclus imitati sunt. Nos autem ne theologicæ speculationis, quæ in his versatur, Dei claritatem & videam & patiar, omnino expertes simus, hoc exemplum proponamus. Sit quidam, qui ascendere ad solem paret, vt illius radijs splendidius illustretur. Hic in actu quidem erit; dum conscendet pennas vt roque lateri imponens (aut si quid aliud excogitauerit) prosiliens ac seipsum mouens. Ac tantisper quidem pennas mouebit, atque eodem motu agitabitur, quoad ad splendidum ipsum orbem proiectus fuerit. Post verò cùm solem ita subierit, vt non longius quàm palmi interuallo ab eo distet, vtrum tandem ipsius actioni tribuendum erit, quòd ab illo collustretur, annon potius actio cessabit, ac patiendi initium faciet? Ita proculdubio. Eadem igitur nostra quoque est ratio. Nam quantùm ad virtutum cultum atque studium, actiuam habemus facultatem, quantùm autem ad vim diuinitatis sentiendam, passiuam.

Huncarbitrij libertate donatum, vt bonum nõ minus illius esset, qui elegisset, quã tius qui semina præbuisset, in paradiso, (quicunque tandem erat paradisus ille) collocat, plantarum immortalium cultorem, hoc est, fortasse diuinarum cogitationum, tam leuiorũ quam perfectiorum, nudum quantum ad simplicitatem & vitam arte & fuco carentem, atque omnis integumenti & munimenti expertem. Talem enim esse conueniebat eum, qui primùm esset creatus. Ac legem quasi materiam libero arbitrio porrigit. Lex autem illa præceptum erat, quo præscribebatur, tum quibus arboribus ei vtendum esset, tum à qua manus abstinendæ. Ea autem erat scientiæ arbor, nõ illa quidem aut malè à principio consita, aut per inuidiam interdicta (ne illuc linguas suas Dei hostes inijciant, nec serpentem imitentur) sed bona quidem tempestiuè percepta: contẽplationis enim (vt ipse contemplando assequor) hæc arbor erat, ad quam ijs solis tutus est ascensus, qui animi habitu perfectiori sunt: nequaquã aũt bona simplicio ribus adhuc animis, atque appetitu auidiori præditis, quemadmodum nec perfectus ac solidus cibus ijs conducit, qui tenera adhuc sunt ætate, lacteóque opus habent.

Lib. arbitrium hominis.

Paradisus terrestris.

Arbor scientiæ bona tempestiue percepta.

NIC. Quicunque tandem ille paradisus siue intellectilis siue sensibilis. Quanquam mihi videtur, quẽadmodum homo intelligibilis simul & sensibilis creatus fuerat, ita etiam eius sacratissimum delubrum intelligibile simul ac sensile fuisse, duplicemq; speciem habuisse. Nam homo corpore in loco maximè diuino habitans, in loco incomparabili quantum ad animã commorabatur. A Deo porrò id bonoris consecutus est, vt arbitrij libertate donaretur. Idcirco autem ei liberũ arbitrium datum est. Vt bonum non minus. &c. Id est, vt bonũ quod gereretur, commune esset, nec Deo tantum sed homini quoque ascriberetur, illi quidem vt naturæ humanæ virtutum semina inserenti & vt adiuuanti, huic autem vt eligenti & facienti. Omnia enim velle facultatem vtriusque commune est, nempe & facientis & Dei. Deus enim facultates & instrumẽta suppeditat: homo aũt actione sua rem præclare conficit. Ille semina mandat, hic agricolæ munere fungitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitur. Nam cum in paradiso propter opera bona collocatus esset, nisi arbitrij libertatem habuisset, neque
Gen. 2. quæ ex voluntate agere videretur. Enimuerò sensilis paradisus quisnam sit ex Geneseos historia perspicuum
esse queat. Plantauit enim, inquit, Deus paradisum in Edem ad Orientem. At Gregorius historiam ad allegoriam traducit, atq; per intellectilem quidem paradisum cœlestem vitam intelligit, vel animæ puritatem
& claritatem: per plantas autem immortales, rationes & diuinas cogitationes, quarũ aliæ tenuiores sunt,
aliæ perfectiores. Porrò quod scriptũ est, nudum hominem fuisse, trifariam exponit, Nudus enim, inquit, erat, quantum ad morum simplicitatem, nõdum enim fraus & versutia ac malitia admissa fuerat. Nudus erat, quatenus vestibus & tecto carebat: post ea enim & vestimenta & tecta excogitata sunt. Differt aũt inter tegumentum à munimẽto siue propugnaculo: quòd illud tegendi corporis causa inuentum sit, vt vestimenta: hoc autem custodiæ ac tutelæ causa, vt arma atq; instrumenta ad vim arcendã instituta. Talẽ enim esse conueniebat eũ qui à Deo creatus esset, hoc est, innocentem, simplicem, curæ & solicitudine vacuũ, ab affectibus alienum. Maximum enim tranquilli animi, atq; ab omni affectu puri & liberi argumentum est, nuũ esse, nec erubescere. Ac Deus homini legem dat, quasi materiã & facultatem liberati arbitrij, vt in ea virtus eluceret. Lex autem præceptum erat, &c. Scriptum est enim, Et præcepit Dominus Deus Adæ, dicens:
Ex omni ligno quod est in paradiso comedes: de ligno autem scientiæ boni & mali non comedes. Quacunq; enim die comederis, morte morieris. Arbor autem illa erat scientiæ boni & mali. Nam cùm ex ea comedisset Adam, suamq; nuditatem sensisset, tum demum intellexit, quòd bonum quidem erat præcepti obseruatio, malum autem transgressio. Duplicem autem scientiam esse dicimus, alteram, quæ res antecedit,
quã & dijudicatiuam appellamus: alteram, quæ res ipsas comitatur, ac negotialis dicitur. Ea igitur, qua
discernendi ac dijudicandi vim habet, ante degustatam arborem praditus erat Adamus. ipse enim & brutis animantibus & vxori nomina per coniecturam imposuit. At realem & negotialẽ degustata arbore insuper adeptus est. Quodnam autem esset lignum illud interdictum, Scriptura quidem non indicauit: caterũ
Matt. 11. nonnullis eam ficulneã fuisse placuit, ex eius etiam foliis post præceptum violatum primi parentes sibi vestes cõsuerint. Ac propterea scriptum esse, Et maledixit Dominus ficui. Arborem autem vitæ esse aiunt, eũ vim habentem, vt vitam afferat: quæ quidem ijs solis, qui vita digni sunt nec morti subiacent, edilis est. Tã quoniam spiritualem paradisum constituimus, ac per eum cœlestem vitã intelleximus, lignum quoq; illud omne, ex quo manducare nobis præceptum est, ita explicare possumus, vt dicamus nobis per illud diuinæ contemplationis delicias significari. Deus enim vniuersum est, in quo & per quem sunt omnia. Qui etiam lignum vitæ nominari potest, quoniam diuinæ participationis dulcedo ijs, qui ea fruuntur, vitã nulla mors interruptam impertit. Tum autem lignum scientiæ boni & mali multiplicis contemplationis significatio exponi queat, hoc est, propriæ naturæ agnitio, quæ quidem vt perfectũ & in diuinæ contẽplatione altissimæ proiectis bona est: ita ijs qui summo & soli bono nondum firmiter & constanter adsident, noxia est, propter quos propter infirmã atq; instabilem in bono mansionem corporis cura ad se retrahere variisq; negotijs implicare solet. Vel, si mauis, per omne lignum eã diuinæ potentiæ agnitionem intellige, quæ ex rerum creatarum consideratione comparatur, quemadmodum ait Apostolus, Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi
Rom. 11. per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Omnium autem eiusmodi cogitationum excellentissima atq;
Psal. 138. altissima est illa, quæ in creationis nostræ ratione versatur. Mirabilis enim, inquit, facta est scientia tua ex me, hoc est, ex mei constructione. Hæc autem cognitio Adamo periculosa erat, nimirum recens creato atque adhuc imperfecto. Quinetiam per lignum vitæ ascensus ille significari potest quo ex omnibus rebus sensilibus ad Deum prouehimur: per lignum autem scientiæ boni & mali sensibilis & voluptuarius cibus quo, tametsi dulcedinẽ asserre videatur, tamen reuera percipientẽ malis immergit. Ex omni igitur ligno quod est in paradiso, comedes hoc est per omnes res creatas ad me creatorem euehere atque vnum ex omnibus rebus fructũ collige, me videlicet, qui vera vita sum: ex ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Quocunq; autem die comederitis, morte moriemini. Naturaliter enim sensibilis cibus id quod effluxit, replet. nec fieri potest, vt is incorruptibilis permaneat, qui sensibilis alimenti particeps est. Præter hos etiã modos aliter lignum vitæ exponere possumus, vt præceptum illud à Deo datum significet. (Lignum etiã vitæ est & institia omnibus ipsum amplectentibus, scientiæ autem lignũ discretionem boni & mali designat.
Primum igitur simpliciter & sine vlla discussione Adamo faciendum erat, vt legi diuinæ pareret, donec ad perfectum virtutis habitum perueniret, atque ita demum Dei munere boni ac mali dijudicationem acciperet, quod quidem lignum est scientiæ boni ac mali. Neque enim ei, qui tenero est intellectu, periculo vacaret, quod quidem lignum est scientiæ boni ac mali. Neque enim ei, qui tenero est intellectu, periculo vacat dijudicatio, quod crassam atq; affectibus commotam & voluptuariam rationem habeat. Quoniam igitur Adamum per simplicem, omnique dijudicatione carentem obedientiam Deo coniungi oportebat, ac per huiusmodi coniunctionem, diuinitatis opes eo tempore, quo Deus verus & naturalis voluisset, acciperet, rerumq; omnium veram cognitionem & iudicium atque immortalem vitam: simplicis porrò ipsius obedientiæ experimẽtum capi oportebat, propterea præceptum ei Deus dedit, ne ex scientiæ ligno gustaret, hoc est ne proprio iudicio fideret. Verùm cùm diabolus sub serpentis specie ipsum esset adortus, ac dixisset, Eritis sicut dij scientes bonum & malum, si comederitis, proprio iudicio acquieuit, ac bona res illi esse diuinitatis

adeptio

adeptio & scientia visa est, nec illud secũ reputauit, quod omnia quidem bona sunt, verũ suo tempore, quodque id quod accepturus erat, præpere non oportebat præter eius voluntatẽ & sententiam, qui nõ modò dedit vt simus, sed etiam vt beatè viuamus. Et vidit quòd esset bonum, & comedit atque ea mentis abstractione qua ad Deum natura ferebatur, spoliatus est. Et aperti sunt oculi eorum, scilicet corporales, atque animi affectus cõmoti sunt. Et cognouerunt, quòd nudi essent, & erubuerunt, atque à Deo auulsi sunt, ac velut pueruli voluptatis illecebris lenociniisque capti sunt: atque à ligno vitæ expulsi ac mortales facti sunt. At enim nequò hoc loco Deo inuisus Porphyrius propter hoc scientiæ lignum Deum alterutrius peccati reũ peragere conatur. Hoc enim dilemmate vtitur. Aut, arbor illa perniciosè consita est, vtpote hominibus mortẽ allaturaca: si rectè plantata est, maligne certe atque inuidè prohibita est, nimirum Deo scientiã hominibus inuidente, vacordesque eos esse cupiente. Hanc igitur obiectionem diluens Gregorius, Ne in hoc lignum, inquit, impy manus inyciant, nec serpentem imitentur. Nam ille quoque deũ hominibus scientiã ac diuinitatem inuidere dicebat. Nec enim malè plantata est hæc arbor, nec maligne interdicta: verũ natura quidem bona erat (vidit enim Deus omnia, quæ fecerat, & erant valde bona) vsu autem & bona erat & mala: bona si congruo tẽpore perciperetur: secus autem, si præmaturè decerperetur. Etenim, vt intellectu & contẽplatione assequor, hæc arbor cogitatio seu contemplatio quædã & notitia perfectior erat sublimiorque scientia, & cõscendere ij solituò possunt, qui, vt ait Apostolus, pro consuetudine sensus exercitatos habent ad discretionẽ boni & mali. Contra aũt ea minimè bona teneris adhuc & rudibus animis, quãadmodum nec solidus cibus infantibus. Dentes enim recens enatos conuellit grauissimeque lædit.

PSELLVS. Lignum scientiæ) In primi parentis anima velut in diuinissimo quodã horto omnes scientiæ species consitæ erant. Ex quibus aliæ vel in orbem habant: duæ solæ in media animæ parte infixæ erant. Per eas igitur, quæ in orbem plantatæ erant, ad esum accommodus virtutũ fructus indicatur, quem percipere Adamũ oportebat, animæque sensoria suauitate perfundere. Harum aũt quæ in medio stabant, altera rerum creatarũ contemplationẽ designat nimirum ea ij scientia boni & mali nomen habet: altera ipsius Dei cognitionem perceptionemque significat, quæ quidem lignum vitæ appellatur. Vnde non statim scientiæ ligno manus admouere debebat Adamus, nec creationis rationes & consilia pernestigare, nec ad iudicij & prudentiæ difficiles cogitationes confestim accedere, sed virtutes sedulò prius colere, atque ex plantis externis & superficiarijs comedere, ac tum ad sublimiora sese conferre, ac primũ quidem rerũ creatarum causas inquirere, atque ea re absolute intellecta speculando quasi vlterius progredi, vitæque lignum degustare, atque ita tam purè cum Deo ipso colloqui. Idcirco enim hæ duæ arbores in medio paradisi erant, quia post exactam & absolutã rerum creatarum cognitionem protinus exoritur vitæ contemplatio.

IDEM. Arbor vitæ sapientia diuina est, vniformis, inquã, * & immutabilis illa scientia, per quã immortalitas animæ comparatur. Arbor autem scientiæ boni & mali prudentia media est, per quã ea, quæ naturã sunt ariam habent, dijudicantur. Consimili modo vnaquæque ex illis arboribus potẽtia quædam animæ erat, ad pretatem ducens quarum prius participem fieri Adamum oportebat, atque ita ad dijudicationem accedere. Quandoquidem enim malum haudquaquam nudũ & apertũ proponitur, sed illud specie quadam boni circunlitum atque velatũ amplecti malumus, quã deo adiungi: ob eam causam ij, quibus hoc accidit, à veritatis perceptione arcentur, ne per vitæ participationẽ immortales effecti, immortalẽ quoque malitiã habeant. Enimuero potentiarum & facultatum nobis inditarum altera planè masculæ est nẽpe mens, altera fœminæ non absimilis, nimirũ sensus, quẽ etiam malitiæ artifex oppugnare aggreditur ac ludificatur, sensusque vicissim mentis impostura facit. Illa porrò diuina potentia, qua indutus erat, spoliatur, ac diuina scientia quasi paradiso quodam pellitur, ac flammeus gladius, hoc est potẽtia à deo constituta ipsum custodire iubetur. Tum verò inter morte moriemini, & simpliciter moriemini hoc mihi discriminis esse videtur, quòd in morte moritur, qui pestiferis animi conceptionibus velut emoritur. Simpliciter autem moritur, quæ natura mortis tributũ pẽdit. Quòd autem singulari numero Deus esu arboris interdixit, plurali autem præmissa transgressionem secuturas subiungit, hoc mihi ostendere videtur, quòd quandiu in bono sumus, * vnitatem nostram in eo qui vnus est, seruamus, nimirũ Deo adiuncti: cum autẽ in malum prolapsi sumus, tum verò procul à deo remouemur, ac pro vno multi sumus.

* Immutabilis illa scientia) Legendum enim in Græco Psello ἀπαράβατος, non ἀνυπόμονος.

* Vnitatem) Lego enim ἑνότητα, non ὑπόμονον, vt codex Græcus habet: id quod proxima huius satis ostendit

Postquam autem diaboli inuidia & mulieris insultu, quem & vt mollior passa est, vt ad persuadendum accommodatior admouit, (ô infirmitatẽ meam: meam enim dico primi parentis infirmitatem) accepti mandati oblitus ab acerba illa esca victus est, simul & à ligno vitæ, & à paradiso, & ab ipso Deo propter peccatum extruditur, & pelliceas tunicas induit, hoc est: fortasse crassiorẽ carnem, & mortalẽ, ac refractariam: primumq; turpitudinem suã infamiamq; cognouit, & à Deo se abscondit. Atque hic quoque tamen mortem ac peccati præcisionem elucratur, ne malũ immortale sit, ita pœna ipsa in misericordiam recidit. Sic enim Deum supplicia inferre existimo.

NICE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

NIC. *Ad incorruptionem quidem & immortalitatem Deus hominem creauerat: verùm inuidia de-*
boli, quemadmodum est apud Solomonem, mors intrauit in mundum. Inuidiæ enim æstu aduersus homi-
percitus est, propter tantũ ipsius honorem & dignitatem, ac præsertim qa apostata quoque sedem in co-
Bap. 2. *lo impleturus erat. Seà causa enumeremus, ob quas paradiso excidit Adamus. Prima causa fuit diaboli in-*
uidia: altera serpens illius administer: tertia mulier ius simplicitas: quarta viri ad vxorẽ benevolentia: pen-
ta ipsius in propulsanda suauis illius cibi violentia imbecillitas: sexta mandati oblivio, atque hæc sexta
manducatio. Has omnes causas ordine exposuit Theologus, primorum parentũ nomine causam dicens, at-
que ait, Diabolus inuidia motus est, atque hinc duplex fuit assultus. Serpẽs enim recta consulentes exclusit
tus, mulierem vt molliorem in fraudem impulit. Mulier rursus cùm propter promissionem (quia videlicet
sola à Deo auxiliatrix viro data fuerat) minimè mentiri existimaretur, facilius illi quod voluit, persua-
atque ita oppugnata oppugnauit. Per id autem quod dicit vtrunque oppugnatum fuisse, plurimum de ora-
sationis criminisque gravitate detrahit. Postea cũ per exclamationem dixisset, O meã infirmitatem: de-
clinationem hanc exponens ait se primi parentis cladem suã ducere, & qa infirmitas illa ab ipso ad vniuer-
hominum genus promanauit. Infirmitati autem cladem adiunxit. Infirmitate enim correptus est, vnde
tati non resilens, atque ita superatus. Purgatio aũt quædam primi parentis est infirmitas. Eam pœ-
Gen. 3. *cam, tametsi dulcem, amarulentam nominauit, vt amara pœna mulctatũ. Amara enim mors est, & vin-*
tia quæ eã antecedit, atque vsque ad eam perpetuò exercuciat. In mœroribus enim inquit, comedes tuos
nibus diebus vitæ tuæ. Fortasse etiam per mortiferam hanc arborem, bonum simul & pernicies fuisse
habentem peccati natura significatur. Quoniam enim voluptas quædã virtutem omne præcedit, idcirco ar-
cius illa bonus vocatur, quòd videlicet per erroneum & falsum boni iudicium his qui summum bonum in vo-
luptate ponunt, talis videatur: at verò malus postea per amaram illius manducationis digestionem osten-
Ibid. *tur. Adamus igitur ob violatum præceptum exulat, tum à ligno vitæ, hoc est, Dei contemplatione, tum à*
paradiso, id est, cœlesti vitæ ratione, tum ab ipso Deo, hoc est, ab ea animi libertate & licentia quam apud
Deum habebat. Eiecit enim, inquit, Deus Adam, & collocauit eum ante paradisum voluptatis. Et quidem
scientiæ lignum certamen & exercitatio erat liberi arbitrij. At lignum vitæ planta quædam erat vim de-
nandæ immortalitatis habens. Huiusmodi nanque est dominicæ quoque crucis lignum. Allegoricè autem
culnea folia ex quibus primi parentes subligacula sibi fecerunt, arumnosæ huius vitæ asperitatẽ significant.
Atque etiam pelliceæ vestes, quas Dominus Adamo ipsiusque vxori fecit, mortalitatem carnis quæ tunc
significant. Corpus enim Adami à principio tenuius erat & mollius, nec omnino mortale, sed modo quo-
dam conditionis inter mortale & immortale. At post transgressionem, quemadmodum pellis crassa, &
Ibid. *mortua, ac dura: ita cavo etiam crassa, & gravis, & mortalis ac dura & refractaria. Et comederunt, inquit,*
& cognouerunt, quod nudi erant. Quoniam enim scientia illud lignum erat, primùm suam ipsorum ob-
scœnitatem cognouerunt, atque intellexerunt, quod bonum quidem erat mandati observatio, malum au-
trà transgressio, ac deinde à facie Dei se furtim subduxerunt. Etenim ante peccatum admissum, animæ
corporis oculos in Deo & paradiso occupatos habentes nuditatis sensu minimè afficiebantur: at post per-
tratum peccatum conuersis ac collectis ipsorum oculis (quod conscientiæ munus est) corporis genitalia
ditatem perspexerunt, spiritualibus autem bonum ac malum peruiderunt. Obscœnitatem autem genita-
lium corporis membrorum intelligit, à qua etiam pudenda dicta sunt. Hac porrò de causa circa ea partes
pudore affecti sunt, quia post transgressionem primùm in eas ferri ac ilimulari cœperunt. Acerrimus enim
circa eas est hominis affectus. Quippe & pueri simulatque mente paulò solidiore esse incipiunt, pudore af-
funduntur, atque has partes obtegunt. At quoniam semel prolapsus homo, si moriendi necessitatem non
us non fuisset, maximum damnum acceperus erat, nimirum peccatũ operans, hic quoq; beneficio affici-
Quod aũt est hoc beneficium? mors. Quid ita? qa peccatum sistit atque intercidit. Qua'quã enim mors pe-
næ rationem habet, vtpote vitam extinguens: tamen in misericordiã recidit, immortalem esse peccatum
non sinens. Neq; enim expediebat hominem nondũ tentatione probatum atque exploratũ immortalem
1. Tim. 3. *consequi, ne in superbiam & diaboli iudicium prolaberetur. Ille enim propter naturæ incorruptibilitatem*
postea quã à Deo libera voluntate decidit, inflexibilẽ immutabilemque in malo firmitatem habuit. Quòd
rem hominem probari antea, atque experimento per mandatum perfici opœrebat, atque ita præmium
præmio immortalitatem accipere. Nã cùm medius inter Deum & materiã creatus esset, in eã causa erat,
vt si quidem diuinum mandatũ observaret, naturalemq; ad res creatas relationem & affectum exuisset,
Deo se vnies immutabilẽ in bono constantiã atque habitu confirmatũ acciperet: si autem per transgres-
sionem magis ad terrã materiamque ferretur, mentẽque à deo abstraheret, corruptioni obnoxius fieret,
esset, ac muliebri congressu opus haberet, vitæque cupiditate iucundissima quæque velut eam tueri à com-
pleteretur, ac cupiditatem quidem à deo ad materiã, iramque à vero salutis hoste ad gentilis simum con-
tribulemque transferret.

Multis autem prius modis propter multa peccata, quæ ex vitij radice pullularunt, secundum diuersas causas & tempora castigatus sermone, lege, prophetis, beneficijs, com-

Homo cur multis modis castigatus. Esa. 1.

minationibus, plagis, aquis, incendijs, bellis, victorijs, cladibus, signis è cœlo, ex aere, ex terra, ex mari, hominum, vrbium, gentium insperatis mutationibus (quę omnia eo tendebant, vt malitia hominum, vrbium, gentium insperatis mutationibus (quę omnia uiores morbos indigere cœpit, nimirum ob mutuas cædes, adulteria, periuria, masculæ libidinis insaniam, &, quod omnium malorum extremum ac primum est idolorũ cultum, adorationisq; à Creatore ad creaturas translationem.

NIC. *Prius, inquit, castigatus, id est, ante humanitatem à Christo assumptam, pluribus correptionibus*
exploratus est, non ipse solùm Adam, sed & omnes eius posteri. Castigatus est autem & diuersis temporibus
& diuersis de causis. Adam enim ante omnes sermone eruditus est (Deus enim cum eo collocutus est:) & vio-
lati præcepti pœnas pependit. Cum aũt post illum gemitus atq; tremoris pœna ob fratrem interemptum af-
fectus est. Postea tempore Noë homines aquarum inundatione punti sunt, quòd voluntas eorum omninò de-
prauata esset. Mox in illa turris extructione linguarum confusione ac diuisione, propter eorum amentiam.
Deinde Sodomitæ igneo imbre, ac ciuitatum deflagratione, propter libidinis obscœnitatem. Tum illi, qui
temporibus Mosis extiterunt lege scripta, quia impietati Aegyptiacæ assueuerant, eruditi sunt. Post hac Pro-
phetarum tempore propheticu ipsis hortamentis. Iam verò permulti beneficijs & comminationibus ac pla-
gis eruditi sunt, atq; ante alios Adam. Hunc enim Deus beneficio affecit, nimirũ in paradiso constituens: at-
que eidem minabundè denunciauit fore, vt moreretur, si scientiæ lignum attigisset: ac postremò in peccatũ
Iosua. *prolapsum mortis sententia percussit. Iam verò eruditi sunt homines bellis, victorijs, & cladibus, veluti He-*
brei ex Aegypto egressi. Nam cùm bellum aduersus multas nationes gererent, nonnunq; vincebant, nonnun-
quam etiam vincebantur. Eruditi sunt signis cœlestibus, vt cùm stetit sol tempore Iosue filij Naue: signis a-
ereis, vt in illis plagis Aegyptiacis, cynomia, grandine, tenebris. Quò etiam referri debet illa nubis columna
interdiu fulgẽs, & nocturna ignis columna, quibus Israël ducebatur, & illuminabatur. signis ex terra, vt in
illis fluminibus, quæ in sanguinẽ cõuertebantur, in cimicibus, & vesicis, & ranis. signis ex mari, vt in illa ma-
ris Rubri tractatione: hominũ, vrbium, gentiũ insperatis mutationibus. Hominũ, vt temporibus Sampsonis,
Danielis, Salomonis, Nabuchodonosoris. & complurium aliorum. Illi etenim partim mirificè floruerũt, par-
tim calamitatibus affecti sunt, atq; vtrunq; præter spem & expectationem. Vrbium, vt Hierusalem, alio-
rumq; multarum, quæ cùm diuturno tempore claruissent, funditùs postea deletæ ac desertæ sunt. Gentium,
quemadmodum regnum Medorum ab Assyrijs euersum est: Assyrij rursus à Persis oppressi, Persæ itidẽ à Mace-
donibus, Macedones deniq; à Romanis. Per hæc igitur omnia disciplinarum genera, quæ commemoraui, vnũ
id agebatur, vt peccatum, quod multipliciter & latè fusum erat atq; hoĩem misera seruitute premebat, de
medio tolleretur. Postremò verò efficaciori opus erat medicamento, quia videlicet peccata & morbi ingra-
uescebant vixq; curatricem manum admittebant. Nam & mutuis cædibus sese conficiebant hoĩes, & eò au-
Rom. 1. *dacia prorumpebant, vt adulteria committerent, & peierarent, & nefario Sodomitarum scelere seipsos de-*
honorarent, & quod tempore quidem postremum, criminis autem atrocitate primum est, simulachris diuinos
honores tribuerent, atq; adorationem à creatore ad creaturas transferrent, & colerent, ac seruirent crea-
turæ potiùs q̃ creatori.

Quæ quoniam maius auxilium requirebant, maius etiam acceperunt. Hoc autem erat ipse Dei filius, ille sæculis prior, ille inuisibilis, ille incomprehẽsibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ & immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus & ratio, ille, inquam, ad imaginem suam se cõfert, carnemque carnis causa gerit, & cum intellectuali anima propter animam meam iungitur, vt simile similis operã & adiumento repurget, atque humana omnia excepto peccato susciꝑit, conceptus quidẽ ex virgine animo & carne à Spiritu purgata (nam & procreationem honorari & virginitatem præferri oportebat) progressus autem Deus cum humanitate, vnum ex duobus inter se contrarijs, carne nimirum & spiritu, quorum alterum diuinitatem dedit, alterum accepit. ô nouam & inauditam mixturam, ô admirandam temperationem: Qui est, sit: qui creationis expers est, creatur: qui nullo loco contineri potest, interuentu animæ intellectualis, inter diuinitatem carnisque crassitiẽ interiectæ continetur. Qui locupletes alios facit, eget: carnis enim meæ paupertatem sibit, vt ipse illius diuinitate ditescam. Qui plenus est, vacuatur, & exhauritur: suæ enim gloriæ ad breue tempus exinanitur, vt plenitudinis ipsius ego particeps efficiar. Quænam hæ bonitatis diuitiæ? quod nã me circunstat mysterium? Diuinam imaginem accepi, nec sartam tectamque habui: ille meam carnem accepit, vt & imagini salutem, & carni immortalitatem afferat. secundum consortium nobiscum init & quidem priori longè admirabilius. Tũ enim id quod præstantius erat, nobis impertijt: at nunc eius, quod deterius est, participes ipse fit. Hoc priori illo diuinius, hoc apud cordatos & prudentes viros multò sublimius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NIC. Horum verborum, Hæc quoniam maius auxilium requirebant, maiu etiam acceperunt ij sanè
est. Prius quidem homines moderatius tolerabiliusq; peccantes auxiliatricem legem habebant, & Prophe-
tas contionatores, ac per signa corripientes. Posteaquam autem ipsi in grauissima scelera prorupe-
runt, maiori quoque auxilio opus habuerunt. Maius porrò auxilium & lege, & Prophetis, & signis Filius Dei erat,
qui ad imaginem suam, hoc est, ad hominem creatum, ad eius imaginem venit. Non solum autem ad imagi-
Cap. 2. nem Dei factus homo dicitur, sed & imago Dei in Scriptura appellatur. Scriptum est enim in Sapientia Sa-
lomonis: Deus propter incorruptionem & immortalitatem hominem creauit, atq; imaginem æternitatis
suæ fecit eum. Venit igitur ad suam imaginem ipse Dei Filius, iuxta illud Esaiæ: Non legatus, nō angelus, sed
Ioan. 1. ipse Dominus, qui, vt ait Ioannes, In principio erat Verbum. Seculis prior. Temporis enim creator tempori
Heb. 1. haudquaquam subest, vtpote per quem etiam Pater secula fecerit, vt est apud Paulum. Inuisibilis. Deiq; ima-
1. Ioan. 4. nemo vnquam vidit, hoc est, Dei naturam. Incomprehensibilis. idem est quod vix cōprehensibilis. Nam illud
quoq; simulachrum, quod ex operum ipsius imaginatione quadam colligitur, prius q̄ rectè teneatur, fugit.
Vel incomprehēsibilis, idē est, quod interminabilis, et incircunscriptus, menteq; imperceptibilis. Neq; enim
intellectu concipi nec circunscribi potest. Incorporeus. Hoc à Theologo adiectum est propter incarnationem
atq; humanitatem Christi, ad quam mox peruenturus est. Illud ex principio principium. Principium enim
Psal. 109. omnium quæ sunt, Pater est, vt causa: principium quoq; est Filius, vt causæ consors. Ad Patrem enim Dauid
Cap. 1. verba faciens, ait, Tecum principium. Est igitur Filius principium ex principio, id est, ex Patre. Illud in-
Ioan. 8. super lumen. Ioannes in Epistola sua prima ait, Deus lux est. Et Christus de seipso, Ego sum lux mundi. Ab
hinc Patres illi, qui sacrosanctum symbolum ediderunt, doctrinam salutarem mutuati sunt, ac dixerunt,
Lumen de lumine, Filium ex Patre profulgere, vt incorpoream & simplicem eam generationem ostenderent,
rursus hæc verba apposuerunt. Ex ipso, & in ipso, vt vterq; peculiari modo subsistere intelligatur. Pater e-
nim Pater est, & non Filius: Filius item Filius & non Pater, & in identitate naturæ propria existentia; essen-
Cap. 22. tia. Fons vitæ & immortalitatis. Hæc quoq; à Prophetis sumpta sunt. Hieremias enim ita loquitur, Dere-
Psal. 35. liquerunt fontem aquæ Dominum. Et Dauid, Apud te est fons vitæ. Quinetiam Christus de seipso ait, Ego
Ioan. 14. sum via, veritas, & vita. Fons autem dicitur ob perennitatem, vitæ autem vt fons vitæ, non tantum bonæ
huius & tempore peritura, sed etiam sempiternæ. Hoc enim declarat dictio illa immortalitatis, quam de-
cit. Archetypi expressio. id est, similitudo, signaculum, ac velut expressa effigies Dei. Ἐκμαγεῖον autem dicitur
ἀπὸ τοῦ ἐκμάσσω (v. i. exprimere, & quasi haurire formam. Forma autem, cùm de diuinitate agitur, nascendi
significat. Immotū illud signaculum. i. quod non alteratur, nec ad aliam formā commutatur. Ita quoque no-
uāit sigillū motum habens dicitur Filius, hoc est, viuens. Ita diuersa ratione vtrunq; est. Nam quamuis ma-
tura firmius & immutabilis est, immotū signaculum dicetur Filius: quatenus aūt signaculum filius quasi
mortuū est. Sed viuum, mobile vocabitur. Sigilli aūt nomen à Scriptura sumptum est. Hunc enim, inquit,
Pater signauit Deus. Per oīa similis imago Filius Patris imago dicitur, quia ex Patre est: non aūt vtera Pater
Ioan. 6. ex ipso. Hæc enim est imaginis natura, vt sit exemplaris imitatio. Cæterùm hic luculentius ferri habet. Ex-
nim in imaginibus arte factis, imago motu careat, cùm exēplar vita & sit præditū, ac moueatur. At hic contra
& viui est archetypi, & viua ipsa longeq; maiorē similitudinē habet. q̄. sit ea, qua Seth Adamum refert, pro
qua quidquid gignitur, id à quo generatur, exprimit. Ea enim est simplicium natura, vt non partim similia
sint, partim dissimilia, sed totū totius figura sit, atq; identitatis potius quam similitudinis ratione habeat.
Patris terminus & sermo, hoc modo Filius appellatur, vt Patrem ostendens ac definiens, hominibusq; con-
spicuum reddens, quòd Pater sit, atque etiam quia citra vllum affectum ac profluxionem ab eo genitus, sed
quemadmodum ex mente sermo. Sic enim se habet ad Patrem Filius, quemadmodum sermo ad mentem, non
solùm ob generationem omni affectu vacantem, sed etiam propter connexionem. Neq; enim à Patre Filius
separari potest, quemadmodum nec sermo à mente. Tum etiam ita propter vim enunciatiuam vocatus
est. Nam vt sermo parentem suam mentem profert atq; enunciat, ita Filius Patrem. Possunt etiā hæc ita
λόγος & λόγος pro eodem accipi: quandoquidem & definitio λόγος dicitur, vt cùm ita loquimur, Definitio hu-
minis est, animal ratione præditum, & mortale. Quam igitur rationem habet definito ad definitionem, eam-
dem Filius ad Patrem, Ipsum enim declarat, quemadmodum definitio, id quod ab ea definitur. Quamobrem
Ioan. 14. etiam Christus dicebat, Qui me intellexit (hoc enim significat, Qui vidit me) Patrem quoq; intellexit. Pa-
ternæ siquidem naturæ compendiosa demonstratio est Filius. Omnis enim proles parentis sui naturam ex-
sive definitio. Hic igitur Dei Filius ad suam imaginē, hoc est, ad hominem, quem ad imaginem suam
accedit, ac propter carnem humanam, carnem assumit, & propter animam, quam diuina insufflatione ac-
ceptam homo caligine obduxerat & labefactauerat, rationalem & intellectualem animam antè, quam
per carnem assumptam, Adæ carnem peccati sordibus inquinatam repurget. per animam autē carnem
nimam atq; ita totum toti mihi salutem afferat, quandoquidem totus Adam lapsus est. Hæc autem ad cor-
gorius aduersus Apollinarij hæresim depugnans, qui Christum carnem & mente & anima vacuam habe-
se affirmabat: quòd diuinitatem pro mente atq; anima sufficere existimaret. Eodem quoq; pertinent quæ
quuntur. Per omnia enim, inquit, homo plenus ac perfectus efficitur, duntaxat excepto peccato. Tentatum

enim non à natura, sed à voluntate originem habet. Quamobrem naturalia omnia suscipiens Dominus, pec- Heb. 4.
catum vt à natura alienum non accepit. Ait enim Apostolus, Habemus Pontificem tentatum per omnia pro
similitudine absq; peccato. Quonam autem modo peccato solo excepto plenus ac perfectus homo sit? Nimi-
rum quia & humana conditione sublimior illi fuit conceptio, vtpote seminis expers, & natiuitas, vt corru-
ptionis nescia. Neq; enim soluta sunt virginitatis signacula: quandoquidem generatio per corruptionem p-
grediens peccato accepta referenda est, quemadmodū ait Dauid: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum,
& in peccatis concepit me mater mea. Post transgressionem enim Adam libidinis æstro concitus vxorem suā
Eam cognouit, eaq; concepit ac peperit. Sic peccatum conceptionis causa est, conceptio natiuitatis, atque
ita vterq; sub peccato est. Quoniam autem natiuitatem, quemadmodum & beneficentiam erga genus hu Heb. 13.
manum, præstantem & admirabilem esse oportebat, ex puella virgine nascitur, vt quatenus nascitur, nup-
tias ac generationem honoret (Honorabile enim connubium & thorus immaculatus) quatenus autem ex
virgine, virginitatem præferat, vt matrimonio excellentiorem. Conceptus est igitur, hoc est, in virginis præ
gnātis vtero gestatus, quæ quidem per Spiritus sancti superuentionem tam animo quàm corpore præpurga
ta erat. Per ipsum enim ab eo peccato expurgata est, quod ex natiuitate secum trahebat, nimirum à primo
parente profluxum, atq; ad vniuersum ipsius genus fusum & propagatum. Sic enim Angelus eam allocutus
est, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te. Verum vt ad rem redeamus, vir-
gineo quidem vtero gestatus est Dominus, prodijt autem ac prognatus est cum carne assumpta, vnus exi-
stens ex duabus naturis, carne nimirum & spiritu, id est, diuinitate & humanitate, contrarijs quidem in-
ter se, hoc est, diuersis (quatenus altera pars diuina erat natura, altera humana) in vnā Dei personam cōn
uenientibus. Nam propter hypostaticam duarum harum naturarū vnionem, vnus cum humanitate assum
pta Christus natus est, non quidem vnus natura existens, sed coitione & concursu duarum naturarū in vnā
hypostasim. In ea enim Verbi Dei persona, quæ prius erat, anima ipsius caro creata eandem hypostasim ha
buit, ac partes illa congressæ atque conunctæ post eiusmodi concursionem indiuisibiles manserunt: non
quòd animo & cogitatione earumque diuersitate separari nequeant, sed quòd re & actu nullo modo discer
ni ac diuidi possint. Vnus enimuerò ex duabus naturis natus est: quarum altera nempe diuina humanam di-
uinitate donauit: altera autem, hoc est, humana, diuinitatem à diuina accepit. Cùm autem dixisset Grego
rius, Deum assumpta carne natum esse, atq; eundem cum assumpta humanitate natum, Filium vnum esse
non duos, admiratione correptus ac velut stupore percussus addubitat, vtrùm concurrentes hæ naturæ con-
temperatæ sint, an potius commixtæ. Nam si contemperatæ sunt, confusas quoq; eas esse necesse est: sic enim
fert natura earum rerum, quæ contemperantur, vt vini & aquæ: sin autem solum commixtæ sunt, necessa-
riò sequetur, eas etiam aliquando actu diuidi. Hæc enim eorum, quæ inter se miscentur, natura est, vt trití-
ci & hordei. At qui neque confusæ sunt, & tamen semel congressæ indiuisibiles manserunt, differentiam suā
etiam post coitionem ac concursionem seruantes. Proinde noua & planè stupenda fuit illa in vno Christo
temperatio, duarumq; inter se pugnantium naturarum commixtio. Quocirca cùm Theologus non posset,
vel mixturam solùm dicere, vel simpliciter contemperationem vtraque voce necessariò vsus est, idque cum
additione. Alteram enim nouam dixit, alteram admirandam. Hic enim mixtio confusionem nescit, nec ta-
men diuisioni subest: quod profectò mirandum est. Vtraq; igitur vtrique adiuncta mixtio, nempe & tempe
ratio perfectam numeriq; omnibus absolutam doctrinæ explicationem seruat. Nunc quæ sequuntur excu
tiamus. Qui est, fit, &c. Diuersis modis id quod est, fieri dicitur. Primò, cùm corrupta præexistente substan-
tia aliud quiddam ex ea factum est. Qua significatione omnium arborum fieri dicimus, & lac caseum, & lutum
testam, & arenam vitrum. Altero modo, cùm incolumi & immutata manente substantia præexistente
per accessiones aliquid præterea efficitur: quo sensu diximus ex arte statuam factam esse. Salua enim & in-
columi manente substantia rerū forma insuper accessit; sic etiam hominem iustum & sanctum factum esse
dicimus. Tertio modo, cùm præsente substantia integra manente, alia substantia insuper assumitur: iuxta
quam significationem armatum factum esse militem dicimus. Atq; in hoc tertio significatu verba hæc intel
ligēda sunt, Qui est, fit. Cùm enim esset Deus, homo etiam factus est, ac militū more carnē induens naturæ
nostræ hostem oppressit. Porrò hæc verba, Qui est, fit, & increatus creatur, ea figura proferuntur, qua propter
hypostaticam identitatem mutuumq; alterius in alteram transitum vtraq; natura alteri proprietates su-
as communicat. Qua ratione nobis de Christo ad hunc modum loqui licet, Hic Deus noster in terra visus
est. Et, Hic homo increatus est, & ab affectibus alienus, atq; incomprehensibilis: quemadmodum hoc quoq;
loco dixit Theologus, Qui est fit, & creationis expers creatur. Etsi enimuerò eum, qui est, fieri: & eum, qui increa-
tus est, creari tametsi mirabile est, non tamen id secundum mutationem accipiendum est, verum secun-
dum assumptionem. Nam id quod erat manens, id quod nō erat assumpsit. Quòd autem inquit eum qui nul
lo loco capi ac contineri potest, cōtineri, hoc vero ita arcanū est & difficile, vt nulla ratione explicari que-
at, nec aliud quicquam dici potest, quàm quòd ob excellentem potentiæ magnitudinem, hoc perfectum est.
Atque etiam modum huius comprehensionis exponit. Anima enim, inquit, inter diuinitatem corporisque

Universidad de Deusto
Biblioteca

crassitiem media intercesſit, hoc est, interpositæ animæ Deus cum carne iunctus est. Anima enim propter imaginis dignitatem atq; intelligendi vim Deo coniunctior est. Ac proinde hæc prima, vt materiæ expers, diuinitatis particeps facta est, ac per eam etiam caro. Neq; enim fieri aliter potest, quin quod hypostatica vnione coniunctum est, diuinitatis gloriæ sit particeps. Ita media interiecta erat anima inter diuinitatem & carnem, ac per eam cum ipsa quoq; carne vnita est diuinitas. Crassitiei autem vocabulum adiunxit Gregorius, vt ineffabilem Dei humilitatem ac deiectionem ostenderet, qui tanto amore homines complexus est, vt eorum causa cum materia coniungi non dubitauerit. Qui locupletes alios facit, eget, non quantùm ad pecunias, sed quantùm ad carnem humanam. Pauper enim caro est, vt multis rebus ad sui conseruationem opus habens. Contrà dives est diuinitas, vt nulla omnino re indigens. Hæc autem verba ex secunda ad Corinthios
2.Cor.8. Epistola mutuatus est, in qua sic scriptum est. Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quia propter vos egenus factus est, cùm dives esset, vt vos eius paupertate ditesceretis. Atq; hæc quidem ex illo loco sumpsit. Ipse autem adiunxit, atq; exposuit quæ sint hæ diuitiæ, quas consecuti fuimus, nimirum diuinitatis. Quæ plenus est, vt Deus, enacuatur, vt pote homo factus. Inanitionem autem vocat submissionem illam diuinæ gloriæ, ac sublimitatis abiectionem. Exinanitus autem esse dicitur, vt ante inanitionem in natura sua plenitudinem habens, quatenus Deus consideratur. Hæc verò omnia non mutationis, sed assumptæ humanitatis ratione intelligenda sunt. Quod enim erat, & quæ habebat, propter nisi aurationis genus filium, occultans, ea quæ non erat, nec habebat, assumpsit, vt per sectionis illius ipse particeps fiat, minuatur
Phil.2. Deus quoq; factus. Porrò inanitionis nomen ex Pauli ad Philipp. Epistola sumptum est, vbi sic de Christo scribitur, Seipsum exinaniuit formam serui accipiens. Plenitudinis autem nomen ex Ioannis Euangelio
Ioan.1. De plenitudine enim ipsius, inquit, nos omnes accepimus. Erat autem summæ potentiæ argumentum illa inanitio. Eximiæ enim atq; exuberantis cuiusdam potentiæ erat excelso illi, tantopere humiliari posse. Quocirca cum admiratione hæc connectit Theologus dicens, Quænam hæ diuinæ bonitatis diuitiæ, & sapientiæ bonitatis Dei? Quodnam me circunstat mysterium? arcanum & occultum. Quasi diceret, Quid sibi vult Deus, quòd carnem meam accipit? Postea dubium illud, quod cum admiratione extulerat, soluit, atque ait, Imaginem accepi, nec eam sartam tectamq; habui, verùm per peccatum labefactaui. Ob hanc causam Christus videns, quidquid de suo in meo corpore collocarat, id totum à pernicioso peccato deleri, carnis meæ particeps, vt supplens id quod mihi deerat, imaginem, id est, animæ dignitatem incolumem præstaret, ac per suam à mortuis resurrectionem carni immortalitatem afferat. Quinetiam præsens hoc consortium, quo nos bifcum, propter hypostaticam vnionem iungitur, priori illo admirabilius est & sublimius. Tum enim imaginis ratione imaginis erat: nunc autem ratione hypostasis. Adhæc deiformis tunc quidem per imaginem emplebatur homo efficiebatur: nunc autem per vnionem hypostaticam non deiformis solùm, sed etiam Deus quemadmodum noster idem author alio loco de humanitatis assumptione loquens, ait, Audenter quoq; dico verbum condeum.

*PSELLVS. Patris terminus & ratio. Gr. ὁρος καὶ λογος. Diuinus hic doctor in omnibus Aristotelis & Platonis operibus accuratissimè versatus, nunc hoc nunc alio modo de ijsdem rebus disserit. Quemadmodum illi nunc causam effectis rationem esse aiunt, nunc contrà effectum causæ, ad quam vult sententiam, & prout animi sensa cum oratione congruunt, eorum philosophia abutitur. Ne longius eamus, & Plato, & Aristoteles, & magnus Iamblichus animæ rationem esse censent eam vim, qua per se mouetur. Nec tamen illa vis rationis causa est, verùm anima potius vis illius, qua per se agitatur, Causam porrò intelligo non vt separatam, sed vt simul existentem. Mens enim motu caret: corpus autem aliunde mouetur. Proinde inter hæc omnia medium quiddam interuenire necesse erat. Id igitur est anima, cuius ratio vis illa est, qua semper mouetur. In ijs igitur in quibus λογος rationem significat, illis & causa est, & ratio eorum, quorum causa dicitur. In ijs autem in quibus λογος non causam, sed naturæ connexionem significat, in his effectum quidem illud est, ad quem Exempli causa, Ceruo ea causa est, cur diutissimè viuat, quia felle caret, aquilæ item siccitas. In ijs autem cum quo est, nullam causam agnoscit. Quocirca Patris λογος est Filius, non vt illius causa, sed vt cum Patre naturæ. Hoc autem inter terminum seu definitionem & rationem interest, quod definitur, terminat, nec fieri potest, vt definitio id quod simul cum ea terminatur, superet: at λογος connexionis non terminationis significationem habet. Quid igitur, dicet aliquis, Patérne Filio terminatur? est. si quidem Filius ipsius est terminus, adeò vt paterna natura Filij naturâ conclusa ac circunscripta sit? Ita proculdubio. Quanuis enim paternæ essentiæ nullus omnino sit terminus, quemadmodum nec diuinæ aliarum personarum: appellationis tamen Patris terminus est Filius. Cùm enim hæc nomina ex se sint, quæ ad aliquid referuntur, mutuò se terminant: idcirco Patri quoque terminus est Filius. Pater siquidem Filij pater est, atq; is, qui paternum nomen audiuit, vnà etiam Filium animo & cogitatione complexus est, eamq; relationem, qua Pater Filium respicit, simul absoluit. At in demonstrationibus & argumentis terminus haudquaquam eandem animi conceptionem suggerit, verùm quemadmodum in illis diuersus est λογος ab eo, de quo hic agitur: ita etiam termini valde dissimiles. Illic enim terminus effectui causa dicitur, quoniam quisquis effectum definire parat, causam ipsam protinus ad eius definitionem mit. Quoniã enim omnia argumentis confirmantur, argumenti autem fundamẽtum est terminus, idcirco causæ effectorum suorum termini sunt. Quo in genere illud est, quod congelationem & spissitudinem coagulis terminum & rationem esse, itemq; foliorum latitudinem rationem esse vineæ, cur folia amittat, inquit Aristoteles, atq; in vniuersum causas effectorum suorum rationes ac terminos esse pronunciat.

* Animi sensa cum oratione congruunt. Gr. καθαπερ ἁρμοττει τοις λογοις ὁ νους. Ego tamen hic mendum esse suspicor, ac legendum ὁ λογος ὁμοιως, vt velit Psellus, Gregorium in eo sensu, qui illi commodior atq; congruentior videatur τῷ λογῳ nomen accipere. Illius.

Sed quid hæc ad rem? (dicturus est fortasse quispiam ex his, qui erga huius festi solennitatem acriori amoris affectu feruntur) stimula equum ad carceres, ac de his, quæ huius festi sunt, & ob quæ hîc consideramus, orationem ad nos habe. Ita verò faciam, etsi paulò altius exorsus sum, sic nimirum & ratione & amore perpellentibus. Nec verò abs re, vt opinor, fuerit studiosis & honestate præditis hominibus de nomine ipso Paschæ quædam præfari. Id enim non contemnendum additamentum auditoribus fuerit. Hoc Pascha, hoc, inquam, magnum & venerandum Pascha ab Hebræis iuxta eorum linguam nominatur: quæ vox transitum sonat, historica quidem ratione propter Israelitarum ex Aegypto in Chananæam regionem fugam & migrationem, sin autem spiritualê sensum spectemus, propter nostram ex his inferioribus ad superiora, atq; ad promissionis terram progressionem & ascensum. Quod verò in permultis Scripturæ locis accidisse comperimus, vt nomina quædam ab obscuriori sensu ad apertiorem, atq; à duriori sono ad elegantiorem honestioremq; immutata sint, idem hîc quoq; contigisse animaduertimus. Quidam enim salutiferæ passionis nomen hoc esse arbitrati, ac deinde per literæ φ in π, & κ in χ mutationem hanc vocem ad linguam Græcam accõmodantes, hunc diem Pascha nominarunt. Atq; hæc vox postea consuetudine atq; vsu confirmata est, multitudine videlicet hoc verbum, vt magis pium, calculo suo comprobante.

Pascha quæ quid significet cer.

NIC. Postq̃ de diuinitate satis copiosè disseruit Theologus, cùm de immensa & incomprehensibili Dei natura tractaret: atq; etiam de naturalium rerũ ratione disputauit, cùm de intellectili & sensibili mundo verba faceret: multaq; etiã de homine dixit, nimirũ quo modo manu Dei creatus sit, paradisi deliciis cumularus sit, primam legem acceperit, quæque pœna ob perfractum & violatum mandatum mulctatus fuerit, quodq; præterea res ipsius eo statu essent, vt magno quodam auxilio opus haberet, quodq; ob eam causam omnis Saluatoris nostri dispensatio humanitatisq; assumptio contigisset quandoquidem pars illius Resurrectio quoq; erat, ob quam Paschæ festum celebramus, & de cuius laudibus hãc orationem Theologus instituerat, post diuinitatis & naturæ atq; incarnationis disputationem rectè iam atq; ordine ad propositum argumentum accedit: atq; inducit quendam erga hoc festum ardentiori studio affectum, ac de eo solùm & loqui & audire cupientem, ac propterea his verbis vtentem. Quod tandem horum verborum operæprecium est? quin tu has ambages mittis, ac iuxta vetus adagium, quo ij notantur, qui longius, quàm deceat, euagantur, æquum circa carceres stimulas? id est, intra flexum & curriculum subductis calcaribus consistas, ac per gyrum cursitare desinas? Ad institutam materiam orationem transfer, ac nobis huius festi mysteria enarra. Idcirco enim hîc sedemus, vt ea ex te audiamus. Hæc sub aliena persona prolocutus ita se facturum pollicetur, tametsi à proposito argumento orationem auspicatus non sit, sed paulò altiùs exordium duxerit, hoc est, à diuinitatis philosophiaq; naturali pertractatione. Nam vt altiùs initium dicendi sumerem, inquit, me coëgerunt tum amor, tum ratio. Amor quidem, quoniam Dei meminisse amabile mihi est ac dulce, & iucundum. Caput enim & summa festi memoria Dei est. Ratio autem, quoniam ea rerum à principio gestarum narrationem ordinemq; postulabat. Etenim ob Saluatoris Resurrectionem Pascha celebramus. Saluator autem iuxta humanitatem mortuus est: homo porrò factus est propter hominem, quem ipse ad imaginem suam condiderat. Quare creatorũ Deiq; primum ac deinde creaturarum in quarum numero homo erat, mentionem à nobis fieri oportebat, tum mysterij assumptæ humanitatis, atq; ita demum ad ea quæ festi propria sunt, venire. Nec verò alienum ab hoc tempore fuerit, quid Paschæ nomen significet, explicare. Nec enim supernaculaneum erit hoc additamentum orationi nostræ adiectum, sed elegans atq; vtile. Hoc igitur Hebræi sua lingua Pascha nominant: quod, si interpreteris, transitum sonat: iuxta historicum quidem sensum, quia ipsi ex Aegyptiaca seruitute in libertatem vindicati in Palæstinam, hoc est, Hierusalem transierunt. (Hanc enim Chananæã Theologus vocat, quòd in ea Chananei prius habitarint) iuxta allegoricum autem sensum, quoniam nos quoq; de vitio ad virtutem demigramus, atq; à terrenis rebus ad supernas, recte quemq; cœleste, quod nobis Deus, vt Palæstinam quondã Hebræis, pollicitus est. Atq; ea est huius nominis significatio. Quidam autem ἀπὸ τοῦ πάσχειν. i. ab eo quòd Christus propter nos passus sit, hoc festum Pascha appellatum esse existimantes, hanc vocem inuerterunt, φ literam aspiratam in tenuem π, ac rursus literam σ in χ mutantes. Ac postea consuetudo peruincens, hanc vocem vt sanctiorem corroborauit, antiquata atque abrogata priori dictione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex vetus futurorum & inuisibilium vmbra.

Enimuero legem totam futurorum, atque eorum quæ animo & ratione intelligun-
tur vmbram fuisse diuinus Apostolus ante nos prouinciauit. Ac Deus etiam, qui Moï-
ante eum oracula edidit, cùm de his rebus leges illi præscriberet, Vide, inquit, vt om-
nia facias secundum exemplar, quod tibi in monte ostensum est, ea nimirum quæ ip-
ctu sentiuntur, quasi adumbrationem quãdam, & præsculpturam earum rerum, quæ
oculorum sensum fugiunt, esse ostendens. Atque illud persuasum habeo nihil temerè,
nec inconsideratè, nihil humiliter atque abiectè, nihil denique Deo legislatore ac mi-
nistro Mose parum dignum indictum atque constitutum esse: tametsi difficile factu
sit, vt suam cuique vmbræ ac figuræ allegoriam excogitemus, subtiliter ad ea omnia

Quædã cõspicua solis imitatoribus Mosis.

descendentes, quæ tum de arca ipsa, & modo, & materia, & Leuitis ac ministris eum-
stantibus, tum etiam de sacrificijs & lustrationibus atq; oblationibus lege sancita sunt:
quæ quidem ijs solis conspicua sunt, qui virtutibus Mosem referunt, vel ad eius eruditionem proximè accedunt.

NICET. *Allegoricè huius festi mysteria explicaturus, in genere loquitur, atque non modò illa vetus*
Testamenti de Paschæ festo leges futurorum adumbrationem fuisse, sed vniuersam quoq; legem vmbræ re-
tionem habere. Apostolus enim de legalibus sacerdotibus loquens, exemplari atque vmbræ eos deseruire
Heb.10. *quit, ac rursus legem futurorum bonorum vmbram, non autem ipsam rerum imaginem habuisse testatur.*
Quin ipse quoq; Deus, cùm de his rebus leges dictaret, Mosem alloquens, legales ceremonias figuram osten-
Exod.25. *nabat. Facies enim omnia, inquit, iuxta figuram tibi in monte ostensam. Nec verò frustra posita, aut ino-*
aduerbia, temere, inconsideratè, abiectè. Temere enim fit, quod frustra & sine vlla vtilitate fit. Inconsi-
autem, quod sine vlla iusta causa. Abiectè deniq;, quod humiliter & exiliter ac sordidè. Nihil igitur temere,
re, nec inconsideratè, nec abiectè indictum atq; imperatum est. Quandoquidem & qui hæc indixit, Sapien-
tia ipsa est, & minister sapientia instructus: tametsi congruentem vnicuique vmbræ ac figuræ allegoriam
excogitare nequeamus, id est expositionem atq; allegoriam. Quis enim contemplari atq; explicare quea-
quare arcã ea figura extrui Deus præceperit, atq; ex tali materia, tali mensura: quidq; hoc sibi velit, quid
à Leuitis, id est sacerdotibus, qui sacerdotali & legali cultui, ac religioni ministrabant, ipsa gestarentur, quid
item sacrificia & purgationes atq; oblationes significent? Porrò per sacrificia, omnia, quæ immolari, obla-
intellige, vt oues, boues, vitulos, turtures, columbas. Per purgationes autem, purificationes eas, quæ pulue-
guinẽ aut cinerem fiebant, ac pollutos & inquinatos purgabant: per ἀφοσιώματα deniq;, piacula eos, qui ab
di mysteria ijs duntaxat nota sunt, qui virtute Mosem exprimunt, aut non longè ab illius pietate & e-
ruditione remoti sunt.

Nam in ipso quoque monte Deus hominibus imaginariè conspiciendum se præbet,
partim de specula sua ipse descendens, partim nos ex terrena hac depressione in altum
euehens, vt à creata quoque natura leuiter saltem, & quatenus tutum est, incomprehen-
sibilis ille concipiatur. Neq; enim aliter terreni corporis mentisq; vinculis astrictæ

Sine ope diuina non potest Deus concipi.

crassities Deum concipere potest, nisi diuinitus adiuuetur. Tunc igitur non eodem ha-
tu atque ordine omnes dignos habitos fuisse constat, verùm hunc alio, illum alio vn-
quenque, vt opinor, pro purgationis suæ modo ac ratione. Quidam etiam prorsus arce-
bantur, ipsisq; solius vocis audiendæ potestas fiebat, nimirum ijs, qui belluinis erant mo-
ribus, diuinisq; mysterijs indigni.

NICET. *Hic allegoricum expositionis campum ingredi incipit. Anagogicè enim Mosi ad montem a-*
scensum intelligit. Vt enim mons terra superior est, cælo autem longè inferior: eodem modo nos quoq; dis-
rens & corporeis rebus subuehi necesse est: Deum autem descendere. Verùm non quanta subuectio nostra est,
tanta quoq; Dei depressio est, sed vt à nobis dictum est, secundum proportionem montis & quæ hæc quoq;
visio Dei in monte designatricem vim habet. Idcirco enim descendit Deus, ac Mosem subuocauit, vt
discamus, quoties homo Deo coniungitur, partim Deum vt excelsum, atq; omnibus rebus superiorem ad-
dere non grauari, partim etiam hominem humi atq; in rebus abiectis & terrenis prouolutum in sublime
trahere. Vt incomprehensibilis ille concipiatur, id est, vt is, qui omnia implet paulum à natura creata ab-
posit. Verbo autem φαντάζεσθαι vsus est, id est, obscurè videtur. Nubes enim tantùm cernebatur, & caligo
1.Ioan.4. *ignis, & fumus. Deum enim reuera nemo vnquam vidit: quo enim modo videri posset, qui forma carens*
de autem quàm accuratè atque exactè loquatur Gregorius. Cùm enim dixisset partim Deum descendere,
haudquaquam subiunxit, partim nos ascendere, sed partim nos adeo subuehi. Quibus verbis hanc quoq; in-
Cap.19.24. *stri ascensus Deum aut horum esse declarat. Scriptum quippe est in Exodo, Et vocauit Dominus Mosen in*
verticem montis. Et iterum, Ascende ad me. Nec verò Dei id imbecillitati tribuendum est, quòd tantum ad
bis capi nequit, verùm prouidentiæ potius. Quatenus enim nobis tutum est, ac possibile, tantum etiam ad-
cipitur. Quod autem superius imaginationem & conceptionem dixit, idem nunc θεωρίαν vocat. Hoc est par-
ticularem operum Dei cognitionem. Nec enim secundum naturam suam, sed secundum opera sua & provi-

tionem Deus mente adumbratur. Terreni autem huius corporis moles, inquit, mentisq; etiã nostræ crassi-
ties nimirum cum corpore constrictæ, ac proinde corporis crassitie quodãmodo impletæ, ne perexiguã quidẽ
Dei cognitionem accipere potest, nisi diuinitus adiuuetur, ac velut manu ducatur, nempe per Dei descensum
hominisq; subuectionem, quem admodum olim in monte contigit. Tunc enim haudquaquã eodem loco atq;
dine digni habiti sunt, sed diuerso, quatenus, vt opinor, purgatam mentem attulissent. Nonnulli etiam om-
nino expulsi sunt, qui videlicet vitæ turpitudine, & obscœnitate pecudes & belluas referebant. Dixit enim
ad Mosem Dominus, Ascende ad me tu & Aaron & Nadab & Abiud & septuaginta è senioribus Israël, & Exod. 24.
adorabunt à longe Dominum, & appropinquabit Moses solus ad Deum: ipsi autem non appropinquabunt.
Et rursus. Descendens contestare populum, ne fortè appropinquet, vt me videat, & cadat ex eis multitudo.
Et paulò inferius, Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Non tanget illum manus, verùm lapidibus Exod.19.
obruetur, vel iaculo confodietur, siue homo, siue iumentum, non viuet. Atq; hæc in Exodi libro ita habentur.
Quod autem Theologus eodem statu atq; ordine nequaquã dignos omnes habitos fuisse commemorat. Ordine
quidem dicit, quia in adnumeratione primo loco Mosem constituit, deinde Aaronem, mox septuaginta se-
niores. Statu autem ideo dicit, quoniam ascendentes sic steterunt, vt vocati erant. Belluinos autem nomi-
nauit, allegoricè, vt opinor, iumentum exponens, de quo eodem Exodi libro fit mentio. Nam quanq; iumen-
torum nomine propriè mansueta & domestica animalia significentur, ferarum autem nomine agrestia ap-
pellentur: Scriptura tamen plerunq; iumẽti nomine feras quoq; agrestes complectitur, vt psal. 8. Insuper & Gen.1.
pecora campi. Perspicuè enim constat illic de omnibus quadrupedibus agi. Ac rursus bestiæ appellatione
mansuetaquoq; animalia designantur, vt in illo loco, Et effixit Deus de terra omnes bestias agri, & omnia
volatilia cœli. Enimuero si exactè loquendum est, belluinos quosdam vocans Gregorius non ad vetus instru-
mentum, sed ad Diuum Paulum mihi respexisse videtur, sic ad Hebræos scribentem. Etiamsi bestia tetige- Heb.12.
rit montem lapidibus obruetur: quod quidem in veteri Testamento ad verbũ expressum non inuenitur. Nisi
quis forte dixerit Apostolum hæc verba audientem, Et iamsi iumentum in montem ascenderit, non viuet, iu-
menti nomine belluas quoq; intellexisse. Cæterum illud sciendum est, quòd, quoniam in nobis duplices affe-
ctus sunt, ira videlicet & cupiditas, ideò à diuina contemplatione submouebantur, tum ij qui ferarum ritu
agrestibus & iracundis moribus præditi erant, tũ qui pecudum more in terrã pastus gratia prouoluti erant,
ac turpiter & fœdè cupiditatibus seruiebant.

Nos tamen media quadam via incedentes inter eos, qui crassiore sunt ingenio, & eos, qui allegorica speculatione, abstrusioribusq; & sublimioribus sensibus impensè delectã-
tur, vt nec prorsus inertes ac torpidi maneamus, nec rursus curiosiores simus, quã par sit, atque à proposito argumento excidamus & euagemur (*alterum enim Iudaicum atque abiectum est, alterum ineptum ac somniorum interprete dignum, pariq; vtrunq; reprehensione dignum) ad hunc modum de his rebus, pro virium nostrarum facultate, non nimis absurdè nec ridiculè disseremus.

Mediocritas in allegoriis tenẽda.

NIC. *Quandoquidem virtus in mediocritate, excessus aũt & defectus in vitio positi sunt, propterea Gre-*
gorius allegoriam ingressurus facturum se pollicetur, vt media quadam via ingrediatur, id est ea tantùm
ad allegoriam accipiat, quæ eam admittunt: reliqua autem eo sensu intelligenda relinquat, quem litera
prompte offert. Omnia enim, quæ veteri lege continentur, corporaliter tantùm ac secundum literalem &
dilucidum sensum interpretari, crassorum & stupidorum hominum, atq; ad contemplationem prorsus in-
ertium atq; torpentium, Iudæisq; similium. Illi enim vniuersam legem tuxta literam intelligunt, nec spiri-
tuali sensu quicq; accipiunt. Contrà omnia vel minutissima quæq; allegoricè exponere, curiosi est ingenij,
atq; in anagogiæ ratione nec modum nec mediocritatem tenentis. Idq; sanè ridiculum est, ac planè somnio
rum coniectore dignum. Omnia etenim somnia in signis atq; vmbra consistunt. Quicunq; igitur omnia ad
anagogicum sensum referunt, somnia interpretari videntur. Porrò literæ mordicus adhærere, nec vnq; subli-
mius assurgere, defectus est: è diuerso omnia ad allegoriam transferre, excessus. atq; vtrunq; vitiosum. At in
ea te de eorum seruare, mediocritas est & virtus, neq; id absurdũ est, vt literalis sensus pertinax amplexus,
nec ridiculum, vt somniatrix illa cuncta allegoricè explicandi ratio.

August. lib. 17. de ciuit. Dei cap. 3. Mihi sicut multùm videntur errare qui nullas res gestas in eo genere
literarum (scilicet sacrarum) aliquid aliud præter id quòd eo modo gestæ sunt, significare arbitrantur: ita
multùm audere qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis inuoluta esse contendunt.

Quandoquidem enim nos ab initio per peccatum lapsos, furtimque à voluptate ad idololatriam vsque, nefariumq; sanguinem pertractos, propter viscera misericordiæ Dei Patris nostri, tanti manus suæ opificij, hoc est hominis iacturam facere non sustinentis, reuocari, atque in veterem statum restitui oportebat, hanc in eo instaurando rationem initam esse existimamus, vt acriore atq; asperiore medicina reiecta (vt quæ non modò fidem factura non esset, sed propter contractum temporis diuturnitate tumorem fortasse etiam morbum exulceratura) leni ac benigno medicamenti genere ipsius resipiscentia procuraretur (neque enim plantam incuruam subitam inflexione

Originale peccatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferre, manusque erigentis violentiâ: ſicenim potius fore, vt lædatur atque infringatur, quàm vt erigatur, necequum præferocem ac iam ætate aliquantò prouectiorem freni tyrannidem perferre, niſi blanda quadam & adulabunda contrectatione mulceatur.) Propterea nobis adiumenti loco lex datur, velut maceria quædam inter Deum atque idola interiecta, ab his quidem nos abducens, ad illum autem reuocans. Ac paulum quiddam primò indulget, vt maius accipiat. Sacrificia ad tempus concedit, vt Deum in nobis inſerat, ac poſtea, cùm commodum fuerit ipſa quoque sacrificia abroget, mira ſapientia per tacitas ſubtractiones animos noſtros ſenſim immutans, atque ad Euangelium traducens iam ad obediendum exercitatos & aſſuefactos.

Lex velut maceria inter Deum & idola.

NIC. *Difficilis & obſcura huius loci videtur eſſe ſententia, quia longis hyperbatis conciſa eſt hac periodus. Hunc autem ſenſum habet. Exiſtimamus, inquit, quoniam vſq; ad idololatriam prolapſi eramus, oportebat, vt excitari nos erigiq; oportebat, idcirco nobis veterem legem datam eſſe, cùm alia permulta præcepta, quæ nos ab idolorum cultu abducebant, complectentem, tum ea etiam, quæ ad ſacrificiorum rationem pertinebant. Atq; huiuſmodi ſenſus eſt. Nunc ſingula excutiamus. Per peccatum, inquit, iam inde à primis temporibus ruimus, id eſt, ex quo tempore primus parens prolapſus eſt, ac per voluptatem deceptus atq; in fraudem inductus ſumus, non per primam illam ſolùm (ſcriptum eſt enim, quòd bonum erat lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis ad videndum, & pulchrum ad intelligendum) ſed eam etiam, qua peccatum omne perfunctum eſt. Voluptas enim peccatum omne antecedit, noſq; ludificatur, & in fraudem inducit, ac velut pices inuolutos quidem ita miſerè circunuenti ſumus, vt ad idololatriæ crimen prorueremus, atque ad neſarias cruentaſq; nefarij dicuntur, quòd neſarie & ſceleratè dæmonibus offerantur: vel etiam neſarios eos vocat propterea quòd homines ſacrificij cauſa mactatos. Immolauerunt enim, inquit, filios & filias ſuas dæmonijs. Hinc igitur affectos reuocari nos à Deo oportebat, vt pote à recta via aberrantes, atq; in antiquum ſtatum reſtitui, non propter eos eſt, ad Dei cognitionem ante idololatriam in animis noſtris lucentem, & quidem reſtitui, non propter ea noſtra: nec enim vlla habebamus, ſed iuxta illam apud Lucam Zachariæ prophetiam, propter viſcera miſericordiæ Dei noſtri, tanti manus ſuæ opificij iacturam facere non ſuſtinentis. Tantum autem abeſt vt quantitate, ſed qualitate. Magna enim res, inquit, homo, ac præclara & eximia res, vir. Quem ſublimem etiam ſapientiæ ſpecimen vocauit, & magnum mundum in paruo: idq; non ea tantum ratione, quia mundi imaginem habet, quæ ſenſibilis hic mundus, ac præterea ratione inſtructus eſt: verùm etiam quia mundus ipſum conditus eſt. Quod autem alicuius cauſa factum eſt, inferius eſt eo, propter quod factum eſt. Homo autem diuina manu effectus eſt, iuxta id quod ſcriptum habetur, Manus tuæ fecerunt mè, & plaſmarunt me. Quo loco manus, vt Deo dignum eſt, intelligendæ ſunt, nimirum pro fabricatione Dei. Quamobrem homo inſtaurari, atq; ab errore reuocari hominem oportebat, quo tandem modo id fieri decebat prudenter prouidè. Nam quemadmodù medicus vulnus abſtergere aut alio modo purgare cupiens, ſi affectum non admoueat, non modò non purgabit, ſed etiam dolorem augebit atque exulcerabit: ſic etiam noſtros animos oppreſſam, niſi quis ſciteè & leniter attrectauerit, non modò nihil eam iuuerit, ſed inſuper grauabit, ac pertinaciorem effecerit. Proinde violentior medicina repudianda ac reijcienda erat, atque ſi quis ſalùm homines non flexiſſet, ſed nouo etiam vulnere affeciſſet, ac ſceleratè viuentibus ad peccandum impulſionem addidiſſet. Propter contractum temporis diuturnitate tumorem, id eſt, propter inueteratam prauitatem, di conſuetudinem in naturam conuerſam. Conſuetudo enim atq; habitus propemodum naturæ vim habet. Quocirca ad vitæ correctionem moderatiore quadam vitæ ratione reuocandus erat: qua quidem non ſanitatem efflagitat, verùm ſenſim ac paulatim ægrotum ad eam reducit. Nam intortus quoq; non tam ab obliquitate in rectum inflexionẽ haudquaq; frenum ſuſtinuerit. Quin potius, ſi quis reſtituere rectitudinem per vim reducere adnixus fuerit, citius ipſum perfregerit, quàm direxerit. Quinetiam equus rox & indomitus miraq; magnitudinis, atq; ætatis ardore inſolens haudquaquam admiſceri, nedum demulceatur. Poppyſmus autem equinæ permulſionis genus eſt. Quod nomen per onomatopœiam eſt ab eo ſono, quod ex equiſonum ore manat, cùm equos adulabundo contactu delinire ſtudent. Ita igitur de, id eſt, quoniam aſperitate poſthabita leniorem ac molliorem curandi hominis rationem eligebat, lex nobis in auxilium, vt Eſaiæ verbis vtar, data eſt. Facilis enim & blanda eſt legis curatio, quæ ab errore abducentis, atq; ad veritatem reducentis. Ac nobis muri cuiuſdam maceria vicem præbet. Quemadmodum enim maceria impedimento eſt, quò minus qui intra eam ſunt, cum externis illis animalibus ſe admiſceant, ita lex ſeptum quoddam erat inter Deum atq; idola interiectum: atq; ab idolis quidem nos abducebat, ad illum autem reducebat. Ac mihi, quæſo, Dei conſilium ac prouidentiam conſidera. Quoniam enim nos ſanctis ſacrificabamus, idq; idolis, quanquam ſacrificia ipſa tollere atq; abrogare vellet Deus, ſtatim tamen ſubitam mutationem non tulit, vt integram ſanitatem conſequeremur, cognoſcendum præbere: tamen ſubitam mutationem non tulit, altero quidem remittit cognoſcens, ad infirmitatem noſtram ſe demiſit, ac duobus malis propoſitis, altero quidem leuiore, nempe Dei ignorantia, altero autem leuiore, nimirum cruentis ſacrificijs, id quod leuius erat, acciperet, hoc eſt, vt ipſum verum Deum cognoſceret, ac ſacrificia infirmitati noſtræ cõceſſit, vt quod maius erat, acciperet, hoc eſt, vt ipſum verum Deum cognoſceret, ac*

Gen. 1.

Pſal. 105.

Luc. 1.

ac poſtea commodo tempore ſacrificia quoq; ipſa tolleret, atq; id adorationis genus, quod in ſpiritu & veritate conſiſtit, introduceret. Proinde nequaq; omnia, quæ volebat, ſimul cõſtituit, ſed ſapienter atq; induſtriè per ſubtractiones paulatim factas nos immutauit. Idolorum enim cultum prius ſuſtulerat, ac ſacrificia quoq; ipſa ſublaturus erat, atq; à ſacrificiorum nidore ac ſanguine ad incruentum ſacrificium cultumq; rationalem & Euangelicum animos noſtros traducturus. Quando autem id facturus? nimirum cùm nos ad obediendum ſatis aſſuefactos exercitatoſq;, atq; iam rectè ac præclarè mandato eo, quod acceperamus, perfunctos inueniſſet. Quidnam autem illud? nimirum perfectum idolorum contemptum, poſtq; victimas etiã, quæ ex legis præſcripto offerebantur, aboleri oportebat. Priusq; enim primo præcepto morem geſſiſſemus, ſuperſtuum fuiſſet ſecundum tradere. *Ioan. 4.*

Si igitur atq; his de cauſis lex ſcripta introducta eſt ad Chriſtum nos colligens: atq; hæc ſacrificiorum eſt ratio, vt quidem mea fert ratio. Atq; vt ſapientiæ Dei profunditatem, imperueſtigabiliumq; ipſius iudiciorum diuitias intelligas, ne ea quidem myſterij prorſus expertia atq; inutilia, & in nudo & ſimplici ſanguine defixa reliquit. Verùm magna illa, & quantum ad primam naturam immactabilis, vt ita loquar, victima legalibus ſacrificijs immixta eſt, illa inquam non exiguæ cuiuſdam partis orbis terrarum, nec ad exiguum tempus, ſed totius mundi, nec vnquam intermoritura expiatio. *Chriſtus ſacrificiũ pro omnibus obtulit.*

NIC. *Moſaicam legem ſcriptam, vocat Theologus ad differentiam legis non ſcriptæ, quæ Adamo, iiſq; q. ab eo originem duxerunt, diuerſis temporibus data eſt. Vel etiam ad diſcrimen conſtituendum inter eam & Euãgelium: quod etiam ipſum nullis literis conſignatũ ſanctis Apoſtolis traditũ eſt. De quo etiam Deus per Hieremiam dicebat. Hoc eſt Teſtamentum & fœdus quod cum illis feriam dans leges, in mente & in corde eorum inſcribam eas. Igitur lex ſcripta ita eſt data, vt commemoraui, atq; ob has cauſas, quas protuli, hoc eſt, quia perniciоſa erat & periculoſa aſperitas, lenitas autem vtilis, atque ad tractandos animos appoſita. Atq; inſuper introducta, hoc eſt, præſcripta eſt lex, vt eius lectione ad creatoris agnitionem excitaremur. Eodem modo ſacrificia propter ſacrificantium infirmitatem conceſſa ſunt. His enim aſſuefacti haudquaquã ea ſtatim abijcere potuiſſet. Atq; hæc ſacrificiorum eſt ratio, id eſt, cauſa, vt quidẽ mea eſt ratio, hoc eſt vt ipſe cognoſco. Hac autem figura à Rhetoribus extenuatio dicitur, qua cognitionis ac doctrinæ ſuæ tenuitatem prætendit, tanq; ſcilicet alius quiſpiam fortaſſe ſublimiorẽ cauſam animo concipere ac proferre queat, q; ſit ea, quam ipſe produxit. Atq; hæc quidem ſacrificia ob has rationes permiſſa ſunt. Vt autem immenſam diuinæ ſapientiæ profunditatem intelligas omnia ſapienter ac ſupra hominum cogitationem facietis, atq; vt uberes & luculentas imperueſtigabilium (hoc eſt, quæ non modò non cognoſci, ſed ne inquiri quidem poſſunt) ipſius iudiciorum conſiliorumq; diuitias cognitas habeas, ne ipſa quidem ſacrificia aliquantiſper conceſſa myſterij omnis expertia reliquit, Gr. ἀνώνυμα, id eſt, nihil ſacroſanctũ ac ſpirituale & allegoricum habentia: nec inutilia, i. ad nihil ſublimius conferentia vtilitatemq; aſſerentia, nec in nudo & ſimplici ſanguine defixa. Nudus autem ſanguis dicitur, qui ſimpliciter & iuxta ſenſum funditur, nec myſterij quicq; abſtruſum ac reconditum habet. Quod genus ſunt gentilium ſacrificia. Horum enim ſanguis nudus tantùm erat, quippe qui nec per Spiritum ſanctificaretur, nec alterius ſacrificij figuram gereret, quin potius fœdus & ſanctum atq; exitiale. Quod autem ſapientiæ profunditatem ait, atq; imperueſtigabilia iudicia Dei, hoc ab Apoſtolo ſumpſit, qui ad Romanos ſcribens his verbis vtitur, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei? q. imperſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Et in Epiſt. ad Eph. Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti. Sed iam ad ſacrificia redeamus, ac cum Theologo dicamus, Deum cùm hæc permiſiſſet, haudquaq; infrugifera ea reliquiſſe, verùm in hũ Chriſti myſterijs velut in figura deſoßum atq; immixtum fuiſſe. Figura enim myſteriorum Chriſti à Scriptura appellata ſunt, victimaq; illius, quam magnam & immactabilem Gregorius vocat. In quo animaduertendum eſt, quòd magnam dicit, non autem maiorem, vt comparationem omnem cum altera quadam fugiat. Victimam autem, quòd pro mundo cæſa ſit, quantùm ad humanitatem: immactabilem deniq; quãtùm ad primam naturam, hoc eſt diuinitatem, qua nec paſſa eſt nec immolata. Prima autem natura diuinitas dicitur, tum vt principium, tum vt aliarum naturarum cauſa, tum etiam poſtremò vt humanitate præſtantior. Cùm autem vnum atq; eundem Chriſtum mactatum ſimul atq; immactabilem dixiſſet, idq; enigmati cuidam ſimile eſſe ſentiret, ſubiunxit, Vt ita loquar hîc verbis ſcilicet, quod durius atq; audacius dictum videri poterat, emolliens. Ac mihi quæſo incomparatas haſce comparationes expende. Primùm victimam Chriſtum nominauit, non maiorem, per comparationem, ſed magnam ſimpliciter, deinde immactabilem, poſtea totius orbis terrarum ſempiternam expiatricem, non autem paruæ cuiuſdam partis, neq; ad certum ac breue aliquod tempus, quemadmodum legalia illa ſacrificia, quæ ſolã Iudæorum regionem, hoc eſt, perexiguam orbis particulam luſtrabãt, atq; ad breue quoddam tempus, & certis flagitijs expiandis inſtituta erant. Deinceps enim alijs aſperſionibus atq; expiationibus opus erat.* *Cap. 11.* *Cap. 3.*

Quocirca agnus quidem accipitur propter innocentiam veteriſcij; nuditatis indumentum: talis enim eſt victima illa pro nobis cæſa, quæ incorruptionis indumẽtum, vt reuo- *Chriſti figura agnus legalis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuera est, appellatur. Perfectus autē, non modò propter diuinitatem, qua nihil perfectius, sed etiam propter humanitatem diuinitate delibutam, idemque effectam, quòd id, à quo peruncta est, atq; vt audacter loquar, diuinitatis sociam. Masculus rursus, vt pote qui pro Adamo potissimum offeratur, ac firmum illum quidem & robustum, attamen primum in peccatum lapsum, firmitate ac robore superet, nihilq; omnino muliebre, nihil molle & effœminatum circunferat, verùm & virgineis & maternis vinculis, pro potestate ac violenter eruperit, & masculus, vt fausté nunciat Esaias, ex populis natus sit. Anniculus item, vt sol iustitiæ, vel è cœlo progrediens, vel quantum ad partem eam quæ oculis cernitur, circunscriptus & definitus, atque ad seipsum rediens, atque item vt benignitatis corona benedicta, omniq; ex parte sibi similis & æqualis, ac præterea vt virtutum, quæ amicitiæ ordinisq; lege leniter placideque inter se coeunt, guntur ac commiscentur, orbem progignens. Immaculatus insuper & incorruptus, macularum extersor, ac vitiorum & sordium à peccato emanantium. Quamuis autem peccata nostra susceperit, & morbos portauerit, ipse tamen nihil eorum admisit, curationis indigent. Tentatus est enim per omnia pro similitudine nostra, excepto absque peccato. Ille enim, qui lucem in tenebris lucentem persecutus est; eam nequaquam est assecutus.

Masculus.

Anniculus.

Immaculatus.

NICET. *Quocirca, id est, quia legalibus sacrificijs Christi, magni sacrificij, figuræ insperserat, propterea*

Cap. 12. *tum est enim in Exodo, Accipiat vnusquisq; agnum perfectum, masculum, anniculum. Quod autē sine macula, immaculatum, in Exodo non habetur, sed ex Leutico sumptum est. Vbi permulta de sacrificiorum varietate*

extant. Igitur ad Christi figuram agnus accipitur, propter simplicitatem atque innocentiam. Nec enim

et iam cùm ad necem trahitur, vociferatur, nec cùm tondetur, clamat. Eodem modo Christus, vt est scriptum

Cap. 53. *Esaiam, tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus innocens coram tondente se obmutescit, sic*

non aperuit os suum. Nec verò propter innocentiam solùm agnus assumitur, sed etiam quia quemadmodum

ouis ea indumenta, quæ ex lana contexuntur, nobis suppeditat: sic etiam Christus nostræ salutis causa mundi-

tus indumentum nobis efficitur, & quidem ita efficax, vt immortalitatem afferat, nempe per Euangelium.

Illud, autem incorruptionis indumentū, ex Octabiblo Clementina sumptum est, vbi hæc verba sunt: Vos,

nos eos habeat lauacro regenerationis, quod incorruptionis indumentum est. Enimuerò perfectionem, quæ

ad realem sensum attinet, ea est, quæ annum vnum expleuit. (Agni siquidem vnius anni statio in mysterio

et atem adolescunt:) allegoricè autem, quoniam Christus quoque & perfectus Deus, & perfectus homo est.

Nam nec diuinitate quicquam perfectius, vtpote à qua perfectio ad alia omnia promanet: ad humanitatem

signa omnia in Christo elucebāt. Quinetiā humanitas diuinitate peruncta id facta est, quòd ea

peruncta est, hoc est diuinitatis socia, non quidem natura, sed diuinitatis consecutione, quemadmodum ferrum

ferrum ignitum ignis dicitur nō natura, sed inflammatione. Neq; enim à propria natura migrauit.

etiam pro sensu dominica caro Deus dicitur propter summam vnionem. Quin ob hanc quoq; causam primus

ctus est Christus, quia nulla in eo iustitiæ pars desideratur. Ita nanq; de seipso loquitur. Sic enim decet nos

implere omnem iustitiam. Tum, sit, inquit, masculus agnus: mas etenim fœmina perfectior, & tam corpore

tu dignior. Sic nimirum Christus quoq; naturæ rex est, vt mas fœmina, ac proinde totius humanæ naturæ

quasi nubilis cuiusdam puellæ solus sponsus est, qui animis nostris cognitionis diuinæ semina inseminet.

has etiam causas hanc quoq; adducit Gregorius, cur Christus agnus masculus sit, nimirum quia pro Adamo

potissimùm oblatus est. Illud autem potissimum ostendit eum mulieris quoq; causa oblatum fuisse, & quòd

tius pro viro, quoniam ipse quoq; grauius peccauerat, vt qui & firmiori animo præditus esset, & peccatum

accepisset. Firmior itaque muliere Adamus: firmior autem ac robustior Adamo Christus. Ille enim

to superatus est: Christus autem peccatum fregit, & profligauit. Quare non abs re pro robustiore victima

ctatus est. Quidita? quoniam, inquit, Adamus primus in peccatum incidit. At qui mulier prior peccauit, is

quidem ita. Verùm quia naturæ imbecillitas peccatum ipsius leuius reddebat, totum crimen Adamo ipse

natum est. At q; hac prima est ratio, cur Christus masculus dicatur. Altera est, quia Christus virilis affectus

mineū habet, hoc est molle & solutum ad voluptatem, ac ne tantillum quidem ad vitiosum virile affectum

languit. Tertia, quia insignis est Christi potentia: hanc enim violentiam vocat, quæ adhibita prætermissis

leges virginitatis clausit ra aperuit, virili congressu nequaquam reserata. Virginea autem & maternum

iunxit propter rei miraculum. Hac enim duo nempe virginitas & partus hic concurrerunt. Iam Christum

quoque masculum Esaias nominat, cùm ait, Et accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium, ac

priusquam partus dolor veniret effugit, & masculum peperit. Prophetissa enim erat Deipara, virgo

vaticinata. Ecce enim, inquit, beatam me dicent omnes generationes. At q; erit, inquit, annuus? Vel quia

tùm ad tempus, ne vt imperfectus reiciatur, si nondum annuum vitæ tempus expleuerit: vel quia annuus

sarium Paschæ festum celebraturi erant, id est singulis annis, vtpote bona nobis per passionem compara-

Esa. 8.

crificientes. Anniculus etiam agnus ob eam causam assumitur, quia nouus in terra est Dominus, nec vetustas humana quicquam habens. Quamobrem si quis diuinitatem beneficio & gratia concessam Domino Iesu fuisse, ac non veram esse asserit, ille masculum agnum pro se mactatum non habet. Consimili modo si quis senij ac vetustatis humanæ quicquam ad Christum refert, hic anniculū non habet. Quinetiā anniculus Christus dicendus est, vt sol iustitiæ, iuxta illud Malachiæ, Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. Cap. 4.

Quo loco sol Christus dicitur, primùm quia spirituales nostros sensus, mundūq; oēm intellectilem collustrat. Deinde quia causa est, cur omnia sint & gignant & crescant ac fructum proferant. Tum quia & præsentia sua lucem, & absentia tenebras affert. Adhæc quia tempora efficit, hoc est animæ virtutes. Tum quia aduersitatem omnia dispensat, non secunda tantùm & prospera, verumetiam quæ acerba videntur, non secus ac sol hic aspectu sensibilis non veris duntaxat atque æstatis causa est, sed autumni etiam & hyemis. Et quemadmodum prius lumen conditum est, deinde illa luminis domus, hoc est solis corpus: sic Christus lux illa vera, secundum diuinam suam naturam prius erat secundum posteriorem autem humanitatis & carnis assumptionem solis corpori comparari potest. Atque ob eas causas sol Christus nominatur: iustitiæ autem, vt omnem in seipso tam diuinam quàm humanam virtutem complexus. Vel quia iustitiæ omnis mortalibus est author, quoniam ad eum referendum est quidquid ab hominibus rectè ac cum laude geritur. Est & alia causa, cur Christus sol appelletur, nimirum vt temporum creator, quemadmodum hic quoq; sol noster anni effector est. Atque vt hic anno vertente, ad idem punctum, à quo cursum auspicatus fuerat, reuoluitur: eadem modo Christus à diuina gloria citra egressionem egressus dispensationis suæ cursu peracto rursus ad seipsum reuersus est, hoc est ad pristinam gloriam & potentiam. Hinc igitur Christus profectus est, atque huc venit, hoc est ex Patre & cœlo, quò confecto salutis nostræ negocio se recepit. Et quemadmodum sol quantùm quidem ad lumen attinet, circunscribi non potest, quantum autem ad orbem suum, circunscriptus est: sic Christus quantùm ad diuinitatem nullo modo circunscribi potest, quantum ad partem visibilem, id est, ad carnem circunscriptus est. At q; etiam Christus benedicta corona benignitatis est, iuxta illud Danielis, Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. A sole quidem annus, ab anno autem corona transumpta est, (quadripartitis enim temporibus circulus anni cinctus est) à corona rursus æqualitas: corona enim propter circulum æqualis est. Corona it aq; Christus est, vt pote credentium animos exornans atq; condecorans. Annus autem benignitatis tempus illud erat, quo Christus bonitatem motus Euangelium promulgabat, quemadmodū de eo Esaias inquit, Euangelizare pauperibus misit me, vocare annum Domini acceptabilem. Ergo corona omni ex parte sibi æqualis est. Etenim si quis lineam à superna circunferentia ad infernam duxerit, ac rursus transuersim idem fecerit, æqualia interualla reperiet. Similis item sibi corona est, quia omni ex parte similis ipsius figura apparet: vndiquaq; enim rotunda cernitur. Proinde & Christus quantùm ad humanitatem benignitatis corona dicitur, vt ex omnibus virtutibus constatus, nec vllam bonitatis iustitiæq; finem habens, cuius iustitiæ propria ecū æqualitas, id est, vt nec excedat, nec deficiat. Nam excessus & defectus non à virtute nec à iustitia oriuntur, sed à vitio & iniustitia. Et quemadmodum sol quantitate æqualis est, vt nec augescens ne decrescēs, qualitate etiam similis, vt qui nec seipso calidior, nec frigidior fiat: sic diuina illa & immutabilis natura neque secundum quantitatem, neque secundum qualitatem, neque secundum vllam aliam motus speciem mouetur. Proinde & æqualis est Christus, vt nec ad excessum declinans, nec ad defectū, sed omnem virtutis æqualitatem habens, & similis etiam, vt nihil contrarium in seipso ostendens, aut aliqs suggerens, verùm similia omnia tum faciens, tum docens. Nec verò ob has duntaxat causas sol Christus dicitur, sed etiam vt virtutum circulum progignens. Virtutum enim semina nostris animis insita fouet, atq; ad fertilitatem mouet, non secus atq; sol sensibilis quatuor anni temporibus vires quasdam inserit, per quas fructus terræ maturescunt, ac perficiuntur. Illud autem notandum, quod Gregorius non dixit Deū virtutes creare, sed (κατεργᾶν, id est, progignere, vel potius ad vitam producere, vt intelligamus virtutem quidem naturam nobis inesse, verùm per ipsius opem atque auxilium progigni, hoc est impetum quendam ac motum accipere, ac tandem perfici. Idque sanè meritò. Nam si calor vitæ causa est, cū Christus sol nominetur, idē profectò virtutes nobis insitas calefaciens ac confouens, vitales denique atq; agitabiles reddit. At q; vt anni tempora leniter inter se commiscentur. neque enim subitò ab vno contrario ad alterum fit mutatio, verùm quasi per interuentionem ac conciliationem quandam intermedij temporis. Neq; enim statim ab æstate ad hyemem transimus, sed per medium autumnum ad vtrunq; æstuescimus. Sic nec à vere statim ad autumnum fit mutatio (nam hæc quoq; inter se dissident. Illud enim res eas, quæ nascuntur, mouet: sic easdem corrumpit ac perimit) verùm est aliquid interiectæa inter se conciliat, quippe quæ vt motus finis, ita corruptionis ac interitus q; principium est. Idem in virtutibus quoq; animaduertere licet. Nam hæ blandè ac leniter inter se coniunguntur. Exempli gratia, Fortitudini aduersari quidem videtur clementia & tamen longanimitas media accedens vtramque cum altera coniungit: Longanimitas enim dilationem quandam iræ significare videtur, congruum inferendæ pœnæ tempus expectans. At clementia tranquilli animi statum ac perfectæ iræ Psal. 64.

compressionem indicat. At q; ob eam causam longanimitas prudentiæ laudem habet: at qui clementiam habuerit, vt absolutam omnibus numeris virtutem assecutus, beatus censetur. Eadem est in prudentia ratio.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam & simplicitas rationalis animæ partis virtus est, & callidit as ac sapientia. Hæ aũt dignitatis virtutis inter se iunguntur. Quod etiam in cæteris reperire est. Iam verò non solùm virtutes inter se coniunguntur, sed etiam temperantur, hoc est totæ totis commiscentur. Potest enim fieri, vt quispiam simul & simplex sit & callidus, clemens & fortitudinis plenus, continens, & cupidissimus. Consimiliter porro lege amicitiæ atq; ordinis. Amicitiæ quidem, propter concordiam: ordinis aũt, quia alia prima est, alia secunda, & sic deinceps. Nam vt in annis temporibus ordinem quendam perspicere licet, sic etiam in virtutibus. Communiter enim morales speculativas præcedunt. Atq; adeò in ipsis quoq; moralibus permagnum quoddam discrimen est, & insignis ordo. Timor enim magis est rudimentarius: charitas aũt perfectior. Ac virtutum orbem intuere. Timor continentiam parit, hæc patientiam, patientia spem tranquillitatis non expectationis, ex qua rursus timor procreatur. Duplex est enim timor, alter elementaris, qui pœnæ metu exprimitur, de quo ait Scriptura. Principium sapientiæ timor Domini. Et perfecta charitas foras mittit timorem. Alius perfectricem vim habens, nec sinens nos ex immodica licentia in contemptum labi. De quo sic loquitur Dauid. Timor Domini sanctus. Et rursus, Non est inopia timentibus eum. Quinetiam quatuor generatrices virtutes. fortitudo, prudentia, temperantia, & iustitia, circulares quaq; dici possint: quòd circum eas perpetuò mens imperatrix versetur, ipsas circumiens & circumlustrans. Atq; hæc ad animi culi explicationẽ dicta sufficiant. Nunc dicam, cur agnum immaculatum & incorruptum esse oporteat. Immaculatus agnus est, qui nulla labe vitiatus, nec mutilatione fœdatus est: incorruptus aũt, qui reprobus non est, aut ob aliam causam reijciendus. At Christus non solùm nõ immaculatus ipse est, atq; incorruptus, sed nos etiã tales efficit. Vulneribus aũt ac sordibus á peccato manantibus medetur. Ἐλαττώματα porrò sunt virtutis defectus: sordes aũt vitij acceßiones. Duobus enim modis in vitio sumus, vel quia in bono deficimus, vel quia malum adiungimus. Quemadmodum contrà virtus vel in mali declinatione, vel in boni operatione versatur. Quamobrem nihil vnquam peccata nostra susceperit, quamuis etiam nostros animorum morbos tulerit: ipse tamen nihil vnquam cogitauit, nec admisit, quod medicinam desideraret: quemadmodum si medicus ab ægroto morbum tollat, possit, ipse aũtem eo non corripiatur. Etenim Dominus quidem per omnia tentatus est, iuxta similitudinem nostram, verùm absque peccato. Lux enim in tenebris lucet hoc est in caliginosa hac vita, ac densa affectionum caligine circunfusa: atq; aduersaria tenebra, hoc est ille, qui propter superbiam caligo factus est, Christum quidem persecutus est, atq; tentauit: verùm eum comprehendere ac superare non potuit, sed victus & confusus recessit.

Psal. 110. 1. Ioan. 4. Psal. 18. 33.

Esa. 53.

Hebr. 4.

* *In Exodo non habetur.*) *In impressis tamen codicibus legitur.*

Quid præterea? Mensis primus inducitur, vel potius principium, siue quispiam ab initio apud Hebræos id fuerit, siue ex ea re postea factus sit, atq; ab hoc mysterio primatum acceperit. Decima aũt mensis: quia hic numerus omnium absolutissimus, tum rum ex vnitatibus vnitas prima perfecta, & perfectionis generatrix. Asseruatur porro in quintum diem, fortasse quia victima mea sensuum expurgatrix est, à quibus peccatum proficiscitur, & circa quos bellum committitur, vtpote peccati aculeum admittentes. Deligitur aũt non solùm ex agnis, sed etiam ex deteriori genere, ac finistra hordeum: quia non pro iustis duntaxat, sed etiam pro peccatoribus mactatur, ac fortasse ipsorum potius causa, quandoquidem maiore misericordia opus habent. Illud verò minime est, quod maximè quidé per singulas domos agnus requiritur, sin minùs, at certè per domos familiarum ob paupertatem erogatus, quandoquidem optimũ est potissimũ sibi quidé vnumquenq; ad perfectionẽ sufficere, seq; hostiã sanctam, viuam, que vocãti deo offerre, atq; eiusmodi quę semper, & per omnia conficeretur: sin id nõ contingat, eorum saltem opera atq; adiumento ad eam rem vti, qui virtute nobis consimiles sunt, moribusq; persimiles. Hoc enim mihi significare videtur, quòd sacrificij participes fieri propinquos Deus præcipit, si ita opus fuerit.

Cur agnus in quintum diem asseruaretur.

Qui debeãt fieri participes sacrificij nostri.

NIC. *Atq; hæc de agno, inquit, nobis considerata & expensa sint. Quid aũt præterea restat nosse, ut intelligamus, quisnam mensis ille sit, quo agnus sacrificatur. Scriptum quippe est in Exodo. Mensis hic principium mensium, primus erit vobis, &c. Quorum verborum allegoriam perspiciamus. Mensis igitur Paschatis, qui apud Aegyptios Pharmuthi, apud Macedones Xanthicus, apud Heb. Nisan, apud Rom. Martius vocatur, hic primus in mẽsib. introducitur atq; decernitur, ac principiũ mensium anni fortasse quia tum inde à principio primus ordine erat. Arcanus enim hic apud Hebræos sermo est, hoc tẽpus esse, quo Deus vniuersum verum molem condidit. Vernum porrò hoc tempus est, quo terra quoq; herbas profert. Quo etiam tempore Hebræi ex Aegypto recesserunt. Fortasse etiam ob hanc causam primus hic mensis dictus est, quia in illo Pascha tu mysterium celebratum sit. In principio autem anni, & in primo mense sacrificij tempus præscribitur, quoniam Christus quoq; omnium rerum principium est, ac non recens, propter ipsius ex Patre generationem, sæculis omnibus superiorem. Eodem modo nobis quoq; veri Paschatis sacrificium æternæ vitæ principium esse debet. Annus enim sæculum designat, quoniam in orbem circumiens, in sese semper voluitur, nec vllo fine comprehenditur.*

Cap. 12.

scit. Decima porrò mensis agnus accipitur, quia denarius plenissim. est numer. vt ipsum nominis etymon docet. Decas enim ὡς διαστηματικὴ τῶν ἀριθμῶν, i. quòd omnet numeros capiat. Nam cùm ad eam numeri pervenerint, progrediendi finem faciunt, ac deinceps iterantur solum ac reuoluuntur. Decas autem prima vnitas perfecta, ac perfectionis generatrix dicitur, quoniam est alia quoq; vnitas, nempe prima vnitas. Verũ illa tamen si principium numerorum est, eosq; procreat, nequaquam tamen perfecta est. At prima decas has duas prærogatiuas habet, alteram, quòd perfecta est, quatenus ad hanc vsq; numeri progrediuntur, ac rursus reuoluuntur: alteram quòd perfectionis est procreatrix. Centenariũ enim numerum, qui perfectissimus est, producit. Quòd si senarium quoq; perfectum numerũ esse contendas: hac tamen parte cedet denario, qd' quamuis perfectus sit, perfectionẽ tamen nõ gignat. Cæterum perfectus quoq; senarius dicitur, non quòd in eo numeri á progressione conquiescant, sicut in denario cõtingit: sed alta ratione perfectus appellatur, vtpote ex partibus suis constatus. Dimidia enim pars senarij & tertia & sexta in summã collectæ senarium cõficiunt. Iam verò agnus in quintum diem asseruatur, hoc est á decima vsq; ad decimã quartam: fortasse quia Christus victima nostra quinq; externos sensus purgat: hæ enim domus animæ fenestræ sunt, de quibus ait Hieremias, Ascendit mors per fenestras, hoc est per sensus. A quibus peccatum proficiscitur, nõ vt efficiens ib. Cap. 9. causis, sed vt adiuuantibus. Et circa quos bellũ cõmittitur peccati sagittã exterinsecus incidentem admittentes. Est & alia abstrusa causa, cur agnus decima quidẽ accipiatur, verum decima quarta ad vesperã immolatur, Nã qd' nõ prima die, sed decima accipitur, hoc indicat, qd' longa erat sæcula illa, quæ creationẽ nostrã præcedebãt, qbus semper erat Dei: post autẽ seculũ hoc nostrum ingreditur, quod velut p quinq; dies in quinq; tẽpora diuiditur, numerũ in illud qd' ab Adamo vsq; ad Noe fluxit, in illud qd' á Noë vsq; ad Abrahamum, in illud qd' ab Abrahamo vsq; ad Mosem, in illud quod á Mose vsq; ad Christi præsentiã, postremò in ipsam ipsius præsentia tempus, quo per magnũ illud sacrificium pposita erat omnibus salus. Iã in quinq; etiam spatia illa vineæ parabola diem distinxit. Alios enim circa primã horam vocatos ephesiã narrat, alios circa tertiã, alios circa sextã, alios circa nonã, alios denique circa vndecimã. Quo etiam tempore nouata opera mercedis qui postremi venerant primo loco persoluuntur. Nos enim primi regenerationem accipimus, quæ Christus sacrificatus est, atq; à morte reuocati in tuendarũ animorum nostrorum causa spiritu sancto vos afflauit. Accipitur itaq; agnus primo die huius quinq; dierũ, i decima mensis, principij huius sæculi figurã gerentis: atq; asseruatur posteremo eadem tempore, hoc est decima quarta, ad vesperã mactatur. Ad vesperam, inquam, vt rursus intelligas nequaquã recens esse Christi mysterium, sed ex Patre præscientia tam in de á creatione mundi seruatum esse, verùm postremis tẽporibꝰ nostra causa mortem subisse. Quòd si alia ratio proferenda est cur decima quarta mensis agnus mactetur, dicendum id eo circo id fieri, quoniam hoc die lunaris circulus omni ex parte perficitur, atq; velut adulterino quidẽ lumine orbem collustrat, cæterùm deinceps vesperè ac desinere incipit: vt hinc quasi ex imagine quadã intelligas, qd' omnibus quidem orbis partibus tenebrarum princeps celebrabatur (luna enim in principatũ noctis posita est) ac mundi sapientiam velut fuscatã quandam lucem errantium hominum cordibus infundens plenissimã sibi gloriam comparabat. At verus agnus p nobis moriens diabolicã gloriam oppressit. Eam enim desinere in posterum & absumi coget. Atq; ad scitucet erat, quod in Psalmis canebatur, Orietur in diebus eius iustitia, & multitudo pacis, donec de medio vicissim tollatur luna. Quo loco obseruandum qd' nõ dixit tollatur sed vicissim tollatur. Quasi enim homine iam sustulerit, vicissim diabolus ipse de medio tollitur. Quòd si hoc loco lunã in bonã partem intelligere velis, idcirco ad decimã quartã spectamus, quia per aspectabilem lucem materiaq; constantẽ eam imaginem quandam concipimus, quæ spiritualis est, materiaq; expers, vt in speciem quidem lunã plenã expectamus, quæ interim tota nocte perdurantẽ nobis præbeat: reuera autem nobis legis vice sit hæc ceremonia, iubẽs, vt omne tẽpus, qd' in diẽ ac noctem diuiditur, nobis perpetuò clarũ sit, nec vlla caliginosa opera admittat habeat. Verùm ad historiam redeuntes quæramus, quid causæ sit, cur agnus nõ modò ex agnis, qui ad dextrum latus stantium, eligatur, sed & ex hœdis, quos iudex ad sinistrã statuit, vtpote nullã dexteram actionem habentes. Statuet enim inquit, oues à dextris, hœdos autẽ á sinistris. Fortasse hoc ideo sit, quia Christꝰ p omnibus Matt. 25. eram nobis quam hœdis mortuꝰ est, ac p his etiã potissimum, vtpote maiori misericordia opus habentibus. Fort asse etiã quia Christꝰ reuera iustus mortẽ subijt, ideò ad eius figurã agnꝰ accipitur: quoniã autem hominũ opinione vt facinorosus mactatꝰ est, idcirco hœdus quoq; ingulatur, immaculatũ aũtẽ sacrificium agnus intelligitur, legis præscripto ad perpetua sacrificia dicatus: hœdus verò p peccatis offertur. Quæ quidem duo in Christo reperies. Erat enim idẽ, & vt immaculata victima, nimirũ ad odorẽ suauitatis ipsum Patri offerens: & vt hœdus, diuꝰ p peccatis nostris mactabatur. Atq; vt rem in pauca conferã, quis quidem secundũ Esaiam, Iesuit aũtẽ Christi designat: hædꝰ aũtẽ secundũ legem sacrificium est, p peccato. Proinde leuiter quis instar ad supplicium ductus, p peccato velut hircus sacrificatus est, pro hominum salute seipsum morti exponens. Aut, si manus, sicut hœdus in alta loca psilit, sic Christus in cœlũ ascẽdit, seq; euehit. Propterea enim mortuus est, vt eum ipso viuam. Quandã autem sibi vult lex, qd' maximè quidẽ p singulas domos agnum sacrificari iubeat? si aũtẽ domestici pauci sint ac pauperes, simul quoq; vicinos adesse, atq; ita ex contributione sacrificium cõpleri? Quoniã præstabilꝰ id quidem est, vt sibi quisq; ad perfectionem sufficiat, atq; alterius ope & auxilio ad virtutẽ non indigeat, quin potiꝰ, qd' Apostolꝰ ait, seipsum exhibeat Deo hostiã nõ inanimẽ, qualis est illa

Matt. 21.

Psal. 71.

Cap. 53.

Rom. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est illa, quæ per hyatæ fit, quæ post quã cæsa esset, Deo tunc offerebatur, verũ hostiã viuẽtẽ, vt Maryni, qui ipsos viuos Deo offerebant, ac deinde, p eo mortẽ oppetebãt. Talẽ hostiã vnũquemq; seipsum Deo offerre portet, & semper & per res omnes sacrificari. Id aũt fiet si membra nostra ad peccati perpetrationi reprimu ac mortificemus. Quòd si quis per se ac solus ob mentis inopiã & imbecillitatẽ intelligẽtio Christi mysterio par esse nequeat, socios atq; adiutores sibi asciscet, eos videlicet accipiẽs, qui eadẽ fide pollent. Nonnã quam enim mutua opera ad sublimiores speculationes assurgimus, socios eos assumẽtes, q̃ nobis ipsis pares ac vicini sunt. Verũ hic meritò quæritur, siquidẽ vnus est Christus, qui per legẽ & prophetas atq; adeò per creaturas prædicatur, qui statuit lex Christi figurã celebrãs per domos parentes suos immolagnos sacrificari iubeat. Ad quæ sic respondeo: quẽadmodũ vnusquisq; eorũ qui Christum fide cõplectuntur, virium suarũ modulo spiritaliter Christo crucifigitur, alius nimirũ quantũ ad actuale peccatũ dominum seipsum cruci affigens, alius quantum ad ipsas quoq; animi perturbationes, alius etiã quo ad ipsas etiã um imaginationes. alius denique quantum ad ipsas quoque affectuum cogitationes: sic vnusquisque in congruenti sibi virtutis gradu atque ordine, quasi in domo quadã agnũ immolat, carnisque sibi ceps sit, ac Domino Iesu ad satietatẽ expletur. Etenim proprius vnuscuiusq; agnus efficitur Iesus Christus atque totus & toti & omnibus omnia fit. Per vicinum etiã, qui ad agni esum assumitur gentium ri posunt. Quoniã enim Iudæi propter animi paupertatem mysteriũ hac concipere nequiuerũt: idcirco sacrificij societatem & consortium ethnici insuper assumpti sunt. Porrò in vnaquaque domo perficitur agnus nec in diuersas domos diuidebatur. Vnus enim atque indiuiduus Christus est, ac fides una.

Nox sacra. Hinc sacra nox, & præsentis vitæ, hoc est suffusæ huius noctis inimica, in qua genæ tenebræ depelluntur, atque omnia in lucem & ordinem formamque prodeunt, atque ornatum inornatus antea rerum status accipit.

NIC. Deinceps, inquit, atq; ordine mystica & sacrosancta nox aduenit, inimica & hostis tenebrãrius vitæ, q̃ nox etiã ob eã causam vocatur, qd̃ in ea velut in nocte & virtutes & vitia in obscuro agunt, etiã propter offusam in ea ignorantiã, & errorem ac peccatũ quod in oẽs fusum ac propagatũ est, imperio premit. Quomodo aũt diuina illa nox, qua Christo moriendũ erat, noctu peccatrix fugata, accipit. Quẽadmodũ in mundi creatione sensibili luce producta discussa sunt tenebræ, q̃ primigenia substantia prædita ac creata sint, sed quia cœlo ac terra rebus substãtia prædictis quasi subsistentes. Nonnim tenebrarũ vlla est essentia ac subsistẽtia: verũ per obstructionẽ atq; obstaculũ sunt, atq; accidentionẽ habent, nõ substantiæ. Quẽadmodũ igitur post creatã lucem tenebras q̃; submotas terra visibilis atq; elementorũ ordo distinctus est, omniaq; informata sunt, ac cœlum ornatũ suũ accepit, terraq; stabilitum, atq; ad hunc modũ illa priùs informis materia formis adornata est: sic etiam in hac sacratissima qua Christus salutis nostræ causa mortẽ excepit ac sustulit, ignorãtia & malitia in nobis latens, ac veluti rationẽ habens profligata & dissoluta est: atq; ita mutatæ sunt verũ vices, vt pro umbra veritas erit, pro ignorãtia cognitio, p̃ incredulitate fides, pro peccato iustitia. Potest hic etiã per primigenitas primorũ parentũ peccatũ intelligi. p̃ quod omnia perturbata atq; euersa sunt. Verũ in Christo mine hæ peccati tenebræ solutæ prorsus q̃; sublatæ sunt nõ aũt exceßerũt, aut alio recesserũt atq; ibi lustrauit ũ, q̃ dixit vt de tenebris lumẽ splẽdesceret, atq; ea, q̃ prius forma carebãt, informatione, ac pulchritudinis virtutũ architectꝰ & fabricator, qui res nostras immoderate agitatas ac pulsatas tuitus, ex inordinatis eas in ordinem adduxit. Lux enim & ornatus & ordo cognitionẽ & virtutẽ significant.

Tyrannus inuisibilis. Hinc Aegyptum, hoc est triste acerbeq; persequens peccatum, & Pharaonẽ inuisibilem tyrannum, & amarulentos operum præfectos fugimus, ad supernum mundum migrantes, atque à luto & lateritio opere liberamur, hoc est ab incerta & lubrica & peculosa carnis huiusce compactione, atque in plerisq; ita imbecilli, vt ne paleæ quidem cogitationibus rationibusque contineatur.

NIC. Post hæc, inquit, peccatũ velut Aegyptũ quandã fugimus, quod quidẽ triste quiddã vocatur, q̃ tristitiæ causam affert, acerbè aũt persequens, vt in hominis perniciẽ excursiones faciẽs. Quamquã etiam alioquin Aegyptus, si interpreteris, tenebras sonat: hæ aũtẽ tristes sunt. Aegyptij autẽ Israelitas opprimebãtur, vt eos cõprehenderent. Nec verò tristitia parẽtẽ peccatũ solum fugimus, verumetiã cahgnũ principẽ seruilia opera animã opprimẽtia imperantẽ, ac dæmones etiã ipsos nonnunquã tollentes appellamus, que ad peccati opus durè acerbeq; impellentes & adurgentes, atq; eadẽ causa operũ præfectos appellamus. Quemadmodũ autem Israelitæ ad promissionis terrã, sic nos quoque ad supernum mundũ migramus. vt illi luto & laterũ cõfectione, eodem modo nos etiã lubrica atque insida corporis huius compactione ramur, quod ex terra coagmentatũ est, vnde & lateres & lutũ. Porrò compages ipsa corporis, va ad offensionẽ & peccatũ procliuis, apud, permultos homines atq; incertiores & ignauiores ad virtutẽ ita facilè soluitur atq; irretito impetu feratur, vt ne paleæ rib. quidẽ rationibus, hoc est exiguis & humilibus ceatur & cõstringatur, quẽadmodũ lateres paleis: verùm luti instar ad voluptates laxetur ac diffundatur. Etenim cõueniebat nos densis ac solidis & spiritalibus rationibus constructos à sæda voluptatibus ter Dei amorẽ restringi. At nunc improbissimi quiq; ne subuentaneis quidẽ & leuib. rationib. tenuatæ

reprimuntur, vt si non propter Deum, saltem ad laudem hominum emerendam à flagitijs abstineant.

Hinc agnus mactatur, atq; actio & cõtemplatio, seu habitus & actus precioso sanguine signatur. nam hi ostiorum nostrorum postes sunt, hoc est mentis agitationum & dogmatum, quæ ex contemplatione rectè aperiuntur atq; clauduntur, quandoquidẽ comprehensionem quoq; nodus quidam est.

NIC. Cùm tripartitam animam nostram rationem habeat (diuiditur enim in rationalem, concupiscibilem & irascibilem) positibus quidem comparari possunt ira & concupiscentia, limini autem conciliatrix & colligatrix earum ratio, vtriq; coniuncta, atq; ab vtraq; fulciens ata. Ad fortitudinem enim ab ira obfirmatur: ad consortium autem summi boni per cõcupiscentiam subuehitur. Cæso igitur agno domorum postes, ipsius cruore imbuendos lex præcipit. Quibus significari posunt actio & contemplatio. Quandoquidẽ duplex quo que nostra philosophia est, actiua & speculatiua, siue habitus & actus. Philosophiam porrò nostrã eam vitæ rationem voco, quæ secundum Christi doctrinam instituitur. Et quidem actiua philosophia ea vita est, in quam nulla reprehensio cadit: speculatiua aũt est recta doctrina fidei sententia. Rursus habitus est diuturna ad virtutem animi affectio, atq; eiusmodi, vt vix excuti possit: actus aũt ipsa est actio. Iam verò ostia hoc loco dicuntur mentis agitationes: & dogmata agitationes quidem, cùm mens aliquid exquirit ac secum versat: dogmata autem, cùm notitias quasdam per se fidem facientes, & ratas firmasq; dogmaticè retinet. Aperiuntur porrò huiusmodi agitationes, quoties mens quædam inuenerit ad eius cognitionem perceptionemq; venientia, eaq; excepturа est: clauduntur autem, cùm id quod exquiritur ipsius intelligentiã superat. Quandoquidem comprehensionum quoq; animi modus quidam est. Nam & mentis comprehensiones modum sũ habent, atq; ea percipit mens, quæ ipsi assequi licet. Interdum aũt mens portas suas claudens agitationes repellit & à se amolitur. Proinde & actio nostra & contemplatio, & habitus & actus regio signo, hoc est Christi sanguine obsignandi sunt, non vt claudantur, ac nihil agant verùm vt insculpantur, atq; huiusmodi signum & exemplares notas inscipsis integras seruent. Vel etiam vt hostilibus copijs terrorem asserant, quemadmodum regium signum formidolosum esse solet.

Hinc postrema & persecutoribus grauissima noctes; profectò digna plaga, ac cogitationum suarum actionumq; primogenita luget Aegyptus, (quod & semen Chaldaicum sublatum atq; oppressum Scriptura vocat, & puerulos Babylonios ad petrã allisos & solutos) atq; clamore & vociferatione apud Aegyptios personant, ac tum à nobis illorum exterminator secedet, vnctionis metu ac reuerentia.

NIC. Decem plagis in Hebræorum gratiam Dominus Aegyptijs inflixit. Prima fuit sanguis ille qui ex aquarum cõgregatione hauriebatur: secunda rana: tertia cimphes: quarta cynomya: quinta quadrupedum interitus: sexta vesicæ: septima grando triticum exterens: octaua lucustæ viridia omnia populantes: nona palpabiles tenebræ: decima primogenitorum oppressio. Atq; hæc plaga ordine quidẽ postrema erat, cæterùm statẽ fecerunt. Eodem modo dæmonibus quoq; animarum nostrarũ persecutoribus grauissima hæc pœna videtur, quando in aĩo ab omni ostentatione alieno, atq; humili & abiecto, quasi in nocte quadã, primogenita peccati, hoc est prima vitiũ origo ac principium, à nobis extinguntur. Quemadmodũ in Euangelio Christus docet, cùm iubet nos cupiditate atq; ira cõpressis atq; sublatis intrepido animo esse, nec tam vel adulterij scelus, vel cadũ piaculum pertimescere. Neutrũ enim horum à seipso consistere posse, nisi eadẽ iracundia, adulterium concupiscentia protulerit. Quocirca cùm ũ, qui vitiosos fœtus edit, ante adulterium cõcupiscentiam, ante eadem iracundiã pariat, si eadem primogenitum sustulerit, haud dubiè fœtũ quoq; primogenito succedentẽ sustulerit. Sed videamus, q̃ sint cogitationum primogenita, q̃ item actionum, q̃ vt pereuntia, luxu prosequitur Aegyptus, i. peccatum. Turpes ac fœdæ cogitationes in hac tria diuiduntur, in intentionem, in congressionem, q̃ & luctu nominatur, & in consensionẽ. Ergo primigena cogitatio dici posit, prima & effectibus perturbata intentio, atq; appetitio. Actionum aũt primogenita vitiosæ ratiocinationes & cogitationes, à quibus peccatum illud, quod animi assensione patramus, ad actũ tandẽ progreditur. Huiusmodi igitur plaga nocte digna est. Nostis enim ac dedecoris & ignominiæ opera, digna sunt quæ nocte atq; obscuritate & oblitione obruantur. Enimuerò hæc primogenita Esaias semen Chaldaicũ appellat, Deum inducens Israelẽ populum sic alloquentẽ. Diligens te, voluntatẽ tuã explenì super Babylonẽ, vt Chaldæorũ semẽ tollerem. Quorũ verborũ hæc sententia est, Cupiebas Israel, de medio tolli funditusq; deleri Chaldæos & Babylonios, quite bella lacessebant. Atq; ita feci. Quamobrẽ si ipsi quoq; confusionẽ, qua premimur, id enim Babylon significat, à nobis auferri cupierimus, inueniemus Deum voluntati nostræ satisfacientem, ac turpes & impuras cogitationes nondũ adultas sed teneras adhuc seminisq; rationem habentes exterminantem. Dauid aũt huiusmodi peccati principia & radices parunlos Babylonios vocat, dicens, Filia Babylonia misera, beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuam, quã retribuisti nobis. Beatus, q̃ tenebit & allidet parunlos tuos ad terrã. Quoniã enim iuxta historicũ sensum Babylonij Iudæos bello aggressi captiuitate eos pressêrãt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac Babylonem abduxerunt, multosq; Ifi aelitarũ puerulos ſolo alliſos obtruncarũt, Propheta beatos eos pronunciat, qui eadẽ crudelitatis exẽpla in Babylonios edere poterũt. Iuxta allegoricũ autem ſenſum, Babylon cõfuſio eſt. Huius filia peccatũ, quam quidem etiã miſerã vocat Propheta, vtpote quod nõ ſit, nec ſubſiſtat, ſed incuria noſtra ex nihilo cõſletur atq; ſubſiſtat, ac rurſus per virtutẽ noſtram & rectẽ facta intereat atque in nihilũ redeat. Ad hanc igitur ſic loquitur Propheta. Beatus ille futurus eſt, qui retribuet tibi retributionẽ tuam, quã retribuiſti nobis. Quid autẽ dedimus? voluntatẽ noſtram, hoc eſt libertatẽ: nec enim ſeruum voluntatẽ habet. quid porrò recepimus? peccatũ. Quare illud reddendũ eſt. Reddere autẽ nihil aliud eſt quã in poſterũ illud nõ admittere. Beatus etiã, inquit ille, qui peruerſas cogitationes adhuc tenellas & imperfectas anteq; in ipſius perniciẽ nutriantur & adoleſcãt, tenebit, atq; in poteſtatẽ redactas interimet, minimeq; ad Chriſtum eiusq; auxiliũ confugiẽdo. Ipſe enim petra eſt, per quã malæ cogitationes ſolũtur. Is porrò ſcientia ex cogitationibus atq; actionibus peccata ad Chriſtum allidit, qui ea cõfitetur. At quiſquis peruerſa dogmata, quæ animũ illius, à quo admittuntur, perturbatione afficiunt, veritatis doctrinã dicendo, atq; in Chriſto perimit & extinguit, nec ea creſcere & adoleſcere ſinit, verùm cõfuſa ac perturbata extra illũ ſapientia ſua ſuperat, ac deinde ad Chriſtũ verã petrã allidit. Hic eſt qui Babylonios pueros petræ allidit. Ad primogenita rurſus oratio cõferẽda eſt, quib. pereuntib. clamore atq; eiulatu oĩa apud Aegyptios perturbant. Lugent enim atq; ingemiſcunt dæmones, cũ vitioſas cogitationes priuſquã creuerint, in nobis extingui cernunt, animiq; perturbationes adhuc recentes euelli atq; excindi. Ergo Aegyptiaci peccati ſatores tequã in malo matureſcãt, necantur: Iſraelitica aũt ac probæ cogitationes ſanguinis profuſione nutriuntur vt virus ad maturitatẽ perueniat. Atq; illic quidẽ primus peccati impetus frangitur: hic autẽ primus peccatingreſſus per verũ agnum auertitur. Neq; enim ingreſſum exterminatorem arte & conſilio expellimus atq; exturbamus, ſed ne vllo modo in animos noſtros irrepat, cauemus atque prouidemus. Caeterùm hæc in vnctione & obſignatione conſiſtit. Hanc enim in nobis exterminator reperiens, reuertitur atq; exmeſcit & recedit, ac mors vltrà proſilit. Quoniam autem duplex morti ad nos aditus patet (aut enim cio ac ratione peccamus, vt cùm nec ſana nec recta ratiocinamur, aut affectibus impulſi labimur, vt cùm merè irascimur & concupiſcimus) ob eam cauſam ſanguinis quoque duplex eſt ſignum. Et ratio quidem, vtpote princeps, quaſi ſuperius limen eſt: affectus autem velut poſtis ſuperiori limini ſubiicitur.

Septenarii numerus myſticus.

Hinc fermenti vſus, hoc eſt veteris & acidæ malitiæ (non enim de eo loquor, quod panis efficiendi, vitæque fouendæ vim habet) ad ſeptem dies interdicitur (hic enim numerus omnium maximè myſticus, atque huic mundo conſociatus; vt ne quid Aegyptiacę conſperſionis viaticum, nec vllas Phariſaicæ & impiæ doctrinæ reliquias nobis paremus.

Exod. 12.

NIC. *Scriptum eſt in Exodo, Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus veſtris. Verũ hoc ad Iudæos pertinebat. At nobis vitium ſeptem diebus ſubmouendum eſt, hoc eſt per omnem huius vitæ hebdomadam.* Numerus enim ſeptem dierum fluxum hoc tempus ſignificat, quod per hebdomadas voluitur. At quæ hic numerus myſticus quidẽ eſt, vtpote virgo, ac virginitatẽ vitamq; angelicã deſignans (ſubaudiendum hic numerus, vt Arithmetici docent, ex omnibus numeris, qui denario includũtur, nec gignit, nec gignitur, atque etiã vt quaternarium & ternarium in ſe continens: Quatuor enim ſunt mundi elementa, ac Trinitatis horũ fabricatrix. Conſotiatus autẽ mundo dicitur & concurrens, i. comes & affectator ipſius, tũ quia ſeptẽ dierũ ſpatio mundus omnibus ſuis numeris abſolutus eſt, tum quia expletis septẽ annorum ambitibus ad finis futurus eſt. Quoniã autem fermenti proprietates, ſi quidẽ vitium ſpectemus, ſunt veneni & contagio: ſin autem virtutẽ nobis proponamus, panis confectio ac vis vitalis calefacit enim fermentum ac fouet, nãſubleuat, atq; hoc vitã fouere videtur ob eam cauſam, ſubmoueri, atq; ejici malitiã ait, qua vitæ noxa menti proprietates habet: non itẽ virtutẽ, cui meliores fermenti proprietates inſunt: eui etiã regnum cũ rũ cõparatur. De vitioſo autẽ fermẽto in Euãgelio dicitur, Videte & attẽdite à fermento Scribarũ & Phariſæorum, hoc eſt à doctrina, quã impiã Theologus dicit, quia plebẽ dehortabatur, ne in Chriſtũ crederet, ac per Filij contemptũ Patrem quoq; ignominia notabant.* Vide Auguſt. lib. 11. cap. 31. vbi ait ſeptenarium numerum quia ex toto impare ternario & toto pare quaternario conficitur, ideo ſæpe pro vniuerſitate accipi.*

Matth. 13. 16.

Paſſio Chriſti in fine ſæculorum. Doctrina fidei nil aquoſum habeat.

Atque illi quidem lugeant, nos autem agnum comedamus, ad veſperam quidem, quoniam in ſæculorum fine Chriſti Paſſio contigit, quandoquidem veſperam quoq; peracti videlicet caliginem diſcutiens, diſcipulis ſacramentum impertijt. Non elixum ad tem, ſed toſtum, vt ne quid ſpeculationis expers atque aquoſum nobis fidei doctrina habeat, nec eiuſmodi vt facilè diſſolui queat, ſed tota nobis denſa ac ſolida ſit, atque igne purgante explorata, & ab omni craſſiore & ſuperflua materia pura & libera, vtpote nis illis carbonibus intellectum noſtrum accẽdentibus & purgantibus ab eo adiuuemur, qui idcirco in terram venit, vt ignem mitteret, improbas ſcilicet animi habitudines abſumentem, eumque quamprimùm excitari ſatagit.

NICETAS. Dæmones, inquit, lugeant, ſuũ videlicet primogenitũ orbati. Nos autem vnctione ſpiritus

agnum comedemus. Ac meritò vnctionem manducatio ſequitur. Nam ipſi quoque poſteaquã Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum per Baptiſmũ induimus, diuinum ipſius corpus accipimus. Verùm ea quæ in Exodo de agno ſcripta ſunt, rurſus inſpiciamus. Et immolauit eum, inquit, omnis multitudo congregationis filiorum Iſrael ad veſperam. Et paulò inferius, Non comedetis ex eo crudum, nec coctum aqua, ſed aſſum igne. Veſpertinum autem, vtpote diei finis, ſæculorum finem adumbrat, quo Chriſtus quoque noſtra cauſa ab omni ſynagoga mactatus eſt, atq; occubuit ſol, creatori ſuo condoleſcens. Quin ipſe etiam Chriſtus myſticam cœnam veſperi diſcipulis porrexit, vt figuram impleret, (Iuxta legem enim ad veſperã agnus cædebatur) ac craſſam peccatica caliginẽ depelleret, illuſtri & ſanctiſſimo myſterio patefacto. Enimuerò ſanctã illã eſcam erudã accipit, q fidem mertẽ & frigidam habet, nec eam optimarũ actionum pennis inſtruit, nec Chriſtianã doctrinã per accuratã indagationem attenuat, quandoquidem qui crudos cibos comedit, his concoquendis par eſſe non poteſt, imunò nec dentibus vllo modo cedit huiuſmodi alimentum. Ille autem ſacroſanctam eſcam elixam edit, qui voluptatibus ſeruit. Nam quæ elixantur varietatẽ & condimẽta deſiderant, mollémque vitam ac luxu diſſluentẽ indicant, atq; alimentum diuturnã in ſtomacho morã trahẽs. At verò aſſam hãc accipit, qui animi alacritate & probitate excellit, nec obſcœnæ voluptatis condimenta virtuti admiſcet. Nã quod igne torretur, puræ ac frugaliter apparatur. Quod enim elixatur, aquæ opera excoquitur, ac proinde perſpici non poteſt, vtpote in aqua abſconditum, atque etiam aquoſum eſt facilèque diſſoluitur. Id autem quod torretur, immediatè per ignem torretur, atque ob eam cauſam illuminatur & exſiccatur, atque condenſatur. Lex itaque prohibet ne agnus excoctus aqua comedatur, hoc eſt aquoſa & diſſoluta de Chriſto opinio atque ſententia, ſubindicans huiuſmodi cibum ſide præditis hominibus minimè ſalubrem ſore. Veluti ſi quis Chriſtum naturæ Deum non eſſe exiſtimet: hoc enim ſolide et conſtantèr ac prouectæ fidei non eſt: item ſi eum, ut Deum, omnia quæ velit, facere poſſe neget. Hac enim opinio per Spiritu ignem probata atque explorata nõ eſt, nec eam, quam conueniebat, ſpeculationem aſſecuta. Atque idcirco nec compacta nec compreſſa ac ſoluta eſt, verùm è contrario improbata, indiſcuſſa & fluida ac ſolubilis. Nam qui naturali modo Chriſti conceptionem ac generationem cæteràque huius generis inquirit, is præſtantiora à deteriori minimè diſtinguit, quemadmodum ignis aurum ab alys materijs, nec doctrinam ab omni craſſa & indigna cogitatione puram ac liberam efficit, ſicut ignis ſimilitudo poſtulat, qui materiam quidem & craſſitiem abſumit, aurum autẽ probum & defæcatum reddit. Nam qui humanæ naturæ veſtigijs hæret, atque eodem modo factã fuiſſe Chriſti conceptionem arbitratur, vt & aliorum hominum, ille quod excellentius eſt à deteriori non ſecernit. At uos his, qui agnum torrent, adiungamur, ſpiritu videlicet feruente, quemadmodum Paulus hortatur. Vt boni illis carbonibus intellectum noſtrum accendentibus & purgantibus ab eo adiuuemur: breuem illam quidem ſed ſententiarum copia refertam Theologi orationem ſatis admirari ac prædicare nequeo. Papæ, quot Scripturæ loca in hac carbonum commemoratione breui complexus eſt. Nam quot apud hunc patrem diſtiones, totidem quoq; Scripturæ teſtimonia numerabuntur. Ac bonos quidem carbones dixit, vt à malis diſtingueret, quos deſolatorios Dauid appellat, hoc eſt vindices. Quòd autẽ ait, adiuuemur, huius verbi anſem ab Eſaia accepit, ſic loquente, Habes carbones ignis, ſede ſuper eos. Hi erunt tibi auxilio. Illud autem intellectum accendentibus ex Solomone ſumpſit, atq; acutè & eruditè expoſuit. Sic enim quodam loco ſcribit, Si eſurierit inimicus tuus, cibum illi porrige, & ſi ſiti correptus fuerit, aquam ei præbe: hoc enim faciens carbones congeres in caput eius. Hic autem per hos carbones, diuinas & ſpirituales cogitationes intellexit, quæ mentem calore afficiunt atq; accendunt. Hanc deniq; vocem, purgantibus, adiecit, carbonis illius & Seraphim, atq; hinc comparatæ Eſaiæ purgationis recordatus. Tales carbones nobis auxilij cauſa Chriſtus perrigit dicens, Ignem veni mittere in terram, & quid volo, ſi iam accenſus eſt? Quo loco ignis Spiritu ſeruorem ſignificat, vel ſpiritualis vitæ acrimoniam atque euangelica præcepta, à quibus omnis vitioſæ animæ habitudo in cinerem redigitur atq; abſumitur, ac proinde eum quamprimùm accendi cupit Dominus, vt beneficium, ac non vindicem & cruciantem.

Rom. 12.

Pſal. 119.

Eſa. 47.

Prou. 25.

Luc. 12.

Spiritualis concoctio.

Quicquid porro carneum atque eſculentum habet doctrina, cum inteſtinis abdituſque mentis comedatur & abſumatur, & ad ſpiritualem concoctionem digeratur, ac ne caput quidem ipſum & pedes relinquantur, hoc eſt nec primæ de diuinitate contemplationes nec poſtremæ incarnationis meditationes.

NICETAS. Scriptum rurſus eſt in Exodo, Et comedent carnes hac nocte aſſas igne, caput cum pedibus & inteſtinis. Theologus autem ab hiſtoria ad allegoriam aſcendens, Quicquid eſt, inquit, in fide ac doctrina noſtra carneum, hoc eſt eſculentum, comedetur. At q; vt horum verborum ſenſum explicemus, huiuſmodi quiddam vir doctiſſimus dicere videtur. Omnis ea diuinitatis atq; humanitatis Chriſti doctrina, quæ vt caro corporeis dentibus, ita ſpiritualibus cedit, ac ſi rectè intelligatur, animam alere, eique prodeſſe poteſt: hæc inquam omnis doctrina vt in cognitionem noſtram cadens mente comedetur, ipſiq; accommodabitur, atque ad ſpiritalem concoctionem diſtribuetur. Ita fiet, vt qui eam percipiunt, in id, quod perceperunt, commutentur, atque vnuſquiſque ad membri ab eo ſpiritualiter comeſi locũ indicatur. Diuini enim agni ac Verbi ſecundum cuiuſq; membri conceptionem vnuſquiſq; pro virium ſuarũ atq; ordinis, gratiarũq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritus ad se pertinentium ratione fiet particeps. Verbi gratia, caput ille percipiet, qui ex improbatis principijs fidem Theologicæ rationis doctrinam prorsus missam facientem consecutus fuerit. Aures autem, qui inmones diuinos scitè accipit, & per eos ad mortem vsq; Deo subijcitur. Oculos verò, qui res creatas sine aliter considerat, atq; omnes doctrinæ sensus tam literales quàm allegoricos omni offendiculo vacuos ad solam Dei gloriam in vnum colligit. Iam verò pectoris particeps fit, qui cor suum theologicis speculationibus ac doctrinis impleuit. Manuũ autẽ, qui nullum opus ex his, quæ diuino mandato præscripta sunt, negligenter exequitur, verùm totam eam vim animæ, quæ in actione versatur ad diuinarum legẽ explationem paratã atq; intensam habet. Alii porro, qui genitalem animæ partẽ perpetuò scaturientem habent, spiritualibusque contẽplationibus, affluentẽ, quiq; ardentissimo atq; inexplebili omnisq; vitiosi affectus experti Dominici congressus desiderio & amore correptus est. At verò intestina edit, qui abstrusiore conquisitione profunda Dei perscrutatur, atq; arcanis mysterijs velut ingurgitatur. Crura autem, quæ tionẽ ei animi parti, quæ affectibus agitatur, incumbentem habet, ac veluti superiori loco positã, ratiomæ partes, in quibus perturbationes existunt, imperio tenentem, quiq; omnem crassum & terrenum tũ ab ea euellit. Genibus verò pascitur, qui iacentibus & infirma fide præditis cõmiserationis affectu industria demittitur, ac Verbi ad nos deiectionem amulatur. Postremo tibijs & pedibus vescitur, quibus virtute atq; cognitione fixos & immobiles animæ gressus habet. Ad hunc modum ille Agnus Dei edilis ac perceptibilis efficitur, eosq; à quibus percipitur, Spiritus opera in sese transmutat. Caterùm seruatu dignũ est, quod Theologus noster, si quando verbum aliquod obscurius, quàm ut à vulgari intelligi queat, extulerit, illud statim dilucidiori alio verbo interpretari solet: quemadmodum hic quoq; fecit. Etenim cùm dixisset. Quicquid carneũ, adiunxit & esculentũ, perspicuũ faciens se carnẽ significare. minare. Rursus cũ dixisset exintestinis, protinus liquidò ostendit, se eo nomine occulta ac videlicet. Quòd autem per carneum & abdita indicare vult Theologus, hunc, vt opinor, sensum habet. dum agni viscera interius absconduntur, carnes autem in exteriori parte sunt: sic etiam in sola nostra & doctrinæ dogmatis, alia magis arcana atque abstrusa sunt, alia magis obuia & perspicua, illic viscera occulta sunt, carnes verò apertæ atque in oculis positæ. Quocirca, inquit, non modò ad carnem debemus, quod carneum est, id est, intellectu facile: verùm insuper & abditamenti, hoc est, perquisitione conuenit, qua mens nostra à crassioribus hominibus interim absconditur.

Possumus etiam ad hunc modum fortasse exponere. Quandoquidem duplicis naturæ Christus rum Deus simul & homo, faciendum nobis est, inquit, vt non modò conspicuam ipsius carnem sed & mentis abdita, hoc est, diuinitatis speculemur. Ac ne caput & pedes, id est, & eiusmodi diuinitate cogitationes, quæ à Deo non abhorreant, & rursus eiusmodi de inuncta humanitate ones, quæ humanæ naturæ conueniant. Id verò assequemur, si Christum à capite quidem Deum nibus antiquiorem cognoscamus, à pedibus autem hominem, postremò temporibus factum, nique, quia diuina potentia carne recta atque absconsa fuit. Vel etiam fortasse id caput existimandum nimirum scire, quòd Verbum, vtpote Deus, in principio, hoc est, in Patre & cum Spiritu erat. habere certissimum, quòd Deus quoque existens, iudex rursus ad nos rediturus est, humanæ disciplinæ que gubernationi finem impositurus. In fine enim atque extremo totius corporis pedes sunt. stremò, absconditæ illa ac veluti media & intestina humanitatis assumptæ doctrina: vt hinc trium rum complexione sempiternum Christum esse intelligamus, ac per caput quidem id nobis declarari erat, per pedes autem quod erit, per intestina denique; quod semper est. De quo Ioannes quoq; detur, cùm dixit, Qui est, qui erat, qui venturus est, principium videlicet ac medium & finis. Apoc. 1.

PSELLVS. Quandoquidem mihi quoque post Gregorium huius historiæ enarratula, ac diuinæ quo pacto Verbum edendum sit, potestas facta est, subtiliorem, quàm ipse fecerit, diuisionem proferam. Latim membrorum agni mentionem faciens, corporisq; figmentum & creationem ad spiritualem tionem transferens. Caput igitur priorem in agno locum habet, cum suis partibus. Deinde collum interseptum recta protensione in humeros definit, à quibus anteriores pedes fabricationem, hos in superiori quidem parte dorsum ac dorsi spina distenditur, in inferiori autem venter cum ctum est. Sequuntur posteriores pedes in caudam definentes. Inter hæc autem partes sublimem vel, vt aptius loquar, prouectius ac prominentius. Nam altum & sublime de hominis formatione Aristoteles in lib. de partibus animalium asserit. Pedes verò inferius ac circa terram gressum figunt. modi igitur diuinus quoq; agnus est, ex capite & pedibus constans, id est, ex diuinitate & humanitate partim sola cogitatione diuidens, partim vniens atq; comedens ad animæ susceptionẽ apte transmittat. sceptio autem animæ vis est spiritualium speculationum susceptrix, quæ quidem doctrinam diuinam accipiens, spiritusq; feruore concalefaciens atq; alterans, ad coctionem eam digerit, in suamq; substantiam transfundit. Vertex igitur diuini nostri capitis, hoc est, diuini Verbi, Pater est, à qua incorporee atq; inexplicabili modo genitus est. Proinde verticem quoq; edere debemus, hoc est, intelligere neminem posse ctioni corporum hanc generationem similem esse. Item quòd ex illo quidem Verbum est sed non post

Postremò, quòd quantum ad causam Pater Filio maior est. Quoniam autem crines etiam verticem circunte gunt (hoc est, caligo illa à speculatione remota, quæ paternam substantiam obtegit) hos quoq; quantùm res postulat, diuidere necesse habemus, atq; ita vim animæ injicere ad ea attingẽda, quæ & sermone superora sunt & cogitatione. Iam diuinæ etiam aures agni diuini comedamus, nempe spiritualiter audientes, quod incarnatus sit, quod Verbũ caro factũ est. Neq; enim Verbum in carnem mutatum esse, nec incorporeã ipsius essentiam in carnem concreuisse prædicamus, verùm id quidem manssisse, quod erat, cæterùm assumptisse id quod non erat. Oculos insuper comedamus, spiritualiter cernentes, nec rerum earum, quæ sub aspectum cadunt, corporibus intersepti, verùm intellectuali modo in diuinas illuminationes penetrantes. Ne sũ pereiliorum quidem partem intactam relinquamus, perspicacẽ scilicet animæ vim abtingentes, ne supernè aliunde falsa atq; amara spirituum aëreorum fluxio infusa oculum ipsum ladat. Quid verò? non etiam nares ipsas attingemus, nimirum diuinum vnguentum redolẽtes, quo ipse quoq; Dominus ante passionem vnctus est? Bonus enim odor spiritualis sumus iuxta Apostolũ. Omnis igitur speculationum puritas per attrahicem animæ facultatem quasi per quasdam nares nobis haurienda est: quidquid autẽ in ijs nebulosi & caliginosi est, foris relinquendum, nareisq; continendæ, ne crassitiem hanc nebulosam attrahant. Ne ori quidẽ parcamus, quod quidem est fons ille vitæ, & immortalitatis, ad quem qui labra admouerit, diuinos latices hauriet: verùm ad laticem illum nequaquam temerario impetu prosiliamus, sed labia prius distingamus, vt sic fonti perspicuitas sua constet. Quòd verò ad dentes attinet, eam rationem ineamus, vt eos quidem conspicemur, minimè tamen confringamus. Quoniam autem fieri non potest, vt patrem ita diuidamus atq; intelligamus, quemadmodum diuinus hic agnus (idcirco enim in obscura quoq; sede dentes collocati sunt, vtraque videlicet mala & labijs obtecti) operimenta quidẽ parcè attingamus, ea autem quæ illis operiuntur, supernè thesauris imperscrutata relinquamus. Ne ceruicis quidem expertes simus, diuinum nimirum iugum trahentes: diuinos insuper humeros accipiamus, orationibus videlicet ijs animum adijcientes quæ ad perferendos aduersos casus hortantur. Corrodendum nobis quoq; est cartilagineum illud arteriæ, quæ ad anteriorem partem sita anhelitum ducit. Hac porrò spiritualem ascensum significat, per quem intellectilem aërem haurientes penetrale animæ perflamus ac veluti circunfouemus. Quin totum etiam pectus & thoracem exedamus. Nam hæc pars cor vitale potissimum circunregit, hoc est, omnem spiritualem speculationem, quæ quidem vel maximè spiritualem cibum excalefacit, atq; ad fluxionem mitè lubricam & mobilem immutat, talemq; reddit, vt in diuinos canales, per quos Spiritus irrigatio ad animæ partes transmittitur, facili ductu influat. Ne intestinis quidem ipsis parcamus, verùm cor ipsum primum edamus, nimirum propter eum qui salutis nostræ causa seipsum deiecit, cor nostrum, quoad eius fieri poterit, conterentes ac deijcientes, ac principem animæ partem perpurgantes, nec eas ratiocinationes admittentes, quæ à terra in pectus ascendunt. Quoniam autem cor ad vitam nequaquam sufficit, vt pote immodico igne redundans, nisi à pulmone perfletur, qui quidem corpus molle atq; absumptu facile suapte natura est, pulmonem quoq; comedamus, hoc est, rationes animam nostram integram atq; incorruptam conseruantes. Ventrem etiam ipsum atq; intestina accipiamus, simplicem ipsum custodientes, nec ciborum multitudine prementes, à qui bus vapor fuliginosus in cerebrum ascendit, ipsiusq; membranam tetra caligine implet, atq; ab ea rursus opplera interranea mentem nostram tumefaciunt, flatuq; discindunt, ac præsertim propter cæcum intestinum, hoc est, peruersam cogitationem, quæ hinc impuritatem & immũditiem excipit, animæq; viriosam habitudinem affert. Iam hepar quoq; cum simis ac gibbis edamus, nunc super alta & sublimia cupiditatem extendentes, nunc ad ea, quæ inferioris agnitionis sunt, hoc est, ad primas & secundas naturas. Lienem insuper moderè ac leniter attrectemus, vim eam, quæ à ratione auersa est, expurgantes, in qua sceleratus dæmõ velut ater quidam humor insidet, atq; occultis & pestiferis seminibus insperfis animæ puritatẽ inficit. Postremò partem etiam rationis expertem ita instituamus, vt rationis præceptis pareat. Ita fiet vt ne ipse quidem à nobis intactus relinquatur. Atq; hæc quantùm fieri poterit, effantes, animam nostram alamus. Illud verò cauendum, ne in ossa dentes inijciamus. Neq; enim ea sine summa difficultate confici possunt, nec in alimentum admittuntur. Quod tamen non ipsorum naturæ, sed nostræ infirmitati tribuendum est. Ossa porrò Verbi, arcana illa diuinitatis doctrina est, atq; illa assumptæ humanitatis consilia, ita arcana & obscura, vt nulla oratione explicari queant. 2. Cor. 2.

Nec verò quicquam efferemus, nec vsque ad mane relinquemus: quandoquidem ne exteris quidem & prophanis magna nostrorum mysteriorum pars efferenda est, nec vltra hanc noctem purgatio vlla supereſt, nec in ijs, qui verbi participes fiunt, laudẽ habet procrastinatio. Quemadmodum enim præclarum ac Deo gratum est, iram toto diei curriculo minimè durare, sed ante solem occidere, siue id temporali modo, sive anagogico intelligas, (nec enim nobis irascentibus iustitiæ solem occumbere tutum est:) ita nec huiusmodi escam pernoctare, nec in posterum diem recondi expedit. *Mysteria nostra exteris efferenda non sunt.* Ephes. 4.

NICET. Hæc quoque de agno in Exodo scripta sunt. Non efferetis ex domo quicquam carnium foræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non relinquetis ex eo vsque ad mane. Ex eo quòd quicquam foras exportari lex prohibet, docemur externis, hoc est, fidei nostræ aduersarijs ac dogmata nostra suggillantibus impertiendum non esse fidei nostræ mysterium. Ex eo autem quòd interdicit, ne quid ad matutinum vsq; relinquatur, hoc nobis significatur, post hanc vitam, quæ noctis ac tenebrarum nomine appellatur, nullam in futuro matutino purgationem reliquam fore. Præsens enim hoc tempus actionis & laboris est, futurum persolutionis. Ad hæc prorogandum non esse, nec in aliud tempus reijciendam veram atq; perfectam mysterij huius cognitionem, nec ijs, qui fermel illius participes facti sint, committendum esse, vt plenam atq; absolutam perceptionem sibi ipsi in nimis serum gratiæ tempus reseruent. Id autem faciunt, qui per rudimentariam quidem institutionem Christianæ pietatis dogmata degustarunt, cæterùm splendori illi, quem Baptismus affert, nimium longa mora producunt, hoc est, ad senectutem reijciunt. Quare haudquaquam probanda est hù, qui vera doctrinæ participes sunt, huiusmodi dilatio. Verùm quemadmodum lex Christi vult illa quidem præcipuè nos omnino non irasci (hoc enim longè turpissimum est) sin autem in eam animi perturbationem prolapsi fuerimus, vt ante vesperam saltem furorem comprimamus (sol enim, inquit, non occidat super iracundiam vestram, temporaliter quidem hic sol sensum mouens, qui temporis mensura est, allegorico autem sensu lux intellectus. Ille enim ijs, qui mentis errore afficiuntur, occidit, vt contrà optimo ac præstantissimo cuiq; illucescat: sed hunc quoq; modum hac spiritualis esca, id est, Christiana doctrina in posterum diem minimè reseruanda, verùm illico admittenda. Porrò hæc verba, Non relinquetis ex eo vsq; mane, excellentissimè Paulum interpretatur dicens, Dominicæ Passionis commemorationem à nobis fieri, donec veniat, hoc est, non baptizare ac mortem Domini prædicare, quandiu in hac vita sumus. Mors enim Christi in hac nocte, hoc est, in præsenti sæculo * commemoratur, in futura autem vita cernitur, nimirum in secunda ipsius progressu.

* Commemoratur) In Reginæ codice legitur μνημονεύεται. In meo τεμνόμενον. ego tamen ἀγόμενον scripsi. Id enim sensus postulat.

Quid per ossa intelligẽdum. Matt.7.

Quicquid autem osseum est atque eiusmodi, vt nec edi, nec à nobis mentis oculis perspici queat, id ne confringetur quidem, hoc est, malè diuidetur atque intelligetur (mitto enim dicere, quòd nec quantùm ad rei gestæ veritatem os Iesu confractum est, idque cùm mortem ipsius carnifices ob Sabbatum adurgerent) nec proijcietur ac raptabitur, ne sancta canibus dentur, sceleratisq; Verbi discerptoribus, quemadmodum nec porcis eximius ac margariticus rectæ doctrinæ splendor, verùm igne absumendum non materiali sed diuino, quo etiam holocausta à Spiritu omnia scrutante & sciente attenuata atq; feruata, metur, quo & holocausta, à Spiritu omnia scrutante & sciente attenuata atq; feruata, non autem in aquis pereuntia, nec dispersa: quemadmodum vituli illius ab Israelitis multuariè confecti caput à Mose in duritiei illius probrum sparsum est.

NICET. Id quoq; de agno in Exodi libro habetur. Os non confringetis ex eo, sed quæ reliqua erunt ex eo, igne comburetis. Quæ verba allegorico sensu ita exponenda sunt. In præceptis diuinis eam rationem ire conuenit, vt ea quæ prompte ac facilè intelligi possunt (hoc enim per Carneum significari diximus) non ignauè ac veluti coactè consectemur, sed quasi famelici summa cum auiditate propositis cibis animum explicamus: eas autem speculationes, quarum ratio ab hominum cognitione remota est, velut quæ rerum quæ sunt ante rerum sentia sit, quid ante rerum creationem erat, quid extra ea quæ oculis cernuntur, quæ eorum quæ sunt natura sitas, & quæ in eodem genere posita à curiosis hominibus inquiruntur, ea soli Spiritui sancto, qui, vt est apud

Eccl.3. Paulum, Dei profunda scrutatur, cognoscenda relinquamus. Idem præceptum nobis sapientia quoq; hæc dicens, Fortiora te ne scruteris, hoc est, Ossa Verbine confringas: neq; enim opus est tibi oculis ea perrò, quantùm in ipsis est, confringunt hæretici recta dogmata depranantes ac peruertentes. Atq; hic quidem Theologus morè suum seruat. Nam cùm dixisset, Quidquid osseum, ad huius verbi declarationem subiungit, quod edi nequit, idq; etiam rursus interpretatus est subnectens, nec oculis mentis peruideri. Quæcunq; igitur, inquit, dogmata mentis captum excedunt, ac solida & occulta sunt, ea non confringentur, confringuntur autem, si malè diuidantur, hoc est, intelligantur) atq; adeò nec indignis hominibus ad diuidendum corrigentur, à quibus distrahentur non secus atq; os, quod canibus proijcitur, quemadmodum ait Christus, Nolite dare sanctum canibus, nec proijcite margaritas ante porcos, hoc est, Ne fidei mysteria discerptoribus hæreticis committatis, nec luculentam ac diuinam doctrinam ijs, qui turpium affectuum cœno quasi

Actor.2. conuoluti sunt: verum huiusmodi speculationes & dogmata, quorum firmitas mentem nostrã superat, igne absumentur non materiali sed diuino, quo etiam holocausta consumuntur. Quis autem est hic ignis? Spiritus sanctus, qui in forma ignis ad Apostolos accessit, qui omnia scrutatur ac nouit. Quoniam verò modo hæc diuina illa dogmata à Spiritu sancto consumentur, id est, intelligentur? nimirum si attenuentur, hoc est, tenuissima & subtilissima atq; accuratissima speculatione digna habeantur, atque apud ipsum attenuentur, tẽ nempe Spiritũ sanctũ seruentur ac custodiantur, nõ autẽ pereant, nec in aquam spargantur, velut idolum aureus conflatilis, qui temere & fortuitò in huiusmodi speciem informatus est, vt ludæorũ cõmunis ea am duritiẽmq; coargueret. Ob hanc enim causam bouis, & non alius cuiusuis animalis forma igne conflata

est, quoniã hoc animal & dura carne est, & nerui & ossibus, quemadmodum & Hebræi animo duri. Verũ huius vituli historiam breuiter exponamus. Cùm Moses ad accipiendas legis tabulas in montem ascendisset, quadraginta dies illic commoratus est. Interea Hebræi conspiratione aduersus Aaronem inita Deos sibi petebant, qui in itinere eos præcederent. Qui vim atq; audaciam populi pertimescens aurea mulierum ornamenta ad se asserri iussit. Quæ cùm allata essent, in ignem ea iniecit, ac statim ex ijs vituli forma conflata est. Atque hunc vitulum vecordes Hebræi diuinis honoribus prosecuti sunt. Descendens autem Moses, atq; ob hanc vituli confectionem inflammatus tabulas illas, quas in monte acceperat, confregit, ac vitulum, quẽ fecerant, igne combussit, & in minutas partes contriuit, & in aquam dispersit. Atque hac obiter in mentem Theologo venerunt occasione accepta ex vno hoc attenuandi verbo. Igitur, vt ad rem redeamus, agni ossa propter hanc causam, quã commemorauimus, non confringentur. Dicere enim prætermitto, quòd ne historico quidem sensu crura Iesu confracta sunt, etiamsi Iudæi ipsius mortem adurgerent. Lex enim dicebat, Si fuerit in quodam homine iudicium mortis, ac suspenderitis eum in ligno, non pernoctabit corpus eius in ligno, sed eadem die sepelietis eum. Iudæi itaq; ne in cruce corpora remanerẽt, tum legis edicto permoti, tum quòd ea Parasceuæ vespera esset, ac Sabbatum illud, quod ab ijs religiosè colebatur, instaret, à Pilato postulauerunt, vt eorum, qui in crucem sublati fuerant, crura frangerentur, ac tollerentur. Milites autem latronum quidem, quoniam eos spirantes adhuc offenderant, crura fregerunt. Cùm autẽ ad Iesum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, eius crura non fregerunt, vt Scriptura impleretur, Os non cõminuetis ex eo. Nec verò corporea tantùm ratione Christi ossa confracta non sunt, sed ne spiritualiter quidẽ & allegoricè perfringẽtur: quoniam robur illud quod in eo erat, inuictum permansit, minimeq; ad peccatũ cessit: immò nec ipsius caro, quia non carnalis, sed diuino modo creata esset, corruptionem vidit.

Deut.12. *Ioan.19.* *Exod.12.* *Psal.15.*

Ne modus quidem manducationis prætereundus est, cùm nec lex ipsa eum prætermiserit, sed contemplationem in verbis & litera eousq; elaborauerit. Victimam enim festinanter absumemus, & azymos panes cum lactucis silue stribus comedentes, & lumbis accincti & calceamentis instructi, ac denique senum more baculum gestantes. Festinanter quidem, ne in eam culpam incidamus, à qua diuino interdicto Loth auocabatur, ne circunspiciamus, ne stemus in omni circunjacente regione, in montem salutis causã confugiamus, ne Sodomitico illo & inusitato igne simul inuoluamur, nec propter nostram in deterius conuersionem, quæ ex cunctatione nasci solet, in salis statuam concrescamus.

Cur festinanter mãducandus agnus.

NIC. Ne modum quidem, inquit, manducationis agni prætereamus: quandoquidem nec lex eum prætermittendum censuit: verùm etiam vsq; ad modum ipsum narrationem, quæ in litera continetur, accuratè & diligenter exposuit, vtpote quidda etiam profundius complectentem, quã ipsius cortex præ se ferat. Hæc enim legis verba sunt, Sic comedetis eum: Sint lumbi vestri succincti, & calceamenta in pedibus, & baculi in manibus vestris, Comedetis eum cum festinatione, Azyma cum lactucis agrestibus comedetis. Pascha Domino est. Atq; hæc legis verba sunt, manducationis modum præscribentis. Videamus iam quid vnumquodq; horum significet. Quod igitur festinanter esse comedendum ait, hoc nobis indicat eum, qui agni particeps futurus sit, segnem ac socordem esse non debere, nec in virtutibus remissum ac languidum, verum ita animo affectum, vt prompte & alacriter ad Dei promissa currat, atq; eorum, quæ retrosunt, oblitus, ad ea, quæ à fronte sunt, seipsum extendat, omniaq; huius vitæ commoda pro falsis ducens futuram rerum veritatem exquirat: ne id in nobis contingat, quod facere vetitus est Loth à duobus illis angelis, quos hospitio

Col.3. *susceperat. Hanc enim ita Sodomis fugere iusserunt, vt retrorsum non respiceret, nec in omni circumjacente*

Gen.19. *regione staret, sed in montem salutis causa se conferret. Eodem igitur nos modo facia mus. Ne circumspiciamus (curiosus enim ad voluptatem & concupiscentiam aspectus nobis perniciem affert) nec semel ad virtutem currere aggressi in peccati finibus consistamus, verũ ad montem, hoc est, ad virtutis cacumen excurramus, ne fortè nos ignis vindex, & à nostro igne alienus, inusitato & admirando impetu ruens arripiat. Nã cùm omnis ignis natura sursum feratur, ignis tamen ille, quo Sodomorũ vrbs conflagrauit, pluuia initar è cælo deorsum ferebatur. Nec in statuam salis concrescamus, hoc est, salis modo insatuemur, aliisq; in statuam efficitur, cùm ad deteriora reuertitur, atq; ad peccatum, quod pro derelicto habuisse videbatur, pernicio sam enim hanc conuersionem cunctatio parit. Nam cũ circa virtutem procrastinamus, in vitium nos prolabi, atque ad prisinum nostrum vomitum rursus conuerti necesse est.*

Matth. 11.

Cum lactucis autem agrestibus, quoniam vita ea quæad Dei normam exigitur, austera spicantibus præsertim acerba atque acciuis est, voluptatibusq; sublimior. Nam quod nouum iugum benignum & suaue est, vt Scriptura loquitur, atq; onus leue: id propter spẽ fit ac mercedẽ huius vitæ molestijs afflictionibusq; longè vberiorem. A lioqui eñ quis non legalibus præceptis Euangelium multò laboriosius atq; ærumnosius esse dixerit? Nam cùm Lex fines tantummodo peccatorum prohibeat nobis ipsæ etiã causę pro-

Euãgelica lex veteri leuior propter spem ac mercedem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propemodum vt actiones crimini vertuntur. Non adulterium cõmittes, inquit. Ex-
at tu nec concupisces quidem, ex curioso atque anxio contuitu animi affectum incen-
dens. Non occides, ait illa: at tu ne, si feriaris, quidē referies quin poti⁹ percutienti resi-
sum totum prębebis. Quantò tandem hæc illis altiora ac difficiliora. Non peierabis, in-
quit illa: at tu nec à principio vllo modo iurabis: quòd scilicet ex iuramẽto periurium
nascatur. Non iunges domum cum domo, ait illa, nec agrum cum agro, tyrannide pau-
perem opprimens: at tu libenti animo iustis etiam rationibus quæsitas opes excuties,
Matth. 19. atq; in pauperum subsidium spoliaberis, vt leuiter crucem tollas, diuitiasq; ab affectu
remotas assequaris.

NIC. Quòd septem diebus panem fermenti expertem edere lex iubet, id nobis documento est, vt omni vi-
tæ nostræ tempore in simplicitate ac puritate viuamus. Per agrestes autem lactucas, vitā duram & vulgarē
tum domitrix, atq; huiusmodi, vt sensibus difficulter capi possit, nobis significatur. quandoquidem omnis di-
sciplina in præsenti non videtur esse gaudij, sed mœroris. Acerba quoq; incipientibus ea vita ratio est, qua ad
diuinæ legis amussim exigitur. Quanq; enim Christum dicentem audiū, iugum meum dulce est, & onus meū
Rom. 8. *leue: id tamen non eò dicitur, quòd lenis sit hæc sarcina: sed pramij ac mercedis ratione talis efficitur. Nec-*
2. Cor. 4. *nim condignæ sunt passiones huius seculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis vt ait Apostolus. Et*
alio loco, Id quod in præsenti momentaneum est tribulationis nostræ, supramodum æternum gloriæ pondus
operatur in nobis, non spectantibus nobis ea, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur tempo-
raria sunt: quæ autem non videntur, æterna. Hac ratione facilia sunt percepta Euangelica. Aliquot Euange-
lium legalibus edictis arumnosius atq; laboriosius est. Si quidem Lex duntaxat peccatorum fines prohibet: at
Christus in Euangelio causas quoq; ipsas quasi fines interdicit. Et sanè qui id quod primum est prohibet, se-
cundum non relinquit: qui enim semen tollit atq; euellit, prohibet quoq; ne seges oriatur: subiecto etenim
principijs nihil mali existet. Ac proinde qui ea non permittit, sed causam in eodem ferè crimine positam, quæ
finem, constituit, multò vtiq; magis earum effectus sustulit. Non adulterium committes, inquit Lex: at tu
ne concupisces quidem, nec turpi atq; obsceno aspectu mulierem perspicies, nec alienæ formæ elegantiam at-
Exod. 20. *riosis oculis intueberis, vt sedulo atq; anxio aspectu amoris flammam accendas. Hæc enim adulterij causa*
Matth. 5. *est. Rursus, Non eadem perpetrabis, ait lex: at Christus iram quoq; ipsam, ex qua cædes nascitur, prohibet.*
Ego enim dico vobis, inquit, vt non resistatis malo, homini scilicet: sed si quis id dextram maxillam colaphi
tibi impegerit, conuerte illi & alteram. Rursus, Dictum est antiquis, Non peierabis. Ego autem dico vo-
bis, ne à principio quidem omnino iuretis. Ex crebro enim & familiari iuramenti vsu periurium oritur. Dictum
Esa. 5. *est rursus per Esaiam, Væ, qui coniungunt domum cum domo, & agrum cum agro: vt proxima aliquis despi-*
Marc. 10. *ant. At in diuersum Christus apud Marcum ita loquitur, Vade, vende quæcunq; habes, & da pauperibus, &*
habebis thesaurum in cœlis, & veni, & sublata cruce me sequere. Quo loco crux carnalis affectus appellatur,
fœdaq; voluptatis abiectionem, & doloris cum virtute coniuncti sensum, animiq; à terrenis rebus excitio-
nem significat. Totius autem huius dicti sententia est. Tantum absit, vt alienis rebus manum injiciat, vt
etiam, quæ honestis rationibus quæsiuisti, pauperibus effundas atq; dispergas, vt crucem facilè possis susci-
pere. Has enim efficit, vt afflictionis onus leuiter feramus) ac prorebus caducis & sub aspectum cadentibus in-
corruptibilia & sempiterna bona consequaris.

Lumbi zo-
na castita-
tis præcin-
gendi.

Iam lumbi brutis quidem animantibus remissi ac soluti sint: neq; enim illis inest ra-
tio, quæ voluptatibus frenum injiciat (quanquam ea quoq; motus naturalis libidinis
modum norunt) tibi autem zonam ac temperantiam restringatur pars illa quæ libidi-
ne æstuat atq; hinnit (nam hoc verbo Scriptura ad exagitandam huius affectus turpitu-
dinem vtitur) ita fiet, vt mortificatis membris, quæ sunt super terram, Pascha purè ce-
medas, solitarij illius Ioannis & præcursoris, magnique veritatis præconis præcludio-
nem imitans.

NIC. Nunc illud interpretatur, Sint lumbi vestri præcincti, aitq;, Brutis quidem animantibus lumbi,
hoc est, pars ea quæ voluptate alitur, soluti sint, minimeq; compressi ac frenati: quoniam ratione, quæ ad-
uersus brutam voluptatem & ratione auersam imperium habet, experta sunt, nec iudicio peruersa sunt,
animi principe gubernantur. Nec enim arbitrij libertate donata sunt, nisi quis dixerit eorum quæ per-
multa naturalis ad venereum congressum motus atq; impetus modum nosse. Lumbus enim appetentiam
cum fœmina coëundi significat. Tibi autem, qui præter arbitrij libertatem rationis quoque vsum accepisti,
faciendum est, vt temperantia veluti zona quadam turpem & vesanam cupiditatem & libidinem, quæ
Cap. 5. *per lumbos significatur, constringas. Quam infectans atq; proscindens Hieremias hinnitum appellat di-*
cens, Equi insano fœminarum amore exarserunt, vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. Etenim ad
demum Pascha dignè comederis, si voluptuariam earum rerum, quæ in hac vita studiosè expetuntur, lubri-
tudinem quasi vestem quandam ad pedes demissam ac circumfusam per temperantiam contrax-
Coloss. 3. *strinxeris. Nam quòd zona temperantiam designet, locus ille, cui apponitur, satis confirmat. Tam si nos*

Pauli consilium membra, quæ sunt super terram mortificaueris: non dixit corporis, (huius enim membra
sunt caput, manus, pedes, & alia huiusmodi) verùm ea, quæ sunt super terram, id est, terreni affectus mẽbra,
nimirum seruitutem, immunditiem, libidinem, concupiscentiam malam. Deniq; si Ioannis Zonam imi-
teris. Hanc autem imitatur, quisquis continentiæ ope ac viribus genitalem animæ facultatem reipsa p co-
gnitionem constringit, atq; ita custodit, vt ad terrenarum rerũ congressum diffundi nequeat, id est, quitur
pium voluptatum cupiditatem extinxit. Hoc genitalem animæ vim & facultatem vocat, quam ratio no-
bis insita, id est, vis rationalis constringit: atq; indissolubilem, hoc est, ad verum materia constantium amo-
rem minimè pronam & procliuem custodit. Ioannes enim circa lumbos pelliceam Zonam habebat. Pellis
porrò mortua est atq; emortuæ rei designatrix. Iam verò solitarius dici possit, qui animi habitum ab omni
turbulento motu purum comparauit. Præcursor autem, qui per veram & synceram pœnitentiam, justi-
tiã ipsẽ asseclam, ac per virtutem in omnium oculis lucentem, propinquum scientiæ aduentum præmunci-
at. Magnus postremò veritatis præco, qui veritatis doctrinæ quam voce prædicat, vitæ puritate fidẽ astruit.

Sed & aliam zonam noui, nimirum militarem & strenuam, iuxta quam Euzoni Sy- *Zona mil-*
riæ & Monozoni quidam nominantur, ac Deus ipse Iobum prophetam elloquens, Ne, inquit, verum accinge vt vir lumbos tuos, & da responsum strenuum, quibus etiam vi- *itaris.*
ribus beneficio diuino accinctum se esse Dauid gloriatur, ac Deum quoq; ipsum poten-
tia indutum atq; accinctum inducit, nempe aduersus impios, nisi tamen malit quispi-
am potentiæ exuberantiam ac veluti restrictionem his verbis significari: quo etiam
sensu lumine sicut vestimento amictus dicitur. Intolerabilem enim potentiæ ipsius ac
luminis vim quis sustinebit?

NICET. Duplex, inquit, Zonæ genus noui, alterum quo tunica immodicè expansa restringitur: qua si-
gnificatione qui Pascha comedunt, lumbos accingunt, hoc est, superfluas cupiditates contrahunt. Alterum
militare, à quo in libro Regũ quosdam milites immenio Euzonos & Monozonos vocatos. Euzonas quidem,
quòd leues sint & expediti (tales enim proculdubio sunt milites, qui leuiter accinguntur, atq; vnicam ve-
stem substringunt, ac proinde Monozoni frequentius appelluntur, vt propter vnam vestem zona vna vten-
tes. Atq; etiam Iobum ipsum Deus alloquens dicebat, Ne, hoc est, ne silentio indulgeas, verùm confirmare ac *Iob 38.*
strenuè respondè, hac enim significat quod ait, Accinge vt vir lumbos tuos. Ergo iuxta significationẽ Zonæ *Psal. 17. 92.*
militaris Dauid quoq; ad deum ait, Accinxisti me virtute ad bellum. Et de Deo verba faciens, Indutus est
Dominus fortitudinem, atque accinxit se, aduersus impios scilicet seipsum armans. Nisi forte dicat, his ver-
bis, accinxit virtutem, hoc significari, Deũ nequaquã omni potẽtia sua aduersus impios vsum esse (quis enim
eam sustinere queat?) verum ipsius exuberantem ac redundantem copiam compressisse. Eiusmodi quoque
genetis est illud Dauidis, Amictus lumine sicut vestimento, id est, induens ac restringens luminis exubetan- *Psal. 103.*
trem copiam, non secus ac vestem quandam ad talos vsq; demissam. Etenim potentia Dei & lumen, nisi con-
trahantur, æquè omnibus intolerabilia.

Quæro quid lumbis cum veritate commune sit, & quæ Pauli mens fuerit, cùm dice- *Lumbos*
ret, State igitur succincti lumbos vestros in veritate? Num forte quòd speculatio con- *cum verita*
cupiscentiã coërceat, nec aliorsum ferri sinat? Nec enim fieri potest, vt qui rei cuiuspi- *te succin-*
am amore flagrat, parem ad alias voluptates vim habeat. *gi quid*
sit.

NICET. Lumborum explicationem prosequitur Theologus, ac quoniam Paulus audit sic Ephesijs scriben-
tem, State igitur succincti lumbos vestros in veritate, quærit quid lumbis cum veritate commune habeat,
atq; id inuenit. Quoniam enim in lumbis renes sunt, id est, retro lumbos ad spinam dorsi: circa renes autem
partes concupiscibilis sita est: idcirco à loco concupiscentiam lumborum nomine appellauit Apostolus. Rursus
quia facultas speculatrix circa veritatem versatur, ea quæ verè sunt, quærens: ideo ab eo quod quæritur, spe-
culatrici facultati veritatis nomen imposuit. Hoc cùm à Theologo animadversum esset, sic interpretatur
lectũ hunc succingi lumbos in veritate, hoc est, Christi contemplatio lumbum nostrum & concupiscentiam
constringit, eamq; totam ad rerum diuinarum amorem transfusam ac derivatam diffundi ac dispergi non
finit. Nec enim qui alicuius rei amore inardescit, erga alia eodem modo affici potest.

Iam qui terram sanctam ac diuinis vestigijs impressam contacturus est, calceamen- *Calcea-*
ta soluat, quemadmodum & Moses ille in monte, vt nihil mortuum ferat, nec inter De- *menta*
um atq; homines intermedium. Consimiliter etiam si quis discipulus ad prædicandũ *soluenda*
Euangelium mittitur, frugalitati ac simplicitati studeat: quippe quem præter id quod *Concionа-*
nec æs, nec baculum, nec duplicem tunicam habeat, etiam nudis pedibus iter facere ne- *tor frugа-*
cesse est, vt pulchri pedes Euangelizantium pacem atq; omne bonum appareant. At ve- *litati stu-*
rò qui AEgyptum ac res AEgypti fugit, calceos sumat, vt tutus sit cùm ab alijs rebus, *deat.*
tum à scorpijs & serpentibus, quos permultos nutrit AEgyptus. Sic fiet vt ab ijs, qui cal
caneum obseruant, & quos calcare iussi sumus, minimè vulneretur.

NICET. Calceamenta nonnunquam pro vitiosa mortificatione accipiuntur (nam ex mortua quoque

Universidad de Deusto
Biblioteca

pelle ea conficiuntur interdum etiam pro cautione ac tutela. Nam hac etiam iniuriam à pedibus arcent. At

Exod.3. Moses quidem in monte audit, Ne huc acceßeris, solue calceamenta de pedibus tuis. Locus enim, in quo stat, terra sancta est. Quæ verba hoc nobis significant, eum, qui animum ad contemplationem adijciat (hæc enim terra sancta est, in qua Deus per imaginem apparet) mundanas curas vt mortuas, & infrugiferas, atq; abii-

tum ad Deum intercipientes abijcere debere. Consimili modo is quoq;, qui ad Euangelium promulgandum mittitur, & as, & baculum, & duas tunicas, & calceamenta habere prohibetur. In quo per id quidē quid eis expers esse iubetur, pecuniarum contemptus docetur: per id autem quòd baculum gestare vetatur, mo-

1.Cor.4. quillo atq; abstracto alieno esse animo condiscit. Baculus enim animi commoti atque irati speciem præbet. Inde & Apostolus ad Corinthios scribens dicebat, Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu lenitatis? Iam per vnicam tunicam vitæ simplex atq; ab omni versutia & improbitate liberandi sermo

Cap.52. tur. Postremò per id quòd nudis pedibus incedere iubentur discipuli, hoc eis doctrina præscribitur, vt nihil mortuum ferant: vt impleatur illud Esaiæ dicentis. Quam formosi sunt pedes annunciantium pacem, bona, id est, vt gressus eorum, qui pacis Euangelium annunciant puri ab omni reprehensione appareant, Mo-

ses igitur diuinam terram calceis, ac discipulus, qui ad prædicandi prouinciam mittitur, vitioso ac mortuum calceamentum soluat. At qui AEgyptum atq; AEgypti res fugit, id est, peccatum & eius semina, is vi-

ue vice essinis hoc est peccatis, quæ nudis & immunitis atq; incautis pedibus spinarum loco esse queant, offendatur, calceamentorum firmitate pedes communiat. Hæc autem calceamenta nihil aliud sunt quàm mortalia corpora continens & aspera, quæ spinarum cuspidem perfringit ac conterit, atq; impedit ne peccatum exterius

atq; obscuro principio ad interiora sensim illabatur. Nec verò propter spinas duntaxat calceis vtatur fidelis propter dæmones, qui callide & scelerate atq; occultè insidias struunt, quos magno numero alij peccatorum

Luc.10. De quibus in Euangelio ait Dominus, Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones. Quo loco serpentes fortasse peccata eadicitur, quæ perspicue gratia atq; atrocia sunt, scorpiones autem vitia, quæ quanquā hominum opinione parua videantur, mortis tamen aculeo animam cōmunicant, eamque

Gen.3. enecant. Separatim autem in principio Geneseos de serpente scriptum est, Ipse observabit caput tuum, (hoc est tu observabis eius calcaneum. Homo etenim primū spiritualis serpentis impetū ac mali principium (hoc enim Scriptura caput vocat) cauere atq; observare debet: ne forte reliquus corporis tractus caput elapsum

Serpens autem actionis hominis finem velut calcaneū observat, vel etiam finem profectionis ipsius & vitæ.

Baculus duplex. Iam de baculo atque eius significatione ita sentio. Nam cùm alter fulcienti baculum tibi præscribit, necubi animo titubeas, sed beat, alter pastoris & doctoris proprius sit, atq; oues ratione præditas calligetur, quæ reducat, hic lex fulcientem baculum tibi præscribit, necubi animo titubeas, sed

Corpus & sanguis Christi. sanguinem Dei & Passionem ac mortem audis, ac dum Dei patronus atq; doctor videri, impiè corruas. Quin potius submoto omni pudore ac dubitatione corpus edere, & sanguinem bibe, si modo vitæ desiderio teneris, nec doctrinæ carnis fidem abrogans, nec Passionis sermonibus offensus. Iunxus sta, firmus & stabilis atq; ita comparatus, vt in nullo concutiaris ab aduersarijs, nec verborum lepore atq; illecebris abripiaris. In fastigio tuo sta, in atrijs Hierusalem pedes tuos firma, in petra suffulci, vt non mo-

Psal.2. neantur tui Deo accepti gressus.

Cap.1. NICET. Duplex quoq; est, inquit, baculus: alter pecudes ratione vtentes pastorum ritu agens, iuxta illud, Pasces eos in virga ferrea: alter infirmos fulciens, iuxta id, quod à Zacharia dictum est, Adhuc sedebunt senes in plateis Hierusalem, vnusquisq; baculum habens in manu sua, præ multitudine dierum. Atque hinc, vt opinor mutuatus Theologus superius dixit, Senili more baculum gestantes. At tibi nihil agenti comedenti fulciens ac sustinens in manibus sit, vt etiamsi Dei sanguinem & passionem ac mortem audias, nimirum Verbo per communicationem idiomatum carnis suæ proprietates sibi vendicante, ne vacet ruinæ les, nec impiè à rectæ fidei doctrina decidas, adeò vt vel imparibili diuinitati passionem tribuas, aut illius patrocinium suscipias, eam qui patitur, purum hominem esse, nec salutem nobis afferre posse existimes. Quo-

Ioan.6. enim à puro & simplici homine salus proficisci queat? Nonne audis Saluatorem dicentem, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis? Quare si vera manducatione assecuti, sublata omni dubitatione veri agni & Dei corpus comede & sanguinem bibe, fidissimam habebis vitam suapte vi asserti Verbum, atque illud ex Virgine editum templum. Verbum verum in suapte habitat. Proprium enim ipsius erat corpus, ac non quasi alienum onus & sarcina. Quare si ipsa caro assumpta Dei dicitur, vtique & carnis proprietates Dei quoque dicentur. Ac proinde nec ijs, quæ de carne asserunt, fidem abroga, cùm audieris Filium Dei eam assumpsisse, sibiq; vnisse, atque in sublime euexisse: nam & nos hæc nasse: nec rursus ijs, quæ de passione dicuntur, offendere, cùm dicimus Deum passum esse. Nā cum carnem passum esse affirmamus, verùm vt in proprio corpore. Cæterum hic quoque eorum, qui agonia medebant, habitum serua. Nam quemadmodum illi stantes comedebant: sic tu quoque fixus & fundatus veritate sta fidei baculo innixus, nec omni vento doctrinæ commouere. In fastigio tuo sta, nec in vestibulis

Psal.121. nes humiles atq; abiectas præcipitem te ferri sines. Dicēū Dauide, Stantes erant pedes nostri in atriis tuis

Hierusalem, hoc est in Ecclesiæ doctrina ambulamus & commoramur, nec quicq̄ ānostra caula alienum credimus ac profitemur. In petra pedes firma. Petra autem Christus est, ac nostra in eum fides & confessio: cuius beneficio vtinam id consequaris, vt recti ac Deo grati tui gressus non moueantur.

Quid significat ablatas. Quid ais? Itáne fixum est atque decretum, vt Aegypto, hoc est fornace ferrea excessum illic vigentem relinquas, atque à Mose, eius vasorū ex iusque legibus ac militari imperio ducaquaquam meum, immò ad modum quoq; meum, si rem spiritualiter expenderis. Vasa aurea atque argentea ab Aegyptijs commodatò pete: cum his te itineri committe immò ex tuis potius. seruitutis enim ac lateritij operis merces tibi debetur. callidè aliquid circa mercedis flagitationem commiscere: præclarè exrorque. Esto sane, grauibus hic laboribus vexatus es cum lu-

to colluctans, i. cum ærumnoso & sordido corpore, ac domos, alienas atque incertas extruens, quarum memoria cum sonitu perit. Quid? Gratisne & absque mercede egredieris? Quid? An Aegyptijs atque aduersarijs potestatibus, ea relinques, quæ sceleratè quæsita sceleratius consument? Nullum ius in ea habent, sacrilegio compilarunt, eripuerunt ei, qui dixit. Meum est argentum, & meum est aurum, daboq; ei, cui voluero. Heri illa possidebant, sic enim permittebatur. Hodie ea tibi Dominus offert ac porrigit præclarè & ad salutem vsuro. Amicos nobis de Mammona iniquitatis acquiramus, vt cùm defecerimus, in iudicij tempore recipiamus,

Luc.16.

NIC. Nunc auditorem Theologus interrogat, aitq; ad eum, Quid dicis? tu inquam, qui ea, quæ à Iudæis in figura celebrabantur, spirituali modo facere iuberis. Cognosce hæc ita decreta esse, vt iuxta id quod in Deuteron. habetur, ex fornace ferrea, hoc est ex Aegypto migres. Fornax porrò ferrea est acru & vehemens affectiuum flamma. Plures autem deos colit, non solùm qui à vera fide auersus est, sed etiam qui fœdus voluptatibus seruit. Singulis enim singuli dæmones præsunt, ac per eas colunturs. Iam Moses allegoricè Christus est, cuius Lex Euangelium, & militaris præfectura instructa illa aduersus dæmones acies. Postremò auditorem quidem ad fallendum inducere vult Gregorius: verùm quia fallere Christiano prohibitum est, idcirco præmollit id quod dicturus est, aitq; : Consilium quoddam tibi porrigam nequaq̄ meum, nec enim nostrum est cuiq̄ suadere, vt fallat, si aūt spirituali sensu hanc fraudem intellexeris, admodum etiam nos decet ista fallendi ratio. Nam dæmones decipere callideq; circumuenire valdè iustū est, ac laudandum. At verò Exodi historiam primū videamus, ac deinde ad allegoriā nos conferemus. Et dixit Dominus ad Mosem, Loquere clàm ad aures populi, & postulet vnusquisq; à vicino, & mulier à vicina vasa aurea & argētea & vestimenta. Dominus autem dedit gratiam populo suo coram Aegyptijs, & commodarunt ipsis, hoc est, ad vsum crediderūt. Dixerunt enim. Simulatq; in mōte sacrificauerimus, statim reuertemur. Nec verò iniqui iudicij erat, ne iuxta historiam quidem imperare ijs, qui diuturnis laboribus afflicti fuerant, vt Aegyptios spoliarent, sed admodum etiam integri atq; incorrupti iudicij, æquum esse pronunciantis, vt operarius alimento fruatur. Allegorico autem sensu per Aegyptios dæmones intelligi possunt, per vasa autem aurea & argentea diuitiæ nostræ, quæ ex variis materijs constantur, quarum ipsi domini sunt, nobis impositura earum dispensatoribus vtentes, easq; expendendas committentes, in quos vsus imperauerint. Ergo cùm à flagitiosa vita exceseris, (id enim Aegyptum significare existimandum est) eas vt emendas roga, alienas quidem, vtpote secundum dæmonum consilium administratas tuas autem, vt diuino munere tibi concessas, vt eas, quemadmodū oportet, dispenses. Comitabuntur te porrò pecuniæ, cùm Deo per pauperum manus offerentur. Exemplum Israëlitarum sequere, & quemadmodum illi cùm multis annis Aegyptijs seruissent, nec seruitutis mercedē aperte flagitare posscnt, arte ac dolo petitionem suam prosecuti sunt, Deo nimirum hoc suadente: eodē modo quoq; spirituali Pharaoni seruisti, circa terram terrenarumq; rerum studium teipsum occupans (quæ non absque lateritia opera nominantur) ac propterea tibi merces debetur. Quocirca Aegyptios dæmones spolia, rectè spargens, quæ malè accumulasti. Esto sanè, ipse quoq; fateor, graues ærumnas pertulisti cum hoc luteo corpore colluctans, atq; ædes erigens alienas quidem, quia te extincto alij eas possidebunt, incertas autem, quoniā ex materia caduca & fragili extructa sunt: quibus corruentibus memoria quoq; vnà cum ea fama, quæ illis excitabatur, perit. Id quod de ciuitatibus scriptura dicit, hoc est de domibus quas quidā extruunt. Sonus enim est extructorum fama & memoria. Nam cùm ædes collabuntur, domini quoque nomen vnà obruitur. Hoc enim opinor significat, cùm sonitu. Quandoquidem igitur misera seruitute afflictus es, cur gratis & sine quæstu egrederis? Cur dæmonibus ea relinquis, in quibus nihil illi iuris est? Dei enim sunt omnia dicente per Aggæum, Meum est aurum & argentum, ac per Danielem adijcientis, Et cui volo, do ea. Heri dæmonum erant, (nimirum cùm malè administraretur) Deo ita permittente. Hodierno die ea Dominus tibi porrigit, vt his ad salutem vtaris, reconciliata tibi nimirum pauperum amicitia ex mammona iniquitatis. Mammona autem opes sunt iniquis rationibus quæsitæ. Quo in numero ea quoq; ponenda sunt, quæ vsum ac necessitatem excedunt. Superflua enim sunt pauperum. Quin per Aegyptias etiam opes moralis & naturalis, &

Exod.3.

Cap.4.

Pſal.9.

Cap.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis, & ea, quæ in differendo versatur, philosophia designari potest, atque omnes illæ disciplinæ, in quarum studium incumbunt, qui ab Ecclesia alieni sunt. Eos igitur qui liberam vitam per virtutem consectantur, externas quoque doctrinæ opes sibi comparare iubet Theologus, atque ab alienigenis, quantum ad fidē attinet, mutui nomine accepta possidere, vt in tempore profuturas, nēpe cùm res ita nata fuerit, vt spiritualibus hisce opibus Ecclesiæ aræa exornanda sit. Iam verò per tres illas ciuitates Phiton, Rhamesses, & On, quas Hebræi Pharaoni ædificarunt, nonnulli tres has cogitationes significari existimarunt, nimirū libidinis auaritiæ, atque ambitionis: ex quibus peccatum omne conflatur. Harum ciuitatū memoria euersionis non in absconso atque occulto futura est, sed cum sonitu, id est exaudibilis, ac quoque gentium peruagatura.

Si Rachel quædam es, aut Lia, hoc est patriarchica & illustris anima, patris quoque tui idola, quæcunque inueneris, surripe, non vt seruies, sed vt deleas. si autem sacrilegi piens Israelita, ad terram promissionis transfer': eoque nomine discrucietur persecutor, atque ex fraude sibi facta intelligat, frustrà se tyrannide atque seruitute meliores oppressisse.

Ad imitationē Rachel furripienda idola.

Gen. 31.

NICET. *Rachel à patre suo Laban discedens idola ipsius furata est. Cùm autem Laban fugientes persecutus, ac Lian & Iacob & pedissequas scrutatus, ipsam quoque, quæ ea in stramenta cameli iniecerat, & super ea sedebat, scrutari pararet, dixit Rachel, ne molestè feras domine, non posum tibi assurgere: quoniam iuxta consuetudinem mulierum est mihi. Theologus autem Lian vt furti conscium cū Rachele collocauit. Verisimile enim est, eam furti sororis expertem atq; ignaram non fuisse, id tamen tectum habuisse. Porrò Lia Hebræis laborem aut laborantem sonat, ac proinde ad actionem accipitur, priorq; cum Iacob matrimonio iungitur. Rachel autem idem est, quod pascens, aut quæ pascitur, ac contemplationem designat, atq; hinc Iacob post Lian in vxorem accipit. Actio enim contemplationis est fundamentum. Rachel igitur est, anima contemplationis studiosa, quæ lege Dei velut agna pascitur, & secundum legis diuinæ præscriptum suos motus regit, carnisq; cogitationes & affectus virtutis procreationi primùm subijcit, atq; itafuit intra rationum ad cognitionem omninò abolet. Lia verò omnis anima actionem amplectens, quæ virtutis causa laboribus afflictatur, quam, quisquis ad diuinæ philosophiæ studium animum adjicit, primam fere sibi contulerit, ut amet, ille patris idola, i. surripiat, turpes & crassas rerum species, quas mundus obijcit, ab anima expellat, ac primùm quidem virtutis fœcunditatis eas subijciat: (quandoquidem & Rachel fellæ, quæ sedebat, idola supposuit (postq; aūt ex diuturno labore in comprimendis affectibus exhausto, ad animi tranquillitatem, aut cognitionem peruenerit, tum demum vitiosas impressiones, hoc est, cogitationes prorsus euellat, ac de medio tollat. Laborem aūt hoc loco studium illud atq; operam vocat, quæ in abolendis carnis affectibus suscipitur. quandoquidē ipsa quoq; Rachel Sichimis in Bethel perfectura patris idola terra obruit. Sichima porrò Hebræorum lingua humerum sonat, quæ dictione labor ille designatur, qui in domandis affectibus exantlatur: humerus enim fortitudinis & laboris est symbolum. Bethel domū Dei. Deus enim in tranquillitate affectuum; vacuitate & scientia habitat. Verùm ita quispiam crassas & perturbatas huius seculi cogitationes surripit, non vt ijs fruatur, sed vt eas perdat ac deleat, quemadmodum & Rachel patris idola furata est, non vt ea coleret, sed vt in terram velut obscœna & pudenda atq; oblitione digna absconderet. Sapiens etiam Israelites dici possit, qui omnem cogitationem Christo in captiuitatem redigit, ac profanam eruditionem quasi præclarum quoddam viaticum secum essert, eamq; ad extructionem Ecclesiæ Dei transferet, maximum quoque diabolo dolorem ex eo iurit, quòd externas disciplinas, quibus alienigenæ, hoc est, à veritate fide anersi hostes mirificè gloriantur, ipse Deo consecrauit, Ecclesiamq; decorauit, atq; ipsum malitiæ artificem arte deluserit, quippe qui in gentilium studijs & disciplinis magno cum labore versatus, eùm idcirco impurū illum spiritum in eam opinionem adduxisset, vt per eas ipsum iuru sui mancipijq; factum esse existimaret, vt tamē ab ijs detrimenti quicq; acceperit, quin potius huiusmodi eruditione tanq; materia ad optimas res vsus sit, ex vanniq; stultitiam atq; inanes spes prodierit, qui homines artibus ipsius ac technis superiores ac sublimiores seruitute oppressurus sibi videbatur. Postquam hæc etiam de diuitijs in sensum cadentibus exposui. Nam qui ex Aegypto, i. ex hoc mūdo opes suas per manus pauperū ad terrā promissionis, hoc est in cælum transtulerit, is procul dubio sapiens Israelita est, ac diabolus excruciatur, videns, vbi thesaurus conditus est, illic quoq; & ipsum eius esse qui condidit.*

Hoc si feceris, atq; ita Aegypto excesseris, ignis, mihi crede, ac nubis columna tibi die nocte iter præmonstrabit, asperitas deserti mitescet, mare tibi scinderur, Pharao a- quis obruetur, panis pluuię instar fluet, petra scaturiet, Amalec opprimetur, non armis can-

tātùm, sed etiā expansis iustorum manibus precationem simul atq; insuperabile crucis trophæum signantibus, fluminis cursus inhibebitur, sol sistetur, luna retinebitur, murinullis etiam machinis admotis corruent, crabones præcurrent, viam Israeli munientes, atque alienigenas arcentes, reliqua etiam omnia, quæ post hæc & simul cum his historiæ prodita sunt (ne nimis longum sermonem producam) Dei beneficio tibi concedentur.

Trophæum crucis olim præfiguratum.

NIC. *Historia de fluuio, & sole, & luna, & muris in libris Iosue continetur: reliqua in Exodo. Scriptum est enim, quòd posteaq; ex Aegypto egressi fuissent Iudæi, Deus illos præcedebat, interdiu quidem in columna nubis viam ipsis commonstrans, noctu autem in columna ignis, nec destitit columna nubis in die, nec columna ignis in nocte plebi vniuersa prælucere. Desertum autem erat in Anathom haud longè ab Aegypto, per quod Iudæorum copiæ iter fecerunt. Anathom autem Romana lingua responsum significat. Nam ita propiora Aegypto castra habuerunt Iudæi, vt ipsorum quoq; voces propemodū exaudiri, atq; è propinquo responsa dari possent. Rursus aquam diuisit Dominus: & ingressi sunt filij Israel per medium maris rubri: Pharao autem reuersis aquis cùm toto suo exercitu obrutus est. Sequitur historia de manna, & petra percussa, & de rege Amalecitarum, qui dum transitum Hebræis præcludere nititur, fusus ac profligatus est, Iosue quidem exercitum ducente, Mose autem preces fundente, ac per manuum extensionem, quas Hur & Aaron vtrinq; sustulciebant, crucem figurante. De fluuio Iordane habes Iosue 3. de muris vrbis Iericho cap. 6. de cursu solis ac lunæ inhibito cap. 10. Iam de crabonibus ita scriptum habetur Exod. 23. Mittam crabones priores te, &c. Et in libro Sapient. Misisti præcursores exercitus tui crabones, vt impios paulatim exterminarent. Sed iam omnes has historias allegoricè exponamus. Columna igitur nubis, vt Paulo quoq; placet, Spiritus sanctus est, qui homines in turbidis animi motibus comprimendis laborantes inumbrat ac refrigerat, ac solis in ima lam partem accepti æstum atq; ardorem à nobis arcet, à quo etiam semina illa petris mandata exsiccantur. De quo in Psalmis quoq; dicitur, Per diem sol non vret te, neq; luna per noctem. Columna ignis rursus vel Spiritus sanctus est, qui ad Apostolos in ignis forma accessit, vel etiam ipse Christus, qui colūna quidem ob tripartitā corporis dimēsionem dicitur: Ignis autem propter diuinitatem. Deus enim noster ignis consumens est. Hæc itaq; ignis columna in erroris nocte palantes ad veritatem ducit, scientiæ nimirū facem præferens. Desertum autem mitescens, anima est, quæ prius quidem siluestris erat atq; inuia, nec fructum vllū probi alimenti ferebat, postea verò spiritu lenitatis mansuefacta, ac per diuinum accessum exculta fructus protulit. Iam mare, quod scinditur, affectuum tempestas est, ac fluctuantis & procellosæ huius vitæ amaritudinis. Pharao autem submersus, atq; Amalec bello oppressus diabolus est. Arma diuinum auxilium, manus actiones. Panis spiritualis esca. Petra Christus, ex quo aqua vitæ manat. Fluuius, qui inhibetur, libidinis potius. Sol stans, sol est iustitiæ. Atq; ô beatum hominem, qui toto diei, hoc est, præsentis huius vitæ spatio eum in seipso nequaq; occidentem retinet, nec vitij atq; ignorantiæ vespere circunscriptum, vt impuros & sceleratos dæmones impetum in se facientes legitimè frangere, atq; in fugam conuertere queat. Luna quæ retinetur, mutabilis nostra natura est, quæ in sanctis viris fixa atq; immota permanet propter virtutis hæc eorum mutationem non admittētem. Muri qui deijciuntur malitiæ præsidia sunt, atq; omnis altitudo, quæ aduersus Deum extollitur. Crabones præcurrentes, diuinæ quædā potentiæ sunt nobis succurrentes, atq; in dæmones hostes nostros incursantes. Ac ne longius sermonem protrahamus, non ea solùm, quæ commemorauimus, ex Aegypto egredienti diuino beneficio consequeris, sed etiam alia, quæ post hæc à Deo inceps historiæ sacræ prodita sunt, & cum his. Vno enim historiæ contextu hæc & illa continentur.*

Exod. 13. 14. 16. 17.

Cap. 12. 1. Cor. 10. Psal. 120. Act. 2. Deut. 4.

* Habes Iosue.) Has omnes historias interpres Græcus fusè prosecutus est. Nobis loca scripturæ adnotasse satis fuit. Notissimæ enim sunt hæ historiæ.

Ac tale est festum quod hodierno die agitas: talibus epulis, tum natalitijs, tum funebribus te pascit, qui tua causa & natus & passus est. Tale paschatis mysterium celebras. Hæc lex velut primis lineis deformauit: hæc Christus absoluit, ille inquam legis abrogator, Spiritus perfector, qui vt ex eo quòd passus est, ad patiendum nos instruit: ita ex eo quòd glorificatus est, hoc nobis affert, vt simul glorificemur.

NIC. *Huiusmodi, inquit, festum celebras, non secundum corpus, hoc est, fœdis voluptatibus indulgens, vt Gentiles. nec secundum literam & simplicitèr, vt Iudæi: sed perfectum ac spirituale Deoq; gratum. Talis tibi mensa proponitur antiqua & varia historia referta animamq; oblectās. Tale comedis tua causa dispensatum Christi natale, tale etiam epitaphium. Tale à te intelligatur Paschatis mysteriū, quale oratio nostra ob oculos posuit, nimirum quòd & agnus est Christus, vt innocens, & hircus, vt propter peccata notra traditus, deinde quòd in præsentia Christi mysterium positum, ac velut præsignatum, atq; ante sæcula decretum esset. Tum quòd idcirco decima die agnus acceptus, atq; quòd ad vesperam mactatus esse dicatur, quia in fine sæculorum Christi mors contigit: quodq; ideò nocte vna carnes absumantur, quia mortis Christi tempus vnicum est, ac semel mortuus, non vltrà moritur. Item quòd eos, qui agni participes fiunt, abomni vitio & dolo velut fermento quodam alienos esse, ac pro Christi amore afflictionem acerbitates &*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit udines perferre oportet, atq; expeditos esse & succinctos, ac morienti Christo velut comites se adiungere, & cum eo ex hac vita mundanis q; negotijs excedere, atq; vsq; ad posteram auroram domi manere, hoc est, à virtute non discedere, quoad futura dies præsentia Christi illucescat. Nox enim tota hac vita est. Hoc atq; huiusmodi Pascha mystice designat, quæ Lex quidem adumbrauit: Christus autem absoluit. Vpperius erat, quem hæc ad verorum colorum expressionem desiderabant, vt quæ nihil aliud essent, q̃ vmbra rerum, quæ ab ipso gerendæ erant. Quonam autem modo ijs extremam manum addidit? quomodo iudaica atq; antiquatis literalibus sacrificijs spiritualia sacrificia numeris omnibus absoluta tradidit, vtrumq; nouæ cænæ mysterio suos instituit, dixitq; , Hoc facite in meam commemorationem. Nec enim iam agnum habemus, nec acerbas lactucas, panemque fermenti expertem, verùm pro agno ipsum Christum, illum, vt quendam, agnum Dei, tollentem peccata mundi, quem Lex vtcunque deformauit, Esaias indicauit, Ioannes demonstrauit, pro azymo autem pane & lactucis acerbis purissimam in Christo vitam, quæ non sine acerbitate afflictionibusq; obtinetur. Ob eam enim causam Christus ex passione ad gloriam peruenit, vt ex eo quoq; quòd passus est, nos quoq; doceat, dolores atq; afflictiones pietatis causa subeundas esse: ex eo autem, quòd gloriam adeptus est, id nobis afferat, vt in eadem cum eo gloria simus. Si enim compatimur, inquit Paulus, & conglorificabimur.

Cui & cur fusus sit sanguis Christi.

Enimuerò alienum non fuerit rem ac doctrinam inquirere à multis quidem neglectam, meo autem iudicio studiosè perquirendam. Eccui enim sanguis ille pro nobis exhaustus, & quam ob causam fusus est, ille inquam, magnus & nobilis sanguis Christi & Pontificis & sacrificij? Nos enim à diabolo detinebamur, vtpote qui venundati essemus sub peccato, ac vitium cum voluptate commutassemus. Quòd si redemptionis precium non cuiquam alij quàm detinenti persoluitur, quæro cui tandem oblatum est, & quam ob causam? Si diabolo, ô indignam contumeliam, si non à Deo solùm, sed Deum quoq; ipsum pro redemptionis precio latro accipit, adeoque insigne & excellens tyrannicidij suæ præmium, cuius causa nobis quoq; parci æquum erat: si autem Patri, primùm quo

Gen. 22.

modo id factum est? nec enim ab ipso tenebamur. Deinde quæ ratio afferri potest, vt vnigeniti sanguine Pater oblectetur, qui ne Isaac quidem à patre oblatum accepit, sed ariete in rationalis victimæ locum substituto sacrificium permutarit: Per sic vtiq; est Patrem quidem precium accepisse, non tamen quòd petierit, aut eo opus habuerit, verùm quia diuina dispensatio ita ferebat, & quia per humanitatem à Deo suscep tam homini sanctitatem afferri oportebat: atq; vt tyranno per vim superato pro liberaret, ad seque intermedia filij opera reduceret, hoc ad patris honorem, cui in omnibus rebus perspicuè cedit, dispensante.

NICET. *Hoc loco magnum quidpiam inquisiturum se profitetur, idq; rem vocat, vtpote gestam, doctrinam autem, vt opinabilem, hoc est, opinionem quandam & sententiam de se nobis afferentem. Exclamat enim, inquit, pro nobis ille sanguis Christi, qui & Pontifex dicitur, vt nos Deo sistens atq; reconciliet, & sacrificium quia oblatus est) cui tandem datus est, & quam ob causam? Neq; enim illud diabolus, ad cuius ipsi captiui à diabolo teneremur, venundati sub peccato quemadmodum ad Rom. scribit Apostolus, aliquid mutuatus. Simul enim atq; Dei legem libera voluntate violauimus, atq; imperium diabolicum protinus aditum ipsi aperuimus, peccatum videlicet ex nobis adÿcientes, ac vitium cum voluptate permutantes. iucunda enim ipsius perpetratio esse videtur. Quòd si is, qui captiuos detinet, redemptionis precium accipere debet, quæro cuinam sanguis Christi oblatus sit? Diabolo? Atqui hoc extremum commentum fuerit, si diabolus tale precium talémq; mercedem acceperit, nempe Deum ipsum ob quem omnino pactus fuerit, si diabolus tale precium talémq; mercedem acceperit, nempe Deum ipsum ob quem omnino pactus vt latro ille nobis quoq; parceret. An Patri datus est? Atqui nequaq̃ ab eo tenebamur. Aliaqui etiam ipsum hæc ratio atq; explicatio, vt dicamus Patrem Filij sui sanguine delectari, qui ne eadem quidem ipsius parci permiserit, sed pro eo arietem mactandum substituerit? Quæ igitur quæstionis huius solutio? Diuinæ Patrem quidem accepisse, non tamen quod petierit aut opus habuerit, sed propter dispensationem. Cùm enim humanitatem tum enim fuerat, vt pro nobis Christus moreretur vt per carnis assumptæ sanguinem (hoc enim humanitatem vocat) generis humani natura sanctitatem consequeretur, atque vt Pater nos redimeret iure peccatum vim superato. Vis autem proprie quidem potentia exuberantiam significat: hic tamen iuris peccatum Pater enim diabolum condemnauit, vt qui Filio suo iniuste mortem procurasset. Mors enim, atque ad est: Christus autem nunquam peccauit. Ac proinde ita condemnato tyranno Pater nos liberauit, atque ad eum per Filium subuecti sumus. Nam is medius interpositus viam nobis complanauit & commonstrauit, atque in Patris honorem hoc dispensauit. Homo enim factus est, & passus est, & sanguinem Patri effudit, vt Pater hostem condemnaret, nostriq; generis liberator magis appareret, etsi Filius præclarum hoc facinus patrauit. Passim enim in Euangelio, Patrem honorans, egregia sua facta ei ascribit. Illud autem non ignorandum, quòd cùm hæc dictio, λύτρον, duas proprietates habeat, alteram quia eos, qui captiui tenentur,*

Rom. 7. Esa. 52.

in libertatem asserit, alteram quia ei, à quo tenentur, precium persolui necesse est, hoc loco precio huic quod Dominus redimendi nostri causa persoluit, altera proprietas adfuit, (captiuos enim liberauit) altera defuit. Nec enim huiusmodi precium diabolus accepit. absit. verùm Pater, propter Filij concertationem nostræ salutis causa voluntarie susceptam. Illud quidem peruersum spiritus in se habuit, sed pro ea se totius imperij euersionem accepit.

PSELLVS. *Rem & doctrinam. Gr. πρᾶγμα καὶ λόγος. Res, est, qua cũ geritur, nullam contradictionẽ spectatoribus præbet. Nã quòd delphinus per aquas labatur, res est in opinionis varietatẽ minimè cadens. Neque enim alijs natare videtur, alijs secus. At quod ita geritur, vt interim varijs spectantiũ aut intelligentium opinionibus diuidatur, hoc præterquã quod geritur, etiam decernitur. Dogma enim est rei dubiæ & controuersæ posit accurat ã inquisitionem pronunciata sententia. Quemadmodum Platonem animam immortalem astruere ac decernere dicimus: quandoquidem Simmias & Lebes aliter de ea sentiebãt, nimirũ harmoniã quandam esse asserentes, vnà cum corporibus dilabentem: alij etiam de ea aliter opinati sunt.*

Ac de Christo hæc nobis dicta sint, multoque plura silentij honore prosequemur. At verò serpens æneus aduersus morsus serpentum suspenditur, non tamen vt Christi pro nobis passi typus, verùm vt antypus, atq; eos qui ipsum intuentur saluos facit, dum non eum viuere, sed mortuum esse, simulque subditas sibi copias enecare persuasum habent, deletum nimirum & extinctum, sicut merebatur. Et quod tandem illi congruens epitaphium canemus? Vbi est, mors, stimulus tuus? vbi tua, inferne, victoria? Crux te prostrauit, vitæ author tibi necẽ attulit. Exanimis es, mortuus, immobilis iners, serpentis licet figuram serues, in sublimi loco ignominiosè pendens.

Serpens æneus. Ioan. 3. 1. Cor. 15. Crucis victoria.

NIC. *Hæc, inquit, de Christo, atq; eius præclaris facinoribus dixisse sufficiat, atq; ijs etiã plura silentij honore prosequemur, præteriente videlicet ea oratione, tum ne nimia prolixitate audientibus fastidium pariamus, tum quia temporis angustia premimur, tum etiã propter difficilem ac perobscuram tantorum mysteriorum explicationem. Aenei autem serpentis historia scripta est in libro Numer. Nam cũ multi ex filijs Israelis ob murmurationem à serpentibus sicti perirent, tandem Mosis precibus mitigatus Deus ad eum dixit. Fac tibi ipsi serpentem, & pone eum in signo, hoc est in ligno. Et quisquis percussus eum aspexerit, viuet. Illud porrò fac tibi ipsi, hoc ostendit, quòd quoniã ex ijs quæ fiebant, alia Dei ratione fiebant, alia ratione hominũ, hoc loco, Tibi ipsi, ratione Mosis, & totius multitudinis eodem genere orundæ dictum est. Age, iam quasi ex figura ad nos veniamus. Deum enim ipsi quoq; offendimus, atque adeò in spiritualium serpentum morsum incidimus, qui per omne peccati genus nos ferientes morte afficiebant. Quonam autem modo salutẽ consecuti sumus? Aspeximus etiam ipsi serpentem in ligno, hoc est Christum, ipsumque intuentes atque in eum credentes salutem nanciscimur. Verùm qua ratione Deus, qui natura bonus est, serpẽs dicitur? Quoniam iuxta nos, libera voluntate malos, per similitudinem carnis peccatum factus est, & cum iniquus reputatus est. Serpens igitur Christus est, velut in similitudine peccati, quia homo factus est. Atque ob eam causam ad eum, qui purum hominem eum esse arbitrabatur, dicebat, Quid me dicis bonũ? Enimuerò serpẽs ille æneus verè serpens non erat, sed figurã quidem serpentis habebat, venenũ autem non habebat. Eodẽ modo Christus, quatenus peccati venenum non habebat, non erat vnus è nobis, qui serpentis formam subeamus. Omne etenim peccatum serpens verè est, & qui ipsum admittit serpens quoque ipse efficitur. Quin hac quoque causa serpens, quem in crucem Moses sustulit, figuram Christi gerit, quoniam quemadmodũ corporeus serpens non solùm venenũ habet, per quod qui ab eo icti fuerint, extinguũtur, sed etiam vitæ pharmacum, quo accepto qui percussi fuerunt, ad vitam reuocantur: Sic ex interempto Adamo homini medicamentum inuentum est, quod est Domini corpus, cuius vi omne peccati virus à credentibus aboletur. At Theologus serpentem æneum Christi typum haudquaquam esse censet (neque enim fas ac pium est peruersum spiritum Christi typum vocare) verùm antitypum, hoc est contrariã figuram. Et enim serpens à principio hominem exitium attulit: Christus autem postea salutem. Ille in errorem induxit, hic viã commonstrauit. Illic serpens verus non erat, hic homo verus. Adhæc ille eadem forma præditos serpentes interemit: at Christus cõgeneribus hominibus vitã affert. Præterea Christus saluos eos facit, qui credunt ipsum viuere, ac vitã esse credũt: at diabolus salutis causa ijs est, qui ipsum intuentur, si modò crediderint, non quòd ipse viuat, sed quòd per crucem oppressus atq; extinctus sit, duntaxat quantùm ad tyrannidem: atque etiã subditis sibi defectribus copijs interitum accersiuit. Nam Christus obtruncato duce, illius quoq; exercitum profligauit. Illud igitur notãdum quòd serpens hactenus Christi figuram gerebat, quòd in ligno penderet, alijs autem omnibus rationibus figuræ contrarius, hoc est, figura non simpliciter, sed cum contrarietate, vt superius declarãtum est. Quoniam igitur peruersus spiritus extinctus est, age ei congruũ epitaphium contexamus, ac cũ Osea dicamus, Vbi est mors, stimulus tuus? vbi est inferne, victoria tua? Diabolus enim mortis minister est: mors autem orci ministra. Diabolus siquidem per peccatũ sanctos mortis tradebat: mors autem interfectũ ad orcũ transmittebat. At nunc Theologus inferni & mortis homine diabolum vocat, vt virtusq; causam. Acu-*

Num. 21.

2 Cor 5. Esa. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

leus autem illius peccatum est, ac voluptatis æstrum, victoria fraus: quibus rebus nos sub imperium sub potestatem redigere Belial contendebat. Verùm vtrunq; per Christum deletum est. Peccatum enim sic excit, nec à tentatore delusus ac circumuentus est. Quin potius tentator ipse cruce Christi conuulneratus est atque interfectus, quantum ad tyrannidem attinet, ac per æneum & inanimum serpentem ignominiæ notatus. Ille enim in ligno confixus ac triumphatus tentatorem præsignabat, qui per salutiferum & vitale crucis lignum interemptus est, atq; ita serpentis formam retinet, vt tamen nihil eorum, quæ serpentis sunt, agere valeat, saltem in Christo. In eo enim omnis draconis vis & facultas in vrtitum cessit.

Pascha legale figura figura.

Doctrina cibus doctrinæ.

Iam verò Pascha tis participes erimus, nunc quidem adhuc in figura, licet magis perspicua q̃ in lege veteri (Legale enim Pascha, nec enim docere verebor, figurę figura est obscurior) aliquantò pòst autem perfectius & purius, cùm videlicet illud nouum Filius Dei nobiscum in regno Patris bibiturus est, patefaciens ac docens, quæ nunc mirabiliter nè declarauit. Nouum enim illud semper est, quod nunc nobis innotescit. Quemadmodum autem illa fit potio atq; perceptio, discere nostrum est, illius docere, discipulisq; sua doctrinâ impartiri. Doctrina enim & institutio, eius quoq;, qui alios alit, cibus est & alimentum.

NIC. *Triplex Pascha in medium producit Theologus, Iudaicum, nostrum, & futurum. Ac Iudaicum quidem figuram nostri esse dicit, nostrum autem futuri. Iudaicum porrò nostro obscurius esse, nostrum verò, si quidem cum Iudaico conferatur, perfectum esse, si autem cum futuro comparetur, imperfectum. Cæterùm addidit autem fit futurum Pascha, sequentibus verbis docet. Quod verò ait, non enim dicere verebor, hoc iudicium addidit, quia nouum atq; absurdum videri poterat, Pascha nostrum figuram dicere. Perfectum autem illa vita Paschæ participes erimus: quia nunc in spe resurrectionis nostræ festum celebramus, tunc autem ipsam celebrabimus, cùm nimirum ipsius quoq; pollicitatio expleta fuerit, quam fecit his verbis. Non bibam posthac ex hoc genimine vitis vsq; ad diem illum, cùm illud bibam vobiscum in regno Patris mei. Quanquam nonnulli doctores per regnum Christi resurrectionem intellexerunt, per nouum autem potionem, qua illam, quam accepit, cùm à mortuis esset reuocatus. Noua enim ea erat, quia nõ quòd cibo opus haberet, commodebat, sed vt corporis naturam confirmaret, resurrectionisq; suæ fidem discipulis faceret. At Theologus regnum futuræ illius vitæ statum interpretatur, nouam autem potionem, absolutiorem erudimenti rationem. Atq; hoc est Pascha, nimirum eo tempore arcana tam diuinitatis q̃ humanitatis ipsius mysteria figuris minibus impartiri. Ex parte enim nunc cognoscimus, vt Apostolus inquit, & ex parte percipimus: tunc autem facie ad faciem, hoc est clarè & manifestè. Hac quoque ratione Pascha hoc nostrum futura Paschæ vera dici potest, quia quandiu in hoc mundo versamur, crassius adhuc Christi participes sumus, neque ipsum etiam ipsius carnem illic autem vberius ac perfectius. Alioqui etiam passionis ac mortis Christi communionem complectitur carnis ipsius ac sanguinis perceptio. Quotiescunq; enim, inquit mandatum participationem & poculum bibitis, mortem meam annunciatis. Quocirca in hoc quidem sæculo per eorum, quæ dicuntur, perceptionem ipsius mortem annunciamus: cùm autem postea in Patris gloria aduenerit, beatæ immortalitatis fortunæ confessionem illi propter passionem offeremus, sed purè eum, vt Deum agnoscemus, ac tunc potionem nouam Christus nobiscum bibet: nouam quidem, vtpote recentem, ac tunc primum nobis innotescentem. Nobiscum autem Christus bibiturus est, quia non solùm is, qui docetur, sed & qui docendi munere fungitur, disciplinis, quas tradit, nutritur. Potio autem illa est ac nouo sæculo virtutis illa quæ in actione versatur, esca dicitur, quòd durior sit, confectuque difficilior: ita illa, quæ in contemplatione consistit, potio magis appellari solet. Cùm igitur hîc virtutis actiuæ finem acceperit, tum vera speculatrix coletur atq; exercebitur, atq; ea sanctis viris clarius detegentur, quæ nunc minus plenè claritatis ipsis aperuit.*

1. Cor. 13.

1. Cor. 11.

Legis participes simus nõ literaliter, sed Euangelicè.

Age verò, nos quoque Legis participes efficiamur, cæterùm Euangelicè non literaliter, perfectè non inchoatè, sempiternè non temporariè. Caput nobis constituamus, non humilem Hierusalem, sed supernam Metropolim, non eam, inquam, quæ angelis exercitibus proculcatur, sed quæ ab angelis honorificè prædicatur. Mactemus non vitulos nouos, nec agnos cornua producentes & vngulas, quæ magna ex parte mortua sunt ac sensu carent: verùm Deo super altari superno cum cœlestibus choris sacrificium laudis immolemus. Penetremus primum velamen: ad secundum accedamus, in Sanctum sanctorum prospiciamus. Atq; vt maius aliquid dicam, omnibus horis atq; agitationibus nosmetipsos Deo immolemus, omnia pro Christi nomine excipiamus, passionibus passionem imitemur, sanguine sanguinẽ ornemus, crucem alacres conscendamus. Dulces sunt claui, tametsi grauem doloris sensum afferãt. Præstat cum Christo & pro Christo pati, quàm delicijs voluptatibusq; cum alijs indulgere.

Psal. 68.

Nos ipsos Deo immolare decet.

NIC. *Legis participes nos vult esse Gregorius cùm alia tum Paschæ etiam sanctionis, & quidem participes*

ticipes esse, non vt Iudei nudæ literæ adhærentes, hoc est agnum sensibili modo comedentes (illi enim imperfectè percipiebant, figuratè ac non verè festum celebrantes) verum vt præscribit Euangelium, hoc est corpus ac sanguinem Domini percipientes. Euangelium autem perfectionem tradit. Quocirca pro capite ac Metropoli cœlum constituamus, vt Hebræi Hierusalem, ad quam solam vndiq; consluentes festa celebrabant. Quod aũt terrena Hierusalem ab exercitibus esset calcanda, Christus apud Lucam his verbis prædixerat, Et Hierusalem calcabitur à gentibus (hoc enim nomine exercitum illum significat, qui sub Vespasiano & Tito Hierusalem infestis signis oppugnauit atq; peruastauit) donec impleantur tempora nationũ. Sacrificemus Deo non ea, quæ ex legis præscripto offerri solebant, vtpote vitulos, agnosq; teneros cornua producentes & vngulas, quæ duo, cornua videlicet & vngula, res mortuæ sunt ac sensu carentes, ac proinde haudquaq̃ congruæ atq; idoneæ, quæ Deo viuo in sacrificium offerantur: verùm cum angelis incruentam victimam, hoc est laudis & canticorum, & rationalem illum cultum sacrificij loco offeramus. Et quemadmodum in veteri tabernaculo primum erat ingrediturus velum, quo distinguebatur locus ille, qui Sancta dicebatur: post hoc rursus alterum velum erat interius, quo locus ille dirimebatur, quem Sancta sanctorum appellabant: sic nos quoq; res omnes corporeas & in sensum cadentes, velut primum quoddam ac vicinum nobis velum penetremus ac diuidamus, atq; ad secũdum, hoc est ad cœlum, quod res sensibiles dirimit ab intellectualibus, accedamus. Propinqui autem cœlo facti per actiuæ virtutis pennas à rebus terrenis sursum euecti in ipsum quoq; cœlum prospiciamus, ac speculatiuis oculis mysticas, nec in oculorum sensum cadentes pulchritudines contemplemur, ad ipsam Trinitatem scilicet spiritualiter appropinquantes, atq; agni sacrificium offerentes, hoc est sacrosanctum illud sacrificium, quod celebrare docemur, vel etiam maius: nimirum vt nosipsos Deo totos offeramus & consacremus, omnibus diebus atq; agitationibus (quæ quidem vel in cogitatione, vel in sermone, vel in opere considerantur,) atq; omnia pro Christo, vel etiã pro pietatis doctrina (vtrunq; enim ἀγὼν & significat) sustineamus, ad martyrium videlicet nos accingentes, si ita tempus tulerit, & crucis supplicium subeũdum, si ita necesse fuerit. Dulces enim sunt claui propter dominicorum clauorum imitationem & delectatio nem in spe positam, licet propter corporis dolorem sensu acerbi sint. Porrò passionibus Christi passionem ille imitatur, qui spontaneos labores atq; inuoluntarios casus firmo & robusto animo perfert. Ille autem sanguine Dominicum sanguinem ornat, non modò qui sanguinem suum per martyrium profundit, sed etiam qui pro Christi amore per continentiam ipsum subtraxit atq; imminuit. Quoniam autem modo non solùm corporeo, sed etiam spirituali modo quispiam crucem conscendit animirũ cùm per arumnas & afflictiones supra res terrenas assurgit, ac tentationes carni dolorem inurentes velut quosdam clauos lubenter excipit, vt beatæ vitæ dulcedinem asserentes.

Luc. 21.

Si Simon Cyrenæus sis, crucem tolle ac sequere.

Matt. 27.

NIC. *Simon, si quis interpretetur, obedientiam significat, Cyrene autem animi promptitudinẽ. Quisquis igitur ad obediendũ Euangelio paratus est, ac prompto animo per membrorum, quæ super terram sunt, mortificationem, philosophiæ in actione positæ arumnas & afflictiones pro virtute subit, ille Simon sit Cyrenæus, vltrò nimirum virtutem colens, atq; humeris crucem gestans, ac Christum sequens, hoc est distractam prorsus à terra pietatis rationem ostendens. Eodem modo tu quoq; si animi obedientia præditus es, alacri animo ad gestandam carnalis voluntatis oppressionem accingere. Nam interemptrix quoq; corporis, crux erat. Ita fiet, vt Christi mandata sequaris*

Si vt latro simul cruci affixus fueris, probo & candido animo Deum agnosce, cumque ille propter te tuumque peccatum cum iniquis reputatus fuerit, tu propter illum iustus efficere. Adora tua causa pendentem, pendens etiam ipse lucri aliquid ex ipso quoq; scelere collige: morte salutem eme: cum Iesu paradisum ingredere, vt intelligas quibus bonis excideras. Bona illa contuere: murmuratorem cum sua blasphemia foris mori sine.

Luc. 23.

Adorandus Crucifixus.

NIC. *Ille in crucem tollitur vt latro, qui scelerum pœnas luit. Qui si tamen persuasum habeat se meritò cruciari, ac Deum esse, qui mundum gubernet, atq; omnibus rebus prouideat, probus & candidus est, vtpote veritatem agnoscens. Quamobrem & vt perpetiens, & vt aquo animo cruciatus ferens in paradiso est. At si impatienter vicem suam ferat, prouidentiãq; accuset, aut neget, iniquus ille est, & murmurator: ac proinde nec in paradisum introibit, quemadmodum nec Hebræi, qui in deserto murmurauerant, in terram promissionis. Proinde ipse quoq;, si propter tua peccata supplicio afficeris, probum illum & candidum latronem imitare, ac dum cruciaris Deum eiusq; prouidentiam agnosce, nimirum qui te per huius vitæ dolores purgari velit. Si Christus, vt est apud Esaiam, inter sceleratos reputatus est (cum latronibus enim velut sacinorosus in crucem sublatus est) idq; vt peccatum tuum lueret (tu enim pœnæ obnoxius eras, ipse autem, vt qui peccatum nullum admisisset, immeritò passus est vt te à peccato & pœna liberaret. Propter illum iustus efficere legis Euangelicæ vestigijs hærens, ac per animi gratitudinem adora, id est cede ac procumbe, agnoscens te meritis pœnis affici, atq; à Deo res humanas inspici atq; administrari: hoc enim per adorationẽ significari potest. Ipse quoque pendens, id est dum à Deo puniris, vtilitatis lucriq; aliquid ex ipso scelere col*

Cap. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lige.gr. κωλύει, quæ vox vel pro afflictione, vel pro peccato & scelere accipi potest. Quonam autem modo tibi vtilitati erit peccatum? nempe vt intelligas te propter ipsum puniri, ac Deum tibi placatum reddas, ac salutem emas. Nam si ita feceris ad sempiternorum bonorum perceptionem ingredieris, simulq; cum Christo regnabis atq; hæreditatis ipsius eris particeps. Ac vide quā propriè & accuratè loquatur Theologus. Non dixit, Christus iniquis factus est, sed existimatus. Rursus non dixit, Tu iustus reputare, sed efficere. Neque enim existimatio sed ipsa rei veritas aut iustum hominem reddit aut condemnat. Iam hæc quoq; quæ sequuntur, altius perpende. Adora, inquit, tua causa pendentem, quoniam ipse sceleratus habitus crucifixus est, ac propter te mortē pertulit, vt intelligas te, vt verè sceleratū, per dolores & afflictiones iustitiā sequi debere. Quod cùm perspectum habeas, suspendere, hoc est à terreno carnis affectu sustollere, eoq; exacto salutem elucrare, ac mente paradisum ingredere, cœlestem illā vitam, à qua exciderat, cogitationibus fingens. Cæterum cum Iesu ingredere, ducem tui ad contemplationem introitus Filium Dei facies, & ipso pulchritudines illas inspectans.

Si Ioseph Arimathæus sis, ab eo qui in crucem sustulit, corpus pete, tuum fiat mundi piaculum.

NIC. *Ioseph idem est quod adiectio & incrementum, Arimathæa idem quod tollens. Quisquis igitur actioni simul & contemplationi incumbit, Ioseph Arimathæa dici potest, nimirum per actionem à terreno ipso crassum omnem & terrenum affectum tollens atque euellens, per contemplationem autem ad superiorem cognitionem increscens. Proinde si tu quoq; adiectionem habes, id est, incrementum amoris diuini, fidem ac portas religiosè corpus Iesu, mysticum scilicet, dignè ipsum percipiens, atq; illud pete, id est, rapis à crucifixo genere, hoc est eo, qui indignè percipit, ac propterea contumelia afficit, quicq; reus est corporis & sanguinis Christi. Tuumq; fiat id quod omnes, à quibus dignè accipitur, purgat & sanctificat. Alio modo est corpus Christi est, quisquis in eum credit: huius membra præcepta sunt & virtutes. In crucem autem hoc corpus tollit diabolus, non sinens in nobis ea membra secundum naturam actionem suā exercere & qui additamentum fidei habet, Ioseph spiritualis est, qui corpus accipere potest, honesteq; sepelire, atq; inspirans sua ex fide, quasi è petra exciso imponere, ac spiritualibus circa hoc sæculum sermonibus velut sindone quadā Dei filium inuoluere.*

Si Nicodemus sis nocturnus ille Dei cultor, funebribus vnguentis ipsum vnge.

NIC. *Nicodemus ille est, qui ad Christi agnitionem animo quidē firmus est ac solidus, cæterum ad cuiusuis gratificatur, in mandatorū obseruationem acri animi contentione incūbere velut metu illo humano propter metū Iudæorum, hoc est perturbationum animi vel dæmonum impetu. Huiusmodi aliis viris ob eandem & commendationem præclarum videtur rectè saltem de Christo sentire, nec contumeliosa verba in eum ferre. Vnguentis autem dominicum corpus ad sepulturā perfundit, qui sermones & disputationes, quas de eo habet, pie tractat, easq; fundit suauiodore stillantes aut etiam redolentes.*

Mat. 16. Si Maria quædam sis, si alia Maria, si Salome, si Ioanna, diluculo lachrymas profunde. Fac prima sublatum lapidem, angelos etiam fortasse, atque adeò Iesum ipsum videas. Nonnihil loquere: vocem ausculta. Si audieris, Noli me tangere, eminus ipsum venerare, non autem mœrore afficere. Nouit enim à quibus primùm conspiciendus sit. Resurrectionis encænium celebra, Euæ succurre primæ lapsæ, prima Christum salutans, ac discipulis indicans.

Ioan. 20.

Luc. 8. Esa. 11. NIC. *Quoniam Christus à Maria Magdalena septem dæmonia eiecit, anima illa Maria Magdalena dici potest, quæ impuris spiritibus, qui septem bonis spiritibus ab Esaia enumeratis oppositi sunt, angitur, quam postea Euangelij doctrina purgauit. Vt autem exactius loquamur, Maria Magdalena est omnis anima actione gaudens, à septenario huius sæculi terrore velut dæmonibus quibusdam per euangelium præceptorum doctrinam purgata: à quo animas liberat verbum Dei supra ea, quæ in tempore sunt, laus euehens. Alia aūt Maria, cuius hoc loco meminit Gregorius, proprie quidem est mater Domini, nempe Maria Iacobi minoris. Nam mater Domini in prima illa profectione cum sola Magdalena ad monumentum perrexerat, ac resurrectionis Christi certior facta, quietem agebat. Allegoricè autem altera Maria, quæ est contemplationis studiosa, quæ non naturæ, sed gratiæ cognationem cum Filio Dei per veram fidem deprehendit. Atque vt vno verbo absoluam, per duas Marias designatur anima contemplationi simul & actioni amplexa. Salome autem (quæ vox lingua nostra pacem significat) anima illa esse potest, quæ postea atq; expulsis animi perturbationibus tranquilla pace fruitur, atq; affectu carnis spiritui legi subiecto, spiritualium animi conceptionum speculationem sempiternarum rerum scientiam pro viribus assequitur. Ioanna autem ad verbum columbam sonat, ac per eā anima illa significatur, quæ turbidos motus omnes abiecit, ac spiritualem scientiæ prouentum & fœcunditatem ardentem habet, hoc est vitijs vacua, & nouos virtutis fœtus profert. Quamobrem si qua es anima ex his, quas commemorauimus, diluculo plena lachrymas adipiscendæ scientiæ vim habentes fundens, hoc est de orthodoxæ fidei cognitione cum magna diligentia & studio inquirens, & quidem veræ mysterij fidei nostræ cognitionem à Deo tibi dari possula-*

luculum enim celeritatem indicat. Nam si excellentissimam omnis virtutis & scientiæ doctrinam ita quæsieris, primùm illā obscuritatis doctrinæ cæcitatem cordis tui incumbentem sublatam videbis: Illac aūt submota duos angelos profectò cernes, alterum ad caput, hoc est diuinitatis doctrinam, alterum ad pedes, mirū humanitatis & incarnationis. Aut si mauis, per angelos conscientiæ motus intellige, extinctis aliquando in te per vitium filij Dei resurrectionem proclamantes. Neq; enim in obscœni & execrandi hominis animo Christus vim suam exerit, sed per flagitiosas & sceleratas actiones quodāmodo extinctus est. Postremò ipsum etiam Christum intueberis perspicuè apparētem, ac sine vllo signis & figuris, atq; tuas intellectiles conceptiones spirituali voluptate explentem. Nonnihil loquere de Christo piaq; doctrina percunctans. Vocem ausculta, hoc est doctrinam & reuelationem captum tuum non excedentem. Quòd si altiorem doctrinam & speculationem audieris, propemodū tibi dicentem, Noli me tangere, eminus sta, nec propterea mœrore afficere, vt cui nondum sublimioris doctrinæ attingendæ potestas fiat. Nouit enim huiusmodi doctrina, quibus primùm aspicienda sit, ijs nimirum, qui maiores ad contemplationem progressus fecerunt, vt Ioanni & Petro. Resurrectionis encænium celebra, id est, festum diem celebra, atq; ob animæ tuæ ab affectibus resurrectionem gaude ac triumpha. Euæ succurre. Quenam autem erit opis ferendæ ratio? Illa per peccatum prima lapsa est: tu per iustitiam refuge, ac primus Christi doctrinam cognitam atq; illustrem redde. Ἐμφανεῖ enim hoc loco salutationem & allocutionem significat. Nam cùm Maria vocem Iesu agnouisset, dixit illi, Raboni, quod dicitur magister. Euæ igitur succurre, nimirum ipsius culpam contrariā virtute corrigens. *Ioan. 20.*
Illa enim viro fraudem renunciauit, Maria autem Apostolis salutem. Idem tu quoq; facturus es, si ignorantes doceas.

Petrum vel Ioannem imitare, ad sepulchrum propera, simul ac certatim currens, atq; honesta æmulatione contendens. Quòd si celeritate anteuertaris, studio vince, nō circunflexo corpore, in monumentum prospiciens, sed in ipsum ingrediens.

NIC. *Scriptum est apud Ioannem, Exijt Petrus & alius ille discipulus. Current autem duo simul: & ille alius discipulus cucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cùm se inclinasset, vidit linteamina posita, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum. Petrus igitur is est, qui fide firma ac solida præditus est, quicq; ea etiā virtute, quæ in agendo versatur, ornatus est. Ioannes autem, qui propter lenitatē & insignem cordis puritatem à Christo amatur, ob eamq; causam sapientiæ & scientiæ thesauros consequitur, ac per id quod supra pectus recubuit, Theologiæ vim ac facultatem accepit, sepulchrum autem ad quod properat, tam qui contemplationi q. qui actioni studet, propundum illud est, in quo doctrina ea, quæ cœlestium ac terrenarum rerum peritiam habet, absconsa est. Veriū alter secundum virtutem in actione positam, alter secundum contemplationem in intelligentia sitam, certatim currunt. Hac autem ratione Petrus cum Ioanne certatim currere dicitur, quoniam ille actiuam virtutem amplectebatur, hic speculatiuam, quæ quidem inter se pugnare videntur. Vterq; tamen concordi cursu properat, quoniam vnus idemq; in vtroq; laudandus scopus perspiciebatur: id enim agebant, vt scirent an verè Dominus reuixisset. Concurrunt igitur hi duo animi proposito & intentione, ad suū vterq; aprium bonum pari successu cōtendentes. Atq; vt apertius dicā, propter laudabilē æmulationem certatim currunt, dum vterq; alterum superare conatur, ille actione, hic contemplatione. Concordibus autem animis currūt, quoniam ad vnum scientiæ scopum tendunt & qui in actione, & qui in speculatione versatur. Ac celeritate quidē is qui cōtēplationi sese addixit, actionis studioso anteuertit, vtpote crassa materia minus grauatus: studio autem speculationis alumnum is superat, qui actiua virtute instructus est, vtpote laboriosior. Adhæc qui cōtēplatione delectatur, solùm intelligit: at qui actione gaudet, experimento scientiam capit: quemadmodum Ioannes in monumentum solùm se inclinauit, Petrus verò introiit.*

Quod si Thomæ instar à cœtu discipulorum, quibus apparuit Christus, absueris, postea quam videris, ne rei fidem abroges: quòd si id tibi fidem non facit, narrantibus fallentem crede: si ne his quidem, at certè clauorum impressionibus fidem habe.

NICET. *Quisquis in fidei doctrina dubitat, Thomas est, ac eodem modo Didymus, qui ægrè adducitur vt virtutis & scientiæ ipsi insitæ, ac per admissum peccatum mortuæ resurrectionē fore credat. Discipuli autem sunt, qui certa fide sibi persuadent Christum hoc est emortuam prius virtutem, per diuinam potentiā in ipsis reuixisse: quicq; vt Christi discipuli loco, sic ipsi concordia sententiæq; firmitate & constantia coniuncti sunt, ad quos etiam Christi gratia immeat. Si igitur tibi contigerit, vt eorum cœtu absueris, hoc est vt per te minus credas, saltem his, qui huiusmodi resurrectionis periculum fecerunt, ac re vera se habere cōfirmant, fidem arroga. Si ne his quidem, at certè veterum peccatorum memoria in mente citra passionē impressa tibi fidem faciat. Passionis autem expers memoria nihil est aliud, quàm præteritarum rerum absque voluptate & mœrore impressio, nullas habens vulnerum perforationes propter eam, quæ postea secuta est, tranquillissimā animi constitutionem, quam qui non senserit, ne alij quidem crediderit, quem admodū Thomæ accidit. Memoria itaque peccatorum vestigium atq; impressio est: clauis autem ipsa peccata, plabentes homines transfigentia. Quocirca cum eam vim habueris, vt ea sine vllo animi affectu, memoria recolere*

queas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

que as, tum demum tibi huiusmodi virtutem resurrexisse persuasum habe.

Descensus Christi ad inferos.

Si in infernum descendat, simul descende. Ea quoque mysteria cognosce, quæ Christus illic designauit: quod duplicis descensus consilium, quæ ratio fuerit: vtrum omnes sine vlla exceptione aduentu suo saluos fecerit, an illic quoq; eos duntaxat, qui crediderunt.

NICET. *Descendente Christo in infernum, ipsum quoq; per contemplationem sequere, non ob malum, sed vt excellentem eorum, quæ illic peraguntur, rationem addiscas. Ac quære, quæ duplicis Christi descensus causa fuerit, alterius nimirum à cœlo in terram, alterius à terra in infernum: an fortasse, vt in terra quibus per fidem, ac puram & innocentem vitæ degendæ rationem animas cum corporibus saluas faceret: in inferno autem animas sine corporibus per fidem solam? Proinde quisquis de animæ interitu à peccato pronam dicit, ac rursus de resurrectione per Christum contingente disputationem habet, ille etiam in infernum descendit, vt vitij habitus & actus, qui in aliquo fuit, reditum ad virtutem ac scientiam Verbi beneficio consequatur. Enimuerò Christus in infernum descendens non omnes, verùm eos solos, qui crediderunt, saluos facit. Chrysostomus ipse affirmat neminem in inferno à Christo salutem accepisse, nisi qui salute dignus esset, ethnico Platone in Patrum historijs circunfertur. Nam cùm diu antea vita functus à quodam Christiano maledicti conuitijsque vt sceleratus & impius laceratus esset, noctu ad conuitiatorem suum venit hominémq; accusauit, vt frustra ipsum maledicti insectantem. Ego enim, inquit, me peccatorem esse hactenus inficias iuero: verùm cùm Christus in infernum descendit, nemo ante me ad fidem accessit. Hæc de Platone commemoratur, quod credendum sit, nèccne, auditoribus iudicandum relinquo.*

**Videtur hîc alludere ad id quod ait Petrus priore epistola sua, cap. 3. nempe Christum his qui in carcere erant prædicasse: ex quo loco suspicatur Nazianzenus, Christum ita cum ipsis egisse, vt eos quidē, qui ad ipsius aduentum fidem amplexi sunt, in cœlum duxerit: eos autem, qui fidem ipsi habere noluerant, in pœnis reliquerit. Billius.*

Si in cœlos ascendat, simul ascende, atque vel comitantibus vel excipientibus angelis te adiunge. Portis vt attollantur, ac sublimiores fiant, impera, quo Christum à pallis sione sublimiorem capiant. His qui propter corpus & passionis signa, quæ, in deiectionon allata, secum ascendens tulit, mente perplexi atque ancipites sunt, atque ideò per-

Psal. 23. cunctantur: Quis est iste rex gloriæ respondebis, Dominus fortis & potens, cùm in proximis nibus, quæ semper fecit, & facit, tum in præsenti bello ac trophæo pro humani generis salute erecto, ac duplici interrogationi responsum duplex repende. Quòd si secundum

Cap. 63. dramaticam illam apud Esaiam personarum loquentium introductionem admirantes dixerint, Quis est iste, qui venit de Edom, rebusq; terrenis, aut quomodo umbra sunt eius, qui sanguinis ac corporis expers est vestimenta, non secus ac vinitoris, qui torcular plenum calcauerit? stolæ corporis passi pulchritudinem ex aduerso profer, quòd per passionem exornatum, ac per diuinitatem, qua nec amabilius quidquam, nec pulchrius, illustratum est.

NICET. *Dauid Psal. 23. angelos introducit partim comitantes Christum, ac superioribus angelis decentes, Attollite portas, principes nostri, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ: partim eum interrogantes. Quis est iste rex gloriæ? atque illos rursus respondentes, Dominus fortis & potens, Dominus fortis in prælio. Ac rursus eadem interrogatio, ac responsum huic congruens angelorum ad alios angelos ducitur. Hortatur itaq; Theologus auditorem, vt Christum in cœlos ascendentem comitetur, mente, fide & cogitatione, seq; vel cum deducentibus eum angelis, vel cum accipientibus iungat. Is autem singula adiungit, qui sermones vtrinq; habitos expendit, atq; interrogationes eorum & responsa, eorumque gressus examinat. Idem portis quoq; imperat, sedulò nempe inquirens, quid sit causæ, quare angeli dicant, Attollite portas. Causam autem huius sublationis Theologus ipse affert, nimirum idcirco portas attolli, vt Christum sublimiorem ex passione factum suscipiant. Non enim dicunt, Aperite, sed, Attollite, hoc est, erigite.*

Cap. 2. *Atq; hoc loco illud explicat, quod ab Apostolo ad Philippenses de Christo dictum est, Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit eum, &c. Ac proinde in summam sublimitatem euectus, sublimiores quoque portas fieri postulat ad ipsius excipiendum aduentum. Quòd si angeli suscipientes mente hæsitant videntes Christum cum corpore ascendentem, ac passionis signa ferentem, quæ quidem cùm de cœlo descenderet, non habebat, atq; ideò scisciteutur. Quisnam hic est? vt qui de Christo ita vt æquum est, sentit, illis respondebit. Hic est ille potens cùm in cæteris omnibus valens, tum etiam in bello, quod nunc pro generis humani salute aduersus diabolum gessit: ac duplex responsum dabit, velut constanter in hu, quæ decreuit, permanens, atque eiusdem sermonis repetitione sententiam suam confirmans, iuxta illud, In conspectu duorum vel trium testium stabit omne verbum. Atque ita hæc humanitus*

Mat. 18. *vt sensui intelligi poterunt. Aliter etiam per angelos prosequentes diuinæ prouidentiæ doctrinam sequi*

cari potest, per suscipientes autem, doctrina diuinitatis, per ascensum aiūt à terra in cœlum, mentis à cogitatione humanitatis Christi ad eiusdem diuinitatem erectio, atq; ab actione ad speculationem euectio. Quisquis igitur per spiritualem scientiam ad prouidentiæ doctrinam, quantùm ipsius vires ferunt, traiecit, ab ea ad diuinitatis doctrinam euehitur, gradatimq; conscendendo sublimiores animæ portas ad supremi ac diuini Verbi exceptionem facit, atq; ab humanitate Christi ad diuinitatē, velut à terra in cœlum migrat, & ab actione ad contemplationem ascendit, ac cum diuino Verbo sursum trahente simul attollitur. Atq; ad hunc modū explicata sint hæc Dauidis verba, consimilia aūt quadā & apud Esaiā legūtur. Nam apud ipsum quoque Christus in cœlum cum passionis notis ascendens nouū planè & insuetum ac stupendum supernis angelis spectaculum exhibuit. Stupore enim correpti sunt ascendentē eum intuentes, atq; idcirco dicebant, Quis est hic, qui venit de Edom, hoc est à terrenis rebus, rubor vestimentum eius ex Bosor? Bosor autem carnem sonat, ac proinde per stolam eius & vestimentum humanitas designatur. Rubor aūt, quia caro dominica sanguine ex latere profluente tincta est, ac per passionem exornata. Vnde & subiungit Propheta, Hic formosus in stola. Deinde Saluatorem ipsum, respondentem inducit, Ego loquor iustitiam & iudicium saluti. Iustitiā aūt Euangelij promulgationem vocat, qua terra iustificata est. Quæ postea locutus est Christus, angeli eū rursus interrogant ac dicunt, Quare sunt rubra vestimenta tua & indumenta, non secus ac torcularis calcatis? Caro enim cruore suffusa cernebatur, ac velut ex multo ad rubrum colorem tincta. Christus aūt secundò respondet, Torcular calcaui solus, & ex gentibus vir nullus mecum fuit, i. nemo mihi patienti ad fuit, sociumq; certaminis se præbuit: verùm solus totam diaboli potentiā, quasi torculari vuas expressi, ac duros & contumaces Iudeos contriui. Has apud Esaiam interrogationes & responsiones Theologus ἀγωνιστηρίαν vocauit, non falsam compositionem intelligens (quales sunt actus fabulosi) sed genus scribendi ita à principio institutum, vt personas loquentes habeat. Angelorum enim alij velut interrogantes inducuntur, alij velut respondentes, secundum eam verborum rationem, quam propheta constituit. Si igitur (ait Theologus) percunctetur, Quis est hic, qui à terra ascendit, aut, quomodo incorporei ac sanguine carentis, quatenus Deus est, rubicundum est corporis integumentum? si hæc, inquam, percunctentur, ex aduerso profer. i. responde, formosa est ipsius stola, hoc est per passum ipsius corpus, partim ob passionem, per quam glorificata est partim, ob diuinitatem, per quam illustrata est, quippe qua nihil pulchrius.

Pro hæreticis frustra mortuus est Christus.

Quid ad hæc nobis sycophantæ dicunt, acerbi inquam isti diuinitatis expensores, rerum laudandarum reprehensores, circa lucem tenebrosi, circa sapientiam inscīti & in eruditi, pro quibus Christus frustra mortuus est, ingratæ creaturæ, diaboli figmenta? Siccine beneficium crimini tribuis? Eóne paruus quia propter te humilis, quia ad ouē oberrantem venit pastor ille bonus animam suam pro ouibus ponens, venit inquā ad montes & colles, in quibus sacrificabas, & palantem inuenit, & inuentam ijsdem humeris, quibus & crucis lignum, sustulit, acceptamque ad supernam vitam reduxit, eoq; subuectam eodem numero atque ordine collocauit, quo eas, quæ nunquam ab ouili aberrarunt

NIC. *Absoluta narratione Gregorius orationem ad hæreticos conuertit, eosq; primùm sycophantas vocat, vt Eūnium calumniantes, quasi non verè ac propriè Deum. acerbos autem expensores, vt præcipites diuinitatis arbitros, personarum scilicet differentijs eam diuidentes: reprehensores verò rerum laudandarum, vtpote incarnati Filij, actiones humanæ naturæ congruentes, ad eius imminutionem arripientes, cùm tamē eandem potius mereantur, atq; etiam vt ipsius diuinitatem mentientes ac circunscribentes, propterea quòd passibilem carnem susceperit, vt nostris passionibus mederetur. Tenebrosos insuper circa lucem appellat, velut ad veritatem sole clariorem oculos claudentes, vel etiam ad ipsum Christum qui est lux vera. Ineruditos autem circa sapientiam, hoc est circa Christum ipsum, qui est sapientia Patris, reuera subsistens, vel etiam vt Seruatoris opera sapientiæ plena nequaquam intelligentes. Pro his enim frustra Christus mortuus est. Pium enim dantaxat salutē lucratus est. Hi etiam ingratæ creaturæ sunt: nam pro eo quòd par erat creatori gratias agere, quòd eorum causa ipse quoq; creatura factus esset, ipsi contrà huiusmodi beneficium in blasphemiæ occasionem trahebant, diuinitatem eius creatam esse blaterantes, non alit humanitatem. Hi etiā diaboli figmenta à meritò dici possunt, non vt ab eo creati, sed vt ab eo malitiam etiam edocti. Victor enim diabolus est non subsistentiū rerum, sed morū: iuxta id quod Iudæis Christus dicebat, Vos ex patre diabolo estis. Hæc locutus Theologus, atq; his nominibus hæreticos infectatus velut aperta fronte atq; in faciem ipsis occurrit, atq; argumentu & interrogationibus fretus eos vrget atq; confundit, ait q;: Siccine ob beneficium in te collatum Christum meum criminaris? Incarnatio enim ipsius beneficium nostrum factum est. At ipsi in Scripturis inuenītes, quòd creatus fuerit, iuxta illud, Dominus creauit me. item, quòd seruum vocatus sit, Dicne ferunt es multis, cæteraq; id genus, quæ de humanitate dicuntur, eaq; ad vnigeniti diuinitatem referentes, ignominiæ eum notabant, à Patris natura separantes, atq; in creaturarum ordinē redigentes, sicq; beneficium in crimen conuertebāt. Hoccine igitur, inquit, Deo extenuationis causa obijcis? Posteà beneficiū in species suas diuidit, atq; interim Euangelicam illam centum ouium parabolam exponit. Ac per ouē quidem,*

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Eccle. 24.

Philip. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem, quæ à centenario grege abscessit, & aberrauit, naturam nostram intelligit: per pastorem autem ipse
Ioan.10. Christum: sic enim se ipse nominat, Ego sum pastor bonus. Is ad nos, hoc est ad oberrantem ouem venit, &
Ose.4. in montibus & collibus inuenit, in quibus sacrificabamus, iuxta Oseam & Esaiam. Nam apud idolorum cul-
Esa.65. tores in more positum erat, sacrificia in montibus, umbrosisq; arboribus conficere. Inuentam igitur pastor
Ioan.19. nostram naturam minimè neglexit, sed perinsigni honore complexus est. Ijsdem enim humeris eā sustu-
quibus & crucis lignum tulit. Baiulans enim crucē suam egressus est, priusq; ad eam gestandam adactus
Esa.9. isset Simon, quemadmodum & Esaias de ipso vaticinatus fuerat dicens, Cuius principatus super humerum
eius. Acceptam autem nostram naturam ad supernam vitam, à qua excideramus, reduxit, atq; angelis ac-
gregauit, qui in bono constantes manent. Illi enim per nonaginta nouem oues designantur, quibus non
pastor ad vnam errantem venit, vt eam inueniret, ac cum his, quæ à grege non aberrant, coniungeret, quod
etiam fecit.

Luc.5. Quia lucernam, hoc est carnem suam accendit, & domum euerrit, mundum scilicet
à peccato repurgans, & drachmam, regiam videlicet imaginem fœdis affectibus obrutam conquisiuit, atque angelos amicos suos ob repertam drachmam conuocat, lætisq;
que participes facit, quos incarnationis quoq; mysterijs initiauerat.

NIC. *Centum ouium parabolam proximè apud Lucam sequitur drachmæ parabola. Hæc autem ipsa verba sunt: Si qua mulier habens drachmas decem vnam drachmam perdiderit, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inuenerit drachmam, quam perdiderat? Hic igitur mulier, non secus ac ouis pastor, eius potius loco Christus est: lucerna ipsius caro, pura inquam illa & à peccati sordibus libera, diuinitatis lumine mundum collustrans, eumq; à peccati tenebris repurgans, non secus ac domum quandā multis rimis & quisquilias habentem. Drachma aūt anima, vt regia imagine signata, quæ quidem facile obliterata, obruta & defossa erat, ac postea à Christo quærente inuenta. Atq; hominum simul ac Dei amantes angelos ob eius inuentionem, ac salutem lætitia diffunduntur, quibus etiam primū incarnationis mysterium traditum est, ac nos deinde ab ijs eiusdem cognitione imbuti sumus.*

Quia lucernam præuiam lux illa clarissima sequitur, & vocem Verbum, & pronubum sponsus, Domino populum eximium comparantem, atque ad spiritum per-
quam præpurgantem.

Luc.1. NIC. *Præuius siue præcursor erat Ioannes Baptista, vt ex patrij ipsius prophetia patet, Præibis enim, inquit, ante faciem Domini. Lucerna aūt à Domino ipso appellatus est, his verbis, Ille erat lucerna ardens. Lucernam porrò ipsum vocauit, vt doctrinæ lumen à se non habentem, sed à Spūs sancti gratia, & quasi per-
fulgenti solis iustitiæ lumine obscurandus erat. Vox rursus dicitur non modò propter exaudibilem ipsius per-
Matt.3. dicationem. Ipse enim est iuxta Esaiæ vaticinium, Vox clamantis in deserto: verùm etiam vt Christo præ-
Ibid. cursor, quantùm ad humanitatem, prior, non secus ac vox sermonē antecedit. Pronubus aūt vocatur, vt Chri-
sta ad sponsam, hoc est Ecclesiam viam sternens (Parate enim, inquit, viam Domini) tum etiā vt cōparans
Ioan.3. & concilians ac desponsans Domino Christo populum eximium, hoc est copiosum & excellentem, atq; omnibus aliis ipsius subsistantijs creaturisq; præstantiorem. Christus enim Ecclesiæ sponsus est, per filium ipsi ad-
iuncta. Sic enim Ioannes Baptista loquitur. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus aūt sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Amicum aūt seipsum vocat præcursor. Iam verò ad accipiendum*
Ioan.1. *Spiritum hoīes per aquam præpurgabat Ioannes. Ego enim, inquit, baptizo vos in aqua: ipse aūt baptizabit vos in Spiritu sancto. Præpurgator itaq; Ioannis baptismus erat, ad spiritualem Christi baptismum ducēs, qui & purgandi & perficiendi vim habet.*

Humilitas via exaltationis. Hæccine obijcis Deo? atq; idcirco inferiorem esse censes, quia linteo præcinctus, ad discipulorum pedes abluit, optimamque exaltationis viam ostendit, nimirum humilitatem? quia propter humi depressam animam se deijcit, vt peccati mole deorsum vergentem secum attollat. Quin illud quoque obijcis ac reprehendis, quòd cum publicanis, & apud publicanos comedit, & publicanos in discipulos conuertit, vt ipse quoque aliquid lucretur, quid tandem? peccatorum salutem. Nisi quis forte eo nomine medicum accuset, quòd ad corporis morbos se demittat, fœtorem quoque perferat, vt sanitatem ægrotis restituat, atque eum etiam, qui humanitatis & commiserationis affectu permotus in foueā seipsum inclinat, vt prolapsum iumentum secundum legis præscriptum seruet.

Ioan.13. Luc.9. 14. 13. NICET. *Suprà numero singulari dicebat, Idne obijcis Deo? de beneficio loquens: illic enim generalis erat oratio. Nunc illud in pluras species diuidens, ait, Haccine obijcis Deo, atque idcirco eum Patre inferiorem ac minorem existimas, quia discipulorum pedes abluit, vt tu per humilitatem extolli discis? Quin etiam inquit, omnium primus esse cupit, sit omnium extremus. Et, Qui se humiliat, exaltabitur. Declinat ad mulierem apud Lucam scriptum est, quòd Christus mulierem spiritum infirmitatis habentem, ac deorsum obtractam & inclinatam, nec caput erigere valentem, curauerit. Hanc mulierem per allegoriā theologi humanam*

humanam animam esse dicit prægrauitate peccati deorsum vrgentem ac depressam. Quin tu illud quoque, inquit, reprehendis, quemadmodum Pharisæi, quòd conuictores habere publicanos non recusat, quòd apud publicanos diuersatur, nec eorum exceptionem mensamq; fastidit, quòd præterea ab exigendorum vectigalium munere ad discipulatum quosdam traducit, veluti Matthæum: vt quoniam lucri studiosi sunt publicani, seruator quoq; ipse salutem eorum obiter elucretur, ab eius videlicet doctrina vtilitatem capientium: quemadmodum & medicus ad fœtidos morbos se deijcit, nullusque ipse doloribus, qui medicinam exposcant, affectu ægrotum sanitatem affert, atq; ille etiam, qui iuxta Legis præceptum in foueam incumbit, lapsumq; animal, nequaquam lapsus ipse, extrahit. Quòd si illis mirificam ob hanc causam laudem consequuntur, quid tandem afferri potest, quin multò maiorem nobis admirationem Dominus excitare debeat, qui fœdam nostræ corruptionem sustinuit, atq; ad infimū ipsum tactum descendit, vt hominē affectuum vlceribus scatentē complecteretur, atq; redderet, sursumq; pertraheret, qui tanta calamitate oppressus erat, vt sensum omnem ac rationem pecudis mitior amisisse, adeò vt nec sibi ipsi auxilium ferre, nec medici opem implorare posset, sed rationali quodam, hoc est Christo, opus haberet, qui pro suo erga genus humanū amore & misericordia suopte motu impelleretur.

Missus quidem est, verùm vt homo (nam duplex in eo natura erat) siquidem & fatigatus est, & fame ac siti laborauit, & vehementi angore correptus est, & lachrymas fudit vt lex naturæ fert) Quòd si etiam vt Deus, quid propterea? missionem, Patris beneplacitum interpretare, cui sua quoque ascribit, tum vt principium temporis expers honoret, tum ne Deo aduersari videatur. Quandoquidem vt traditus fuisse dicitur, ita seipsum tradidisse scribitur: atque vt à Patre ad vitam reuocatus, & susceptus fuisse, ita seipsum quoque à morte excitasse, rursusque in cœlum ascendisse prædicatur. Ulla beneplaciti: hæc potestatis. Artue ea quidem, quæ minuunt, atque extenuant, profers: quæ autem efferunt, præteris: atque id quidem expendis, quod passus sit, quod autem voluntarie, non adiungis.

Hæreticorū mos in citādascriptura.

NIC. *Hæretici Christum audientes dicentem, Pater misit me, subdolè ac peruersè colligūt, ex eo quòd missus esset Filius, atq; incarnationis consilia parauisset, enim vt Patre inferiorem missum esse atq; paruisse. Missio enim subiectā atq; inferiorem esse videtur. Hoc igitur, quod blasphemiæ illis erat argumentum, ita breuiter solent Theologi. Quoniam duplicem naturam Christus habebat, nimirum diuinam & humanam, ōes eas voces, quæ de eo sublimiter & magnificè prolatas reperies, diuinitatis esse intelligē: ōes aūt humiles & abiectæ, humanitati ascribe. Quod si de humanitate hanc missionem interpreteris, nullus erit obiectioni locus. Etenim vt homo missus est, & fame & siti afflictus, & fatigatus, & angore correptus est, & lachrymas profudit: sin ad diuinitatem huiusmodi missionem deorseū sic quoq; nihilominus pius scopus constabit.*

Ioan.4. Luc.4.19.

Patrē enim voluntatem missionem esse interpretamur. Volente enim Patre descendit Filius in terram, qui aūt ex cuiuspiam consilio & sententia aliquid facit, ab eo permotus esse videtur. Quod enim quispiam comprobat, hoc, suadere quoq; & hortari censetur. Duplicē aūt ob causam sua recte facta Patri Filius asscribit: alterum, quia Pater Filij principium est (principium aūt quantum ad causam non quantum ad tempus:) alterum, ne Deo aduersari videatur. Demissa enim illa Filij verba non eò tendunt, vt Patre inferior esse videatur, sed vt ipsius cum Patre concordia voluntatisq; consensio declaretur, perinde ac si amicus ab amico missus esse dicatur, non vt inferior, sed vt æqualis, atq; eandem voluntatem habens: aut si manus, quemadmodum filius radium missile dicimus, qui nequaq; diuersa, sed eiusdem cum eo est substantiæ. Quòd aūt de vno atq; eodē Christo alia vt de Deo, alia vt de hoīe dicātur, hinc liquidò patet. Nā est autem Scriptura, quòd Pater eum tradidit, & à mortuis reuocauit, ac suscepit: quæ quidem beneplaciti siue humanitatis significationē habent. At qui etiam reperimus ipsum quoq; seipsum tradidisse, & à mortuis excitasse atq; in cœlum ascendisse. Quibus verbis diuina ipsius potentia declaratur. Verùm hæreticus humiles quidē de Christo voces atque humanitati soli conuenientes ineptè profert, ac sursum, deorsumq; iactat: sublimes aūt diuinamq; ipsius naturam exprimentes silentio præterit, atq; illud quidē excutit, quòd passus sit, non tamen addit, quòd passus sit voluntariè. Age verò testimonia illa producamus, in quibus partim à Patre, partim à seipso & resurrectionem & traditionem & ascensionem Filius habere dicatur. Paulus ad Rom. de Patre scribit, quòd pprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Ad Titum aūt de Filio ita loquitur. Qui tradidit seipsum p nobis, vt redimeret nos ab omni peccato. Et in Epist. ad Galat. Qui dedit seipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos à præsenti seculo neq;. Rursus ad Corinth. de Patre loquens ait: Deus aūt & Dominum suscitauit, & ad Gal. scribens, Per Iesum Christum & Patrem, qui suscitauit eum à mortuis. At in Euangelio ipse Filius de seipso dicit, Soluite templum hoc, & in tribus diebus exeitabo illud. Et rursus, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum accipiendi eam. Iam verò de ascensione in cœlum in Actibus scriptum est. Videntibus discipulis assumptus est, & nubes suscepit eum. At in libro Psalmorū, Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Et in Euangelio, Nemo ascendit in cœlū, nisi is, q̄ de cælo descendit.

Cap.8. Cap.2. Cap.1. 1. Cor. 6. Cap.1. Ioan. 2. 10. Act.1. Psal. 67. Ioan.3.

Proh quā grauia nunc quoque patitur Christus. Ab alijs vt Deus honoratur & con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæretici vincũt dæmones ĩtemperantia.

funditur: ab alijs vt caro contemptui habetur ac separatur. Vtris grauius irascetur? an potius vtris plus condonabit, ijsné qui nefariè contrahunt, an qui scindunt? Nam & illos diuidere, & hos coniungere oportebat: illos inquam numero, hos diuinitate. Impingis ad carnem? & Iudei quoque ad eam impegerunt. Num Samaritanum etiam vocabis? nam quod sequitur, tacebo. Diuinitati fidem abrogas? hoc ne dæmones quidem ipsi fecerunt. Ita & Iudæos ingratitudine, & dæmones incredulitate superas. Illi enim filij appellationem æqualitatis vocem esse censuerunt: hi autem eum, à quo fugabantur, Deum agnouerunt: doloribus nimirum, quos sentiebant fidem ipsis facientibus. At tu nec æqualitatem admittis, nec diuinitatem confiteris. Satius hercle tibi fuerat circumcisum esse, ac dæmonis intemperijs agitari, vt facetè & ridiculè aliquid dicam, quàm præputio & incolumi valetudine tam sceleratè atque impiè sentire.

*NIC. Hæc verba, Proh q̃ grauia nunc quoq; patitur Christus, quiritantis sunt, ac proinde cum admiratione legenda. Indignatur enim atq; ægrè fert Theologus, Filium Dei etiã nunc contumelia affici. Iudæos enim vt Deum honorantes cum Patre confundunt ac contrahunt, vnam atq; eandem esse Patris & Filij & Sp. sancti personam asserentes. Ariani contrà, eum, quia caro factus est, ignominia afficiunt, Patre minorem esse affirmantes, atq; à Patris natura separãtes. Vtris igitur grauius irascetur ille, cui ab vtris contumelia infertur, vt grauius peccantibus? Vel potius, vtris plus condonabit? Nam cùm alij diuinitatem contrahant, alij eandem scindãt (quæ opiniones inter se contrariæ sunt) videri fortasse nonnullis possit, alteros non peccare, atq; ira dignos esse: alteros aũt nullo modo errare, ac propterea indignos esse, quibus irascatur Deus minus, ac pœnas irrogaret. Verum aliter se res habet. Malum enim vtrisq; æquale est, tametsi in contrarijs sententijs reperiatur. Nam & sceleratè Sabelliani contrahunt, & Ariani disiungunt. NÃ & illi numerum non tuidere, ac tres Personas statuere oportebat, & Arianos diuinitate connectere, vnamq; tantum naturam construere Patris & Filij & Sp. sancti. Enimuerò dic mihi, tu qui Arij dogma profiteris, impingis ad carnẽ? Ita est offendis, ac scandalizaris ob incarnationem, ac propter eam Filium Patre minorem existimas. Quid tibi cum Iudaïs commune est, An etiam Samaritanum Christum vocas? nam illi quoq; hoc nomine vtuntur. Iudæorum religionem tenent. Nam quod sequitur tacebo. Quidnam hoc? quòd à dæmone obsideretur. Iudæi enim Iudæi, Samaritanus es tu, & dæmonium habes: quod nũc ob blasphemiæ magnitudinem minime dicam, temq; rectiet Gregorius. At Vnigeniti diuinitati fidem non habes, nec eum Deum esse Patri æqualem? Ne dæmones quidem eò audaciæ proruperunt, vt hoc dicerent. Ita videris & dæmones insuperabiliter superes tu

Universidad de Deusto
Biblioteca

vita iter sectaretur, ac nos in vnum coniunxerunt & constrinxerunt, non secus ac coagulum, si in lac iniicia tur id quod in eo dispersum ac fluidum est, condensat, atq; in vnum solidum corpus compingit & colligit. Coagulum autem est lacteum illud, quod in ficu est, quoq; nonnulli ad condensandum lac vtuntur.

** Lacteum illud, quod in ficu est) Ne tibi mirum videatur, Lector, huiusmodi coaguli genus à Niceta describi, quandoquidem ipse quoq; Plinius cap. 39. lib. 16. Vicui ad figurandos caseus vim esse scribit.*

AT ô Pascha, magnum inquam & sacrosanctum Pascha, totiusque mundi piaculum: te enim quasi vita ꝑditum alloquor, & Verbum Dei, & lux, & vita, & sapientia, & potentia (omnibus enim nominibus tuis oblector) O magnæ illius mentis soboles & progenies ac signaculum. O verbum intellectile, & homo aspectabilis, qui omnia potentiæ tuæ, verbo portas, hanc quæso orationem non vt primitias, sed vt extremam fortasse oblationem nostram accipe, quam tibi duplici nomine offero, tũ vt pro acceptis beneficijs tibi gratias agã, tum vt te supplex rogem ne ad sacras & necessarias curas, in quibus ætatem contriui mus, quicquam afflictionis adijcias, ac corporis in nos tyrannidem (quæ quanta sit vides, Domine, quamque me contrahat) vel sententiam tuam, si quidem à te purgemur, sistas atq; comprimas. Quod si qualem expetimus, vitæ finem habuerimus, atque in cœlestia tabernacula recepti fuerimus, illic quoq; tibi fortasse super altari tuo sancto grata sacrificia offeremus ô Pater, & Verbum, & Spiritus sancte: quia tibi debetur omnis gloria honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

NICETAS. *Hæc verba, O Pascha magnum ad festum ipsum perinde ac vita præditum refert. Illa autem, O Verbum Dei, & quæ deinceps sequuntur, ad Christum spirituale Pascha per acclamationem dirigit. Christus porrò Verbum dicitur, propter generationem passioni expertem. & quia nobis Patrem enunciat. Lux autem, vt splendor animarum, quæ & vita & sermone purgantur. Nam si ignorantia & peccatis tenebræ sunt, scientia certè ac iusta & diuina vita lucis nomen habituræ sunt. Vita insuper vocatur, quia omnis rationalis coagmentatio, atque, (vt hoc verbo vtar) sensitiua. In ipso enim viuimus & mouemur, & sumus. Sapientia autem, vt omnia cognita habens, tam diuina quàm humana. Nam qui res condidit, earum quoq; causas & rationes perspectas habet. Potentia verò, vt conseruator eorum quæ ab eo creata sunt, eamq; illis vim præbens, vt conseruentur ac cohæreant. Rursus mentis soboles vt Verbum concreatum genitore suo, ac citra passionem generatum, perinde ac sermo ex mente. Signaculum autem, vt eorum Patrem in seipso expressum habens, atq; in seipso ostendens, non secus ac signum exemplar suum refert. Imago verò vnus atq; idem Christus vt Verbum ac Deus, ratione intelligitur, non autem cernitur. Natura enim diuina sensum omnem oculorum effugit: vt autem homo, etiam cernitur. Qui iuxta Apostolum omnia portat, & continet alligata & conuicta verbo ac præcepto potentiæ suæ. Nam vt dixit, ita facta sunt: vt dixit, ita manent. Huic orationem suam offert Theologus, quam vult quidem primitias nominare, velut aliis quoque posit eam oblaturus: verùm addubitat atq; ait hanc orationem primitias fortasse non esse, sed finem & complementum. Nam propter senectutem, inquit, haud scio, longiorne mihi vita suppeditura sit, vt alias quoque offerre queam, ficq; earum ratione hæc oratio primitialis nominetur. Enimuerò hanc orationem offero, partim de beneficijs in me collatis gratias agens, partim supplicans, ne præter sacras & necessarias vexas quicquam aruumna patiar. Nam pro illis laborare atque affligi necesse est: nec eas recuso ac detrecto. Tyrannidem autem corporis Gregorius morbum appellat (podagra fortasse erat) quam etiam solui precatur, vt eum vehementer contrahentem, vel potius non morbum, sed Dei sententiam, qua hic morbus ad ipsius purgationem decretus fuerat. Pollicetur autem Theologus, si extremo vitæ die, ita vt expetit, functus fuerit, atq; in æterna tabernacula receptus fuerit, illic quoq; se super altare Dei sacrificia grata oblaturum. Quæ verba ab Esaia mutuatus est, apud quem Deus ita loquitur; Et afferent dona grata ad altare meum. Finis.*

GREG.

GREGORII NAZIANZENI IN NOVAM Dominicam Oratio.

ARGVMENTVM

DEmonstratiui quoque generis est hæc oratio: in qua tamen suasorium quodammodo admixtum est. Admonitionem enim habet, partimq; ad virtutem amplectendam auditorem hortatur, partim à vitio reuocat. Noua porrò Dominica dies hæc vocatur, vel quia resurrectionis nostræ Encænia in ea peraguntur, vel etiam quia octaui illius diei figuram gerit, in quo noua omnia futura sunt. Hanc autem orationem in vrbe quidem Nazianzena scripsit Gregorius, verùm in sancti martyris Mamantis templo vrbi vicino pronunciauit. In quo & tunc & in hunc vsque diem Dominica à Pascha te proxima mira incolarum frequentia conuentus celebrantur. Atque hac de causa hæc oratio, vt ad promiscuam plebeiamq; multitudinem habita, magis ad perspicuitatem & facilitatem attemperata est, plusque suasorij generis habet, quàm demonstratiui.

DE Encænijs honorandis lex vetus est, eaq; præclarè constituta, vel potius de rebus nouis per Encænia honorificè celebrandis, idq; non semel, verùm sæpius, nimirum qualibet anni conuersione eundem diem aduehente: ne alioqui res egregiæ progressu temporis euanescant, atq; obliuionis gurgite obscuratæ atq; obrutæ dilabantur. *Encænia honorãda.*

NIC. *Encænia, cùm de templo agitur, prima ipsius consecratio est, paulò pòst quàm ipsius structuræ manus extrema est imposita. Cùm autem de domo, prima est ipsius inhabitatio. At hoc loco Encænia regeneratio ea est, quã per resurrectionẽ consequimur, atq; ad immortalitatẽ trãsmutatio. Veterem porrò legem cõsuetudinem appellat Theologus. Consuetudo enim lex est non scripta. Legemq; hanc laudat, qua Encænia honorantur, & quidem laudat calculum suum sententiamq; adijciens, quòd hæc lex præclarè constituta sit, qua Encænijs honorem haberi iubet. Quanq; non ipsa Encænia honorantur, sed potiùs res nouæ propter quas Encænia celebramus, per Encænia festaq; anniuersaria honorentur. Idq; non semel duntaxat, sed quotannis fit, nimirum cùm ex temporis conuersione, hoc est reuolutione dies hæc, qua res ea gesta est, redierit. Hac verò de causa sæpius Encænia celebramus, vt præclaræ res memoriæ conditæ seruentur, nec temporis iniuria obliterentur, obliuionisque gurgite obscurata atq; obducta & obruta dilabantur. Κτίσματα autem ea dicuntur propriè, quæ florem amiserunt, & vt nominis etymon indicat, ἃ κῶν πεπωλύκασι, i. quæ effloruerunt.*

Innouãtur quidem ad Deum insulæ, quemadmodum apud Esaiã legimus, quæcunq; tandem illæ insulæ existimandæ sunt, vt quidem ipse opinor, Gentium Ecclesiæ recès constitutæ, atq; ex falsa & amara infidelitate emergentes, fixamque sedem accipientes Deo calcabilem. *Insulæ gentium Ecclesias designant. Cap. 41.*

NIC. *A Scriptura sacra Encæniorum testimonia producit. Ac primùm Esaiam profert, per quem Deus italoquitur, Innouamini ad me insulæ. Quo loco per insulas Gentium assumptio significatur, quæ ex falsa & amara infidelitate emergentes calcabilem & stabilem in Christo sedem accipiunt. Innouamini igitur insulæ, inquit, hoc est vt ablatam ex errore & peccato contractam à cordibus vestris profligate, ac per pœnitentiam & fidem innouamini.*

Innouatur etiam apud alium Prophetam murus æneus, hoc est, ni fallor, anima firma & aurea, recensq; ad pietatem fixa atq; compacta. *Murus æneus. Cap. 1. Cap. 16.*

NICET. *Murus quidem æneus apud Hieremiam reperitur. Ecce enim, inquit, posui te vt ciuitatem munitam, & vt murum æneum. Murus autem innouatus simpliciter, ac non æneus apud Esaiã legitur, cùm ait, Venter meus super Moab, vt cithara sonabit, & præcordia mea quasi murus, quem innouasti. Videtur itaq; Theologus æneum quidem à Hieremia, innouationem autẽ ab Esaia sumpsisse. Ac fortasse minus admirandum videtur Theologus, cùm muri innouationem ad alium Prophetam retulerit, ac nõ ad Esaiam, apud quem ea reperitur. Enimuerò Prophetæ dictum explicans per murum animam significari dicit, quæ dum ad-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem & firma est (nam huiusmodi murus est) aurea aūt, quia æris quoq; forma auri colorem refert, rectè aūt ad pietatem compacta, ppter innouationē. Dedicantur enim quæ noua sunt ac rectè fixa & cōstituta. Fortasse etiam dici potest, hac ratione adductum fuisse Gregorium, vt murum æneum intelligeret, etiāsi hoc ad verbum expressum apud Prophetā non inuenerit, quoniam dixit Esaias, Sonabūt præcordia mea quasi murus, τὰ ἔγκατα aūt de ære dicitur. Porrò Esaias se Moabitarum clades & calamitates expositurum profitetur, cithara videlicet atq; organum Sp. sancti factus, ab eoq; innouatus & afflatus, atq; & ventrem & intestina, hoc est cogitationes & intelligendi facultatē instar muri cuiusdam inexpugnabilis habere se dicit ne videlicet ad eam cogitationes malæ vllo modo irrepere possint * Apud aliū prophetā. Duplici de causa Propheta nomen silentio præsum esse arbitror, vel vt lectum quidem à scriptore, cæterùm prudenti consilio tacitū, vt animus noster ad eorum, quæ commemorata sunt, indagationem extimularetur, vel potius, vt prorsus incognitum, qualia & alia verba, quæ similiter vt prophetica circunferuntur, atq; scribuntur, nec tamen vsq; eorum nomina extant, aut contrà extantibus aut horum nominibus, scripta ipsa interciderint. Neq; enim verisimile est, eum, si propheticum hoc nomen cognitum habuisset, illud nos celaturum fuisse.

Hæc in recētiori Niceno codice sunt.

Canticum nouum.

Adhæc canticum nouum Domino canere iubemur, tam qui in Babylonem flagitio famq; confusionem à peccato pertracti, ac deinde Hierusalem incolumes reuersi sumus, atq; illic quidem vt in terra aliena, canticum diuinum canere nequibamus, hic aūt nouam cantionem, vitæq; rationē auspicamur: q̄ qui in virtute perstamus, nouosq; subinde in ea progressus facimus, innouatoriscq; Spiritus ope atq; auxilio, laudabilibus rebus vitæq; officijs, partim iam perfuncti sumus, partim perfungimur.

NIC. *Dauid 149. Psal. ait, Cantate Domino canticum nouum. Est autem canticum nouum, si historiam spectes, præclarus ille & insignis cātus, qui ob prosperum quendam successum ac victoriam cantur: si aūt allegoricū sensum quæras, nouæ testamenti cantio. Tum enim noua omnia facta sunt, & creatura noua, & nouus homo, & vita noua, & noua mandata, & noua gratia, & nouæ pollicitationes, & noua Sacramenta, & noua præcepta. Atq; eo nomine nouum Testamentum dicitur, non solùm à tempore, sed etiam à natura eorum rerum, quæ in eo contigerunt, quandoquidē oīa innouata sunt, atq; in primis homo, propter quem oīa extiterunt. Et quidē iuxta historiam, quoniā ex Hebræis alij captiui Babylonem abducti sunt, ac rursus salui & incolumes Hierosolymā redierūt, alij Hierosolymis manserunt: vtrosq; Dauid ad nouū canticū decantandum cohortatur, alios quòd in patrijs sedib' māserint, alios quòd in patriam reuersi sint. At iuxta anagogicum sensum, Babylon est confusio, & mentis obscuratio à turbidis animi motibus ac perturbationib. nascēs. Babylō enim cōfusionē sonat. Hierusalem aūt est trāquillus & pacatus aīæ status, atq; ab affectū tumultu, ac strepitu liber. Hierusalem enim, si interpreteris, pacis visionē significat. Quemadmodū igitur tunc fas non erat Iudæis diuinos cantus in barbara terra cantare, tametsi illis instrumenta non deessent, verùm dicebāt,*

Psal. 136. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? sic nec nobis, etiam si os ac linguam, quæ fremitū ingana sunt, habeamus, fas est libertate loquendi vti. i. fidenter ac liberè ipsius auxilium quærere atq; implorare, quandiu peccato quo nulli barbari acerbiores tyranni sunt, seruierimus, atq; in alia republica fuerimus. Os enim nobis Propheta obstruit dicens, Peccatori aūt dixit Deus, Quare tu enarras iustitiæ meas, & assumis testamentum meū per os tuum? Posteaq̄ aūt ex spirituali captiuitate per pœnitentiā quasi postliminio redierimus, nouamq; rursus vitæ rationē & administrationem inierimus, tum demū ob hanc nouam vitam, nouum quoq; cantum cōcinemus. Quinetiam illi, qui spiritualem captiuitatem nequaq̄ pertulerūt, sed in virtute tanq̄ in patria manserunt, ac proficiendo nouos subinde virtutis progressus faciunt, nouum quoq; canticum Deo concinunt.*

Tabernaculum. Tum etiam testimonij tabernaculum innouatur, & quidem magnificis sumptibus, illud inquam, quod Deus ostendit, & Moses fixit, & Beseleel absoluit,

Cap. 7. NIC. *Scriptum est in libro Numerorum: Postq̄ Moses arcā erexit, obtulerunt duodecim principes, hoc est tribuū præfecti ad altaris dedicationem munera sua, attulerunt acetabula argentea, & phialas argenteas, & thuribula aurea & animalia ad holocaustum. Hanc porrò testimonij arcam Mosi compingendam*

Exod. 26. *mandauit Deus: Facies enim, inquit, iuxta oīa quæcunq; tibi in monte ostendo, hoc est iuxta exemplar arcæ, quod tibi ego ostendo &c. Beseleel aūt ex tribu Iuda ortus, quem Deus spiritu sapientiæ implerū architecti munere fungi iussit, eam absoluit, Mose eius formam præscribente iuxta exemplar ipsi à Deo in monte ostensum. At Moses ipse eam statuit, quemadmodum de his omnibus in Exodi libro fusissimè scriptum est testimonij porrò arca dicta est, vel quia capsam, in qua & Testamenti tabulæ, & amphora ipsius manna concludebantur, ad eorum, quæ tum gesta ac lege sancita fuerant, testimoniū confirmationemq̄; claussam haberet: vel quia in ipsa Dominus conspiciendum se præbens, Mosi rerum agendarum vel non agendarū oracula & cōtestationes edebat, à quibus nomē accepit. Cōtestare, inquit, id est, præcipe populo huic. Veteriā à lege ita nuncupabatur, quæ etiam ipsa testimonium dicitur iuxta illud, Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.*

Exod. 19.

Psal. 92. *Huius arcæ Encænia primumq̄; vsum, ad quem magnificè & multis sumptibus extructa fuerat, Moses celebrauit. Caterùm arca quoq; testimonij dici possit illud mysticum Dei consilium de Verbi incarnatione, quod*

Deus Pater bona voluntate comprobans ostendit, & Sp. sanctus, cuius figuram gerit sapiens Beseleel, operatione sua perficit, ac spiritualis Moses Christus opificiū ritu per se effecit, humanam videlicet naturā in seipso compingens per hypostaticam vnionem. Arca postremò rerum oīum creationem designare queat, quā Pater vt mens cogitauit, Filius vt Verbum condidit, ac deniq; Sp. sanctus omnibus numeris absoluit.

Iam regnum quoq; Dauidi innouatum est, neq; id semel, sed prius cùm vngeretur, posterius cùm Rex salutaretur.

NIC. *Prius Dauid à Samuele in Bethleem vnctus est, vt habetur 1. Reg. Deinde extincto Saule in Hebron rex salutatus est, vt testatur secundus liber. Tertiò post interitum Memphiboseth ab vniuersis tribubus. Ergo & cùm post vnctionem regnum ipsi nouaretur, festum celebrauit: & rursus cùm per vniuersæ plebis salutationem ipsi principatus innouaretur, diem illum lætitia & solennitate prosecutus est, regni administrationem capessens. Iuxta allegoriam autem spiritualis Dauid Christus est, verus inquam ille rex noui Israëlis ac videntis Deum, vt ex genere Dauid secundum carnem oriundus. Hic in primo suo aduentu quantum ad humanitatem vnctus est: at in secundo & illustri aduentu vt Deus & Dominus omniscq; creaturæ rex & creator, proclamabitur, vel etiam proclamatus est, data scilicet, ei vt homini, omni potestate in cœlo & in terra.* *Cap. 5.* *Matt. 28.*

Porrò ipsius regnum, si quidem priorem vnctionem spectemus, in conceptionis ipsius vel natiuitatis festo inuenitur: si autem secundam proclamationem, in festo celebri Resurrectionis.

Facta sunt etiam Encænia Hierosolymis, & hyems erat, nimirum infidelitatis, Iesuscq; aderat, Deus & templum, Deus inquam tempore omni antiquior, & templum nouum vno eodemq; die solutum, ac tertio pòst die excitatum, atq; in sæcula manens, vt ipse salutem consequar, atq; à veteri lapsu erigar, ac per huiusmodi beneficium instauratus noua creatura efficiar. *Hyems infidelitatis.*

NIC. *Encænia hoc loco intelligit, non prioris illius structuræ templi, quæ regnante Solomone facta est, sed posterioris illius, quæ reditum Iudæorum ex Babylonica captiuitate secuta est. Cùm igitur Encænia illa celebrarent Israëlitæ, non modò hyems erat naturalis ac sensibilis, quemadmodum cōmemorat Ioannes, sed etiā spiritualis, nempe perfidiæ & incredulitatis, vt Gregorius noster exponit. Aderat aūt & Iesus qui tempus* *Ioan. 10.*

quidem omne præcedit vt Deus, recens aūt & nouus est, vt templum & homo: templum inquam, de quo Seruator ipse dixit, Soluite templum hoc, & in tribus diebus illud excitabo. Corporis enim templum vno eodē- *Ioan. 2.*

que die (passionis scilicet) solutum est, ac tertio pòst die excitatum: nec iam moritur, sed vt Danielis verbis vtar, manet in sæcula. Et quidem mortem subijt Christus, vt mihi, hoc est omnibus salutem afferat. Surrexit autem, vt me à veteri lapsu erigat, atq; ex veteri nouum inſtauratum faciat.

Quin egregius quoq; Dauid cor mundum in se creari ac Spiritum rectū in viscerib' innouari postulat. non q̄ non habeat (quis enim habere possit, si tātus vir eo careat) sed q̄ pro nouo id ducat, quod nunc quotidie accrescit. *Psal. 50.*

NIC. *Intelligendi vis & facultas à Dauide cor vocatur: intellectus autem agitationes viscerum nomine appellantur. Ac facultatis intellectricis puritatem & spiritus innouationem in cogitationibus petit, nō vt nam habens, sed vt exoptans recentius quiddam quotidie sibi accedere. Innouatio quippe nouum profectum quotidie nascentem accessionemq̄; significat.*

Sed quid mihi plura Encænia colligere necesse est, cùm præsentia declarare promptum sit, eaq; quæ hodierno die, vitæ post mortem adiuncti celebramus? Encænia, Encænia, solennitas nostra est, fratres. Identidem enim hoc verbum præ voluptate repeto. Quænam aūt hæc sint, qui scitis, docete: qui nescitis, innouatas aures afferte. *Solennitas Encæniorū.*

NIC. *Quid, inquit, plura Encænia commemorare necesse est, cùm possim Encænia hæc docere quæ nunc p̄ter salutem nostram celebramus, vt qui non solùm duplicem mortem fugerimus, alteram nimirum corruptionis & interitus. alteram peccati in Christo sublatam & extinctam: sed etiam duplici vitæ nobis in Christo parta adiuncti fuerimus, nempe & immortali illi atq; in spe positæ, & ei, quæ in peccati oppressione sita est. Christus enim mortuus est & resurrexit, vt nos peccato moriamur, atq; in nouitate vitæ ambulemus.* *Rom. 6.*

Qd' autem Encæniorum nomen secundo repetitū est, causam ab ipso Theologo adnexam habet. Nam ea quæ voluptatis sensu animos nostros afficiunt, identidem præ gaudio repetimus, nondum tamen quidquid volumus, expressisse nobis videmur. Innouatas aures afferte. Innouatur enim auris, in quam noui aliquid insonat, & quæ audit, quæ nunq̄ antea audiuerat.

Lumen vnum, & inaccessum, successionisq; minimè obnoxium Deus, nec principium habens nec finem habiturus, nec in dimētionem cadens, perpetuo fulgore rutilās, trino splendore micans, atque eiusmodi, vt paucis, immò ne paucis quidem, perspicua fit ipsius magnitudo. Secunda autem lumina primique luminis velut radij copiæ illæ ipsum circunstantes, atque administri Spiritus. At nostrum lumen non modò posterius ortum habuit, sed etiam nocte scinditur, noctemq; vicissim æquis partibus secat, oculis commissum, ac per aerem fusum, atque id quod dat, accipiens. Nam oculis *Deus lumē primum.* *Angeli secundum lumen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cernendi facultatem præbet,& primum ab oculis cernitur,rebusq; ijs,quæ aſpectu ſentiuntur,circunfuſum libertatem aſſert.

NIC. *Profeßus Theologus ſe nobis traditurum,quidnam ſint Encænia,quæ à nobis celebrantur, nm ſa tim promiſit ſidem explet, ſed altius à Theologia & naturali philoſophia orſus, ac deinde ad humanam à Chriſto aßumptæ cõſilium deſcendens ita demum de Encæniis pertractat. Ac de diuinitate quidem faciens lumen Deum nominat, & lumen vnum(vna enim,quamuis in tribus perſonis eſt diuinitas) atq; inacceßibile,quod quidem plus eſt quàm imperceptibile.Inacceßibile enim hoc dicitur,ad quod ne accedi quiſquam poteſt,nedum comprehẽdere. Atq; etiam ſucceßionis expers eſſe diuinitatis lumen aſſe mat,ad ſolaris luminis differentiam,cui nox ſuccedit.Iam nec principium nec finem habere,ſed omnia ſura ac circunſcriptione ſublimius eße docet.Adhæc perpetuò fulgidum vocat,vt ſucceßioni minimè obnoxium ſemperq; lucens,atque adeò trifulgidum,vtpote in tribus perſonis rutilans.Cumq; dixiſſet, lumen lud quantum eſt,à paucis peruideri & ſpectari poße, confeſtim hoc dictum vt veritati abſonum arguens, ſeq; corrigens exactè aperteq; dixit immò ne paucis quidem,atque ita huiuſmodi lumen nulla modo compreheudiq; poße declarauit.Deus igitur princeps lumen eſt,fonsq; luminum. Secunda autem lumina*

Heb.1. *ab eo lumen accipientia,cælicæ copiæ ſunt Deum circunſtantes,&,vt Hebræis Paulus ſcribens ait, adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſi,propter eos qui ſalutem hæreditate acceptari ſunt. At noſtrum hoc lumen nec principio nec ſucceßione caret,vt diuinum,ſed & angelico lumine poſterius creatum ac temporarium eſt. hoc inquam materia conſtans & mundanum lumen in aſpectumq; cadens. Nanq; & ipſum interſcinditur,& noctem rurſus æquis portionibus interſecat,nonnunquam enim eam magnitudine ſuperans,nonnunquam ab ea ſuperatur,quantumq; ipſi auſert,tantum vicißim ab eo extorquetur,nunc quidem maximo die breuißimæ nocti,nunc contrà maximæ nocti breuißimo diei ſuccedente: adeò vt nec hæc numero nec ſpatio & interuallo alterum ab altero ſuperetur,ſed pacata & tranquilla æmulatione inter ſe certent,ac maximus dies maximæ nocti,breuißimus breuißimæ reſpondeat.Hoc itaq; lumẽ in aëre ſublime expanſum eſt,quem natura ſua caliginoſum ac totum in ſe compactum atq; cõmixtum illuſtrauit.Aſpectui autem oculisq; commißum ac donatum eſt.Si quidem aſpectu remoto inane ac ſuperuacaneum lumen futurum eſt. Id quod dat accipit. Oculis enim vim cernendi aſſert, primumq; ab oculis conſtituit, quemadmodum Dion Pruſenſis eruditè ſcripſit.Neq; enim res oculis ſubiectas ſublato lumine aßectus luis intuetur,ſed lumen oculos circunluſtrat,primumq; in oculos incurrit,ac deinde ipſius opera alia res in conſpectum cadunt.Circunfuſum enim iis rebus,quæ aſpectu ſentiuntur,libertatem illo perficiens temq; donat.i.efficit,vt appareant atq; cernantur.Vel etiam libertatem aſſert,vt vnuſquiſq; propriam munericq; incumbat. Nocte enim ac tenebris dominantibus omnes ab actione conquieſcunt,nec quicquam domo efferre libere audent.*

Nam cùm Deus hunc mundum, hunc ex viſibilibus & inuiſibilibus rebus conſtantem mundum,hunc inq; magnum & admirabilem maieſtatis ſuę præconem ſingere ac conſtruere voluiſſet,æternis quidem nullum aliud lumen quàm ſeipſum præbuit. (Quid enim ſecundo lumine opus ijs erat,qui maximum habebant?) inferioribus autem atq; humanis primam huius luminis vim protulit: (Conueniebat quippe magno lumini, opificium ſuum à lumine auſpicari) quo tenebras ſoluit ac depulit,vaſtamque illam rerum congeriem & confuſionem omnia occupantem.

Lux primo die procreata.

Nec verò id organicum à principio, nec, mea quidem ſententia,ſolare protulit, verùm incorporeum & ſolis expers: ſed poſtea ad orbem terrarum illuſtrandum ſoli traditum eſt. Nam cùm in cæteris rebus hanc creandi rationem tenuiſſet, vt materiam prius conderet, ac deinde eã forma coueſtiret ordine videlicet ac figura magnitudineq; vnicuiq; rei impoſita: hîc, vt maioris cuiuſdam miraculi ſpectamen ederet,formam materia priorem ſuſtulit:(forma enim ſolis lumen eſt)ſuperq; eã materiam induxit, ſolem hanc nimirum,diei oculum,fabricatus. Ita procerum,diei oculum,fabricatus. Ita procerum,diei oculum,fabricatus. Ita procer

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm ad imaginem Dei factus, man uq; diuina efficiꝰ fuerit, minimè mirandum est. Nam cùm eorũ, quæ
væ amplexu continentur, regnum ac principatum habiturus esset, adornãdum prius erat palatium, ac
animantia, quibus præesse debebat, procreanda, atq; ita demum ipse omnibus iam suis satellitibus stipatus,
introducendus erat, vt mundũ ingressus paupertate atq; inopia minimè laboraret, sed diuitys statim op-
pijs afflueret.

Qualis fuisset homo si non peccasset.

Quòd si quales eramus permansissemus, præceptoque paruissemus, effecti vtiq; sem-
semus, quales non eramus, atque ad lignum vitæ post scientiæ lignum accessissemus
mortalitateque accepta Deo propiùs adiuncti fuissemus. Quoniam autem inuidi dia-
boli mors in mundum intrauit, hominemque per fraudem illexit ac circumuenit, ip-
circò passione nostra patitur Deus, nimirum homo factus, eoque paupertatis fece-
ijcit, vt in carnem crassescat, vt nos eius paupertate ditescamus. Hinc mors & sepul-
ra & resurrectio. Hinc noua creatura & solennitas solennitatem sequens atque ex-
cipiens, ac rursus ego festi causa declamaturus prodeo, salutis meæ Encæniis celebro-

NIC. *Homo nec actu mortalis nec immortalis creatus est, verum medius inter Deum & materiam, ſ
ſtitus in ea causa erat, vt si præcepto diuino paruisset, Deo vniretur, atq; in immortalitatem asseueraret
tem legem infregisset, mortiobnoxius efficeretur, ac pro impassibili passibilis, pro immortali mortalis, fi
Quod etiam hoc loco Theologus indicat, cùm ait, Si quales eramus, permansissemus, hoc est pura, fuisſemus, ad
quod non eramus, hoc est immortales, nimirum ad immortalis vitæ lignum præterito scientiæ ligno admi
tes. Quænam autem plantæ illæ fuerint, satis copiosè in superioris orationis commentario à nobis explicatũ
est. Postq; aũt iuxta id, quod in libro Sapientiæ habetur, Inuidia diaboli mors in mundum intrauit, atq; per
fraudem hominem surripuit, idcirco Deus homo fit, eoq; paupertatis venit, vt in carnem compingeretur atq;
crassescat, vt nos, iuxta Apostolum, eius paupertate ditescamus. Ac patitur, nõ quatenus Deus, sed natura
sione. i. quatenus homo. Nostrum enim est atq; humanum sic pati. Porrò quemadmodum ab ipsa
passio, ita à passione mors fluxit: tum resurrectio, à qua noua creatura. i. naturæ nostræ recreatio profe
ratio primæ generationis lapsum & confractionem sanans & erigens. Atq; ob hanc causam post solem Ve
schæ festũ etiam Encæniorum omnes celebramus: ac rursus ego declamaturus prodeo Encæniorum nostræ
tione, salutis meæ festum agens.*

Dominica prima.

Quid igitur, dixerit, quispiam, nónne prima Dominica Encænium erat, ea inquam,
quæ sacrosanctam illam noctem facularumque lumen excepit? Quid igitur hodiernæ
dominicæ hoc tribuis, ô festorum amator, & permultas oblectationes communicanti
Respondeo. Illa salutifera erat, hæc salutis natale: illa sepulturæ & resurrectionis
nium erat: hæc secundæ omninò regenerationis est: vt quemadmodum prima
principium à Dominica die accepit (id quod ex eo perspicuè liquet, quòd septimus
ea dies sabbatũ efficitur, nimirum cessationem ab operibus afferens) sic etiam rursus
cunda ab eadem dominica incipiat, vt quæ prima sit earum, quæ ipsam sequuntur, atq;

Noua Dominica sublimior sublimi. Psalm. 83.

octaua ab ijs diebus, qui antè fluxerunt, sublimi vtiq; sublimior, & admirabili admira-
bilior. Ad supernæ siquidem vitæ statum spectat: Quam etiam mihi præclaris Salomõs
designasse videtur, cùm præscriberet, vt partem septem daremus, id est huic vitæ, atq;
etiã octo, hoc est futuro æuo. Id porrò fiet, si & hîc præclaris actionibus incubuerimus,
& in altero sæculo velut in integrum restituti fuerimus. Quin magnus etiam ille Da-
uid eidem diei Psalmos de octonario accinere videtur, quemadmodum & huic Encæ-
niorum diei Psalmum alium nuncupat, Innouationem quandam dedicationemq; eo-
mus nominans. Quæ quidem domus ipsi sumus, qui Dei templum & esse & dici atq;
deò fieri digni habiti sumus.

NIC. *Cùm Dominicam hanc Encænium vocasset, per antypophoram quempiam inducit ſciſſitantem,
Quid ais? An Dominica prima Encænium non erat, illa inquam, quæ magni Sabbati noctem, ſalutiferam
num gestationem, quæ tum celebratur, excepit? Quid igitur hîc secundæ Dominicæ Encæniorum nomen ei
bus? Hanc obiectionem ita soluit, quòd illa Resurrectionis Dominica salutifera erat. In ipſa enim ſalutem e
secuti sumus, nimirum eius beneficio ex morte & corruptione ad vitam immortalem & incorruptam
ternam immutati: hæc autem noua Dominica natale est illius & commemoratio. Illa enim resurrectionis
hæc autem resurrectionis illius festum & Encænium. Et quemadmodum natalicij dies cùm celebrantur, non
rum qui progignuntur, commemorationem habent, annuo videlicet circulo procreationis ipſorum. Dominica
nehente: sic etiam noua hæc Dominica, quam septenarius dierum circuitus efficit suæ restituit, prima Domi
nicæ natale dicitur, quòd illius sit festum & commemoratio. Atq; adeò prima illa Dominica velut vitæ
nium quoddam est funeris, ac sepulturæ, quæ in magno Sabbato celebratur, & resurrectionis, quæ proindè, vt ea
sa Dominica contigit, sepulturæ quidem finem, resurrectionis autem principium habeat. Ac proindè, vt in
medio posita mœstitiæ ac voluptatis vtriq; particeps est: at hæc noua Dominica non tam confinium ipſa*

triste aliquid secum afferat, sed planè regenerationis & resurrectionis est, vt quemadmodum prima creatio
à Dominico die cœpit (id autem ex eo liquidissimè constat, quòd in mundi creatione à Dominico die septimus
dies Sabbatum numeratur, quo Deus, ab operibus suis conquieuit) sic etiam secunda creatio ab eodem die
principium accipiat. Atq; illud etiam tibi animaduertendum est, nouam hanc Dominicam præterq; quòd
eadem prærogatiuas habet, quas prima Dominica, alia priuilegia insuper habere, quibus illa caret. Nam vt
illa prioris creationis prima est: ita hæc quoq; secunda, hoc est noua. Ad hæc vtraq; prima est earum, quæ po-
stea sequuntur; at hoc eximium habet noua Dominica, quòd etiam octaua dies est ab ijs, quæ eam præcesse-
runt. Quare si quis nouam Dominicam cum Resurrectionis Dominica conferre voluerit, sublimiorem hanc
admirabiliorem q; esse affirmabit, vt quæ spiritualis materiaq; expertis Dominicæ quasi præludium sit, bea-
taq; vitæ primitias, hoc est secundæ creationis, quæ resurrectionem consequetur, vel nouæ conuersationis ra-
tionisq; vitæ, quæ in octauo nullisq; successioni obnoxio sæculo futura est. Hoc loco nonnulli obiectionem mo-
uent dicentes, Quid tandem Theologus, cùm Resurrectionis Dominicam festis omnibus superiorem esse dixe
rit, nunc rursus diei Resurrectionis Encæniorum diem anteponit, ac quodammodo secum pugnat? Ad huius
obiectionis dilutionem ea afferre licet, quæ in hac eadem oratione paulò inferius ait, Nec verò hæc eò à me di
cuntur, quòd eo eodem semper statu manere velim, sed vt perpetuo ac laudabili motu ac noua omninò crea-
tura sis. Quemadmodum igitur eum, qui innouatur, seipso sublimiorem ac diuiniorem fieri perspicimus, vir-
tutũ nimirum progressibus, incrementiq; fulgescentem: sic etiam omnes nostra causa excogitatos, solennes
dies seipsis sublimiores in nobis fieri credendum est, cum mysterium quod per eos designatur, vim suam facul
tatemq; numeris omnibus absolutam in nobis edit. Quocirca non abs re nouam Dominicam sublimi sublimiorem Theologus dixit, quòd semper eadem dies nobiscum sit, seseq; superes. Prima enim Dominica mysterio suo hoc solum nobis affert, vt vitam ab omni crassa & terrestri imaginatione purget: at noua Dominicæ beneficio hoc consequimur, vt bonis omnibus, quorum prior Dominica velut primitias quasdam attulerat, perfruamur. Ad hæc prima Dominica resurrectionis illius, qua certo animi proposito & voluntate ad virtutem excitamur, figuram gerit: secunda autem voluntarij habitus ad perfectionis scientiam figuram elt. Adde, quòd illa futuram resurrectionem designat: hæc ipsam diuinitatis acceptionem. Quare optimo iure sublimi primâ Dominicâ sublimior noua dicta est: quandoquidem & deificatio incorruptione & bonorum perce prio habitudine à malis liberata, & cœlestis atq; sempiternus status præsentis vitæ statu & conditione sublimior est ac præstantior. Quod etiam ipsum Solomon innuit, cùm ait, Da partem septem atq; etiam octo, se
ptem quidem hanc vitam nominãs, vt quæ eadem cum septenario numero mensura sint: octo aũt futurã, Eccl. 11.
Isporrò suam vtriq; vitæ partem dat, qui hîc quidem bonis actionibus atq; operibus incubuit, in altero aũt sæculo restitutus est, hoc est in cœlestium bonorum perceptione constitutus. Atq; etiam Dauid huic duos Psalmos accinere videtur, sextum & vndecimum, quibus titulum indidit, De octaua, quemadmodum & huic Encæniorum dei centesimum nonum dicat, Innouationem domus inscribens. Nos autem huiusmodi domus summ, quibus id honoris habitum est, vt templum Dei & simus, & nominemur, & efficiamur. Deus enim per Hieremiam quodam loco ita loquitur, Inhabitabo in illis & inambulabo. Paulus quoq; ad Corinthios ad hunc modum scribit, Templum Dei viuentis estis. Et rursus, An nescitis, quòd templum Dei estis, & Spiritus Dei inhabitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. En quomodo apud Hieremiam domus Dei, apud Apostolum templum Dei nominamur. Is porrò templum Dei violare dicitur, qui obscœnis ac meretricijs congressibus carnem inquinat, ac cœno inuoluit. 2. Cor. 6. 1. Cor. 3.

* *Crassa & terrestris imaginatio mentis circa vanas huiusce vitæ iucunditates, miserè palantis distracti onem significat, à qua resurrectionis Christi beneficio nos prima dominica vindicat. Billius.*

Encæniorum rationem habetis. Restat vt ipsi innouemini, atque abiecto veteri ho
mine in nouitate vitæ rationes vestras instituatis, omnibus rebus, ex quibus mors ori-
tur, frenum inijcientes, omnia membra coercentes, omnem flagitiosam ligni mandu-
cationem exhorrescentes aut etiãcuomentes, atq; ob id solùm vetera memoria recolẽ-
tes, vt ea fugiatis. *Encænia celebrantes nouum hominem induant.*

NIC. *Encæniorum rationem atq; explicationem didicistis. Reliquum est, vt innouemini, atq;, vt Apo-
stolus loquitur veterem hominem, hoc est peccatum, quod senium nobis & vetustatem importauit, abijcia-
tis, atq;, vt idem Apostolus admonet, in nouitate vitæ ambuletis ac versemini, hoc est cum virtute, quæ alu-
mnos suos innouat, ac iuuenes efficit, viuatis. Id autem assequemini, si continentiam velut frenum omnibus
sensuum instrumentis iniecerit is (ex quibus animæ mors oritur, iuxta id quod ait Hieremias, ascendit mors
per fenestras: si non hoc aut illud membrum, sed omnia ita rexeritis, vt vnũquodq; regi atq; in officio con-
tineri castigarique natura comparatum est: si deniq; vitiosam omnem ligni veteris manducationem execre-
mini (per lignum enim voluptas interdicta significatur) ac veteralia, ex quibus transgressio nobis orta est,
contrarius q; sensuum vsus, in hoc solùm recordemini, vt ea fugiatis, ne per horum obliuionem in eadem rur
sus incidatis. Alioqui enim, nec ea memoria recolenda sunt, nisi eò hanc vnam causam, vt ea vitemus, quæ* Col. 3. Rom. 6. Cap. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis condemnationem attulerunt.

Pulcher erat ad aspectum, & bonus ad esum fructus ille qui mihi mortem intulit: proinde colorum nitorem fugiamus, ad nos ipsos oculos conuertamus. Caue ne te pulchræ atque eximiæ formæ cupiditas superet, ac ne ad leuem quidem, si fieri potest, sortuitumque aspectum palpebræ te transuersum agant, quod quidem assequeris, si Euam tibi animo proposueris, dulcem illam illecebram, charum venenum. Quonam enim modo aliena atque externa huic saluti erit, quem sua perdidit? Ne dulcescant fauces tuæ, in quas pertrahitur quicquid porrigitur: & quod antequam accipiatur, in precio est, idem acceptum vilescit & contemnitur. Odoratus te emolliuit atque effœminauit odorum suauitates fuge. Tactus ignauum te & languidum reddidit? Læuitati omni ac mollitiei nuntium remitte. Auditus in fraudem te induxit? fraudulentis & curiosis ac superuacaneis sermonibus ostium claude. Verbo Dei os tuum aperi, vt spiritum attrahas, non autem mortem haurias.

Venenum charum.

Instructio sensuum.

Gen. 3.

Cap. 27.

Prou. 31

Psal. 118.

Cap. 9.

A recta doctrina aberrãs, statim adse redeat

NIC. *Hic sensus instruit, a quibus morti aditus patefactus est. Scriptum enim est in lib. Geneseos, Et videbat mulier, quòd lignum bonum esset ad esum, & pulchrum ad intelligendum. Quoniam igitur finxit ille tum visu pulcherrimum, tum perceptu suauissimum nos per primos parentes inescauit atq; interemit, ruborũ nitores posthac fugiamus, visum, qui principem inter sensus locum tenet castigantes, nec ad externa, sed ad nos ipsos oculos flectamus, iuxta illud Deuteronomij præceptum, Attende tibi ipsi, atq; Prouerbiorum authorem Solomonem audiamus dicentem. Ne te superet eximiæ formæ cupiditas, nec vnà cum palpebra in transuersum abripiaris, non solùm ex vano & curioso aspectu, sed si fieri potest, ne ex fortuito quidem atq; obiter sese obijciente, verùm teipsum vel ad leuem vsq; ac neglectum prospectum communi, atq; oculos cum prime. Caterùm propter rei difficultatem additum est, Si fieri potest. Videre porrò, nihil aliud est q̃ simplici ter inspicere. Huic virino; opponuntur curiosè intueri, & neglectim atq; obiter aspicere, velut exactè & defectus. Videndum itaq; tibi ne cum palpebris abripiaris, atq; Eua tibi animo proponenda, quæ quidem dulcis impostura erat ob conspicuam ipsius formam, & incantatio chara, propter illicientem & delinientem voluptatem. Fœmina enim velut esca marem ad se trahit ac veneno inficit, voluptarijsq; gestibus & sermonibus ac rebus quasi quibusdam præstigijs ludificatur, quibus ad acerbissimum animæ interitum & exitium illectus pertrahitur. Nam si illa, quæ propria erat, sociasq; & auxiliatrix data fuerat virum perdidit, quo pacto meretrix & aliena saluti futura est? Occultigitur sic coerceantur in palpebris, non secus atq; in nuptiali thalamo virgineo more versantes, nec procacibus & impudicis motibus aculeum exeant antes. Atq; etiam insuper voluptatem vsq; ad gustus sensum & fauces auersare, ad quæ cibus omnis deuoluitur: & quæ ante perceptionem charum habebatur, idem perceptum vanescit & contemnitur. Quin illud tibi quoq; cauendum est, ne te olfactus effœminet. Turpe enim est & mulierebre atq; à viro alienum vnguentis & odoribus sectari: atq; etiam immodicus huiusmodi rerum vsus falaciores mares atq; ad venerem ipsam gressum proponsiores reddit. Ferunt enim Commodum imperatorem, cùm grassante aliquando pestilentia vsus esset, ex ea re ad libidinem maiores flammas concepisse. Proinde nec per olfactum effœminere, nec per tactum enerueris atq; emolliaris, verùm lautitates omnes & mollities fuge. Tactũ aũt dicit, nõ cum tantùm qui manu fit, sed etiam qui in toto corpore seruatur. Vis enim & facultas tangendi per totam carnem sparsa ac diffusa est, exceptis pilis, ossibus, vnguibus, ac neruis. Hæc enim solũ sensu carent. Quid praterea? Admonitus te in fraudem iniecit ac circumuentum rursus à veritate abduxit, quemadmodum olim primum parentẽs ipse quidem in posterum solutus sit, sed bonis sermonibus pateat: ad turpia autem verba atq; ad fraudem & curiositatem composita obstruatur. Audi Solomonem, atq; os tuum aperi verbo Dei, hoc est cùm vtilem quendam & frugiferum sermonem habiturus es, tùm demum os tuum aperi, vt cum Davide ipse quoq; dicas. Os meum aperui, & attraxi spiritum. Quòd si ad sordida & obscœna verba proferenda os tuum aperueris, tum Spiritum minimè attrahes, sed mortem potius. Nam os nostrum vna ex senestris illis est, per quas cùm nequaq̃ rectè aperiuntur, mortem ascendere Hieremias testatur.*

Si qua res interdicta te solicitet ac titillet, in mentem tibi veniat, quinam primùm fueris, & vnde prolapsus perieris. Si vel tantillum à recta doctrina digressus aberraueris, ad teipsum redi, priusquam penitus ab ea excidas, & in mortem prolabaris, atque ex veteri nouus efficere, animæque Encænium celebra.

NIC. *Docuit Theologus quo modo quinque sensibus vti debeamus: ex quibus visus ad rectas lineas ectonit, olfactus autem & auditus non solùm ad rectam lineam, sed vndecunque propria sibi sensilia arripiunt, nimirum ille odores, hic voces. Verùm tactus, qui omnium animantium communis est & gustus, nec secundùm rectam lineam, nec vndecunque subiecta sibi sensilia cognoscunt: verùm tum solùm cùm propinqua ipsis fuerint. Postquam igitur de his pertractauit, nunc de recordatrice quoq; facultate disserit, quæ memoria & reminiscentia causa & promptuarium est. Organum autem ac sedes illius est posterior tunica cerebri. Memini autem anima dicitur, cùm formas atque impressiones earum rerum, quas opinatione concepit retinet.*

Igitur de vi memoratrice eiusq; actu tractans ait, Si quid eorum, quæ non concessa, sed interdicta fuerunt, illecebra quadam animum tuum tentet, ac iam iamq; in fraudem impulsurum sit, in memoria habe quisnã fueris ante violatum Dei præceptum, nempe paradisi ciuis, & rex eorum, quæ terra complexu tenentur, atque in beatæ vitæ ratione posito, à qua prolapsus perijsti. Si paulùm à vera & recta doctrina aberraueris, recta iam iter rursus arripe, atq; ab errore & digressione ad teipsum redi, priusquam omninò à ratione excidas, atque in brutorum naturam degeneret, præcepsq; ad exitium animæq; interitum ruas. Atque ex veteri nouus efficere, id est, bonus ex improbo, sordes videlicet peccati abijciens, atque innouatoris spiritus operæ ad virtutem migrans: teque ita compara, vt innouatio ac vitæ in melius immutata ratio animæ festum tibi sit.

Ira aduersus serpentem solum vtere, ob quem excidisti. Cupiditas omnis ad Deum contendatur non ad aliud quicquam infidiosum ac periculosum. Ratio omnibus præsit, neque id quod excellentius est ab inferiore deorsum trahatur. Fratrem tuum odio ne insecteris, idque immeritò pro cuius salute Christus mortem obijt, fraterque tuus, cùm Deus ac Dominus esset, effectus est. Rectè & ex virtute aliquid gerenti ne inuideas, qui inuidia pressus es, atque animum induxisti, vt tibi inuideri crederes, eamque ob causam corruisti. Lachrymam ne asperneris, qui multis lachrymis digna passus es, ac postea misericordiam consecutus. Pauperem ne submoueas, qui diuinitatis opes accepisti: sin minus, at certè in pauperis perniciem ne diteſcas. Nam id quoque ab hominibus inexplebili cupiditate correptis impetrare magni beneficij loco habẽdum est. Peregrinum ne contemnas, pro quo Christus, cuius nos omnes hospites sumus & aduenæ, peregrè egit: ne paradiso, vt prius, exturberis. Egenti tectum, cibum, vestem suppedita, qui his ad luxum & vltra necessarium vsum oblectaris. Diuitiarum amor ne te afficiat, ni- si pauperibus opem ferant. Remitte, cùm tibi remissum sit: miserere, cùm tibi misericordia impertita sit: clementiã, dum licet, clementiam acquire: cura, vt omnis vita tua omnes vitæ rationes [illegible]cientur.

Aduersus quem sit irascendum Matt. 5

Nec pauperes nec peregrini contẽnendi.

Vita innouanda.

Post quã sensus satis accurate instruxit, nunc etiam de tribus animæ partibus præcepta tradit. Facultates enim animæ in partem rationalem, & rationis expertem diuiduntur. Partis deinde à ratione alienæ partes sunt duæ, altera quæ rationem nullo modo audit, sed naturæ imperio gubernatur, eiusmodi est ea quæ alendi ac gignẽdi vim habet, ac facultas ea, qua pulsantur arteriæ: altera quæ rationi obtẽperat, quæ etiam irascendi & cupiditatem diuiditur. Est autem ira, quasi miles quidam, rationis satelles: cupiditas vindex. Nam cùm alicuius rei cupiditate corripimur, atque à quopiam nobis impedimentum affertur, ira aduersus eum inflammamur, velut iniuria affecti, nimirum ratione eam rem ira & indignatione dignam indicante. Quandoquidem igitur nulla nobis iniuria tanta à quopiam illata est, quanta à serpente, & eo, qui per ipsam & in ipso loquebatur, diabolo (ipsius enim fraude & scelere tum paradiso tum immortalitate excidimus) idcirco dicit Theologus, ira tibi iuste, & secundum naturam aduersus serpentem excitetur, à quo grauissimè lasus es, cum quo etiam inimicitias gerere tibi imperatum est. Inimicitias enim, inquit, ponã inter te & interserpentem. Concupiscentia autem ad nullam rem noxiam & periculosam, sed ad Deum omnis intendatur, quem ex toto corde amare tibi lege præscriptum est, vt cum Davide verè dicere possis, Domine, coram te omne desiderium meum. Ratio præstantissima pars animæ, maximeq; diuina, velut auriga quidam, omnibus præsit hoc est, & ira & cupiditati & sensibus, nec quod præstantius est, id est, mens ab inferiori deprimatur, hoc est, ab ea parte, quæ affectibus agitatur atque à ratione auersa est. Illud etiam cauendum, ne pro serpente fratrem odio insecteris, idq; frustra. Quid mi enim frustra, cùm alio agente & impellente alij ipse succenseas, idemq; tibi accidat, quod canibus, qui lapides mordent, eos qui proiecerunt non attingunt? Ad hominẽ quidam illum indignationis tuæ flammam conuerte, ad illum peccati architectum & opificem: fratrem autẽ, qui illius impulsu peccat, miserare, pro quo, sicut Apostolus ad Romanos scribit, Christus mortuus est, & cùm Deus ac Dominus esset, frater tuus effectus est. Ipse enim, vt Paulus testatur, est primogenitus in multis fratribus. Atq; adeò ipse apud Davidem ad Patrem ita loquitur, Narrabo nomen tuũ fratribus meis. Ac præterea ipsemet in Euangelio ad mulieres dicebat: Ite, annunciate fratribus meis. Ei, qui virtutum splẽdore & gloria floret, ne inuideas, illud cogitans, quòd tu quoque inuidiam diaboli sensisti, ab eoq; ita insultatus es, vt Deum, cùm cognitionis ligno interdixisset, tibi inuidere persuaderes: quæ tibi prolapsionis causa fuit. Lachrymam hoīs in te intuenti & plorantis, ac misericordia indigentis ne crudeliter contemnas, illud reputans, te multis quoq; lachrymis digna passum esse, nimirum paradiso exturbatũ, morti & corruptioni addictum, fœcentis peccatorum generibus inuolutum atque conspurcatum. Et tamen misericordiã consecutus es, paradisum, quem veteris Adami culpa perdideras, noui Adami beneficio rursus assecutus. Pauperem vacuumq; ne à te abire iubeas: quoniam cùm tu quoque extrema omniũ bonorum egestate premereris, eò diuitiarum per baptismum euasisti, vt Deus effectus sis. Diuinus enim baptismus diuinitatis est arrabo. Quòd si pauperis inopiã liberalitate tua subleuare nõ vis, at illud saltem à te impetretur, ne ad pauperis oppressio-

Matth. 28.

Gen. 3.

Psal. 37.

Rom. 14. 8.

Psalm. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem diuitiarum auxilio abutaris. Nam id quoq; nō paruī beneficij loco ducendum est, cùm anari ab iniuria sibi temperant. Peregrinum ne contemnas, ne rursus paradisō exulare cogaris, verùm ipsum suscipe, quoniā ipse etiam Christus propter eū peregrè apud nos versatus est. Etenim quasi alienus ad propria venit, vt peregrinum ornaret atq; illustraret. Cuius quidem Christi omnes aduenæ & hospites sumus: tum quia nihil po-
Psal.23 priū habemus: ipsius enim sunt omnia, iuxta illud Dauidis, Domini est terra & plenitudo eius: tum quia hic
Psal.38. firmam ac stabilē sedem non habemus, verùm ad supernam patriam properamus. Id quod nec Dauidem fugit, ac proinde ad Deum dicebat. Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut oēs patres mei. Egentiē estū vestem, cibum suppedita, hoc est, parvum diuersorium, & indumentū, & panem, & res necessarias, quibus ipse, vltra q̄ vsus postulet, deliciose affluis. Neq; enim domum simpliciter habes, sed amplam & magnificam, nec indumentū vnum, sed multa & vario opere confecta, nec panem ad corporis necessitatem demensum, sed horrea omni fructuum genere referta. Diuitias ne expetas, nisi indigenti & inopiæ solatium allaturus sis. Remitte debenti, si quid debet, siue pecunias, siue iniuriam, siue deniq; simplicem quandam expostulationē: quandoquidem ibi quoq; Christus peccata aduersus ipsum commissa condonauit. Miserare miserorum dignum: quoniam tibi quoq; misericordiam impertijt Christus. Humanitate erga indigentes Dei benignitatem humanitatemq; tibi conciliā (iustus enim ille iudex misericordiam suam nostra misericordia expendit) quandiu vitæ tempus suppetit. Per laudabilem præclaramq; immutationem omnem tuam vitam vitæq; rationem innoua, hoc est, siue cælibatum, siue matrimonium, siue aliud quoddam vitæ genus & institutum delegeris, da operam, vt in eo nouos quotidie progressus facias.

Virgines omnia sua offerant Deo.

Quæ sub iugo estis, Deo quoq; nonnihil date: præoccupatæ enim estis. Virgines omnia vestra Deo offerte: solutæ quippe estis. Seruam voluptatem ne suffuremini, libertatem fugientes: id quod futurum est, si contubernales habueritis viros quidem neutiq; sed viros tamen: Nequaq̄ mihi probandum videtur, assiduis voluptatis submonitionibus premi ac vexari. eam quoq; familiaritatem odi, quæ per aerem contrahitur.

1.Cor.7. NIC. Leges constituit Theologus tam coniugatis mulieribus, q̄ à matrimonij iugo liberis, occasionē ab Apostolo nactus, qui ad Cor. scribens nuptias vinculum nominat, virginitatem solutionē & libertatem. Ait enim, Alligatus es vxori? noli quærere solutionē. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorē. Et rursus, Quæ non nupsit, curat, quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ in matrimonio est, curat, q̄ matrimonij sunt, quo modo placitura sit viro. Videamus igitur q̄ pulchrè Theologi consiliū cum Apostolico vocabulo consonet. Quæ, inquit, sub iugo estis. i. matrimonij iugo copulatæ: quandoquidē præoccupatæ estis, hoc est præceptæ atq; præstrictæ matrimonij vinculis, facite vt nonnullam quoq; vestri partem Deo detis, nec omnino prorsus astringamini. Vos aūt virgines, quæ nullis vinculis mundo astrictæ estis, sed ea tātùm, quæ Deo sunt, curatis, omnia in vniuersum date. Neq; enim sub iugo estis, vt pars solùm aliqua à vobis postulanda sit: verùm soluta. atq; à mundi curis liberæ. Ac proinde quod pars cōgratis, hoc vobis virginibus totū est. Illud autem hīs, quæ dicta sunt, necessariò adiungendum est, quod, etiamsi quis quantùm ad corpus virginitatem eripere videatur, si tamen in anima paruam quandam vitiosæ concupiscentiæ radicem excipiat, is tanē nec libertatem nec virginitatem retinet: sed ex turpi ac fœda voluptate quam surripuit, in seruitutem incidit, virginitatis libertatem fuga deserens. Quod cùm exploratum habeatis, ô Virgines, eo studiosius vobis prospiciendum est, ne turpiter & sordidè ac furtim impuram & adulteram voluptatem rapiatis, nec virginitatem libertatem fugiatis, nimirum cum ijs habitantes, quos συνεισάκτους, hoc est, introductitios dicunt, qui quidem & si matrimonij lege nequaq̄ viri vestri sunt, natura tamen viri sunt. Porrò quemadmodum periculi plus est igniculi stipulæ admotum: eodem modo parum tutum est virginibus curæ atq; officij fraterni prætextu intra ędes alienos viros habere contubernales. Nam etiamsi fortasse pudicitiæ laudem habeant. fieri tamen potest, quin cùm eos intuentur, voluptatis cogitatione tangantur, ac perpetuū amoris incitimēti crucientur, flammaque fuscitabulum atq; igniculum habeant. Ego verò non huiusmodi tantam contuberniū necessitudinem inducam volo, sed eam quoq; execror consuetudinem quæ prospiciendi tranz fenestras præterentibus per medium aerem contrahitur. Sæpe enim accidit, vt per importunum aspectum aculei mortis in pectus irrepant. Nonnulli autem ignorantes, vt videtur, quinam sint ij, qui introducti ij dicuntur, eos, quos hic non vocant quidem. sed viros tamen appellat Gregorius, eunuchos esse haudquaq̄ rectè interpretantur, aiunt q; nonnullas mulieres, vt virginitatis opinionem apud vulgus colligant, eunuchis corpus suum substernere solere, quod semine careant: qui quidem nec viri dicendi sint, vtpote progignendi vim non habentes, & tamen viri sint, quoniam cum mulieribus lupri commercium inire possint.

Principes Deum timeant.

Principes potentiorem, sublimibus solijs insidentes sublimiorem timete.

NIC. Principes ac præfectos congruis verbisq; præceptis instruit Theologus. Principes, inquit, Deum & vos potentia superat, timete, nec potestate vestra ad auaritiam abutimini. Et qui in sublimibus thronis residetis, placetis, & supercilium attollitis, altissimum extimescite, nec aduersus inferiores superbe atq; arroganter efferamini, nec iniquis iudicijs subditos vestros opprimatis.

Ne quid admireris, quod nō perpetuò manet: ne contemnas, quod certum & stabile

bile est: ne quicquā arctiùs constringas, quod, cum manibus tenetur, effluit. ne quid ex ijs, quæ non inuidiæ, sed odio obnoxia sunt, suspicias: ne altiùs efferaris, ne profundiùs corruas, ne magnificè & arroganter idcirco de te sentias, quod malis præstantior appareas: quin potius id tibi molestum sit, si probis viris & honestis virtute cedas. Proximi tui lapsum ne risu insecteris: verum tu quam poteris tutissimè transi, atque interim humi iacenti manum porrige, Mœrore afflictus secundioris fortunę spem ne abijcias, nec rebus feliciter atque ex animi sententia fluētibus tristiorum rerum metum pellas. Annus vnus quatuor partes vehit, ac momentum vnum temporis multiplices rerū mutationes. Facito, vt & solicitudo voluptatē, & spes melior tristitiam coerceat. Sic innouatur homo: sic Encæniorum dies celebratur, huiusmodi delicijs, huiusmodi epulis.

Præcepta communia omni homini generi.

Encænia quomodo celebranda.

NIC. Postq̄ separatim & coniugatis & virginitatis cultoribus, & rursus principibus ac præfectis præcepta dedit, congruumq; cuiq; ordini consilium porrexit, nunc cōmuniter vniuersum piorū cœtum alloquitur, his verbis ad vnumquemq; vtens, Ne admireris, ô homo, q̄ admirationem sui excitare non debēt, qualia sunt q̄ non constanter manent, sed nos deserūt: nec admiratione digna cōtemptim transmittas, cuiusmodi sunt res certæ & stabiles: neq; ea, q̄ cùm tenētur, perfluunt, constringe, quasi ea retenturus. Quemadmodum enim fieri non potest, vt q. aquam manu ceperit, eam cōstringēdo retineat (p medios enim digitos elabetur) eodē modo diuitiæ fluxæ si retinere tentes, effluent. Ac ppterea Dauid dicebat, Diuitiæ si affluant, nolite cor appo- *Psal.61* nere. Ardenti studio ea, q̄ inuidiæ obnoxia sunt, à. præclara & laudabilia confectare. Quæ aūt non inuidiosos, sed inuisos hoīes reddunt, hoc est, vitia ne cupidè expetas. Ne altiùs efferaris, ne profundiùs corruas. Vt enim tuta a sensum & aspectū qui paulùm à terra distat, ne si sæpius quidem ceciderit, disrumpitur: qui aūt magnopere elatus est atq; in summam altitudinem subuectus, si inde prolapsus fuerit: haud dubiè opprimetur: & cadit: ac prolapsio illa altitudini superbiæ proportione respondet. Ne inani gloria afficiaris, ac magnum quiddam te consequi existimes, si malos superes: verùm aīo discruciare, quòd à bonis vinceris. Lapsus est ac peccauit frater? ne illi insultes, verùm proinde ne ipse quoq; cadas, atq; ipsi etiā iacēti auxiliū affer, vt ex illo casu resurgat. Grauis quidā animi mœror ob infelicē cuiusp̄iā rei successum animū tuum obsedit? ne secundioris fortunæ spem & cupiditatem abijcias. Secunda oīa experiris, ac propterea animo es hilari & tranquillo? mœstitiā quoq; expecta ex aduersitate nascentē. Quatuor sunt anni tempora, Ver, Æstus, Autūnus, Hyems. Vno aūt temporis articulo multæ rerū mutationes oriantur. Atq; hoc loco illud Demosthenis paraphrasi expressit. Futurū omnibus mortālib. obscurū est, ac parua tēpora magnarū rerū causæ sunt. Quocirca in prosperis rebus moderato aīo esse debemus, ac futura prospicere. Eiusdem generis est illud Sirach dicētis, *Eccl.18.* A mane vsq; ad vesperam cōmutatur tempus. Quæ cùm explorata habeas, id tibi sedulò curandū est, vt si voluptate animiq; alacritate & letitia frueris, eam curā & cogitatione sinistræ mutationis cōpescas. Sin aūt angore & molestia afficeris, eā rursus spe meliori cōprimas, illud tecū reputans, nō eodē semper statu res tuas fore, sed gaudiū mœrori succesurū. Hac ratione homo innouari potest. Hic Encæniorū verus est honor, q̄ non in corporalibus delicijs, sed spiritualibus, non in sensibilibus cibis, sed in intellectibilibus peragitur.

Quid esse rendum in festo Encæniorum.

Non apparebis, inquit, in cōspectu meo vacuus: verùm si quid egregij habes, tecum fer. At nunc diuerso modo nouus appare, totus nimirum immutatus. Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Huic festo muneris loco præclaram mutationem offer, ac ne sic quidem animo intumesce, verùm dic cum Dauide, Hæc mutatio dexteræ Excelsi, à quo promanat quicquid ab hominibus rectè & cum laude geritur. Nec verò hæc à me eò dicuntur, quòd te seodem semper statu manere velim, sed vt perpetuo ac laudabili motu agiteris, ac noua prorsus creatura sis, quod quidem assequeris, si vel cùm in peccatum laberis, ad bonam frugem redeas, vel cùm egregiè atque ex virtutis præscripto vitam instituis, cursum adurgeas.

Quo modo fiat quæ nouа creatura.

NIC. In Exodo & Deuteronomio per Mosem ait Deus, Non apparebis in conspectu meo vacuus, in nulla videlicet trium festorum celebritate, hoc est, Azymorum, Pentecostes, & Scenopegiæ: verùm præstantissima quæq; tecum asseres. At nunc nouus appare non secundum hanc scripturam τὸ κενὸν .i. vacui ac nihil habētis, sed iuxta alteram significationem τὸ καινὸν .i. noui, ac per virtutis progressum & incrementum innouati penitusq; immutati vel à vitio ad virtutē, vel à minori virtute ad maiorem. Vetera transierunt, ait Apostolus, ecce omnia nouа facta sunt. Vetera autem intelligimus non solùm legalia & vmbratica, quæ ad veritatis ingressum præcesserunt, sed ea etiam, quæ cum vitio sunt coniuncta. Nam cùm spirituali vita fulgorem suum exercere cœperit, carnalis iam vitæ nulla operadatur. Hoc igitur tu quoq; velut dōnum & oblationem Encæniorum festo affer, vt laudabiliter immuteris. Ac si id assecutus fueris, ne animo efferaris: verùm dic cum Dauide, Hæc mutatio, quæ ego immutatus sum, dexteræ Excelsi, non autem meæ industriæ vel potē- *Exod.23. Deut. 6. 2.Cor. 5. Psal. 76. Ioan. 15:* tiæ. Nam quod ad eum referendum sit, quicquid homines præclarè gerunt, ipse pronunciat, Quia sine me nihil potestis facere. Enimuerò cùm audis, Nouus efficere, hoc tibi intelligendum est, his verbis abs te exigi vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

non iu eodem rerum statu perseueres, sed laudabili motu semper agiteris, atq; nouam omnino te creaturã præstes. Apostolicum enim præceptum hoc à te postulat, vt siquidem pecces, in vitio non hæreas, sed ad virtutem resilias: si autem rectè atq; ex officio viuas, virtutem ignauam non habeas, nullusq; incrementis atque accessionibus auctam, sed cursum acceleres, atq; ad ea, quæ à fronte sunt, extendaris.

Heri ad temporis arbitrium nutumq; fidem tuam accommodabas hodie Dei fidem cognosce. Quousque vtroque poplite claudicabis? quousque dispensatione vteris? aliquando tandem ædificare in animum inducito. Heri magni cuiusdam ac præstantis viri opinione florere, amplum atque expetendum ducebas? hodie reipsa esse, pluris faci to. Quem ad finem insomnia sectaberis? sit quoque tibi aliquãdo curæ veritas. Heri spectaculorum studio flagrabas? hodie contemplationis studium amplectere. Heri conuiciator & petulans eras? hodie benedicentiæ & lenitati stude. Heri comessator eras? hodie grauitatis & temperantiæ magister. hodie temulẽtus? eras absteminus. hodie delicio sè in lectis eburneis decumbens, ac primarijs vnguentis delibutus? cras terram pro stra to habens, ac noctẽ peruigil traducens: pro scurra & faceto & cogitabundus, pro ornato & vestium elegantiam nimiũ ambitiosè consectante sordidus, pro superbo & arroganti vilis: quantum ad ea, quæ oculis cernuntur, pro laquearibus aureis, angustè habitans pro sublimi ac ceruicem attollente, humi vultum demittens. Hoc si animo fueris, atq; ita feceris, cœlum tibi nouum erit, & terra noua, nimirum vt alia, ita horum etiam rationem intelligenti.

In fide non est claudicãdũ, nec dispensatione vtendum.

NIC. *Quoniam dixerat, Si rectè viuis, cursum contẽde: si aũt peccas, resipisce: docet nunc, qua ratione conuerti quis possit, atq;, Hieri tempori conformabaris, fidemq; tuã ad tempus, quo hæretici rerum permutabantur, accõmodabas: hodie Dei fidem addisce. Quousq; vtroq; proplite claudicabis? id est, in vtroq; partẽ, in neutra fide recto pede incedens, sed & secundum Dei doctrinam, & secundũ temporum fidem agere ausi.*

3. Reg. 18. *Nam nisi ægrotares, haudquaq; tam facilè immutareris. Heliæ porrò hæc verba sunt ad prophetas ignominiosos ita loquentis, Quousq; vtroq; poplite claudicabitis, nunc Baal, nunc Deo adhærentes? Nam ipse ab impio Achab tenebantur, simul & idolorum cultui addicti erant, & Deum adorabant. Vnde subinuexit, Si Deus est Dominus, sequimini eum: Si autem Baal est, sequimini eum. Nam nec Deus, inquit, consentit ijs dijs honorem haberi vult, nec hi verum Deum adorari volunt. Vos autem tum hac, tum illa facientes neutri beneuolentiam certam & constantem seruatis. Claudicat aũt ambobus poplitibus, qui vtroq; potius claudus est. Verbum enim dicuntur posteriores genuum partes, à verbo σκάζω, quod significat infringo, atque inflecto. Ne semper consilio quodam scilicet ac non ex animo ea dicas aut facias, quæ non conueniunt: quoniam huiusmodi dispensatio ad perniciem & euersionem abs te excogitata est, hac missa facere, atq; aliquando tandem vel tuæ ipsius, qui pestifera doctrina labefactatus & corruptus es, vel aliorum, quibus huiusmodi tua dispensatio parit offendiculum, saluti consule. Heri honorificum existimabat, si vel sapiens vel iustus vel pius videreris, cùm ab his virtutibus alienus esses, ac frustra & insolenter eas tibi arrogares, hodie hac existimatione relicta non videri, sed esse optimus stude. Opinio enim fallax est infirmum. Videmur enim nobis inter somniandum ac dormiendum aliquid habere, nec tamen habemus. at ipsum esse, rerum veritatem habet. Porrò diuitiæ, quæ manibus tenentur, præstantiores sunt illis, quæ per somnium fingũtur. Proinde certæ ac subsistentis veritatis quàm vanæ opinionis antiquius tibi sit studium. Heri vanis spectaculis animum adijciebas, ac visum reliquosq; omnes sensus obscœnarum rerum aspectu fœdabas: hodie à rebus sensum mouẽtibus abducta mente intellectualiter operare in semper eundem rerum speculatione studium & operam ponens. Heri conuiciator eras & petulans, id est, crudelis & impudens: hodie sanctione verbi vnumquenq; prosequere, atq; ex feritate & truculentia ad humanitatem excolere. Heri comessationibus & crapulæ deditus eras: hodie grauitatem ac temperantiam cole, & alios temperãtes redde. Hæc enim σωφρονισμοῦ proprium est. Hodie mero ingurgitatus es: cras aquæ potione sitim seda. Hodie ab Amos prophe*

Cap. 6. *ta miser pronunciabaris, vt in lectis eburneis lasciuè decumbens, ac primarijs & exquisitæ præcij vngueutis delibutus: fac crastino die beatus prædiceris, nimirum humili strato ac peruigilio hesternam mollitiem cum rursus ac laqueatibus aureis fulgentibus angustam domum, pro sublimi vultu atq; erecta in altum ceruice demissam vultum & abiectum: Hoc si feceris, erit tibi, vt cum Esaia loquar, cœlum nouum & terra noua. Nam cùm hæc ante Seruatoris incarnationem alia viderentur, alia postea cognita sint. Prius siquidem alij habebantur, postea autem creaturæ. Tibi autem alio modo hæc noua erunt, cùm alia percipienti atq; intelligenti, veluti situm, figuram, elegantiam, magnitudinẽ, vtilitatem, tum insuper causam & rationem, propter quas ad hunc modum horum vnumquodq; factum est. Sic enim, vt dictum est, cogitanti cognitio quoque ipsa tanquam melius immutabitur. Possumus etiam alio modo hũc locum explicare, vt cum Gregorio Nysseno per cœlum nouum*

nouum firmamentum fidei in Christum intelligamus, per terram autem nouam cor purum & integrum, il labentem in se plauiam bibens

Sed iam ad temporis quoque laudes prædicandas solenniq; lætitia celebrãdas, nos vt par est, conferamus. Commodùm enim omnia ad solenne hoc festum concurrunt, simulq; lætantur. Vide enim qualia sint, quæ oculis offerũtur: princeps anni pars principi dierum pompam peragit, ac quicquid pulcherrimum & suauissimum habet, dono dat. Nunc cœlum splendidius, nunc sol sublimior, magisq; aureus, nunc lunæ orbis illustrior, & siderum chorus purior, nunc & fluctus cum littoribus, & nubes cum sole, & venti cum vere, & terra cum stirpibus, & stirpes cum oculis in gratiam redeunt. Nunc fontes limpidiùs fluunt, nunc flumina vberniùs, nimirum hybernis vinculis soluta. Nũc & pratum suauiter olet, & planta viret, & herba detondetur, & in virẽtibus aruis agni lasciuè saltitant.

Veris descriptio.

Horatius Hebrum nitali cõpede vinctum dicit.

NIC. *Quoniam, inquit, nouam Dominicam laudibus prosecuti sumus, abeamus iam, vt & vernum tempus congruã festiuitate celebremus. Concurrit enim hoc tempus cum Encæniorũ festo, ac videntur ista Christi resurrectioni gratulari. Atq; vt iucundi temporis iucundissimam descriptionem afferamus, pulchritudinem orationem quasi spectatores sequamur, ac videamus, quænam describat, ac velut ob oculos ponat. Inter anni tempora principatum ver tenet propter oblectationes, quas affert. Principatum itidem tenet inter dies Dominica illa, in qua Christus resurrexit. Itaq; rex temporum, hoc est, vernæ constitutio, huic diei reginæ, i. Dominicæ pompam lætam peragit. i. ministerium quoddam ipsi obit: ac pars anni imperium diei huius agnoscens, quasi famula dominæ quicquid pulcherrimum ac sensibus gratissimum habet, offert. Ac, si libet, verni temporis amœnitates recenseamus. Nunc cœlum splendidius, nimirum tenebricosis & caligmosis nubibus quasi veste quadã atra exutũ: Nũc sol sublimior. iam enim ab humilioribus & Australibus partibus ad Boreales, & vt dici consueuit, currum Arcticum progreditur, tametsi interim ab Æquinoctiali non longè absit. Nunc lunæ orbis illustrior. Hyeme enim tristior erat & obscurior propter aëris crassitiem. Et siderum chorus purior veris tempore: quoniam non iam propter immodicã humiditatem crassi vapores excitantur. Nunc fluctus, nubes, venti, terra, & planta pacatæ sunt & tranquillæ, etiamsi per hyemem grauissimis dissidijs & bellis inter se conflictari erant. Priusquam enim iucundum & blandum ver nobis illuxisset, fluctus impetu vehementi littora verberabant, & nubes solem obducebant, & venti aërem commouebant. Terra insuper plantas consueto alimento priuabat: illa itidem voluptatem oculis denegabant. At nunc postquam ver ea aduenit, hæc dissidia compressit, fluctus iam tranquillitate fruentur, littora salutantes ac leniter complectentes, nubes solis luminibus crassitie sua non officient: aër quietè perfruetur: stirpes germinabunt: terra ipsas parentis instar nutriente, atq; ad producendorum fructuum principia eas impellente: ac deinceps harum rerum oblectatione oculi nostri exhilarabuntur. Nunc fontes quoq; limpidius scaturient, vt qui non amplius à vehementibus imbribus turbentur, sed puros latices emittant. Nunc amnes vberiores fluunt, collique facta nimirum niue, glacieq; resoluta: quibus rebus hyemis tempore profluuium eorum impediebatur atq; inhibebatur. Quinetiam prata & horti suaues odores reddũt, ac plantæ virescũt, ornamentumq; suum proferunt, ac vecẽs exorta herba tondetur, atq; agni teneris pedibus in virentibus arùis lasciuè saltitant.*

Nunc nauis cum celeusmatis, ijsq; vt plurimùm religiosis pietatisq; plenis, è portu soluit, ac velo tãquam pennis cingitur, ac pgyrum assultat delphinus iucundissimum quiddam insultãs seseq; in altum euehens, ac vectores lætos & hilares prosequit. Nunc aratrum agricola compingit sursum aspiciens frugumq; datorem inuocans, ac boui aratori iugum innectit, dulcemq; sulcum proscindit, ac spes lætas souet.

Delphinus.

NIC. *Qui de rebus naturalibus pertractarunt, cùm alia elementa, tum aquam sphæricam habere figurã affirmant. Idcirco cùm nauis è portu in altum fertur, ἀνάγεσθαι dicitur, velut ab humiliori loco ad sublimiorẽ ascendens: cùm autem à mari in portum appellit, tunc κατάγεσθαι, i. descendit, nimirum ab alta & conuexa parte in humiliorem. Quod perspectum habens Theologus ait, Nunc nauis cum celeusmatis è portu soluit. Celeusmata autem cantiones illæ sunt, quas nautæ cùm vela sursum tendunt, cantillare solent. Deo aũt grata vocat, vt Dei memoriam complectentia, atq; ipsius auxilium inuocantia, πλοῦς autem, hac est pennis instructa nauem adhibito velo dicit, fortasse ab Homero hanc vocem mutuatus, qui vela pennas nauis appellauit, vel etiam fortasse ab Esaia de quibusdam ita loquente, Volabunt in nauibus. Quo verbo nauigandi & remigandi celeritatem expressit, cùm huiusmodi agitationem cum volatu comparauit, quando plenis velis ac vento ad puppim cõmodè & congruenter flante in mari feruntur. Ac delphinus etiam, inquit, cũ iucundissimo sufflatu è profundo ad aquæ superficiem ἀναπνεῖ, i. effertur & ascẽdit, ac vectores lætos & hilares prosequitur. Nam huiusmodi piscium saltitationes tranquillitatem indicant. Iam etiam aratrum agricola cõpingit & componit, ac boues aratores iugo stringit, ac sursum oculos ad Deum tendit, ipsumq; vt fructuum autorem ac porrectorem inuocat, ac sulcum proscindens laborem præsentem nequaq; supputat, sed spe futuræ messis recreatur atq; oblectatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunc & opilio & bubulcus fistulas aptant, ac pastorale carmen inspirant atq; in arboribus & petris veris amœnitate fruuntur. Nunc plantarum cultor plantam curat, & auceps calamos construit, ac ramos suspectat, & pennam auium studiosè explorat. Nunc piscator profundum aquæ perspicit, ac rete suum repurgat, & petris insidet.

NIC. *Nunc & pastor & bubulcus incisis calamis pastorales fistulas conficiunt ac componunt, eas inspirantes & insufflantes pastorale carmen modulantur, veruq; voluptate perfruuntur, in petris vel in fistis arboribus propter auram & moderatum solis calorem sedentes. Nunc & plantarum cultor plantam curat, & cunfodit & perpurgat, atq; omni ratione colit. Et auceps calamos quosdam accipiens ex ijs auicula quam extruit, ac viscosas ramos inspectat, num rectè se habeant, ac pennas & volatum auium curiosè explorat, hoc est verum ad ramos viscо oblitos volent, an aliò ferantur. Atq; etiam piscator in profundum aquæ, & rete suum apparat, & in sublimi quadam petra sedens piscatur.*

Apum sapientia. Nunc sedulæ apes solutis pennis ac relictis aluearibus sapientiæ suæ documentum sibent atq; ad prata conuolant, floresq; populantur: ac partim cellulas elaborant ceræ las & inter se oppositas fistulas attexentes, rectasq; angularibus alternantes, non ita ad operis elegantiam quàm ad securitatem: partim mel in horrea recondunt atq; ti suo dulcem fructum & inaratum proferunt, quemadmodum vtinam nos quoq; Christi apiarium sumus, ac tale partim sapientiæ, partim industriæ & laboris exempl accepimus.

NIC. *Veri etiam tempore sapiens & industria apis, vt est apud Solomonem, pennam suam ad hyemis frigore quasi à vinculo quodã torpescentem velut q; cõstrictam solut, atq; ab aluearibus, in quibus habitat, ac mel tanq; in horreis recondit, egreditur, atq; in hortos, & floribus amœna loca conualat, & carpens quasi ex floribus apertè colligit: mel autem, hoc est, inspersum floribus humore ore attractum suauitate temperatu bus immittit. Quæ etiam causa est, cur circa principium acerbum atq; amarũ sit, ceterùm tempore progressu concoctum ad propriã constitutionem suauitatemq; redit.* ἔφοροι *porrò dicuntur concauitates & alueoga duo mellis promptuaria. Diuerso autem atq; opposito modo sibi inuicem respondent, quemadmodum alterã lineam posita sunt, alia superiacentibus fundamenti loco sunt, mellisq; adminicula. non minus ad operis elegantiam quam ad securitatem. Adeò scire & solerter apu horrea mellis fabricatur? Etenim ceram in membranam dilendens densas & cõtinuas inter se cauitates porrigit, ita vt densa illa rerũ summarum inter se compositio vniuersum opificium sustentet ac fulciat. Vnaquaq; enim cellula cum alteratum ret tenui septo ab ea dirempta simul & coniuncta. Deinde hæ fistulæ ita extructæ sunt, vt duo ordines tres contignationes habeant. Verit. est enim vnam per vniuersam cauitatem facere, ne gyratus ascendens humor ad externam partem laberetur. Iam verò oës fauorum fistulæ sexangulæ & aquilateræ sunt, vt angulus in rectum alia alijs incumbentes, ne imæ partes inanibus adiunctæ nimium premantur, verũ angulis superiorum hexagonorum superioribus basis & sustentaculi vicem præbent, vt super eos tuto ponere atq; attollere, ac priuatim ad vnamquamq; cauitatem humor demittatur. Ad hunc modum apis opus suum constituens, ac rectas lineas angulis alternantes cõstringens (nam cùm duæ rectæ lineæ inter se inserantur, hoc vinciuntur, seq; intersecant, angulus gignitur) apum curatori dulcem fructum, nec labore vllo & exantlatione quæsitum, sed omni ærumna & corporis vexatione carentem profert: quemadmodum vtinam nos quoque, qui Christi apiarium sumus, spiritualem & nobis dignum fructum ipsi porrigamus, ejusdãq; partum sapientia, partim industria & sedulitate exemplũ ab ape accepimus. Nam vtranq; laudem Salomon in verbijs api tribuit, dicens, Perge ad formicam, ac disce, quantum industria sit, quamq; honestum opus, & quantũ rerum quæstum faciat: cuius labores & principes & priuati bonæ valetudinis ergò persequitur, & quantũ imbecilla, apud omnes tamen amabilis est & illustris, sapientiaq; laude instructa à Deo præcepta est.*

Iam & nidum aues construunt, & alia quidem redit, alia immigrat, alia circumvolat ac nemus cantu suo implet, hominemq; garritu demulcet. Omnia Deum laudantes vt cibus mutis concelebrant. Propter omnia enim gratiæ Deo per me habentur, propter illorum laudatio mea efficitur, nimirum à quibus ego laudis argumentum capio. Nunc omne animãtium genus ridet, nunc omnibus sensibus pascimur atq; oblectamur. Nunc superbus equus ac iubam arrigens stabulum fastidit ac perfractis vinculis per campestria fertur, atq; in fluminibus gestit seseq; ostentat,

NIC. *Nunc etiam aues partim festucis quibusdam aut quisquilijs acceptis nides ædificant, partim ibi gignendo ad nidum se cõferunt aut referunt, partim iam in eum immigrant atq; ingrediuntur, partim circa nidum volant, ac circa natiuum locum stridorem edunt & garriunt, atq; hominem velut allectum quendam excipiunt. Ac proinde non cœli duntaxat, & si vocẽ non edentes, Dei gloriã enarrant, sed alia etiam animantia atq; adeò ipsi pascentes vocibus mutis Dei laudes prædicant. Nam propter hæc omnia, quæ ratione & sermonis vsu carent, per me, cui ratio & loquendi facultas tributa est, creatori gratiæ aguntur, atq; hæc rationis illorum laudatio mea efficitur, vt pote à quibus ego laudandi Dei materiam & argumenta sapiã. Existimo*

videre non est cuiuslibet animantis, sed hominis solius proprium. Quare hoc loco abusiuè dictum est, omne animantium genus ridere, hoc est gaudere atq; oblectari. Quinetiam sensus omnes nostri, vt cuiq; congruit, pascuntur. Nam è sensibilibus, in quæ vnusquisq; sensus agit, suauitatum fructus percipimus. Quæ autem de equo hîc dicuntur, ab Homero accepta paraphrasticè extulit Theologus. Sic enim poëta loquitur.

ὡς δ' ὅτε τις ἵππος, &c. *Quos versus alijs versibus Latinis supra à nobis interpretati in Scholijs in Orationẽ de laudibus Basilij magni.*

Quid cætera commemorem? Nunc Martyres subdialem populum retinent ac pompam agunt, splendidisq; sedibus piam plebem Christiq; cultricem conuocant, ac certamina sua in publicum proponunt. Quo è numero vnus quoq; est meus ille laureatus (meus enim, etsi non apud me, facessat inuidia, scientibus loquor) Mamas ille insignis & pastor & martyr, qui prius quidem ceruas mulgebat, ad sanctum virum nouo & inusitato lacte alendum certatim properantes, nunc autem Metropolis plebem pascit, hodie que multis hominum millibus vndecunq; accurrentibus ver innouat, varium & virtutis ornamentis & pastoribus dignum, & sermonibus triumphalibus. Atq; vt paucioribus adhuc verbis rem complectar, nunc ver mundanum, ver spirituale, ver animis, ver corporibus, ver visibile, ver inuisibile, quo vtinam in altero sæculo participes efficiamur, præclarè in hac vita mutati, ac noui ad nouã vitam transmittamur in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, imperium, honor cum Spirit. sancto ad gloriam Dei Patris. Amen. *S. Mamas martyr.* *Ver multiplex.*

NIC. *Quod, inquit, cæteras veris commoditates recensere attinet? Nunc Martyres subdialem populum retinent atq; extra tectum, partim propter tempus hyemalis tristitiæ nihil habens, partim ob concurrentium multitudinem, quæ tanta est, vt domus eos tegere ac suscipere nequeant: Ac pompam agunt, hoc est insigni celebritate, pdeunt ac triumphũ obeunt, pios q; viros & Christi amãtes ad hoc festũ conuocãt, certaminumq; suorum narrationes publicæ cuiusq; historiæ ac dimicationis pro Christo susceptæ lectione promulgant. Quorum martyrum numerum auget Mamas, meus quidem, quoniam ipse quoq; Cappadox est, nõ autem apud me, vt pote in aliena terra conditus, nempe Horiæ. Dicit enim Mamantis corpus Cæsareæ situm est: qui autem hæc dicebat, Arianz. ortus erat. Ceterùm quia præsente Basilio Magno hanc orationem habebat Gregorius, propterea scite adiunxit, Facessat inuidia: quasi diceret, Ne mihi succenseat, diuine Basilio, eiusmodi est, vt detrimentum nesciat, ac perennis & inexhaustus thesaurus est Mamas: Qui prius quidem in monte ceruas mulgebat, vnaquaque mira contentione & studio accurente, ac mammam ante alias omnes martyri submittere gestiente, vt per eam sanctus admirando & inusitato lacte aleretur: nunc autẽ Cæsareæ plebem pascit. Vno enim circiter ab vrbe stadio templum martyri constructum est, quod illa ipsa Anmia, quæ eum aluerat, singulari magnificentia eo loco ædificasse fertur, quo post martyricam illam & pollremam lanceam è theatro præcordia iam erumpentia retinens vix tandem præ ardenti desiderio perueniret atq; animam efflare potuit. In hoc igitur templo commodè Enceniorum festum totius ciuitatis concursu celebrabatur. Ac martyr, inquit, in hoc Enceniorum festo spirituale ver renouat vndecunque confluentibus. Quemadmodum autem ver mundanum & naturale multiplicia & varia florum genera profert: sic hoc quoque diuinum ver varium quidem ac diuersum est virtutis ornamentis, quatenus ex ijs, qui conueniunt, alius aliam virtutem secum affert: varium etiam sermonibus triumphalibus, qui alij alio modo martyris certamina narrant laudibus quæ prosequuntur, alij nimirum eloquentius, alij inelegantius, ac pro ingenij facultate. Atque vt in summa dicam, ver illud probitatis atque virtutis, quod à populo fit, præclaris populi pastoribus dignum est, optimeque respondet. Denique, vt vno verbo rem complectar, duplex ver nobis est, alterum mundanum & in aspectum cadens corporibusq; conueniens, alterum spirituale & ab oculorum aspectu remotum, animisq; congruentissimum. Quo vtinam in altero sæculo bis perfrui contingat. Perfruemur autem, si in hac vita honestè & laudabiliter versemur, atque ita ad nouam illam vitam discedamus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORII NAZIANZENI IN SANCTAM Pentecosten Oratio.

ARGVMENTVM

GEneris demonstrativi speciem quoque præse fert hæc oratio. Non tamẽ magis demonstrativa est, quã iudicialis, propter incurrentes ex adverso oppositiones, ac necessariò sequentes solutiones. Principium ab ipsa re sumitur: propositionis autem confirmatio à causa.

DE hoc festo pauca disseramus, vt spirituali modo festum diem agitemus. Alius nanque alia festi celebrãdi ratione oblectatur: at cultor Verbi sermone gaudet, eoque præsertim, qui temporis maximè congruit. Nec quicquam elegantem & honestum hominem perinde delectat, vt festi amantem spiritualis festorum celebratio. Quod vt perspicuum fiat, ita rem consideremus. Festos dies Iudæus etiam agit, verùm iuxta literam. Legẽ enim corpoream consectans ad spiritualem legem non peruenit. Festos quoque dies Gentilis agit, verùm iuxta corpus, deosque suos & dæmones: quorum alij obscœnarum rerum effectores atque architecti sunt, quẽadmodum ipsimet asserunt, alij ex obscœnis rebus honorem consecuti sunt, ac proinde fœda quoque & obscœna est eorum festi celebrãdi ratio, vt hoc ipsum quod peccant, in Dei honorem cedat, ad quem vitium quasi res quædam honesta & prædicanda confugit. Feriamur ipsi quoque, verum vt Spiritui gratum est. Gratum est porrò eam à nobis feriandi rationem iniri, vt eorum, quæ in rem sunt, vel aliquid dicamus vel agamus. Nec feriari nostrum quispiam est aliud, quàm animæ thesaurum aliquem earum rerum condere, quæ firmæ sunt ac stabiles, & manibus tenentur, non autem suffugiunt & dilabuntur, leuiterque demulcent: magna autem ex parte, meo quidem iudicio, labefactãt, maxamque inferunt. Sufficit enim corpori malitia sua. Quid flammæ materia vberiore opus est, aut belluæ copiosiore alimento, vt insolentius, effrenatiusq; ferantur, tionemque viribus superet?

Festa celebranda, sed non Iudæorũ aut Gentiliũ more.

Cap. 9.

NICET. *Theologus per animi modestiam sua extenuans, vt plerunq; facere solet, parua ea nominat, quæ de festo dicturus est, quamuis magna sint: siue quia omnia, quæ de Sp. sancto quispiam dicere ac philosophari possit, admodum parua sunt, quantùm ad Spiritus dignitatem (Tremenda enim res est, de diuinis tractatio, maiorq; ẽ, vt pro dignitate explicari possit. Atq; omnis, quæ de Deo habetur oratio, breuis est: mia prouoluta, nec diuinam magnitudinem assequi vllo modo potest:) siue etiam, vt nonnulli exponunt, quia de hoc festo, hoc est de Pentecoste pauca verba facit, ac reliqua omni oratione de Sp. sancto disputat. Inde huius disputationis rationem reddit. Vt, inquit, spirituali modo festum diem agitemus. Ac festa celebrãmus ac philosophemur ad gloriam Dei. Posteà huic confirmationi, quòd de Pentecoste sit disserendum, confirmationem aliam subnectit. Alij nanq; alia festi celebrandi ratione oblectantur, vt vxorius & delicatus, licijs, intemperans libidine, atq; vnusquisq; ea re quam amat. At Verbi subsistentiã scilicet, & Filij Dei, tor, vel etiam doctrinæ studiosus sermonem pro festo habet, & quidem eum qui huic temperi conuenit. Nisquisquam honestatis studiosus pari affectu honestum quicquam & elegans amplectitur, vt festi amantis, ritualem festorum celebrationem. Ac si placet, ita rem discutiamus. Festos dies Iudæi quoq; agunt, sed iuxta literam, hoc est iuxta externam legis speciem & corporalem sensum, atque intelligentiam. Nam vt ait Paulus ad Rom. scribens, Israel sectando legem iustitiæ ad legem iustitiæ non peruenit, hoc est corporalem legis sensum quærentes & implentes, ad spiritualem, quæ sub litera delitescebat, atq; externam literæ speciem, sensumque superabat, sublimemq; speculationem poscebat, minimè perenerunt. Quanquam enim ex Dei præcepto sacrificia, victimarum sanguis, & cibi, & potiones religiose obseruabantur, ex assiduis tamen & religiosis tur. Festos etiam dies agunt gentiles, sed iuxta corpus, hoc est secundum corporeos animi motus & voluptates, ac secundum obscœnos affectus eorum, qui ab ipsis quidem pro dijs colũtur, à nobis autem pro dæmonibus habentur. Quorum alij obscœnarum rerum sunt effectores, quemadmodum ipsimet gentiles asserunt. Nam & Martem asserunt iræ præsidem antistitemq; esse, & cædium architectum, & Venerem adulterij, piscentiæ & libidinis, Mercurium item artũ furandi, Bacchum temulentiæ, atq; alios alterum vitiorum. Alij ex obscœnis rebus honorem consecuti sunt, vt Hercules, quoniam vna nocte quinquaginta Thestiadas

cõstuprauit, alijq;; similiter ob aliam spurcitiã & obscœnitatem in deorum album ascripti sunt. Hinc fit, vt apud Græcos superstitionis sectatores vitiosa quoq; sit festi peragẽdi ratio. Etenim vnumquemq; deorũ suorum congruenti vitio colũt: vt illud ipsum quod peccant, in Dei honorem cedat, ad quem vitium ipsum quasi res quædam honesta & prædicanda confugit. Nam cùm sceleris cuiusdam conuicti essent gentiles, non modò non erubescebãt, sed quasi præclaro aliquo facinore patrato gloriabãtur, ac Deum illum, quem colebant, pro defensionis atq; purgationis perfugio habebant, dicentes huiusmodi vitij inuentorem Deum esse, atque ob eam causam in illius honorem ac cultum id facere quod facerent. Feriamur ipsi quoq;, ad est nos Christianos: verùm vt Sp. sancto gratum est. Gratum est porrò ita demum à nobis festa celebrari, vt eorum quæ in rem sunt, vel aliquid dicamus, vel agamus, atq; animæ virtutum thesaurum recondamus, quæ & cum ea permanent, & discedentem comitantur: non aũt ea, quæ sese subducunt, atq; dilabuntur, cuius generis sunt diuitiæ, principatus, gloria, cæteraq; eius generis, quæ quidem sensus leuiter mulcent, ὕστ; lenocinantur, magna autem ex parte atq; vt plurimùm offendunt, quemadmodum ipse sentio atq; affirmo. Satu enim superq; est corpori domestica & intestina ipsius rabies & malitia, hoc est ad res terrenas propensio & improbitas. Corpus siquidem, vt pote ex materia creatum, ad res materia constantes & cognatas atq; corporeas procliue est, maximeq; ad ea quæ voluptatem asserunt, ad quæ naturali impetu fertur. Atq;, vt planè dicam corpus flammæ est, & bellua. Quid igitur opus est huic nostræ flammæ fomites plures ingerere per externã crassarũ & corporearum rerum suppeditationem? Quid indomitæ & truculentæ belluæ plures cibos porrigere ac profusè largiri, nimirum per vitæ delicias & voluptates cùm ne internum quidem corporis ardorem feritatem que facilè sedare ac comprimere possumus? sortasse autem per flammam ac belluam, eam animæ partẽ Theologus intellexit, quæ perturbationibus concitatur, per flammam quidem libidinem designans, per belluam autem iracũdiam. Quocirca rationis quoq; meminit, quæ partem illam affectibus obnoxiam imperio tenet. Et quemadmodum equus aurigæ, sic ipsi quoq; concupiscentiæ & irasubiectæ sunt. Proinde si inflammarri tes materias atq; alimenta iracundiæ & libidini porrexerimus, horrendam feritatem hi affectus cõtrahẽt, ac ratione duce violentiores erunt, haudquaq; iam ipsi auriganti obtemperantes, verùm ipsam potiùs abripientes ac transuersam agentes.

Quocirca nobis spiritualiter feriandum est. Orationis porrò principium erit huiusmodi. Liceat enim hinc auspicari (& si ab instituto argumento disputatio hæc nõnihil digredi videatur) atque in studiosiorum gratiã elaborare, vt velut condimentũ quod dam huius diei solẽnitati admisceamus, Septenarium numerum ex legis Mosaicæ præscripto in honore habent Hebræi, quemadmodum postea Pythagorei quaternarium, per quem iusiurandum concipiunt, atq; octonarium & tricenariũ, qui Simonis ac Marcionis doctrinã profitentur, quibus etiam & parem AEonum numerum assignant. *Septenarij numeri laus.*

NIC. *Quocirca, inquit, vt à Iudæis & gentilibus differamus, ac ne commotiones animi rationem viribus superent, faciendum nobis est, vt spiritualiter feriemur. Disputatio porrò de Septenario primum orationis locum occupabit. De eo enim prius agendum est, etiamsi paulùm ab instituta materia egredi videri possimus, quoniam cùm principiò de Pentecoste verba facere proposuissemus, nunc de septenario disserimus. Atque in numerorum speculationem elaborandum est, vt eam veluti condimentum quoddam sermoni in festi Laudẽ instituto admisceamus. Etenim cibi minimè necessarij, verùm esculentis quibusdã extrinsecus ad oblectandum sensum iniecti, ἀδόματα dicuntur. Eos; nomine septenarij quoq; explicationem condimentum vocauit, atque eam quidem orationi minimè necessariam esse significauit, verùm condimento non absimilem esse, nec ab argumẽto suscepto alienam. Igitur quemadmodum polliciti sumus, orationis principium hoc sit. Septenarium numerum ex legis Mosaicæ præscripto in honore habent Hebræi: multis enim legum suarum locis eum septimum hunc numerum assumit Moses. Ex quo eximiam quandam vim ac mysticam eum habere contigit: præsertim verò cùm cessatione & quiete sabbatum honorari præcipit, qui dierum septimus est, quem & honorificè obseruant Hebræi. Quemadmodum postea Pythagorei quaternarium. Samius enim Pythagoras Mosem vixit. Sic autem iurabãt ipsius discipuli, quemadmodum in aureis eius, vt vocantur, carminibus scriptum est.*

Nαὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν
πηγὴν ἀενάου φύσεως, &c. *Quæ verba sit vtcunq; verti possunt.*

* Testor eum, numeri nobis arcana quaterni
Qui tribuit, rerum causæ fontisque perennis.

Fontem porrò rerum hunc numerum illi vocabant, propter quatuor elementa, ex quibus omnis natura mũdanarum rerum coagmentatur: & quia ex ipsis cùm animantes & stirpes per successionem, tum reliqua omnia per eorundem elementorũ participationem perpetuò scaturiant atq; consistentur. At verò, Theologe, dicet quispiam nõ per quaternarium, sed per Pythagoram iurabant discipuli. Ita sanè, inquit: verùm Pythagoram

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram propter quaternarium diuinis honoribus assicentes, hac iusiurãdi formula vtebantur, vt qui ipsi era nam & mysticam illius numeri vim tradidisset. Quare secundus à quaternario ab illis honorabatur Pytha ras, ac per eum planè in hanc formam iurabant. Iam verò Simon & Marcion hæresiarchæ fuerunt. At Simo niani quidem octonarium propter octo illos magistri sui Aeones honori habebant. Etenim ex Bythi cum Sy congressu Mentem ac Veritatem procreatas esse fabulatus est, atq; ita primos parĕtes, vt tam dicit ipse, ap thum & Sigen confinxit: ab his secundos Mentem & Veritatem, tertios rursus Sermonem & Vitam, ab his posteriores quartos Hominem & Ecclesiam. At Marcionistæ morbum augentes, tricenarium cohonestar pter triginta Aeones, quos inducebant. Nugabantur enim ex Simonianorum Aeonibus Sermonem & Vitam decem rursus Aeones produxisse: Hominem item & Ecclesiam alios duodecim Aeones. Qui si superadditis Aeonibus adjiciantur, tricenarium efficient. Superuacaneum aũt fuerit eorum nomina proferre propter e nilem & deridendam atq; conspuendam ipsorum ineptiam. Hoc tamen sciendum, quòd his numeris pecu Aeonum numerum assignant, numerum Simoniani octo, & Marcionistæ triginta.

*Testor eum) De hoc Pythagoreorũ iusiurando, & vi quaternarij numeri, vide Plutarchum in libello plu philosf. cap. 3. vbi de principijs tractat.

Cur sit in honore numerus sept.

Et quidem qua proportionis ratione, aut propter quam huius numeri vim ac peccu tiam eum honorent, haud scio, sed honore tamen complectuntur. Quanq; ea perfectio causa afferri potest, qp cùm Deus sex dierum spatio materiam produxillet & informas set, atq; omnigenis speciebus commixtionibusq; decorasset, mundumque hunc quem nunc cernimus, condidisset, septimo die ab operibus conquieuit, velut ipsum quoq; sibi bati nomen indicat, quietem Hebræa lingua significans. Quòd si circa hæc sublimior quædam est ratio, alij eam explicent.

NIC. Et quidem honorant, inquit, Hebræi septenarium (huc enim rursus se recipit oratio) hunc qua proportionis ratione. Ignorare se simulat præmorũ, pbitate. Id enim ingenuis animi ac moderatæ disser tientis est. Et rationem quidem causam vocat, proportionem autem similitudinem eam & congruentiam quam cum intellectilibus habet. Nam & apud Mathematicos est rationis & proportionis definitio, vt sit ea relatio, quæ est inter duos terminos: Exempli causa, octonarij ad quaternarium, aut quaternarij ad narium. Habet enim dupli rationem octonarius quidem ad quaternarium, quaternarius aũt ad binarium, atq; è conuerso subdupli rationem habet binarius ad quaternarium & quaternarius ad octonarium. Ratio quidem talis est, Proportio aũt huiusmodi rationum similitudo est atq; in vnũ idemq; collecta. Ratio tia, Quam rationem habet octonarius ad quaternarium, eandem quaternarius ad binarium, nempe dupli. Et conuerso modo, Quam rationem habet binarius ad quaternarium, eandem quaternarius ad octonarium, nempe subdupli. Haud scio igitur, inquit, secundum quam proportionis rationem septenarius ille numerus ex omnibus ri est septenarius, aut propter quam huius numeri vim hoc est, vtrùm quoniam solus hic numerus ex omnibus, qui denario minores sunt, nec ab alio gignitur, nec aliũm gignit (quam etiam ob causam Aristoteles originem hunc numerum appellant. * ἐπειδὰ, ἀ ἐνιαυτὸν. i. veneratione atq; excellentiam ipsi tribuentes) an verò alia quapiam ratione ducantur. Sed tamen ea perspicua causa afferri potest, cur eum honorent, quod cùm Deus materiam produxisset & informasset, atq; omnigenis speciebus, hoc est diuersis operibus cõmixtionibusq; * hoc est ijs quæ tẽperata atq; coniuncta sunt, cuiusmodi sunt elementa & qualia alia, ea operibus illis naasset, atq; hunc visibilem mundum creasset, septimo tandem die, vt Scriptura testatur, ab operibus cessauit. Atq; ita quieuit. Quemadmodum ipsum quoq; sabbati nomen indicat, quod si inter preteris, quietẽ significat. Atq; hæc quidem prompta & obuia est ratio, propter quam dies septimus honoris habetur. Quòd si & alia quædam ratio sublimior, magisq; mystica ij rursus eam in medium proferant.

* Macrobius lib. 1. cap. 6 de septenario verba faciens, Hic numerus, inquit Heptas nunc vocatur, antiquus vsu primæ literæ. Apud veteres enim Septas vocitabatur, quod Græco nomine testabatur penes nos hic numerus bitam numero. * Hæc vt in meo Niceta leguntur, transtuli: In Reginæ codice quædam verba hoc loco intersiecta sunt, sed ita inuoluta, vt nulla mihi causa visa sit, cur ijs chartam onerarem. Quanquam hic numerus videtur, Theologum per ἀδ», elementa sola & separata intelligere, per ἐνιαυτὸν aũt eorundem inter ij connexiones, vel etiam qualitatum coniunctiones, vt cùm ait frigidum & siccum inter se cõmixtum terræ esse. Billius.

Porrò hic honor apud eos non in diebus tãtùm est, sed ad annos quoque porrigitur. Ac dierum quidem honor sabbatum est, hoc inquam, quod apud illos assiduè celebratur, cui etiam fermenti sublatio atque submotio pari dierum numero respondet. At norum autem honor septenarius ille remissionis annus. Nec verò in hebdomadis lùm, sed etiam in hebdomadarum hebdomadis in diebusiuxtà atque annis. Etenim rò dierum hebdomades Pentecosten pariunt, nobilem apud illos & sanctum diẽ norum autem septimanæ Iubilæum annum, sicut ipsi nominant, eam vim habentem vt simul & terræ remissionẽ, & seruis libertatem afferat, & prædiorum emptores pri

Iubilæus annus.

sessione sua exercedere cogat. Nam hæc natio non modò frugum & primogenitorum sed dierum etiam & annorum primitias Deo consecrat. Hic eximius septenarius Pentecostes honorem inuexit. Septenarius emĩ in seipsum ductus quinquagenarium progignit vno die excepto, quem ex futuro sæculo assumpsimus, * Octauum eundem & primum, vel vt rectius loquar, vnum & sempiternum. Illic enim sabbatismus, qui animis nostris in hac vita contingit, desinat necesse est, vt detur pars septem atque adeò octo, quemadmodum iam nonnulli maiorum nostrorũ hunc Solomonis locũ exposuerunt. Pentecoste

NIC. Honor septenarij numeri apud Hebræos non in diebus tantum est, sed ad annos quoq; pertingit. Ac septenarij quidem honor in diebus sabbatum est, quod perpetuò & per omnes hebdomadas, Iudæi honorificè obseruant, quemadmodum & fermenti vsus septem diebus interdicitur: Honor autem huius numeri in annis septimus est annus, de quo in Deuteron. ita loquitur Scriptura, Septimo quoque anno remissionem fa- Exod. 12.
cies. Remittes omne priuatum debitum, quo tibi obstrictus est proximus tuus, nec à fratre tuo exiges, sed ab alieno. Quòd si frater tuus tibi venditus fuerit, sex annis tibi seruiet, & septimo liberum à te ipsum emittes, Cap. 15.
ac viatico instrues. Propterea annum hunc remissionem Theologus vocauit. Nec verò in hebdomadis solùm septenario suus honor constat, sed etiam in hebdomadarum hebdomadis. Hebdomadas autem dicimus non modò dierum, sed & annorũ. Ac dierum quidem hebdomada Pentecosten faciunt insignem & nobilem apud Hebræos diem, ac diuinitus nomen consecutum. Annorum autem septimanæ Iubilæum conficiunt, qui nostra lingua remissionem significat. De quo in Leuit. ita scriptum habetur, Numerabis tibi ipsi septem requies annorum, septem annos septies. Et erunt tibi septem hebdomades annorum nouem & quadraginta anni. Cap. 25
Et sanctificabis annum quinquagesimum. Et proclamabitis remissionẽ in terra. Septimo igitur anno terram inculcatam & inaratam requietis ipsius causa relinquere iubebantur, sponteq; nascentibus acquiescere debitumq; omne remittere, atq; Hebræos, qui seruituti astricti erant, libertate donare. Quinquagesimo autem anno non modò eadem hæc facere, sed etiam seruos et huic eos manumittere atq; prædiorum emptorum possessione veteribus dominis cedere. Nam hac Hebræorum natio non torcularis solum & areæ ac primogenitorum primitias Deo dicare & consecrare solet, sed etiam dierum atq; annorum. Sic igitur, vt dictum est, Eximius Septenarius Pentecostes honorem inuexit. Septenarius enim in seipsum ductus quinquagesimum procreat, vno die ad summam explendam desiderato. Hunc porrò vnum, ab eo qui proprie vnus est, ex futuro sæculo velut imaginem ac figuram adiecimus. Octauum eundem & primum, octauum quidem præcedente quod per hebdomadas numeretur) primũ aũt vt diuinæ ac cœlestis reip. atq; immortalis vitæ principiũ, vel vt eximium & excellentem, vel, vt rectius loquar, quoniam primus dies ratione secundi, & terrij & aliorum deinceps sequentium dicitur: dies autem futuri sæculi nullos alios dies sibi succedentes habet, nec solis occubitu exinguitur, idcirco solus ille vnus nominandus est, vt successore carens, finisq; nescius, nec iam nocte intercisus, verùm sempiterno fulgore coruscantem, nec vnquam occumbentem solem habens. Meritò autem vnum hunc diem, qui ad quinquagenarium explendum desideratur ex futuro sæculo accepimus. Necesse est enim in illius sæculi statum desinere sabbatismum illũ, qui animis nostris in hac vita contingit, hoc est cessationem illam à mundanis operibus quam mors affert, quemadmodum septenarius in octonarium desinit, vt hac ratione curæ nostræ partem septem impertiamur, hoc est huic vitæ, atq; ita demum octo, id est, futuræ, nimirum vt non huius tantùm vitæ curæ & sollicitudine tanganur, sed etiam futuræ. Sic enim nonnulli illum Solomonis locum intellexerunt, Da partem septem atq; adeò octo, per septem videlicet præsentem vitam accipientes, per octo autem futuram. Quidam autem per sabbatismum animarum illum animæ statum intellexerunt, quo in hac vita mediocribus tantùm affectuum procellis agitatur, qui quidem in ve- Eccl. 11.
ram tandem futuri sæculi tranquillitatem perturbationumq; vacuitatem desinit. Alij rursus per sabbatismum animarum hoc significari pronunciarunt, res eas omnes, quæ mouentur, in futuro æuo finẽ mouendi facturas, ac iam ne animarum quidem procreationem vllam fore. At magnus & diuinus Maximus huiusmodi quidpiam affert, Quandoquidem Dominus octauo die conspicuus proditurus est, hoc est ad iudicij aduentumq; ipsius diem, atque ijs quidem qui sanctè & honestè vitam egerint, æternitatem & beatitudinem tribuet, eos autem qui scelerate vixerint, sempiternis pœnis afficiet: sciendum est per sabbatismum animarum mortem intelligi, hoc est eam ab operibus mundanis cessationem, quam homini vita functo mors affert. Tum enim animæ sabbatum agunt, quietem ab omni motu nactæ, nec vllam omninò agitationem habentes post summi illius boni, quod autè exquirebatur, manifestationem, quæ quærentibus perspicuum fit id quod quæsitum est. Nam cùm id quod quærebatur, apparuit, motus omnium eorum, quæ mouebantur, conquieuit.

* Eodem spectat quod ait Aug. cap. vltimo lib. vltimi de Ciuit. Dei, Post hanc ætatem tanq; in die septimo requieuit Deus: cuius diei finis non erit vespera, sed Dominicus dies velut octauus æternus, qui Christi resurrectione sanctus est æternam non solùm spiritus, sed etiam corporis resurrectionem præfigurans.

Quanquam autem de septenarij honore multa sint Scripturæ testimonia: nobis tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

men pauca è multis producere satis erit. Septem itaque præclari spiritus nominantur.
Psa.11. Spiritus enim actiones, vt opinor, Esaiæ spirituum nomine appellare visum est. Eloquia item Domini iuxta Dauidem septuplo purgata sunt. Atque iustus de necessitatibus sexies liberatur, in septimo autem ne leuiter quidem percutitur. Peccator autem
Pœna scelerum laudãda. non septies tantùm, sed septuagies etiam septies noxa liberatur. Ac rursus ex aduersa parte (nam scelerum quoque pœna laudanda est) facinus Cain septies vindicatur, hoc est fraternæ cædis ab eo pœnæ repetuntur, scelus autem Lamech septuagesies septiesque quia lege iam & condemnatione promulgata cædem perpetrauit. Eodem pertinet, quod de sceleratis vicinis scriptum est, eos septuplum in sinum suum recipere, quod
Psal.118. etiam de septem columnis, quibus sapientiæ domus nititur, quod de totidem oculis, quibus Zorobabelis lapis ornatur; Quinetiam septies in die laudatur Deus. Atque adeò
* sterilis septem filios, qui perfectus est numerus, parit, illa inquam imperfectæ sobolis parenti ex aduerso opposita.

Cap.11. NIC. *Quòdeximij precij sit septenarius numerus, & si multis testimonijs comprobare possimus, ex multis tamen pauca ex scriptura sacra proferemus. Primùm Esaias de Christo inquit, Requieuerunt super eum spiritus septem, non quòd septem spiritus sint, vnus enim est sp. sanctus: sed diuinas omnes actiones, quas edit, insunt. Spiritus, vt opinor, appellat Prophetæ. Hæ autem sunt, spiritus sapientiæ, spiritus prudentiæ, spiritus*
Cap.5. *cognitionis, pietatis, consilij, fortitudinis, timoris Dei. Dauid autem Psalm. 10. ait, Eloquia Domini eloquia casta, argentum igni exploratum, probatum, terra purgatum septuplum, id est multipliciter. Quemadmodum enim argentum septies conflatum probatum ac purum reperitur, sic etiam verba Dei omni à mendacio aut vitio sunt libera. Iob præterea de iusto ita scribit, Sexies de necessitatibus extrahet te, in septimo añ non tanget te malum. Quæ verba quasi ex persona Dei ad iustum proferuntur. Sensus, hoc est: in præsenti vita, in qua tentationes, atq; operum labores existunt, tentaberis quidem atq; in necessitatibus & rerum difficultatibus versaberis: verum ijs superior futurus es: manus enim mea tibi opem feret. At in septimo, in quo beatus iustorum sabbatismus est & requies, nullius molestiæ recordatio animũ tuum angeat. Atque ob hanc causam Sapiens quidam dixit, In die festi atq; lætitiæ tristium rerum memoria effluit. Nam*
Phil.1. *enim, profectò iusti ad sempiternum festum est transitus. Vide quanto desiderij ardore dissolui cupiat Paulus & cum Christo esse. Sic igitur accipiẽdum est illud, Nec leuiter quidem percutitur, hoc est ne simplicem quidem vllius molestiæ cogitationem accipit. Nam exuberantia voluptatis illius, qua tũ beati perfruentur, dem vllius molestiæ cogitationem accipit. Nam exuberantia voluptatis illius, qua tũ beati perfruentur, obliuionem omnis molestiæ adducet. Quemadmodum enim in septimo die Deus ab effectu abstinuit, ita & beatis omnis molestiæ cogitatio requiescit: sic in septimo seculo requies iustis erit, posteaquã cum multis afflictionibus conflictati*
Matt.18. *erunt, Deo illos liberante. Iam verò in Euangelio percunctanti Petro, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? Respondet Dominus, Non dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies, hoc est, quoties peccatum confessus fuerit ac resipuerit, ignoscendum ei esse docemur. Quomodo scriptura remissionis peccatorum numerum septenario definiat. Nam cùm Petrus dixisset, Vsq; septies? non ad alium numerum transijt. Dominus, veluti septenarium multiplicans in ipso remissionis terminum constituit. Porrò septuagesies septies non nouem, sed septenarium multiplicans in ipso remissionis terminum constituit. Porrò septuagesies septies non nouem, sed septuagies septies dixit. Nec tamen hoc numero venia circunscribitur: verùm per eum semper condonandam esse docemur. Quomodo autem Cain, hoc est septulo cruciabitur, pro eo quòd fraternæ cædis crimine septimum constrinxit? Totam hanc Chrysostomi expositionem meo Niceta desideratur.) Operæpretium est autem septemplicit pœnæ, quæ vindicandum fuisse? Quis enim venia dignum eum iudicauerit, qui eo nomine cuiquam insidiatus est & Cain, Ioannis Chrysostomi enarrationem adiungere, quæ hoc modo se habet. Primùm septenarius numerus pro multitudine in scriptura sancta accipitur: atq; in hac significatione permultis locis positum offendimus. Vt illud, Sterilis peperit septem, & quæcunq; huius sunt generis. Hic autem sceleris aliquid magnum significatur, & quòd non vnum ac simplex erat scelus ab eo designatum, verum septem peccata & quidem talia, vt vnumquodque eorum grauissima pœna expiandum esset. Atque vt ea enumeremus, ita ratio ineatur. Primùm fratri inuidit, quia eum à Deo amari perspiciebat: quod quidem crimen extra veniam remotis ad exitium ipsi inferendum satis graue erat. Alterum, quia hoc in fratrem admisit. Tertium, quia dolum struxit. Quartum, quia cædem perpetrauit. Quintum, quia fratrem interemit. Sextum, quia primus cædem admisit. Septimum, quia Deo mentitus est. Intellectu assecuti estis ea, quæ diximus, & eorum enumerationem altius repetere, vt intelligatis vnumquodque horum, vel solum, quæ vero edito. Sextum, quia primus cadu genus inuexit. Septimum, quia interrogatus à Deo mentiri non erubuit. Itaque ob id quod fratrem manus afferre ausus est, septem supplicia sibi accersit. Scelus autem Lamech septuagies septies vindicabitur, hoc est multipliciter. Quoniam Lamech virum & iuuenem interemit id est, post legem, id est, posti sententiam aduersus Cain à Deo pronunciatam. Nam lex scripta nondum data erat. Septem autem peccatis Caini septem respondent supplicia. Primo peccauit, quia inuidia assectus est: secundo, quia dolum struxit: tertio, cædem admisit: quarto, quia fratrem obtruncauit: quinto, quia primus eadem patrauit: sexto, quia parentibus luctus causam attulit: septimo, quia Deo mẽritus est. Sequitur iam, vt pœnarũ numerum subducamus. Maledicta terra à te, prima hæc pœna est. Operaberis terram, hoc est sine vlla intermissione ac relaxatione agriculturæ laboribus vexaberis, secunda. Et non adiget virtutem suam dare tibi, hæc tertia pœna est, nempe laborum sterilitas. Gemens & tremens eris super terram, tribus pœnis duas adiecit gemitum perpetuum & corporis tremorem, ira vt ipse moueretur & concuteretur, ac ne panem quidẽ & potum facilè ori admouere posset. Sequitur aliud supplicium, quod Cain ipse patefecit sic loquens: Si nũc à terra me ejecis, hoc est, si à terra commoditatibus me disiungis, & à facie tua abscondar. Atrocius supplicium apud eos qui mentis sunt compotes, separatio à Deo. Et posuit Deus signum super eum, septima hæc pœna est. minimum ne pœnam quidem ipsam obscuram esse, verum perspicuo signo quasi præconis voce omnibus declarari hunc illum esse nefarij facinoris architectum, ac recte iudicanti grauissima omnium pœna est hæc infamia. At Lamech post condemnationem Caini duplici cæde constrictus merito dicit, Si de Cain septies vindicatum est, de me Lamech septuagesies septies vindicabitur: hoc est, si iusta aduersus Cain Dei sententia extitit, vt septem supplicijs afficeretur, ipse equidem dignus sum, qui trecentis nonaginta pœnis excrucietur. Quoniam ille, quem admodum ab alto quid, quamque graue crimen esset, eadem committere minimè dubitarat: sic nec homicidam vllum videtur meritas pœnas exoluentem. Ego autem gementem ac tremente cernens, iraq; diuinæ magnitudinem ob oculos habens, huiusmodi exemplo nec melior factus, nec à facinore deterritus sum. Proinde mihi optimo iure multo maiora mihi tormenta inferentur. Quidam autem hunc locum hac ratione explicauit. A Cain vsq; ad diluuium septem fluxerunt generationes, ac tum terra supplicium inducta est, quod longè latéq; fusum esset peccatum. At peccatum Lamech non tam diluuio ad curationẽ opus habebat: verum illo ipso, qui mundi peccatum tollit. Supputa itaque omnes ab Adamo vsq; ad Christum generationes, ac iuxta eam generis recensionem, quam Lucas profert septuagesima & septima ætate Dominum natum fuisse reperies. Verum hæc de Cain et Lamech per digressionem cõmemorata sint. Redeundum est ad testimonia, quibus honori habitus fuisse septenarius demonstratur, idq; non modo in remittendis offensa, verum etiam in animaduertendis atque vlciscendis flagitijs. Dauid igitur quasi ex Iudæorum persona ad Deum ait, Redde vicinis nostris septulum in sinum eorum. Reuersa enim Iudæos ex secunda captiuitate Babylonica, ac templum instaurare cupientes, vicini Iudæi prohibebant. Atque idcirco illi imprecantur, vt septuplicem afflictionem habeant in sinu suo, hoc est, inseparabilem. Rursus in Prouerbijs ad hunc modum loquitur Solomon, Sapientia ædificauit: sibi domum, suppossuit columnas septem. Quo loco per sapientiam subsistentem Dei Sapientiam intelligit, vnigenitum inquam Verbum: per domum autem ædificatam templum corporis quod ex sancta Virgine assumptum induit: per septem autem columnas, spiritus gratias quæ omnes in Christo elucebant. Quinetiam per Zachariam Prophetam Deus & Pater de Christo ita loquitur, Ecce ego duco seruũ meũ, Orientem nomen ipsi. Quia lapis quem dedi ante faciem Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt. Et paulò post, Vt videbunt lapidem stanneum in manibus Zorobabel septẽ hi oculi Domini sunt, qui terram vniuersam inspiciunt. Contigit añ hæc historia post reditum ex captiuitate. Quo tempore sacerdotio munere fungebatur Iesus filius Iosedech: regnũ autem tenebat Zorobabel filius Salathiel, qui cùm in superhumerali splendidũ lapidem attexuisset, ac deinde foramina sex, vt ferunt, in eo effecisset, sex alios diuersi coloris lapides imposuit, qui quidem coloris varietate oculis instar lucebant. Enimuerò prophetia seruum Christum vocat, quia in forma serui ad nos venit: Orientẽ autẽ, quia ipse lux vera est. Quin eundẽ quoque lapidem appellat septem oculos habentẽ ante faciem Iesu datũ. Oportebat enim legale sacerdotium, cuius Iesus figuram gerit, præoculis semper habere lapidẽ illum electum, hoc est Christum, qui multis oculis vniuersa collustrat atque inspicit. Septenarius enim semper ferè vel id quod finem habet, vel quod perfectum est, designat. Rursus Christus hac de causa lapis stanneus dicitur. Atque stannũ ex ære & plũbo cõmixtum ac temperatũ esse. Quamobrẽ nec duritiei omninò est expers, nec rursus mollitiem omnẽ respuit: eodem ferè modo Emmanuel quoque ex firmissima nulliq; perfractioni obnoxia diuinitate, & ex molli, atque, vt ita dicam, affectibus agitata humanitate compositus est. Adhæc stannũ siue plumbum ad purgationem alterius materiæ, quæ igne indiget, necessariò assumitur, ac præsertim ab ijs, qui ex argento opus aliquod efficere solent. Stanno itaq; siue plumbo Christus comparatur, vt pote sordes spiritualiter colliquefaciens ac purgans. Insuper stannũ res inter se distractas connectit, vt pote quod glutinandi vim habet. Huiusmodi autem quiddam in nobis Christus præstitit: si quidem illud verum est, quod in vnum ex gentibus hominem duos populos creat. Ac præterea per eum ad nos inspectionis modus contigit, plurimum per angelibus oculis omnia circunlustrantem. Nec verò absurdum fuerit sanctos antistites & sacrorũ arbitros oculorum loco positos esse affirmare, vt pote alijs superiores, ac propterea Episcoporum nomen consecutos.

Cap.5. *Psa.78.* *Cap.9.* *Cap.3.* *Ephes.2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per eos enim Christus plebẽ in se credentem inuisit. Iam verò Christi quoq; figuram gerit Zorobabel. Quẽ-admodum enim Zorobabel captiuus abductus non est, verùm ex captiuis in Babylone natus, ipsorum rector exitit; ad eundem modũ Christus nulla periculi labe inquinatus ab exitiali & pernicioso imperio in libertatem vindicauit. Huius lapis fides ea est, qua in ipsum credimus. Quocirca lapidem in manu sereno Dominus nos docet, fidem qua eum amplectimur, nequaquam ociosam & inertem esse debere, verum septem Dominici oculi exornatam, hoc est, septem sp. sancti actionibus. Stannum quoq; lapis ob hanc rationem laudatur, quia sicut stannum primum nigrescit, ac deinde splendidum colorem induit: sic eodem modo quibus-

Cap. 2. *citur, pietate praditi sunt, et si peccando nigrorem contrahunt, rursus tamen resipiscendo splendescunt. Atq; de Zorobabelis lapide a nobis dicta sint. Nunc septenarij honorem oratione prosequamur. Dauid ergo ad-um his verbis vtitur, Septies in die laudem dixi tibi, hoc est, sæpenumero. Quinetiam 1. Reg. Anna Samuelis mater in suo Cantico ita loquens inducitur, Quia sterilis peperit septẽ, & quæ multos habebat filios, infirmata est. Historia porrò talis est. Anna & Pheenna cum Elcana matrimonio iunctæ erant, ac Pheennæ quidem liberos edebat: Anna autem haudquaquam pariebat. Verùm solutis tandem per orationem feminæ vinculis, prophetam illum eximium Samuelem procreauit, qui quidẽ matri suæ instar septem, hoc est numerosæ sobolis loco fuit. Imperfecta autem in libris Pheenna dicitur, quæ multos filios habebat. Hæc enim, Multum, indefinita est: quod autem indefinitum est, vtiq; & imperfectum. Vel etiã imperfecta dicta, quia nullum exulit omnibus virtutum numeris, Samuelis instar, absolutum. Atq; hunc etiam septenarium quia nullum exulit omnibus virtutum numeris, Samuelis instar, absolutum. Atq; hunc etiam septenarium scauit, vt pote perfectum atque omnibus virtutibus expolitum. Perfectum porrò hunc numerũ dixi, qui ex suis partibus constituatur, quemadmodum qui apud Arithmeticos perfecti numeri appellantur, quorum quisque est senarius, verùm quemadmodum alio loco denarium perfectum vocat, vt numerorum finem & septenarium, quia septimus dies eos perficit & claudit, in quibus Deus mundum condidit. Significat autem Anna Pheennæ, i. ex aduerso locata, tum quia Pheenna multos habebat, Anna autem Samuelem solum pepererat: tum quia illa in liberis imperfecta erat, hæc perfecta. Dici etiam ideirco septenarius perfectus, quòd per successionis seriem & compositionem vicesimum octauum gignat, qui perfectus numerus.*

**His verbis Ecclesiæ vniuersæ significata est perfectio. August. cap. 4. lib. 17. de Ciuit. Dei.*

Gen. 5. Quòd si veteres etiam historiæ expendendæ sunt, animaduerto septimum inter primæuos homines Enoch translationis honore affectum. Perspicio item vicesimum primum Abraham Patriarchatu ornatum mysterij maioris accessione. septenarius enim ter in se ductus numerum hunc efficit. Aufit autem fortasse quispiã iuuenili animi impetu feruens ad nouum quoque Adamum venire, Deum inquam meum, & Dominum Iesum Christum, qui iuxta Lucæ descriptionem à veteri & subpeccato cõstituto Adamo septuagesimus septimus numeratur. Tum septem illas Io-

Ios. 6. sue filij Nauc buccinas mecum reputo, totidemque circuitus, & dies & sacerdotes à quibus muri Hiericho labefactãtur ac dejiciuntur. Consimili modo septenam Heliæ Prophetæ conuersionem, mysticamq; illam triplicem insufflationem, qua Sarephtanæ viduæ filio vita inspirata est, eiusdemq; numero parem lignorum prosectionem, tum cùm igni diuinitus immissum sacrificium absumpsit, ignominiosis illis sacrificulis abstersis, qui ab eo prouocati idem fecerant, obtruncauit: Quo etiam ingenere ponenda est septenaria illa nubis ascensio, et culatio puerulo imperata, & aquilis fizæi circum Sunamitidis filium insultans, qua vitalis halitus fuscitatus est. Ad eandem quoq; ni fallor, doctrinam pertinet (vt septem hastilibus & lucernis instructum templi candelabrũ præteream) quod & sacerdos septem diebus consecratur, & septem diebus leprosus purgatur, & eodem diebus templum dedicatur. Eodem denique referendum, quòd septuagesimo anno populus ex captiuitate reducitur, vt quam vim in vnitatibus habet hic numerus, eandem quoque in decadibus habeat, ac perfectiori numero septenarij gratificetur, dum honoretur.

Insufflatio mystica.

NICET. *Age, iam veteres quoq; historias recenseamus, in quibus septenarius numerus verè spiritum diserris non exprimitur, sed reipsa inuenitur. Septimus quantum ad generationem fuit ab Adam Enoch, qui mortis fato nequaquam perfunctus est verùm translatus est, ne mortẽ videret. Vicesimus primus Abraham tum septenarium præfigurans, tum sanctam Trinitatem. Nam qui ter septenarium comprehendit & vicesimum procreabit. Ac præterea Abraham primus est inter Patriarchas mysterij maioris accessionem. Quanquam enim septenarius ob supradictas eius vires & facultates mysticus est, magis tamen mysticus est intelligitur ternarius vtpote sanctæ Trinitatis imaginem ferens. Quocirca sublimius quoq; ipsius est mysterium. Quin septuagesimus quoq; septimus Dominus reperietur, si quis conuersionis ordine generationis Christi apud Lucam probitatem excutiat. Lucas enim à Christo exorsus in Adamum desinit. Quòd si quis retro-*

cto ordine atque inuerso modo apud Lucam ab Adamo vsque ad Christum numerare cœperit, septuagesimum septimum ipsum reperiet. Atq; hæ historiæ ex rebus ipsis septenarium præclarum & honorabilem esse ostendunt: Quæ autem sequuntur, idem verbis demonstrant. Scriptum est in libro Iosue filij Naue, quod vr- Cap. 6. *bem Hiericho septem sacerdotes cum totidem buccinis per septem dies circumgebant, clangentes, semel quidem reliquis diebus eam ambientes, septimo autẽ die septies, ac tum mœnia nullius impulsione labefactata, corruerunt. Quæ autem de Helia commemorantur, tertio quidem Regum libro scripta sunt, verùm septena* Cap. 17. 18. *ria ipsius conuersionis nihil historiæ monumentis mandatum est. Quid igitur de hac inuersione dicendum? An præter historiæ veritatem Theologum hanc prolocutum esse? Minimè: Verùm hic inuersionis verbum descriptoris errore obrepsisse. Atq; etiam quidam codices minimè depranati hanc dictionem non habent. Mysticamq; illam triplicem insufflationem Eliæ Prophetæ, qua Sarephtanæ viduæ filio vita inspirata est. Hoc quoq; refert historia Heliam in Sarephtanæ filium ter inhalasse, sicq; eum ad vitam reuocasse. Ad hanc autem triplicem insufflationem æqualis hoc est terna intelligetur fragmentorum ligni prolutio. Nãid quoque sacra docet historia. Cùm enim Helias ex tempore altare construxisset, ac lignorum fragmenta super ipsum struxisset, ac posteà holocaustum super ligna imposuisset, dixit. Accipite mihi hydrias aquarum, & infundite super holocaustum & super ligna. Atque ita fecerunt. Et dixit, secundo hoc facite: & secundo hoc fecerunt. Tertio hoc facite: & tertio hoc fecerunt. Quibus peractis ad ipsius preces cecidit ignis Domini de cœlo, & deuorauit holocaustum & ligna & altare & aquam & puluerem. Quoniam autem nonnulli vt septenariam hanc prolutionem numerant, & nos quoq; sententiam nostram explicabimus. Arithmetici numerorum pronunciationes admodum rerum subiectarum non ad quantitatem accipiunt. Aut igitur Helias primum, Infundite, deinde, Iterum infundite, Post, Tertiò id facite Duo itaq; vnà adiecta tria efficiunt, quibus tria insuper adiecta sex conficiunt. Senario autem prima vnitas addita perfectum numerum absoluit. Aut si mauis, sex prolutionibus septimam adiunge, nimirum eam, quæ per ignem diuinitus missum contigit. Posthæc Helias ignominia dignos sacerdotes, vtpote fœdo & obscœno idolo Baal seruientes quadringentos & quinquaginta interfecit. Nam cùm eos ad nouum sacrificij holocaustum prouocasset, nec ipsi in nomine Baal ignem ad propositi sacrificij consumptionem cœlitus demittere potuissent, quemadmodum viteri-* 3. Reg. 8. *ipsum & eos conuenerat ipse autem in Dei nomine hoc fecisset, condemnatos eos extremo supplicio affecit. Idem cœlo tribus annis & sex mensibus clauso, cùm iam siccitatis vinculum soluendum esset puerulo illi, quo ministro vteretur, imperauit, vt specularetur ac videret an nubes aliqua coorietur. Et quoniam nondum orta erat, eum septies hoc facere iussit. Septima autem inspectione nubem paruam vidit, quasi vestigium viri aquam aduehentem, à qua magnopere aucta cœlum obductum est, ac confestim pluuia in terram fusa. Hactenus de Helia Thesbita. In eodem lib. Reg. Heliszi quoq; inflexio continetur. Nam cùm Sunamitidis filius extremum vitæ spiritum edidisset, Prophetæ de monte descendens ingressus domum ipsius in cœnaculũ ascendit, ac super puerum septies se incurauit, id est, contraxit atq; inflexit super eum: adeò vt os ori & oculos oculu, & manus manibus adiungeret. Inflexionem autem Theologus huiusmodi tactationem & contorsionem appellauit, qua Spiritus suscitatus est. i. Spiritu vitalis recreatus. Hæc locutus Gregorius candelabri historiam prætermittere quidem videtur: sed tamen hanc quoq; sermone complectitur, ac præterea nouæ figuræ vsus simul & auditorũ satietati fastidioq; occurrit, & variam orationem effecit. Candelabri autem huius descriptio in Exodi libro sita est. Et quidem historia vnum duntaxat hastile cãdelabri commemorat,* Exod. 25. *sex autem calamos circum hastile & septem lucernas, hastili & calamis adiacentes. Verùm Theologus cum hastili calamos etiam statuens ac numerans, hos quoq; hastilium nomine appellauit. Atq; ita vniuersum quidem hoc candelabrum erat, cæterùm ἑπτάκαυλος, ἑπτάμυξος, nimirum propter hastilia & lucernas ysu perpositas. Vt igitur, inquit, templi candelabrum septem lucernas prorendens præteream, eiusdem est doctrinæ ac speculationis, de numero septenario scilicet, quòd is qui ad sacerdotij dignitatem electus est, temdem item doctrinæ, quòd is qui lepra infectus est, septem diebus purgatur, vt in Leuitico editum atq; impe-* Deut. 17. *ratum est. Eodem quoq; referendum, quòd templum à Solomone ipsius extructore septem diebus dedicatur,* Cap. 14. *quemadmodum habetur 3. Reg. Huc accedit, quòd populus ex Babylonica captiuitate septuagesimo anno re-* Cap. 8. *diit, sicut Hieremias prædixerat, & rerum euentus confirmauit: vt septenarius qui in vnitatibus honore insignis est, idem quoq; in decadibus fiat, hoc est præclarus & maximè mysticus decadicus septenarij numerus ob populi redemptionem, ac mysterij quoq; nonnihil habeat, nimirum liberati populi proclamationem. Modaici autem numeri dicuntur, qui ab vnitate ad decadem vsq; progrediuntur. Decadici verò, qui à denario ad centesimum. Ex quo numero est septuagenarius ex septenarij in denarium multiplicatione constatus. Denarium porrò septenario perfectiorem dixit, vt numeros claudentem ac terminantem. Post denarium enim numerus nullus est, sed reuolutio. septenarij autem mysterium, mystica est ipsius speculatio.*

Quid autem longinqua colligo? Iesus ipse qui pura perfectio est, quinq; panibus in Ioan. 6. deserto quinq; hominum millia aluit, ac rursus septem panibus quatuor millia. Atque Luc. 9. expleta populi fame reliquiæ collectæ sunt, illic duodecim cophini, hic septem sportæ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

neutrum opinor temere, nec aliter quàm Spiritu dignum erat. Quin pet te quoq; ipse Scripturas peruoluens, multos numeros obseruaueris, qui profundius aliquid habeant quā quod prima fronte obijcitur. Quod autē præsenti tempori cōmodissimum est, obtecostes diem Hæbreorum more colimus, quemadmodum & alios nonnullos Hebraicos ritus obseruamus, apud illos quidem figura tenus celebratos, à nobis autem mystícè restitutos atque perfectos.

Differentia Pentecostes Iudæorum & nostræ.

NIC. *Quid inquit, mihi vetera & longinqua commemorare opus est? Ipse Christus qui pura & vera perfectio est, vtpote totus perfectus, ac non vt supradicti numeri, qui ex parte tantùm perfecti nominantur, ab solùm quinq; panibus quinq; hominum millia nutrit, sed etiam septem quatuor millia. Vt quidem ex quinque panibus superfuere duodecim cophini propter Apostolos, vt Iudas quoq; ipse suum gestaret: ex septem autem panibus sportæ septem, propter honorem septenarij. Sunt autem allegorico sensu quinq; panes, naturalis illa de Deo doctrina, quæ ex quinq; sensibus innascitur: qua nutriuntur, qui sensuales dum exactam vitam agunt, nec mentis alis ad sublimiorem speculationem euehi possunt. Vnde etiam per hordeaceos panes ideò significatur, hāc doctrinam promptā atq; obuiā esse, naturalēq; speculationē imperfectā habere: quippe quod dē nec hordeaceo pane quicq̄ est vilius. Quod aūt cum mulieribus & pueris comedūt, id significat eos adhuc imperfectum cupiditatibus atq; imperfecta rationis infantia non plane liberos atq; alienos esse. Denig; cophini duodecim, qui multitudine satiata superfunt, naturalem & moralem & theologicam doctrinā significant. Hæc enim superfuerunt, quia nullam harum subierunt, hoc est prouoluerunt aut intellexerunt, minutè & exiliis sensibus, velut crassi & stupidi, Creatoris cognitionem assecuti. Quòd si ὑποκρίσεως legi, ignorantia atq; supergressi sunt, non autem ὑποκεῖσθαι, id est, subierunt, sic erit accipiendum. Licet secundum Dei præscriptum viuerent quinarij illi (μοναδικὸν enim vocat) sensuumq; opera & adiumenta eggressum Deum expiscarentur: tamen in eo redundarunt, quòd nec naturalem nec moralem nec theologicam doctrinam transiluerint, id est, missam fecerint. Nam his, qui per naturalem speculationem ad inquirendam Dei cognitionem mouentur, Dei verbum spirituales naturæ panes frangens omnem bonorum affluentiam facultatemq; largitur, quemadmodum indicant duodecim cophini, ex his quæ superfuerant, collecti. Activa quidem est theologica doctrina, propter sanctam vnius diuinitatis Trinitatem. Quadruplex autem naturalis propter quatuor primarias & generales virtutes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam: quinaria autem naturalis, propter materiam, quæ ex quatuor elementis constat & formam quinti adiunctam habet. Neq; enim aliud quicquam est natura in sensum cadens, quàm materia formata. Contenta. At tales quidem sunt eorum epulæ, qui simpliciter ad Deum tendunt, nec ab ineuerata & in habitum perducta animi affectione erga eam animæ partem, quæ perturbationibus agitatur, atq; à ratione aufertur, est, plenè adhuc expurgati sunt. At perfectiorum epulæ multò præstantiores & sublimiores sunt (Nam & septem panes sunt propter puritatem ac mysticam vim huius numeri. Septenarius etenim cultus est & virgo, quoq; quatuor mille sunt) tum quia pauciores sunt quinque millibus (mali enim numero superiores sunt) tum quia perfectionis generalium virtutum rationem ac doctrinam habent. Ac spiritualis etiam est & virgo, septem panes sunt propter puritatem ac mysticam vim huius numeri. Septenarius etenim cultus est & virgo. Atq; id etiam quod ex conuiuio supereſt purum & incorruptum esse per septenarium designatur. Huiusmodi enim sunt diuinæ & arcanæ spirituales q; speculationes. Nam septem quoq; sunt spiritualis gratia. Quæ circa qui in triplici philosophia quasi tribus diebus constanter persistunt, illi demum & naturali, & spirituali lege à diuino Verbo nutriuntur. Ea porrò ratione primùm quinque millia pascuntur, quoniam in sensuum curam prius incumbendum est, atque ita ad perfectiora progrediendum. Iam vero cophini qui ex textili materia, hoc est, ex viminibus, laboriosam atque ærumnosam eam vitam designant, quæ in actione versatur, qua opus habent, qui alicuius magisterio & disciplina reguntur. Sportæ autem, quæ ex harum ramis fiunt, victoriam eam significant, quam perfectiores homines turbulentis animi motibus profligatis consequuntur. Nam in victoriæ signum huiusmodi ramus accipi solet. Nec vero qui quam horum miraculorum temere, hoc est sine causa edebatur (hoc enim Spiritu indignum est) verùm haud dubiè mirabilis culorum diuersitas, ac diuersæ satiatæ plebis reliquiæ optima quadā ratione & mystica speculatione Dominī diuinitate nequaquam aliena, contigerunt. Quin tu quoque multos numeros inuenies, qui prasentibus liquid habeant, quàm quod prima fronte offendunt, id est, aliud quiddam significantes præter id quod mo statim obtutu cernitur, atque vnicuique obuium est. Hoc quidem dicendum est, quod præsenti tempori conuenit, quod propter superius commemoratas de quinquagenario vel etiam septenario numero causas, atque aut propter alias quasdam his admodum propinquas, aut propter nonnullas diuiniores causas, atque has quas adduximus recondtiores magisq; mysticas. Quinquagesimum diem Hebræorum more celebramus: tamē interest, quòd illi propter septenarium hunc diem in precio habent, nos autem propter Spiritum tum: Quemadmodum & alia quædam sunt in lege Hebraica, quæ apud illos quidem per figuram & adumbrationem peraguntur ac celebrantur: à nobis autem mysticè & verè restituuntur ac perficiuntur. Quippe genere est illorum Circumcisio, & noster Baptismus: illorum Pascha, agnus sensibilis: nostrum Pascha, fluxus: ac pleraq; alia, quæ nunc sigillatim recensere non facile fuerit.*

Pentecostes mysterium magnū & ineffabile.

Atque hęc de die nobis dicta sint: nunc ad ea, quæ sequuntur, pergat oratio. Pentecosten celebramus, ac Spiritus aduentum, & præsinitum pollicitationis exequendæ diem, speciq; impletionem. Ac Deus bone, quantum est hoc mysterium, quàm magnum & venerandum. Corporea Christi finem habent, vel, vt rectius dicam, ea quæ ad corpoream ipsius peregrinationem spectabant (vereor enim dicere res ad corpus pertinentes, quoad mihi cuiusquam oratio persuaserit, præclarius esse corpus exiisse atq; excussisse. Spiritus autem actiones principium capiunt. Quænam porrò ea erant, quæ ad Christum spectabant? Virgo, natiuitas, præsepe, fasciatio, angeli cum admiratione laudantes, pastores accurrentes, stellæ cursus, Magorum adoratio, & munerū oblatio, ab Herode patrata, puerorum cædes, ipse in Aegyptum fugiens, ex Aegypto rediens, circunciſus, Baptismi aqua perfusus, testimonio cœlitus misso comprobatus, tētatus, lapidibus propter nos impetitus, vtpote quibus afflictionis pro fide ac recta doctrina subeundæ exemplum dari oportebat, proditus, clauis affixus, humo conditus, vitæ restitutus. Quorum nunc etiam plurima patitur ab impijs quidem ea quæ ignominiam habent, ac pro sua lenitate patienter fert: à pijs autē & Christi amore præditis, ea quæ cum honore coniuncta sunt. Atq; vt illis iram, eodem modo nobis quoque benignitatem differt: hoc fortasse cōsiliovt & illis pœnitentiæ tempus concedat, & nostrum amorem cupiditatemq; probet, atq; explo ret, an afflictionibus frangemur certaminibusque pietatis causa susceptis, quemadmodum iam olim diuinæ dispensationis & imperuestigabilium ipsius iudiciorum, quibus res nostras sapienter moderatur, est ratio. Atq; huiusmodi quidem sunt, quæ ad Christum pertinent, & quæ postea sequentur, gloriosiora spectabimus, vtinamque & ipsi spectemur. Ad Spiritus autem mysteria explicanda Spiritus ipse mihi adsit, tantamque mihi dicendi facultatem suppeditet, quantam cupio: aut si non tantam, at certe quæ huic festi celebrirati par sit. Ac profectò aderit heriliter, non seruiliter, nec iussum atq; imperium, vt quibusdam videtur, expectans. Spirat enim vbi vult, & super quos vult, & quando, & quantum. Sic nos Spiritu afflati & cogitamus & loquimur.

Nūc quoq; patitur Christus ab impijs.

Inuocatio Sp. sancti.

NICET. *Ac disputatio nostra de die hic finem habeat: nos autem ea quæ deinceps sequuntur, dicendo persequamur. Id autem quod sequebatur, & vnde per digressionem eò processimus, vt de diei ratione verba faceremus, hoc erat, nempe spiritualiter nobis festum esse celebrandum. Ad ea igitur accommodanda sunt, quæ in præsentia à nobis dicentur: atque ita quodammodo agendum est. Pentecosten celebramus, non simpliciter numerum, sed Spiritus etiam aduentum: nam tum ille ad discipulos accessit: atq; hic dies erat, quem Christus pollicitationi suæ explendæ præstituerat, cùm Apostolis diceret, Vos autem baptizabimini in sp. sancto non multis abhinc diebus. Et enim pollicitatio quidem in ea sita erat, quòd ipsis sancti spiritus aduentum promiserat: terminus autem erat, temporis ac loci declaratio. Sedete enim, inquit, in ciuitate Hierusalem, quoisq; induamini virtute ex alto. Iam horum expectatio spei erat, quam tandem euentus explenit. Ac Deus bone, quantum est hoc mysterium. Illud, quantum, cum admiratione esserendum est, id q; perspicuum est ex eo quod subiungitur, quàm magnum & venerandum. Nam cùm ait, quantum sesis magnitudinem quantitatemq; requirit. Idq; explicans Theologus ait, quàm magnum, hoc est valde magnum. Cùm autem dixisset: Corporea Christi finem habent, commune quoddam nomen se accepisse sentiens, quod non modò ea quæ ad corpoream ipsius præsentiam cum hominibusque habitum commercium, de quo deinceps sermonem habiturus est, significare posset, sed etiam naturales corporis proprietates, velut triplicem dimensionem, formam, & quantitatem & qualitatem, aliaque huius generis: ne ansam hæreticis præberet existimandi Christi filium, cùm in cœlum receptus esset, corpus quoq; ipsum abiecisse, ac sola diuinitate in cœlum ascendisse: quemadmodum exitiosum arunt Manichæi, qui ad dogmatis sui patrocinium hunc Danielis locum produxerunt, In solem posuit tabernaculum suum, acuta præmunitione huic suspicioni medetur subijciens: Vereor dicere res ad corpus permentes, id est, refugio ac formido dicere res corporis, hoc est ipsum corpus, quoad mihi cuiusquam oratio persuaserit (nunquam autem persuadebit) melius ac præstabilius esse corpori, atque ad gloriam & honorem præclarum, proiectum esse, non secus ac vas quoddam supervacaneum, aut vile & infame vestimentum, atq; in solis corpore repositum esse, iuxta Manicheorum delirium. Est etiam horum verborum aliara ratio. Quoniam enim nonnulli vnitam quidem semper esse assumptam humanitatem cum diuinitate asserebant, caterum proprietates suas post resurrectionem abiecisse: quòd fieri non posse dicerent, vt quod quantitatem & qualitatem formamque haberet, cum eo iungeretur, quòd his omnibus rebus careret, huiusmodi dogma euertit dicens: Vereor enim dicere proprietates corporis defluxisse ac dilapsas esse. His enim sublatis ipsum quoque simul tollitur & euanescit, vt pote à quo nullo modo separari ac ne cogitatione quidem distra*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hi possint. ἀτονικῶς autem. i excussisse dixit, metaphora ducta ab his, qui vasa quædam comportant, atq; ea velut sarcinam grauem deponunt. Idcirco non dixit corporea Christi sinem habere, sed ea quæ ad corpoream & terrenam ipsius præsentiam pertinent. Spiritus autem actiones principium capiunt. Postquam enim Christus omni corporeo munere expleto in cœlum receptus est, spiritus sanctus descendit, suamq; in apostolos vim & actionem exerere cœpit in diuisione ignearum linguarum, quo nomine festum diem celebramus. Porrò ne quis addubitet ac scisciteur, quænam illa sint, quæ ad corpoream Christi præsentiam spectent, expressè ac distincte verbis ea exponamus. Quanam ergo sunt ea? Virgo pro muliere, natiuitas pro creatura, præsepe propter paradisum, fasciatio propter nuditatem, angeli cœlestem illum deinde terrenum celebrantes, magniq; consilij patris angelum, pastores accurrentes ad agnum & pastorem, Stella præcurrens, venitura enim Creatorem adorat, Magi ad pedes accedentes ac dona offerentes, gentium primitia atq; ingressus, idololatriæque interitus & oppressio, ab Herode patrata puerorum cædes, hoc est tenerarum & puerilium legis figurarum (vetus enim Testamentum noui figura erat) sublatio atque extinctio. Ipsum Aegyptum fugiens, vt nos quoq; persecutionibus vexati, ex ciuitate in ciuitatem migremus, rursus ex Aegypto rediens postquam eius simulacra concussit atq; deiecit. Circuncisus, Baptismi aqua perfusus. Atqui, dicat quispiam priusquam in Aegyptum fugisset, octauo vitæ die circuncisus fuerat. Ita profectò est: verùm ipsa circuncisio Baptismi figuram gerebat, ideo eam Baptismo proximam Theologus collocauit. Erat autem huiusmodi lauacrum peccatorum nostrorum purgatio. Testimonio cœlitus misso comprobatus: illinc enim ipse progressus erat, atq; eiusdem cum testificante substantiæ. Tentatus in deserto à diabolo, tentatio autem erat perscrutatio diuinitatis humanitate tecta. Lapidibus propter nos impetitus: sustulerunt enim, vt ait,
Ioan. 8. lapides, vt tacerent in eum. At q; hæc propter nos perpetiens, id est, eruditionis nostræ causa, nobis enim ostentationis pro prædicatione & fide perferendæ formam atq; exemplum dari oportebat. Proditus discipuli osculo. Mortem ipsius edente. Clauis transfixus, vt peccatum meum configat, hoc est enecet & absumat. Mortem ipsius, vt mortem meam tollat. Humo conditus vt nostram terram reuersioni medeatur. Vita resurgens, vt nos ex inferno liberet vitaq; restituat. Ascendens, vt me quoq; subuehat. Quorum nunc etiam plurima recitantur tam eorum quæ contemptus atq; ignominiæ sunt, quàm quæ honoris. Nam eorum quæ à nobis sunt celebrata, alia quædam ad eius honorem facta sunt, alia ad contemptum & ignominiam. Patrem dicimus non tantùm de malo, sed etiam de bono. Christus siquidem ab impijs ea quæ ignominiam habent, patitur, ac prosua lenitate perfert: à pijs autem ipsius q; amore prædictis ea quæ cum honore communia sunt, accipit, neq; illis iram infert, quam sibi thesauri instar colligunt: nec eos rursus à quibus colitur, statim iam remunerator: verùm & illis supplicium, & nobis præmiorum benignitatem differt, vt & illis tempus pœnitentiæ det, & nos exploret, atq; experiatur, num pro pietate decertantes animis frangamur. Hæc enim olim & à principio ratio & causa est diuinæ dispensationis, & imperceptibilium ipsius iudiciorum, quibus
Psal. 35. sapienter res nostras gubernat & administrat. Quòd autem abstrusiora sint Dei consilia, quàm vt ea quisquam æquè possit, hinc clamat Dauid, dicens, iudicia tua abyssus multa: hinc et iam Paulus cum admiratione magna & stupore, Quàm inscrutabilia sunt iudicia ipsius, & inuestigabiles viæ eius. Verum dicitur
Rom. 11. iniquus, si percipi non possunt Dei iudicia, qui fit, vt Theologus velut eorum cognitionem assecutus proferat? Responderi potest, quòd per coniecturam eam protulit: ob id enim adhibita, fortassis. Tum quia communiores rerum causas & rationes, & si non omnes, sæpenumero nobis patefacit Filius Dei, particulares autem & singulares imperceptibiles seruat. At q; huiusmodi quidem sunt, quæ ad Christi diuinitatem pertinent, siue passiones, siue actiones, & quæ posteà sequuntur, hoc est quæ ad secundam progressionis eius partem spectant. Quòd autem perfectiora nobis tunc gloriosiusq; spectabimus, vt iam q; ipsi à Christo potissimum spectemur. Quòd autem perfectiora
Psal. 16. tum spectabimus ac spectabimur, Dauidi fides habenda est sic loquenti, Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo. Satiabor cùm apparuerit mihi gloria tua. Nunc enim Deus viris integritate & sanctitate multis prædito velut gustum quendam & arrabonem præbuit: plenam autem & cumulatam beatitudinem, quæ ad satietatem vsq; perfruentur, tum demum percipient. Mihi verò de spiritu loquenti instituenti videtur, quòd is nunquam tui ipse adsit, atq; ipsius beneficio tanta mihi oratio detur, quantam cupio: aut si non tanta, quòd saltem aliquantum hoc sit minusq; vtile, huiusmodi saltem orationem cœcedat, qua huius festi celebritati par sit, summa dicamque humana natura cupiditatem mediocritate velut incidat. Ac profectò aderit benignus & iuuans iussu (quemadmodum nos Spiritus afflatu & sentimus & profitemur) non autem alterius impulsu, atque imperium seruiliter exequens, vt creatura, quemadmodum Macedoniani, Spiritui sancto bellum inferentes existimant nimirum contrario spiritu afflati. Spiritus enim vbi vult spirat, vt apud Ioannem loquitur Christus, & in quo loco orbis terrarum vult: & super quos homines vult. Vult autem, si inuenerit quales ipse vult, & quando vult, id est congruo tempore. Verbi gratia, alium ex matris ventre per præscientiam sanctificat, alium fundit, alium greges ouium pascentem, alium aliud quiddã facientem. Et quantum vult: modum enim certum & diuersitas gratiarum atq; inspirationis. At q; illud obserua, Vbi, locum significare, Super quos, personas quæ inspirantur, quando, tempus: quantum, modum. Enimuerò Christus hoc loco per spiritum non spectat sanctum intelligit sed aereum & vento constatum, per obscuriorem nimirum cognitionem hoc exco-

ploperfectiorem illis afferens. Nam cùm dixisset Nicodemus, Quomodo potest homo nasci denuò? velut ignorans eam natiuitatem, de qua Dominus loquebatur: Christus exempli gratia, ventum ipsi proposuit. Si ventus, quem vides, & cuius vocem audis, vnde prodeat, & quò vadat, nescis, quæ tandem ratione spiritualem natiuitatem intelligere poteris, cùm præter ea quæ in sensum atq; oculos incurrunt, nondum quicquam cognoscas? Theologus autem hoc loco ostendens spiritum sanctum dominationem atq; imperium à se habere, non autem creaturam esse aut seruum iussa capessentem, ait. Sp. sanctus spirat vbi vult, & in quos vult, & quo tempore, & quantùm vult.
Ioan. 3.

Qui Spirit. sanctum in creaturarum ordinem deijciunt, contumelioſi sunt & scelerati ierui, atq; adeò sceleratorum sceleratissimi. Sceleratorum enim seruorum est imperium aspernari, & aduersus dominationem insurgere, atq; id quod liberum est, in eandem secum seruitutis classem redigere. Qui autem Deum eum censent, diuini profectò viri sunt, atq; illustri mente præditi. Qui verò non modò existimant, sed etiam asserunt ac profitentur, si quidem apud æquos & probos auditores, sublimes & excelsi sunt: si autem apud abiectos & humi prouolutos, haud satis prudentes, vtpote qui luto margaritam, & imbecillæ auri tonitrui sonum, & solem infirmis oculis, & lacte adhuc vtentibus solidum cibum committant: cùm eos paulatim ad vlteriora promouere, atq; ad sublimiora prouehere conueniat, lumini lumen impertiendo, ac veritati veritatem conciliando. Quocirca nos quoq; perfectiori interim sermone misso facto, nondum enim tempus id postulat, ad hunc modum cum ipsis disseremus.

Macedoniani serui sceleratissimi.

Coram qui bus de sp. sancto parcè loquendum.

. NIC. *Spiritum sanctum alij vim tantùm & facultatem esse dicebant, alij creaturam, alij Deum, alij medio quodam modo affecti erant, nec videlicet eum colentes, nec contemptui habentes. Porrò qui Deum ipsum esse existimabant, partim inclusam animo pietatem habebant, partim labijs quoq; ipsis Deum confitebantur. Theologus igitur eos, qui spiritum creaturam esse, atq; à Filio factum asserebant, contumelioſos vocat, imperiumq; repudiantes ac reijcientes, aduersus dominum suum perfidè insurgentes. eos autem, qui spiritum in animis suis Deum existimabant, illustri mente præditos esse dicit: eos verò qui non modò eum Deũ credebant, sed etiam prædicabant, si quidem apud æquos ac probos auditores fideiq; pietate præditos hoc dicerent, sublimes eos, & mirificis laudibus dignos appellat. Sin autem apud humiles & imperfectos mentẽque habentes humi depressam, eamq; ob causam spiritui sancto Dei nomen tribuane nequaquam ferentes huiusmodi homines minus prudentes & consultos esse ait. Quemadmodum enim infirmæ aures tonitrui sonum ferre nequeunt, nec infirmi oculi lucem solisq; splendorem obtueri, nec ijs qui lacte alimonia adhuc vtuntur solidum cibum porrigere expedit: ita nec ijs, qui primis adhuc fidei rudimentis imbuuntur, perfectæ doctrinæ committenda est. Temporis enim & personarum rationem habere conuenit, sermones in iudicio disponere, nec repentè, sed sensim & pedetentim eos ad sublimiora prouehere, minorisq; lumine paulatim illustratis atq; obscuriore veritate instructis, maius tandem lumen, illustriorem q; veritatem impertiri. Quandoquidem & spiritum Christus paulatim patefecit. Primùm enim ne aduersarius quispiam Dei esse videatur, dixit, Rogabo Patrem, & alium Paracletum mittet vobis. Posteà autẽ inquit, Mittet in nomine meo, (hoc est non vt seruum aut subditum, sed in nomine meo, id est vt Deum consubstantialem, quemadmodum & ipse eiusdem cum Patre sum substantiæ. Hoc enim significant hæc verba in nomine meo) hoc autem verbum, Rogabo, non iam adiecit. Deinde dixit, Ego mittam, suam videlicet dignitatem aut bonitatem q; perspicuè faciens. Ac postremò ita locutus est, Veniet spiritus, vt liberam spiritus potentiam ostenderet. Vides quo pacto splendores nobis certo ordine affulgeant. Sic in lumine lumẽ inuenitur. Hunc Theologi ordinem si nos quoq; tenuerimus, rectè fecerimus, nimirum vt nec confertim ac repentè cœlestem doctrinã patefaciamus, ne alios à fide vulneremus grauiter q; ledamus (quemadmodũ qui obscuros & infirmos oculos immodica luce fatigare conantur. Sontem lucis debilitant:) nec rursus perpetuò abditam abstrusamq; teneamus, ne nos ipsos ab orthodoxa fide auertamus atq; perdamus: verum prudenter & sensim ac tenuiter alienos ad veritatẽ adducamus: quia nondum tempus sit perfectioris doctrinæ fundendæ, quæ promiscuæ plebis auditum captũ superat.*
Psal. 111.

Ioan. 14.

Siquidem, ô viri, nec increatum, nec temporis expertem Spirit. sanctum creditis, spiritu aduersario haud dubiè afflamini: dabitis enim veniam si zelo permotus asperius aliquod verbum extulero: quod si hactenus saltem rectè sentitis, ac bellè valetis, quia à manifesta impietate abhorretis, atq; eum, qui nos quoque liberos efficit, à seruili ordine eximitis, quod sequitur, vnà cum Spirit. sancto ac nobis expendite. Vos quippe aliquatenus ipsius participes esse confido, ac iam velut cum ijs qui à nostris partibus stant, simul rem considerabo. Aut mihi aliquid, quod inter seruitutem & dominationem interiectum sit proferte, vt illic Spiritus dignitatem constituam: aut cùm seruitutis nomen fugiatis, non obscurum erit, quo loco atq; ordine id quod exquirit,

Quo spiritu afflentur heretici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæretici solent ad voces impingere.

collocetis. At syllabas auersamini, atq; ad vocem impingitis, lapisq; offensionis & petra scandali hoc vobis efficitur, (nec mirum cùm Christus quoque ipse nonnullis scandalo fuerit.) Humanus is quidem affectus. Verùm spiritualiter inter nos hanc controuersiã transigamus: fraternæ potius charitatis studium, quàm perditum nostri amorem pro nobis feramus. Vim diuinitatis ac potentiam nobis date, & nos vicissim diuinitatis vocem vobis concedemus. Naturam alijs vocibus, quibus plus tribuitis, cõsiteamini: ac vt infirmos curabimus, nonnulla vobis grata atque iucunda furtim elargientes. Quam enim vobis turpe est, turpe inquam, & perabsurdum, cùm animo optimè valentis, sordidè circa vocis sonum litem creare, ac thesaurum abditũ habere, quasi aligeum inuidentes, aut metuẽtes, ne lingnam quoq; vestram sanctificetis: turpius tamen est nobis eodem vitio teneri, quod vobis obijcimus, & cùm anxiam & sordidam de partis rebus contentionem damnemus, circa literas tamen inepta contentione immorari.

De vocibus non est contendẽdũ sed de re.

NIC. *Aduersus contrarias de sp. sancto sententias accuratius exactiusq; in oratione de sp. sancto Theologus disputauit. Hac igitur diuisione vtitur. sp. sanctus aut exse subsistit, atq; est essentia: aut in alterius gradu deratur, ac tum accidens nominabitur. si accidens est, vtiq; Dei actus erit. Porrò si actus est, agens, sed non autem aget: ac simul atq; actus fuerit, finem habebit. huiusmodi enim est actus natura. Atqui quod agit, & quadam dicit, & segregat, & mœrore afficitur, & irritatur, & cætera eius generis, quæ non modo sed ei quod motũ habeat, conueniunt, hoc est agenti, ac nõ actui. Actus it aq; nõ est sp. sanctus. Ita fit, vt aliquidam ẽdam est, vel creatura existimãdus erit, vel Deus: neq; enim quicq̃ intermedium est. si creatura, quo modo in cũ credimus? Si Deus, cur nõ simul cũ Patre & Filio adorabitur? Hæc sunt Theologi verba in Oratione de sp. sancto. Hoc aũt loco ad hunc rursus modũ cum hæreticis congreditur. O viri optimi, si sp. sanctus creatura esse, ac temporis expertem non admittitis, sed eum in rerum creatarum numerũ asscribitis, ac propterea tẽporis subijcitis (quicquid enim creatum est, tempori subest: etiamsi non omne, quod motus vicissitudinem habeat) cur non eandem rationem habeat si hoc inquam dixeritis, haudquam boni spiritus est hic afflatus, verùm potius damonis & veritatis aduersarij, impuri inquam illius & serui ac creati, ad eundem secum creaturarum ordinem id quod creationem nescit, contumeliosè deprimentis. Dabitis enim veniam si vos pie ac diuina loquentes permotus aliquantò acrioribus verbis incessam, atq; eò audaciæ progrediar, vt vos in tanta ab sanctitate fugiatis, nec spiritum seruum dicatis, qui nos quoq; liberos efficit. Lex enim spiritus, hoc est, potestas spiritus, vitæ inquit Paulus, liberauit me à lege peccati & mortis. Atque etiam idem Apostolus sic Galatas scribit. Misit Deus sp. filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. Itaque non iam es seruus, sed filius. Porrò spiritus filij dicitur sp. sanctus, vt pote eiusdem cum Filio substantiæ ac potestatis. Proinde si sp. sanctum dicere non audetis, quod sequitur, atque hinc colligitur, nobiscum, & cum spiritu sancto vagabitur. Aliquatenus enim ipsius participes estis: eamq; ob causam vos non omninò à cœtu & collegio nostro ejicio, quemadmodum illos prorsus alienos, qui dæmonum intemperijs agitantur, ac spiritum impurum esse affirmant: quin potius vos admitto, ac vobiscum velut cum ijs, qui iam ad nostras partes adiunxi sunt, vt spero, adiungentur, doctrinam de sp. sancto simul discutere ac perpendere volo. Quenam autem est discussio? Contrariorum alia medio carent, vt integrum & superfluum, lux & tenebræ: eorum enim nullum est: alia medium habent. Iterũ eorum, quæ medium habent, alia medium habent, vt iustum & iniustum (horum enim medium est, quod neutrum est) alia autem plura media, vt albũ & nigrum. Horum media multa sunt. fuscum, pallidum, rubrum, flauum, cæruleum. Eodem igitur modo de medijs & seruitute etiam de rebus fortuitis agitur, medium habent: (inter ea enim libertas interiecta est:) cùm alijs de rebus sermo habetur, prorsus medio carent. Quòd si medium quiddam inter dominium & seruitutem concesserit, medium illud proferte, atque exponite quodnam id sit, vt illic spiritum collocem. Atqui medium inter seruitutem & dominium asseri potest. A veritate igitur presti atq; coacti eò adigemini, vt sp. sanctum inter seruitutem & dominium asseratis. Dominum enim ẽtiam Deum ac Dominum fateamini. Nam si ipsum, vt par est, seruum dicere vereremini, duorum vnum ex ijs, qui sp. sancto bellum indixerant, nec Dominum ac Deum eum dicere sustinebant, quod apertè id ipsa expressum non esset nec rursus seruum vocare audebant. Ab ijs igitur extorquet, ne vereamini, postulatur, nempe quòd nec seruus, nec dominus sit sp. sanctus: quoniam nihil sit tertium, quod respondere queant, verùm quoniam seruum eum dicere refugiunt, persuadere eis nititur, vt quod reliquum est, fateantur, spiritum Dominum esse: quandoquidem inter dominum & seruum nullum sit medium. At fidelis ac pia est: nec mirum, cùm ipse etiam Christus ob carnem quibusdam fuerit scandalo, quemadmodum & prædixerat Esaias, & Paulus ad Rom. scribens interpretatus est, Offendit enim, inquit, ad lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scãdali. Quamobrem si hoc vos offendit, quod tumq̃ scripturæ verbis expressum sit quod Spiritus sit Deus, humano errore lapsi estis, ac vobis ignoscimus. Agedum igitur controuersiam transigamus, id est, amicè & pacificè inter nos efficiamur: idq; non sim pliciter sed spiritualiter faciamus, hoc est, vt spiritui gratum est. Gratum est autem, vt priuatis contentionibus opinionibusq; relictis aliorum vtilitates cum omni tranquillitate procuremus: quod quidem faciũt, qui non sui, sed fratrum ac proximorum amore correpti sunt. Is autem sui amore tenetur, qui quærit q̃ sua sunt. Quisquis autem is est, qui aliorum commodis seruit. Verùm quæ laudabilis concordiæ ineunda ratio erit? Date vos vim diuinitatis ac potentiam, hoc est, omnia quæ potest diuinitas, omnia quæ ipsius propria sunt omnia quæ certa notis diuinitatem exprimunt, ac vobis vicissim hanc vocem, Deus, aliquantisper concedemus, nequaquam à vobis eam exigentes. Modo enim vim confiteamini, de voce contentionem non mouebimus. Naturam & diuinitatem sp. sancti confiteamini in alijs dictionibus eandem vim habentibus ac Deo conuenientibus, quibus plus tribuitis, quas magis honoratis ac veneramini, vt probatas & in scriptura expressas. Quoniam enim vnicam hanc vocem, Deus, nobis dare grauamini, alias saltem date, verbi gratia, quòd increatus sit sp. sanctus, quòd omnipotens, & reliquas huiusmodi, ex quibus compendioso artificio ipsum quoq; Deum esse colligamus. Nos autem nequaquam vt sceleratos vos execrabimur, sed vt infirmos medicorum more curabimus, ignoratione, potius quàm amentia circa fidei doctrinam offendentes, ac propter mentis languorem & imbecillitatem huiusmodi vocem proferre nõ audentes. Eam autem in curando rationem tenebimus, vt nequaquam puram de spiritus sancti diuinitate doctrinam vobis propinemus, sed nonnulla quoq; verba, quæ vobis magis arrident, admisceamus: non secus ac medici iucunda quædam ægrotantibus indulgent, quò facilius medicinam admittant. Turpe enim est & perabsurdum vos animo sanos ac rectè valentes, quatenus sp. sanctum rectissimè Deum existimatis sordidè circa vocis sonum litem creare, ac tenaciter immorari, dicere nolentes, id quod animo creditis, nimirum quòd sp. sanctus Deus sit: verùm thesaurum quem in pectore habetis, abscondentes, vt suspicionem moueatis, id ea de causa à vobis fieri, vel quòd alijs inuideatis, ac soli hac cognitione & scientia frui velitis, vel quod metuatis, ne lingua quoq; vestra sanctitatis ipsa pronunciatione comparetur, quemadmodum anima per rectam de sp. sancto fidem sanctificata est. Turpius autem nobis est, si idem admittere comperiamur, quod vobis obijcimus, hoc est, cùm vos accusemus, vt circa vocis sonum sordidè & præparcè affectos, nec eam intendentes, ijdem quatuor literas (quæ sunt Deus) nimiùm anxiè persequamur, nec aliter vos admittamus, q̃ si eas, pnuncietis: perinde ac si pietas in nominibus posita sit, non in rebus.*

Cap. 4.

Trinitatem viri boni, vnius diuinitatis esse fateamini, aut, si magis placet, vnius naturæ: atque hanc vocem, Deus, à Spiritu vobis postulabimus. Dabit enim profectò secundum, qui primum dedit, idque potissimum, si conflictatio hæc vestra non à diabolica contradicendi libidine, sed à spirituali timiditate proficiscatur. Atque, vt apertiùs & compendiosiùs loquar, sic inter nos agamus, vt nec vos sublimioris vocis ergò nos in crimen vocetis (nec enim inuidia & reprehensione premi debet huiusmodi ascensus ad theologicos) nec nos vicissim eam vocem, cuius adhuc capaces estis, vobis obijciemus: quandiu alio itinere ad idem diuersorium feremini. Non enim victoriam ambimus, sed vt fratres, quorum secessione distorquemur, ad nos redeant laboramus.

Modus dicendi hæreticis.

NIC. *Fateamini, inquit, ô amici, sanctam Trinitatem vnius esse diuinitatis ac naturæ: atq; ego Spiritum precabor, vt vox hæc, Deus, vobis inspiretur. Hæc autem idcirco Theologus dicit, quoniam illis leuius videbatur dicere, Trinitatem vnius esse naturæ, quàm hæc tria vnum Deum esse. quanq; eadem verborum vis esset. Deinde subiungit, Qui primum dedit, nempe vt Trinitatem vnius esse naturæ fateamini, dabit etiam secundum, nimirum vt Spiritum Deum apertè confiteamini. Nam si vnius naturæ & diuinitatis est Trinitas, profectò cùm eam expleat sp. sanctus, ipse quoque Deus est. Dabit autem vobis huiusmodi vocem ac confessionẽ, si modò conflictatio vestra à timiditate spirituali proficiscatur (quòd fortasse timeatis dicere quæ apertis verbis scriptura non expressit) non autem à diabolicæ contradicendi libidine, cupientibus scilicet vobis proprium dogma conscribere, quamuis infirmum sit & vanitatis plenum. Atque, vt compendiosiùs loquar sic inter nos agamus, vt nec vos sublimioris vocis ergò nos accusetis, hoc est, quia magna quædam de sp. sancto proloquimur, atq; ad perfectæ Theologiæ verticem ascendimus, Deum ipsum esse pronunciantes (nec enim inuidiam & reprehensionem meretur huiusmodi theologicus ascensus:) nec nos vicissim vobis infirmis & rudibus eam vocem, cuius solùm capaces adhuc estis, criminis causa proferemus. Quamuis enim sp. sanctum nominatim Deum non dixeritis, modò aliam quandam vocem eandem vim habentem in altero verborum sono extulerit is, haudquaquam eo nomine vos accusabimus ac reprehendemus: quoad velut quidam viatores per alia nomina & verba quasi per aliam quandam orbitam ad idem diuersorium atque hospitium huius vocis, Deus, veniatis. Neq; enim de vobis victoriam referre affectamus, vt ij solẽt, quos amor*

Esa. 8.

Rom. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sui præcipites agit: verùm vt charitate præditi fratres assumere cupimus fidei vnitate nobiscum coniunctos quorum secessione non minùs acerbè discrutiamur, q̃ si à proprijs membru diuelleremur.

Atque hæc ad vos dicta sint: apud quos vitale quidpiam reperimus, quippe qui sanè atque integrè de Filio sentiatis, quorũ cùm vitam mirificè probemus, doctrinam tamen non omni ex parte laudamus: qui cùm ea, quæ sunt Spiritus, habeatis, Spiritum quoque insuper assumite, vt non solũ certetis, sed etiam legitimè (nã hinc coronæ decus comparatur.) Hoc vobis præclaræ vitæ præmium detur, vt Spiritum plenè perfectèque confiteamini, ac nobiscum, immò etiam ante nos, quantùm æquũ est, prædicetis. Atque etiam maius quiddam vestra causa dicere illudque Apostoli pro loqui non dubitabo. Adeò vos amplector atque exosculor, adeò concinnam hanc vestram & compositam vestem reuereor, & colorem eum, quem vobis vitæ frugalitas affert, & sacros hos cœtus, & augustam vir

2.Tim.2.

ginitatem ac purgationem, & in psalmorum cantillatione permutationem, & propensum in pauperes, & fratres, & hospites studium atque amorem, vt anathema esse à Christo esse, ac nõnihil vt damnatus peti non recusem: modò nobiscum adiungamini, communibusque animis Trinitatem concelebremus. Nam quid de alijs dicam cum perspicuè mortuis & extinctis (quos nec ad vitam reuocare Christi solius est, qui sua potentia mortuos viuificat) qui loco-rum spatijs sceleratè distrahũtur, cùm doctrinæ vinculo constricti sint, tantumque inter se contendunt, quantum distortis oculi vnam eandemque rem cernentes, & non obtutu, sed situ duntaxat inter se differentes: si tamen illis distortio ac peruersitas potius quàm cæcitas obijcienda est.

NIC. Atq; hæc, inquit, vobis disserimus, apud quos vitale quidpiam reperimus. Quid hoc? Sanam de Filio doctrinam & fidem. Macedoniani enim dimidia ex parte rectè sentiebant, atq; etiam Semiariani audiebant, vt qui in Sp. sanctum solùm blasphemarent, non item in Filium. Quorum præclaram & pietatis colendæ studio deuoram vitæ rationem suspicientes, doctrinam tamen nequaquam comprobamus, vt pote à recta secta. Quocirca cùm Spiritus fructum habeatis, id est, spirituales actiones, Spiritum quoq; assumite, de ipsius diuinitate, vt dignum est, disserentes: vt (quoniam iuxta Apostolum etiam si quis certet, non tamen corona donabitur, nisi legitimè certet) vos non solùm certetis, sed etiam legitimè. Nam hoc coronæ decus cõparatur, nempe ex legitimo certamine. Stulti enim ac vecordis est animi, in spiritualibus laborare, laboris autem coronam ideo non accipere, quia huiusmodi labor non vt oportet suscipiatur. In pari legitimè certat, qui non modò ad certamen accinctus est, atq; in arenam prodijt, sed etiam certaminis decursu, pugnis in-

Gal.5.

bus satisfecit, atq; aduersarium superauit. Ipse enimuerò vobis hanc laudabilis vitæ mercedem tribuens, vt Spiritum egregiè confiteamini. Ac cùm cætera vestra rectè facta, tum pallorem istum ex vita continentia & frugalitate affusum amplector & exosculor, vt pro vobis illud Apostoli proferre non dubitem. Optarem enim

Rom.9. Exod.32.

anathema esse à Christo, id est, disiunctus & separatus. Paulus enim Mosem imitabatur cognatorum ac tribulum suorum vicem dolentem, Deumq; his verbis alloquentem, Si peccatum ipsis dimiseris, dimitte eis: minus, de libro, quem scripsisti, me quoq; oblitera. Atq; multorum salutem sua vnius salute præstabiliorem q̃; ducebat: id quod est hominis tum proximum vt seipsum diligentis, tum maximè Christi amantis, ac duo prima & magna præcepta simul explentis. Eodem igitur modo ipse quoq; nequiuit ac natus perpeti non recuso hac conditione vt nobiscum fletu, vt communibus animis Trinitatem concelebremus. Nam quid de alijs dicam, de Arianis scilicet & Eunomianis, qui non solùm in spiritum blasphemant, verùm etiam in Filium: ac propterea quantum ad animam attinet, prorsus mortui atque extincti sunt. Animæ quippe mors, separatio est à Deo: quemadmodum corporis mors, est ipsius ab anima disiunctio. Hos enim, per incredulitatem & perfidiam mortuos, ad vitam reuocare Christi solius est, (quo, vt est apud Paulum, viuificat mortuos secundum ineffabilem diuinitatis suæ potentiam.) Quos quidem Ariani

Rom.4.

ni pietatem simulantes loco quidem à reliquis eiusdem doctrinæ asseruoribus, nimirum ab Eunomianis, callidè atque astutè separantur, nequaquam cum illis, velut ab eorum dogmate abhorrentibus, verùm quantum ad doctrinam ac sectam attinet, inseparabili nexu cum illu cohærent, ac tametsi de fide Trinitatis inter se dissidere videantur, quia locorum interuallis distincti sunt, non tamen dissident quandoquidem ad vnam eandemq; rem concordibus animis feruntur. Et quemadmodum duo oculi distortissimi, quorum alter deorsum, alter sursum & inæqualem situm sibi inuicem aduersari videantur, minimè tamen aduersantur, quoniam ijdem eandem intuentur (neque enim aspectu, sed situ dissident: nec quantum ad actum inter se contrarij sunt,) sic etiam Ariani haudquaquam inter se quantum ad fidei doctrinam pugnant: ad eandem etenim impietatem collimant: verùm quantum ad locum, quo inter se disiunguntur. Quin etiam hoc in illa comparatione dissimile est, quòd praui ac distorti oculi vtcunque cernunt: hi autem, vt aptius loquar, animi oculis prorsus caligant. Atq; vt alio exemplo vtamur, quod in vijs & fluuijs reperire est, vt à se inuicem secernuntur, ad eursus in vnum coëant: idem hæreticis vsu venit. Nam in quibusdam dissentientes, in quibusdam rursus in vnum coëunt: adeò vt planè perspici nequeat, in quo vel differant, vel doctrinæ communione iungantur.

Hæc mea verba, Atq; hæc vobis disserimus ad Macedonij sectatores referuntur. Ariani enim & Eunomiani tanta animorum contentione inter se pugnabant, vt ne mutuum quidem aspectum & cõgressum ferre possent. Quos etiam impijs conuitijs insectarentur. Optat autem Gregorius hanc probatissimæ vitæ mercedem Macedonianis dari, vt Sp. sanctum Deum confiteantur, eumq; cum Christianis Deum prædicent. Immò etiam ante nos. i. separatim à nobis: vel etiam hoc vult, vt primũ ad hanc confessionem veniant, quæ Sp. sanctum perspicuè Deum prædicat, per alias dictiones idem significantes cõfiteantur. Nam hæc verba, Quantum ipsum dignitas postulat, exprimendæ diuinitatis mihi vim habere videntur. Vel etiam, Ante nos dixit. i. in omnium conspectu et propalam ac libere.

ὑφεῖλε τιμῆς. *hac dictione vtitur Paul. 2. Tim. 2. cap.* ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας *recte secantem. Vulgata versio, tractantem.*

Sp. sanctus æqualis est Patri & Filio.

Postquam autem ad vos vtcunque disserui, agedum ad Spiritum iam ipsum reuertamur: ac vos iam, vt opinor, dicentem sequemini. Spirit. sanctus & semper erat, & est & erit, nec vllo ortu generatus, nec finem habiturus, sed semper cum Patre & Filio coniunctus atq; connumeratus, nec enim conueniebat, vt vel Pater Filium, vel Filius Sp. sanctum aliquando desideraret. Maximam enim alioqui ignominiam perferret diuinitas, vt quæ ad perfectionis cumulum velut ex pœnitentia veniisset. Erat igitur semper, participans non particeps: perficiens nõ ab alio perfectus: explens nõ expletus: sanctificatus: diuinitatem asserẽs non accipiens: ipse semper, & secum, & cum ijs, quibus adiunctus est, idem & æqualis: & inuisibilis, tempotis expers, nullo spatio circunscriptus, immutabilis, qualitate, quantitate, forma & tactu carens, suopte & sempiterno motu agitabilis, atbitrij libertatem & potestatem à se habens, omnipotens (tametsi ad primariam causam, omnia quæ spiritus sancti sunt, quemadmodum & quæ vnigeniti, referuntur) vita & vitæ parens, lumen & luminis suppeditator, bonitas ipsa & fons bonitatis, Spiritus rectus, principalis dominus, mittens, segregans, templum sibi exstruens, viam præmonstrans, arbitratu suo afflans, gratiasque diuidens, Spiritus adoptionis, veritatis, sapientiæ, prudentiæ, scientiæ, pietatis, consilii, fortitudinis, timoris, quemadmodum superius commemorauimus. per quem Pater cognoscitur, & Filius celebratur, & à quibus solis ipse cognoscitur, vna classis, vna adoratio, potentia, perfectio, sanctitas.

NIC. Postquam, inquit, ad vos vtcunq; disserui, qui Macedonij dogma profitentes circa Filij diuinitatem recto iudicio ducimini, agedum ad sermonem de Sp. sancto se referat oratio. Ac vos quoq;, vt opinor, his, quæ attulimus, persuasi contentione abiecta dicentem, sequemini, ac benignè & candidè verba nostra audietis. Hinc autem erdiemur. Sp. sanctus nec cœpit esse (semper enim erat) nec esse desinet: verùm est & erit, & cum Patre ac Filio connungitur & connumeratur, non autem subiungitur, aut subnumeratur: quemadmodum hæreticis placet ipsius dignitatem imminuere cupientibus. Annut enim æqualibus & eandem subsantiam habentibus connumerationis verbum conuenire: inferioribus autem diuersamq; subsantiam habentibus, subnumerationis nomen quadrare, vel singularis declarationis. Ac connumerationem quidem vocant contractionem eam, qua in vnum numerum fit, vt cùm dicimus tres deos aut tres homines: non autem connumerationem, sed singularem enunciationem, cùm dicimus, vnum & vnum: subnumerationem denique postremum in numeratione gradum, vt, Pater, Filius, & Sp. sanctus. Eu, inquiunt, postremus recenseretur ac pronunciatur Spiritus, ac Patri & Filio subnumeratur. Atq; hæc ipsi dicunt, doctrinam suam quasi lata lege promulgantes, cæterum à veritate recedentes. Nam re vera Sp. sanctus in Scriptura non semper postremo loco ponitur, sed interdum etiam priori loco numeratur, Pater autem posteriori, vt etiam ait Apostolus, Diuisiones gratiarum sunt: idem autem Spiritus, qui operatur diuisiones gratiarum (pro ratione, vt, opinor, eorum qui eas suscipiunt) & diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus, & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus. Hic enim primum Sp. sancti meminit, deinde Filij, postremò Dei & Patris. Iam nec ea sola connumerantur, quæ substantia eadem sunt, sed ea etiam, q̃ diuersam habent substantiam. Ait enim Ioannes: Tres sunt, qui testimonium dant, Spiritus, aqua, & sanguis. Hæc porrò substantia eadem non sunt. Vides quo modo corruat hæreticis illa connumerationis disputatio. Spiritus igitur eodem ordine cum Patre & Filio consetur ac glorificatur, vt pote per quem ipsa quoq; diuina operatio explicatur. Gratia enim Domini nostri Iesu Christi, inquit Apostolus, & charitas Dei & Patris, & participatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Et nostræ salutis caput, ac perfecta de diuinitate traditio hæc est, vt qui Baptismi aqua tingũtur, ad consequendam sanctificationem in nomine Patris & Filij & Sp. sancti baptizentur. Nam quod in eisdem diuinis operibus sancta Trinitas glorificetur, certissimum diuinitatis vnius argumentum est. Ac rursus Apostolus in hunc modum loquitur, Vnus Deus, ex quo omnia: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & vnus Sp. sanctus, in quo omnia. Eu hoc quoq; loco Sp. sanctus eodem ordine

ac nu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac numero cum Patre & Filio ponitur. Neque enim alioqui Trinitas fuerit, nisi spiritu quoq; communerur. Et quemadmodum tradidit magnus ille, & à miraculo editis Thaumaturgi cognomentum adsumpsit Gregorius, nunquam vel Patri Filius defuit, vel Filio Sp. sanctus: vt spiritus hostes asserunt. Id enim in maximam ignominiam Dei cederet. Hinc enim conficeretur Deum à principio perfectum non fuisse, sed quasi pœnitentia motum, Personam, quæ desiderabatur, hoc est, Sp. sanctum assumpsisse, atq; ita ad perfectionem omnibus cumulatam perfectamq; diuinitatem peruenisse. Erat igitur in principio spiritus, at perfectus quidem ab omni creatura ad sui coagmentationem conseruationemq; eo opus habente. Caterum ipse horum vel participes efficitur. Nullius enim indiget, seq; ipso contentus est. Perficit omnia, atq; ipse eis angelos per sanctificationem: ipse autem non perficitur, quippe natura perfectus atq; incrementum negligens. Implet omnia sua essentia. Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarum, inquit Salomon. Et Dauid Sap. 1. ibo à spiritu tuo? Ipse autem non impletur, vt pote plenus ac plus quàm plenus: & de plenitudine eius omnes accepimus, & accipimus, atq; implemur. At ipse nec rei vllius indiget, nec imminuitur. Sanctificat, ut Psal. 138. poribus affulgens variisq; ab illu perceptus haudquaquam à percipientibus imminuitur. Sanctificatur, Ioan. 1. turâ sanctus. Ablati enim estis, inquit, & sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spi- 1. Cor. 6 tu Dei nostri: Ipse autem spiritus minimè sanctificatur. Neque enim quod essentiâ sanctum est, egebit onem requirit. Hominibus diuinitatem affert per adoptionem & gratiam: ipse autem Deus non effertur. Nam quod alijs diuinitatem largitur, natura Deus est. Adhæc ille sibi ipsi semper æqualis & eidem est, nec conuersionem ac mutationem admittens, quemadmodum nec Pater nec Filius, cum quibus spiritus vocatus est. Inuisibilis. Sic enim ait, Christus, spiritum mundus accipere non potest, quia non videt eum, Ioan. 14. tis expers, quoniam & increatus. Creata enim sunt, quæ in tempore sunt. Incomprehensibilis omnium ad potentiam & magnitudinem, propter bonitatem ac beneficentiam capaces sui bonorum facit. Immutabilis, quia & ingenitus. Quæ enim orta ac generata sunt, alterationi obnoxia sunt. Qualitatis, quantitatis, tactu carens, quia simplex & incorporeus. Accidentium enim rationem habent qualitas, quantitas, tactus, & forma seu figura, quæ quidem in compositu considerantur. At Deo qualitas nulla tribuenda est, ne compositum ipsum statuamus, nimirum ex substantia & qualitate, nec vllum omnino accidens. Nihil enim in ipso nascitur atq; extinguitur: verùm immutabilis est & inalterabilis, semperq; vt diximus, eodem modo se habet. Iam verò cætera omnia aliunde motum habent, hoc est, à Deo, à quo facta sunt & à quibus mouentur. Solus Deus est, nec à quoquam productus est, nec mouetur, verùm suopte motu ciet ur, ac primus omnium motum habet. Insuper arbitrij quoque liberi est Sp. sanctus. Diuersa autem significatione arbitrium capitur, aliter cùm de Deo sermo habetur, aliter cùm de angelis, aliter denique cùm de hominibus. In Deo quidem supereſſentialiter: in angelis, quia conatus operisque expromptio cum habitu concurrit, non tamen temporis interuallo admittit. Nam cùm angelus arbitrij libertatem natura habeat, hoc tamen momento ea vtitur, quandoquidem nec corporis reluctationem patitur, nec cuiusquam oppugnationem timet. Simul enim cum natura & creatione sua liberam arbitrij facultatem accepit, quam postea ipsi accedentem, aut intermedium tempus habentem. Id autem proposito non fuerit. Puer enim etsi natura liberum arbitrium habet, tamen ob imbecillitatem in malum ea libertate vti prohibetur. At in hominibus habitus ante aggressionem temporali modo prior cognoscitur. Tametsi enim ipse quoque arbitrij libertate præditus est, eamque natura habet: tamen ob habitus impetum & oppugnationem, & propter corporis grauitatem vsus ipsius & executio habitu posteriores sunt. Spiritus quoque αὐτεξούσιον est, ideſt, natura & à seipso potentiam habet, ac propterea omnia quæ potest: non autem omnia vult, quæ potest. Mundum enim delere ac perdere potest, non tamen vult. Quod si quid humilius & abiectius de eo dictum inueniat, exempli causa, Quòd à Patre mittitur, aut docetur, aut addiscit, aut intercedit, aut aliud quidpiam huius generis, scito hæc omnia ad primam conspectionem referenda esse. Mittitur enim ab eo qui est, ad Patrem, quemadmodum & ad eundem sua Filium refert. Sic enim vita ipsa loquitur, Ego viuo propter Patrem. Et ipsa potentia, Non potest Filius facere à seipso quicquam. Et perfecta Sapientia, Non dixit mihi Pater, sic facio. His autem verbis non eò vtitur, quòd voluntate ac motu careat, ac non perialem tesseram expectet: sed vt sententiam suam coniunctim & inseparabiliter à Patre proferat, ostendat, ac per hæc omnia ad Patris cognitionem nobis præeat; ad quem rerum earum, quæ ab eo miraculum refert, vt per eum ad Patris cognitionem euehamur. Quemetiam spiritus vita est, & vitam dans. Sic enim ait Apostolus, spiritus vita est per iustitiam. Et rursus, Litera occidit, spiritus autem vitificat. Et Dominus ipse hoc testimonio suo confirmat, spiritus, inquit, est, qui vitificat: caro non prodest quicquam. Vitificat porrò cum Deo Patre omnia vitificante, & cum Filio vitam dante. Sic enim Apostolus, Qui suscitauit Christum à mortuis, vitificabit & corpora nostra mortalia per inhabitantem spiritum suum in nobis. Et Christus, Oues mea vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis.

Ioan. 5 12. 14. 2. Cor. 3 Ioan. 6. Rom. 4. Ioan. 10

uo verbo absolutam, quemadmodum nec ab igne calor, nec à luce splendor separari potest. Sic nec à Spiritu sanctificatio, vitificatio, bonitas, rectitudo. Nec quicquam horum aduentitium ipsi est, aut posterius accedens. Lumen est & luminis porrector. In lumine enim tuo, inquit, videbimus lumen, ideſt, in Spiritu Filium. Hoc porrò Dauidis oraculum tum impletum est cùm baptizato Iesu, vt est apud Ioannem, Sp. sanctus Filio diuinum testimonium præbuit, in columbæ forma descendens. Nam tum in spiritu tuo Filium cognominat. Lumen autem Sp. sanctus appellatur, quia omnem ignorantiam & errorem ex animis, quibus infusus est, dissipat. Rectum etiam quia omnia, quæ ipsum splendore continentur, ad seipsum colligit. Bonitas ipsa & fons bonitatis. Essentiale bonum, à quo & alia vt ex fonte bonitatē hauriunt. Dauid enim Sp. bonum ipsum nominat: Theologus autem laudem amplificans atq; ostendens eum non participatione bonum esse, bonitatem ipsam eum nuncupauit, cuius beneficio alia quoq; bonitatem consequantur. Spiritus rectus, principalis. Hæc quoq; Dauidis sunt. Spiritum enim, inquit, rectum innoua in visceribus meis. Et, spiritu principali confirma Ps. 50. me. Ac rectum quidem dicitur, vt flexuoso & obliquo serpenti contrarius. Nam, vt ait scriptura, Sp. sanctus effugiet dolum. Rectus etiā dicitur, quia ipse iustitia est & veritas, digressiones ac deflectiones in vtrumq; partem non habens. Principalis autem, vt princeps & dominator, tum etiam vt principem mentem dirigens. Ita dominum enim vocat Apostolus dicens, Dominus autem dirigat corda vestra ad dilectionem Dei, & ad 2. Thess. 3. patientiam Christi. Et alio loco, Vos autem Dominus multiplicet & abundare faciat per charitatem mutuam, & ad confirmanda corda vestra sine reprehensione in sanctitate coram Deo & Patre in aduentu Do 1. Thess. 3 mini nostri Iesu Christi: Et alibi expressè eum Dominum vocat his verbis, Dominus autem spiritus est. Et rursus, Tanquam à Domino spiritu. Atque etiam mittit & segregat Sp. sanctus. Ait enim Esaias, Dominus Ioan. 4. misit me, & spiritus ipsius. Scriptum etiam habetur in Actis Apost. Et illi quidem emissi à spiritu descende Esa. 48. runt in Seleuciam. Et in eodem libro, Dixit Sp. sanctus, Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus, ad Act. 13. quod eos accepi. Templum sibi extruxit. Hoc quoque ab apostolo sumptum est, Nescitis, quòd templum Dei 2. Cor. 3. estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Et rursus, Corpora vestra templum sunt Sp. sancti, qui in vobis est. At- 1. Cor. 6 que etiam iter commonstrat Sp. sanctus. Descendit enim, inquit, spiritus à Domino, & præuit eis. Et Da- Psalm. 142. uid, spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. Et Dominus, Cùm venerit paracletus spiritus veritatis, Ioan. 16 ille vos commonefaciet, ac deducet in omnem veritatem. Ac ne mihi hanc præitionem in abiectiorem sensum interpretetis, hoc quoq; opus Deo attribuat scriptura. Deduxisti enim, inquit, quasi oues populum tuum. Psa. 76. Et, Qui deducit velut ouem Ioseph. Et, * Deduxisti eos in spe, & non timuerunt. Præterea spiritus prout vult, 79. operatur, ac diuidit gratiæ, quemadmodum & Paulus testatur dicens, Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens priuatim vnicuiq; sicut vult. Spiritus adoptionis. Sic rursus Paulus ipsum vocat 1. Corin. 12. sic loquens, Non enim accepistis spiritum seruitutis ad timorem, sed spiritum adoptionis accepistis. Spiri- Rom. 8. tum autem veritatis Dominus ipse eum nominauit, dicens, Cùm venerit Paracletus spiritus veritatis. Nomina autem, quæ deinceps sequuntur, Esaias enumerat, de Christo ad hunc modum vaticinans. Et requiescent Ioan. 16. super eum spiritus septem, spiritus sapientiæ & prudentiæ, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ Esa. 11. & pietatis, spiritus timoris Dei implebit eum. Sic autem vocatur Sp. sanctus, vt eorum author & suppeditator. Atq; etiam per spiritum Pater cognoscitur. Spiritus enim, vt ait Apostolus, omnia scrutatur, etiam pro- 1. Cor. 2. funda Dei. Et alio loco, Quis enim ea scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? sic etiam ea, ibi. quæ Dei sunt, nemo scit, ipsi spiritus Dei. Per spiritum Filius celebratur. Ipse enim Vnigenitus in Ioannis Ioan. 17 Euangelio de Paracleto sic loquitur, Ille me glorificabit. Spiritus enim Dominum dignè glorificat, non vt creatura, sed vt spiritus veritatis dilucidè ac perspicue in seipsa veritatem ostendens, atque etiam vt spiritus sapientiæ Christum, qui Dei sapientia est, in sua magnitudine patefaciens. Tum etiam duplex est gloria, alia naturalis, vt gloria solis lucis est, alia externa, quæ ex animi proposito & voluntate ac iudicio, qui ea digni sunt, afficiuntur. Cuius duo quoq; sunt genera. Filius enim, inquit ille, glorificat Patrem suum, & fermè dominum suum. Quocirca gloria seruilis accessuris præstantiæ familiaris & propria à spiritu tribuitur. Sic agitur & Pater per spiritum cognoscitur, & Filius glorificatur. Rursus autem spiritus ab his solis cognoscitur, hoc est, à Patre solo & Filio. Atq; vna sanctæ Trinitatis classis est. Vnius & adoratio eadem. Nec enim aliter Patrem ac Filium, aliter Sp. sanctum colimus & adoramus sed eadem prorsus modo. Vna adoratio, & vnus honor secundum cultum, non secundum relationem. Vna potentia trium personarum immensa & infinita. Porrò est enim sanctæ Trinitatis, quidquid vult. Vna perfectio & sanctificatio, quæ à tribus personis affertur.

* Hic locus in Reginæ codice quadam inserta erant, quæ nihil ad rem faciebant nec in nostro Nicetæ legebantur. Quare ea loco mouimus, atq; in sua sede collocauimus, nimirum vbi locus ille Dauidis profertur, In lumine tuo videbimus lumen.

Quid pluribus verbis opus est? Omnia quæcunque Pater habet, sunt Filij, præterquàm quòd ingenitus non est. Omnia quæcunque Filius, Sp. sancti sunt, si generationem excipias. Hæc porrò nequaquam substantiam secernunt, vt quidem ipse sentio, verùm eius substantiam secernuntur. *Omnia q̃ Pater habet sunt Filij.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

NIC. *Pater, Filius, Sp. sanctus, ingenitura, generatio, processio, fac proprietates has memoria tenae. Quid, inquit, cætera cõmemorare attinet? Omnia quæcunq; pater habet, sunt Filij, præterq; quòd ingenitus non est, iuxta Domini ipsius vocem dicentis, Omnia quæcunq; habet Pater, mea sunt. Nam præterquàm quòd principi formæ adsunt, eadẽ imaginis quoq; sunt. Et omnia quæ Filius habet, Sp. sancti sunt, excepta genitura, generationis & processionis, licet pronunciatione diuersa sint, haudquaq; tamẽ diuersas substantias inducunt, aut eas diuidunt, quasi essentiales quædã differentiæ, sicut Ariani atq; Eunomiani blaterãt, verum vt ipse censeo, circa vnam eãdemq; substantiam diuiduntur, velut proprietates distinctarum personarum indistinctæ substantiæ & naturæ ac diuinitatis. Quemadmodum enim propria nomina, verbi gratia Petrus Paulus & Ioannes non naturas diuidunt, sed circa naturam eandem diuiduntur, ac personas distinguunt (quamuis enim diuersa sint nomina: natura tamen ipsorum vna est, nimirum humanitas) eodem modo & ingenitura, generatio & processio, tria nomina inter se quidem eadem non sunt, verùm ea, quibus subsunt, eadem sunt: nec substantiam scindunt, sed circa eãdem substantiam scinduntur, ac personas secernunt. Sic proprietates istæ velut notæ quædam in substantia considerandæ propriis quidem ac peculiaribus notis vnumquemq; munem diuidunt, substantiæ verò identitatem minimè disiungunt. Exempli causa, Communis quidem omnium diuinitas: proprietates aũt, Paternitas & filiatio, ex vtriusq; porrò connexione veritatis cognitio atq; comprehensio nobis ingeneratur.*

Honorandi dies sacer Sp. sancto.

Parturis obiectiones? at ego orationis cursum. Diem Spiritui sacrum honori habe: linguam paululum, si fieri potest, comprime. De alijs linguis oratio nobis instituta est: has reuerere vel extimesce, videlicet cum igne conspicuas. Hodie fidei dogma proponamus: cras argutè & artificiosè disseremus. Hodie festum agamus: cras ab honesto & decoro recedemus: Hæc mysticè, illa theatricè: hæc Ecclesijs conueniunt, illa foro: hæc sobrijs, illa temulentis: hæc seriò agentibus, illa aduersùs Spiritum ludentibus.

NIC. *Orationem ad spiritus hostes conuertit, aitq;, Parturis obiectiones, ac rursus in contentiosas disputationes erumpis? Paras quarere, Quomodo sp. sanctus cùm à Patre sit non generationis modo, sed processionis, Deus sit. At ego instituæ orationis cursum seriemq; parturio. Tempus enim hoc festiuæ celebritatis aptum non contentionis. Prohibe linguam tuam à malo: paululum eam comprime. De alijs linguis nobis agendum est. Has cum igne conspicuas venerare, quia diuinitatem indicant. Deus enim noster ignis consumens

Universidad de Deusto
Biblioteca

15. teinetipsum gloria, quam habebam apud te, priusquam mundus esset) Spiritum ad nos post Christum missum
16. dere oportebat. Quòd si audieris Christū in Euangelio dicentem. Cùm venerit Paracletus, quem ego mitto
atq; illud, Nisi abiero, Paracletus non veniet ad vos, ita tibi hoc accipiendū est, vt venire quidem sp. sanctū
intelligas heriliter, atq; vt dominum: mittiautem certo consilio ac dispensatione, & vt Deum minime ad-
uersantem. Ha siquidem voces, πέμπειν & ἀποστέλλειν, id est mitti, ac cetera eiusmodi, nequaquā omnino
naturas diuidunt, quemadmodum opinantur hæretici: verùm concordiam etiam ostendunt. Vt si quis dicat,
Missus est amicus ab amico, aut, Litera ab eo, qui scripsit, aut lapis ab eo qui proiecit. Quamobrem non sem-
per naturas distrahunt, sed interdum etiam concordiam certò confirmant, atq; æquè nunc hoc, nunc illud
efficiunt. Proinde quòd sp. mitti dicitur, concordiam ipsius cum eo, à quo missus est, indicat, non alio quo-
gradum & subiectionem.

*Tunc quidem) hoc est, in Adami creatione insufflatio facta est cum anima, hoc est cooperans anima tu-
quòd idem cum anima esset: at post resurrectionem discipulis in animam insufflatio data est, hoc est, quod
ipsis, vnà cum potestate ligandi & soluendi. Itaq; insufflatio cum anima, sicut antè dictum est, hoc tum
significat, nempe quòd nō vt à terra corpus hoīs à Deo acceptum atq; creatum est, sic et iam anima, verùm
ex nihilo ab eo producta: tum et iam ligandorum atq; soluendorum peccatorum potestatem ostendit, quam
Apostoli à Domino post resurrectionem acceperunt. Ac tertiò et iam indicat, quòd non minus fuisse alie-
num producta est, q̄ velut si quis statuam emittere queat. Hæc quia Nicetæ commentario in Regum collata
more & perturbatè inserta erant, nec in nostro habentur, huc reijcienda putauimus. Billius.

Cur ī signuis igneis apparuit sp. sanctus.

Idcirco post Christum quidem accedit ne Paracletus nobis desit: alius autem, vt tu honoris æqualitatē cogites. Hæc enim dictio, Alius, alium mihi æqualem constituit. Hoc porrò nomen parem imperij gradum indicat, non ignominiam. Vox enim Alius, non de alienis, sed de ijs, quorum eadem est substantia, prædicatur. Iam verò in linguis apparet propter cognationē eam, quam cum Verbo habet. Cur autem in linguis igneis? vtrum propter purgationem (Ignis enim purgantis Scriptura meminit, quemadmodum cuiuis volenti discere promptum est) an verò propter essentiam? Deus enim noster ignis est, & quidē ignis improbitatē absumens, discrucieris rursus licet, in eas angustias adductus, vt eum eiusdem cum Patre substantiæ esse tibi sit confitendum. Atq; in dispertitis quidem linguis apparet ob gratiarum diuersitatem: sedentibus autem, propter regiæ dignitatis excellentiam, eiusque super sanctos requietem. quandoquidem Deus quoque pro throno Cherubinos habet. In cœnaculo verò (nisi fortè curiosius quis persit, ista persequi videor) propter eorum, qui accepturi sunt, ascensionem atq; ea rursus subuectionem: nam & cœnacula laudes & diuinis aquis, à quibus Dei quoque laudes celebrantur, tegi audiuimus. Atque ipse cum Iesus cum sublimioribus mysteriis discipulos initiaret, sacramentum ipsis in cœnaculo impertijt, vt illud ostenderet, quemadmodū Deum ad nos descendere, quemadmodum olim in Mose cōtigisse scimus, partim vt ad eum subuehi, sicque inter Deum & homines consortium iniri, vtriusque vicissitudinem communicari possemus. Quòd autem & ille in sua specula, & homo in militate & depressione sua māseris, nec beneficentiam communicari possemus. Quòd enim vastum atq; imperuium interiectum est, non modò diuitem à Lazaro & expetendo illo Abrahæ sinu dirimens, verùm etiam ipsa procreatam & fluxam atque caducam naturam ab increata & stabili.

Cur ī dispertitis.

Cap. 2.

NIC. Causam explicat Theologus, quare Spiritus post Christi ascensum descenderit: atq; ait, ne Para-
cletus nobis desit. Nam etiam Christus in prima Ioannis epistola Paracletus dicitur, Si quis, inquit, pecca-
uerit, Paracletum habemus ad Patrem Iesum Christum iustū. Abeunte igitur Christo Paracleto, Paracletus
Ioan. 14. rursus ad nos accedere conueniebat, nempe spiritum sanctum. Quin ipse quoq; Dominus apud Ioannem ita
loquitur, Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, id est, alium mihi æqualem. Quæ enim
dictio, Alius, æqualitatis ac non imminutionis causa posita est, ac per eam dominationis consortium nos cum
Cap. 2. temptus indicatur. Hæc enim vox, Alius, ita intelligēda est, vt alium mihi æqualem significet. Etenim de his,
quæ eiusdem naturæ sunt, alium atq; alium dicimus, velut alius Petrus & alius Paulus: at cùm de his, quæ di-
uersa natura sunt, fermo habetur, aliud atq; aliud dicimus, vt, aliud est bos & aliud equus. Quemadmodum autem
in Actibus Apostolorum habetur, quòd cùm in cœnaculo sederent, apparuerunt ipsis dispertita quædam
ignis, sedit q; super singulis eorum, hæc quoq; dispiciendā sunt, ac primùm cur in linguis. Cuius rei fortasse ea
est ratio, quia sicut lingua proprium est sermonis organum: ita etiā apostoli ad Euangelij verbum propagandum
accommodi erant, non secus atq; organa, ipsum resonantes, ac per linguas congruentia eorum, & aptitudinem
ad Christianæ doctrinæ promulgationem significabatur. Aut, si magis arridet, per Verbum, hoc loco Chri-
stum intellige. Itaque cum huiusmodi Verbo sp. sanctus, perinde ac linguis quadam cognationem necessitu-

dinem habet. Tanta est enim Sp. sancti cū Christo coniunctio, vt Christi quoque Spiritus dicatur. Si quis enim inquit, spiritum non habet, hic non est eius. Cur autem in igneis linguis? Fortasse quia purgandi vim spiritus habet, velut ignis ille de quo Christus loquebatur, Ignem veni mittere in terram. Hic autem absumendæ materiæ, vitioseque actionis & habitudinis facultatem habet. Quem etiam quamprimum accendi cupit, hoc est, Euangelicam prædicationem, quæ ignis more credentium peccata purgat atque abolet, fortasse etiam propter essentiam. Scriptum enim habetur in Deuteronomio. Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator. Ignis igitur nomine essentia Dei intelligitur, non quòd ipsa ignis sit, verū allegoricā aratione, quia vi sua consumit atque abolet, ac mira vehementia agit. Deus enim vt iustis lux est, ita peccatoribus est ignis. Eodem igitur modo spiritus quoque ignis dicitur, vtpote deus, ad exprimendā, ni fallor, eius cum Patre & Filio substantiæ æqualitatem, disrumpatur licet hæreticus, atque in angustum prematur, quia spiritum sanctum Patri & Filio consubstantialem esse concludimus aperteque probamus. Nam cùm Deus ignis sit, ignis autem spiritus quoque sit, profectò cùm eiusdem sit substantiæ cum Deo, deum quoque ipsum esse perspicuè constat. Cur autem linguæ diuidebantur? Quia diuersa & multiplices sunt spiritus gratia. Atque alij quidem datur spiritus sapientiæ, alij autem spiritus scientiæ, alij autem prophetiæ, alij generum linguarum, alijs aliud quoddam gratiæ genus. Quanquam enim spiritus ipse simplex est & partibus carens, atque indiuisibilis: ipsius tamen gratiæ diuiduntur, ac pro cuiusque merito & dignitate distribuuntur. Quam autem ob causam sedentes linguæ super Apostolos visæ sunt? Quoniam regius thronus ipsi facti sunt regis ac Dei, hoc est, sp. sancti ac requietis super eos Paracleti. Sic enim loquitur Dauid, Qui sedes super Cherubim, manifestare. Et rursus, Ascendit super Cherubim & volauit. Et Ezechiel huiusmodi quandam visionem habuit, nempe Cherubim, & similitudinem thronorum & supra eum similitudinem, quasi formā hominis. Ac præterea hu verbū vtitur. Egressa est gloria domini ab aprico dom^o, & ascendit super Cherubim. Quòd si cui curiosior, quàm par sit, non videor, vt qui omnibus locis allegoriam captem, hoc quoque excutiam, quā ob causam cum Apostolis in cœnaculo essent, spiritus ad eos accessit. Fortasse vt perspicuum fiat, eos qui spiritualia dona accepturi sunt, supra res terrenas attolli debere: quandoquidem et iam diuinis aquis cœnacula, quædam teguntur, Ait enim Dauid, Qui tegis aquis cœnacula eius. Quo loco per cœnacula, homines sublimi & excelsa mēte præditi significari possint, per aquas autem eos tegentes, angelicas potestates. Per quas aquas Deus quoque laudibus celebratur. Laudat e enim eum, inquit, cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt. Atque ipse etiam Christus in cœnaculo mysticam cœnam discipulis imperiit, cùm iam diuiniorib⁹ ac perfectioribus imbuerentur atque instituerentur. Et, vt vno verbo dicam, per illum ut cipulorum in cœnaculum ascensum hoc docemur, necesse esse partim vt deus descendat, nimirum per benignitatem facilitatē ipsius submissionem, partim vt ipsi ascendamus, per terrenarum rerum contemptionem, permixta nimirum diuina amplitudine cum vilitate nostra: quemadmodum in Mose quoque antea vsu venit. Num & ipse in montem Sina ascendit: & deus descendit: atque ita consortium initum est, ac Decalogum accepit. Alioqui si deus in fastigio suo maneat, ac nos in humilitate nostra, nullo modo nobis misceri ac communicari poterit dei bonitas. Neque ita diues à Lazaro & ab expetendo illo Abrahæ sinu interiecto hiatu dirimebatur, vt procreata nostra natura ac proinde corruptioni obnoxia dirempta atque dissita videbitur ab increata natura, ac propterea incorruptibili.

Hic à Prophetis promulgatus est, quemadmodum ex his Scripturæ locis patet, Spiritus Domini super me, propterea vnxit me. Et, Requiescent super eum Spiritus sapientem. Item, Descendit Spiritus Domini, & deduxit eos. Ad hæc, Spiritus scientiæ, & quo Beseleel tabernaculi architectus impletus est. Ac præterea, Spiritus ad iracundiam prouocatus. Insuper, Spiritus qui Heliam in curru extulit, ac duplex ab Eliseo postulatus est. Adde Spiritum bonum & principalem quo Dauid ducitur atque confirmatur.

Sp. sanctus à Prophetis promulgatus.

NIC. Hic Sp. sanctus à Prophetis prædicatus est, vt cū Esaias in Christi persona ait, Spiritus domini super me, Et rursus de eodem loquens, Requiescent super eum septem Spiritus, hoc est, gratiæ & vires & actiones, quas septem oculos Zacharias nominauit. Dictum est insuper de Iudæa, Descendit spiritus domini, & deduxit eos. Ac rursus in Exodi libro scriptum est, impleuit spiritus diuinus Beseleel sapientia & industria & scientia. Erat autem Beseleel tabernaculi Mosi in monte ostensi architectus. Esaias rursus Iudæos accusans ait, Ipsi cōtumaces fuerunt, ac sp. sanctum ipsius ad iram prouocarunt. Et conuersus est ipsis in inimicitiā. Porrò historia Heliæ libro tertio Regum prodita est: vbi diserte verbum habetur, spiritus eū extulit. Ex quo id datur intelligi, quod diuinus Spiritus hominum opinione maior a in eo patrabat. Eodem lib. Heliseus quoque postulatio continetur. Dixit enim, inquit, Heliseus ad Heliam: Fiat spiritus qui in te est, duplex in me. Quæ autem sequūtur, è Psalmis petita sunt. Ait enim Dauid, Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectā. Et alio loco, Et spiritu principali confirma me.

Cap. 61. 11. Cap. 3. Cap. 31. 36. Cap. 63. 4. Reg. 2. Psal. 142.

Promissus autem est, prius quidem à Ioële in hæc verba loquente, Et erit in nouissimis diebus, Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, scilicet fide præditam,

Sp. sanctus promissus. 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& super filios vestros & super filias vestras,& quę sequuntur. Postea autem ab ipso quo que Iesu,qui vt à Spiritu glorificatur,ita vicissim quoq; ipsum glorificat:quemadmodum & patrem glorificat,& à Patre glorificatur. Et quidem quã larga & effusa promissio : fore vt in æternum permaneat , siue nunc, cum his qui ad tempus digni erunt, siue in postremum cum his, qui alterius sæculi bonis digni habebuntur, postęquam videlicet ipsum per honestam & præclaram vitæ rationem integrum seruauerimus, ac non hactenus amiserimus,quatenus in peccatum prolapsi fuerimus.

Cap.2. NIC. *Sic à Prophetis Spiritus prædicatus est, promissus quidem antea à Ioële. Per ipsum enim Deus pollicitus est fore, vt seipsum effunderet super omnem carnem. At Theologus dictionem hanc exponit non simpliciter intelligendam censet hanc effusionem super omnem carnem, verũ incredentem. Nam qui post fidem ad Christum accesserunt, Spiritum percipiunt, non autem increduli. Posterius aũt à Christo promissus est. Rogabo enim, inquit, Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in sęculum. Glorificatur porrò Christus à Spiritu, eumque vicissim glorificat. Ac glorificatur quidẽ iuxta id quod ait Christus, Ille me glorificabit: vicissim autem Spiritum glorificat, cùm eum promulgat, atque hoc de eo testimonium. Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: at blasphemia in Sp. sanctũ admissa non remittetur. Quemadmodum & Patrem Christus glorificat his verbis, Ego te glorificaui in terra: opus quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc glorifica me tu, Pater, apud temetipsum claritate quam habui apud te priusquam mundus esset. Quemadmodum & Spiritum ab ipso Patre glorificatur dicente, Et glorificauit te, & iterum glorificabo. Ac vide, quã opulenta & copiosa sit Seruatoris pollicitatio. Promisit enim fore vt Sp. sanctus in æternum cum ipsis maneret, Vt maneat, inquit, vobiscum in sęculum. Permanebit aũt siue in præsenti vita cum ijs, qui ad ipsum digni inueniẽtur, siue in futuro sęculo cum iustis: si quidem in hac vita integrum ipsum seruauerint, ac non hactenus perdiderint, quatenus in vitium lapsi fuerint. Quanuis enim Sp. sanctus ijs vt potè animę nostræ quam admixtus sit, tamen in hoc sęculo Baptismi aqua perfusis quodammodo adesse videtur, sed tamen ipse rum per resipiscentiam expectans. At in futuro æuo ab omni anima, quæ ipsius gratiã profanauerit, abijcietur. Illa enim sectio, de qua in Euangelio fit mentio, nihil aliud significat, q̃ omnimodam à spiritu separationem. Atque idcirco in inferno nemo est, qui Deo confiteatur, laudemque canteret. Non enim præsens illis affulget Spiritus auxilium.*

Ioan.14. Ioan.17. Matth.21. Ioan.17. Ioan.16. Psal.6.

Creatio rerum Spiritui sancto communis cum Filio.

Hic Spiritus & cũ Filio rerum creationem ac resurrectionem fabricatur, quemadmodum his Scripturæ locis comprobatur, Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et, Spiritus diuinus, qui fecit me, flatus omnipotentis, qui docet me. Et rursus, Emittes Spiritum tuum,& creabuntur & renouabis faciẽ terræ. Atq; spiritualis regenerationis author est, Huius rei tibi fidem faciat, quod Christus ait. Neminẽ regnum videre aut accipere posse, nisi qui superne per Spiritum progenitus fuerit, ac per diurnam & luculentam creationẽ, qua per seipsum que fingitur, à priori generatione, quæ noctis arcanum est, purificatus fuerit.

Psal.32. Ioan.1.

NIC. Hic Spir. sanctus in principio rerum creationem cum Filio fabricatus est, quemadmodum ait Dauid, Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quocirca hoc loco per verbum ea aërij impressio significatur, quæ per vocalia organa effertur, nec per Spiritum oris vaporosia ipsa tribus, quibus respiramus extruditur: verũ hoc Verbum viuum est & subsistens, illud nimirum quod in principio erat apud Deum, & Deus erat. Atque itidem Spiritus oris Dei. Spiritus veritatis est, qui à Patre procedit. Tria itaque animaduerte imperantem Dominum, fabricantem Filium, & firmantem seu confirmantem Spiritũ. Nihil porrò aliud est firmatio, quã perfectio ea, quæ sanctificatione comparatur, & firmata ac constantia in bono. Sanctificatio verò sine spiritu nulla est. Neque enim naturã cœlestes illæ & beatæ mentes sanctæ sunt: verũ essentia ipsarũ aëreus fortasse spiritus est, aut ignis materia expers: sanctificatus tamen ab essentia externa est, perfectionem ipsis per Sp. sancti communicationem inducit. Ignẽ aũt materia carentem dicit, quasi athereũ, qui ad differentiam nostri ignis immaterialis dicitur. Hic enim inferior abijcitur, materia nec manere potest nec subsistere. Viuum ergo verbum illud est, in quo cœli creati sunt vitã aũt Spiritus ille est, à quo cœlestes virtutes absolutæ ac perfectæ sunt: Neq; enim verbi pronunciatione creat Deus, sed Spiritus aërei profusione cœli ornantur: verũ Spiritus viua potentia & diuina natura simul cũ viua Verbi creaturas effecit, quemadmodum ex Dauide didicimus. Quin etiã Iob quodam loco sic loquitur, Spiritus Dei fecit me: atq; ita procreationem sui Sp. sancto adscribit. Nec eo cõtentus sua quoq; sapientia eundem ostendit, ac magistrum eum agnoscit dicens. Flatus autem omnipotẽtis, q̃ docet me. Quod etiam eidem aßignat, ac magistrum eum agnoscit dicens. Flatus autem omnipotẽtis, q̃ docet me. Quod Euangelico dicto respondet, Non enim vos estis, q̃ loquimini, sed Spiritus Patris vestri, q̃ loquitur in vobis. Ad hanc communem omnium nostrum resurrectionem Spiritus simul cum Christo molitur atque efficit: quemadmodum confirmat Dauid his verbis, Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Renouator est enim creaturarum ad immortalitatem Sp. sanctus. Per emissionem autem Spiritus & missionem eius ad agendum Dauid intelligit, non è loco ad locum migrationem. Spiritus enim Domini replet orbem terrarum. Quinetiã spiritualem per Baptismum regenerationẽ efficit Sp. sanctus. Hinc est

Matth.10. Psal.139. Ioan.3.

vtinè mẽdax ille testis est, q̃ minaci hoc sermone vsus est, nisi quis supernè natus fuerit, non potest videre regnum Dei. Neq; enim quisquam cœleste regnum accepturus est, nisi à priori & carnali procreatione, quæ noctu atq; in tenebris principium accipit, purificatus fuerit. (Noctu enim vt plurimũ venereus congressus & seminis eiectio contingit) & quidem ab hac sordida & obscœna atq; caliginosa creatione lucidæ diurnæque illius generationis opera lustratus fuerit, cuius mentionem facit Dauid de iusto loquens, Die formabitur, id est, in lumine sancti Spiritus. Porrò diurna fictio & creatio non modò regenerationem eam, quam Baptismus affert, significat, sed etiam purgationem illam, quæ virtutibus comparatur. Atq; vtranq; harũ creationum sibijpsi quisq; fingit, hoc est, suopte ppposito animiq; voluntate. Nam & Baptismi regeneratio libera eius, qui baptizatur, voluntate ac citra vim peragitur (ac propterea patres aut alioqui affines & necessarij infantium vice interrogantur) & morum institutio itidem voluntaria est, Fortasse etiam quidpiam per sese, non solum hoc significat, vtranq; rem à libera voluntate proficisci: sed etiam quòd neutra harum congressu vllo & corporum coniunctione indigeat : quemadmodum in corporali procreatione contingit.

Psal.138.

Hic Spiritus vtpote sapientissimus atque hominum amantissimus, si pastorem nactus fuerit, citharœdum facit perversos Spiritus excantantem, atque Israelis regem designat: si caprarium moros vellicantem, Prophetam efficit. Dauidem & Amos cogita. si adolescentem elegantem acceperit, presbyterorum iudicem constituit, idq; suprà quàm ætatis ratio ferre videatur. Testis est Daniel, qui leones in lacu superauit. Si piscatores inuenerit, è verriculo eos ad Christum trahit orbem vniuersum sermonis retibus complectentes. Exemplo tibi sint Petrus & Andreas tonitruiq; filij, qui spiritualia intonuerunt. Si publicanos, ad discipulatum elucratur, animarumq; negotiatores efficit. Testis Matthæus heri publicanus, hodie Euangelista. Si feroces persecutores, zelum commutat, ac Paulos pro Saulis facit, nec minus pios reddit, quàm impios offenderat. Hic & lenitatis est Spiritus: & tamen in eos qui peccant, incitatur. Proinde si eum lenem & clementem, ac non iracundum, experiri volumus, dignitatem ipsius confiteamur, caueamusq; ne quid in illum conuitij blasphemiæq; dicamus, nec nobis in mentem veniat, velle eum implacabiliter irascentem videre. Hic me hodierno die fortem & intrepidum concionatorem reddit. Quæ res siue quid grauius mihi allatura est, Deo sit gratia, siue nihil mali allatura, fit quoque Deo gratia: alterum quòd hac ratione eos, qui nobis infesti sunt, à maleficio reprimat: alterum quòd nos sanctificare ita velit, hunc videlicet sacræ Euangelicæ functionis fructum ferentes, vt vitam cum cruenta morte commutemus, martyrioq; perfungamur.

Sapientia & benignitas Spir. sancti erga homines. Martyrij lauream expetit Gregor.

NICET. Ait quodam loco Solomon, Hominum amans Spiritus, sapientia. Hoc igitur paraphrasi explicans Theologus, Spiritum non modò sapientissimum, sed etiam ad beneficia danda promptissimũ esse dicit. Atq; vt ipsius sapientiam benignitatemq;, deprædicet, ostendit quo modo pastorem & caprarium, & adolescentem, & piscatores, & publicanos, & persecutores, atq;, vt vno verbo dicam, eos qui propter vilitatem, aut etiam morum improbitatem indigni videri poterant, gratijs suis ornauerit. Cæterum Spiritui sancto huiusmodi priuilegia priuatim attribuit, quia Spir. dona sunt. Ac Dauidem quidem pastorẽ vocauit, quoniam Deus ex ouium gregibus & armentis eum accepit, Iudæorumq; regno præfecit: citharœdum autem, vt citharæ psallentem, prauumque spiritum & dæmonem, qui Saulem præfocabat, incantantem: quemadmodum primo libro Regum consignatum habetur. Amos autem caprarius erat, vt ipse quoq; de se testatur. Non eram, inquit, Propheta ego, nec filius Prophetæ, sed caprarius eram ego, moros vellens, & suscepit me Dominus. xvii (vt aut ẽ (quod carpere vertimus) idem est quod mororũ folia abscindere ad capratum alimoniã. Num etiam qui putent hoc verbum idem esse, quod ppurgare, & curare huiusmodi arbores cibũ gregibus suppeditantes. Cyrillo aũt exponit abscindere moros, id est, fructum mori, & comedere. Quæ autẽ de Presbyteris commemorat, in Danielis libro scripta sunt: ad quem lectorem remittendum duximus. Atq; adolescentem & animo & corpore elegantem. Theologus Danielem nominat, qui ante adultam ætatem (nãtum duodecimũ ætatis annum agebat) iudex Presbyterorum sedit. Bis autem in lacum septem leonũ iniectus est Daniel, prius quidem sub Dario, quoniam cœnaculi fenestrũ è regione Hierusalem apertũ orationes ad Deũ fundens inuenius fuerat: cùm edicto publico promulgatum esset, quicquis intra trigesimum diem vel ab homine, vel à Deo, præterquam à rege quicquam postulasset, eum in lacum septem leonum iniectum iri. Posterius sub Cyro, cùm statuam Belis euertisset, & draconem, qui summa religione à Babylonijs colebatur, interemisset: quo etiam tempore Abacuc capitis vertice ab Angelo arrepto sublimiq; aërem à Iudæa in Babylonem prandiũ Danieli portauit, flatimq; Iudæa restituta est. Hactenus de Daniele. Nunc ad textum redeamus. Spir. sanctus, inquit, si piscatores inuenerit, Domino ipsos expiscatur, vt rursus ipsi sermonis retibus, id est, Euangelica prædicatione, quæ retia instar ex veteri ac nouo Testamento contexta est, mundum vniuersum piscentur. Iam verò Iacobum & Ioannem Christus Boanerges nominauit, id est, filios tonitrui. Porrò nequa quã à seipso Dei sapientiam norat Ioannes, sed eam virtute Spiritus est assecutus, qui ipsius pectus ingressus*

Mar 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theologũ eum reddidit. Verba enim ita grandia, plocutus est, vt ad ea nulla sapientia assurgere queat. Hic sp. sanctus etiamsi publicanum acceperit, modò fide præditum, qualis erat Matthæus, Euangelistam creat, non iam pecuniarum sed animarum negociatorẽ facit. Si persecutorem inuenerit resipiscentem, gentium Apostolum reddit, fidei præconem, vas electionis, ac deniq; Paulum pro Saulo, hoc est, pro eo quòd Ecclesiam agitare & cõmouere solebat, requiem ipsi tranquillitatemq; procurantem, tamq; ad pietatẽ acrem & feruentem, quàm ad vitium inuenerat, atq; acceperat. Zelum enim, quo ad persecutionem ferebatur, ad pietatem trahit. Hic & lenitatis est Spiritus. Ait enim Paulus de eo, qui præoccupat* est in aliquo delicto. Vos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi hominem in Spiritu lenitatis? Et rursus, Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & Spiritu lenitatis. Et tamẽ in eos qui peccant incitatur. Ipsi enim, inquit Esaias, contumaces fuerunt, & Spir. sanctũ ipsius ad iracundiam prouocarunt. Non q̃ reuera Spiritus iracundiæ ueatur (nec enim in Deum affectus cadunt) sed quia scripturæ familiare est, humano more in diuina naves huiusmodi informare atq; figurare. Consideramur ergo Spiritum sanctum dignitatem, id est, quòd eiusdem sit Patre & Filio substantia, quodq; sit Deus, nec implacabiliter irascentem videre velimus. Nam qui & Spiritum sanctum blasphemauerit, huic noxa non remittetur. Hic me quoq; fortem & intrepidum concionatorem reddit. Atq; vtroq; nomine Deo sit gratia, siue quid ab hæreticorum insidijs patiar, siue nullis iniurijs affectus sim. nam si nihil passus fuero, gratias Deo ago, quòd Deus ijs, qui me odio insectantur, pepercerit, nec me sanguine commaculari permiserit: sin autem passus fuero, sic quoq; gratias ago, quòd hoc mihi ipsi ministerio & doctrina præmium datur, vt per sanguinis profusionem vita defungar.

Matt. 9. Act. 9. Galat. 6. 1. Cor. 4. Esai. 12. Matt. 6 3.

* Hoc loco Nicetas Susannæ historiam fusissimè prosequitur, quam nos vt omnibus notissimam tralibendam duximus.

Apostoli linguis externis locuti.

Ac verò linguis externis non vernaculis Apostoli loquebantur, singulariq; miraculo sermo ab his, qui non didicerant, proferebatur: signumq; illud infidelibus erat, non fidelibus, vt infidelium accusator esset: sicut scriptum est, Quoniam in alijs linguis, & in labijs alijs loquar populo huic, ac ne sic quidem exaudient me, dicit Dominus.

1. Cor. 14.

Cap. 2.

NICET. In Actibus Apostolorũ scriptum est, Cæperunt loqui alijs linguis, id est, auditorum, ac non patrijs. Neq; enim audientium linguæ eorum qui loquebantur, patriæ erant. Ac miraculum ea res habebat, quòd Apostoli sermonem quem minimè didicerant, loquebantur, & vt Apostolus ait, Lingua in signum est non fidelibus, sed infidelibus, vt signum hoc ipsis in accusationem cederet, quoniam ne hoc quidem signo fidem amplexi sunt, sicut scriptum est, Quoniam in alijs linguis loquar, &c. * Vbi alii hic locum habent? Chrysostomus quidem verba hæc Esaiæ tribuit: cæterùm apud Esaiam non reperiuntur, ita si mihi videtur subnota sunt, vel per oblitionem transmissa.

Cap. 2.

Audiebant autem. Verùm hic paulum consiste, atq; addubita quo modo distinguenda sit oratio. Textus enim nonnullam ambiguitatem habet puncto dirimendam. Vtrùm enim audiebant sua quisque dialecto, ita vt, verbi gratia, vox quidem vna reboaret, cæterùm multæ audirentur, sic videlicet pulsato ac perstrepente aëre, pluribusque vocibus, vt magis perspicuè dicam, ex vna voce effectis: an potius in hoc verbo, Audiebant, punctum statuendum est, atque hæc verba. Loquentes suis linguis, cum his quæ sequuntur, iungenda sunt: vt sic legatur, Loquentes linguis, propriis scilicet audientium, hoc est, externis: qui sensus mihi magis arridet. Nam si priorem modum sequamur, eorum potius qui audiebant, quàm qui verba faciebant, hoc miraculum fuerit: at iuxta posteriorem sensum, eorum qui loquebãtur: qui etiam temulentiæ infamulantur, haud dubiè quia ipsi Spiritus afflatu noui miraculi aliquid circa voces designabant.

NICETAS. Hoc quoq; ex Actibus sumptum est, Audiebat sua quisq; lingua eos loquentes. At vbi dubitat, quo pacto ambiguitas hoc loco occurrens distinguenda ac soluenda sit, quæ potius audiebatur, id est, discernitur atq; dissoluitur. Propositis itaq; quasi per interrogationem ãnabus solutionibus, iudicundæ calculum suum addit. Vtrùm enim, inquit, vna quidem eademq; lingua loquebantur Apostoli, verùm audientibus multæ fiebant, tùm propter aëris strepitum, tum quòd quilibet auditorũ linguam suam discerneret? An verò punctum statuemus in verbo Audiebant, hæc autem, Loquentes eos, cum his quæ sequuntur, connectemus, vt sit hic sensus, quòd gentes Apostolos audiebant loquentes linguis auditorum, hoc est externis, quantùm ad eos, qui loquebantur. Cui etiam sententiæ magis accedo, quandoquidẽ præterquàm quòd esset si vna lingua Apostoli locuti essent, atq; vnusquisq; auditorum dialectum suam ab alijs separatim audientium fuisset hoc miraculũ. Contrà si in verbo, audiebãt, punctum apposueris, ac deinde hæc verba, Loquentes eos propriis audientium linguis, miraculum Apostolorum erit. Quod etiam ex eo iunxerit, Loquentes eos propriis audientium linguis, miraculum Apostolorum erit. Quod etiam ex eo

mè constat, quòd temulentiæ quoq; accusantur, vt pote ipsi sp. afflatu audientium linguis loquentes. Vnusquisq; enim linguam suam audiens, ac videns Apostolos non modò ad se, sed etiam ad alios, qui externa lingua erant, verba facientes, animi vertiginem ipsis ac furorem obijciebat, quoniam ab ijs, qui externa regione uerant, Apostolorum orationem minimè audiri existimabant.

Quanquam autem præclara quoque ac laudabilis fuit vetus illa linguarum diuisio (cum scilicet nefariè impieque inter se concordes erant qui turrim extruebant, quem admodum nunc quoque quidam facere non verentur) animorum enim & voluntatũ consensio cum linguarum distinctione soluta susceptum negocium abrupit. præclari ordinis tamen laudabilior que est ea, quæ nunc insigni miraculo patratur. Ab vno enim Spiritu in multos diffusa ad vnum concentum rursus contrahitur. Atque gratiarum diuersitas est alia gratia opus habens ad discernendum quænam sit præstantior: quando quidem nulla est, quæ laude careat. Quin præclara quoq; illa diuisio dici possit, de qua loquitur Dauid, Præcipita Domine, & diuide linguas eorum. Quid ita? Quoniam dilexerunt omnia verba præcipitationis, linguam dolosam: modò non apertis verbis hu-iusce loci ac tempestatis linguas accusans, quæ diuinitatem scindunt.

Gen. 9. *Impia hæreticorum concordia.* Psalm. 54.

NIC. Eã quoq; linguarum diuisionẽ laudat Gregorius, quæ in Babylonica turrim extructione facta est, cùm vna lingua in multas dissecta est, atq; impia concordia & consensio dissoluta negocium stulte susceptũ simul dissoluit. Hunc enim scopum sibi proponebant turris ædificatores, vt si quando noua aquarum illuuies terra obrueretur, hanc turrim ascenderent, iramq; diuinam contemnerent. Quorum vesaniam nunc quoq; imitari quidam non verentur, aduersus sp. sanctum scelerate concordes, turrimq; implet atis extruentes. Cæterum vehementiùs laudat atq; admiratur Theologus diuisionis huiusce miraculum. Ab vno enim sp. in multos Apostolos diffusa in vnam rursus pietatis harmoniam contrahitur, ac restituitur. Quãuis enim diuersis linguis loquerentur, omnibus tamen linguis eadem loquebãtur, nimirum ea quæ ad Christum & ad prædicationem Euangelicam spectabant, non secus ac cithara diuersis fidibus pulsibusq; concordem sonum emittit. Enimuerò illa gratiarum diuersitas, quæ ad diudicationem alia gratia opus habet, prophetia est, ac donum linguarum. Nam & prophetia eo dono & gratia opus habet qua spũs discernuntur, & linguarum donum interpretationis dono indiget. Porrò prophetia & linguarum dona ijs antecellunt donis, quorum opera ad diudicationem & explicationem indigent, hoc est discretione spirituum & interpretatione: horũ enim causa ac radices sunt. Quod quidem perspectum habens Theologus ait, ad discernendum quænam sit gratia præstantior. Nam quòd Apostoli peregrinis linguis loquuntur, diuersitas est gratia alia gratia opus habens, nimirum discretionis dono ad discernendum quodnam sit melius ac præstantius donum. i. vtrum hoc linguarum donum cæteris, quibus diuino beneficio ornati fuerant, præferendum sit, an aliud quoddam exregnum: quandoquidem in tam diuersis donorum generibus nullum est, quod non laudem mereatur: Quin etiã præclara illa est diuisio, pro qua Dauid Deum obsecrat his verbis, Diuide linguas eorum, qui præcipitationis verba dilexerunt: apertè sanè Macedonianorum linguas accusans, quæ sp. diuinitatem scindunt, ipsumq; à Patre & Filio diuidunt. Præcipitij aũt verba, voces illæ sunt, quæ sp. sancto diuinitatem abrogant, vt pote, q̃ eos à quibus proferuntur demerguntque in perditionis profundum transmittunt ac deijciunt. Diuidatur, igitur, inquit, hæreticorum loquacitas linguaq; pruritus, atq; aduersus sp. sanctum conspiratio. Nam huiusmodi quoq; diuisio his qui in malum consentiunt vtilis est.

*Per gratiarum diuersitatem, linguarum donum intelligit: quod quidem alio dono indiget, nimirum interpretationis atq; interpretis. Quid enim quæso, ille qui discendi studio sese ad Prophetas confert, adumenti percipiet, si Arabs eos Atticè loquẽtes audiat: vel Attica lingua peritus Phœnicũ lingua differentes? Et quo niam ceteri, q. spiritualibus gratijs ornabantur, siue opitulatores animarum, siue gubernatores, siue interpretes minus ob gratiarum donum efferebantur: ij autem qui variis linguis loquebantur, velut in lingua spiritus afflatum habentes eo nomine gloriabantur, ac donum suum arrogantius iactabant. seq; ijs, qui aliud quoddam Spiritus donum acceperant, superiores esse existimabant, hos compescit ac contrahit Apostolus, vt pote minus vtilitatis Ecclesiæ afferentes. Quod etiam magnus noster Gregorius significans. Mihi, inquit, vti nam potius contingat quinq; verba prudenter in Ecclesia loqui, q̃ decem millia in lingua & voce tubæ incerta atq; obscura. Quo loco per quinq; verba eos qui in Ecclesia docent atq; interpretantur, intelligit, per decẽ aũt millia & obscura eos, q. omnibus quidem linguis loquuntur, cæterum militem duinum ad spirituale bellum nequaq̃ excitant.

*Per gratiarum) Hæc verba alius cuiusp iam interpretis esse videntur, nec in meo Nicetæ habentur.

Ac de his quidem hactenus. Quoniam autem habitantibus Hierusalem religiosissimis Iudæis, Parthis, Medis & Elamitis, A Egyptijs & Libycis, Cretensibus & Arabibus Mesopotamitis & Cappadocibus meis linguę loquebantur, atque ex omni gente quæ sub cœlo est, Iudæis, illic (si cui intellectus hic placet) congregatis, operæprecium fuerit videre, tum quinam hi erant, tum cuius captiuitatis. Nam illa aegyptiaca &

Baby-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudeorum multiplex captiuitas.

Babylonica præterquam quòd circunscripta ac certo loco definita erat, iam etiam olim per captiuorum reditum soluta fuerat. Illa autem Romana, qua sceleris ac vesanæ aduersus salutis authorem audaciæ pœna ab ipsis expetebatur, nondum acciderat, sed imminebat. Relinquitur igitur vt hanc captiuitatem Antiochenam esse censeamus, ijs temporibus non multò antiquiorem. Quòd si cui hæc expositio minus probatur, vt curiosiùs alieniusque petita (neque enim captiuitatem hãc veterẽ esse, neq; in multas orbis partes diffusam) ac probabiliorem quærit, illud fortasse rectiùs fuerit existimare, quòd cùm sæpe atque à multis hæc natio exilij causa solum vertere coacta sit, quemadmodum Esdras historiæ monumentis prodidit, aliæ quidem tribus in patriam restitutæ fuerint, aliæ verò in exilio relictæ: quibus, vt verisimile est, in multas nationes dispersis, tum temporis quidam ad fuerint, Apostolicis miraculi participes extiterint. Atque hæc à nobis perpensa & considerata sint, quæ etiam eiusmodi esse arbitramur, vt literarum studiosi, ea pro superfluis supervacaneis q; nequaquam habituri sint. Quòd si quis aliud quidpiam ad huius diei solennitatem contulerit, nobis quoque id collegerit. Sed iam concio quidem soluenda est (satis enim longè se porrexit oratio) festi autem celebratio nunquam abrumpenda. Quin potius festum agẽdum est, nunc quidem corporaliter quoque, paulò post autẽ prorsius Spiritualiter. Illic nimirum, vbi rationes harum rerum puriùs apertiusque cognoscemus in ipso Verbo & Deo & Domino nostro Iesu Christo, vero eorum, q salutem consequuntur, festo & exultatione, cum quo gloria & veneratio Patri cum sancto Spiritu nunc & in sæcula sæculorum. Amen.

Cap. 2.

NIC. *In Actis Apostolorum scribit Lucas, Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi viri religiosi ex omni gente, quæ sub cœlo est. At theologus de hac dictione, habitãtes, ait, Si cui intellectus hic placet. Neque enim perpetuò habitabant, sed tum celebrandi festi causa conuenerant. Nomines etenim nascuntur, dispersi gentium quidem linguis vtebantur, patriam autem religionem, vt Iudæi, retinebant, ac iuxta à lege præscriptum vndecunq; ad festum in Hierosolymitanam vrbem confluxerant. Quæro igitur, quinam dispersi fuerant, & à qua captiuitate dispersi tunc temporis festo intererant. Nam Aegyptiaca & Babylonica captiuitas certo locorum & temporum spatio circunscripta & finita erat. In Aegypto enim sola & Babylone captiuitas versatt sunt, at q; in Aegypto quidem quadringentos annos vsq; ad reditum in Palestinam exegerunt, septuaginta autem in Babylone: quæ etiam captiuitas Iudæi Hierosolymam reuersis solutaq; est. Illa quam à Romanis Vespasiano & Tito imperantibus passi sunt, nondum eo tempore contigerat, sed quadraginta post Christum in cœlos receptum annis futura erat vindex furoris atq; amentiæ, qua Iudæi effecere, dum Seruatorem necem atulerunt. Quamobrem reliquum est, vt ab ea captiuitate, qua Iudæos afficere Deus quam etiam Matthæos exquisitis tormentis affecit, hos redisse censeamus. Nam hæc non multo antè contigit, sed parvo temporis internallo Christi incarnationem antecessit. Quòd si quis hanc expositionem reiecerit coactam atq; à vero aberrantem repudiat: quoniam Antiochena captiuitas nequaquam vetera erat, sed in multas orbis regiones fusa, fortasse rectius fuerit ita exponere, Quòd inxta Esdram sapius in diuersas gentes tribubus, verisimile est vnam quoq; earum ad diem festum adfuisse, ac linguarum miraculo stupefactos fuisse. Atq; hæc studiosis vtra neq; quam, vt spero, superuacanea à nobis exposita videbuntur. Quòd si quis aliud quiddam ad hanc solemnitatem attulerit, eius laudes depradicans, nobis quoque id collegerit, vt nequaquam pleno laudis officio perfuncti. Ac nos hîc concionem soluemus, multitudinemque nostri audiendi causa collectam missam faciemus. Orationem enim integram atque absolutam habuimus ac si non festi dignitati, instituto certè nostro parem. Orationis enim initio facturos nos professi sumus, vt de hoc festo breuiter ageremus. At verò festum festum nunquam agere definamus: verùm illud celebremus, in præsenti quidem vita corporeo simili ac spirituali modo, post nostrum autem ex hac vita discessum prorsus spirituali. Quo etiam tempore causas festorum & explicationes earum rerum, quas nunc quærimus, clarius apertiusq; cognoscemus in Christo, qui gloria & verum festum est & exultatio, cum quo gloria & veneratio Patri & sancto Spiritui, & nunc & in sæcula sæculorum. Amen.*

GREG. NAZIANZENI AD NECTARIVM

Constantinopolitanum Episcopum.

ARGVMENTVM

NEctarius hic Gregorio nostro in Episcopatu Constantinop. subrogatus fuerat. Ab eo nunc petit Theologus, vt Apollinistarum furorem per Cappadociam longè lateq; grassantem sistendum & comprimendum curet.

DEI

Dei prouidentia.

DEI cura & prouidentia, quæ ante tẽpora nostra Ecclesias tueri solebat vita habet: Nemo ascendit in cœlũ, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis: tanquã priùs etiam quàm ipse descendisset, filius hominis esset, ac descendens carnem suam secum aduexerit, quam in cœlis habebat, ante sæcularem quandam videlicet, essentiæque suæ insitam. Profert enim rursus Apostolicum quoddam dictum, à toto cõstructionis corpore auulsum. Secundus homo de cœlo. Deinde hominem illum cœlitus venientem mentis expertem esse asserit: diuinitatem autem Vnigeniti, naturam mentis explentem, tertiam humanæ coagmentationis & coniunctionis partem extitisse: quòd nimirum anima & corpus iuxta humanitatem in eo sint, mens autem minimè: verùm eius locum Verbi diuinitas suppleat. Nec hoc adhuc graue est: sed quod omniũ indignissimum atque atrocissimum, ipsum vnigenitum Deum omnium iudicem, vitæ authorem, mortis extinctorem, mortalem esse docet ac probare nititur, propriaque sua diuinitate passum esse, atque in triduana illa corporis morte, diuinitatem quoq; simul cum corpore mortuam fuisse, sicq; rursus Patris opera à morte ad vitam reuocatum. Alia autem omnia, quæ huiusmodi absurditatibus adijcit, longũ fuerit cõmemorare. Proinde si ijs qui talia sentiũt, cætus habere licet: illud velim cogitet atq; expendat tua in Christo illustris prudentia, quòd cùm nobis cum eorũ dogmatibus non conueniat, cœtus habendi potestatem illis factam esse, nihil aliud est, quàm eorũ doctrinam nostra veriorem existimare. Nam si illis, vt pijs & Orthodoxis, ea quæ sentiunt, docere liberèq; promulgare permittitur: quis non videt Ecclesiæ doctrinam condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus stante? Neque enim rerũ natura fert, duas de eadem re cõtrarias doctrinas veras esse. Quo modo igitur excellens & præstans animus tuus ad tanti mali depulsionem & correctionem consueta libertate non vti sustinuit? Verùm etiam si nondum hoc factum est: nunc saltem inimitabilis tua, numerisq; omnibus absoluta virtus excitetur, pientissimumque Imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsius erga Ecclesias studio rediturũ esse vtilitatis, si tale malũ ad fidei sanè euersionẽ per eorum libertatem licentiamq; pualeat.

Sine

Tis cõfirmationem abutuntur. Truncatos locos proferunt haret.

Magna Apollinarij impietas.

Quid consequatur ex eo, quòd hæreticorũ conuentus fieri licet.

Sententi.

Episcoporũ consilio & Imperatorum manu coërcendi hæretici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. *Sine Eudoxij*) Eudoxius Arianæ hæresis acerrimus propugnator fuit. Eleusius Macedonij errorum exitij simè complexus est. Eunomium autem acceptum à magistro Aëtio dogma de naturarum inæqualitate tanta animi acrimonia & contentione propagauit, vt tota Anomœorum secta extrinsecus Aëtij nomine Eunomiana fuerit appellata. De Apollinario, quoniam hic eius errores recensentur, nihil dicemus bis crambem, vt est in prouerbio.

2. *Quasi ex permissu*) Gr. ὡς ἐκ συγχωρήσεως. Permissionem enim hoc loco tr. ἀπὸ τοῦ ῥήματος συγχωρῶ, eramus in hoc significatu vix vnq; reperiatur. Absurdum enim fuisset vertere, Ex mandato & delegata. Nam etsi verisimile est Theodosium insigni pietate præditum hæreticis mandasse, vt errores suos spargerent ac diffunderent: verum illos potius optimi principis clementia abutentes, atq; Ecclesias congregantes, hoc eis dedecus fuæ præteximisse, quòd se permissu Imperatoris facere dicerent, quæ facerent. Potest tamen etiam hic ὡς eius in hunc sensum explicari, vt intelligamus tantæ fuisse Arianorum siue Eudoxianorum audaciam, vt ab omnibus libere & audacter Ecclesias cogerent, ἅτε si id Ori bodoxorum more ex mandato & delegatione fecerent. *Et tum* συνήθειαν vocabulum, citram & commissionem, vt solet, significabit. Billius.

GREGORII NAZIANZENI SIGNIFICATIO in Ezechielem.

CENSVRA IN HVNC tractatum.

Dubitant Græci an hæc lucubratiuncula Gregorio tribuenda sit. Et sanè hic ita inuoluta & intricata sunt omnia, immò ita inter sa atque confusa, atque adeò stilus ipse ita salebrosus & pertubatus, vt mihi hoc opusculum tanti Authoris nomen vllo modo sustinere posse videatur. Plane scopas dissolutas esse dixeris. Tulus præfert significationem siue annotationem in Ezechielem: hic multa aliter ca diuersorum scriptorum exponuntur, ab hoc argumento prorsus aliena, &, vt Græci dicunt, ἀπροσδιόνυσα. Fortasse quispiam (vt ex Græca censura vertit Gelenius) manus interpres illas annotationes sicut reperit, coniunctim scripsit: propterea quòd Gregorium eas ad hunc modum in libello suo, cui huiusmodi annotationes inserere consueuit, inscripsisse inuenit, ac principio quidem in Ezechielem manu sua annotasse: subinde tamen & alias sacrarum scripturarum expositiones eodem congessisse.

Quid sit illa animalia Ezech. 1. significet. 1. Cor. 2.

EXistimamus per hominem vim rationalem intelligi, per leonem iracibilem, per vitulum concupiscibilem, per aquilam conscientiam religuis[1] incumbentem, quæ à Paulo Spiritus hominis dicitur: [2] per eum qui insidet, Patrem, per spiritum, Spirit. sanctum, per nubem Filium. Ab aquilone. i. ab [3] elementaria institutione ad excellentiora progredientē. Iam splendor dicitur, quia homo illuminatur: Ignis [4] propter correptionem. fulgurans, quia per interualla pœnæ infligunt: [5] Electrum animæ à vitijs repurgatæ statum significat. Illud autem notandum [6] hominis similitudinem præcedere. Porrò natura omnis rationis particeps spiritu alib. pennis instructa est. Mutuoque fœdere stringunt propter societatē & concordiā. Manus verò hominis sub pœnis propter disciplinā. Firmamentum additur propter soliditatem ac firmitatem. Iris aût, propter pacem & fœdus à Deo vobiscum initum, Sapphirus aût aream, propter gnaticry stallum puritatem & candorē ab omni fraude alienū. Adhæc recti pedes dicuntur, propter incedendi facilitatē & constantiam. [7] Ignis in medio conuolutus, ad autem segnis, ac remissus & diffluēs. Splendor autem propter quietis finem. Iam pedum vestigium, vt quidem Symmachus reddidit, vituli, propter agricultura habitum: vt autem Aquila expositit, rotarum, propter figurarum elegantiam. Præterea forma rotarum, vt explicat Symmachus, [8] hyacinthina. [9] Reuertuntur autē in

star formæ Bezec, velut iter ægrè faciētes: quoniam totā lucē non habent, sed instar formæ Bezec i. fulguris. Ac siquidē [10] omnibus suis numeris partibusq; absoluatur hominis similitudo, alijs hominibus dominatur: sin secus, contrarium contingit. Iā verò leo aliquid habet, [11] alacritatem nempe & acrimoniam, vt eo rectè commodeq; vtamur. Accedit vitulus, vt rectè atq; honestè concupiscamus. Ait Esaias, Sanctificabis eum in igne ardenti à lumbis, & supra electrum: Superiores etenim partes coërceri nihil necesse est: [12] à lumbis & inferioribus partibus ignis æstuat, nimirum gignendi actus. Atq; hæc coercitione & castigatione opus habent. Cæterùm Spiritus primùm [13] extollit, dum purgat: ac deinde eos, qui ab hoc purgati non fuerint, ignis purgat. Tum splendor faustum ac iucundum finem significat. Huiusmodi enim sunt supplicia, in quibus inferendis id vnū sibi summus rerū opifex proponit, vt subiacentem materiam, arbitratu suo, atq; vt per artem licet, fabricetur, velut Deus bonus & sapiens. Verùm non vt nos, ita etiā Creator: quandoquidem ille simplex est, & compositionis expers: nos autem, q compositi sumus, haud quaquam ita sumus. Iustificata est sapientia à filijs suis: sapientes videlicet filios dicens. Ac rursus idem Seruator ipsis dicit, sic loquens, Sapientiores sunt filij huius sæculi filijs lucis in generatione sua: per filios lucis eos intelligens, q scientiæ luce collustrati sunt. Apostolus quoq; his verbis vtitur, Eramus natura filij iræ, non quòd ad naturam dicens: sed quia in veritate, rei atque obnoxij sunt iræ, qui peccant. Quin etiam de Iuda scriptum est, q̃p perditionis filius sit: quo loco perditionis filius id circo dicitur: q̃p pestiferum facinus ad miserit. Esaias tribus annis nudus & sine [14] calceamentis vitam transegit. Mosem ferunt post audita Dei miracula, nunq; cum vxore consuetudinem habuisse, nec liberos procreasse. Quod autem ad hunc locum attinet, Abominatio desolationis stans in loco sancto, aiunt fore, vt Hierosolymitanum templum rursus extruatur, atq; Antichristus à Iudæis Christus credatur, in eoq; [15] sedeat, totiusq; orbis terrarum rex esse videatur. Porrò ad mūdi desolationem & vastitatem venier. Abominatio siquidem desolationis est. Feruntur tres illi pueri in Babylone in fornacem coniecti Ezechiæ filij fuisse, atq; Ezechielē [16] Hieremiæ seruū prius extitisse.

Iudas cur filius perditionis. Esaias. Moses. Matth. 24. Antichristus. Dan. 3.

SCHOLIA.

1. *Incumbentem*) Gr. ἐπικείμενον, imminentem, superiacentem. VVolfangus verterat, impositam.

2. *Per eum qui insidet*) est enim Gr. τὸν ἐπικαθήμενον ἐξάδελφον, non προκαθήμενον ἐξάδελφον, quod præsidentem significat.

3. *Ab elementaria institutione*) Gr. ἀπὸ τῆς στοιχειώδους. Verterat VVolfangus ab inductionis principio, nimis obscurè. κρείττονα, excellentiora & sublimiora, non, vt ille, meliora.

4. *Propter correptionem*) Gr. διὰ τὴν παιδαγωγίαν. παιδαγωγεῖν enim hoc loco correptionem significat, nō eruditionem, vt VVolf. reddidit. Quid enim conuenit igni cum eruditione? Idq; ex eo perspicuum est, quod sequitur, ἀστράπτων. στῦφ ignis fulgurans: quæ verba Ezechielis sic proposito accommodat hic author. Ideo, inquit, apud Prophetam inducitur ignis, Fulguris more coruscans, quòd quemadmodum fulget vanenq; quam cōtinuum splendorē, sed interuallis quibusdā distinctū atq; interruptū emittit: ita et iā Deus haudquaq; cō tinuas pœnas peccantibus infligit: sed per interualla eos punit. VVolf. vertit, fulgor ignis. Ex quibus verbis absurdum esset hunc sensum colligere, quem aut hor noster expressit, Quonam enim modo per fulgor ē ignis castigatio ea commodè significari queat, quæ per interualla fit? Ignis igitur, propter castigationem & pœnæ infligendæ, fulgurans autem, quia per interualla immittitur.

5. *Id quod in anima repurgatum est electri dicitur*) Gr. τὸ κεκαθαρμένον τῆς ψυχῆς. VVolfangus, animæ purgatio: non satis rectè. Non enim actus ille purgationis electri similitudinem refert, sed id quod ita repurgatum est.

6. *Hominis similitudinem præcedere*) Gr. ὁμοίωμα ἀνθρώπου προηγεῖσθαι. προηγεῖσθαι enim præire & præcedere significat, non præponi, vt VVolf. ὁμοίωμα autem similitudinem. Nam imago ambigua est dictio.

7. *Ignis in medio conuolutus*) πῦρ ἐν μέσῳ συνελιττόμενον. i. conuersus in orbem volutus, non conuersatus, vt VVolf.

8. *Hyacinthina*) Perspicuum est quædam verba hīc desiderari. Nam particula μὲν indicat alteram clausulæ partem deesse. Hinc enim apparet eum duplicem interpretationem afferre voluisse, alteram Symmachi, alteram Aquilæ, quemadmodū in clausula proximè præcedente. Immò, nec cur rotarum forma hyacinthina, secundum Symmachum dicatur, exponit.

9. *Reuertebantur autem*) Gr. ἐπιστρέφοντο. &c. VVolf. hæc omnia malè transtulit, quia Ezechielis verba non expendit. *Reuertebantur animalia, inquit Propheta, velut ægrè iter facientia, difficilisq; & aspera via gradientia. Instar formæ Bez. ec. hoc est, vt author hic exponit, totam vim splendoris, totamq; lucem nō ha-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bentia: sed fulgetræ instar interruptam. Ille ἀνίκμητον vertit recurua, ἀνεπιδέκτους inuia, τὸ ὄμον τῶ φωτὶ μὴ ἔχον & quæcunq; luce in vniuersum carent, ἀκραυνῶς fulgoris: an recte, linguæ Græcæ periti iudicent.

10. Numeri omnibus absoluatur) Gr. ἀπαρτίσω. Sensus ratio me coegit, vt passiua significatione hoc verbū redderem. VVolff occurrerit, quasi idem sit ἀπαρτίσον, quod ἀπαντήσον.

11. Alacritatem) τὸ εὐθυμεῖν enim hic non tam superbiam significat, vt vertit VVolff. q. elati animi alacritatem. Alioqui quo modo quadraret cum eo quod sequitur, vt eo commodè vtamur. Quonam enim modo superbia commodè vti possumus?

12. A lumbis) Hic distinctio faciendа, posteaq; adiungendum, Supra autem electrum. Per lūbos enim Prophetа partem eam designat, in qua libidinis ardor existit. superiores autem partes puras esse pariter atq; electro persimiles.

13. Extollit dum purgat) Verbum enim ἁγνίζω hoc significat apud Prophetam. VVolf. eximit, dū purgatur.

14. Sine calceamentis) Gr. ἀνυπόδητος & VVolf. sine indumento, sed malè.

15. Sedeat) καθίζειν enim sedere significat, non constitui, vt VVolf. Atque id satis ostendit locus Euangelij Matth. 24.

16. Hieremiæ seruū) Hoc scholion ex Græcis transtulisse se ait VVolf. Incredibile videbitur Ezechielē fuisse seruum, propterea quòd de familia sacerdotali descendit. Gregorius verò id quod à quibusdam dicebatur, vt quòd omninò verum esse pernotauit. Hæc Billius.

METAPHRASIS SEV TRANSLATIO in Ecclesiasten.

OPus, hoc quoque an sit huius Gregorij apud Græcos in controuersia est. Certè in eo libro, qui à permultorum veterum opusculorū collectione & consarcinatione μικροπρεσβυτικὸν dicitur, non Gregorij Nazianzeni, sed Neocæsariensis nomen præfert, quem & ex Euseb. Histor. Eccles. lib. 7. cap. 25. & ex Hieronymo in libro de scriptoribus Ecclesiast. & ex Haymone Episcopo Halberstatense lib. 7. cap. 8. de Christianarum rerum memoria, luculentam metaphrasim in Ecclesiasten scripsisse constat. Quantum etiam ex stilo coniecturam facere licet, tametsi negari non possit, quin sit hominis apprimè eruditi & copiosi, tamen non vsquequaque refert elaboratum illud & ἀπεσμένον dicendi genus, quod passim in huius auctoris scriptis lucet. Connexiones sententiarum aliquanto duriores, transitusque abruptiores. Quòd si quædam verba quandoque intertexta fuissent, multò melior esset tota contextus facies, minusq; inuitè inter se coirent sententiæ. Verùm hoc idcirco fortasse non facit, quia minimè libero campo decurrit oratio: sed translationis quasi cancellis quibusdam circunscripta est. In Reginæ tamen codice, lateris capitalibus scripto, ac Gregorij nostri antiquitatem propemodum æquante, inter germana ipsius opera numeratur. Id quod tanti apud me momenti est vt, quamquam reclamante stilo, vix tamen hanc lucubrationem inter φωσφορικὰ merare auderem: nisi Hieronymus omnem dubitationis ansam nobis eximeret, atque hunc fœtum vero suo parenti assereret. Explicans enim hunc locum Ecclesiastæ cap. 4. Melior est puer pauper &c. Vir sanctus, inquit, Gregorius Pōtifex Origenis auditor In Metaphrasi Ecclesiastæ ita hunc locū intellexit: Ego verò intelligo adulescentulum pauperem & sapientem regē sene meliorem & stulto: cui nunquam venit in mentem, quod possibile sit quenq;, de his, quos vincerat ad regnū exire de carcere: & seipsum de iniqua deinceps potestate sua corrue re. Euenit enim interdum vt hi qui sub adolescentulo sapiente fuerint, absque maerore sint: ita tamen vt sub sene rege ante versati sint. Quid enim posteà nati sint, quia mala præterita nescierūt, nec adolescentulū laudare possunt, qui posteà cōsur

rexit abducti opinione peruersa & impetu spiritus aduersantis. Hæc ille ex Gregorio ponti episcopo (quem & Neocæsariensem, & ab editione miraculorum θαυματουργὸν vocant) transtulit. Atqui hæc verba habentur 4. cap. huius Metaphrasis. Non est itaque dubium quin verus illius author sit Neocæsariensis. Quod autem huic quoque nostro ascripta fuerit, commune nomen in causa fuit. Nec verò hoc cuiquam mirum videri debet. Frequens est enim in scriptis Ecclesiasticis, vt idem liber duobus atque etiā pluribus attribuatur: sed diuersa de causa. Multi enim ex neotericis, vel ipsi partus suos, parum alioqui felices, classicis authoribus supposuerunt, in eorumq; nomē & familiam inuaserunt: in aliorum videlicet nomine apparere præoptantes, quā in suo conculcari, & in tenebris iacere: vel hominum ignorantia & stupore clarissimis viris indignissimè attributi sunt. At in veterum monumentis præsertim facundis & eruditis, quoties idem accidere videmus, temporum quæ posteà secuta sunt infelicitati & librariorum incuriæ id assignandum est. Nec enim verisimile est, doctissimos viros ab aliorum laboribus laudem sibi libare, atque alienis, vt dicitur, pennis sese impudēter ornare voluisse. Huius rei duo exempla à nobis inter legendum annotata proferemus. Basilij Præfatio Græca in Psalmos cum Latina Augustini Præfatione prorsus eadem est. Id quod tamen fortasse Notarijs, à quibus ille Augustini in Psalmos tractatus exceptus fuisse dicitur, tribuendum videri possit. Est & alia Basilij, siue, vt alij malunt, Eustathij Sebastiensis, in Asceticis Homilia de Spirituali militia, quæ in Chrysostomi operibus extat, Tomo quinto. Plura huiusmodi deprehendet, qui antiquos scriptores sedula manu versabit.

Incerta hominum cogitationes.

Nihil nouum.

Omnium obliuio.

IS verbis Solomō, Dauidis regis & Prophetæ filius, rex mortalium, omnium clarissimus, & Propheta sapientissimus vniuersam Dei Ecclesiam affatur: Quàm vana & inutilia sunt omnia ea hominum negocia & studia, quæ in humanis rebus suscipiuntur. Nemo enim est, qui vtilitatem vllam ijs adnexam dicere possit, quæ homines humi reptantes & corporibus & animis perficere contendunt, rebus caducis & temporarijs addicti: supra sidera aūt generoso animę oculo ne tantillum quidem aspicere volentes. Ac mortalium vita conteritur die diei succedente, annicū partibus & conuersionibus, solisq; cursib⁹ certis ac definitis, nunc antecedentib⁹, nūc sensim recedentibus. nec dissimilis est hęc res torrentum transitui, cum magno strepitu ac tumultu in immensum maris profundum illabentium. Et quidem ea q̄ hominum causa à Deo creata sunt, eadem manent, velut q̄ à terra gignantur, q̄ in terram abeant, q̄ terra ipsa firma & stabilis sit, q̄ Sol ea tota decursa ad eundem rursus terminum punctumq; circunuoluatur, fluuiq; itidem tāto numero in mare influen tes, & venti incurrentes, nec ipsum fines suos excedere cogant, nec ipsi rursus legē sibi constitutam infringant. Atq; hæc sanè, quæ nobis ad hanc vitam vsum & adiumentum afferunt, ita decreta sunt & constituta. At quæ ab hominibus excogitantur, tam res quàm verba modū finemq; nō habent. Ac verborum magna quidē est copia: cæterùm fructus nullus à seducta & errore circunfusa loquacitate & nugacitate. Verum ita à natura comparata est hominum ratio, vt inexplebilis sit eorum & loquendi & audiendi sitis: ac præterea vanis oculis ea omnia, quæ accidunt, intuendi cupiditas. Quid autem in posterum fieri queat, quod non iam confectum fuerit, aut geratur ab hominibus? quid nouum, quod nondum experimento compertum fuerit, dum modo insigne sit & memorabile? Vt quidem mea opinio fert, quisquis secum reputabit atque considerabit, nihil nouum aut recens inueniet, priscisq; incognitum. Quemadmodum autem præterita obliuione tecta sunt: sic præsentia quoq; progressu temporis ad posteros in obscuri tatem ibunt. Nec verò temere hæc nunc dico Ecclesiasten agens: verum mihi Hebræorum regnū Hierosolymis fidei meæ commissum habenti, diligenter & accuratè omnia cogitata & perpensa sunt. Porrò rerum terrenarum naturam per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scrutatus,atq; ingeniosè & sapienter in ea cogitatione versatus,eam maximè variam comperi. Homini etenim in terra laboribus vexari datum est,aliàs alia ærumnæ occasione frustra inuoluto. Spiritu aût prodigioso & execrando oia hæc inferiora plena sunt: adeò vt ea colligere nemo queat, immò ne omninò quidé cogitare, quanta res humanas absurditas inuaserit. Nã cùm mecum ipse aliquãdo reputassem,atq; existimassem me omnium, qui ante me fuissent,hac in re sapientiorem esse: in animũ induxi tum parabolas intelligere,tum rerum naturas. Cæterùm incassum mihi ad eam rem animum conferre visus sum: q, vt sapientiam scientia sequitur,ita scientię comites sint labores.

Solomonis sapiẽtia & studium.

CAP. II.

Hæc igitur ad hunc modum se habere arbitratus,alterum vitę genus capessere,proposui,delicijsq; me met tradere, variasque voluptates experiri. Verùm nunc omnia hæc vana esse intellexi:atq; hinc risum solutum,temereq; vagantem cõpescui, hinc voluptatem ad temperantiam coercui, acerbeq; ei succensui. Ad hæc cùm eam vim esse animæ cogitassem,vt temulentam corporis naturam atq; instar vini diffluẽtem, sistere possit,rursusq; continentiâ cupiditatem domari: perspiciendum mihi esse constitui,quidnam tandem hominib. propositum sit serium,vereq; bonum & honestum,quod in hac vita conficiant. Nam reliqua omnia, quæ præclara & expetenda censentur percurri,velut excelsissimarum ędium substructiones,& virium consitiones,atq; insuper hortorum structuras, frugiferarumq; oĩs generis arborum collectiones,studiosasq; excultiones: vbi etiam ingentes lacus ad aquarum exceptiones cõfecti sunt, ad vberem & copiosam arborũ rigationem distributi. Iam verò domesticorum quoq; agmine septus fui,tum famulis tum ancillis:eosq; partim externè comparaui, partim apud me natos posedi.

Voluptates vanæ.

Solomonis delicię & opulentia.

Quin etiam plures quadrupedum animantium greges,tum boum tum pecudum in meam,q, in cuiusquã eorum,qui olim extiterunt potestatem venerunt. Sed & auri & argenti thesauri mihi affluebant, vtpote qui reges omnes eò adduxissem,vt mihi & munera afferrent,& tributa persoluerent. Præterea chori cõplures ad meam oblectationem agitabãtur,virorum simul & fœminarum,concinissimum cantum & modulatissimum efficientium. Conuiuia porrò & pocillatores(nam ea in hanc voluptatis partem retuleram)ex vtroq; hominum sexu delectos,& eximios nec numero quidẽ complecti posim. Adeò his omnes,qui ante me Hierosolymis regnarunt, anteceſſ. lui. Hinc autem contingebat,vt mihi & sapientia imminueretur,& vitiosa cupiditas crescęret. Nam cum omnibus oculorũ illecebris & impotentibus petulantibus; cordis desiderijs vndiq; incursantibus; tas habenas permisissem, ac voluptatum spei me ipsum dedidissem: miseris omnib. delicijs animi voluntatem astrinxi. Mananq; cogitationes eò infelicitatis prolapsæ sunt,vt hæc honesta & egregia,digna quæ facerem,arbitrarer. Tandem exurrecta pergefactus, atq; oculis restitutus, ea quæ in manibus habebã,flagitiosa simul acerbi tatisq; plena esse pspexi,spiritumq; nõ bonã opificia. Neq; eñ vllum hoĩum studium vidętur, nec recto iudicio expetendũ. Quæ inde collectis & sapientiæ bonis & illatis tiæ,malis magna hunc virum admiratione ne prosecutus fuerim,qui cùm præcepta ad virtutem officinum; fecit. Prudentia enim & dementia magno inter se tio disiunctæ sunt,nec minus inter vtrãq; est discriminis,q, inter diem & noctẽ. Quæ circa qui virtutem amplexus est haud secus hi ab eo differre videtur, qui rem vanam quamq; perspicuè cernit,sursumq; propectat clarissimæq; lucis tempore inter ficti. Contrà qui se vitio implicuit,omnisq; genęris erroribus, haud absimilis est hominẽ in profunda caligine oberranti, quippe q, cæcitate affectus sit,atq; à negotiorum re nebris exoculatus. Deniq; vtrãlibet animo affectum, ni vitarum differentiam animo affectus, ni hil postea reperi: quin illud potius sorte si me ad stultorum societatem & locutium contulissem,stultitiæ præmia percipe rem. Quid enim ex argutijs illis commodi referri,aut quid fructus ex prolixis studijs colligi potest, cùm quidem hominibus quacitatis importunæ flumina abintiam velut à fonte oriantur? Sapienti porrò & vęcordi nihil commune est, nec quantum ad hominum memoriam, nec quatenus ad dei remunerationem. Res autem bonas,cum adhuc oriri videntur, iam finis arripit. Sapiens eiusdem cum stolido finis nunquam est particeps. Quare vitam odiosam execrari cœpi,quam in rebus vanis meam execrari cœpi,quam in rebus, vanis traduxeram atq; consumpseram, terrenis laboribus intabescens. Etenim, vt vno verbo complectar,omnia mihi magnæ cuiusdã lestia elaborata sunt, præcipiti animi impetu ita me pertrahẽte: atq; eo alios exceperturus est,sapiens an excors & stolidus sit,nescio, frigidos inquam laborum meorum fructus. His autem excussis atque propectis,mihi vera bona hominibus propria

apparuerunt,hoc est sapientiæ cognitio,& fortitudinis adeptio. Quòd si quis harum cura neglecta,alius cuiuspiam rei cupiditate incitatur,hic & mala bonis anteponit, & vitium pro benignitate & virtute consectatur,& ærumnam pro quiete,varijs tumultibus distractus, noctu atq; interdiu diuexatus,tum vrgentibus corporis laboribus,tum perpetuis animæ curis pectore illi ob absurda negocia ingemiscẽte & palpitante. Neq; enim summum & perfectũ bonum in esculentis & poculentis consistit:& si alioqui maximè Dei beneficio alimenta mortalibus contingunt. Nihil eñ eorum,quæ nobis ad salutem data sunt, citra ipsius prouidentiam existit. Verùm probitate præditus vir, sapientiamq; Dei dono consecutus cœlesti voluptate fruitur: sceleratus autem malis diuinitùs immissis stimulatus,auaritiæq; morbo correptus multa congerere studet,atq; eum quẽ Deus honore affecit,in omnium Domini conspectu probris incessere festinat, dona inutilia porrigens,insidiosa simul & vana animæ suæ miseræ studia faciens.

Prouidẽtia Dei.

SCHOLION.

1. Quippe qui cæcitate) In Gr. erat, πορεύεσθαι δὲ καὶ πρόσκομμα ὑπὸ τὰ ἀνέδυσι τῆς πραγματικῆς ἀφορμῆς. sed mihi dubium est, quin legendum sit, πορεύεσθαι δὲ καὶ πρόσκομμα ὑπὸ τὰ ἀνέδυσι, &c. Ἀφορμᾶσθαι enim in præterito semper iungitur accusatiuo.

Temporis natura.

CAP. III.

Enimuerò hoc tempus rebus inter se maximè contrarijs plenum est, partus & mortis,ortus & interitus, curationum & cædium, extructionis ædium & distributionis, gemitus & risus, planctus & saltationum. Nunc terræ fructus aliquis colligit,nunc rursus ejicit: nunc mulierem deperit,atq; insano amore complectitur,nũc eam insensè odit & auersatur: nunc aliquid quærit, nunc amittit: nunc diligenter asseruat, nunc pijcit, nunc interficit, nunc obtruncatur: nunc loquitur, nunc silentio acquiescit: nunc amat,nũc odio insectatur. Res enim humanæ nunc bello afflictantur,nunc trãquillæ & pacatæ sunt: tantaque est earum inconstantia,vt quę modò secundæ esse videbantur, celeri momento in certissima mala delabantur. Ac proinde vanis laboribus exerceri desinamus. Hæc enim omnia vt mihi quidem videtur, ad homines virulentis aculeis concitandos posita sunt, atq; peruersus quidem explorator occasionisq; captator huic sæculo inhiat, Dei figmentum delere ac perdere omni contentione adnitens,vt qui à principio ad extremum vsque cum eo confligere instituerit. Persuasum itaque habeo animi tranquilli tatem & beneficentiam maxima homini bona esse, atque adeò temporariam hanc solam voluptatem diuinitùs obuenire, si rebus gerendis iustitia præeat: At verò æternarum rerum corruptionisque experti um,quas Deus firmissimè constituit, nec aliquid detrahere, nec addere quisquam potest. Verũ formidolosæ simul & admirabiles illæ sunt: atq; eæ quidem, quæ iam fuerunt, stabiles manent: quæ autem futurę sunt,iam secundum præscientiã extiterunt. Cæterũ is,qui iniustè læsus est, Deo auxiliatore vtitur. Porrò in inferis partibus supplicij barathrum vidi,impios exciens: pijs contrà sedẽ alteram parefactã. Illud quoq; cogitaui, apud Deum æqualia oĩa esse, existimari & iudicari, idẽ esse iustos & iniustos,idẽ animalia ratione vtentia & bruta. Tempus enim omnibus æquè admensum esse,& mortem impẽdere,idẽque apud Deum esse hominum & iumentorum genus,sola tãtum articulata vocis prolatione inter se differre,reliqua autem omnia ipsis eodem modo contingere, nec mortem magis in cętera animalia,quã in homines grassari. Omnibus enim æqualem spiritum esse,nec quicquam omnino amplius homines habere, sed cuncta, vt vno verbo dicã,vana esse, ab eadem terra coagmentationẽ habentia,atq; in eandem terrã dilapsura. Incertum enim esse, tum de humanis animabus,an sursum conuolaturæ sint, tum de reliquis,quas animalia ratione carentia acceperunt, an deorsum diffluxuræ sint. Ac mihi nullum aliud bonum esse videbatur,quàm deliciæ, & præsentium commodorum perceptio. Neque enim fieri posse putaui, vt quisquam rursus ad percipiendas voluptates accedat, posteaquam mortem semel degustarit.

Præscięntia, Impiorum supplicia, & piorum sedes.

Nihil melius quàm lętari.

Deo omnia ternarum rerum.

SCHOLION.

1. Nec magis mortem in cętera animalia) Hoc dicit, inquit Hieronymus, non quòd animã putet perire cum corpore vel vnum bestijs & hominibus præparari locum: sed quòd ante aduentum Christi omnia ad inferos

Universidad de Deusto
Biblioteca

pariter ducerentur. Quod ne putemus dici etiam de anima, intulit: Omnia facta sunt de terra, & reuertentur in terram. De terra autem nihil nisi corpus factum est.

CAP. IIII.

Ab his omnibus cogitationibus animum reuocans, consideraui, atq; auersatus sum omnia sycophantiarum genera inter homines errantia, quibus nonnulli iniquè circumuenti [2] ac per vim deiecti lachrymas fundunt atq; ingemiscunt, vndiq; ab amicis prorsus inopes, qui eorum causam tueantur, aut certè afflictos consolentur. qui autem legiones vim faciunt, tyrannidiq; suæ iura substernunt, in sublime vehuntur, ob eamq; causam corruent. Enimuerò ex conscleratis & audacibus ij, qui ex hac vita migrarunt, meliori conditione sunt, quam qui etiamnum viuunt. Vtrisq; autem præferendus, qui similis eorum futurus est, nec creatus adhuc est, quoniam hominum improbitatem nondum attigit. Perspicuum mihi quoq; factum est, quanta proximorum inuidia egregium virum sequatur, œstrum impuri spiritus: quodq; is qui hanc susceperit, ac velut pectore complexus fuerit, nihil aliud habet quàm ꝙ animam suam exest & dissecat, si mulq; cum corpore absumit, mœrorem acerbissimũ nec solatio vllo mitigabilẽ aliorum prosperitatem existimans. Atqui poptarit vir sapiens & cordatus alteram manum cum facilitate & lenitate implere, q̃ vtranq; cum ærumna & fraudulenti spiritus calliditate & versutia. Est & quiddã aliud, quod præter fas & æquum homini ob improbam voluntatem contingere scio, q vndique solus relictus, nec fratrem nec filium habens, facultatibus & copijs affluẽs, inexplebili cupiditate ardet, nec beneficentiæ atque humanitati seipsum vllo modo tradere cupit. Ex eo igitur lubens quæsiuerim, quam ob causam laboribus se conficiat, boni quidem aliquid facere summopere fugiens, multiplicibus autem quæstus alicunde faciendi cupiditatibus distract⁹. Quantò tandem hoc meliores, qui vitæ satietatem inierunt, ex qua optimos fructus decerpere queant? Duobus enim viris rebus ijsdem rectè incumbentibus, etiam si alteri quidpiã aduersi accidat; tamẽ huius leue subsidium in sodali & contuberna li suo positum habet. Grauissima autem est calamitas homini aduersa fortuna vrenti carere amico, qui iacentem luctuoso affectum excitet ac recreet. At qui communi necessitudine iuncti sunt, & prosperis successus voluptatem sibi inuicem conciliant, & rerum præter voluntatem euentium tempestatem leniunt: adeò vt & diu mutua libertate splendescant, & honestate & grauitate fulgeant. Contrà qui vitam ab omni hominum societate semotam ducit horrendam quandam vitam traducit, non intelligens cum tota re ac periculosè sibi consulere, qui malos homines mutuo præsidio circumsepserit, dortus fuerit, ac præterea fumen trophonexu contextum haudquaquam facile frangi solere. Ego verò iuuenem pauperem modò prudentia ornatum senì regi diuiti & do antepono, cui in mentem non veniat ri posse, vt quispiam ex ergastulo ad regni gubernacula constituatur: ipse autem pro ſteà ini quo principatu iustè exuatur. Nonnunquam enim euenit, vt qui iuuenili quidem cæterùm cordato fuerint, meliora vacent, [3] saltem maiores natu. Nam q posteà in lucem prodierunt, quoniam alterius periculum non fecerunt, ne hunc quidem laudare possunt, abducti videlicet inconsulto consilio, aduersarijq; spiritus impetu præcipites acti. quilquam autem Ecclesiastæ munere fungeris, illud ob oculos habeto, vt & rectum vitæ iter teneas, & pro stultis preceris, vt accepta prudentia malorum actiones vitare sciant.

Egregios sequitur inuidia.

Auarus

SCHOLION.

2. Ac per vim deiecti.) Gr. βίᾳ καζ ἐκπεπληγότι. Πρὸ ὑπαμυνόντων ἢ ἄλλου τοῦ μυδυναμένου ἀνοηθῆναι τοῦτο ἐκβέβληκατ χθεὶς ἀορίστ. *Post participium* κατακεπλήγοι *collocanda est virgula, vt genitiuus sequens* τῶν ὑπαμυνόντων *regatur à genitiuo* ἀορίστ., *non autem à datiuo* βίᾳ. *Neque enim vi deijcimur ab his, qui nobis succurrunt.* ὑπαμυνόντων *autem* ἀντὶ τοῦ ὑπαμυνόντων ἐφελόντων *accipere, vt VVolfangus fecit, nimis violentum mihi videtur.*

3. Saltem maiores natu.) Gr. ἴσως πρεσβυτέροις. *Subodoror aliquid deesse in græco. Neque enim his verbis posita est sententia. Hieronymus hunc locum vertens in commentario quem scripsit in Eccles. ad hunc modum transtulit ita tamen vt sub sene rege ante versati sint. Quare aut in melioremem codicem incidit, aut ad propriam sententiam quadam de suo addere non dubitauit.*

CAP.

CAP. V.

Linguæ moderandæ.

Lingua parcè vti prælarum, atq; ad loquendi studium grauitatem constantiãque cordis adhibere. Non enim nos inconsulto loquendi studio teneri oportet, eaq; quæ in mentem veniunt, quamuis absurda, proferre atque emittere: verum cogitare quod licet magno interuallo à cœlo distemus, certum est tamen sermones nostros à Deo exaudiri: atq; vtile est lapsum in loquendo cauere. Quemadmodum enim varias animæ curas multiplex insomniorum species subsequitur: ad eundem quoq; modum stultitiæ verborum nugacitas coniuncta est. Pollicitatio voto facta finem per opus accipiat. Est hoc stultorum proprium, vt reiectitij sint. Ac tu promissi veritatem præsta, sciens longè tibi satius esse non vouere, nec factum aliquid policeri, quàm post conceptum votum id relinquere. Omnem autem rationem fugiẽdum est turpium verborum profluuium: nec enim Deo inaudita erunt. Nam ad eum qui hæc cogitat, nulla alia vtilitas redit, quam vt sentiat opera sua à Deo labefactari atque corrumpi. Vt enim plerunque insomnia vanas sic etiam pleraque verba. Timor autem Dei hominibus quidem salutaris, cæterùm rarus. Quocirca nihil est, cur mireris si & pauperes calumnijs opprimi, & iudices legibus imposturam facere videris. Cauendum porrò est, ne ijs, qui potentia præstant, maiores esse videamur. Nam etiamsi hoc acciderit, tamen ex horrendis cruciatibus, in quos incidemus, nequaquam nos improbitas ipsa liberabit.

Vouere pernitiosum.

Verba turpia fugienda.

Timor Dei.

Deum audiri.

Ac familiæ.

Quemadmodum autem facultates raptu collectæ ac per vim extortæ perniciosissimæ & sceleratissimæ sunt: sic etiam hominis pecuniarum cupiditate flagranti nunquam sarietas, nec proximorum beneuolentia proueniet: quam liber maximã vim argenti quæsiuerit. Hoc enim vanum est & inane. At probitas familiares suos maiorem in modum oblectat, sortesque efficit, rem vnamquanq; perspiciendi facultatem præbens: sed & huiusmodi curis minimè inhæsisse, animumq; defixisse magnum cẽsendum est. Enimuerò pauper licet senectute prematur, ventremque suum nequaquam largius impleuerit: tamẽ suaui somni requie fruitur: opum autem cupiditas indiuulsas comites habet vigilias & animi labores. Quid porrò absurdius esse queat, quàm cum magno studio & cura reconditas opes conseruare, ac sexcentorum malorum occasiones sibi ipsi custodire? Ac diuitias quidem illas labefactari ac perire necesse est, siue ei qui has adeptus est, liberi sint, siue nulli: ipsum autẽ vel inuitum ac repugnantem talem in terram cadere atque discedere oportet, qualis erat, cùm in hãc lucem prodijt. Ita vacuis manibus abscessurus peccatum suum augebit, perinde atque hoc non cogitans, natiuitati similem vitæ finem sibi imminere, seque inani labore torqueri, atque in quendam potiùs veri impetum quàm suo ipsius studio inseruiens, totam vitam suam in impurissimis cupiditatibus, temeratisque appetitionibus, ac præterea in mœroribus morbisque consumit. Atque, vt compendio dicam, huiusmodi homini dies tenebræ sunt ac vita luctus. Quãquam illud minimè reijciendum est. Dei enim beneficio homini contingit, vt laboribus suis cum animi oblectatione perfruatur, diuinitus acceptas ac non vi extorras opes possidens. Neque enim ille mœroribus affligitur, nec, vt plurimùm, malis & perditis cogitationibus seruit: quin potius beneficentijs & largitionibus vitam suam metitur, in omnibus rebus animi tranquillitate fruens, atque ob Dei donum lætitia gestiens.

Tob. 1.

CAP. VI.

Iam verò infelicitatem apud homines maximè frequentẽ atque grassantem oratione persequar: cùm nimirũ Deus cuipiã omnia, quæ ipsi cordi erant, abundè suppeditauerit, nec vlla omnino re ex omnibus quæ animum cupiditate tentant, eum spoliauerit, non opibus & facultatibus, nõ gloria & splẽdore, non reliquis alijs omnib⁹, q̃ mortales ad stuporem vsque admirantur. Ille autem omnibus rebus circunfluens (quasi hac vna calamitate diuinitus inflicta implicitus) teneatur, quòd earum fructu careat) alij sua asseruat, inutilis prolapsus & sibi & proximus. Hoc sanè argumentum magnum, signumque perspicuum extremæ cuiusdam improbitatis esse censeo. Quin illum quoque hominem, qui plurimorum liberorum pater sine vlla offensione nominatus, vitaque in longum producta, beneuolentia tamen ac delicijs animum tanto tempore non expleuerit, mortis interim periculo haudquaquam facto, hunc equidem nec numerosæ prolis nec diuturnitatis vitæ nomine beatum diuerim: immò verò fœtum è materno ventre præmaturè excidentem atque abortu egestum ipsi præferendum puto. Illud enim vt incassum venit, ita clanculum etiã & cum obliuione discedit, non degustatis huius vitæ malis, nec Sole prospecto.

Frequens apud homines infelicitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duo quæ bominem ad paupertatẽ ducunt.

Quod quidem leuius est, quàm quod peruerso illi & profligato accidit, qui licet in mille annos vitam suam ,ppagarit, vitæ tñ commoda non agnouit. Vtriusque porrò finis mors. Cæterùm hic maximè stultus conuincitur, quòd nulla cupiditate satietur & expleatur. At prudens & moderatus his affectibus minimè retinetur. Ferè fit autem, vt vitæ rectitudo & integritas hominem ad paupertatem ducat. Multos verò de mentis gradu deijciunt procacium oculorum aspectus, animam incitantes, ac per inanem videndi cupiditatem ad inutile studium perrrahentes. Enimuerò ea, quæ nunc facta sunt, iam cognita sunt, per spicuumque est hominem ijs, quæ supra se sunt, reluctari atque obsistere non posse. Cæterùm nugæ & ineptiæ inter homines versantur, eorum, qui ijs vtuntur, amenti am augentes.

CAP. VII.

Nam cùm nihilo maiorem vtilitatem is percipiat, qui ea quæ ex animi sententia sibi in vita euentura sunt, perspecta habet (singamus id enim:) tamẽ hoc quoque hominum curiositas comminiscitur, vt ea etiam quę post mortẽ alicuius futura sunt anxiè inquirere ac scire videantur. Porrò fama bona suauior est animæ, quã oleum corpori, & vitæ exitus melior natiuitate: atq; optabilius & præstabilius lugere quã cõmessari, ac mœrentibus adesse, quàm vino se obruentibus. Sic enim se res habet, quòd si quis hunc vitæ finem nactus fuerit, de his quę circa se sunt, nec timore nec sollicitudine afficiatur. Consimili modo prudens ira risui præferenda est. Seuera enim vultus habitudine anima ad rectum honestumque componitur. Ac sapientum quidẽ animæ tristitia contrahuntur: Stultorum autem animæ lætitia elatæ diffunduntur. At qui multrò magis optandum sapientis vnius obiurgationẽ excipere, quã totius chori improborum & miserorum hominum cantantium auditorem fieri. Stolidorum etenim hominum risus spinarum multarum vehementi igni ardẽtium sonitui haud absimilis est. Sed, pfectò grauissimum malum est calumnia: hæc enim sapientum animabus insidias struit, ac generosam bonorum virorum constantiam obluctationemq; labefactare molitur. Porrò autem hunc laudidus efferre conuenit, non qui initium, sed qui dicendi finem facit. Morum etiam moderatio laudibus cõplectenda, non elatio & arrogantia: Insuper animi furorem summo studio frænare & coercere necesse est, nec promptè & temere in iram ruere, cui stulti seruiunt. Erant autem, qui meliorem vitam maioribus nostris datam esse affirmant: nec intelligunt sapientiam opum copia longè præstantiorem esse, tantoque clariorẽ, quanto argentum vmbra sua splendidius apparet. Vita enim hominis non ex caducarum & fragilium opum collectione & possessione, verùm ex sapiẽtia prouenit. Quisenim oro te, tantam tamq; benignam Dei prouidentiã verbis consequi poterit? aut quis ea quę summa cum ratione à Deo neglecta esse videntur, reuocare? Ego verò minus rectè id quidem faciens, omnia considerãs, & iustum in iustitia constanter perstitui, nec ab ea toto vitæ curriculo decessitem, nec ab ea toto vitæ curriculo decessitem, immò etiam propter eam infidijs petitum: & iniustum simul cum scelere suo morientem. Illud tamen homini iustitia prædito videndum est ne admodum sapiens: ne si qua in re offenderit, multis peccatibus copiosiùs peccet. Illud etiam tibi euendum, ne audax & temerarius sis: ne aliquo te intempestiua & præmatura mors abripiat. Maximum autem bonum, Deum complecti & apprehendere, atq; in eo manentem ab omni peccato abstinere. Rectè enim maculæ omnis expertes impura manu contrectare ne fas nefarium & execrabile est. Qui autem cum Dei timore cedit, sequi admittit, aduersa omnia effugit. Sapientia autem xilij in ciuitate plus potest, quàm potentissimorum hominum acies. Quæ etiam plerunq; ijs, qui ab officio aberrarunt, insidiãtur, agnoscit. Nemo enim est, qui nõ interdum labatur. Est autem tibi prouidendum, ne ad impiorum sermones vllo modo accedas: ne maledicta in te iacta tuismet auribus hauriẽs, quemadmodum improbi seruiunt loquacitatem, atq; ex ea re animo commorsus, in multis posteà actionibus ad regerenda conuicia ipse quoque abducãris. Hæc omnia ego noram, sapientiã à Deo cõsecutus, qua deinde amissa, iam rectè similis esse nequibam. Sapientia enim à me immortalitatem longitudinem fugit & in immensã profunditatem: vt mihi eã attripere vltrà non liceret. Quare ab ea quoque inquirenda omnino abstinui, iamque nec in animo habebam impiorum amentias & vana cõsilia, vitamque miserè palantem cõsiderare. Sic autem animo constitutus, in hæc deuolutus sum: ac mortifera cupiditate correptus mulierem cognoui, hoc est terram quandam, aut si quid aliud est huiusmodi. Cor etenim eius pertranseuntes irretit, ac si vel manum tantùm manui connexuerit, non minus strictè retinet, quàm si vinculis cinctos traheret. Nec verò ab ea aliter liberari queas, quàm Deum propitium

Pudicitia.

tium ac benigno oculo intuentem nactus. Nam qui peccati seruitute premitur, haud quaquam effugerit. Porrò cùm per omnes mulieres pudicitiam earum quæsiuissem, in nulla reperi. Ac virum quidem pudicitia ornatum inter mille fortasse perspexeris: mulierem autem minimè. Illud verò maximè animaduerti, q̃ homines animis simplices à Deo creati varias cogitationes rationisque discursus sibiipsis attrahunt, atque infinitas quæstiones, sapientiæq; inquisitionem profitentes circa dictiuncullas tempus terunt.

Sapientia.

CAP. VIII.

Sapientia, cùm in homine exploratur, domini quoq; vultum splendore perfundere cernitur: quemadmodum impudentia eum, in quo domicilium habet, statim vt visus est, odio dignum esse coarguit. Regis sermonibus diligenter aduertere cõuenit, ac iusiurandum omni ratione fugere, idq; præsertim, quod in Dei nomen concipitur: interim tamẽ æquũ fuerit sermoni malo imminere: verùm cauere, ne blasphemiam vllam in Dominum effundamus. Non enim de eo pœnam aliquam infligente queri licebit, nec vnius illi Domini & regis placitis obsistere. Melius autem & conducibilius fuerit sacrosanctis mandatis acquiescentem ab improbis sermonibus remoueri. Cordatus enim vir tẽpestiuum illud iudicium iustum fore scit atq; prænoscit. Omnes enim vitæ humanę res supernam pœnam manẽt: verùm scleritatus haud admodum scire videtur, q̃, cùm multa super se Dei prouidentia sit, nihil prorsus in posterum latebit. Non eñ scit, quæ postea futura sunt. Neq; quisquã est, qui aliquid eorum pro dignitate exponere queat: quoniam nemo tantis viribus futurus est, vt angelum animam ipsius extorquẽtem arcere ac prohibere possit, nec ars omninò vlla & astutia inuenietur, quæ mortis tempus repellat, ac velut exceptione submoueat, verùm quemadmodum in medio bello captis fuga omnis vndiq; præclusa perspicitur, atque omnis hominis impietas simul perit. Enimuerò quoties contemplor, quæ & quanta mortales in proximorum pernicie studiosè excogitarunt, totus obstupesco. Illud quidem compertum habeo prius quoque ex hac vita abripi impios, ac de medio tolli: eo quòd vanitati seipsos dediderunt. Quoniam enim Dei prouidentia propter summam æquanimitatem & clementiam, haudquaquam omnes confestim persequitur, nec malus statim post admissa flagitia pœnis afficitur, ob eam causam sibi fas esse putat vir sceleratus diutius peccare, quasi innoxius discessurus: illud videlicet non intelligens, quòd etiam post longum à perpetrato scelere tempus Dei scientiam non fugiet. Illud verò præstantissimum bonum, pio Dei timore præditum esse, à quo cùm impius exciderit, haud diu stultitia sua abutetur. Pessima autem & falsi opinio per homines plerunq; grassatur, tum de iustis tum de sceleratis. De vtrisq; enim contraria existimant. Nam & qui iustitia præditus est, non talis habitus est: & rursus impius cordati viri opinionem tulit. Quem quidem errorem in primis grauem & perniciosum esse statuo. Quin etiam aliquando summum bonum in cibo & potu situm esse iudicaui: eumque Deo charissimum, qui toto vitæ spatio his, quàm maximè fieri potest, frueretur, atque huiusmodi cupiditatem vnicum vitæ solatium arbitratus sum. Ac proinde in nullam aliam rem, quàm in hanc opinionem incumbebam, vt nec noctu nec interdiu quicquã eorum, quæ ad luxum à mortalibus inuenta sunt, mihi interdicerem, ab eoque me abduceré. Cæterùm hoc cognoui, quòd quisquis se his rebus inquinauerit, ne quam libet quidem longo labore verum bonum vnquam reperiet.

Ac multi ita hodie sentire videntur.

CAP. IX.

Tum enim homines omnes ijsdem rebus dignos habitos esse putabam. Ac si quis sapiens iustitiam studiosè coluisset, atque ab iniustitia recessisset, animique dexteritate & facilitate omnium odium fugisset, quod quidem Deo gratum est: hic mihi inanem laborem haurire videbatur. Denique vnum eundemq; finem esse arbitrabar iusti & iniusti, boni & mali, puri & impuri, Deo supplicantis minimeq; supplicantis. Nam cum iniustus & probus, peiera tor & iusiurandum omne fugiens ad eundem finem spe atque opinione mea contẽderent: subibat animum sinistra quædam cogitatio, omnes in eadem desinere. Nunc verò perspectum habeo stultorum esse has cogitationes, ac fraudes & impostu ras. Ac multis verbis illud occinunt, eum q mortem obijt, penitus interire: ac viuentem, etiamsi tenebris obsitus iaceat, mortuo præferendum esse. Etenim eos, qui vita fruuntur, hoc saltem scire, quòd morituri sint: eos autem qui vita functi sunt, nihil prorsus cognoscere. Præmia porrò pœnasque nullas post expletum vitæ cursum propo ni. Odium insuper & beneuolentiam erga eos, qui vitam cum morte commutarunt, finem habere. Eorum enim tum inuidiam atque æmulationem defecisse, tum vitam obscuratam atque extinctam esse. Postremò nullius rei participem esse, qui semel

Impiorum & atheorũ errores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

semel ex hac vita migrarit. Hæc error accinēs huiusmodi quoq; consilium porrigit. Heus tu, quid facis, ac non delicijs indulges, nec omnis generis edulijs ingurgitaris, vinoq; te immodicè exples? An non intelligis tibi hæc diuino munere concedi, vt arbitrio tuo ac sine impedimento fruaris? Quin tu vestem recèns sordibus detersam induis, capiteq; vnguentis delibuto hanc atq; illam mulierem cernis, vanāque vitam vanè transigis? Nihil enim præter hæc tibi reliquum est, nec in hac vita, nec post mortem. Facito igitur, quæ temere & vltro occurrunt. Neq; enim rationē horum quisquam à te exiget: nec hominū facta, nisi apud homines vllo modo cognoscuntur. Orcus autem, quicunq; tandem ille est, ad quem abire dicimur, sapientiæ & sensus est expers. Atq; hæc vani homines loquuntur. Ego verò certum habeo, nec eos qui pedum leuitate præstare videntur, magnum illū cursum peracturos: nec eos qui potentes & formidabiles apud homines habiti fuerint, bellum illud formidabile confecturos. Nec verò prudentia in ciborum copia exploratur, nec sagacitas quicquam commune habere cum opibus consueuit. Nec ijs gratulandum puto, qui omnes ad eadem peruenturos esse arbitrātur. Graui enim sopore oppressi mihi videntur, qui res huiusmodi cogitant, nec secum reputant fore, vt piscium instar atq; auium abrepti in malis versentur, ac subitò pro scelerum merito pœnas luant. At enimuerò sapientiam tanti facio atq; æstimo, vt paruam etiam ciuitatem à paucis habitatam, atq; adeò à magno rege cum exercitu circunsessam magnam & frequentem existimem: si vel pauperem vnum sapientem virum ciuem habeat. Hic enim tum ab hostium impetu, tum à circunuallationibus & oppugnationibus ciuitatem suam incolumen tueri possit. Et quanuis alij pauperem illum sapientem non agnoscant, ego tamen sapientiæ vires popularī hac potentia longe antepono. Verùm hîc quidem iacet & contemnitur sapiētia, quæ cum paupertate coniuncta est: cæterùm postea audietur, altiorem vocem edens, q̄ principes & tyranni malorum cupiditate flagrantes. Sapientia enim ferro etiam ipso fortior est: stultitia autem vnà multis periculum accersit: etiamsi multis leuis & contemptibilis sit.

Infernus.

Prudentia.

Sapientia.

Vt Archimedes Syracusa.

Sapientia robur.

CAP. X.

Nam muscæ in vnguentum prolapsæ & suffocatæ, indecorum suauis illi⁹ liquoris aspectum & vnctionem reddunt: sapientiq autem & stultitiæ simul meminisse nihil conuenit. Sapiens quippe ad res dextras & honestas sibi ipsi dux est: stultus autem ad læuas propendet, nec vnquam ad res præclaras duce stultitia vtetur. Quin ipsius quoq; cogitationes vanæ sunt, stultitia oppletæ. Quòd si te, ô amice, Spiritus hostilis aliquando adortus fuerit, forti animo resiste, sciens Deum vel ingentem peccatorum multitudinem benignitate sua condonare posse. Tyranni autem patrijq; malitiæ hæc opera fuerint, stultum quidem in sublime attolli, prudentiæ autem opibus affluentem deprimi: & peccatorum quidem seruos equis vectos, sacrosanctos verò homines pedibus iter inhonestè facientes conspici, improbis exultantibus. Quòd si quis alteri insidias moliatur, imprudens sibi ipsi primo & soli insidias struit: qui autem alterius securitatem euertit, in suprem is morsum prolabetur. Quin is etiam, qui lapides extrahit, laborem haud parum sufferet, & qui ligna conscindit, in suimet armis periculum feret. Quòd si fortè securis è manubrio exilierit, tumultuabitur q huic operi incumbit, haudquaquam sustè comportans, suasq; iniustas & breui perituras vires ipse adaugens. Est verò morsus serpentis furtiuus & clandestinus: nihil solatij afferēt incantatores: vani enim sunt. Enimuerò bonus vir tum sibi, tum proximis bona operatur: contrà stultus in cepta sua loquacitate in perniciem incidet. Cùm semel os aperuerit, stultè ordiri, & statim dicendi finem facit, stoliditatem suam vbiuis ostendens. Fieri autem minimè potest, vt homo ea, quæ à principio fecerunt, aut postea futura sunt, cognoscat, & ab homine discat. Quis enim erit, qui aperiat? Homo, qui in bonam ciuitatem prodiit, ciscī nescit, & oculis & toto vultu afflictatur. Huic autem ciuitati mala prænuncio, cuius & rex adolescēs est, & principes hebetes. Contrà bonam illam rerum beatitudinem prædico, cuius filius liberi regnum tenet: vbi tempestiuè bonis fruuntur, qui illic præfecturis & dignitatibus ornati sunt. Piger & ignauus domum minuunt, dum ipsi ores & scurræ facti, atq; ad ingluuiem suā rebus omnibus abutentes, argento dūctiles, exigui precij causā turpiter & abiectè quiduis facere sustinentes. Regi autem & præfectis aut principibus audientem esse conuenit, ac non ipsis in offensam venire, nec molestum vllum verbum in eos, proijcere. Periculum enim est, ne id etiā quod per solitudinem dictum fuerit, in lucem fortè veniat. Etenim soli & diuiti & magno regi nuncij celeres & pennati omnia perferunt, spirituali simul & rationali ministerio fungentes.

Sapiens & stultus.

CAP.

CAP. XI.

Iustum est autem egenti panem &, ea, quæ ad vitam tuendam necessaria sunt, impertiri. Quamuis enim id statim perdidisse quibusdam videaris, quemadmodum si panem in aquam coniecisses: tamen progressu temporis nequaquam infrugifera tibi apparebit beneficentia. Quin liberali ter quoq; porrige, pluribusq; tuas facultates diuide. Non enim tibi notum est, quid tandem postera dies efficiet. Nam neq; nubes copiosam suam pluuiam retinent, sed imbrem in terram fundunt: nec arbor pereruò stat, verùm etiamsi homines ei percerint, à vento certè conuelletur. Iam multi quæ à cœlo euentura sint, præscire gestiunt, nec deest, qui in nubes intuens ventumq; expectans, à messe aut ventilatione abstinuerit, re inani consisus & perfusus, nec eorum, quæ diuinitus futura sunt, quicquam cognoscens: quemadmodum nec quid mulier prægnans paritura sit. Cùm autem sementem tempestiuè seceris, fructus collige atque comporta, cùm hujus rei tempus aduenerit. Incertum est enim, quænam ex his quæ consita sunt, melora futura sint. Vtinam autem omnia bona succedant. At enimuerò cùm quispiam animo reputat, quòd & Sol pulcher, & suauis hæc vita, & bonum longa tempora in appetuis voluptatibus explere, & res formidoloſa mors, malumq; sempiternum, atq; in nihilum ducens, faciendum sibi censet, vt præsentibus vitæ commodis speciemq; iucunditatis habentibus perfruatur. Atq; etiam iuuenes admonet, vt ætatis flore abuantur, animas suas in omnem voluptatem laxantes, cupiditatibusque suis obsequantur, atq; & q̄ ipsis visa fuerint faciant, & quæ oblectationem afferunt, spectent, & quæ aliter se habent, auersentur. Ad quem hoc tantùm dixerim: Parùm sanæ mentis homo, qui Dei iudicium hæc omnia vindicaturum non expectas. Sed & flagitiosa est comessatio, & libido, & impura corporum nostrorum contumelia pniciosa. Iuuentutis enim assecla est stultitia: stultitia autem ad exitium ducit.

Vanitas.

De spiritu &c.

Quæ bonis salutis ratio.

Sapientium præcepta pro stimulo.

CAP. XII.

Operæprecium autem est, dum iuuenilia huic ætate flores, Dei timore affici, priusquàm malis reipsum tradas, priusquàm veniat dies Domini magnus & formidoloſus, cùm iam nec Sol splendorem ederet, nec Luna, nec reliqua sidera, verùm supernæ virtutes in illa rerum omnium tempestate atque tumultu mouebuntur, hoc est, angeli orbis custodes, vt & viri potentes conquiescant, & mulieres operandi finem faciant, in obscuras & caligino-

sas ædium partes fugientes, ianuis omnib⁹ clausis, ac mulier quædam molæ operam dare ob metum desinens perexili voce, instar tenuissimæ auiculæ, vtetur, atque omnes nefariæ mulieres in terram corruent, & vrbes, & earum magistratus immanes & sanguinarij supernum supplicium expectantes, ingruente acerbissimo & cruento rempore quasi florente amygdala, continuisque pœnis incumbentibus, velut numeroso quodam volantium locustarum agmine, ac de medio ciectis & sublatis flagitiosis hominibus, haud secus ac nigra quadam & despicabili capparide. Ac vir quidem probitate clarus in domum suam sempiternam lætus proficiscetur: improbi autem sua omnia planctibus implebunt, nec iā argentum reconditum, nec aurum probum vtilitatis quicquam habiturum est. Magna etiam plaga omnia occupabit, ad hydriam etiam vsque ad fontem aliquē stantem, & rotam vehiculi, quam in cisternæ concauitate relictam esse contigerit, hoc nimirum ablutionem ferente seculo, & circunuolutionis & eius vitæ, quæ p aquam comparatur, tempus prætergresso. Hominibus porrò in terra iacentibus hæc vna salutis ratio est, vt eorum animæ eum agnoscant, atque ad eum conuolent, à quo creatæ sunt. Itaque vt ea, quæ prius dixi, repetam, admodum vanè mortales affecti sunt, tantaq; est rerum, quæ ab illis excogitantur, vanitas, vt ad earum magnitudinem accedere nihil omninò possit. Ac mihi quoque inanis & superuacaneus labor suscipitur, sapienter & eruditè concionanti: quippe qui populum hunc docere aggrediar, ita miserè perditeq; affectum, vt nec doctrinam nec curationem admittat. Opus est autē viro forti & generoso, ad hoc vt sapientiæ sermones intellectu assequi queat. Ego verò iam grandis natu, longumque vitæ spatium emensus, in ijs, quæ Deo grata & accepta sunt, per veritatis mysteria exquirendis animum defatigaui.

Illud autem exploratum habeo, animos non minùs extimulari sapientum præceptis, quàm solent corpora, stimulo, aut clauo confixa & perforata. Nonnulli autem sapientissima illa documenta à bono vno pastore & magistro accepta, quasi ex vno ore omnes atque inter se concordes dabunt, creditam sibi doctrinam copiosiùs & ornatiùs exponentes. Cæterùm verborum multorum nulla est vtilitas, nec tibi, vir amice, author fuero, vt ea, quæ minus conuenit, inutili opera conscribas, ex quibus præter inanem laborem nihil commodi percipiatur. Reliquum iam est, vt huiusmodi quodam epilogo vtar: O homines,

en vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

en vobis apertè breuiterque denuncio, vt Deum omnium Dominum & inspectorẽ timeatis, eiusq; præcepta seruetis, vobisq; persuadeatis, omnia posteà iudicium subitura, atq; vnumquemq; operum suorum tam bonorum quàm malorum mercedem pro dignitate accepturum.

SCHOLION.

4. *Ablutionem ferente sæculo.* Γρ. καθαιρούσῃ αἰῶνι. *Sic hoc nostrum sæculum vocat, quòd quamlibet in hac vita simus, nulla est tam fœda peccatorũ labes, quæ cum Dei ope & misericordia detergi atq; ablui non possit. Vel etiam fortasse καθαίρειον vocat hoc sæculum propter mysticæ lauacri ablutionem.*

GREGORII NAZIANZENI ADVERSVS Iulianum Imperatorem, Inuectiua prima.

ARGVMENTVM

ORationes has duas in Iulianum conscripsisse videtur Theologus Iouiniano imperante, hoc est, aliquot annis, antequam ad Episcopatum proiectus esset. Quod etiam stilus ipse satis arguit, adhuc me se efferens, atq; vt in illa ætate, acer inprimis & vehemens, πολὺ πυρὸς μᾶλλον πνέων, vt Homeri verbis vtar. Sed & hoc luculenter ostendit infinita illa externæ & prophanæ disciplinæ copia, quam hic vndique liberalium artium studio ac professione non ita pridem defunctus, vbique profundit, atque oblata occasione non illibenter ostentat. Quid enim iucundius, quàm adulterinæ sapientiæ laruam profanis hominibus detrahere, &, vt ait magnus Dionysius, Τοῖς ἔξωθεν ἐπὶ τοὺς ἔξωθεν χρῆσθαι, blasphemumque Philistæum gladio suo contrucidare? Series autem huius orationis ita se habet. Primùm subtili exordiendi genere attentionem sibi conciliat, cùm velut ad rem magnam & memorabilem posteris & documento futuram omnes vndecunq; vocat. Deinde benevolentiam sibi parat, cùm ostendit se officio ductum ad hoc dicendi argumentum accessisse. Nec enim quicquam esse, quòd τῷ λόγῳ, hoc est, Filio Dei, pro beneficio accepto congruentius offerri possit, quàm orationem. Nec rursus vllam esse commodiorem vlciscendi Iuliani rationem, quippe qui eloquentiæ atque humanarum artium studia Christianis præcludere statuisset. Mox compluribus Dei beneficijs è Scriptura collectis, oppressi tyranni beneficium subnectit: atque ita ad insectandam materiam delabitur. Porrò in accusando ac proscindendo Iuliano ætatis ordinem sequitur. Nos præcipua tantum accusationis capita breuiter perstringemus. Primùm quòd eam templi partem, cui extruendæ studiosissimè incumbebat, terra subinde dehiscente, ac collabente ædificio, nunquam absoluere potuerit, non temerè ac fortuitò accidisse dicit: sed quòd sacrosancti martyres manus abstinerent, nec abhorrerent ab impuris. & sceleratis. animo proficiscentem repudiarent, nec ædem sibi construi sustinerent, qui multos Martyres ignominia affecturus esset. Atque id loco communi exornat. Deinde expositâ ipsius pueritia, quo modo imperij societatem à Constantio ascitus fuerit, explicat. Quo nomine quia Constantius in multorum reprehensionem incurrerat, eum purgare nititur: atque etiam inde grauius accusandi Iuliani occasionem arripit. Si enim, inquit, in culpa est, qui eum maximo beneficio ornauit, quid eo scelestius,

tius, qui principis optimè de se meriti vitam ferro atque insidijs appetiuit? Atque hic philosophos gentiles insectatur, à quibus tanquam à malis coruis malum hoc ouum prodierit. Posteà ad rem rediens, quo modo aduersus Constantium cum exercitu processerit, eoque fato perfuncto, immò ipsius fraude sublato atque extincto ad imperium peruenerit, narrat. Quædam etiam miracula diuinaq; prodigia adiungit, quæ illi apertæ iam & desperatæ impietatis tirocinium facienti acciderunt. Tum subdola illius & versuta consilia profert, doctissimeq; refutat. Nam quòd idcirco perspicuum bellum Christianis minimè inferebat quoniam ipsis Martyrum nomen & gloriam inuidebat, stultitiam eius irridet, qui vel rei veritatem calliditate obrui posse, vel Christianos laudis & gloriæ studio, non veræ pietatis amore sese periculis offerre iudicaret. Obiter etiam crudelitatem ipsius notat, qui plebis aduersus Christianos incitatæ temeritatẽ & audaciam dissimulatione sua tanquã imperatoria quadam authoritate armaret. Subiungit quo modo aulæ assectas magnamque exercitus partẽ vel muneribus vel honoribus & dignitatibus, vel denique fraudibus atque impostoris à vera fide auerterit, nobileque illud Labarum, in quo salutiferæ crucis signũ pictũ erat, sustulerit, vetusq; et exoletum Rom. vexillum reduxerit. Hinc vecordiam illius exagitat, qui oppugnandi Dei, ac delendæ & extinguẽdæ Christianæ doctrinæ consiliũ ceperit. Vbi etiam suggillatis Gentilitiæ superstitionis deliramentis sanctissimam verorum Monachorum vitã orationis penicillo depingit, ac subiecta veterũ Philosophorũ vanitate clariorem reddit. Atque ita vnde digressus fuerat, rediens, summæ eũ stultitiæ damnat, qui Christianorum nationem tam longè lateq; patentem incolumi imperio sese euertere posse speraret. Illud verò quantæ stoliditatis & amentiæ quòd Christianorum nomen immutauit, & Galilæos pro Christianis vocari iussit? Ex quo apertissimè declarauit, Christiani nomen præclarissimum & honorificentissimum esse, quandoquidem illud Christianis eripere conatus est: nisi fortè vim nominis pertimuit, vt dæmones. Proinde Gregorius hic commodè multa falsorum dæmonum nomina profert, ita pudenda & ridicula, vt nulla turpiora & obscœniora confingi possint: atque à Christi patientia & humilitate ostendit, non eo esse animo Christianos, vt verbis potius & contumelijs, quàm salutis suæ cura moueantur. Tum duo maximè scelesta ipsius facinora exponit, quibus permultos Christianos partim ad summum nefas impulit, partim iniquissimis supplicijs mactauit. Vbi etiam egregia quorundam militum virtus animique magnitudo emicuit, qui ob liberrimam Christi confessionem solum vertere iussi sunt. Hinc iam de Alexandrinorum, Gazeorum, Heliopolitarum & Arethusiorum crudelitatibus in Christianos horrendisque immanitatibus satis longam narrationem texit: easque omnes conniuenti Iuliano, immò comprobanti fermeque promulgãti adscribit. Tantum enim in illius animo Christianorũ odium iustum erat, vt Præfectum quendam, quòd ob ingentem Christianorum cædem à Gentilibus perpetratam, in nonnullos eorum animaduerterat, exilio mulctarit. Ita ille, quamuis persecutionis edictum apertè non proposuisset, Christianorum tamen infestissimus erat hostis & persecutor. Iam illud quàm tyrannicum & ab omni humanitate alienum, quòd Christianis cœtus omnes publicosque cõuentus, quòd iura ipsa atque omnia legum præsidia intercludere cogitabat, vt cuiuis impunè in eorum fortunas impetum facere liceret. Vetare enim legem nostram, ne cui ob vllam in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniuriam litem intendamus, aut vltionem expetamus. Sic ea, quæ consilij erant, cũ ijs quæ præcepti, veteratorie confundebat. His itaque confutatis iam ad edictũ illud refellendum accingitur quo ab omnibus liberalioribus studijs Christianos arcebat. In quo nominis ambiguitate fallere conabatur. Nam cùm Hellenismus & Gentilium errorem superstitionemq; significet, & linguæ Græcæ vsum: ille verũque significationem captiosè permiscebat, ac græcari eorum tantùm esse contendebat, qui Græcismum, hoc est, deorum cultum profiterentur, Christianosque, ut qui solam fidei sapientiam haberent, ab omni linguæ & doctrinæ Græcæ cõmercio excludebat. Hunc sophistæ paralogismum copiosissimè refutat Gregorius, atque ostendit linguarum atq; artium vsum mortalibus omnibus communem esse. Vbi etiam de artium inuentoribus fusè disserit. Et quia Iulianus fidem & credulitatem Christianis obijciebat, eandem obiectionem in eum retorquet, Pythagoreos proferens, apud quos tanta erat magistri authoritas vt nullam ab eo dictorum rationem sibi requirendam putarent: simulque quid apud nos credendi vocabulum significet, declarat. Postea consilium illius ridet, quo ad Christianismum euertendum, Christianorum ritus ac mores in paganismum inducere cõstituebat, ac scholas publicas extruere, dogmatumque profanorum lectiones & interpretationes instituere, tum hospitia & cœnobia ædificare, multaque alia ad Christianorum imitationem facere, vt Christianismi similitudine Christianismum profligaret. Demum omni eloquentiæ impetu in Ethnicismum fertur, illiusq; fœditatem detegit, omnibusq; deridendam propinat. Et cum salutis doctrina in duabus potissimũ rebus, nimirum in diuinarum rerum pertractatione & morum institutione versetur, vtraque parte Ethnicos vrget. Primùm enim quàm impiè de rebus diuinis sentiant, productis eorum turpissimis erroribus commonstrat, totamque ipsorum superstitionem omnibus artis coloribus depictam velut in tabula spectandam proponit. Deinde ab ijs morum doctrinam nequaquam rectè tradi posse ostendit, qui deos habeant vitiorum omnium authores & patronos. Postremò vt hoc etiam concedatur, eorum præceptis vitia vtcunque reprimi: tamen eos à Christianorũ perfectione virtutisq; præstantia longissimè remotos esse ait: sicque huic Orationi coronidem imponit,

Psalm. 41.

AVdite hæc omnes gentes auribus percipite omnes qui habitatis terram. Oẽs enim, quasi ex edita quadam & mediterranea specula magnoac sublimi præconio appello. Audite populi tribus, linguæ, homines oẽs cuiusuis generis & ætatis quicunq; & nũc estis, & existetis: atq;, vt mihi latius præconium pateat, omnis cœlorum virtus, omnes Angeli, quorum opera tyrannus extinctus atque oppressus est, non Seon ille rex Amorrhæorum, neq; Og rex Basan, principes exigui, atq; Israelem, hoc est, paruam orbis partem vexantes, verùm dracoille, apostata ille, magna illa mens, Assyrius ille, ille communis omnium inimicus atq; hostis, cum multo furore in terram debacchatus & comminatus, tum multam iniquitatem in Excelsum locutus atque meditatus. Audi cœlum, & auribus percipe terra. Iam enim commodè ijsdem verbis vtar, quibus Esaias sublimi dicendi genere prophetis omnibus superior. Quanquã ille propter Israelem, qui Dei imperium reiecerat, ea vocat atque obtestatur: ego autem propter tyrannum, qui & Deum reiecit, & miserè, sicut ipsius impietas meretur, corruit. Quin hæc quoq; audiat & Constantij magni anima, si quis mortuis sensus est, omnesq; eorum, qui ante eum imperium tenuerunt, piæ Christiq; amantes animæ: verùm illa præ cæteris, quomis cum simul cum Christi hæreditate corruisset, eamq; pro viribus auxisset, temporisq; diuturnitate ita fixisset atq; confirmasset, vt eo nomine omnes, qui vnquã imperio po-*

Iuliani nomina.

Constantij in Iulianũ benefitia.

titi fuerant, splendore & gloria superarit (ô grauem insectationem) ignorantia lapsus est, indigna ipsius pietate, Christianis Christi hostem insciens aluit, in eoq; vno humanitate sua & beneficentia parum egregiè vsus est, quòd eum & seruauit, & Imperatorem creauit, qui & perniciosè seruatus est, & imperium administrauit. Ac proinde crediderim eum vt ex impietatis euersione rerumq; Christianarum statu ad pristinum splendorem redeunte, sic etiam ex hac oratione maximam voluptatem percepturum. Orationem enim Deo gratitudinis ergò consecrabo, omni irrationali victima puriorem & sanctiorem, non secũdum impuras & sceleratas illius orationes & deliramenta & scelestiora sacrificia, quorum vis & præstantia impietatis visebat, & stulta, vt sic loquar, sapiẽtia. Nã oĩs quoq; huius sæculi potẽtia atq; eruditio in tenebris ambulat, atq; à veritatis luce procul collabitur. Atq; illa quidem talis est, & apud tales, taliaq; operæprecia habet, quasi fœnum velociter arescens, & quemadmodum olera herbarum citò decidens, atque vnà cum parentibus suis abscedens, cum sonitu pereuntibus, ac ruina & calamitate q̃ impietate clarioribus. Mihi autem sacrificium laudis hodierno die offerenti, atque incruentum verborum honorem Deo cõsecrãti, quis tãtæ magnitudinis theatrum exhibebit, vt accepto beneficio respondeat? aut q̃ lingua mecũ, quãtùm expetit animus, insonabit: q̃ auris sermonis alacritatẽ cõsequetur? Etenim gratiarũ actio verbis cõcepta nõ Verbo solùm maximè cõgruit, vtpote præter alia nomina, quibus vocari solet, hac quoq; appellatione, nominisque vi & facultate in primis gaudenti: sed ijsti quoq; hæc pœna pulchrè conuenit, vt sermone crucietur, pro eo scelere, quod in sermones admisit, qui cùm omnium rationẽ præditorum communes sint, ijs tamẽ, tanquam propriè ad se pertinerẽt, Christianis perinuidiã interdixit, stultissimè sanè de sermonibus cogitans, homo omnium, vt sibi videbatur, facundissimus. primùm quia subdolè & veteratoriè nomen ad opinionem traduxit, quasi sermo Græcus, non linguæ, sed religionis sit: atq; ob eam causam velut alieni boni surreptores, à sermonibus nos arcere instituit: perinde verò ac si nos quoq; artibus illis, quæ apud Græcos inuentæ sunt, vti prohibuisset, easq; propter eiusdem nominis appellationem suas esse duxisset, ac vẽdicasset. Tum quia nobis obscurum esse putauit, id se nequaquam eo cõsilio facere, vt insigni quodam & primario bono nos spoliaret, quippe qui hos sermones admodum etiam a-*

Gratiarũ actio.

Iulianus Christi nomen à sermonibus arcere instituit.

spernemur: verùm quia impietatis confutationes extimescebat, velut in dictionis elegantia verborumq; lenocinio robur habentes, ac non in veritatis cognitione & argumentis. A quibus minùs compesci ac reprimi possumus, quàm inhiberi, ne Deum confiteamur, cùm linguam habeamus. Quandoquidem vt alia, ita sermonem etiam pro sacrificio offerimus, quemadmodum & corpora: quando res ita nata fuerit, vt his quoque pro veritatis defensione concertare necesse sit. Quare qui hoc edictum promulgauit, Atticè quidem & concinnè loqui nos prohibuit: cæterum, ne vera diceremus, haudquaquam impedire potuit, simulq; & imbecillitatem suam prodidit, nec confutationes effugit, immò verò imprudens seipsum his magis subiecit atque irretiuit. Neque enim hominis erat vel religionis suæ iuri, vel ipsis etiam sermonibus confidentis, sermones nostros cõprimere: perinde, ac si quis athletarum fortissimus sibi videatur, ac publico præconio omnibus præferri postulet, qui edixerit, ne quisquam magni ac strenui animi vir certamen ineat, atque in arenam descendat. Id quod ignauiæ potius quàm fortitudinis argumẽtum est. Coronæ quippe aduersus eos comparantur, qui certamine congrediuntur, non qui sursum sedent: atque aduersus eos, qui toto robore contendunt, non qui magna virium parte truncati sunt. Quòd si omninò signa conferre, manusque conserere veritus es, hoc ipsò te victum esse declarasti, mihique sine vlla dimicatione victoriã adipisci licuit, dum tantopere abs te dimicatum est, ne dimicationem subires. Atque hæc sapiens noster Imperator & legillator, qui, vt ne tyranni dis suæ quicquam expers esset, atque amentiæ vecordiæque edictum proponeret, in imperij sui primordio ante res omnes alias sermones liberales que disciplinas tyrannide oppressit. Nobis autem honestum & præclarum fuerit pro ipsis quoque sermonibus, quibus libertas restituta est, Deo gratias agere, eumque tum alijs donarijs & honoribus prosequi, nec pecunijs vllis parcendo, nec facultatibus & prædijs, quæ temporis turbini ac tyrannidi exposita obuiaque facta Deus misericordia sua & beneficentia conseruauit, tum præsertim sermonibus honorare, hoc est, iusta oblatione omnibus que, qui beneficij participes fuerunt, communi. Atque hic sanè oratio pro sermonibus habita finem habeat, ne si longius eam protraxerimus, mediocritatis fines excedamus, atque aliud quiddam potius agere videamur, quàm id, cuius causa conuenimus. Enimuerò mihi iam exi-*

Edictum Iul.

Simil.

Quibus debentur coronæ.

Qualis gratiarum actio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lit,atque ad panegyrismum alacris fertur oratio,simulq; cum his rebus quæ in oculos occurrunt,hilarescit, atque ad spiritualem choream omnes vocat,tum qui ieiunijs & lachrymis & orationi addicti erãt, prementium molestiarum depulsionem finemq; noctu diuq; postulantes, ac spem minimè pudefacientem commodum in calamitatibus medicamentum statuẽtes, tum qui magnis certaminibus & prælijs exantlatis,multisq; & grauibus iniquæ tempestatis assultibus iactati atq; afflicti,mũdo & Angelis & hominibus, vt Apostoli verbis vtar,spectaculum facti sunt,ac corporibus fathiscentes, animis inuicti permanserunt,omniaq; in Christo se confortante & corroborante potuerunt,tum qui mundanam virij materiam atq; principatum abiecerunt, vel direptionem bonorum cum gaudio susceperunt, vel patria, vt dicitur,per iniuriam pulsi sunt,vel à viris aut vxoribus aut parentibus aut liberis aut quibuscunq; tandem alijs paruæ necessitudinis nominibus retinemur, ad breue tempus disiuncti sunt, Christique cruori passiones pro Christo exhaustas obtulerunt,ac proinde nunc commodè illud dicere & cantare queunt, Imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium. Quin alteram quoq; partem ad concionẽ festiq; celebritatẽ voco,eos nimirũ,qui cũ vniuersarũ quidẽ rerum Deũ cõsiteãtur atq; hactenus animo & ratione sani atq; integri sint,cæterũm in quid étiæ causas haudquaquam altiùs penetrent (q̃ plerunq; ex contrarijs meliora procurat, ac benignitate ad respiscentiam inuitat & exhortatur) verùm præ animi paupertate & leuitate,dum superbit impius,animi cogitationibus incendantur, atq; inflammẽtur,pacemq; peccatorum (vt cum Dauide loquar) indignissimè ferant,nec Dei consilium sustineant, atq; ad extremum vsq; æquanimiter expectent,verùm præsentibus rebus & in aspectum cadentibus perpetuò seruiant, huiusmodi miracu lis in veritate confirmantur. Iam eas quoq; animas accerso, quæ erga huius mundi scenam & magnum hoc theatrum incredibili quodam amoris œstro concitantur: & quidem Esaiæ verbis accerso. Mulieres à spectaculo venientes huc adeste,animique oculo ab externa oberratiõe reducto atq; collecto vacate & cognoscite, qm̃ ipse est Deus,q exaltat in gẽtibus,exaltat in terra, semper ille quidẽ in omnib⁹ miraculis & prodigijs,quæ fecit, cæterùm autem nunc multò clarius & illustrius. Atq; vtinam ille quoq; cœtus chori nostri partem face-

Triplex hominum genus vocat.

Rom.5.

1.Cor. 4.

Philip.4.

Hebr.10.

Psalm. 65.

Secundum genus hominũ quale.

Dei prouidẽtia sæpe ex contrarijs meliora procurat.

Tertiũ genus hominum.

Esa.32.

Psal.46. 45.

ret,qui, cùm priùs cantionem haudquaq; adulterinam atq; improbatam nobiscum Deo accineret,ac dextro quodam ordine dignus haberetur,atque etiam,vt confido, breui habebitur, haud scio qua re permotus repentè cantum in diuersum componit alioq; gradu atq; ordine constituit, ac ne à communi quidem lætitia & oblectatione, quod mihi magis mirum videtur,adduci potest,vt nobiscum coniungatur:quin potiùs priuatim choream quandam parum numerosam atq; concinnam instituit(hoc enim mihi bona eorum venia dicere liceat)quamnam autem & qualem,dicere quidem zelus suadet atq; increpat,fides autem retinet:ac sermonis molestiam comprimam,quòd meliorem mihi aliquando de vobis spem proponam. Adhuc membra mea foueo atq; complector, adhuc maiorem pristinæ charitatis quàm præsentis contemptus rationem habeo:atque ideirco leniorem placidioremque me præbeo,vt acriùs postea exprobrem. Vnam classem,vnum animarum genus ab huius festi celebritate abdico atq; propello, dolens quidem & ingemiscens,ac ne audiens quidem fortasse lugens,nec exitium in eorum sentientes deflens(hoc enim in eorum plaga maximè est miserandum)sed tamen abdico,qui non supra firmam & inconcussam petram,sed in siccam & sterilem semnati(hi autem sunt,qui leuiter frigideque ad pietatis doctrinam accedunt,fidei; exgua præditi sunt) quia altas in terra radices non egerunt,confestim exorti sunt, atque huc prospicientes,vt hominibus placeant,eorumq; gratiã sibi cõciliẽt,paruoq; dum exigua diaboli incursione paruoq; tentationũ æstu exaruerunt & interierũt. Atq; his etiã deteriores magisq; ab hoc cœtu libri cõuentu,proscribẽdi sunt,q tyrãnidis,procellæ, ijsq;,q nos ab eo,q in altum aſcẽdit, nosq; præclarè captiuos egit abstractos in pernicioſam captiuitatem abducchant, nec tantillum quidem obluctari sint; verùm, nulla necessitate vrgente,scelerati,precipiteque adeò vili comparabiles inuenti sunt, vt ne aliquantisper quidem restiterint, quæ nullaque ipsis ob verbum obortæ calamitate aut tentatione offendiculum passi sint, ac cum temporario quodam emolumento aut obsequio aut exigua potentia salutem suam miseri commutarint. Postquam autem chori supplementum oratione reparauimus,age corporibus atq; animis,quogauimus,age corporibus atq; animis,quoad eius fieri poterit,purificatis,voceq; vna assumpta,atq; vno eodemq; Spiritu compositi & concinnati triumphalem illum hymnum canamus, quem olim Israëlitæ propter Aegyptios mari Rubro cooper-

Hymnus triumphalis. Exod.15.

tos atq; obrutos,auspicantte Maria tympanũmq; pulsante,cecinerunt:Cantemus Domino,gloriosè enim celebratus est: Equũ & ascensorem proiecit non in mare(hoc enim ex oda illa immuto)verùm vbi ipsi visum est,& quemadmodum ipse iustum cẽ suit,qui omnia facit atque transmutat, vt quodam prophetiæ suæ loco Amos diuinissimè philosophãs dixit,qui mortis vmbram in diluculum vertit,& diem noctis tenebris obscurat,ac velut per orbem quẽdam mundum hunc vniuersum gubernat ac moderatur,resq; omnes nostras,fluctuantes simul minimeq; fluctuantes, mutationibus nimirum fluctuantes & sursum deorsumq; agitatas,aliasq; aliter se habentes, diuinæautem prouidentiæ constitutione fixas & stabiles,etiamsi per contraria gradiantur. Verbo quidem manifesta & perspicua,nobis autem incognita atque obscura:ille,inquam,qui potentes sedibus deijcit,& insuspicabilem diademate exornat(nam id quoq; à Scriptura accipio)qui fractis & inualidis genibus fortitudinem imponit,ac peccatoris & flagitiosi brachia confringit(etenim hæc quoq; ab alio Scripturæ loco desumo,prout quodq; memoriæ occurrit,multis videlicet cantionem mihi conficientibus,atq; ad contexendam gratiarum actionem aliquid simul erogãtibus:) qui dat,vt impium nunc supra cedros elatum cernamus: nunc ita oppressum atq; deletum,vt iam esse desinat,si qdem ipsius impietatem pede cauto ac celeri præterire quiuerimus. Ecquis eorum, qui diuina mysteria exponunt,hæc pro dignitate decantabit atq; narrabit. Quis loquetur potentias Domini,exaudibiles faciet omnes laudes eius? Quam vocem,aut quam orationis vim & facultatem huic miraculo parem afferet? Quis arma & gladiũ & bellum confregit? Quis capita draconũ in aqua contriuit? Quis eum populis escã dedit,quibuscunq; tandem dedidit? Quis procellam in auram statuit atq; compressit? Quis dixit mari,Tace & obmutesce? Et,In te confringentur fluctus tui: atq; adeò confregit,nequaquam diu multumq; sublatos & æstuantes? Quis hoc nobis beneficium dedit,vt supra serpentes & scorpiones ambulemus, non iam calcaneum furtim obseruantes,quemadmodum fert cõdemnatio: verùm perspicuè insurgentes caputq; attollentes, cuius calcationi Dei condemnatione obnoxij sunt? Quis iudicium & iustitiam præter hominum opinionem expectationemq; fecit? Quis virgã peccatorum non prorsus emisit audactérne dicam in sortem iustorum,aut quod eo moderatius est in sortem eum cognoscen-

Exod.15.

Psalm.97.

Amos 5.

Psalm. 73. 91.

Luc.10. Marc.3.

Psalm.124.

Psal.149.23.

Esa.45.

Rom.8.

Psalm.106

Psalm.123.

tium?Non enim vt iusti traditi atq; afflicti sumus(hoc enim paucis & rarò accidit, vt velut strenui ac generosi tentatorem ignominia afficiant:)verùm vt peccatores condemnati sumus,ac deinde paterna cura & beneuolentia misericordiam consecuti sumus,hactenus cæsi,vt prudentiores efficeremur:hactenus castigati, vt ad eum animos conuerteremus. Arguit enim, sed non in furore:& corripuit, sed non in ira, per vtrunq; nimirum humanitatis benignitatisq; suæ specimen edens,nempe & per submonitionem atq; animaduersionem, & per indulgentiam. Quis ille est,qui vindictam fecit in nationibus, increpationes & redargutiones in populis? Dominus fortis & potens, Dominus potens in bello. Vnam equidem vocem reperio, vnum carmen præsentibus beneficijs vtcunq; par, quod Esaias ante nos prolocutus est, huic tempori mirificè congruens,& cum beneficij magnitudine paria faciens. Lætetur cœlum desuper,& nubes stillent iustitiam: proijciant montes lætitiam, & colles exultationem:quãdoquidem creatura omnis, & cœlestes copiæ mea quidem sententia huiusmodi rerum sensu afficiuntur. Neq; ea simul tantum ingemiscit & parturit, corruptioni seruiens, hoc est ijs, qui in terra nascuntur & intereunt,finem eorum expectans & reuelationem, vt ipsa quoq; tunc sperata libertate potiatur, velut nunc his inuita propter Creatoris potentiam astricta: sed simul etiam cum Dei filijs lætitia gestientibus eum concelebrat atque exultat. Quocirca(neq; enim à diuinis vocibus abstinebo,diuinam potentiam prædicans) exultet deserta, & floreat instar lilij, hoc est, Ecclesia heri & nudiustertius, vt quidem videbatur,vidua,& viri expers,atque omnes,quos inuida & inamœna impietatis hyems antea contraxerat:quoniam Deus plebem suam miseratus est,& hæreditatem suam non dereliquit,quoniam res mirabiles fecit(consilium antiquum verum, hoc est,vt sibi complaceret in ijs,qui ipsius timore præditi sunt,& in ijs,qui sperant in misericordijs eius:quoniam contriuit portas æreas,& vectes ferreos confregit, quoniam propter iniquitates nostras humiliati sumus,sed per Dei gratiam, qui nos vocauit,& humiles corde consolatur, erecti tandem,laqueoq; contrito liberati sumus. Videtis quo pacto diuinis verbis ac sententijs canticum texam: atque haud scio, quomodo alienis me efferam,atq; ostenté, ac præ voluptate velut numine corripiar, humiliaq; omnia & humana contemnam, alia alijs compingens atq; concinnans, eaque quæ eiusdem sunt Spiritus,in vnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

colligens. Ac prius quidem Dei miracula
demonstrabant Enoch translatus, Helias
Gen.5. assumptus, Noe in periculo seruatus, ipse-
4.Reg.2. que in exiguo ligno mundum seruans, na-
Gen.7. tionumq; semina, orbis terrarum diluuiũ
18. fugiẽtium, vt terra rursus sanctioribus ha
22. bitatoribus ornaretur, Abraham vocatus,
ac filio præter ætatis conditionem dona-
tus, ad fidem faciendam alterius seminis
promissi, atq; vnigenitum offerens, sacrifi
cium promptum & alacre, victimamq; a-
lienam filij loco accipiens. Noua etiam &
19. admiranda impiorum internecio, igni &
sulphure obrutorũ: mirabilius etiam pio-
rum furtum, & salis columna conuersio-
nem ad vitium damnans, de eaq; trium-
37. phum agẽs. Ioseph etiam diuenditus, & a-
matus, & pudicitiam colens, sapientiaq; di
uinitus ornatus, & liberatus, & imperium
gerens, atq; ob maiorem dispensationem
dispensatoris munere fungens. Moses Dei
visione dignus habitus, legibusq; instruc-
tus legesq; ipse ferens, & Pharaonis Deus
effectus, & dux Israëli ad promissionis ter
ram contendenti, quinetiam Aegyptiorũ
memorabiles & numerosæ plagæ, atq; eo-
rum, qui laboribus conficiebantur, con-
seruatio inter medios Aegyptios. Mare p-
terea tum virgæ cedens, tum sermone rur
sus coiens, atque illos terræ ritu transmit-
tens, hos, vt, ipsius natura ferebat, fluctib⁹
suis absorbens. Adde ea, quæ his successe-
runt, columnã nubis diurno tempore ob-
umbrantem, columnam ignis noctu lucen
tem, atq; vtranq; populo præeuntem, panẽ
insuper in deserto pluuię more labentem,
obsonium è cœlo missum, alterum necessa
rio vsui æquatum, alterum supra necessita
tem impartitum, aquam è petra partim ex
pressam, partim edulcatam, Amalec preci-
bus manuumq; arcana & mystica figura
fusum & profligatum, Solem repressum,
Lunam retentam, Iordanis fluxum retro
inhibitum, muros sacerdotum circuitione
tubarumq; clangore, ac ⁶ numeri viribus
labefactatos atq; deiectos: Terram & vel-
lus alternatim compluta, ac sicca permanentia, crinium vires vniuerso exercitui
pares, paucos delectos viros lambentes, vi-
ctoriæq; adipiscendæ prouinciam suscipientes, ac iuxta spem vincentes, exiguus, in-
quã, numerus multa hominũ millia. Quid
autem mihi omnia sigillatim enumerare
necesse est, quæ per Christum ipsum saluti
feræ præsentiæ suæ & incarnationis tem-
pore, quæ etiam post illum illiusq; benefi-
cio à sacrosanctis ipsius Apostolis verbiq;
ministris admirabiliter gesta sunt? Quot
Psal.65. ea libri & memoriæ circunferunt? At quæ
hoc tempore designata sunt, venite, audi-
te, & narrabo omnes qui timetis Deum, vt
diuinæ potentiæ miracula generatio alte-
ra, & generationum posteritas intelligat.
Quoniam autem ea, nisi periculi magnitu
dine vobis ob oculos posita declarari ne-
queunt: hoc verò fieri non potest, nisi mo-
rum istius peruersitatem ostenderimus,
quibusq; ex principijs vitijq; seminibus in
perditam hanc amentiam prolapsus fue-
rit, paulatim impietatem augens & ampli
ficans, quemadmodum venenum solent
reptilia animantia belluæq; acerbissimæ
atque immanissimæ: omnia quidem illius
flagitia tragicis verbis commemoranda at
que exaggeranda ad libros historiasq; re-
mittemus (neq; enim nobis vacat plura cõ
texere, longiusq; sermonem producere, q̃
præsentis instituti ratio postulet) ipsius-
tem pauca è multis oratione assecuti, qua-
si in columna insculptam inuictiuam po-
steris relinquemus, ad præcipua illius no-
bilissimaq; flagitia sermonem conferẽtes.
Vnum igitur & primum illius est facinus,
quòd à magno Constantio, qui patri in im
perio successerat, salutem consecutus, quo
tempore exercitus rerum nouarum meu
res nouas moliens, aduersus eos, qui digni-
tatibus florebant, arma cepit, ac per nouos
Præfectos aula imperatoria constituba-
tur) & quidem salutem inopinatam & in-
credibilem cum fratre, cõsecutus, nec Deo
ob salutem gratiam habuit, nec Imperato
ri, per quem salutem acceperat: verùm vtri
que malum & ingratum se præbuit, illi de
fectionem parturiens, huic rebellionem.
Quod autem mihi prius necessariò expo-
nendum est, victu & cultu imperatorio in
imperatorio quodam loco ab humanissi-
mo Imperatore digni habebantur, ac velut
generis reliquiæ ad imperium seruabant.
Id autem eo consilio faciebat, primùm vt
se de ijs rebus, q̃ imperij sui auspicijs teme
re & inconsideratè perpetrat æ fuerãt, pur
garet, velut ex eius animi sententia mini-
mè admissis: deinde vt ijs ad imperij socie
tatem asciscẽdis magnitudinis animi præ
stantiæq; argumentum ederet: postremò,
vt principatum his incrementis firmiũs
stabiliret: quod quidem hominis erat bene
gnè magis quàm sapiẽter cogitantis. Cùm
autem ab omnibus rebus otiarentur, at-
quòd imperium eos adhuc moraretur, at-
que in cogitatione & meditatione esset, ad
quòd ætas & spes nondum eos secundis di
gnitatibus admoueret: vtebantur illi qui-
dem aliarum quoq; artium præceptorib⁹,
nimirum auunculo Imperatore in omni
liberalium disciplinarum genere eos in-
tuente, verùm nostati philosophiæ impen
siùs operam dabant, non huic solùm, quæ
in verbis & doctrina versatur, sed illi etiã,
quæ pietatem in moribus positam habet.
Atq; & cum optimis quibusq; viris com-
mercium habebant: & elegantissimis actio
nibus, ac luculentum virtutis specimen p
se ferentibus incumbebant. Quinetiam in
cleri ordinem seipsos cooptarunt, adeò vt
diuinos quoq; libros plebi lectitarent, nõ
minùs id sibi amplum & honorificum es-
se existimantes, quàm aliud quiduis, im-
mò omnium ornamentorum maximũ p-
stantissimumq; pietatem esse censentes.
Iam sumptuosissimis quoq; Martyrũ mo-
numẽtis & donariorũ munificentijs oibus
que alijs rebus quibus diuinus timor velut
nota quadam exprimit, sapientię studium
Christiq; amorem indicabant: alter quidẽ
verè & seriò pietatẽ „pfitẽs (tametsi enim
natura acrioriac feruentiori esset: verus ta
men ac syncerus pietatis cultor erat:) hic
autem occasionẽ captãs & redimẽs, fictaq;
pietatis specie animi prauitatem occultãs.
Quod quidẽ ex eo conijcere licebit. (neque
enim miraculum, quod tum accidit, silen-
tio ꝑterire queam, vtpote illustre & memo
rãdum, atq; eiusmodi, vt multis impijs do
cumentum afferre possit.) Martyribus, vt
diximus, ambo laborabant, munificẽtiaq;
& liberalitate præclarè inter se contende-
bant, tum multarũ manuũ opera, tum mul
tis impensis ædem extruentes. Verùm quo
niam non eadẽ voluntate animiq; proposi
to in hoc opus incumbebãt: idcirco nec in
eundẽ finem labor vtriq; progrediebatur.
Etenim alterius, hoc est, fratris natu maio
ris opus perficiebatur, ac ritè procedebat,
Deo videlicet munus illud libenter admit
tente, vt olim Abelis sacrificiũ, tum rectè
oblatũ tum diuisum: atq; hæc oblatio velu
ti quædam primogeniti consecratio erat.
Alterius autem (heu tristẽ in hac quoq; vi
ta impiorũ contẽptum, futuræ ignominiæ
testem, paruisq; indicijs magna prænunci
antem) non secus ac Caini sacrificium, ne'
Martyrum repudiabat. Itaq; ille quidem
laborabat: sed terra, quod elaboratum fue-
rat, excutiebat. Ille enixius contendebat:
hæc imbecillis in pietate hominis funda-
menta capere detrectabat, velut terræmo
tum ob ipsius scelus euenturum clamans,
atq; impijssimi hominis dedecore Marty
res exornans. Hoc opus insectatæ ipsius cõ
tumaciæ & amentiæ, ignominiæq; in Mar
tyres, scelerisq; in ædes sanctas vaticinium
quoddam extitit: alios quidem fallens, cæ
terùm persecutorem longè antè insectans,
atq; impietatis pœnas antè significans. O
sapientem animam ad malefaciendum: p-
rium autem examen minimè fugiẽtem.
O singularem Dei prouidentiam futura

proclamantem, vt vel impietatem inhibe
ret, vel præscientiam suam ostenderet. O
miraculum nouum illud quidem & mirã-
dum, sed tamen verius quàm mirabilius.
O insignem Martyrum inter se charitatẽ.
Honorem illius, qui multos Martyres cõ-
temptui habiturus erat, recusarunt: donũ
illius, qui multos athletas effecturus erat,
vel potius palæstram illis & concertatio-
nem per inuidiam præclusurus erat, non
admiserunt: immò vt verius loquar, nõ tu
lerunt se solos ex omnibus Martyribus cõ
tumelia affici, cùm aliæ ædes sacræ pijs ma
nibus construendæ atque colendæ essent,
nec malitiæ artificianiam præbere de con-
tumelijs sibi inusti gloriandi: ne ab eadẽ
manu Martyrum monumenta partim eri
gentur, partim euerterentur, Martyrum
alij honorarentur, alij contemptui habe-
rentur (ficto nimirum illo ac simulato ho
nore veram ignominiam exiguo tempore
anteuertente) neue præter contumeliæ ma
gnitudinem & atrocitatem sibi quoq; ipsi
sapiens videretur, vt homines ita Deum e-
tiam qui omnibus acumine & sapientia
præstat, sapientesque in sua versutia ap- 1.Cor.3.
prehendit, externa virtutis specie fallens:
verùm consilia sua patere atque intelligi
sentiret, minimeq; animo efferretur, frau
dem suam teneri ac percipi sentiens. Quã-
uis enim ille Martyrum Deus impietatem
non repressit, nec sceleus quod meditaba-
tur, atque animo premebat, velut malum
quoddam profluuium statim exiecauit
atque inhibuit (ob causas quas ipse pro in-
effabili sua potentia gubernandiq; ratione
cognitas habet, iuxta quam Amorrhæo-
rum quoque iniquitates cumulari atque
expleri certo consilio permittit:) vt tamẽ
promiscuæ multitudini consuleretur, per
uersitatem illam odio atque execrationi
esse conueniebat, honoremque hunc rei ij-
ci, Deique erga omnia, quæ sibi offerun-
tur, æquabilitatem, puritatemque demon
strari. Nam qui Israeli impiè agenti dixit,
Si obtuleris siliginem, vanum est sustimentum, abominatio mihi est: quique eti- Isa.1.
am eorum Neomenias & Sabbata & diem
magnum repudiat, (neque enim sẽ, cùm
plenus sit, vlla re humana & parua opus ha
bere, vt existimari possit eum muneribus
indignè oblatis delectari) & flagitiosi ho- Psal.49.
minis sacrificium, quamuis etiam vitu-
lum mactet, quasi canis victimam execra- Isa.66.
tur, & thus quasi blasphemiam, ac meretri Deut.23.
cis precium atq; mercedem à templo exter
minat atq; abijcit, vnumq; illud sacrificiũ
charum habet, quod puræ manus & mens
excelsa atq; ab oĩ labe expiata purissimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

numini offerunt:quid mirum, si idem ne
1.Reg.16. huius quidem honorem accepit, sceleratè
& scelerato animo oblatum, ille inquam,
qui non humano more aspicit, nec id, qđ
oculorum sensu percipitur, sed occultum
hominem, atque internam vitij vel virtu-
tis officinam intuetur? Atq; hoc quidem
tale est. Quòd si quis mihi minus creden-
dum putat, eos ipsos, qui spectaculo inter-
fuere, testes producam: nam multos habeo,
qui & nobis hoc miraculũ transmiserunt,
& ad posteros transmittent. Posteaquam
autem ad virilem ætatem iam progressi
philosophiæ placita attigerunt (quod vti-
nam nunquam fecissent) dicendiq; faculta
tem, quæ vt probis & honestis virtutis in-
Dicendi fa- strumentum atq; armatura est: ita im pro-
cultas. bis & flagitiosis vitij stimulus efficitur, in-
super collegerunt: nequaquam iam totum
morbum premere atq; cõtinere,[8] nec omni-
nò impietatis fraudem secum ipse solus
Simil. meditari poterat. Quin potius quemad-
modum ignem in materia latitantem, eti-
amsi nondum in luculentam flammam at
tollatur, tamen scintillæ quædam exilien
tes, aut fumus è profundo subindicãt: aut,
si mauis, quemadmodum fontes illi, qui
per specus quosdam cum flatu voluuntur,
ac postea in angustum pressi, nec liberum
exitum habentes, multis terræ locis in su-
blime efflant, tacitumq; ab ima parte sonũ
edunt, à flatu quidem sursum impulsi, cæ-
terùm à superna violentia retenti & cohi-
biti: eodem quoque modo ipse tametsi ob
temporis incommoditatem, eiusq;, qui re
rum potiebatur, authoritatem atq; disci-
plinam, maiorem impietatis partem ani-
mo clausam haberet (nondũ enim satis tu-
tum erat impietatem apertè profiteri) in-
terdum tamen ijs, qui impietate quàm pru
dentia acutiores erãt, mentis arcanum de-
tegebat, tum in disputationibus, quas cum
fratre habebat, plus quàm æquum erat, ,p
Ethnicis contendens (hoc quidem præte-
xtu ? quasi inferiorem doctrinam exerci-
tationis causa tueretur: cæterùm re vera ad
uersus veritatem seipsum exercens) tum
omnibus rebus gaudẽs, quibus morum im
pietas quasi certissimis quibusdam notis
exprimitur. At verò postquam fratre ab
humanissimo principe ad imperij societa-
tem ascito, parteque orbis terrarum haud
parua in administrationem accepta, pro a-
nimi libidine ac sine vllo metu pernicio-
sissimis studijs & præceptoribus operam
dare licuit (ipsi porrò Asia impietatis scho
la erat, tam quæ circa siderum scientiam
& natiuitates inanemq; præscientiæ imagi
nationem vanissimè occupatur, q̃ q̃ circa
præstigiarum artem earum asseclam versa
tur) vnum hoc iam restabat, vt ad impieta
tem vis & potestas accederet. Non multũ
temporis interfluxit, cùm hanc quoq; illi
aduersus nos concedit exundans multorũ
iniquitas, to Christianorũq;, vt sic loquar
ad summam prouecta bona valetudo, con-
trariamq; mutationem quærens, licentia-
que & honor & satietas, ob quam ad inso-
lentiam contumeliamq; prolapsi sumus.
Etenim maioris difficultatis esse videtur,
præsentia bona tueri ac retinere, quàm ab-
sentia adipisci: minorisq; negocij esse sub-
latam ex oculis felicitatem studio & cura
recuperare, quàm præsentem conseruare:
Atq;, vt præclarè habetur in Prouerbijs,
quemadmodum insolentia calamitatem,
ita humilitas atq; abiectio gloriam antece
dit. Aut, vt dilucidiùs loquar, quemadmo
dum calamitas insolentiam, ita splendor
& gloria humilitatem comitatur. Domi-
nus enim superbis resistit: humilibus autẽ
dat gratiam, atque contrarijs contraria in
oppositum inducit, qui omnia iustè adme
titur. Quod cùm ipse quoq; Dauid perspe-
ctum atq; exploratum haberet, hoc in bo-
norum numero collocat, quòd animo con
tractus & depressus fuerit, gratiamq; ha-
bet ei, à quo depressus est, tanquam hinc di
uinarum iustificationum cognitio ipsi ac
cesserit. Priusquam, inquit, humiliarer, e-
go deliqui: propterea eloquium tuũ custo
diui. Ita humilitatem mediam inter deli-
ctum & resipiscentiam statuit, vt pote ab
illo quidem ortam, huius autem procrea-
tricem. Peccatum enim humiliationis ma
ter est: resipiscentia autẽ humilitatis. Nos
quippe in altum sublati cùm probi & mo-
derati essemus, eoq; paulatim prouecti, vt
in hanc rerum speciem hominumq; mul-
titudinem Dei ope, ac fauore peruenerit
mus: posteaquàm saginati fuimus, saltita-
uimus: & posteaquam dilarati fuimus, in
arctum redacti sumus: quamq; in perfecu-
tionibus & calamitatibus glortam potẽ-
tiamque collegeramus, eam in secundis re
bus deleuimus, quemadmodum deinceps
oratio perspicuum faciet. Ac Cæsari qui-
dem & imperium & vita finem accepit. (at
quæ enim interea acciderunt, silentio pre
mam, tam eius gratia qui fecit, quàm qui
passus est: quorum vtriusque pietatem ho
nore ac reuerentia prosequens, temerita-
tem haudquaquam laudo. Quoniam e-
nim fieri aliter non poterat, quin cùm ho
mines essent, peccati aliquid admitte-
rent hoc illud est quod fortasse quispiam
in vtroq; reprehenderit: nisi tamen hic
quoq;, dũ alterum accusamus, alterum cri
mine liberemus. Iulianus autẽ statim fra
tri in imperio, sed nõ in pietate, paulò su-
tem

tem pòst ei quoque, à quo Imperator crea
tus fuerat, succedit, partim voléti, partim
communis fati violentia coacto, atque ita
superato, vt ea clades orbi vniuerso fune-
sta atq; exitiosa fuerit. Quid tibi accidit, ô
Constãtium apostata. Imperatorum præstantissime ac diuinis-
sime Christiq; amantissime (eó enim pro-
uehor, vt tecum velut cum præsente atque
audiente expostulem: etsi multò excellen-
tiorem te esse non dubitem, quàm vt expo
stulatio nostra & reprehensio in te hære-
at, vt pote qui Deo adiunctus sis, cœlestis-
que gloriæ hæreditatem acceperis, atq; ha
ctenus à nobis migráris, vt imperium cum
meliore commutares.) Quodnam hoc con
Constantij. silium inijsti, qui omnes, nõ tui solùm tẽ-
poris Imperatores, sed etiam ætate tua su-
periores animi solertia atq; acumine long-
gè antecellebas? qui barbaras nationes per
gyrum repurgabas, tyrannosq; intestinos
ditioni tuæ partim sermonibus, partim ar
mis subijciebas, & quidé vtrunq; ita dextrè
& egregiè, quasi ab altero nihil molestiæ
tibi exhiberetur: cuius cùm magna & exi-
mia trophæa armis & prælio quæsita, tum
maiora & illustriora sine vlla cruoris pro-
fusione parta: ad quem legationes & suppli
cationes vndecunq; confluebant: cui natio
nes omnes partim obediebant, partim iã
iam obedituræ erant, vt in eadem causa es-
sent omnes ij, quorum expugnatio in spe
posita erat, ac si iam domiti atq; in potesta
tem redacti essent: qui Dei manu ad omnia
consilia resque omnes gerendas vtebaris:
cuius deniq; & prudentia maiorem admi-
rationem sui mouebat, quàm manuum vi-
res, & rursus vires maiori admirationi e-
rant quàm prudentia, atq; vtroq; præcla-
rior illustriorq; erat pietatis gloria. Quo
nam igitur modo hic solùm rudis & im-
peritus parumq; circunspectus apparui-
sti? Quæ hæc inhumanæ humanitatis &
clementiæ celeritas? Quis dæmonum ad
hanc deliberationem simul irrepsit? Quo
modo magnam illam hæreditatem & pa-
trium decus atq; ornamentum (Christia-
nos intelligo) gentem illam toto passim or
be lucentem, regale sacerdotium, multo la
bore multisq; sudoribus auctum, tam bre-
ui atque exiguo temporis puncto commu
ni huic pesti & furiæ tradidisti? Sed for-
Accusatio deprecatio- tasse vobis, fratres, impiè facere videor, at-
que in hoc sermone iniqui & ingrati ani-
mi specimen exhibere: quòd non statim ac
cusationis verbis veritatis verba subnectã.
Quanquam per ea quoq;, quæ obieci, satis
ipsius causam egi, eumq; purgaui, si modò
accusationi nostræ animum aduertistis: at
que hîc duntaxat accusationi absolutio cõ
iuncta est. Nam cùm benignitatem facili-
tatemq; dixi defensionem ipsius purgatio
nemq; declaraui. Cui enim, vel ex ijs qui-
bus nõ ita cognitus erat, dubium est, quin
ipse pietatis causa flagrantisq; erga nos a-
moris singularisq; studij & beneuolentiæ,
non modò illum aut totius generis honoro
rem, imperijq; incrementum neglexisset,
verùm imperio quoq; ipsi bonisq; omni-
bus & facultatibus atq; ipsi deniq; vitæ, qua
nemini quicquam est charius, tranquilli-
tatem nostram salutemq; libenti animo p-
tulisset? [12] Neq; enim quisquam vnquam
vllius rei tam acri & vehementi amore &
cupiditate correptus est, quàm ille Chri-
stianos crescere, atq; in summam glorię po
Constantij tentiæq; amplitudinem peruenire cupie-
desiderium. bat. Ac neq; subactæ nationes, nec Respub.
præclaris legibus constituta atq; guberna
ta, nec pecuniarum copia, nec amplissima
gloria, nec quòd rex regum & esset & dice
retur, nec quibuscunq; alijs rebus hominũ
felicitas declaratur, nec quicquam ex om-
nibus rebus humanis tantopere ipsius ani
mum oblectabat, quàm vt & nos per ipsum
& per nos ipse tum apud Deum tum apud
homines floreremus, ac perpetua & in om
ne tempus indelebilis potentia permane-
ret. Illud enim probè perspiciebat, altiùs
videlicet magisq; regiè, quàm plerique so-
leant, de his rebus cogitans, quòd cũ Chri
stianorum rebus Romanorum simul in-
creuerunt, simulq; cum aduentu Christi
imperium ingressũ est, cùm nondũ priùs
hoc euicisset, vt in vnius principatum pla-
nè deueniret. Atque ea de causa causam no
stram, vt par erat, studiosiùs mihi fouere
videbatur. Qui quidem & si quid nobis ne
gocij facessiuit, non eó facessiuit, q̃ nos cõ
temneret, contumeliaq; opprimeret, aut
q̃ alijs quibusdam potiùs quàm nobis gra
tificari cuperet: sed vt omnes in vnum coi-
remus, consensioneq; animorum iungere
mur, nec dissecti schismatisque & dissidijs
inter nos dirempti atq; disiuncti essemus.
Sed, vt dicebam, parum cauta est simplici-
tas, clementiæq;: adiuncta est imbecillitas,
minimeq; is malitiam fraudemq; suspica-
tur, cuius animus à malitia liber est & im-
munis. Ac, pindeab optimo principe, quid
futurum erat, ignoratum est, nec fucus &
simulatio deprehẽsa, sensimq; obrepsit im
pietas, ac duæ benignitates simul occurre-
runt, altera erga pium genus, altera erga
omnium hominum impiissimũm, maxi-
mumq; diuini numinis contemptorẽ: Qui
cùm nihil haberet, qđ de Christianis que-
reretur, nihil quod doctrinam nostrã im
probaret, nihil rursus quod ex prophanis
Græcorũ dogmatibus eximium atque ex-
cellens, argumentisq; vix labefactabile ar-
bitrari

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iul. ab impietate nobilitatem quæsiuit.

bitrari posset, nec vllius maiorum suorum exemplum sequeretur: nobilissimum se ex impietate reddidit, nouoq; modo cum eo, à quo Imperator creatus fuerat, certauit. Nam cùm illum virtute rebusq; præclaris superare non posset: contrario modo sibi nominis splendorem conciliare obnixus est, nimirum per profusam & effrenatam impietatē, peruicaxq; vitij studium. Ac pro Christianis quidem & ad Christianos talis est Constantij purgatio, tamque iusta & æquitate nixa, his quidem certè, q mente præditi sunt. Verùm quia nonnulli sunt, qui quamuis nos hoc crimine liberent, altera tamen culpa non soluunt, verùm stultitiam nobis hoc nomine impingunt, quòd inimicissimo homini hostiq; acerrimo imperium commisit, atq; eundem primò hostem effecit, deinde viribus communiuit, nimirum per fratris cædem inimicitiæ fundamenta iaciēs, pòst autem per imperium vires addens: de hac quoq; re paucis necessariò disputandum est, illudq; ostendendum, nequaquam omninò inconsultam & temerāriam hanc clementiam exitisse, nec ab imperatoria animi præstantia prouidētiaq; alienam. Etenim pudore suffunderer, si huiusmodi honorem ab eo consecuti, eumq; tanta pietatis laude excelluisse persuasum habentes, iustum illi patrocinium nequaquam afferremus. Id quod ijs quoq; qui nihil beneficij in nos contulerint, à nobis, qui Verbi & veritatis cultum profitemur, præstari debet: idq; præsertim post illius è vita discessum, cùm iam verendum non est, ne in assentationis opinionem incidamus, ac iam omni mala suspicione vacat oratio. Quis enim non spem habuisset fore, vt, si nihil aliud, honoribus certè ipsum mitiorem efficeret? Quis non ex fide, quæ illi, etiam præter æquum, habita est, iustiorem: tanquam iusto & imperatorio iudicio alter pœnam luisset, alter ad imperium ascitus fuisset? Nam qui iuniorem ijs honoribus cumulasset, quos nemo vnquam sibi spe finxisset, ne ipse quidem, qui honorem acceperat: perspicuum vtiq; est eum, ne in priorem quidem, nisi iusta ira inflammatum, animaduertisse: alterumq; eius qui supplicio affectus est temeritati assignandum esse alterum autem illius, à quo iste imperio ornatus fuerat, humanitati. Adhæc, vt quod maioris momenti est, dicam, non tam isti fide nitebatur atq; confidebat Constantius, quàm propria potentia: cuius fiducia mihi insignis etiam ille Alexander videtur [13] superato Poro non modò vitam dedisse, (idque cùm pro regno adeò strenuè dimicasset) sed Indorum quoq; regnum

Alexander in Porum beneficus.

Aliud Constantij crimen, & purgatio.

rursus donasse: perinde atq; non alia ratione magnanimitatis specimē editurus, qua vinci, cùm Alexander esset, turpius existimabat, q̄ armis superari: præsertim cùm in sua potestate esset eum, si malum beneficijsq; immemorem comperiret, rursus subigere. Ita liberalitas ea ab exuberanti quadam animi præfidētia manabat. Sed quid in hac re tantopere laboro atq; contendo, cùm mihi causam facilè obtinere liceat, etiam superato? Etenim si is malus censendus est, qui credidit: quid tandem ille præ eo existimandus sit, cui fides habita est? Et, si mores illius non præuidisse, in crimine ponēdum est: vitium ipsum vbi tandem collocabimus? Sed ,,pfectò res quædā cōsiderationis expers est malitia: nec vlla ratio iniri potest, qua homines nequam & flagitiosos quisquā meliores efficiat: quippe cùm iste, qui maiore erga Constantium beneuolentia esse, ac si quos malitiæ ignículos habebat, eos extinguere debebat: tanta peruersitate fuerit, vt his beneficijs ad maius odium incenderetur, atq; id spectaret, vt beneficij authorē vlcisceretur. Hæc cum videlicet Platones & Chrysippi, & graues Peripatetici & Stoici, & scita illa & lepida sonoro gutture fundentes edocuerunt. Hæc Geometriæ æqualitas & disputationes de iustitia, illudq; Optandum potius esse iniuriam accipere, quàm admittere. Hæc egregij magistri, imperijq; aduitores & leges latores, quos ex triuijs & barathris sibi collegerat, quorum non vitæ rationem laudauerat, sed facundiam suspexerat, ac ne hanc quidem fortasse, sed imperitiam solam, vt satis idoneam consiliariam, rerumq; gerendarum vel non gerendarum magistram. An non autem hos suspicere atq; admirari æquum est, [14] qui ciuitates etiam sermone fingunt, quæ res ipsa construi ac coagmentari nequeunt, quique splendidas tyrannides modò non adorant, & cum suo fastu & supercilio supra deos obolum efferunt, partimque ne Deum quidem omninò esse, partim [15] rerum humanarum cura non tangi decernunt, verùm temere & fortuitò omnia geri, partim sideribus duci fatalisq; necessitatis figurationibus, haud scio vnde & à quo ductis, partim omnia voluptatem appetere, eamq; vitæ humanæ finem abiectam tur? Virtus porrò ipsis inanis elegantię nomen est, nec vltra hanc vitam porrigitur, nec vlla posteà rerum in hac vita gestarum censura & examen iniustitiam coercent. Aut enim quispiam eorum, qui apud illos Sapientū numero habentur, hęc non intelexit, sed in alto cœno, vt dici solet, atq; obscura erroris & ignorātiæ caligine adobrutus

tem pòst ei quoque, à quo Imperator creatus fuerat, succedit, partim volēti, partim communis fati violentia coacto, atque ita superato, vt ea clades orbi vniuerso funesta atq; exitiosa fuerit. Quid tibi accidit, ô Imperatorum præstantissime ac diuinissime Christiq; amantissime (eō enim prouehor, vt tecum velut cum præsente atque audiente expostulem: etsi multò excellentiorem te esse non dubitem, quàm vt expostulatio nostra & reprehensio in te hæreat, vt pote qui Deo adiunctus sis, cœlestisque gloriæ hæreditatem acceperis, atq; hactenus à nobis migrāris, vt imperium cum meliore commutares.) Quodnam hoc consilium inijsti, qui omnes, nō tui solùm tēporis Imperatores, sed etiam ætate tua superiores animi solertia atq; acumine longē antecellebas? qui barbaras nationes per gyrum repurgabas, tyrannosq; intestinos ditioni tuæ partim sermonibus, partim armis subijciebas, & quidē vtrunq; ita dextrè & egregiè, quasi ab altero nihil molestiæ tibi exhiberetur: cuius cùm magna & eximia trophæa armis & prælio quæsita, tum maiora & illustriora sine vlla cruoris profusione parta: ad quem legationes & supplicationes vndecunq; confluebant: cui nationes omnes partim obediebant, partim iām obeditūræ erant, vt in eadem causa essent omnes ij, quorum expugnatio in spe posita erat, ac si iam domiti atq; in potestatem redacti essent: qui Dei manu ad omnia consilia resque omnes gerendas vtebaris: cuius deniq; & prudentia maiorem admirationem sui mouebat, quàm manuum vires, & rursus vires maiori admirationi erant quàm prudentia, atq; vtroq; præclarior illustriorq; erat pietatis gloria. Quo nam igitur modo hic solùm rudis & imperitus parumq; circunspectus apparuisti? Quæ hæc inhumanæ humanitatis & clementiæ celeritas? Quis dæmonum ad hanc deliberationem simul irrepsit? Quo modo magnam illam hæreditatem & patrium decus atq; ornamentum (Christianos intelligo) gentem illam toto passim orbe lucentem, regale sacerdotium, multo labore multisq; sudoribus auctum, tam breui atque exiguo temporis puncto communi huic pesti & furiæ tradidisti? Sed fortasse vobis, fratres, impiè facere videor, atque in hoc sermone iniqui & ingrati animi specimen exhibere: quòd non statim ac cusationis verbis veritatis verba subnectā. Quanquam per ea quoq;, quæ obieci, satis ipsius causam egi, eumq; purgaui, si modò accusationi nostræ animum aduertistis: atque hic duntaxat accusationi absolutio cō iuncta est. Nam cùm benignitatem facili-

Constantij desiderium.

Collatio.

Antithesis.

tatemq; dixi defensionem ipsius purgationemq; declaraui. Cui enim, vel ex ijs quibus nō ita cognitus erat, dubium est, quin ipse pietatis causa flagrantisq; erga nos amoris singularisq; studij & beneuolentiæ, non modò illum aut totius generis honorem, imperijq; incrementum neglexisset, verùm imperio quoq; ipsi bonisq; omnibus & facultatibus atq; ipsi deniq, vitę, quanemini quicquam est charius, tranquillitatem nostram salutemq; libenti animo p̄tulisset? [12] Neq; enim quisquam vnquam vllius rei tam acri & vehementi amore & cupiditate correptus est, quàm ille Christianos crescere, atq; in summam glorię potentiæq; amplitudinem peruenire cupiebat. Ac neq; subactæ nationes, nec Respub. præclaris legibus constituta atq; guberna ta, nec pecuniarum copia, nec amplissima gloria, nec quòd rex regum & esset & diceretur, nec quibuscunq; alijs rebus hominū felicitas declaratur, nec quicquam ex omnibus rebus humanis tantopere ipsius animum oblectabat, quàm vt & nos per ipsum & per nos ipse tum apud Deum tum apud homines floreremus, ac perpetua & in omne tempus indelebilis potentia permaneret. Illud enim probe perspiciebat, altiūs videlicet magisq; regiè, quàm plerique soleant, de his rebus cogitans, quòd cū Christianorum rebus Romanorum simul increuerunt, simulq; cum aduentu Christi imperium ingressū est, cùm nondū priùs hoc euicisset, vt in vnius principatum planè deueniret. Atque ea de causa causam nostram, vt par erat, studiosiùs mihi fouere videbatur. Qui quidem & si quid nobis negocij facessiuit, non eō facessiuit, q̄ nos cōtemneret, contumeliaq; opprimeret, aut q̄ alijs quibusdam potius quàm nobis gratificari cuperet: sed vt omnes in vnum coiremus, consensioneq; animorum iungeremur, nec dissecti schismatisque & disidijs inter nos dirempti atq; disiuncti essemus. Sed, vt dicebam, parum cauta est simplicitas, clementiæq; adiuncta est imbecillitas, minimeq; is malitiam fraudemq; suspicatur, cuius animus à malitia liber est & immunis. Ac, pinde ab optimo principe, quid futurum erat, ignoratum est, nec fucus & simulatio deprehēsa, sensimq; obrepsit impietas, ac duæ benignitates simul occurrerunt, altera erga pium genus, altera erga omnium hominum impiissimum, maximumq; diuini numinis contemptorē: Qui cùm nihil haberet, qd̄ de Christianis quereretur, nihil quod doctrinam nostrā improbaret, nihil rursus quod ex prophanis Græcorū dogmatibus eximium atque excellens, argumentisq; vix labefactabile arbitrari

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iul. ab impietate nobilitatem quæsiuit.

bitrari posset, neevllius maiorum suorum exemplum sequeretur: nobilissimum se ex impietate reddidit, nouoq; modo cum eo, à quo Imperator creatus fuerat, certauit. Nam cùm illum virtute rebusq; præclaris superare non posset: contrario modo sibi nominis splendorem conciliare obnixus est, nimirum per profusam & effrenatam impietatẽ, peruicaxq; vitij studium. Ac pro Christianis quidem & ad Christianos talis est Constantij purgatio, tamque iusta & æquitate nixa, his quidem certè, q mente præditi sunt. Verùm quia nonnulli sunt, qui quamuis nos hoc crimine liberent, altera tamen culpa non soluunt, verùm stultitiam nobis hoc nomine impingunt, quòd inimicissimo homini hostiq; acerrimo imperium commisit, atq; eundem primò hostem effecit, deinde viribus communiuit, nimirum per fratris cædem inimicitiæ fundamenta iaciés, pòst autem per imperium vires addens: de hac quoq; re paucis necessariò disputandum est, illudq; ostendendum, nequaquam omninò inconsultam & temerariam hanc clementiam extitisse, nec ab imperatoria animi præstantia prouidẽtiaq; alienam. Etenim pudore sustunderer, si huiusmodi honorem ab eo consecuti, eumq; tanta pietatis laude excelluisse persuasum habentes, iustum illi patrocinium nequaquam afferre mus. Id quod ijs quoq; qui nihil beneficij in nos contulerint, à nobis, qui Verbi & veritatis cultum profitemur, præstari debet: idq; præsertim post illius è vita discessum, cùm iam verendum non est, ne in assentationis opinionem incidamus, ac iam omni mala suspicione vacat oratio. Quis enim non spem habuisset fore, vt, si nihil aliud, honoribus certè ipsum mitiorem efficeret? Quis non ex fide, quæ illi, etiam præter æquum, habita est, iustiorem: tanquam iusto & imperatorio iudicio alter pœnam luisset, alter ad imperium ascitus fuisset? Nam qui iuniorem ijs honoribus cumulasset, quos nemo vnquam sibi spe finxisset, ne ipse quidem, qui honorem acceperat: per spicuum vtiq; est eum, ne in priorem quidem, nisi iusta ira inflammatum, animaduertisse: alterumq; eius qui supplicio affectus est temeritati assignandum esse alterum autem illius, à quo iste imperio ornatus fuerat, humanitati. Adhæc, vt quod maioris momenti est, dicam, non tam istifide nitebatur atq; confidebat Constantius, quàm propria potentia: cuius fiducia mihi insignis etiam ille Alexander videtur [13] superato Poro non modò vitam dedisse, (idque cùm pro regno adeò strenuè dimicasset) sed Indorum quoq; regnum rursus donasse: perinde atq; non alia ratione magnanimitatis specimẽ editurus, quàm vinci, cùm Alexander esset, turpius existimabat, q̃ armis superari: præsertim cùm in sua potestate esset eum, si malum beneficijq; immemorem comperiret, rursus lacessere. Ita liberalitas ea ab exuberanti quadam animi præfidẽtia manabat. Sed quid in hac re tantopere laboro atq; contendo, cùm mihi causam facilè obtinere licerat, etiam superato? Etenim si is malus censendus est, qui credidit: quid tandem ille putandus est, qui credidit: quid tandem ille putandus est, cui fides habita est? eo existimandus sit, cui fides habita est? Et, si mores illius non præuidisse, in crimine ponẽdum est: vitium ipsum vbi tandem collocabimus? Sed, pfectò res quædã eadem collocabimus? Sed, pfectò res quædã cõsiderationis expers est malitiæ nec vlla ratio iniri potest, qua homines nequam & flagitiosos quisquã meliores efficiat quippe cùm iste, qui maiore erga Constantium beneuolentia esse, ac si quos malitiæ ignoculos habebat, eos extinguere debebat: tanta peruersitate fuerit, vt his beneficijs ad maius odium incenderetur, atq; id spectaret, vt beneficij authorẽ vlcisceretur. Hæc eum videlicet Platones & Chrysippi, & graues Peripatetici & Stoici, & scita illa & lepida sonoro gutture fundentes edocuerunt. Hæc Geometriæ æqualitas & disputationes de iustitia, illudq;, Optandum potius esse iniuriam accipere, quàm admittere. Hæc egregij magistri, imperijq; adiutores & legislatores, quos ex tribuis & barathris sibi collegerat, quorum non vitæ tantum sed etiam laudauerat, sed facundiam suspexerat, ac ne hanc quidem fortasse, sed impietatem solam, vt satis idoneum consiliariam, rerumq; gerendarum vel non gerendarum magistram. An non autem hos sudorant, & cum suo fastu & supercilio suspicere atq; admirari æquum est, [14] quicui tates etiam sermone fingunt, quæ res ipsa construi ac coagmentari nequeunt, quæque splendidas tyrannides modò non adorant, & cum suo fastu & supercilio suspra deos obolum esserunt, partimque ne Deum quidem omninò esse, partim [15] rerum humanarum cura non tangi decernunt, verùm temere & fortuitò omnia fieri, partim sideribus duci fatalisq; necessitatis figurationibus, haud scio vnde & à quo ductis, partim omnia voluptatem appetere, eamq; vitæ humanæ finem abitrantur? Virtus porrò ipsis inanis elegantiæ nomen est, nec vltra hanc vitam porrigitur, necvlla posteà rerum in hac vita gestarum censura & examen iniustitiam coercens. Aut enim quispiam eorum, qui apud illos Sapientũ numero habentur, hęc non irrelexit, sed in alto cœno, vt dici solet, atq; obscura erroris & ignorãtiæ caligine adobrutus est [1], vt pote nequaquam ita purgatus, vt veritatis radios intueri posset, verùm circa terrena atq; in sensum cadentia prouolutus, nec supra dæmones quicquam animo concipere valens, sublimiusque, vt Creatore dignum est, ferri: aut si quis vel leuiter prospexit, quia non Deum sed humanam rationem ducem sequeretur, ab eo quod probabilius erat, pertractus est, quodq; promiscuam multitudinem [16] ob propinquitatẽ magis alliciebat. Quid mirum igitur, si is, qui ab huiusmodi placitis prodibat, atq; ab huiusmodi gubernatoribus regebatur, erga eum, qui sibi fidem habuerat, honoremq; mandauerat, tam infidẽ scelerateque se gesserit? Nam si per accusationem quoq; ipsius causã defendenda est, non tam eò mihi ad rerum statum perturbandum quærendamq; perditæ amentiæ suæ libertatem adductus videtur, quòd fratris cæde discrutiaretur, quippe quem pro hoste quoque propter religionẽ haberet, quàm quòd res Christianorum augeri permolestè ferret, atq; aduersus pietatem fureret. [17] Oportere enim philosophiam atq; imperium, iuxta illorum sententiam, in vnum coire: non vt miseræ esse desinant ciuitates, sed vt malis implean tur. Ac primùm quidem illius contumaciæ profligatæque væcordiæ facinus fuit, quòd sibi ipse diadema imposuit, [18] magnique illius nominis honorem arrogauit (quod non fortunæ violentia, sed pro virtutis præmio vel tempus vel Imperatoris calculus affert, vel, vt moris antiqui fuit, Senatus iudicium) nec honoris modum eius arbitrio permisit, quem imperij arbitrium dominumq; habuerat. Deinde (iam enim ob ea quæ perpetrarat, necessitatem sibi in omne flagitium ruendi impositam esse perspiciebat) quid cogitat, & quò tum spicere atq; admirari æquum est, [14] quicui tates etiam sermone fingunt, quæ res ipsa construi ac coagmentari nequeunt, quæque splendidas tyrannides modò non adorant, & cum suo fastu & supercilio suspra deos obolum esserunt, partimque ne Deum quidem omninò esse, partim [15] rerum humanarum cura non tangi decernunt, verùm temere & fortuitò omnia fieri, partim sideribus duci fatalisq; necessitatis figurationibus, haud scio vnde & à quo ductis, partim omnia voluptatem appetere, eamq; vitæ humanæ finem abitrantur? Virtus porrò ipsis inanis elegantiæ nomen est, nec vltra hanc vitam porrigitur, necvlla posteà rerum in hac vita gestarum censura & examen iniustitiam coercens. Aut enim quispiam eorum, qui apud illos Sapientũ numero habentur, hęc non irrelexit, sed in alto cœno, vt dici solet, atq; obscura erroris & ignorãtiæ caligine adobrutus

Alexander in Porum beneficus.

quibus consilijs non ille quidem ad malũ excitatus est (Deus enim nullo modo causa est mali, quippe natura bonus: vitiumq; eius est, qui elegit) haud tamen ab impetu suo animiq; proposito repressus est. Itaq; mira celeritate tum regionem suam tum nonnullam barbaricæ oræ partem emensus, transituq;, fallendo potiùs, quàm vincendo, sibi furtim patefacto, aulæ immine re incipit, vt quidam narrant, qui partes eius tuentur, [20] futuri præscientia ad hanc expeditionẽ ineundam elatus, dæmonum que impulsione atq; hortatu prosperum euẽtum pollicentium, rebusq; mutationẽ decernentium: vt autem aiunt, qui vera loquuntur, ad tempus arcano atq; occulto facinori præfinitum aduenienti, atq; ad mortem, cuius ipse architectus erat, properans, conatum interim suum per domesticorũ quendam celans. Ita facinus illud non præscientia sed scientia erat, scelerisq; opus nõ dæmonum beneficium: qui quidem quantum in his rebus coniectura & diuinitatione valeant, [21] Persis luculẽter ostendit. Ac finem tandẽ faciãt, q illius celeritatem dæmonibus asscribunt: nisi hoc quoq; ipsum, sceleratum esse, his adiungamus. Quòd nisi tyranni aduentum atque incursionem mors Imperatoris anteuertisset, atq; obscurũ bellũ plus potuisset, quàm aperta manus: intellexisset fortasse homo nefarius se in perniciem suam hac celeritate vsum fuisse, ac priusquam vesaniæ suæ Persas castigatores habuisset amentiæ pœnas in Romanorum finibus, in quos scelerata audacia irruperat, persoluisset. Quod vel hinc coniectura colligi potest. Nam adhuc etiã progrediens, atq; obscuram & incognitam esse expeditionem suam existimans, à præstantissimo Imperatore exercitu circunuenitur, atq; vndique cingitur, hoc agente, vt fugam quoq; omnẽ ipsi præcideret, quemadmodum ex his, quæ deinde secuta sunt, liquidò declaratum est. Neq; enim paruum & leue facinus erat, ei qui imperium tenebat, exitum fugæ præcidisse. Verum ille aduersus istius amentiam atque impietatem iracundia ardens, sapientissimumque illum laqueis irretitum tenens (ó graue nostrum vitium.) in medio itinere diem vitę extremum claudit, [22] cùm de sua beneficentia & Deo & hominibus multis verbis se excusasset atque purgasset, connatique suo animique impetu testatum Christianis reliquisset, quanto pietatis tuendæ studio impelleretur. Atque hic mihi ob ea, quæ deinceps sequuntur, lachrymæ gaudio temperatæ subeunt, ac velut fluminis & maris pugna & commixtio atque dissidium, inter se contendentium ac coeun-

Deus nõ est causa mali.

Constantij mors.

Universidad de Deusto
Biblioteca

coëuntium, Quemadmodum enim ex postremis voluptas, ita ex ijs quæ præcesserunt, lachrymæ nascuntur, non Christianorum tãtùm causa, vexationisq; ipsis obortæ, vel à diabolo inuectæ, vel à Deo permissæ ob eas causas, quas ipse nouit, fortasse propter superbiam insolentiamq; nostram purgatione indigentem: verùm etiã propter illius animam, eorumq;, qui ad eandem pernicié atq; exitium ab eo simul abrepti sunt. Quidam enim extremas eorum plagas pœnasq; in hoc sæculo persolutas gemunt, nimirum ij, qui huius tantùm vitæ rationem habent, nec ad futura supplicia animo penetrant, nec vllam rerum in hac vita gestarum censuram atque mercedem fore arbitrantur, sed brutorũ animantium ritu in diem atq; in præsens semper viuunt, ac sola huius vitæ prosperitate & tranquillitate beatitudinem metiuntur, contraque rerum aduersarum incursionibus infelicitatem definiunt. Mihi verò grauius eos lugere subit obsequentis vitæ tormenta pœnasq; sceleratis recondita. Nondum enim quod maximum est, colligo, nimirum à Deo eijci atq; exturbari, quàm dura & acerba illis pœna sit. Quo modo teneri queam, ne miserum illum lachrymis prosequar? quo modo inhiberi, ne & eos vberiùs lugeam, qui sua sponte ad impietatem accurrerunt, quàm eos qui persecutionibus oppressi sunt: & rursus cum essusius defleam, qui alios secum in perniciem abstraxit, quàm eos qui ad vitium transfugarum more defecerunt? Quin potius Christianis quidem haudquaquam triste & calamitosum est, quòd pro Christi nomine passi sunt, immò omnium beatissimum, non propter futura tantum præmia, sed propter huius etiam vitæ [23] splendorem & libertatem, quam sibi ipsi per exhausta pericula pepererunt: his contrà reconditorum atq; denunciatorum tormentorum quasi præludium quoddam sunt ea, quæ iam perpessi sunt: præstitissetq; ipsis, diuturnioribus in hac vita doloribus excruciari, quàm ad illa tribunalia reseruari. Atq; hæc mihi propter [24] eam legem dicta sunt, quę hosti prolapso insultare nos vetat, atq; ab ijs qui stant, commiserationem exposcit. Nunc ad ipsum rursus orationem referamus. Quodnam hoc pertinax mali studium? Qui tantus impietatis amor? quis tam effusus ad exitium cursus? Vnde tam infestus Christi hostis, qui se Christi discipulum professus fuerat, q tot tantisq; veritatis sermonibus & doctrinis assueuerat, multaq; ad salutem spectantia partim dixerat, partim audiuerat? Vix enim imperij hæreditatem adire cœperat, cùm impietatem palàm libereq; profiteretur, perinde atq; hoc quoq; nomine erubescens, quod Christianus aliquando fuisset, aut ea de causa Christianis succensus, qui-bus nominis societate iunctus fuerat. Atq; hinc quidem facinora sua auspicatur, quæ admodum narrant, qui ipsius arcanis gloriantur (Proh superi in quos sermones incurrere cogor:) [25] impuro & nefario sanguine lauacrum extergit, initiationi nostrę execrabilem initiationem opponens, sus videlicet in cœno prouoluta, sicut est in prouerbio: manusq; suas profanat, vt ni mirum ea sab incruento illo sacrificio, per quod nos Christo ipsiusq; passionibus & diuinitati communicamus, eluaret ac repurgaret. [26] Haruspicinis autem & sacrificijs imperialem aulam constituit, malis mali imperij consiliarijs vtens. Ac quoniã haruspicinarum mentionem feci, superstitionisq;, aut, vt commodiùs loquar, diabolicæ væsaniæ, qua ad res huiusmodi seretebatur: nondum satis constitutum habeo literisne hoc miraculum, quod omnium sermone celebratur, mandare, an narratibus fidem abrogare debeam. Etenim ipse ancipitis ac perplexi sum animi, nec vtram in partem propendeam, habeo, vt potè mixtis ijs, quæ fidem mereri queant, cum ijs, quæ fide carere videntur. Nam quod tam nouæ atque inauditæ sceleris perpetrationi & impietati signum aliquod & portentum accesserit, hoc non modò à vero non abhorret, [27] sed persæpe iam in maximis mutationibus accidit: quod autem hoc modo indicatio illa facta fuerit, id verè est, quod mihi quidem admirationi cùm primis dignum videtur, atq; omnibus qui res puras purè declarari volunt ac declarandas existimant. Ferunt igitur, cùm ipse sacris operam daret, extaminum coronatam crucem edidisse. Quę res alios quidem horrore summaque solicitudine & anxietate affecit, eosque addidit, vt potentiam nostram perstringerent: at impietatis magistro animum vi-delicet addidit, tanquam circunscripti atque vndique conclusi essemus. Sic enim crucem & circulum ex tempore interpretatus est. Atque hoc sanè est, quod miraculi instar habeo: quod si falsum est, in auras abeat: si autem verum, rursus Balaam vaticinatur, & Samuel per Ventriloquam, trahitur aut trahi videtur, & dæmones fatum inuiti confitentur, ac per contraria quò plus fidei atque authoritatis habeat, veritas demonstratur. Ac fortasse his rebus id agebat prouidentia, vt illius impietatem compesceret. Multas enim & mirabiles sa lutis vias Deus inusitato modo ape-

rire nouit, ad humanitatem & misericordiam propendens. Quod autem à pluribus commemoratur, nec ab illius moribus abhorret, oratione persequar. Descendebat in quoddam adytum plerisq; inaccessum & horrendum (quemadmodum vtinam in infernum quoq;, priusquã in huiusmodi scelera prorumperet) comitem eum habẽs, qui multis adytis dignus erat, hoc est hominem huiusmodi rerum sapientia siue sophistica instructum. Nam hoc quoq; apud ipsos diuinationis genus est, vt caligine quadam cum sub terraneis dæmonibus de rebus futuris colloquium ineant, si ue quia tenebris magis oblectãtur (quippe ipsi quoq; tenebræ, & tenebrarum peccati artifices) siue quia piorum hominum, qui in terra sunt, societatem & congressum fugiunt, ex ijsq; infirmiores reddunt. Vt autem egregium virum progredientem terrores adoriri cœperunt, ac subinde plures & formidolosiores (sonos quosdam insuetos aiũt tetrosq; odores atq; ignea spectra ac nescio quas nugas & deliramenta) re inopinata perculsus (harum enim rerum studium sero amplexus fuerat.) [28] ad crucem vetusq; remedium confugit, eoq; se aduersus terrores consignat, eumq;, quem persequebatur, in auxilium ascisc it. Ac quæ sequuntur, magis tremenda. Valuit signaculum, cedunt dæmones, pelluntur timores. Quid deinde? Reuiuiscit malum, rursus ad audaciam redit, rursus aggreditur, rursus ijdem terrores vrgent: rursus obiecto signaculo dæmones conquiescunt, perplexusque hæret discipulus. Ac sacrorum antistes & magister ipsius lateri hærere peruersè veritatem exponit. [29] Ab ominationi illis fuimus, inquit, non terruincit quod peius est. Hæc enim loquit, & locutus persuadet, persuasumq; discipulum ad perditionis barathrum ducit. Nec mirum videri hoc debet. Improbus enim promptiùs ac libentiùs malum sequitur, q; à bono cohibetur. Quæ porrò dixerit aut fecerit, aut quibus imposturis clusus fuerit, priusquàm sursum remitteretur, norunt ij, qui mysterijs hisce partim initiãt, partim initiantur. Cęterùm ascendit, tum animo insanus & dæmonum intemperijs agitatus, tum rebus ipsis ac furioso oculorum prospectu satis significans, quos coluisset: nisi tamen ab eo quidem die dæmonibus refertus est, quo tam nefaria apud se apposuit, verùm id apertiùs tunc patuerit, credo, ne frustra descendisse dæmonumq; particeps factus esse videret, quem illi. [30] Enthusiasmum, id est, numinis afflatum appellant, in honestiorem significationẽ nomina commutantes. Hæc prima ipsius facinora exiterunt. Cùm autem iam quæ parturiebat, tenere non posset, persecutioque eorum peret: quiddam animaduertere cœpit, siue sapienti in vitio atq; impietate excellenti viro dignum, siue ab ijs, q eum athletarum more ad eam vngebant, hanc doctrinam hausisset. Sic enim secum reputauit, si bellum apertè susciperet, seq; impietatis ducem ipse profiteretur, præterq; quòd id nimis sæuum atq; insolens futurum esset, huic insuper scopo, ad quem collimabat omninò contrarium fore. Nos enim, si vis inferretur, acriores obstinatioresq; futuros, ac tyrannidi obnixum pietatis tuendæ studium obiecturos cogitauit. Solent enim fortes & generosi animi, ei, q vim afferre parat, contumaciter obsistere, non secus ac flamma, quæ à vento excitat, quo vehementius perflatur, eò vehementius accendit. Idq; non cogitatione solùm reperiebat: sed etiam ex præcedentibus persecutionibus cognoscere poterat, q illustriorem potius & nobiliorem Christianam religionem reddiderant, q infirmiorem, animas nimirum ad pietatem roborantes, ac periculis, velut calidum ferrum aqua, obdurantes. [31] At si callidè & veteratoriè bellum gereret, ac vim persuasione verborumq; blanditijs illineret, aut tyrannidi clementiam tanquã æri escam imponeret, ita demum non solùm prudentem, sed validã quoq; sibi concertationẽ fore. Etenim vt alia, ita Martyrum quoq; honorem athletis inuidebat. Ac proinde id molitur, vt ipse quidem & vim afferat, & interim afferre non videatur: nos contrà & supplicia perferamus, & eo interim honore, qui pro Christi nomine patientibus haberi solet, careamus. O singularem hominis stultitiã. Primùm si cuiusnam causa periculum susciperetur, obscurum esse arbitrabatur, facturumq; se putabat, vt artibus suis callidisq; consilijs veritatẽ obrueret, ac non potiùs, quò plura aduersus honores comminiscebatur, hoc maiores eos clariores q; redderet. Deinde, si gloriæ cupiditate ac non veritatis studio & amore nos periculum adire existimabat. Hæc sanè apud illos velut animi causa faciant. [32] Empedocles, [33] & Aristæi, & [34] Empedotimi quidam, ac Trophonij, atq; huiusmodi infelicium hominum chorus. Ex quib⁹ ille cùm Siculis Aetnæ foraminibus diuinitatem, vt sibi opinione fingebat, comparasset, sęque ad meliorem sedem transmisisset, sandalio ignis æstu eiecto, proditus est, atque ita non Deus post hominem ostensus est, verùm inanis gloriæ studiosus, philosophiæq; expers, ac ne communi quidem sensu præditus. Hi autem cùm eodem morbo

Cur vexamur.

Beatissimũ pro Christi nomine pati.

Pro. 17. 22. Eccl. 8. Iob 31. Hostib. non insultandũ

Iul. statim post impe-

Aliud mirac.

Demones fulminei.

Iul. quare occultè Christianis bellum indixerit.

Simil.

Iul. Martyrum honorem Christianis inuidebat.

Empedoc. Aristæus. Empedor. Trophoni⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gloriæq; amore inflammati in penitisimos quosdam terræ recessus sese abdidisent, deprehensa postea fraude, nō plus honoris ex hac sui subductione acceperunt, q̄ contumeliæ ob cognitam eorum impostu ram. At Christianis iucundius est pietatis causa supplicio affici, etiam si nemo id rescisturus sit, q̄ alijs cum impietate clarere gloriaq; florere. Hominibus quippe placere parum admodum curamus: id vnum expetentes, vt honorem à Deo consequamur: immò sublimiùs etiam assurgimus: de ijs loquor qui verè philosophi sunt, Deiq; amore inflammati quippe qui cum summo bono coniungi [35] propter summum ipsum bonum exoptant, non autem propter honores in altero æuo reconditos. secundus enim hic laudabilium virorum gradus est, pretio ac mercede aliquid facere: quemadmodum in tertia classe collocandi sunt, q pœnæ metu à scelere & maleficio deterrentur. Ac nostræ quidem res ad hunc modum se habent: idq; promptum & procliuè est pluribus argumentis ostendere, si cui ita collibuerit. Hic verò perinde ac si Christianos insigni quodam honore spoliatur esset (plerique enim homines alios affectibus suis metiuntur) ante alia gloriam nostram nominisq; celebritatem insectatur. Nec verò strenuè ac generoso animo, vt alijs persecutoribus moris erat, impietatē proluetur, nec, si non imperatorie, tyrannicè saltem de nobis consilium init: vt insigne atq; honorificum ipsius scelus fit, orbis populo vim intulisse, doctrinamq; omnibus doctrinis superiorem tyrannide oppressisse. Verùm turpiter admodum & ignauè pietatem vexat, animiq; fraudes & versutias persecutione, quam aduersus nos excitabat, inducit. Quocirca cùm potentia in persuasionem & coactionem diuisa sit, ita se comparauit, vt quod inhumanius erat, nimirum vim & tyrannidem, populari turbæ ciuitatibusq; permitteret (vt quarum væsana audacia intolerabilior sit propter temerarios animi motus atque præcipites ad omnia impetus) idq; nequaquam publico edicto, verùm ex eo quòd impetum audaciamq; minimè reprimebat, velut proposita quadam [36] lege non scripta, id se velle promulgans. Quod autem lenius atq; humanius erat magisq; Imperatorem decebat, id sibi videlicet assumit, nempe suadendi atque illiciendi partes: nec tamen id quidem vsquequaque retinuit. Non enim natura ferebat, vt vel pardus distinctas macularum notas, vel Aethiops nigrorem, vel ignis ardorem, vel diabolus, homicidij crimine iam inde ab ipsa mundi origine constrictus, hominis odium, vel iste improbitatem, qua adnos odium, vel iste improbitatem, qua adnis odium, vel iste improbitatem, qua adnis odium, vel iste improbitatem, qua adnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

illam de fabis contentionem, & mortis contemplationem[51] Theanus, aut nescio cuius ex iis, qui Pythagoræ mysterijs initiati placitisque addicti fuerant? Quòd si tu superiora illa nostra non miraris, at certè præsentia mirare, ô omnium sapientissime & præstantissime, atque Epaminondas illos & Scipiones tolerantiæ laude imitandos tibi proponas, q simul cum exercitu iter facis, & victu facili & frugali vteris, & eos Imperatores bellicq; præfectos laudibus effers, qui per se ipsi bellum administrant. Est quippe generosi & sapientis animi, ne hostium quidem virtutem contemnere: verùm hostium strenuitati plus tribuere, quàm suorum etiam familiarissimorum ignauiæ atq; languori. Videsne hos pauperes, victu & tecto carentes, carnisq; ferme & sanguinis expertes, ob idq; ad Deum accedentes? hos inquàm pedibus illoros & humum pro strato habentes (quod ait tuus Homerus, vt hoc figmento dæmonum quendam ornet) hos humiles & terrenos, & supra terrena, hos inter homines versantes, & rebus humanis superiores, hos vinculis pressos, & liberos, qui retenti sunt, & teneri nõ possunt, quorum nihil in mundo, & quorum omnia, q mundo superiora sunt, quorũ duplex vita est, altera cõtempta altera studiosè culta & expetita, hos inquam propter mortificationem immortales, propter solutionẽ Deo coniunctos, ab amore alienos, & diuino libidineq; vacuo amore correptos, quorum fons lucis, & quorum iam radij splendorisq; traiectiones, quorum angelici psalmorũ cãtus, & pernox statio, & mentis ad Deum excessio, ante mortem in cœlum se rapientis, quorum purgatio, & tamen purgãtur, quippe nullum ascẽsus & deificationis modum sibi constituentes, quorum rupes & quorum cœli quorum abijci ac proteri, & quorum thronis insidere, quorum nuditas, & quorum incorruptibilitatis indumentum quorum solitudo, & quorum sæculi alterius frequentia & celebritas, quorum voluptates compressæ atque constrictæ, & quorum perpetua atq; inexplicabilis animorum oblectatio, quorum lachrymæ, peccati diluuium, & mundi expiamentum, quorum extentio manuum flammas extinguit, feras mulcet, gladiorum aciem retundit atq; hebetat, instructas acies in fugam vertit, tuamq; etiam impietatem, mihi crede, cõpressura est, etiã si ad aliquod tempus extollaris, impietatisq; fabulam cum tuis dæmonibus ludas. Quomodo ne hæc quidem tibi terrori sunt, homo audacissime, mortisque, si quis alius, appetentissime? Quomodo te veneratione non cõmouent? Quantò tandem hæc præstantiora sunt, quàm sapientis illius & legislatoris[52] Solonis inexplebilis cupiditas, quam Crœsus auro Lydio cõuicit atq; coarguit, & Socraticus pulchritudinis & elegantiæ amor (vereor enim puerorum amore dicere, etiam si artificiosè coornetur)[54] & Platonis Sicula liguritio, propter quam etiam venditur ac ne ab vilo discipulorum, immò nec ab homine Græco emitur, & Xenocratis, cupedia, & Diogenis illius, dolium, pro domicilio habentis, & cetia, qua hospites tyrannis ex Tragœdia, & viles panes placentis submouet, & Epicuri philosophia, nullum bonum voluptate maius constituentis. In magna laude apud vos est Crates: etenim sanè philosophicum est, vastas reliquisse facultates, nostratibus quę philosophis cõsimile. verùm ariegan inde ac quispiam, non sapientiæ magis q̃ gloriæ studiosus. Magnum illius quoque nomen est,[56] qui cùm nauis tempestate iactaretur, atq; omnia in mare proijcerẽtur, Gratiam, inquit, fortunæ habeo, ad philosophicum pallium me rediguntem. Amplã etiam laus Antistheni tribuitur, qđ cùm ab petulanti quodam atq; audaci homine toto ore contusus atq; comminutus fuisset, in fronte duntaxat quasi in statua, percussoris nomen inscripsit, fortasse vt acerbiùs accusaret[57] Laudas præterea aliquem eorum, qui non multis sęculis ante nos fuerunt, quòd toto diei curriculo Solem stans precatus est: fortasse id tempus obseruarat, quo propinquior terris esse solet, vt orationem contraheret, eamque simul cum ipsius occasu finiret. Quin illum etiam laudibus prosequeris, qui hyemis tempore tota nocte in speculatione quadam defixus stetit, ita vt ne vim quidem frigoris protinus mentis abstractionem sentiret? Laudas insuper[58] in Homero discendi amore circa Arcadicam quæstionem, & in Aristotele philosophiam & diutinam moram[59] ad Euripi fluxus & refluxus seu reciproca tiones, quibus vterque occubuit. Essers[60] & Cleanthis puteũ & Anaxagoręcingulũ & Heracliti mœstitiam. Quot verò homines his virtutibus excelluerunt, & quam diu? Infinitam autem illam apud nos hominum multitudinem non mirarisne ac spicis, qui & hæc & his sublimiora philosophantur, in omni vitæ genere & instituto, atq; in toto, vt sic loquar, orbe terrarum, viri iuxtà ac mulieres (virtutis æmulationem cum viris certantes, atq; hic solùm naturæ obliuiscentes, vbi Deus per castitatem & patientiam conciliandus est) nec obscuri solùm & ignobiles, & propter priscinæ conditionis tenuitatẽ laboribꝰ assueti, sed etiam valde clari & excelsi, tum opibus tũ nobilitate, & potentia, Christi imitandi studio sese præter morem afflictantes: qui & si sermonis elegantia careant (quòd ne in sermone quidem pietatem constituant paruusque, vt cuidam etiam poetarum vestrorum placuit, sapientiæ ab ore manantis fructus sit) maiore tamen sunt ratione & prudentia, atque doctrina in actione posita. Sed tamen hæc omnia negligens, atq; id vnum sibi proponens, vt dæmonibus, à quibus sæpe non immeritò prostratus fuerat, obsequeretur: priùs quàm negociorum publicorum aliud quicquam constituisset in Christianos impetu fertur. Quanquam enim duæ res eum solicitum haberent, Galilæi scilicet, (sic enim ipse contumelię causa nos appellabat) & Persæ mira tolerantia & constantia bellum gerentes: tamen vsq; adeò maiori cura animiq; studio & contentione in perniciem nostram incumbebat, vt Persicum bellum instar nugarum & ludi cuiusdam haberet. Quod quanquam nõ apertè declararet: non tamen obscurè ferebat. Tanta enim in eo vis & redundantia furoris erat, vt omnibus id confiteri nunquam desineret. Ac ne hoc quidem perspiciebat vir omnium prudentissimus, optimusq; Reip. antistes, quòd prioribus quidem persecutionibus idcirco parua perturbatio & labefactatio sequebatur, quòd nõdum dogma nostrum ad multos propagatum esset, sed in paucis adhuc hominibus veritas consisteret, splendoremq; desideraret: nunc autem salutifera doctrina longè lateq; fusa, ac circa nos maximè vigente religionem Christianam inuertere & labefactare conari, nihil aliud fuerit, quàm Romanorum imperium conuellere omnibusq; reipub. partibus periclitari, eaque, quibus ne hostes quidem grauiùs quicquã nobis imprecari possint, à nobis ipsis accipere, atque ab hac noua & admiranda philosophia & principatu: propter quem nos scilicet fortunati, atque ad auream illam ætatem reipublicæque administratio nem redijmus, illam inquam dissidiorum expertem atq; pacatam.[62] An verò tolerabilis populi gubernatio, & tributorum relaxatio, & magistratuum electio, & furtorum castigatio, aliaque omnia, quæ breuis & momentaneæ felicitatis ostentationis, que sunt, magnam reip. vtilitatem allatu-
res nostras personare atq; obtundi oportebat: populorum autem atq; vrbium dissidia, & concertationes, & familiarum diuulsio, & domorum dissensio, & matrimoniorum diuisio (quæ omnia ex hoc scelere

secutura esse verisimile erat, atque etiam secuta sunt) vel illi insignem quandam gloriam, vel reip. tranquillitatem afferebant? Quis tam vel ad impietatem procliuis, vel communi sensu captus, qui hoc assentiatur? Quemadmodum enim in corporibus, cùm vnum aut alterum membrum condoluit, reliqua membra haud difficulter emergunt, partiq; maiori sanitatis bonum conseruatur, interdum etiam accidit, vt partes ægræ conualescant, atq; ad cęteras redeant: at cùm plura membra inter se dissident, acerbeque laborant, fieri iam non potest, quin totum corpus ægrotet, atq; in perspicuo periculo sit. Ad hunc modum in subditis quoq; singulares morbos commodiori totius reip. valetudine occultari contingit: pluribus autem exulceratis & morbo affectis atque oppressis tota iam resp. in periculo versatur. Quod meo quidem iudicio alius, etiam nobis infestissimus hostis animaduertisset, præsertim hoc tempore atq; in tanta Christianorum amplitudine & incremẽto. Verùm istius improbitas rationi & consilio tenebras offudit, ob eamq; causam paruis iuxtà ac magnis persecutionem molitur. Atque illud sanè perquàm puerile stultæq; lenitatis, ac ne vllo quidem alio homine vel mediocri animi grauitate prædito, nedum Imperatore dignum, quod simul cum nominis commutatione animorum quoq; nostrorum mutationem secuturum esse arbitratus, aut certè nobis id pudori fore, quasi turpissimi cuiusdam criminis accusatis, nouandum nobis cognomentum censuit, Galilæos pro Christianis nominans, atque ita vocari publica lege decernens. Ex quo perspicuè ostendit Christi appellationem honorificentissimam esse maximique ad gloriam ponderis: quoniam eam nobis extorquere cogitauit. Nisi forrasse hoc ea ratione fecit, quòd huiusce nominis vim & potestatem instar dæmonum reformidaret: ac, pinde ad alterum nomẽ min⁹ notũ & vulgare transierit. Nos verò nomina ipsis haudquaquam inuertemus (nec enim quicquam excogitari potest magis ridiculum in quod ea commutare queamus)[63] Phallos & Ithyphallos & Melampygos & Hircopedes,[64] venerandum Pana, illũ ex omnibus procis vnum Deum, atq; à cõtumelia nomen, vt par erat, assecutum.[65] Apud illos enim vel multos ab vno & fortissimo viro iniuria affici necesse est, vel ex multis deformissimum procreari. quocirca nec res ipsis, nec nomina inuidebimus. Per nos sanè illis stultitia sua frui, atque ex rebus obscœnissimis gloriari liceat. Quin etiam ipsis, si velint,[66] Buthænã relin-

Theano.
Epaminondas Scipio. Monachorum abstinẽtia & macerat io. Duplex monachorum vita.
Simil. apta
Christianos bellum infidelis occulat.
Christianos vocari Galilæos Iul. voluit.
Christi nomẽ verebatur dæmones.
Phalli, Ithyphalli. Melampygi, Hircopedes Pan.
Buthenas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Triuesper. Herculis certamẽ 13.

relinquemus & Triuesperum (vt maiorem apud eos gratiam ineamus) eum, inquam, & ita progenitum, & adeò magnificè progignentem, ac [67] pro decimo tertio certamine vnius noctis ſpatio quinquaginta

Theſtij filij.

Theſtij filias comprimentem, vt ex ijs rebus dei nomen adipiſcatur. Etenim, ſi huiuſmodi nominibus innouandis animum adijcere liberet, multa profectò nomina aduerſus eum ab eius vita petita Chriſtianis ſuppeterent, tum turpiora tum magis appoſita & congruentia. Quid enim prohiberet, quò minus nos quoque Romanorum, atq; adeò orbis vniuerſi (quemadmodum ipſe dæmonum fraude circunuentus

Iul. nomina. Idoliatinus, Piſæus, Adonæus, Tauricremus.

exiſtimabat) Imperatorem eodem ludo vlciſcentes [68] Idolianum vocemus & Piſæum [69] & Adonæum & Tauricremum, vt iam nonnulli quoq; noſtrum lepidi & feſtiui homines appellarunt (quandoquidem mira eſt huius rei facilitas) alijſq; omnibus nominibus, quæ vel inflectenda & commutanda vel creanda ac verè ipſi obijcienda nobis hiſtoria porrigit? Hoc verò

Chriſtus Seruator.

omnium abſurdiſsimum, quòd cùm Seruator ipſe omniumq; rerum Dominus, & mũdi huius opifex & gubernator, ille magni Patris filius & Verbum & Conciliator & Pontifex, & eodem throno ſedens, qui pro nobis ipſius imaginem aſpernatis atq; in terram proiectis, eoq; prouolutis, vt magnũ huiuſce coniunctionis myſteriũ ignoraremus, non ſolùm ad ſeruilem vſq; formam ſe deiecit, ſed etiam crucem conſcendit, peccatumq; meum ſecum duxit, illic

Luc. 11.

moriturum, cùm hic, inquam, Iudęis eum Samaritanum vocantibus, &, quod multò ſceleratius eſt, quaſi dæmonis intemperijs agitatum accuſantibus, nec erubeſcat, nec de conuiciatoribus ſuis queratũr: (idque cùm ipſi per angelorum exercitum, vel ſermone ſolo nefarios homines vlciſci promptum ſit) verùm leniter admodum & placidè contumelioſos homines amandet, ac pro eorum, à quibus in crucem agebatur,

Luc. 23.

ſalute lachrymas fundat: cùm hæc, inquã, ſe ita habeant, nónne abſurdiſsimum eſt exiſtimare, nobis, Galilæorum nomen vel dolori, vel pudori fore, nosq; ob eam cauſam obnixum virtutis ſtudium relicturos maioremq; rationem habituros harũ contumeliarum, quàm animarũ & corporum, quæ pro veritatis patrocinio contemnere ſolemus ac pro nihilo putare? Cæterùm hoc, vt dixi, ridiculum potiùs quàm graue & moleſtum: [70] atque ad ſcenam & theatra relegamus. Neq; enim profectò ijs vnquã ſuperiores fuerim[9], qui facilè illic cũ puella res huiuſmodi ludunt, ſimulque ludũtur. Illud autem admodum peruerſum ac veteratoriæ cuiuſdam malignitatis, q cùm nec apertè nos allicere poſſet, nec tyrannicè cogere præ pudore ſuſtineret, leoninæ pelli vulpinam, aut, ſi mauis, [71] Minois laruam ſummæ iniuſtitiæ prætexens (quibus verbis propriè id exprimam?) ſeniter vim afferebat. Atq; alia quidem memoriæ prodenda literisq; mandanda volentibus relinquamus, feſtinante iam videlicet noſtra oratione. Multos enim ſummo ſtudio elaboraturos exiſtimo in condenda illius temporis, [72] ſiue tragœdia illa dicenda eſt ſiue comœdia (quibus pietatis pars eſſe videbitur, ſacrilegum illum oratione inſectari) vt ad poſteros quoq; res tanta, minimeq; obliuione atq; obſcuritate digna tranſmittatur. Ipſe autem exomnibus eius facinoribus vnum aut alterũ ſpeciminis cauſa ijs, qui vitam illius tanto pere admirantur, exponam; vt ſe eum virum laudare velle intelligant, cuius nulla ſatis digna vituperatio excogitari poteſt. Eſt hoc in imperatorio more poſitum, haud quidem ſcio an apud omnes quoque alios homines, qui imperio ſubſunt, cæterùm apud Romanos ſtudioſiſsimè obſeruatum, vt publicis ſtatuis Imperatores ornentur. Nec enim coronæ & diademata, & purpuræ nitor, & memorabiles leges & tributa, & ſubditorum multitudo ad approbandum gratulandumq; ipſis imperium ſufficiunt: ſed adorationem quoque accedere neceſſe eſt, vt auguſtiores appareant: parumq; habẽt ipſi adorari, niſi idem quoque ſibi in imaginibus picturisque præſtetur, quò cumulatior ſit ipſis perfectiorque veneratio. His porrò imaginibus alij Imperatores aliud quiddam præterea appingi gaudent, quidam clariſsimas vrbes dona offerentes, alij victorias caput coronas cingentes, nonnulli magiſtratus adornantes, & præfecturarum teſſeris exornatos: ſunt qui ferarum iugulationes & eiaculationes, alij Barbarorum domitorum atq; ad pedes prouolutorum vel trucidatorum varias multiplicesq; figuras. Neq; enim rerum, quibus magnopere gloriantur, veritates ſolùm amant: ſed earum quoq; ſimulachra, Quid autem comminiſcitur Julianus? & quam firmioribus Chriſtianis fraudem necti t? Nimirum quemadmodum cibis toxicum admiſcent, ita hic vſitatis Imperatorum honoribus impietatem admiſcere inſtituit, legesq; Romanorum eſt idolorum adoratione coniungere. Ac ſtatuas inde, cùm dæmones velut alias quaſdam conſuetas picturas imaginibus adiungi ſilet, tum demum populis & ciuitatibus, ac præſertim gentium præfectis imagines illas proponebat, vt nulla omninò ratione vitari malum poſſet: verùm aut cum Imperatorum honore dæmonum honor coniungeretur, aut horum fuga & repudiatione Imperatores contumelia afficerentur mixta ſcilicet adoratione. Hanc fraudem, atque hunc ita callidè excogitatum impietatis laqueum pauci ex ijs, qui pietate & prudẽtia maiori erãt, effugerunt, qui etiã prudẽtiæ pœnas luerunt, hoc quidem prætextu, quaſi Imperatoris honorem perfidè violaſſent, cæterùm re vera pro vero Imperatore ac pro pietate in periculum addu cti. Permulti autem ex ſimplicioribus & imperitioribus capti ſunt: quibus etiam fortaſſe ignorantiæ venia tribui queat, vtpote arte & fraude ad impietatem abreptis. Atq; hoc ſanè tale eſt, vt etiam ad perua infamia notãdam Imperatoris iſtius voluntatem abundè ſufficiat. Neq; enim res eaſdem principibus ac priuatis conuenire exiſtimo: quandoquidem nec eiuſdẽ vtrique dignitatis. Priuato enim homini aſtutè aliquid facere, concedi fortaſſe poſſit. Nam qui aperta vi graſſari nequit, hic ſi vafre & callidè aliquid faciat, veniam meretur. Imperatori autem cùm vi & potẽtia ſuperari admodum turpe ſit: tum turpius, vt opinor, & ſordidius atq; indignius, conatus ſuos animique intentiones arte occultare. Alterum iam ſuperioribus adijciam, quod vt eiuſdem animi & intentionis eſt, ita magnitudine longè atrocius magisq; impium, nimirum malo ad plures pmeante. Imperatoriæ largitionis dies aderat, ſiue anniuerſarius, ſiue tunc ab Imperatore pro ſua animi malitia ex tempore ita inſtitutus: atque adeſſe milites oportebat, vt p ſuo quiſq; gradu & dignitate donatiuum acciperent. Rurſus illiberalis im poſturæ ſcena: rurſus impietatis fabula. Humanitate quadam & beneficentia crudelitatem temperare conſtituit, militumque væcordam & inexplebilem auaritiam quas vt plurimùm vitę comites habent, pecuniis allicere atq; ineſcare. Ille igitur magnificus præſidebat, magnificè aduerſus pietatem declamans, mirificeq; ob aſtuta ſua conſilia animo elatus. [73] Melampum quendam aut Proteum ſuſpicari poſſes: ita in omnia vertebatur, facileque ſeipſum in diuerſas formas immutabat. Quæ autem circa ipſum erant, qualia tandem quantiſque luctibus & querelis apud cordatos homines digna, non ijs ſolùm, qui tum affuere, ſed his etiam qui nunc ſpectaculum illud auribus excipiunt? Proponebatur aurum, proponebatur thus: propinquus ignis, hortatores ad latus. Porrò quàm argutus & ſpecioſus prætextus, vt imperatoriæ largitionis hic mos eſſe videret, antiquio-

ris vtiq; & præſtantioris. Quid deinde? Thus igni adolere oportebat, atque ita exitij mercedem ab Imperatore accipere, tantillam tantæ rei, totarum videlicet animarum, impietatisq; aduerſus Deum perpetratæ. O miſerum quæſtum. ó miſeram remunerationem. Exercitus totus vnius actus & commenti precio addicebatur, & qui vniuerſum orbem terrarum armis ſubegerant, paruo igne & auro ac per exiguum ſuffitum corruebant, magna ex parte ne cædem quidem ſui cognoſcentes, quod omnium erat grauiſsimum. Aderat quiſpiam, vt lucrum facturus: ac poſt lucrum ne ſeipſum quidem habebat. Dextram Imperatoris adorabat: nec ſe cædis ſuæ authorem adorare ſciebat. Ne in meliore quidem cauſa erant, qui fraudem perſentiebant: quippe ſemel malo præoccupati, ac primam ſtoliditatem pro inuiolabili lege ducentes, Quæ Perſarum myriades, qui ſagittarij, qui fundibularij hæc efficere potuerunt? quis ferreus exercitus, atq; vndecunq; inuulnerabilis? quæ machinæ & tormẽta diruendis muris admota? qualia manus vna & tempus vnum & nefarium conſilium perfecit? Hic narratiunculam quandam admiſcebo ſuperioribus triſtiorem & miſerabiliorem. Ferunt quoſdam eorum, qui adhoc neſas errore atque ignorantia prolapſi fuerant, poſtquam eo admiſſo dolum ſe recepiſſent, ſodales conuictoresq; ſuos menſæ participes habuiſſe: deinde cõuiuio ad conſuetã frigidæ potationẽ progreſſo, nõ ſeaus ac ſi nihil grauius ipſis accidiſſet, ad aquæ poculum ſublatis oculis Chriſtum [74] cum crucis ſigno appellaſſe. Ibi tum quendam conuictorum admiratione correptum dixiſſe, Quid hoc rei eſt? Chriſtum poſt abiurationem inuocatis? Illos verò his verbis exanimatos reſpondiſſe. Quo tandem modo abiurauimus? & quinam hic nouus ſermo aures noſtras ſerit? Quo ſubiungente. Quoniam ad ignem thus adoleuiſtis: quod idem omninò eſt, ac Chriſtum inficiari. Protinus illos à conuiuio exilientes, velut lymphatos & furioſos, ac zelo & iracundia inflammatos per forum cucurriſſe, atq; in hæc verba exclamaſſe: Chriſtiani, Chriſtiani animo ſumus, audiant omnes mortales, & ante omnes Deus, cui & viuimus & moriemur. Fidem tibi datam, Chriſte Seruator non fregimus: beatam confeſsionem non abiurauimus. [75] Si quid manus peccauit: mens certè minimè ſecuta eſt. Imperatoris fraude circumuenti ſumus, cuius auro ſauciati ſumus. Impietatem exuimus, per cruorem purgamur. Poſteaque ad Imperatorem celeriter profectos atque aurum generoſo

Idolis thus milites adolere iubet Iulian.

Dextram Imperatoris adorare

Crucis ſignaculum, in menſa.

Militũ quorundã reſipiſcentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& strenuo animo proijcientes ad hunc modum exclamasse: Non dona accepimus, Imperator: sed morte dãnati sumus. Non honoris causa vocati: sed ignominia notati sumus. Da hoc beneficium militibus tuis: Christo nos macta atq; obtrunca cuius vnius imperio subijcimur. Ignem igni repende: pro cinere illo in cinerem nos redige. Manus amputa quas sceleratè porrexim⁹, pedes quibus perniciosè cucurrimus. Alios auro dona, quos accepisse postea nõ pœniteat. Nobis satis superque est Christus, quem instar omnium habemus. Quam cũ orationem habuissent simulq; alios hortarentur, vt fraudem intelligerent, ab hac temulentia se colligerent, mentemq; reciperent, Christoq; sanguine suo satisfacerent, tum verò Imperatorem ira succẽsum, apertè quidẽ illos interficere noluisse, ne Martyres efficerent, q quantũ in ipsis erat, Martyres erant: exilio tamen mulctasse, eaque pœna contemptum sui vindicasse, maximoque eos beneficio affecisse, quos à piaculis suis versutisq; consilijs, procul remouisset. Sed quanquam eo esset proposito, morumque peruersitate ad multa vteretur: tamen (vt qui nullam animi firmitatem & constantiam haberet, nec sua potius ratione & mente quàm dæmonis intemperijs ageretur) nequaquam ad extremum vsq; in sententia mansit, malitiæque arcanum retinuit. Verùm quemadmodum[76] Aetnæũ ignem narrant Aetnæ radicibus abscondi, infernè exundantem, violenterq; retentum atq; compressum (siue hoc aliud quid piam est, siue anhelitus excruciati gygantis) de more quidem horrendum quẽdam sonum ex ima parte edere, fumumq; propinqui mali indicem vertice suo euomere: quòd si forte exuberantior fuerit, nec iam vi vlla retineri queat, tum verò finib⁹ suis æstu vehementi extrusum, sursumque tendentem, ac supra foramina sua sese effundentem, nonnullas quoq; subiacentis terræ partes incredibili illo & horribili fluxu peruastare: eodem quoque modo illum reperire licet, aliquantisper quidem sibi ipsi imperantem, ac sophostici edicti impostura res nostras grauibus incommodis afficientem: cæterùm si quando iræ impotentia exuberantior esset, tum ne animi quidem peruersitatem premere tectamq; habere posse, verùm aduersus pium diuinumq; ordinem nostrum nuda atq; aperta persecutione grassari. [77] Vt enim edicta aduersus ædes sacras tum publicè proposita, tum priuatim expleta, & donariorum ac pecuniarum deprædationem non magis ab impietate quàm ab auaritia manarem, & supellectilis sacræ direptionem, phanis manibus indignè & contumeliosè tractatæ præteream, vt etiam & præsules & subditos qui pro his rebus abstrahebantur, grauissimeq; torquebantur, vt præterea columnas cruoris plenas, horum manibus atq; complexu, dum virgis conciderẽtur, per orbem cinctas, vt etiam sagittarios per regiones & vrbes discurrentes, atq; ipso etiam edictorum authore acriores & immaniores, (quò nos videlicet pro Persis & Scythis alijsque Barbaris subiugarent) vt hæc omnia præter mittam, Eccui ignota est[78] Alexandrinorum crudelitas, qui præter multa alia, quæ aduersus nos designarunt, licentia temporis immodicè vsi, si plebs etiam alioqui turbulenta & furiosa, hoc quoq; impietatibus suis adiecisse referuntur, vt sacrosanctum templum nostrum duplici cruore implerent, victimarum & hominum, idq; Imperatorij cuiusdam philosophi ductu atque auspicijs perpetrasse, (Pythiodorus is erat) ab his tantùm facinoribus nominis famam consecuti? Eccui seditiosa[79] Heliopolitarum coniuratio incognita est? eccui Gazæorum immanis audacia: qui apud eum in admiratione & honore erant: si quidem ipsius magnificentiam luculenter experti sunt. Eccui Arethusiorum furor, prius quidem obscurorum, cæterùm ab eo tempore ad modum etiam clarorum atque insignium? Nec enim res duntaxat præclarè gesta nobilitat hominibus affert: sed etiam vitium, gloriam improborum vincens. Illi enim (vt vnum ex multis commemorem, adeò graue, vt etiam Dei contemptoribus horrorem incutere queat) virgines castas & mundo sublimiores, vix etiam virorum oculis contrectabiles, in medium propositas, & veste spoliatas (vt spectaculo ipso priùs contumeliam ipsis inferrent) ac postea detonsas atque dissectas (ô Christe, quomodo tuam illius temporis lenitatem & patientiam feram.) partim suis etiam dentibus nefariè comminutas pro epulo comedisse, atque, vt eorum execrandum furorem decebat, crudis sẽ hepatibus ingurgitasse feruntur, ac cibo illo perfunctos, communem & vsitatum admisisse: partim palpitantibus adhuc præcordijs fuisse illum pabulum inseruisse, ferocissimisque porcis immissis hoc spectaculum obiecisse, vt simul cum hordeo carnes laniati atq; exedi perspicerent, mixtum alimentum, ac tum primùm aspectum & auditui: quo sanè is solùm dæmones suos alere merebatur, qui horum scelerum architectus erat. Quemadmodum etiam, vt par erat, & sanguine illo & vulnere aluit, quod in præcordijs accepit: etiam si miseri homines ad

Militũ ad Iulianum verba.

Nobis satis est Christ⁹.

Mulctatur exilio.

Aetnæus ignis.

Iul. edicta cõtra Christianos.

Templorũ pecunia, donaria, & sa

res huiusmodi obstupescant, ac præ impietate ne mentis quidem sint compotes. Iam verò id quod eximio viro Marco Arethusioaccidit, quis tam ab orbe nostro remotus, vt ignoret, ac commemorantem narratione non anteuertat? Hic cùm, egregio illo Constantio imperante, pro ea licentia quæ tum Christianis concessa fuerat, domicilium quoddam dæmonum euertisset, ac multos Christianos à Gentili errore ad salutem non minus vitæ splendore quàm dicendi facultate traduxisset, iampridem odio atq; indignationi Arethusijs erat, vel potius Arethusiorum impijssimo cuique, dæmonumq; amantissimo. Posteaquam autem mutatis Christianorum rebus Genti lium res tumere cœperunt, tẽporis potentiam & tyrannidem non effugit. Multitudo quippe, etiamsi in præsens iras cupiditatesque suas coerceat (quemadmodum ignis in materia latitans, aut amnis violenter inhibitus) occasionem nacta succendi atq; erumpere cõsueuit. Quocirca cùm populum aduersum se incitatum, nec moderati quicquam vel cogitantem vel commi nantem cerneret, primum conscisc endæ fugæ consilium init, non tam ignauia fractus, q̃ præcepto illo permotus, quo è ciuitate in ciuitatẽ fugere, & persecutoribus cedere iubemur. Neque enim Christianos, quantumuis fortes, ac singulari tolerãtia præditos suæ tantùm salutis rationem habere oportet: sed persecutoribus quoq; consulere, vt ne quantum in ipsis est, ad hostile periculum ex seipsis aliquid conferant. At postquam multos propter se duci atq; abstrahi, multos etiam propter persequentium crudelitatem in animæ periculo versari intellexisset, non sustinuit vir eximi⁹ alios ob suam fugam cautionemq; periclitantes negligere: ac proinde præstantissimum maximeq; philosophicum consilium capit. Ex fuga enim redit, seseq; vltrò plebis arbitrio tradit, atq; aduersus tempo tis difficultatẽ instruitur. Hic verò quid acerbitatis aberat? quid non etiam atroci⁹ excogitabatur? alijs aliud quidpiam ad vnius mali concentum afferentibus, nec tortoribus, si nihil aliud, at illius certè patientiam venerationeprosequentibus, immò magis etiam excandescentibus: quòd illius reditum ac præsentiam non tam fortitudinem aduersus pericula, quàm contemptum sui interpretabantur. Ducebatur sacrosanctus senex, athleta spontaneus per mediam ciuitatem, omnibus præter persecutores & carnifices, tum ætate venerandus, tum vitæ probitate venerabilior. Ducebatur porrò ab omnibus, cuiuslibet ætatis & conditionis ac fortunæ, omnibus æquè vrgentibus, viris & mulieribus, adolescentibus & senibus, i sq; etiam qui vel publica vrbis negotia administrabant, vel dignitate aliqua insignes erant. Atq; hoc vnum certamen cunctis propositum erat, vt furoris aduersus senem immanitate sese mutuò superarẽt, omnibusq; pietatis pars existimabatur, quàm plurimis eum cruciatibus afficere, pugilemq; senem vincere, adeò uersus totam ciuitatem decertantem. Raptabatur per plateas, protrudebatur per cloacas, crinibus, & quauis corporis parte (admixta nempe tormentis contumelia) ab ijs trahebatur, qui in Mithræ sacris huiusmodi supplicijs iustè diuexantur. A pueris ad pueros pendulus remittebatur, cultris pennarijs generosum illud corpus suscipientes, atq; hanc tragœdiam pro ludicro habentes. Quibusdam etiam tormentorum instrumentis tibiæ illius ad ipsa vsque ossa comprimebãtur: lineis filijs aures abscindebantur, & quidem tenuissimis & firmissimis ipso interim sporta in altum sublato. Melle & iusculo vndiq; perfusus apibus & vespis meridie pungebatur, ardentissimo sole lucente, atq; huic quidem carnes colliquante. Illis autem beatarum illarum carnium (non enim dixerim miserarum) esum acriorem efficiente. Hic enimuerò, vt hoc quoq; literis mandem, senex ille idemq; ad certamina iuuenis, (nã ne in tormentis quidem frontis animique lætitiam reliquerat, verùm supplicia etiã ipsa irridebat) celebratum illud & memorabile dixisse fertur, Omen illud sibi placere, quòd sublimem se perspiceret, illos contrà abiectos humiq; depressos. Vsqueadeò superior ijs erat, à quibus tenebatur, adeoq; à doloribus & molestijs remotus, nõ aliter ac si alienis periculis interesset, supplicium q; suum pompam non calamitatẽ existimaret? Et quidem cui non hæc virtutis præstantia religionem & reuerentiam iniecisset, etiam mediocri lenitate atq; humanitate præditorum? Sed illis hoc non licuit per tyrannidis turbinem, Imperatorisq; cupiditatem tum à populis tum ab vrbibus, & præfectis crudelitatem exposcentis, etiam si pleriſq; secus videretur, malignitatis illius & peruersitatis arcanum ignorantibus. Hæc firmus senex & constans pertulit. Si causam quæris, vt ne nummum vnũ aureum tortoribus suis proijceret. Ex quo perspicuè intelligi potest, eum pietatis causa cruciatus tolerasse. Nam quandiu Arethusij æstimato euersi sani precio totam auri summam petebant, aut ipsum certè delubrum instaurare iubebãt, videri poterat

Mithræ sacra.

Varia tormenta.

Marcii in tormentis constantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arethusij à Marco pro templi reſtauratione pet ũt aurũ at ille denegat.

terat idcirco potius obſiſtere, atque in cõ trarium obniti, quòd iuſſa exequi atque ex plere non poſſet, quã quòd pietatis ſtudio flagraret. Poſtquam aũt tolerantia ſua eos paulatim vincens, atq; ex æſtimatione ali- quid ſemper detrahẽs, eo tandem rem ad- duxit, vt perquàm exiguum eſſet id, quod à ſe poſtulabatur, idq; perſoluere facilli- mè poſſet, pariq; certamine inter ſe contẽ- derent, illi vt vincerent, hic ne vinceretur hoc eſt illi, vt vel tantillum pecuniæ acci- perent, hic ne quid omninò numeraret (quamuis alioqui multi eſſent, qui partim pietate adducti, partim inuicta & inexpu- gnabili eius fortitudine moti ampliorem etiam ſummam erogare pararent) tum ve- rò liquidò declaratum eſt, eum non pro pe cunijs, ſed pro pietate certamen inijſſe. An verò hæc lenitatis & clementiæ argumen ta, an contrà furoris & crudelitatis argu- menta ſint, nobis exponant, qui philoſo- phum Imperatorem ſuſpiciunt atq; admi rantur. Ipſe equidem neminem fore exiſti mo, cui iuſta & vera ſit defutura reſpõſio.

Marcus in periculo Iul. ſeruauit.

Nec dum illud adieci, hunc ex ijs vnum fu iſſe, qui impurum illum & neſarium, tum cùm genus ipſius totum periclitaretur, ſer uarãt, furtimq; ſubduxerant: quo etiã ſolo noſce meritò fortaſſe hæc perpetiebatur, ac plura perpeti merebatur, quòd tãtum ma lum vniuerſo terrarum orbi imprudens ſeruaſſet. Quocirca is, qui tum præfecti mu nere fungebatur, his rebus cõmotus (quan quam enim religione Gentilis, moribus ta men Gentili ſublimior erat, ac præclariſsi mis & laudatiſsimis tam veteris quàm no- ſtræ memoriæ viris comparandus) multi- plicem hominis excrutiationem toleratiã que non ferens, illud ad Imperatorem ma gna cum animi libertate dixiſſe memora- tur, An non pudet nos, Imperator, vſque- adeò Chriſtianis omnibus inferiores eſſe, vt ne ſeniculũ quidẽ vnum ſuperare quea- mus, idq; per omnia tormentorum gene- ra graſſatum? Et quem vincere haud ma- gnum & honorificum, an non extremæ ca lamitatis eſt, ab eo victos diſcedere? Ita ijſ- dem rebus, vt apparet, hinc præfecti erube ſcebant, hinc Imperatores gloriabantur.

Præfecti ad Iul. verba.

tis porrò quidnam miſerius, non tam pati entibus quàm facientibus contingere po- tuit? Atq; Arethuſiorum quidem facinus ad hunc modum ſe habuit, vt iam parua ſit illorum immani ſæuitia conferatur, vel e- ius potius, quo authore & impulſore hæc committebantur: ſi quidem ſeminis ſunt germina, & venti naufragia. Alia autem ſcelera qualia, quamq; grauia. Quis mihi

Echetus & Phalaris.

[80] Echeti & Phalaridis crudelitas, ſi cum

Herodoti & Thucydidis ocium linguam- que ſuppeditabit, vt iſtius improbitatem & ætati futuræ tranſmittam, atq; huius tem poris hiſtoriam quaſi in columna inſcul- ptam poſteris relinquam? [81] Tacebo Oron tem, & nocturnos mortuos, quos hic cũ Im peratore occultabat, cadauerum aceruis compreſſus, atq; obſcurè contrucidãs. Hoc enim loco Poetæ verbis vti cõmodius eſt. Prætermittam etiam concauas femoriſi- masq; & abditiſsimas aulę partes, quę quę etiam, in lacubus & puteis & ſoſſis, malis theſauris myſterijſq; ſcatebant, non modò diſſectorum puerorum & virginum ad a- nimarum euocationem & diuinationem ſa- crificiaq; minimè legitima, ſed eorum e- tiam, qui proprietatis rectæq; doctrinæ de fenſione periclitabantur. Condonemus hæc quoq;, ſi ita placet, vtpote quorum ip- ſum etiam pudebat, in hoc certè modera- tum: quod ex eo liquidò conſtat, quia hoc nefas, vt inhoneſtum & indecorum, occul tum habere conabatur, ac ne perulgaret, laborabat. Nam quæ [82] in Cælarienſes no- ſtros admiſit, hos, inquam, animi magni- tudine flagrantique erga pietatem ſtudio præſtantes ita ab eo iactatos contumelio- ſeq; vexatos, fortaſſe ne obijcere quidem æquum fuerit. Etenim iuſta indignatione ſuccenſus ob [83] Fortunam, melioris ſortu- næ tempore infortunatam, calamitatęque oppreſſam ad hanc vltionem progreſſus eſſe videbatur: quandoquidem iniuſtitiæ dominanti nonnihil concedendum eſt. At verò quis eſt neſcius, cùm promiſcua plebs furenter in Chriſtianos imperum fe ciſſet, multaque cæde perpetrata, plura e- tiam comminaretur, gentis præfectũ, quo niam media via inter temporis tyrannidẽ & leges incedens (vt enim tempori ſeruien dum putabat, ita etiam leges quoque me- diocriter verebatur) multis Chriſtiano- rum abductis, de nonnullis etiam Genti- libus ſupplicium ſumpſiſſet, orta poſtea accuſatione ad Imperatorem ductum eſſe, ac præfectura ignominioſè abdicatum hu ius rei iudicium ſubijſſe: eumq; ſe legibus, iuxta quas ſibi iudicandi prouincia com miſſa fuerat, tueretur, nihil propius fa- ctum eſſe, quàm vt ad mortem raperetur: ad extremum autem Imperatoris clemen tia exilio duntaxat mulctatum eſſe. Porrò quàm præclara & humana ſententia? Quid enim graue, (inquit iuſtus Iudex, mini- meque Chriſtianos perſequens) ſi decem Galilæos manus vna Græcanica ſuſtulit? Hæc verò annon perſpicua crudelitatis ar- non perſecutionis edictum, & quidem ijs, quæ publicè proponuntur, multò ex-

preſsius & formidoloſius? Quid enim intereſt periculum Chriſtianis edicas atq; promulges, an præteras, te Chriſtianorum perſecutoribus delectari, magniq; crimi- nis loco ducas, moderatione quadam vti? Velle etenim Imperatoris, lex eſt non ſcri pta, imperij & potentiæ patrocinio ſubni- xa, & quidem ſcriptis legibus, quæ poten- ta non fulciuntur, longè firmior atq; va- lentior. Non ita eſt, inquiunt, qui res illius venerantur, [84] nouumq; Deum illum no- biſe fingunt, ſuauem, inquam, illum & hu manitatis plenum. Verùm quia nequaquã apertè promulgauit, vt Chriſtiani vexa- rentur, atq; ea omnia paterentur, quæ per- ſecutoribus collibitum eſſet: idcirco eum a perſecutionis crimine vindicant. Atqui [85] Hydram nemo vnquam lenem & man- ſuetam dixit, quòd nouem capita pro vno proferebat, ſi quid fidei poetis habendum eſt: nec [86] Patariçam Chimæram, quòd tria ac diuerſa, vt formidabilior eſſet: aut illũ apud inferos Cerberum, quòd totidem & ſimilia: aut [87] Scyllam, æquoream peſtem, quòd ſex in orbem maximeq; horrenda: & tamen ſuperiores ipſius partes ſuaues & humanas fuiſſe narrant, nec aſpectu inju- cundas: (Virgo enim erat cognationis cu- iuſdam neceſsitudine nobiſcum deuincta) at reliqua capita canina erant, & beluina, atq; omninò perniciosa, claſſes totas arri- pientia, nec, quantum ad periculum, ab op poſita Charybdi quicquam differentia. An tu etiam ſagittariorum & fundibulario- rum ſagittas & lapides accuſabis, non au- tem funditores ipſos & ſagittarios? An ve natorum canes & veneficorum toxica & cornupetarum boum & ferarum dilanian tium cornua, & vngues: qui autem his vtun tur, extra culpam ponentur, nec criminis earum rerum quas perpetrarint, partici- pes erunt? Magnæ profectò hæc ſtultitiæ fuerint, ac ſophiſta procul dubio opus ha- buerint, qui vitiorum ſuorum patrocini- um ſuſcipiat, viribusq; eloquentiæ veritа- tem obruat. Sed nulla vnquam ratione ſe ipſum occultabit, ne ſi in omnem quidem partem ſe verſet, atq; in omnes formas cõ ſiliorum calliditate atq; artificio mutet, atque [88] Orci galeam, vt dici ſolet, induat, aut Gygis annulo & palæ conuerſione ſeſe ſuffuretur. Immò contrà, quò magis elabi atque effugere tentat: hoc magis deprehen ditur & conuincitur apud veritatis tribu- nal, ac prudentiſsimos, nos quoſq; earum re- rum iudices, vtpote hæc faciens atq; com mittens, quæ ne ipſe quidem vt iuſta defen dere queat. Adeò expugnatu facilis reſeſt improbitas, atq; vndecunq; in ſeipſam re-

Simil. à draconе & fulmine.

cidit. Ac ne illud quidem dici poteſt, quamuis ea quæ iam faciebat, talia eſſent, tamque ab Imperatoria nobilitate & magnificentia aliena: tamen ea quæ in animo habebat facere, humaniora erant atq; Imperatore digniora. Benè profectò ageretur, ſi non multò ijs, quæ commemorauimus, tetriora eſſent. Quemadmodum enim cùm draco moueri incipit, ſquamæ eius partim iam erectæ ſunt, partim eriguntur partim mox erigentur, fieri denique non poteſt, quin reliquæ partes moueantur, etiam ſi quietæ adhuc atq; tranquillæ ſint: aut ſi mauis, quemadmodum fulmine alię partes iam occupantur, aliæ nigrore prius inficiuntur, quò ad eas quoq; malo domi nante peruaſerit: ſic etiam à Iuliano alia iam flagitioſè patrabantur, alia ſpe & mi nis, quas nobis intendebat, velut delinea- bantur, eaq; ita abſurda atq; ab omni con ſuetudine abhorrentia, vt illius ſolius ani mi eſſet hæc & cogitare & efficere velle, tametſi alioqui multi Chriſtianii perſecu tores atq; hoſtes extiterint. Nã nec [89] Dio- cletianus qui primus Chriſtianos contu- meliosè vexauit, nec Maximianus, qui il- lum excepit & ſuperauit, nec denique Ma ximinus, qui vtroq; poſterior ac ſuperior fuit perſecutor, cuius ſigna plagæ ob eam rem acceptæ imagines & ſtatuæ ferunt, pu blicè adhuc proſtantes, fœdamq; corpo- ris mutilationem ſempiterna infamia no tantes, in animum vnquam induxerunt: hæc ille quidem cogitabat, vt narrant, qui arcanorum illius participes & conſcij ac te ſtes erãt, cæterùm Dei clementia inhibit atq; repreſſus eſt, chriſtianorumq; lachry mis, quas multas multi profuderunt, hoc vnum aduerſus perſecutorem medicamen tum habentes. Conſtituebat enim Chri- ſtianos omni libertate & fiducia ſpoliare, eoſq; ab omnibus rebus arcere, concilijs, fo ro, publicis cœtibus ipſiſque adeo tribuna libus. Neq; enim fas eſſe quenquam his vti, qui aris antè poſitis thura non adoleue- rit, tantamque tantæ rei mercedem pepen derit. O leges & legiſlatores & principes, q quemadmodum cœli pulchritudo & ſo lis lumen, & aeris profuſio communi & perenni beneficentia omnibus patent, ſic legum quoque vſum & perceptionem li- beris omnibus hominibus ex æquo propo- ſuiſtis: quam tamen ille Chriſtianis extor quere in animo habebat: vt nec per vim op preſsis iniurias ſuas iudicio perſequi lice- ret, nec pecuniario detrimẽto affectis, aut quoquo modo præter ius fasque læſis quic quam opis leges afferrent, ſed pellerentur & trucidarentur, reſpirationesque etiam

Diocletian. Maximian.

Imaginum & ſtatuarum vſus.

Iul. contrà Chriſtianos omnes conſiliarum.

ipſę

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsę penè interdicerentur. Quæ, vt ijs qui patiebantur maiorem cupiditatem animi ꝙue contẽtionem fiduciamq; apud Deum & libertatem habebant: ita ijs qui faciebant, iniustitiæ maiori atq; ignominiæ erant. Porrò quàm scita & acuta ratio[90] carnificis illius & patroni, legum violatoris & legislatoris, aut, vt aptioribus verbis vtar, inimici & vltoris, quemadmodum ait Scriptura.[91] Legem enim nostram præscribere, ne iniuriam acceptam vlciscamur nec litem intendamus, nec quicquam omninò possideamus, propriumq; existimemus: verùm alibi viuamus ac præsentia vt vana & inania contemnamus & pro nihilo putemus. Hoc etiam vetare, ne malum pro malo regeramus: aut, si quis nobis colaphum in genam vnam impegerit, alteri parcamus, verùm eam quoque percutienti offeramus, ac præter pallium tunicam etiam exuamus. Adijciet fortasse eam quoque hoc ferre, vt pro ijs, à quibus iniuriam accipimus, preces fundamus, ac perse quentibus optima quæque exoptemus.

Matth. 5. Rom. 12 1. Cor. 6 Matth. 10. Mar. 6. Luc. 9. 10. Luc. 6.

Iulianus quondã in Christi Ecclesia Lector.

Quidni autem hæc apprimè cognosceret, qui diuina oracula quondam pro Lectore recitarat, atque inter magni sacrarij ministros ascriptus fuerat, Martyresq; templis & delubris ornauerat? Cuius hoc primùm demiror, quo modo in his libris accuratè versatus, illud non legerit, aut consultò pterierit; Malus malè perdetur, quisquis vi deliceat diuinum numen eiurauit, quodq; grauius est, eos, qui in vere fidei confessione perstant, exagitat, atq; huiusmodi calamitatibus inuoluit, in quas ipse incidere merebatur. Quòd si, quemadmodum nos tales esse, ac præscriptis & constitutis acquiescere iubet atque decernit, ita hoc etiam probare potest, sibi, vt sceleratissimus sit, iniunctum atque imperatum esse, aut dijs suis id honestum & præclarum esse, &

Matth. 21.

Habitus in virtutem & vitium diuisio.

cùm habitus in virtutem & vitium diuisi sint, nobis quidem meliorem partem secretam & attributam, deteriorem autem ipsis proiectam: hoc dicat, & ita, vel hostibus nostris rerumque nostrarum insectatoribus testibus vicerimus. sin autem ipsi quoque probitatis aliquid & lenitatis, si non rebus ipsis, oratione saltem sibi vendicant, nec tamet si mira peruersitate sint, pnicioſisque diis gaudeant, ea tamen impudentia sunt, vt vitium perinde atq; aliam quandam hæreditatem ad se pertinere cõtendant: ostendant tandem, quæ ratio atq; æquitas sit, nos iniurijs etiam & cruciatibus affectos tolerare, se autem ne parcentibus quidem parcere. Sic enim rem expendamus: cùm quibusdam temporibus ipsi potentia floruerimus, vos etiam quibusdam, his nimirum alias aliter incidentibus atq; in diuersum labentibus quid tandem simile à Christianis vestri perpessi sunt, qualia sæpenumero à vobis Christiani pertulerunt? Quam libertatem vobis eripuimus? in quos plebem furentem concitauimus? quibus præfectos immisimus, plura etiam, quàm ipsis imperatum esset, exequentes? quibus periculum vitæ creauimus? immò quosnam à magistratibus dignitatibusque submouimus, alijsque honoribus, qui præstantissimis quibusque viris debentur? &, vt compendiò dicam, eccui aliquid simile intulimus, qualia multa à vobis partim admissa, partim denunciata sunt? Sed ne ipsi quidem hoc dixeritis, qui nobis animorum facilitatem & clementiam crimini vertere soletis. Adhæc quo modo illud non animaduertis, omnium sapientissime & ingeniosissime, atque ad virtutis arcem & verticem Christianos conarctans, quòd in legibus nostris alia pareni di necessitatem imponunt, nec sine periculo lo prætermitti possunt: alia non necessite constringunt, sed in electione & voluntate posita sunt: ac proinde hanc rationem habent, vt qui ea custodierint, honore & præmijs exornentur: qui autem minùs ea expleuerint, nihil periculi pertimescant. Etenim si fieri posset, vt omnes optimi essent, atque ad summum virtutis fastigium proueherentur, hoc quidem præclarissimum & perfectissimum esset. Quoniam autem diuina ab humanis diuersa sunt, atq; alij quidem nullo non virtutis genere excellunt, alij autem benè secum agi putãt si vel mediocritatem assequantur: quæ hęc tua est ratio, dum ea indicis & præscribis, quæ non omnium sunt: aut eos pro damnatis habes, qui non custodiant? Quemadmodum enim quisquis nequaquam supplicio dignus est, non idem statim palmam quoque & præconium meretur: eodem modo nec quisquis palma & ꝓclamatione haudquaquam dignus, idem confestim pœnam quoque commeretur: sed philosophiæ nostræ viriumque humanarum finibus nosmetipsos continere debemus, atq; ita recta & præclara vitæ officia exigere. Verùm mihi rursum faciẽdum est, vt sermonẽ ad fermones reuocem (neq; eũ mihi temperare possum, quin hoc identidem repetam) deniq; tendumque vt ipsis pro virili mea opem feram. Nam cùm multa & grauia flagitia sint, quæ odium illi meritò conflare debeant: nullum tamen vnquam hoc scelerati usab eo designatum esse opinor. Ac mecum, velim, incandescat, quisquis sermonibus doctrineq; studijs delectatur, huicque parti addictus est: quo in numero me quoque

queesse non inficior. Nam cætera quidem omnia cupientibus reliqui, opes, generis nobilitatem, gloriam, potentiam, cæteraque quæ terrenæ huius iactationis sunt, & vanæ somnijsque similis oblectationis. At literarum studium solum elegantioremque doctrinã amplector: nec habeo, quòd labores tum terra tum mari exhaustos incusem, quibus ea mihi comparata est. Atque vtinam mihi amicisque meis politioris literaturæ robur adsit, quod primum, post id quod principem locum tenet, amplexatus sum, atq; amplexor, hoc est, post diuina, & spes ab oculorum sensibus remotas. Quare[92] si sua quemque premunt, vt est apud Pindarum, mihi quidem certè de his orationem habere necesse est maxime, vt haud scio an quicquam aliud, æquũ est,[93] sermone pro sermonibus & doctrina gratiam sermonibus referre. Vnde igitur hoc tibi in mentem venit, homo omnium leuissime & inexplebilissime, vt sermones & doctrinę humanioris studia Christianis auferres? Hoc enim ex eorũ numero erat, quæ non in minis posita, sed iam decreta & promulgata erant. Vnde, & qua ex causa?[94] Quis Mercurius Logius, vt ipse dixeris, hoc tibi in mẽtem induxit? qui Corybantes peruersi, & inuidi dæmones? Quod si ita placet, huius quoq; rei causam in medium afferemus. Te enim oportebat cum multa & nefaria flagitia tẽtasses, huc tandem impelli, atque in teipsum perspicuè incurrere atque deuolui: vt qua re tibi maximè gloriandum existimabas, in eadẽ imprudẽs maximè ineptires, stoliditatisque & væcordiæ notam subires. Quæro enim ex te, quid tibi hoc dogmate velis, quęque te ratio moueat: vt literarum & eloquentiæ studijs nullo exemplo nobis interdicas? Quòd si iustam aliquam causam ꝓferre visus fueris, dolebimus quidẽ: cæterum non conqueremur, Quemadmodum enim cum ratione vincere, sic etiam rectè vinci ac cedere didicimus. Nostri sunt sermones, inquit, & nostrum Græcari: quippe qui deos quoque colamus. Vestra est autem infantia & barbaries:[95] nec quicq̃ aliud, q̃ Crede, sapientiæ vestræ est. Atqui hoc, vt opinor, non irriserint, q apud vos[96] Pythagoræ philosophiam consectantur, quibus illud, Ipse dixit, dogmatum omnium primum est & maximum,[97] aureisq; immò plumbeis carminibus præstabilius. Etenim post primam illam: atq; apud eos, qui illius placitis initiabantur, celebratissimam[98] silentij philosophiam (vt sermonis moderationem tacendo condiscerent) solenne & vsitatum erat, de quocunque dogmate interrogarentur, rationem; poscerentur, nihil aliud pronuncia re ac respondere, quàm ꝙ Pythagoræ ita visum esset, rationemq; dogmatis esse, id qd illi in mentem venisset, ab omni examine ac censura liberũ atq; immune. Ita, licet in alijs syllabis & verbis, eodem tũ significati onis recidit illud, Ipse dixit, quòd nostrũ hoc Crede: quãlibet id fugillare atq; insectari non desinatis. Hoc enim sermone id intelligimus, nõ licere ijs, quæ ab homini bus diuino Spiritu afflatis dicta sunt, fidẽ abrogare: verùm pro sermonis & doctrinę confirmatione illorũ authoritatem esse, omni rationali ac disputatrice & contradictoria facultate validiorem. Sed sit hoc sanè eiusmodi, vt calumniæ atq; obtrectationi pateat. Illud aũt quo tandem modo, pbabis, sermones ad te pertinere? Quòd si tuos quoq; esse ostendes, quo modo nos eorum minimè participes, iuxta legem tuam stolidum q; interdictum?[99] Cuius em Græcismi sermones sunt, quo modo dicti atq; intellecti? Libet em, quãdo te ambigua vocis significatione libenter ludere video, nominisvim distinguere, atq; ea, q̃ vel vna appellatione diuersa significant, vel diuersis eadem, vel diuersis diuersa. Aut enim religionis esse dices, aut vtiq; gentis, & eorum qui vim linguæ primi inuenerunt. Si religionis, ostende quonam loco, & apud quos sacerdotes Græcari lege præscriptum sit, quemadmodum & certas victimas immolare, & certis dæmonibus. Neq; enim omnibus easdem, neq; vni omnes, neq; eodem modo, quemadmodum vestris hierophantis placet, sacrificiorumq; pertractatorib[9]. Vbinam autem,[100] sicut Lindijs Herculem diris deuouere pium habeẽ, ac Deum illum non alio, quàm conuiciorum & maledictorum honore afficere,[101] sicut etiam Tauris hospites necare,[102] aut Laconibus ad Dianæ aram virgis lacerari, aut Phrygibus castrari, tibiarum suauitate demulsis, atque in saltitione euiratis, aut alijs[103] pueros adamare,[104] aut alijs scortari, aut, ne singula percenseam, omnia quæ in alijs mysterijs peragi solent: sic etiam græcari deorum aut dęmonum cuiuspiam proprium atq; selectum est? Quanquam, vt hoc etiam ita se haberet, nondum tamen hinc perspicuè hoc gentilitium esse constaret, si id quod cõmune est, cuipiam deorum aut dæmonum vestrorum priuatim attributum esset: quemadmodum pleraq; etiã alia quæ communia sunt, mactare legibus sancitum est. Quòd si hoc non dices, verùm linguam hanc tanquam vestram vendicabis: atq; idcirco nos ab ea quasi à paterna hæreditate nihilq; ad nos pertinente procul submouebis: primùm non video, qua

Pyth. discipuli.

Vtriusq; Testamenti authoritas omni ratione superior

Iul. ludebat in nõis ambiguitate.

Lindij Herculem diris deuouebãt.

Tauri. Lacones. Phryges.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratione id facere possis aut quo modo hoc ad dæmones referre queas. Non enim si eosdem & lingua & religione Græcari contigit, protinus sermones quoque religionis esse consequetur eaque de causa ab ea iure depellemur. Nam ne hoc quidem ita colligi posse censent, qui apud vos de arte disserendi scripserunt: Nō enim si duo circa idem versantur, statim quoq; hæc duo inter se eadem sunt: alioqui eadem ratione si aurificem eundem & pictorem fingeremus, auri fusio in picturam, aut pictura in auri fusionem recideret. Quæ profecto nimium friuola & inepta sunt. Ad hæc sci scitabor ex te, ô Græcismi & sermonum amās, ab omnine Græcismo nos arcebis, hoc est, à permulgatis his herbis & abiectis atque in multitudinis vsu positis, an ab elegantiore duntaxat & sublimiore, vtpote ad quem nemo nisi excellēti doctrina præditus aspirare queat? Si à posteriori hoc Græcismi genere, quæ tandem hæc parti-
tio inest, vt hæc verba[105] σμηρδαλέον, κοναβίζειν,[106] μῶν, δάκτυλον, ἄττα, ἀμυγδάλινα, solius linguæ sint, reliqua autem[107] in Cynosarges, vt olim spurij, relegentur? Si autem viles etiam dictiones & inornatæ atque inelegātes æquè Græcismi sunt: quin has quoque nobis extorquetis, atque ab omnibus in vniuersum Græcis vocibus, quęcunque tandē illæ & qualescunque sint? hoc enim humanius scilicet esset, planeque inscitiæ vestræ & insulsitatis. Etenim, vt de his rebus altiùs absolutiusq; tecum agam, sic se res habet.[108] Si quædam etiam diuinæ voces sunt, vocalibus organis exeuntes ac per aërem fusę, auribusque influentes, vocibus nostris præstantiores (rideo enim hominum grauiū, quales haberi vultis, hæc verba, Moly & Xanthum & Chalcidem) quæ per nudas cogitationes & formas atque impressiones commercium inter se habent, haudquaquam nostrum est pronunciare. Quod autem ad nos attinet, ita se, vt dictu rus sum, res habet. Nam nec vox tantummodò eorum est, qui eam inuenerunt, sed omnium qui eius sunt participes: nec ars vlla, aut vitæ studium atque institutum quodcunque cogitare volueris. Quin potius, quemadmodum in concentu artificioso & musico, alia quidem fides alium sonū edit, prout videlicet vel contenditur vel remittitur, cæterùm omnia vnius eiusdē que sunt concinnatoris & artificis, atque ad vnam quandam concentus elegantiam referuntur: ad eundē modum in his quoque rebus, licet artifex illud atque opifex Verbum alium alius cuiusquam instituti vel artis inuentorem elegerit: omnia tamē quibuslibet in medium proposuit communicatione nimirum & benignitate vitam nostram constringens, mansuetiorem que efficiēs. Quid ais? tuum est Græcari? quid? nónne Phœnicum sunt literæ, aut, vt nonnullis placet, Aegyptiorum, vel eorum etiam, qui hos sapientia antecellunt, nimirum Hebræorum, qui tabulis diuinitus exsculptis legem à Deo inscriptam esse persuasum habent? Tuum Atticè loqui calculis autem ludere, & numerare, & digitis suppurare, mēsuræ itē & pōdera, atq; ante hæc etiā ordinum institutio & res militaris, quorum sunt? nónne Eubœorum si modò Eubœus erat Palamedes ille multarum rerum inuentor, ob eamq; causam inuidia impetit⁹, atq; adeò in iudicium ob sapientiā vocatus sententiaq; eorum, q aduersus Troiā expeditionē susceperāt, morte mulctatus. Quid igitur? Si Aegyptii & Phœnices & Hebræi, quibus ad eruditionē nostrā vtimur, si Eubœæ insulæ inhabitatores hæc tanq̄ sua, iuxta id q^d^ pro fundamento posuisti, vendicarint, quid faciem⁹, aut quid tandem cum ipsis disceptabimus? ac proferemus, lēgibus proprijs capti atq; constricti? Nónne omninò his rebus spolia ri necesse erit, nobisq; idem quod[111] Graculo accidet, vt alienis plumis detractis nudi & turpes appareamus? Tua sunt poemata: quid? annon illius auiculæ potiùs, quæ humero concussa à quodam incitatiùs exaduerso ptereunte (sic enim narrant) ac deinde conuicijs eum insectans, impetus vehementia carmen effudit: q^d^ cùm iuueni arrisisset, modisq; ac numeris accuratiùs deuinxisset, egregiam hanc tuā & admirabilem poesin creauit? Quid alia enumerem? Quòd si armorum gloria insolescis, à quibus tandē arma habes, vir fortissime? nónne à Cyclopibus, à quibus ars ferraria profecta est? Quòd si magnum, immò rerum omnium maximum, tibi purpura videt, ex qua tu sapiens exis tis, atq; huiusmodi legum promulgator. Quid? annon eam Tyrijs abijcies, à quibus pastoralis ille canis prodijt, qui exesa cōcha, labijsq; cruore perfusis,[112] pastori florē indicauit, ac eos vobis Imperatorib. luctuosum illum improbis pannum superbumq; porrexit? Ii verò quid dicturi sum⁹, si à nauium quoq; extructione[113] Athenienses nos arceant, Cereres & Triptolemos & dracones cōmemorantes, ac ptereā Celeos & Icarios totamq; huiusmodi cōfictionem, quæ etiam vobis res ista turpi & obscœno mysterio nocte csi celebrandas dedit? Atq; vt alijs nè digno celebrandas dedit? Atq; vt alijs ptermisis ad ipsum væcordiæ tuæ & impietatis caput ascendā, hoc ipsum initiari atque initiare, & deos colere, vnde ad te p^manauit?[114] nónne à Thracibus, vt ipsum quoq;

quoq; nomen ostendit? Sacrificare autem nónne à Chaldæis siue Cyprijs? Quid?[115] nónne Astronomiā à Babylonijs, vt Geometriam ab Aegyptijs? nónne Magiam à Perſis? nónne eam diuinationē, quæ in somniorum coniectione atq; interpretatione versatur,[116] à Telmesensibus? nónne augurandi disciplinam à Phrygibus, qui primi auium volatum ac motum curiosius obseruarūt? Ac ne sim prolixior, vnde singula habes? nónne vnum ex singulis? quibus simul coniunctis superstitionis omnibus mysterium conflatum est?[117] Quid igitur an fateberis, omnibus rebus ad primos auctores & inuētores recedentibus, te nihil habere, quod tuum sit, præter vitium, atq; hanc circa diuinum cultum nouationem? Primus enim Christianorum aduersus Dominum rebellionem, quemadmodum[118] Scytharum serui aduersus heros suos fecisse dicuntur, excogitasti[119]. Valdè verò mirabile atq; præclarum id fuisset, si sceleratum hunc, iuxta leges tuas & regulas, ordinem cœtumq; sustulisses: vt, quemadmodum inquiebas, negotiorum molestijs liberaremur, prorsusq; in antiqua felicitate Romanum imperium cernere liceret, omni ciuili & domestico dissidio solutū, q^d^ quidem externo bello multò horribilius est & execrabilius, nō secus ac proprias carnes commordere atq; absumere detestabilius est, quàm alienas. Quòd si hæc vobis fraudis ac versutiæ esse videntur, lenitate & placiditate tectæ & ab imperatoria magnificentia procul remotæ: age, his adhuc callidiora & versutiora proferemus. Nam cum doctrinam nostram dogmatibus qui dem, & supernis testimonijs magnam esse perspiceret, eandemq; veterem & nouam, veterem vaticinijs ac sublucentibus diuinatis monitionibus, nouam posteriori Dei aduentu ac præsentia, ijsque miraculis, quę tum ex ea, tum circa eam designata sunt: eorum maiorem atq; insigniorem ob eas Ecclesiæ figuras, quas traditione acceptas in hunc vsq; diē seruauimus: vt ne hoc quidem ipsius malitiæ expers maneret, quid comminiscitur? quid facit? Rapsacē illum Assyrium imitatur, qui pro Senacherib Assyriorum rege bellum administrabat. Nā cùm ille in Iudæam cum exercitu prosectus maximis copijs & viribus Hierosolymam circunsessam teneret, vrbemq; infesta obsidione cingeret, nec vi atq; armis eam expugnari posse, nec sibi quicq rerum verbicarum per ꝓditores patere vidisset, leuibus verbis eademq; lingua pronunciatis oppidanos pellicere atque ad se pertrahere conabatur. Quod cùm obsessi intellexissent, hoc primùm deprecati esse dicuntur, iubentes eum Syriaca lingua non Hebraica ad se verba facere: ne fortè orationis suauitate in seruitutē furtim inducerentur.[120] Idē igitur hic quoq; cogitās scholas in omnibus ciuitatibus extruere parabat, & sacraria sedesq; partim altiores, partim depressiores, prophanorum etiam dogmatū lectiones & explicationes instituere, tam quæ mores componerent, quàm quæ in rerum abstrusiorum tractatione versarentur:[121] precationum alternatim canendarum formam, & rationis, qua in eos qui peccarent, ꝓ delicti modo animaduerteretur, atque oia, quæ nostræ planè disciplinæ sunt. Constituebat etiā diuersoria ædificare, ac domos excipiēdis hospitibus dicatas, necnon monasteria, & virginum cœnobia, simulq; humanitatem erga pauperes benesicentiamq; adiungere, cùm cæteram, tum eam quæ in epistolaribus tesseris consistit, quibus eos, qui inopia premuntur, ex gentead gentem transmittimus: quę videlicet in nostris rebus vel in primis suspexerat. Atq; hęc quidem in animo habebat nouus iste dogmatum author & sophista. Quod autem illius conatus inanis & imperfectus fuerit, minimeq; in opus prodierit, consti tuere nequeo,[122] idne nobis lucro atq; vtilitati deputandum sit, quippe qui & illo & illius scelerib⁹ citiùs desuncti fuerimus: an verò illi, cuius consilium non vltra vanam animi cōceptionem progressum est: Liquidò enim patuisset, quinā hominum motus, & quænam simiarum imitationes sint. Nam hæ quoque humanas quasdam illecebras vafrè propositas æmulari dicuntur: cæterùm his quoq; ipsis produntur & coarguuntur, quòd sapientiam nostram atq; solertiam imitatio assequi non possit.[123] Neq; enim magis equa Thessalonica, & mulier Lacæna, & viri Arethusæ aquam bibentes, hoc est, Siculi, oraculi responso de ipsis edito principem inter eos, qui eiusdem generis sunt, laudem habent: quàm huiusmodi ritus & præscriptiones ac cæremoniæ Christianis bellissimè congruunt: talesque sunt, vt nullus eorum, qui vestigijs nostris insistere cupiunt, eas æmulari possit, quandoquidem non tam humanis ingenijs atque inuentionibus, quàm vi diuina temporisq; firmitate vigorem obtinuerunt. Nec verò quicquam commodius fuerit, quàm egregiam hanc eorum fictionem vel potius transfictionē, quasi in proscenio spectare, atque cognoscere, tum quę ipsorum in docendo ratio, tum quis coitionum finis extitisset: vt, quod[124] de ciui tate illa in verbis sita Plato dicit, motu incitatam eorum inuentionem aspiciamus. Nam cùm tota philosophia in partes duas, *uisa.*

Dialectices vsu.

Verba antiquata.

Cynosarg.

Diuinæ voces irridet.

Vox omniū est, qui eius sunt participes. Simil.

Ioan. Rapsacæ collatio.

Preces alternatim cantatæ.

Iul. Christianos in morib. vulgi imitari.

Iul. Chrisostomi imitatores.

Philosophia à paganis duas diuisa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est,in contemplationem & actionem diuisa sitquarum altera vt sublimior, ita perceptu difficilior, altera humilior illa quidem atque abiectior, cæterùm fructuosior:apud nos vtraque alterius ope atque adiumento floret. Vt enim speculationé ad cœlestium rerum studium comité asciscimus:ita vicissim actionem pro speculationis fundamento habemus. Neque enim fieri potest,vt sapientiæ sint participes, qui vitam non sapienter instituerint. Apud illos autem haud scio, vtra res magis ridicula atque infirma videbitur, vt qui à numinis afflatu coagmentationis compactionisque vim & facultatem non habeant,radicibus illis non absimiles,quę quòd nulli rei solidæ innitantur, aquis ve huntur,Ergo[125] in Beatam eorũ iaciamus (vt nonnihil ipsi quoque ludentibus illis & fabulantibus,quemadmodum in plerisque fabularum actibus fieri solet, colluda mus:atque ad illud Scripturæ,quo gaudere cum gaudentibus,& flere cum flentibus admonemur,hoc quoque accedat, vt cum nugantibus nugari atque ineptire sustinea mus. Nam & poëtæ[126] risum in lachrymis nonnunquam agnoscunt. Sit igitur theatrum paratum. Nam quo alio nomine templum suum vocari iubeant,nescio. Præcones clament:populus confluat: sublimioribus locis sedeant, vel qui ætate & canicie eximiæque functionis dignitate præcellũt vel qui generis splendore & gloria conspicui sunt,ac sapientia humi texta, plusque voluptatis habẽt,quàm veræ pietatis. Hoc enim propter eos faciemus,quid deinde agent? Ipsi suos antistites describant:purpura eos ornabit,& vittæ,& floridæ atque egregiæ coronæ: quandoquidem plerisque

In Beatam iacere prouerb. Rom.12.

Theatrum Ethnicorũ templum.

Quod commune est,in contemptũ venit.

Iuppiterò diuûm rex maxime,stercore tecte,

Siue ouium,siue equorum,siue mularum, vt videlicet hinc vis dei vitalis & fœcunda declaretur:neq; enim aliter poterat. Quin alia quoq; huiusmodi grandiloquentia vtatur,

Hæc vbi fata dea est,coxam detexit vtramque,

vt mysterijs suis amasios suos initiaret, quemadmodum nunc quoque gestibus ac signis initiat. Ad hæc omnia[131] Phanes accedat &[132] Ericapæus,& is[133] qui omnes alios deos deuorat,ac,postea egerit,vt deorum atque hominum pater efficiatur. Hęc præclaris & eximijs diuinitatis auditoribus adijciantur,[134] posteaque his allegoriç & prodigiosæ vanitatis plenæ interpretationes excogitentur,atque à propositis rebus aberrant oratio in speculationis barathra & præcipitia feratur,nihil stabile ac solidum habẽtis. At verò Homerum, quotandem loco pones,magnum illum deorũ[135] comœdiographum dicã an tragœdiographum? vtrumq; enim inmirificis illius versib. reperies,atq; alia tristia & calamitosa,alia risu digna. Neq; enim ꝓfectò leuissil ludi curæ est, videre[136] quẽadmodum Oceanus Iunonis opera,meretricii ornatę atque instructæ,in gratiam cum Thetide reuertatur:quandoquidẽ rerum vniuersitati periculum imminebat,ipsis aliquanti sper à re vxoria abstinẽtibus:siue his verbis hoc intelligas,naturã siccam cum humida in concordiã reduci oportere,ne alterutris redundãtia mundus prurbetur. Sed ue aliud quiddã his absurdi ꝓ cõmissi ma lis. Iã quis admirãdus hic Iouis illi[137] nuptias, bium cõgregatoris & honestæ ac venerãdæ

Phanes. Ericapæus. Saturnus.

Homerus irridetur.

Iunonis congressus: quando ei persuadet vt medio die indecorè atq; obscœnè eam amplexetur: vt vt poëtæ carminibus suis ipsi assententur,locum roscidum substernentes,& crocum atque hyacinthum è terra producentes? vnde hæc,& quæ horum est ratio? Quo modo etiam vestra Iuno, illa magni iouis soror & coniunx, illa vlnarum candore, roseisque digitis insignis, [138] nunc in æthere & nubibus pendet, ferreisque incudibus deprimitur, aureisque manicis vincitur:adeò vt ne dijs quidẽ veniam ei à Ioue impetrare contendentibus, periculi expers huiusmodi misericordia esset:nunc aût vniuersum [139] amorum cestum assumit, lasciuoq; ornatu Iouẽ ita allicit,vt oẽs ipse quoq;suos oĩum[140] mulierum amores hoc vno multis partibus inferiores esse cõfiteat? Quis ꝓtereà hic pauor, ne dijs[141] pro Lacæno scorto concitatis cœloque intonante,terræ sedibus suis'euulsa perrumpatur,& mare inuertatur, & Orci regia patescat,atque ea quę diuturno tẽpore contecta fuerant,in apertum veniãt? Quis porrò ille[142] nigrorum supercilioru nutus,& diuinorum crinium commotio, Olympum totum concutiens? Quis etiam [143] Mars ille vulneratus,[144] aut æneo dolio conclusus? ille inquam aureæ Veneris illepidus amator,[145] improuidusq; adulter,atque à loripede VVlcano retẽtus,deorumque theatrum ob turpitudinem suam & obscœnitatem colligens,paucisque nũmis dimissus? Hæc omnia atque his plura ita eruditè & variè composita,atque à consuetudine prorsus abhorrentia, quis apud vos adeò magnus & excelsus,[146] ac verè Ioui consilio par,vt sublimissimæ cuiusdam nubibusq; altioris speculationis, nostræq; intelligentiæ modulos captumque superãtis rationibus ea decorare atque honestare possit? Atqui si hæc vera sunt,quid erubescunt? quin potius gloriantur,aut ea turpitudine carere probant? Quid enim necesse est eos ad fabulam tanquam ad infamiæ atque obscœnitatis integumentum perfugere? Neque enim præsidentium,sed cedentium fugientiumque est fabula. Si autem fas,primum nudos Theologos nobis ostendant, vt cum his disputationem ineamus: deinde dicant,an non stultum sit, quibus vt ficțis & fabulosis erubescunt, ijsdem vt firmis sese venditare, & quæ multitudini obscura,atq; incognita esse potuissent (nõ enim omniũ est eruditio) hæc tam figmentis quàm figuris ob omnium oculos ponere,quodque grauissimum est,non sine maximo pecuniarum detrimẽto in templis, aris,statuis,donarijs,multorumque numorum sacrificijs:cumque citra rei famili

Apud nos abstrusi qui dam seruo nes, at non indecori & turpes, vt Ethnicorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que remotus: prius vt oĩa inter se copulare quis possit, atque ea, quę longo interuallo disiuncta sunt, in vnum adducere, quâ vt hæc componat atque conciliet eiusdem que viri esse affirmet, figmenta nimirum & eorum inuolucra. Quid autem dixeris de ea ipsorum disciplinæ parte, quæ circa mores versatur? Vnde & à quibus principiis ordientes, quibusque rationibus vtẽtes ad virtutem eos informare, consilijsque suis & hortationibus præstantissimos efficere poterunt? Verbi gratia, Optima res est concordia, optimum animorum consensu inter se ciuitates, & populos, & familias, & singulos homines iungi, legem videlicet ordinemque naturę sequentes quæ omnia distinxit simul atque constrinxit, ac totam hanc rerum molem, mũdum vnum ex pluribus rebus effecit. Quibus autẽ exemplis hoc illi docebunt? An deorum bella commemorantes, & discidia & rebelliones, malorumque multitudinem, quæ priuatim ipsi publiceque partim alijs insẽ runt, partim ab alijs perpetiuntur: quibus oẽs fere historiæ & poemata plena sunt? Citius profectò ex pacatis bellaces, & ex sapientibus excordes & phanaticos, quàm cõtrà ex audacibus & stolidis moderatos atque prudentes huiusmodi exemplis effecerint. Etenim quos remotis etiã vitiorum illecebris à malo auertere, atque à deteriori parte ad melioré traducere difficile est: quis tandem his persuaserit, vt placidi & moderati sint,[150] cùm deos perturbationum duces & patronos habeãt? vbi vitium non modò non turpe sed honorificum etiam existimatur([151] vtpote deorum aliquẽ prætendens, cuius ista perturbatio sit) atque aris & sacrificijs ornatur, legitimamque libertatem nactum est. Hoc enim omnium indignissimum est, ꝙ quæ legibus vindicantur, ea illi vt diuina venerantur. Tanta est apud ipsos iniustitiæ vbertas. Secundò ipsis parentum honor & reuerentia proponatur, illudque, eos à quibus primã viuendi causam accepimus, statim post primam colendos & venerandos esse. hoc & ratio doceat, & Theologia persuadeat. Quidni autem persuaserit [152] Saturnus, Cælo genitales partes amputans, vt ad deorum procreationem sit sterilis,[153] detque hoc fluctibus, vt deum spumæ fœtum cõficiant & [154] Iupiter aduersus Saturnum paterna imitatione insurgens, dulcis inquã ille lapis & sæuus tyrannicida, aut si quid aliud huiusmodi ad parentum honorem voluminibus eorum continetur. Tertium ipsis sit pecunias despicere atque aspernari, nec vndecunq; lucrum captandum esse nec facultatibus iniusta ratione q̃rendis ca

Nunc moralem disciplinam exagitat. Concordia optima.

Multũ ad docendum valent exempla. quæ à dijs sumi nõ possunt.

Dij perturbãt. duces.

Ethnicorũ insania.

Honor parentum.

Saturnus.

Iupiter aduersus Saturnũ patrem insurgens.

lamitatis arrabonem accipere. Quómodo igitur [155] Lucifer ipsis Mercurius constituetur,[156] & Marsupium proferetur, & sub Latrax dei vis atque facultas honorabitur, illudque etiam,[157] Sine ęre Phœbum nequa quam vaticinari, nec obolo quicquam esse præstantius? Hæ enim graues sunt eorum ac venerandæ sententiæ. Quid præterea? Temperantiam doceant, continentiã suadeant: in propinquo est, qui persuadeat, Iupiter nimirum propter mulierum amoré [158] in quamuis formam sese immutans, & Phrygibus adolescentulis amatrix aquilæ factus, vt dij Iouis cinædis pocillatoribus quàm suauissimè comparentur ac Triceperus ille Hercules in quinquaginta Thestij filiabus vna nocte constuprandis elaborans,[159] ac decimum tertium hoc certamen conficiens, quod haud scio quare in certaminũ ipsius numero prætermissum. [160] Iram Mars reprimat, temulentiam Bacchus, [161] hospitum odium Diana, [162] fraudem obliquus Apollo eorum vates, risus petulantiam deus ille mouentibus alijs dijs [163] claudicans, rarisque & infirmis tibijs innitens, ingluuiẽ Iupiter pio ille guis conuiuij causa simul cum reliquis de conmonibus [164] irreprehensos ad Aethiopes currens, Hercules etiam, [165] qui agricolæ vim attulit, & bouem aratorem deuorauit atque ex eo facinore nomen accepit: dij denique omnes, ad nidores & libamina summa festinatione properantes. An verò hęc ad nostram religionem & doctrinam accedunt, apud quos lex & norma amicitiæ quisque ipse est, atque eadem proximis vel le, quæ & sibi ipsis:[166] crimen autem, non modò malum esse sed etiam à malo pãrũ abfuisse, nimirum appetitione quoq; ipsa non minus ferè vindicata quàm actione apud quos adeò studiosè temperantia colitur, vt oculus quoque frenetur & restringatur, & manus sanguinaria adeò longinquã arcetur, vt ira etiam ipsa coerceatur: pertinarium autem adeò atrox & nefarium esse tur, vt iusiurandum quoque ipsum nobis solis interdictum sit? Iam verò pecuniæ multis quidem nullæ vnquam fuerunt: multi rursus hoc vno nomine liberter multa habebant, vt multa contemnerent, extremam paupertatem instar omnium opum amplectentes. Ventris porrò voluptatem crassis & terrenis hominibus non secus atque acerbam quandam & despicabilem dominam, malorumque omnium parentem abijcientes, ita corpus premunt & extenuant, vt penè eos carnis quoque omnis expertes esse dicam, immortali partem mortalem exhaurientes. Adhæc virtutis ipsis lex vna est, ne leuissimis quidem vitijs atq; ab omnibus neglectis cedere. Nihil enim præclarius ac præstantius, q̃ quòd, alijs scelerum fines iuxta leges vindicantibus, nos principia quoque ipsa punimus, ac velut perniciosum quoddam ac violẽtum profluuium multò antè coercemus. Vbinam autem, quæso, & apud quos hoies sancitum est, vt qui conuitijs p̃scinduntur, benedicta referant, qui maledictis incessuntur, obsecrent, (q̃, non tam obiectum crimen nos lædat, q̃ veritas) qui persecutionibus opprimuntur, sustineant, qui vestibus spoliãtur, insuper se exuant, q̃ diris omnibus deuouentur, pro deuouentibus precentur, atq;, vt vno verbo dicam, audaciam benignitate vincant, eosq;, à quib⁹ iniustè vexantur, patientia sua meliores efficiant? Atq; vt hoc demus, eos fucatis suis personatisq; cõsilijs atq; præceptis vitium

reprimere, quo tandem modo ad virtutis eruditionisq; nostræ gradum puenerint, qui non altiores in dies ad virtutem progressus facere, nec vetustate posita iuuenescere, sed eodem statu manere pro vitio ducimus? Ita enim nobis idem quod trochis accideret, quos in orbem volui, nõ progredi videmus, atq; immotè, vt sic loquar, scuticæ violentia versari. Quocirca nos ita cõstitutam habere virę rationem oportet, vt virtutes partim iam impleuerim⁹, partim in eas toto pectore incumbam⁹, partim cupidè appetamus, quousq; ad finem tãdem & deificationem illam peruentum fuerit, ob quam creati sumus, & ad quam propera m⁹, si modò aïo excelso atq; humana trãsgrediente sumus, nonnihilque Dei magnificentia dignum speramus.

Simil. à trochio.

Christianos in bono proficere semper oportet

SCHOLIA. IN PRAECEDENTEM ORATIONEM.

1. *Mentem illam magnam*) Esa. 10. cap. vbi habet vulgata translatio, In Hierusalem visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur &c. iuxta 70. interp. legitur, Et inducam super eos mentem magnã, principem Assyriorum. Interpres Origenis, quisquis ille est, Hom. 24. in Iesum filium Naue vertit Sensum magnum.

2. *Constantij magni anima*) Ex codice enim Regina, atq; etiam ex Eusebio & Nicephoro hunc locum restituo, ac pro Constantino Constantium lego. Neque enim Constantinus de augenda Iuliani fortuna, eoq; ad Cæsaris dignitatem prouehendo vllã cogitauit, quippe qui tribus filijs relictis vitam cum morte commutarit, Iuliano vix tertium ætatis annum agente.

3. *Confutationes extimescebat*) Iulianus Christianis lege interdixit studijs bonarum artium, τοὺς μὲν φυσικοὺς (ἀπεκώλυσεν τῶν γεωπονικῶν ζῴων πρὸς τοὺς Λιβυκικοὺς τῶν ἑλλήνων ἀπαντῶσι). Ne, inquit, linguã acuentes Gentilium dialecticis prompte disputando occurant. τοῦτο οἰκεῖον γάρ (vt est apud Theod. in hist. tripart. li. 6. cap. 17.) πλησίον γὰρ παροιμίαν ἔκκλινόν σε λιμὸς καὶ τῶν ἀμυντήρων συγγραμμάτων καθοπλίζωμαι δὲ καθ' ἡμῶν ἀναλίσκειν πόνον. Propriis enim inquit, armis, vt duci solet, impetimur. Ex nostris etenim libris armati nobis bellum inferunt. Recte itaq; veteratorium hoc Iuliani edictum Gregorius perspicuum argumentum esse ait imbecillitatis doctrinæ ac religionis Ethnicorum. Ita enim se gerere, non est Deos defendere, sed veritatis testificationem timere, vt grauissimè loquitur Arnobius lib. 1. aduersus Gent.

4. *Atq; vtinam ille*) Tria hîc hominum genera notat, primum hæreticorum, alterum eorum qui coorta tẽtatione statim manus dederunt, fidemq; abiurarunt, postremum eorum qui vltrò nec vllo impiorum imperio perterrefacti ad Gentilium Idolomaniam sese contulerunt, Christiq; cultores oppugnarunt. Eleganter itaque eos ἐκ πλαγίου πανηγυρὶ vocat, quod nos pari elegantia dicimus, de gayeté de cœur.

5. *Quis dixit mari.*) Per mare Iulianum intelligit: per fluctus autem furiosos, illius in Christianam religionẽ assultus atq; impetus: quos etiam quamprimum debilitatos fractosq; fuisse ait. Vnde Hieronymus explicãs illud Habac. 3. cap. Dimisisti in stupore capita potentium (sic enim vertêrunt. 70. interpretes) hoc est, inquit, in stupore credentium: vel in stupore cunctarum nationum, quæ eos non putabant tam citò posse concidere. Subiungit q̃; hæc verba de Apostata Iuliano. Dum adhuc essem puer, & in grammatica ludo exercerer, omnerq; vrbes victimarum sanguine polluerentur, ac subitò in ipso persecutionis ardore Iuliani nuntiatus esset interitus, eleganter vnus de Ethnicis: Quomodo, inquit, Christiani dicunt Deum suum esse patientem & ἀνεξίκακον? Nihil iracundius, nihil hoc furore præsentius: ne modico quidem spatio indignationem suam differre potuit. Hoc ille ludens dixerit: cæterùm Ecclesia Christi cum exultatione cantauit, Dimisisti capita potentium in stupore.

6. *Ac numeri viribus.*) In manuscripto enim codice est, ἀριθμὸς, non vt in Heruagiano, ἑνδεκὰς Septenarium autem intelligit, de quo fusissimè tractat Nicetas in Comment. in Orat. de Pentec. Atq; August. cap. 3. epist. 119. ad Ianuarium, dicit Septenarium numerum in scriptura solere ad perfectionem quandam mysticam apparere.

7. *Quæ imperij sui auspicijs.*) Dalmatij eadem intelligit qui à militibus interemptus est, Constantio fratre

Universidad de Deusto
Biblioteca

conniuente. Vide Socratem cap. 3. lib. 1.

8. Christianorumq; bona valetudo) Quod Hippocrat. lib. 1. Aphorismorum ait, corporum valetudinem ad summum bonitatis peruectam, periculosam esse: hoc eleganter ad Christianorum prosperitatem Theologus accommodat, quæ pietatem ipsorum animorumq; vigorem debilitauit atq; infregit: vt illud de Romanis olim dictum optimè in eos quadret, Melius ipsis negocium quàm ocium committi. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.

9. Quasi inferiorem doctrinam exercet.) Ἧττον λόγου γυμνάζειν, est deteriorē causam exercitationis causa defendendā suscipere: vt cùm Synesius caluitium laudat, Phauorinus febrim quartanam, Glauco apud Platonem iniustitiam, Psellus pulicem, Lucianus muscam. Ita Cicero cum ei crimini daretur, quòd Vatinium laudibus extulisset, respondit se hoc ea ratione fecisse vt in mala materia dicendi facultatem exerceret. Aristophanes in Nebulis inter alia hoc Socrati obijcit, quòd doceret ἧττω λόγον μείζονα ποιεῖν, inferiorē causam superiorē facere. Τζetzes historia 383. Ἧττων λόγος καὶ κρείττων ὁ πρὸ δεδιυσίρων φιλίας δι' ἃ ψευδῆ μὲν ἀλλὰ δόξαν, ἧττων λόγος, inquit, est infirmior ac deterior oratio. Plerunq; etiam falsa & commentitia.

10. Non iam omninò poterat Iulianus) Τὸν ἀνεγκλητον λόγον ἐν ἑαυτῷ μόνῳ φιλοσοφεῖν. Vbi verbum φιλοσοφεῖν in malam partem accipitur pro occultare ac premere. De hoc verbo plura pag. 29. sch. 10.

11. Quæ enim interea) Eadem Galli intelligit, qui quòd Constantio in affectati imperij suspicionem venisset eius iussu interfectus est. Socr. lib. 2. cap. 34.

12. Neq; enim quisquam) Eandem laudem historici omnes vno ore Constantio tribuunt, excepto vno Ponponio Læto, qui Christianissimo principi Hellenismi notam inurere non dubitauit. Sic enim in Rom. historiarum compendio scribit, Prope finem vitæ se palàm accusare solebat, quòd occisor suorum fuisset, quòd Iulianum Cæsarem fecisset, & quòd in noua credulitate numinum esset. O impudens mendacium, aut insignem certè errorem. Quis vnquam Christianam doctrinam arctiùs complexus est, ardentiùs amauit, latiùs propagauit? Quis falsam religionem magis execratus est? Pari fide in eodem compendio ita nobis Iulianum describit, quasi de optimo quodam principe ac non de impio fidei desertore & tetterrima Christianismi pestе verba faciat, Am. Marcellinum scilicet Græcæ superstitionis cultorem sequi mallens, qui tot clarissimos scriptores eius vitam literis mandarunt. Existimari fortasse posset eum id, quod de Constantio scribit temere ex Nazianzeno collegisse, qui in Oratione de Athanasio tria hæc fuisse testatur, quæ Constantij animum sub vitæ finem malè habuerint, τὸ τῶν γλυκέων φόνον, καὶ πᾶν ἀνάξιον τῶν ἀποστόλων, καὶ πᾶν καινοτόμημα τῆς πίστεως. Quasi verò in loco καινοτόμημα τῆς πίστεως idem sit quod ἀποστασία & Gentilismi professio, ac non potius innouatio quædam in fide orthodoxa, & receptorum in Ecclesia dogmatum euulsio quædam & labefactatio. Sed ida ea hominis cõ ἧττον non potest, qui Græcam linguam nunq; attingere ausus est, ne qua peregrinitas Latinam contaminaret, vt scribit Io. Lod. Viues lib. 2. de Veritate fidei Christianæ, titulo de Veteri Testamento: quem quisquis legerit, minimè mihi vitio verterit, si aliquanto acerbius Pomponium lenissimum hominem perstrinxerim.

13. Superato Poro) Quo modo Alexander Porum vicerit, eiq; regnum restituerit, vide Plutarchum in Vita Alexandri, & Qu. Curtium, & Iustin. lib. 12.

14. Qui ciuitates etiam) Perstringit Platonem, cum sua fictitia ciuitate, de qua videre est eius Dialogos de Rep. Quin etiam hoc notè malè audijt, quòd relictis Athenis ad Dionysium tyrannum se contulisset, quemadmodum & quidam alij, qui tamet si superciliorum contractione grauitatis laudem aucupabantur, pecuniarum tamē siti flagrabant. Quòd autem ad Deos attinet, Nicanor Cyprius, Diagoras, Hippon Melius, & Theodorus Cyrenæus (teste Clemente Alex. In Adhort ad Gent.) & Euemerus Tegadates apud Plutarchum ex prorsus sustulerunt. Democritus aūt, & qui eum secutus est, Epicurus, eos à rerū humanarum procuratione remouerunt. Alij fatali quadam necessitate omnia fieri docuerunt, Epicurum porrò summum bonum in voluptate constituisse notissimum est.

15. Rerum humanarum cura) Theodoritus lib. 1. de Prouidentia Gentilium errores recensens inter cæteros ait. Quidam ne deum quidem vllo modo esse dixerunt. Nonnulli esse quidem, cæterùm nullius omninò rei curam tangi. Alij non quidem omninò prouidentiam sustulerunt, sed nimis parcam illam & angustam constituerunt, Lunæ illam finibus circumscribentes, reliquas aūt orbis partes fortunæ temeritati ac casui cuidā necessitati subijcientes. Aduersus quos totā decem libris dimicat Theodoritus. Huius sectæ mentionem facit Gregorius noster Orat. de Pauperum amore: eiusq; erroris insimulare videtur Aristotelem in disputatione aduersus Eunomianos. Illic enim eum hoc nomine notat, quòd μικροψύχου προνοίου. i. nimis parcam prouidentiam constituerit. Quod tamen ex quonam Aristotelis loco collegerit diuinare nequeo. contrariū enim pleriq; locis affirmat.

16. Ob propinquitatem magis) Vulgus enim ea dogmata libentiùs cõplectitur in qua cupidiùs fertur. Hinc factum est, vt Epicurus, qui primas felicitatis partes voluptati tribuebat, plures sectatores haberet, quàm omnes alij, qui summum bonum in virtute statuebant. Hinc & August. cap. 16. lib. 6. confess. Epicurū accepturum fuisse palmam in animo suo fatetur, nisi credidisset post mortem restare animæ vitam, & præmia meritorum.

Oportere

17. Oportere enim philosophiam) Salsissimè hìc ridet celebratum illud Platonis dictum, quo tum beatas fore Resp. dicebat, cum vel philosophi imperarent, vel qui imperarent, studium omne suum in philosophia ponerent. Hoc igitur exemplo Iuliani falsissimum esse ostendit, qui tametsi mirum philosophiæ studium præse ferret, innumeris tamen calamitatibus omnes imperij partes afflixit.

18. Magnicq; illius nominis) Olim Imperatores, cùm aliquem ad imperij societatem asciscebant, non protinus eum Imperatoris, aut Augusti nomine, & diademate donabant sed Cæsarem vocabant, imperijq; partē administrandam eius fidei committebant. Quales nostris temporibus ferè sunt, quos Romanorum reges appellamus. Vt aūt intelligas quæ inter Augustum & Cæsarem fuerit differentia, ex fine lib. 10. Athanasij de Trinit. colligitur, Cæsarem purpuram quidem cum Augusto communem habuisse, at non item diadema. Terentius Imperator, inquit, si deposuerit diadema à capite suo, Cæsar est & non Imperator. Quòd si deposuerit purpuram, præfectus est iam vir solus.

19. Ab Occidente recedit) Iulianus in Gallijs rem præclarè gesserat, prosperoq; certamine cū Barbaris conflixerat, multis eorum millibus trucidatis: ac propterea à militibus Imperator & Augustus appellatus fuerat. Vide Sozom. lib. 2. cap. vlt. & Eutropium, qui sub eo se in Gallijs meruisse scribit.

20. Futuri præscientia) Hoc idcirco dicit, quia iactabat Iulianus, sibi oraculo diuino Constantij mortē prædictam fuisse, quemadmodum colligere est ex Marcell. lib. 20. vbi his verbis vtitur: Cùm Iulianus apud Viennā quiesceret solitus, hora media noctis imago quædam visa splendidior, hos ei versus heroos modò non vigilanti sperte dixit eadem sæpius replicando, quibus fretus nihil asperum superesse existimabat.

ζεὺς ἄγχι σκοπιὴν πάντ' ἐπίσημα μάλα πλησθεὶς ὑδάτων χύσιν.
παρθενικὰς δὶς κρόνου μοῖραν βασιλεύων ἐπὶ πλείονι θήκατο. βασιλικὸν κονδάντιον ἄρσενα δεῖμα τέρμα φίλον ἔσεται πυγιρὸν καὶ ἐπώλυτον ἔξω.

Quos versu ita vt cunq; vertimus:

Iuppiter ad finem cùm venerit vndisluentis,
Vicenumq; gradum (si partes quinq; rescindas)
Virginis attigerit Saturni inamabile sidus:
Tunc Asia in lata princeps Constantius ęuum
Finiet, atq; leues Erebi migrabit ad vmbras.

21. Persis luculenter) Nam si dæmones ita conijciendi & diuinandi arte valent, vt impij homines nugabantur, quin impendentem Persicam cladem Iuliano prænunciabant?

22. Cum de sua beneficentia.) Vide orationem de laudibus Athanasij.

23. Splendorem & libertatem) Gr. παῤῥησίαν. Alludit autem ad illud Pauli ad Timoth. Hoc enim faciens bonum gradum acquires & multam libertatem quæ est in Christo Iesu.

24. Eodem modo Philo Iudæus lib. aduersus Flaccum, ἀνεφηδόμενοι, inquit, τιμωρίαις ἐχθρῶν διδασκόμενοι περὶ τῶν ἱερῶν νόμων ἐνθρωποπαθῶν. i. Non voluptatem nobis fingimus ex hostis nostri supplicijs, quippe quos sacra leges doceant humano animo esse miserijs; condolere. Sacra autem hac lex habetur Prou. 24. de qua ita loquitur Cyrillus in comment. in Esa. tom. 3. sup. 16. cap. Vtile & necessarium est præceptum illud, Si ceciderit inimicus tuus, propterea ne gaudeas, quia videbit Dominus & non placebit ei, & auertet furorem suum. Non aūt conuenit alienis lætari calamitatibus, neq; ei quod vicino accidit, nostræ voluptatis occasionem ansamq; facere. At si quis forte sit mœrore confectus condolere ei poteris, & ad nostra peccata oculo intento multum reformidare, ne & in nos cadentis ira desæuiat. Hæc ille. Vnde Iob. cap: 30. Si gaudius sum aduersum eius qui oderat me, & exultaui quòd inuenisset eum malum. Subijciunt 70. interpretes ἀλλὰ οὐκ ἐπῆρα ἐπ' αὐτὸν μὲ. λόγῳ στόματός μου. Non recuso, inquit, quin hisce auribus audiam maledictionem meam.

25. Impuro & nefario sanguine.) Ita, inquit prisiinam Christianismi professionē execrari cœpit Iulianus, vt quicquid sanctitatis antè contraxerat, omnibus modis eluere atq; extergere conaretur. Et quemadmodū qui nefario aliquo scelere sese deuinxerunt, cõtractam noxam omni ratione expiare contendunt: sic contrà ipse id omne commercium quod cum pietate habuerat, abrumpere laborabat. Vt itaq; sanctitatē quam ipse baptismus comparaverat, eraderet, nefario victimarum cruore sese commaculat. Rursus ne quid sanctitatis manibus ex eucharistiæ contactu superesset (olim enim eam laici in manu porrigi solitam testatur. Tertullianus) eas omni studio inquinat ac profanat. Vide Sozom. in hist. Trip. lib. 6. cap. 2.

26. Haruspicinis & sacrificijs regiam) Θύμασι καὶ θυσίαις &c. Cyrillus lib. 2. tom. 3. comment. in Esa. exponens hæc verba 16. cap. Erunt omnia brachia excisa, plangendo, inquit, & lamentando: vel quòd idolorum cultoribus solenne fuerit ἐντέμνεσθαι quas vocant & incisiones tum genis tum brachijs inferre. Hæc ille: qui hunc morem fortasse collegit ex eo quod scribitur. 18. cap. 3. Reg. de sacerdotibus Baal. Atq; ipse Gregorius infrà hac eadem oratione, mortis fuisse Iuliano scribit euocandarum animarum causa pueros ac virgines incidere.

27. Sed persæpe iam) Sic apud Augustinum cap. 22. li. de Ciui. Sylla cum venisset Tarentum, atq; ibi sacrifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

crificaßet, vidit in capite vitulini lecoris similitudinem coronæ aureæ & Historia est apud Valerium lib. 1. de Prodig.

28. Ad crucē confugit.) Vbi sunt qui pios homines hoc nomine infectantur, quòd salutifero crucis signo quasi amuleto quodam sese aduersus quotidianos dæmonum incursus communiant, eosq; vt in impietate mire faceti esse solēt, muscas abigere dicunt? Pudeat miseros, pudeat inq̄ hoc signum execrari, quòd dæmones quæ ipsos perterrefacit, atq; in fugam vertit. De quo tam multa tamq; præclara sunt priscæ Ecclesiæ testimonia, vt ea in medium proferre nihil aliud fuerit, q̄ λύχνον ϖροφέρειν, vt est in prouerbio, Quòd si cui non placet ea omnia euoluere, legat saltem Tertull. in titulo de Corona militis: & videbit, quid de eo Ecclesia tam inde ab incunabulis senserit. Sufficit enim mihi locum indicasse. Quæ aūt hic de Iuliano virtute crucis dæmones fugante narratur historia, eadem commemoratur à Freculpho, qui ante annos 700 vixit Lexouiensis Episcopus, cap. 9. lib. 4. tom. 2. & Niceph. cap. 3. lib. 10.

29. Abominationi illi fuimus.) Hic locus illustrabitur ex Theodorito, qui lib. 3. cap. 3. hoc Iuliani facinus execrabilemq; initiationem narrans, præstigiatorem Iuliani magistrum his verbis ei metum omnem exemere conatum esse scribit. Caue, inquit, optime vir, hanc fuisse causam suspicere fugæ dæmonum: non enim seruitudine, vt tu ais, sed odio fecit tui fugerunt. Nec verò primus ille insignia huiusmodi miracula his cauillationibus eleuare atq; obscurare adnixus est. Vetus enim erat hæc perditissimorum hominum cantilena. Vnde Arnob. lib. 10. aduers. gentes de Christo verba faciens: cuius, inquit, nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium vatibus, haruspices inconsultos reddit, arrogantium magorum frustrari efficit actiones, non horrore, vt dicitis, nominis, sed maioris licentia potestatis. Sed minus mirabile videri debet, homines apertissimos Christi hostes, hos blasphemias euomisse: illud multò magis mirandum, quendam ex his qui nihil aliud quàm Christi gloriam crepare se dicūt, eo blasphæmiæ amentiæq; prorupisse, vt signo crucis non seruis dæmonem fugari, sed timorem ac fugam, quo errorem confirmet, simulare scripserit. O sacrilegū siccine Christi virtutem, ac crucis triumphum impuro Beelzebud principi dæmoniorum assignas? Itáne te furor præcipitē agit, vt non videas eodem modo fidem eorum omnium miraculorum, quæ in profligandis dæmonibus & Christi & Christi serui ediderunt, conuelli ac labefactari posse? Vides, Lector, vnde hic μισόχριστος & blasphemum dictum (quod tamen lepidum atq; argutum videri vult) hauserit, nimirum ab Ethnico & Christiana fides hostibus acerrimis.

30. Quem illi Euthusiasmum.) Euthusiasmus ferè pro eo numine accipitur, cuius afflatu poëta carmina fundunt: vnde etiam diuini dicuntur. Vide Cicer. in Orat. pro Archia poëta. Celebriq; est versus ille Naeuii, Est Deus in nobis, agitante calescimus illo, &c. Cæterùm quem illi diuinum afflatum dicunt, Theologi dæmonum instinctum esse ait.

31. Ac sic alludit.) Eodem ferè modo de Constantio loquitur Hilar. lib. contra Constantium iam vita functum: Pugnamus inquit, contra persecutorem fallentem, contra hostem blandientem, contra Constantium antichristum, qui non dorsa cædit, sed ventrem palpat, non proscribit ad vitam, sed dit at in mortem, non trudit carcere in libertatē, sed intra palatium honorat ad seruitutē, non latera vexat, sed cor occupat, non caput gladio desecat, sed animam auro occidit, non ignes publicè minatur, sed gehennam priuatim accendit, non contendit ne vincatur, sed adulatur vt dominetur. Et eodem lib. Scelestissime mortalium, inquit, eā persecutionis mala ita temperas vt excludas & in peccato veniam, & in confessione martyrium. Hæc ille patet tum artifex humanarum mortium docuit, vincere sine contumacia, iugulare sine gladio, persequi sine infamia, odire sine suspicione, mentiri sine intelligentia, profiteri sine fide, blandiri sine bonitate, agere quod velis, nec manifestare quæ velis.

32. Empedocles & Aristæi.) Empedocles Acragantinus Pythagoræ discipulus inanis gloriæ studio flagrans, vt diuinitatis opinionem sibi apud mortales colligeret, quasi in cœlum raptus, in ardentem Aetnam se præcipitem dedit vnde Horat. in Arte.

-Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam Insiluit, &c.

Idem propemodum narrant Lucian. in titulo de morte, Pereg. & Marcell. lib. 29. de Peregrino illo philosopho, qui Prometheus dicebatur, cuiusq;, licet honorificam, mentionem facit Gellius, quòd sibi nominis celebritatem pararet, in Olympia se concremauit.

33. Aristæi.) Hæc de Aristæo à Diodoro Siculo sumpta refert Gyraldus Syntagm. 2. de dijs Genr. Cùm Cyrene, inquit, Hipsæi filia apud Peleum virgo educaretur, Apollo eius forma captus raptam virginem in Libyam detulit, hic vbi edita pòst est vrbs Cyrene: & ex ea natum Aristæum nymphis nutriendum tradidit. A quibus triplici nomine vocatus, Nomius, Aristæus, Agreus, ab eisdem nymphis didicit lactis mellis & olei confectionem. Et quoniam hæc primus in mortalium vsum exhibuit, vt deus cultus fuit. Mox in Beotiam deueniens Autonoem vxorem duxit: Ex quibus natus est Actæon, qui lacteratus à canibus miser interijt. De ea-

inde in Ceam Aristæus profectus pestilentiam sedauit. Posteà in Sardiniam profectus, insulam eā aliquandiu incoluit & ibi filios, Carinum & Callicarpum genuit. In Sicilia quoque aliquo tempore moratus, cùm multa hominum vitæ vtilia docuisset, pro Deo habitus in Thraciam ad Dionysium transgressus est: vbi orgia edoctus, diu ibi versatus tandem non comparauit, Deorumque honores ab omnibus est assecutus.

34. Empedotimi & Trophonij.) De Empedotimo hoc tantùm habetur apud Suidam quod de Physica scripserit. In Adhortatorio autem ad Gentes eum inter vates numerat Clemens Alexandrinus, vt & Aristæū Cyrenæum, Abaridem Hyperboræum: ibiq; Empedotimum patria Syracusium fuisse dicit. De Trophonio vide Lucianum in Dialog. mortu. & Erasmum in prouerbio. E specu Trophonij redire.

35. Propter summū ipsum.) In codice enim Reginæ est ὑπὲρ τοῦτο, nō vt in impresso ὅτι. Hoc enim vult Gregorius, virtutem à Christiano non tam præmiorum spe expetendam esse, q̄ propter suam ipsius honestatem, Deiq; amorem.

36. Lege non scriptæ.) Principis enim voluntas lex est non scripta, vt infrà dicturus est, Et quemadmodum aiunt iurisconsulti, Quicquid principi placuit, legis habet vigorem.

37. Chamæleontē.) Chamæleon animalis & herbæ nomē est, quorū vtrumq; subinde varias formas assumit. De animali complures authores tractant. Vide Erasmum in prouerb. Chamæleonte mutabilior. De herba legit Theophr. lib. 6. cap. 3. hist. Plant. Plinius tamen lib. 28. cap. 8. cum de animali loquitur, non solùm album colorem sed etiam rubrum excipit.

38. Proteum Aegyptium.) Protei fabula extat apud Homerum Odyss. lib. 4. & Virgil. 4. Georg. Vide Erasmū in prouerbio, Proteo mutabilior. Aegyptium autem ideo videtur illum Gregorius vocare, quòd in Pharo insula, Aegypto proxima, immò & fere continua habitasse credatur, vt ex Homero scribit Marcellinus ad finē lib. 22. vnde etiam aliquando Pharius cognominatus est. Quin Valerius Probus illum Aegyptium fuisse scribit, propter crudelitatem Busirin dictum. Herodotus etiam in Euterpe Memphitem eum fuisse narrat, Alexandrumq; & Helenam ab Aegypto, quòd adulteri essent, illinc iussu regno deiectos. Sed & Diod. Siculus li. 1. illum in Aegypto tempore belli Troiani narrat regnasse, atq; cur eum in varias se formas transmutare solitū sinxerint antiqui, causam in variam artium & disciplinarum cognitionem reijcit. Nec verò omittendū quod Tzetzes hist. 44. posteā eum ex Homero descripsit, hæc addit: Lucianus autē (libro de saltatione) saltatorem eum fuisse narrat, omnium quæ vellet naturas saltatione imitātem. Ego verò ἀκκαβιάκητον (hoc est è pelui varicinantem) eum fuisse dico, hoc diuinandi genere omnia præmonstrare solitum, quæ vel discere quispiam vellet, vel quibus opus haberet, arboribus, hominibus, igne, aqua, feris &c. Vel physicum philosophū de rerum omnium natura pertractantē. Vel eloquentissimum oratorem, qui de lapidibus, feris, reliquisque decenter conscripserit. In eam tamen opinionem magis propendeo, vt eum hoc vaticinandi genere, quod è pelui exquiritur, præstitisse existimem. Hæc nos ex Tzetzæ Latinè protulimus, ne Græca sæpius producta nauseam lectoribus pariant.

39. Magnum illud vexillum.) Constantinus nobile illud vexillum, quod à Romanis Labarum vocabatur in symbolum crucis transtulit. Vnde Prudentius de illo loquens contra Symmachum:

Christus purpureum gemmato textus in auro
Signabat labarum: clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis, &c.

Vide Euseb. lib. de vita Constantini, Sozom. lib. 1. cap. 4. & Niceph. lib. 8. cap. 23. Atq; hoc tursus impius Iulianus Christianismi odio in pristinam formam reduxit.

40. Vt vos deorum quendam.) Ianū veteres puerum & senem pingebant: Mercurium Aegyptij: Tres etiam ætates Baccho tribuebant.

41. Qui Herculis rogum.) Deianira Herculis vxor propter pellicatus suspicionem marito vestem centauri sanguine tinctam misit, quam cùm ille induisset, totus repentè conflagrauit, miserrimeq; periit. Vide Ouid. lib. 9. Metamorph. & Ciceron. 2. Tuscul.

42. Et Pelopis excarnificationem.) Vide commēt. Niceta in Orat. in sanct. Lum. & Ouid. 6. Metam. Quòd autem hic ait, ϑαῤῥεῖν ὑ φιλόξενον, hoc dicit, quia illa Tantali humanitas propriè φιλοξενία. i. hospitalitas dici non poterat, cùm deos conuiuio exciperet, sed φιλοθεία, immò potius κακοδαιμονία. De Phrygum etiam hoc est Cybeles sacerdotum exectione, & Taurorum in hospites crudelitate, vide eundem Nicetam, & Lactantium lib. 10. cap. 16. vbi tractat de Gallis sacerdotibus, & 21. cap. vbi de Diana sacrificijs agit.

43. Cruciatus quoq; in Mithræ sacris.) Mithram existimant Persæ solem esse, cui & multas consecrant hostias: nec quisq; eius sacris imitiari potest, nisi per quosdam gradus conuicij & contumeliæ: quibus oblendat sē & sanctum esse, nec perturbationibus vinci. Hæc Suidas. Vide Tertull. in lib. de Corona militis, Nicetæ Cōm. in Orat. in sanct. Lum. & Originem contra Celsum. Quòd autem posteà subdit de regia puella sacrificio, ipsi

geniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

geniam Agamemnonis filiam significat de qua elegantem scripsit tragœdiam Euripides.

44. Et Menœcei sanguine) Menœceus Argini Thebas obsidentibus pro salute patriæ se e muro precipitem dedit gladio iam perfossum. Vide Statium lib. 10. Thebaidos.

45. Posteaq; filiarum Scedasi) Historiam duarum filiarum Scedasi Leuctrici, quæ à duobus Spartanis iuuenibus violatæ sunt, & occisæ, vide apud Plutarchum in Pelopida, & fusius in Amatorijs narrationibus. Hegesias Byzantius scribit illas sibi manus intulisse, non autem à iuuenibus trucidatas fuisse in libro exemplorum.

46. Qui adolescentes Spartanos) Spartani adolescentes ad aram Dianæ Orthiæ verberibus sese mutuò concidebant, interdum ad mortem usq;, quemadmodũ testatur Cic. 2. Tusc. Plutar. in Lacon. Apophth. & Luc. in Anacharsi. eamq; crudelitatẽ deæ virgini mirificè gratam esse censebant. Atq; hæc solennitas Diamastigosis appellatur. Tertul. in lib. ad martyres, Nam, inquit, hodie apud Lacedæmonios solẽnitas maxima est Diamastigosis. i. flagellatio. in quo sacro ante aram nobiles quoq; adolescentes flagellis affliguntur, astantibus parentibus & propinquis, & vti perseuerent adhortantibus.

47. Qui Socratis cicutã) Socrates à 30. tyrannis morte dãnatus epotæ cicutæ interijt, vt narrat Plato in Phædone. De Epicteto autem vulgatissimum est hoc distichon, quod est & apud Gellium & Macrob.

Δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην καὶ σῶμα ἀνάπηρος
Καὶ πενίην ἰρὸς, ἀλλὰ φίλος δ' ἀθανάτοις.

Seruus Epictetus vixi, qui corpore manens
Irus pauperie, charus eram superis.

48. Et Anaxarchi vtrem) Cic. 2. in Tuscul. De Anaxarcho Democrito cogitetur, qui cùm in manus Nicocreontis Cyprij regis incidisset, nullum genus supplicij deprecatus est, nec recusauit. Hæc ille. Tanta animi magnitudine fuisse hic Anaxarchus traditur, vt cùm pistillis ferreis tunderetur, adeò non immo emiscetur, vt tyranni etiã furorem his verbis inflammaret: Tunde Anaxarchi vtrem (corpus videlicet significans) Anaxarchum enim non tundis. Tertul. ad finem Apolog. Aliud summæ illius patientiæ videre est exẽplum apud Plinium cap. 23. lib. 7.

49. Qui Cleombroti Ambraciotæ) Cleombrotus lecto Platonis libro de animorum immortalitate tanto eius amore exarsit, vt statim præcipitio vitam finiret. Cic. 1. Tusc. & Aug. cap. 22. lib. 1. de Ciuit.

50. Qui Pythagoricam illam) Inter Pythagoræ symbola hoc vnum erat, A fabis abstinere. Tullius de Diuin. causam hanc affert cur Pythagoras sectatoribus suis vsu fabarum interdixerit, quòd magnam inflationem hic cibus habeat, tranquillitatem mentis quærenti verè contrariam. Laërtius quòd vento plena sint, animato maximè conueniant. Vnde Horat. lib 2. serm. Saty. 6.

O quando faba Pythagoræ cognata simulque
Vncta salis pingui ponentur oluscula lardo:

Acron interpres cognatam fabam ab Horatio dictam ait, quòd cocta sanguinis humorem exsremitat. Clemens Alexandrinus lib. 2. Strom. non ideo interdictum fuisse à Pythagoræ esum fabæ ait, quòd flatuosa sit cõmens coctuq; difficilis, ac perturbata somnia efficiat, nec etiam quòd hominis capiti conferatur, iuxta versiculum illum, ἰσον τι κυάμῳ κεφαλὴ καὶ θρέμμα τ' ὄνειρον. hoc est, idem est fabas edere, quod parentum capita edere. Sed quia fabarum esu mulieres steriles reddit. Theoph. lib. 5. de caus. natur. ait corticem fabarum circa radicem arborum recens consitarum iniectam ea quæ nascuntur siccare, domesticaq; aues sæpe prætentes sterilescere. Sunt q; hoc symbolo nihil aliud voluisse Pythagoram existiment, q; vt suos dehortaretur, ne inutilem munere fungerentur. Veteres enim in ferendis sententijs vti fabis solebant. Vnde & κυαμεύειν dicebantur. i. ferre. Vide Plin. cap. 12. li. 18. Plut. in fine lib. de Liber. educ. & in Conuiuial. quæst. Decad. 3. cap. 2. Gell. & Phil. Beroaldum in explicatione symbol. Pythag.

51. Theanus) Theano Pythagoræ vxor philosophiæ studijs excelluisse, librumq; de mortis contẽptu conscripsisse apud Laërtium dicitur. Clem. Alex. in Adhort. illam primam oũm mulierũ philosophari cæpisse narrat.

52. Solonis inexplebilis cupiditas) Vnde id hauseris Theologus, nescio: certè ex Herodoti historia lib. 1. hoc colligi non potest. Illic enim Solon adeò Cræsi opes paruisecit, vt eam ob causam turpiter ab eo sit expulsus nec Solonem auaritiæ à quoquam insimulatum fuisse meminit Laërtius. Idem miror in Xenocrate, cui paucis interiectis lineis ἀλογίαν, edacitatem obijcit: cùm omnes scriptores, quos quidem legerim, ei singularem continentiæ frugalitatiq; laudem tribuant: atq; ipse etiam Laërtius eum de frugalitate opus quoddam edidisse scribat.

53. Et Socraticus pulchritudinis) Puerorum amorem, quem Græci παιδεραστίαν dicunt, quidam in Socrate ẽ natura. Lucianus certè eum hoc nomine persæpe insectatur. Hanc autẽ παιδεραστίαν ὁσιουργίαν, & Socrates φιλανθρωπίαν vocabat. Lucianus in Dialogo, cui titulus est Amores, huiusmodi flagitium his verbis incessit: At enim, inquit, Socraticus iste præclara illa oratio renascitur, qua puerorum quidẽ animi perfectiõ ratiocinan-

di viribus adhuc carentes, decipiuntur. Illud autem quod per prudentiam ad summum euasit, subduci facilè nequit. Animi enim amorem quendam comminiscuntur, & cùm corporis pulchritudinem vereantur amare, virtutis vocant sese amatores. Ob quæ sæpenumero risu diffluere in mentem mihi venit, &c. Vides quo modo Socraticos vocet ὁ τῶν παιδερασπῶν ἀρ. atq; idem ibidem apertè scribit Socratem puerorum amorem ceu rem præcipuè vtilem adinuenisse, Alcibiadem q; amasse. Amori, inquit, deditus fuit, vt quisquam alius, Socrates: & sub vno eodemq; cum ipso pallio accumbens Alcibiades haudquaq; intactus inde surrexit. Vide Macrobium.

54. Et Platonis liguritio) Lucianus in Dialogo de Parasito, Platoni nullã aliã causam fuisse ait in Sicilia nauigandi, q; vt Dionysio parasitaretur, eumq; ob huius artis imperitiam in maximas calamitates incidisse. Apud Aeginam enim, vt scribit Laërtius, primùm in summio vitæ discrimine versatus est: deinde Anicert Cyrenaico venditus minis 20. vel, vt alij volũt, 30. Ioan. Tzetzes hist. 23 falsum esse ait, quod de vendito Platone dicitur. Idem hist. 353. Platonem dialogos suos Dionysio vendidisse ait, tametsi ab eo multa accepisset. Hist. autem 356. eum ex delicatissimis Siculorum mensis artem obsonia cõdiendi tenuisse scribit, Sarabi & Theorionis ad id vsus voluminibus. Cur autem Plato venditus fuerit, docet hist. 359. & 362 Theodoritus lib. 2. de curatione Græc. affect. hunc locum Xenophontis ad Aeschinem Socraticum scribentis citat. Adamarunt hi duo philosophi (Platonem & Aristippum intelligit) Aegyptum, monstrosamq; Pythagoræ scientiã. Quos luxuriosos fuisse, nec satis stabiles sub Socratis disciplina amor ille tyrannidis indicauit, prosq; frugali vitæ petitæ Siculæ daper.

55. Libertatem proclamat) In præaltum enim locum ascendens sublimi voce clamabat: Crates Cratetẽ libertate donat. Suprà meminit Nazian.

56. Qui cum nauis) Zeno is erat, qui pro naufragio, atq; omnium bonorum iactura, Fortunæ gratiam agebat, quòd se ad pallium philosophicum contraheret. Quod autem sequitur de Antisthene, Laërtius non Antisthen, sed Diogeni tribuit.

57. Laudas præterea) Plin. cap. 2. lib. 7. Philosophos Indorum, quos Gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum scribit perstare contuentes solem immobilibus oculis: atq; ætenis feruentibus toto die alternis pedibus insistere. Eandem fere tolerantiæ laudem Plato in Phædro, & Cicero 1. de Orat. Socratis tribuunt.

58. In Homero discendi) Ferunt Homerum cùm hoc ænigma ei à piscatoribus propositum, Quæcunq; cepimus, perdidimus, quæcunq; non cepimus, habemus, soluere nequiuisset, mœrore confectum è vita migrasse. Quod tamen negat Herodotus in eius vita. Ait enim eum non ænigmatis perplexitate, sed morbo oppressum periisse.

59. Ad Euripi fluxus) Huius rei mentionem nullam Laërtius facit in Aristotelis vita. Nonnulli tamen id de eo literis prodiderunt. Nos vnius Iustini Martyris testimonium proferemus. Ille enim in Admonitorio suo ad Gentes ita loquitur: Aristoteles, cùm in Calcide degeret, nec Euripi naturam percipere potuisset, viribus ob verecundiam pudoremq; desistutus, excessit è vita. De Euripo autem septies die ac nocte vicissitudinem reciprocante Plin. lib. 2. cap. 100. & lib. 4. cap. 7. & 12.

60. Et Cleanthis puteum) Tãto philosophiæ studio flagrasse Cleanthes dicitur, vt noctu in hortis aquam hauriret, indeq;, nonnihil pecuniæ colligeret, quò diuersa tempora literarum studijs daret. Vnde etiam φρεάτιος appellatus est. Puteos hauriens dictus est: Cleanthes q; labor abijt in prouerbium.

61. Et Heraclitus mœstitiam) Heraclitus res omnes humanas atq; omnia hominum studia deplorabat; Democritus videlicet ex diametro oppositus, cui res eædem perpetuum risum mouebant.

62. An verò tolerabilis) Quidam Iuliani laudes in cœlum ferebant, quòd tributa relaxasset, in magistratibus eligendis summam curam & diligentiam adhiberet, maleficia vindicaret, populum sapienter gubernaret. Id quia negare non poterat Gregorius, opponit alia multò maiora, in quibus ille à boni & laudati principis officio omninò recessit. Ita exiguas illas laudes grauissimorum criminum adiectione premit atq; obscurat.

63. Phallos & Ithyphallos) Vecors Iulianus ignominiosum & pudendum Christianis fore censebat Galilæorum nomen. Commodissimè itaq; hic aliquot Gentilis superstitionis nomina collegit Theologus ita turpia & obscœna vt nulla obscœniora excogitari possint. Phallus enim veretrum significat, Ithyphallus rigidum & exporrectum penem. Phalli verò in Liberi sacris de more circumferebantur, ac proinde ea res Phallagogia dicebatur phallorum gestatio. Phallagogia inquit Theod. lib. 1. de curat. Græc. affect. adorabant maiores, basiabantur q; cuncti, qui eiusmodi orgia celebrabant. Eodemq; modò muliebrem pectinem in Cereris festo mittebat emulierculæ diuino honore dignum habebant, vt idem author testatur lib. 3. eiusdem tractatus. Arnobius lib. 5. aduersus Gentes: In liberi patris honorem Ithyphallos subrigit Gracia, & simulachru virilium fascinum territoria cuncta floreſcunt. Origo porrò huius Phallagogiæ petenda est ex Proſymni fabula, de qua in Orat. in sancta lumina. Hoc verò non superuacaneum fuerit adijcere Orpheum Thracen Dionysia, Panathenæa, Thesmophoria, & Eleusinia festa mysteriaq; Athenas detulisse, atq; Isidis & Osiridis sacra in Cereris Liberiq; patris Orgia conuertisse, vt refert Theodorit. li. de Cur. Græc. affect. ex Plutarcho, Diodoro Siculo, & Demostb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

64. Et venerandum Pana) Lucianus in Dialogo Panos & Mercurij, Pana describens, eum cornua habere dicit, nasum deformem, barbam hirtam, pedes bisidos hircinosq; ac postremo caudam in natibus. De ea descriptione extat elegans epigramma inter Alciati Emblemata. Hunc autem poëtæ Mercurij & Penelopes filium finxerunt. Vnde Lucianus eius Dialogi, quem modò citauimus, occasionem traxit. Alij autem vera vel certè verisimilibus exponentes, aiunt omnes Penelopes procos cum ea stupri consuetudinem habuisse, ideque eam filium peperisse, qui Pan nominatus sit, vt pote ab omnibus procis creatus. Testis Græcus interpres Lycophronis. Atq; hoc est, quod ait Theologus, eam à contumelia & flagitio nomen duxisse.

65. Apud illos vel multos) Hic locus diu animum torsit. Videor tamen coniecturæ filo ex hoc labyrintho mihi emetiri tandè explicuisse. Quod vt lectori planum fiat, rem paucis verbis exponemus. In Heruagiano exemplari sic habetur: Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀπαγχόνιόν τι πάσχειν ἔοικε, ἀνεμφάτου τινὸς οὐδὲ ἀνωνύμου πάθους. Ex quibus verbis cum nullus commodus sensus posset elici, Reginæ codicem consului, atque ita hæc verba reperi. Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀπαγχόνιόν τι πάσχειν ἔοικε, ἀνεμφάτου τινὸς οὐδὲ ἀνωνύμου πάθους, &c. Hic primùm nihil mihi dubitandum videbatur, quin femininum illud πάσχειν ex Heruagiano corrigendum esset ac reponendū neutrum πάσχε. Neq; enim aliquid sexui muliebri cessebat, ad quod referri posset. Et sensus nō inconcinnus ex his verbis oriebatur, Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀπαγχόνιόν τι πάσχε &c. vt intelligeremus nonnullos ob grauissimas calamitates in deorum numerum adscriptos. Hic enim aliquibusdam locis ducit Gregorius. Sed positâ hac verborum attentius & diligentius perpensa sententia mutaui, ac femininum illud πάσχειν relinquendum putaui, vt est in manuscripto libro: tollendum autē ἀπαγχόνιόν, & vt est in Heruagiano, ἀνωνύμου, ac substituendum ἀλλ᾽ ἀνωνύμου. Tota enim hæc clausula ad Melampygum illum, hoc est Herculem & Panа referenda est: vt sit sensus, Oportet apud illos vel vnū aliquem & satis famosum (hoc est Melampygum Herculem) multa iniuria & cōtumelia afficere (quemadmodum ille quinquaginta Thestij filias vna nocte compressit) aut ex multis (procis) vnum ac deformissimum progignat, Panа nempe. Hæc sententia mihi planissima esse videtur, & cum authoris sensu pulcherrimè conuenire. De quo tamen iudicent æqui lectores.

66. Buthænam relinquemus) Buthænas & Triuesperus Herculis epitheta sunt. Buthænas autem vt & Buphagus ideo dictus est, quòd aratori Lindio boues duos, quibus tota ipsius spes terræ colēdæ niteba tur, deuorauit. Vide Lactant. lib. 1. diuin. Instit. cap. 21. Triuesperus verò ideo dictus est, quòd tribus continuis noctibus Iupiter cum Alcmena concubuerit, exeoq; cōgressu Hercules natus sit. Alij quòd totidem apud Lucianum extat dialogus, quo Mercurius à Sole petit, ne totos tres dies currat, sed fiat paulisper nox, dum Iupiter cum Alcmena concumbit.

67. Pro decimo tertio) In decimum tertium Herculis certamen non minus salsè lusit Diagoras ille γελοιοποιὸς Athenis, qui, vt est apud Epiphan. in Ancor. ligneum Herculem lignorum copia comburenti hæc verba recitabat ὧν ἀπέφαινεν ἐν ξυλικοῖς ἀγῶσι τὸν τρισκαιδέκατον παρελθεῖν ἡμᾶς. ἐξίωμεν. Age Hercules, decimum tertium eruminam exantla, ac nobis obsonium coque.

68. Idolianum vocemus) Vide Nonnum infrà.

69. Et Adonaum) Adonia festa erant Adonidi Veneris amasio dicata, quæ fletu & lachrymis à mulieribus celebrabantur, quemadmodum ex Marcellino colligi potest, qui lib. 19. ita scribit. Fœminæ verò impensiùs his festum primæuo flore succisam spem gentis solitis fletibus conclamabant, vt lachrymare cultrices Veneris aspectantur in solennibus Adonidu sacris. Vnde etiam Ouid. lib. 10. Metam.

> -luctus monimenta manebunt
> Semper Adoni mei, repetitaque mortis imago
> Annua plangoris peraget simulamina nostri.

Cur autem hoc loco Adonæum Iulianum Gregorius vocet, nihil certi me asserre posse ingenuè fatear. Verùm tamē est, id etiam nomen ex eo inditum fuisse, quod Adonia in vrbe Antiochena magnificè celebrarit. Sic enim scribit idem Marcel. lib. 22. Euenerat autem iis diebus annuo cursu completo Adonia ritu veteri Assyriorum celebrari, amato Veneris apri dente ferali deleto, &c.

70. Atq; ad scenam & theatra) Hoc, inquit, Iuliani commentum ita stultum est, vt omnium irrisione meritò excipi possit, dignumq; sit, quod ad scenæ & theatra reijciatur. Obiter aūt admonebo mihi partim videndum legendum τὸ κίνησιν, & τὸ κίναιδος, vt hunc scenicum morem designet, quo histriones & fabularum actores mutuò impingebant.

71. Minoa Iarnam) Minoëm Cretæ regem inter rarissima iustitiæ exempla historici numerant, ac proinde Pœnarum cum Æaco & Rhadamantho apud inferos iudicem fœdere finxerunt. Plato nouem, vt opinor, annorum Ioue auditorem fuisse, ab eoq; leges accepisse scribit.

72. Siue tragœdia illa) Tragœdia propter Christianorum calamitates & oppressiones: comœdia autem propter subdolos Iuliani conatus, & totius actionis exitum Christianis lætum atq; quietum.

73. Melampum quendā) Huius meminit Herod. lib. 2, & Plin. lib. 7. cap. 33. qui & cap. 5. lib. 25. illum famosum diuinationis artibus, Melampodijq;, quod genus est hellebori, inuentione notum fuisse testatur. Cum

74. Cum crucis signo) Morū fuisse antiquitùs, vt cibum & potum signo crucis Christi signarent, quod & nunc pij faciunt, ex multis veteribus Theologis facilè colligere est, maximè ex Orig. lib. 3. in Iob. vbi elegans est oratio ante cibi sumptionem.

75. En quid manus) Non multùm abludit ab Euripidis versu, quem Tullius ita transtulit 3. Offic. Iurauī linguā, mentem iniuratam gero.

76. Aetneum ignem) Aetna mons est in Sicilia crebris incendijs grauis & pernicios us accolis, cuius incendij causam explicat Iustinus initio lib. 4. In huius montis descriptione præter Virgilium, si autor est poëmatij illius, quod nomē eius circunfert, Claudianum & alios vetustioris notæ poëtas, eleganti carmine Pet. Bēbus patrum nostrorum memoria lusit, Hic Enceladum gigantem à Ioue fulminatum tradunt. Virg. 3. Aeneid.

> Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus
> Vrgeri mole hac, ingentemque insuper Aetnam
> Impositam ruptis flammam expirare caminis, &c.

Ouidius tamen non Enceladum sed Typhoeum ibi oppressum censet, cùm in Epistola Sapphus Aetnam Typhoeida vocat. Quin & 5. Metam. sic scribit:

> Degrauat Aetna caput, sub quo resupinus arenas
> Eiectat, flammamque fero vomit ore Typhoeus.

77. Vt enim edicta) Vide de hac re Soz. lib. 5. cap. 5. vbi ea quæ imperante Iuliano in Christianos designata sunt, copiosè prosequitur. Niceph. autem lib. 10. cap. 13. scribit Iulianum Imp. Ecclesiarum annonam damnorum ministris ascripsisse, eamq; illos exigere permisisse.

78. Alexandrinorum crudelitas) De Alexandrinorum crudelitate vide Socrat. in Hist. Tripart. lib. 3. ca. 11. Quin & Marcellinum licet gentilitiæ superstitionis cultorem lib. 22.

79. Heliopolitarum) Soz. lib. 5. cap. 10. Heliopolim & Aretusam ad Libanum montem in Syria sitas esse scribit. Idem tamen lib. 6. ca. 15. Heliopolim Phœniciæ vrbem esse ait. Porrò de Heliopolitarum in virgines Christianas crudelitate & miseranda Marci Arethusij cade eodem capite tractat Soz. omenus in suprà citato capite 10. lib. 5. & de Gazæis in proximè præcedenti. Idē autem hor scribit Gazæos & Heliopolitas, cum Theodosio imperante multi relicto deorum cultu Christianismum amplecterentur, pertinacissimè in suo errore mansisse, ac pro Paganismo & idolorum templis acerrimè dimicasse, lib. 6. cap. 15. vbi etiam Gazam Palestinæ vrbem esse ait.

80. Echeti & Phalaridis) Echeti crudelitas Homerico carmine nobilitata est. Eius enim sæpe in Odyssea mētionem facit. Proci Penelopes minabātur se Irum missuros πρὸς Ἐχέτην βασιλῆα κρειῶν δηλήμονα πάντων. ad Echetum regem mortalium oīum carnificem. Phalaridis autē inhumanitas ita vulgata est, vt in prouerbiū abierit. Vide Plin. lib. 34. cap. 8. & Plut. in Parallelis. Quo aūt tempore vixerit, docet Oros. cap. 20. lib. 1.

81. Iacebo Orontem.) Orontes, quemadmodum refert Theodor. Hist. Eccl. lib. 4. cap. 26. Fluuius est regiam Antiochenam ad Aquilonem præterfluens. quin & Plin. cap. 21. lib. 5, Antiochiam Syriæ vrbem illo fluuio diuisā scribit. Illius autem vndis multos Christianos intempesta nocte Iulianus obruebat: ne si publicè necarentur, Martyrum gloriam adipiscerentur. Quòd autem Orontes hic fluuium non hominem significet, argumento est hemistichium illud Homeri ἐς Ξάνθον καὶ Σιμόεντα, vbi de Xantho si bene memini, verba facit, cadaverum mole compresso.

82. In Cæsarienses nostros) Iulianus Cæsaream Cappadociæ Metropolim è ciuitatum catalogo expunxit, & appellationem illi ademit, quam à Cæsare Claudio tam olim confecuta fuerat, cùm prius Mazaca nominaretur. Vide Soz. lib. 5. ca. 4. A Marcellino autem lib. 20. opportunæ vrbis dicitur & celebris, sub Argæi montis pedibus sita. meminit & Plinius immutatæ illius appellationis.

83. Ob Fortunam melioris fortunæ.) Quò alludat Gregorius explicuimus in scholijs Orat. funeb. in patrem mortuum. Ait igitur Iulianum causam trascendi iustam habuisse pro Fortuna, prosperioris fortunæ tempore, hoc est idololatra Iuliano imperante, infortunio affecta atq; diruta.

84. Nouumq; Deum illum) Vt Libanius sophista, qui in Oratione funebri, quam de morte Iuliani conscripsit, βασιλέων πάντων θεὸν cum vocat hoc est deorum assessorem.

85. At qui Hydram nemo) Finxerunt poëtæ Hydram Lernæam multorum capitum fuisse, quorum aliquot excisis plura alia statim enascerentur. Ouid. lib. 9 Metam.

> Nec profuit Hydræ Crescere per damnum, geminasq; resumere vires.
> Et Horatius, Non Hydra secto corpore firmior
> Vincī dolentem creuit in Herculem. Vide Erasmum in adagio Hydram secas. Qu. Calaber 7. illi capita tribuit, quorum vno excisō alterum renascereturr.

86. Nec Patæricam Chimæram) Homerus Iliad. 6. ita Chimæra describit πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα. Vnde Ouid. 9. Metam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quodque Chimæra ingo medijs in partibus hircum,
Pectus & oraleæ, caudam serpentis habebat. &c.

Tria autem capita illam habuisse ostendit Hesiodus in Theogon. Quid autem illa re vera fuerit, docet Plutarchus in lib. de claris mulieribus, vbi de Lycijs. Videtur autem Chimæra ideo Patarica dici, quòd mons sit in Lycia, vt Patara illius regionis vrbs, auctore Plin. cap. 27. lib. 5. De Cerbero autem tricipiti præter Virgil. 6. Aeneid. vide Plutarch. in Theseo.

87. Aut Scyllam) Scylla Phorcynis, vel Virg. in Bucol. Nysi, & Proserpinæ filia fingitur, inusitata certè immanitudine. Habebat autem pedes 12. cap. 6. atq; in vnoquoq; ore tres dentium ordines, oculos ignicos. Atque alia quidem corporis eius partes in quodam antro abscondebantur: cæterùm sex ipsius capita extrinsecus apparebant, vt è petra ad naues vsq; pertingere possent. Hæc ex interprete Græco Homeri verissimum: quem vide in lib Odyss. 13. vt & Ouid. initio ferè lib. 14. Metam. Est aũt re vera scopulus in mari Siculo, & quidem periculosissimus Charybdi oppositus. Hinc aũt nata videtur fabulæ occasio, quòd hinc, teste Iuuenale lib. 4. audiantur latratus, hinc monstri credita simulachra, dum nauigantes magnis verticibus pelagi dejiderent à cæteri, latrare putant vndas, quas sorbentis æstus vorago collidit.

88. Atq; Orci galeam) Hoc de ijs dici solet, qui se arte quapiam occultant. Vide Erasmum in Chiliad. Eadem pertinet illud de Gygis annulo, de quo quædam suprà diximus ex Plat. 2. de Repub. & Cic. 3. Offic.

89. Nam nec Diocletianus) Diocletianus, Maximianus & Maximinus atrocissimam persecutionem aduersus Christianos excitarunt. Maximinus tamẽ oës crudelitate superauit, tantũq; sibi omnium ordinum odium immani sua sæuitia conflauit, vt miserrimè tandem interfectus sit, fœdeq; laceratus atq; vapulatus. Quæ aũt hoc loco Theologus Diocletianũ primum Christianos contumelia affecisse ait, non ita accipienda est, quasi eum primam in Christianos persecutionem excitasse sentiat (nec enim hoc in eo verissimile est, qui multarum aliarum nonnunq; mentionẽ faciat, & nominatim Decianæ in Orat. Cyp.) sed quia hactenus persecutiones, Diocletiani nimirũ, Maximiani, & Maximini, sine vlla intermissione Christianos afflixerunt, idcirco Diocletianum vocat, ratione videlicet habita ad eos qui ipsi successerunt. De varijs autem imp. Rom. in Christianos persecutionibus, vide August. cap. 52. lib. de ciuit. & Orosium cap. 18. lib. 7.

90. Carnificis illius Patroni) non enim lego ἀποσάτου vt in impresso sed προστάτου vt in manuscripto. Hic enim vult, Iulianum, cùm multa crudelitatis exempla edidisset, laudem tamen optimi principis publicè ferre: eum nodosum patroni sibi affectasse. Idq; ex eo perspicuum est, quod mox ijsdem auxerit honoribus vt iure.

91. Legem enim nostram) Cùm Christiani de iniurijs quas contra ius fasq; accipiebant apud Iulianum deferrent, ridebat impiorum eorum calamitates: Vestrum est, inquiens ferre, cùm afflictamini. Hæc enim vestri Dei præceptum, Socrat. cap. 14. lib. 6.

92. Si fuit quenq;) Quod quisq; amat, id vexari atq; obteri indignissime fert: quemadmodum Gregorius vir doctissimus, politorisq; literaturæ amantissimus permolestè ferebat, ab humanitatis studijs Christianos arceri, Sententia autem hæc Pindari est.

93. Sermone pro sermonibus) Gr. λόγων πρὸ ὑπὲρ λόγων χάριν ἀπεδιδόναι ζῶτε λογοις. quibus verbis in Latinã linguam trãsfusis multũ gratiæ decedit. Etenim hac vna pagina Theologus nunc λόγος pro sermonibus accipit nunc pro linguæ Græcanicæ vsu, nunc pro humanitatis studijs. Tum illud, ἀλογώτερ πρὸς λόγων ἀνακλῶντ ἀπάντων, ὡς ἔφη τις ἀστεῖος. Quæ verba in alia lingua parem gratiam habere nequeunt.

94. Quis Mercurius) Mercurius apud veteres eloquentiæ præses habebatur, & sermonis administer. Mercurius quasi medius currens dictus, quòd sermo currat inter homines medius, vt scribit August. cap. 12. lib. de Ciuit.

95. Nec quicquam aliud quàm Crede) Christianis hoc sæpe ab Ethnicis obijci consueuisse testatur Arnobius lib. 2. aduersus Gentes. Et quoniam, inquit, videre nostram fidem consuetis, atq; ipsam credulitatem facetijs iocularibus lancinare, dicite ô festiui & meraco sapientiæ tincti & saturi potu, ẽstne operis in vita nostra gotiosum aliquod & actuosum genus, quod non fide præeunte suscipiant, sumant, atq; aggrediantur? &c. Nam de ea re longam disputationem texit Theod. lib. 1. de curat. Græc. affect. Audio vos, inquit, hoc idem vsurpare, quod nostris sententijs tradendis nullam demonstrationem pretendamus, sed fidem solam, & credulitatem infinuare illi conemur, quos diuinis rebus imbuendos suscepimus. Ac paulò pòst elegantem similitudinem affert. Sicut oculis indigemus ad ea quæ in oculorum aspectum cadunt, perspicuitate ita fide ad diuinarum rerum aspectum. Ibi etiam fidem primariam basim & crepidinem scientiæ vocat. Idem quoque Celsus obijciebat, vt videre est apud Orig. lib. 1. contra eum. Inter Christianos, inquiebat, fallaciosum quidam qui alios ducent. Alij verò qui eorum quæ credunt, nec reddita ratione nec accepta vsurpatum id habent, nihil perquiras, sed duntaxat credito. Sic tua saluum fastura est fides. Idem, vt est apud Orig. lib. 3. contra Celsum, fidem aiebat, animum in nobis præoccupantem, planè efficere vt Iesu credamus: Et eodem libro per Christianos hæc mungi dicebat: Nemo ad nos eruditus accedat, & sapiens nemo: hæc quippe apud nos sunt lege sancita. Si quis verò ineruditus, si quis insipiens aut infans, fidẽs nos adeat. Hanc piæ credulitatis exagitationem eruditè refellit Orig. lib. 1. aduersus eundem.

96. Pythagoræ philoso.) Pythagorei discipuli nullam aliam causam illius placitorum reddebant q. ἀνὸς ἔφα. Ipse dixit. Atq; etiam Plato lib. 1. de leg. nemini de suis legibus permittit negotium insumere, nec eas curiosiùs perpendere, sed ingenuè accipere.

97. Aureisq; immò plumbeis) Extat opusculum Pythagoræ hoc titulo, Aurea carmina Pythagoræ. Hæc itaque ludens Gregorius plumbea vocat, vtpote tam superbum titulum nequaq; sustinentia.

98. Silentij Philosophiam) Pythagoræ discipuli quinquennium totum silebant, solùm quæ dicerentur audientes, ac donec probarentur, nunq; Pythagoram videres. Clem. Alex. 5. Strom. silentij quinquennium eis ad quinq; sensuum purgationem indictum fuisse ait. Hieron. explicans illud Eccles. cap. 3. Tempus tacendi & tempus loquendi, Pythagoricos, inquit, reor, quorum disciplina est tacere per quinquennium, & postea eruditos loqui, hinc originem sui traxisse decreti.

99. Cuius enim Græcismi) Gr. τίνος Ἑλληνισμοῦ, illiusne scilicet, qui Paganismum & Gentilium superstitionem significat, an illius, qui linguam & dialectum? Versipellis enim ille amphibologia ludebat, & quemadmodũ Christiani Hellenismũ superstitionis & Paganismi execrabantur: ita eos quoq; vt insq; significationis permixtione ab Hellenismo etiam linguæ propellebat.

100. Sicut Lindijs) Apud Lindum, quod est oppidum Rhodi, Herculis sacra sunt, quorum à cæteris longè diuersus est ritus. si quidem non ὡραιῶς, vt Græci appellant, sed maledictis & execratione celebrantur, caq; pro violatis habent. si quando inter solẽnes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum, &c. Lactant. lib. 1. diu. Instit. Causam autem huiusmodi sacri exposuimus suprà.

101. Sicut etiam Tauris) Erat lex apud Tauros Scythiæ inhumanam & feram gentem, vt Dianæ hospites immolarẽtur: & id sacrificium multis temporibus celebratũ est. Lactãt. ibid. meminit & Lucianus, Tauri Scythiæ, inquit Athanas. pro hostijs Dianæ aduenas immolabãt, præsertimq; naufragos: & quos prouidentia periculo eripuerat, hos ipsi iugulabant.

102. Aut Laconibus) De ea re superiùs locuti sumus, quemadmodum & de Phrygum exectione. Dianam aũt illam apud Lacedæmonios Orthiam dicit Plutar. in Apoph. Lac.

103. Pueros adamare) Apud Cretenses lata lege venus mascula permittebatur. Chalcidenses ardebant nefanda puerorum libidine. Moscini etiam promiscuam venerem exercebant. Quin etiam Herodotus scribit Persas à Græcis didicisse pueris abuti. Idem accepisse feruntur Thraces ab Orpheo. Ouid ferè initio 10. Metam.

Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares, &c.

104. Aut alijs scortari) Lydiæ mulieres, priusq; nuberent, cuiusuis libidini exponebãtur. Sic & Iust. lib. 14. Mos erat fuisse Cyprijs testatur, virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quæsituras, in quæstum ad litus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas. Apud Scythas promiscuus erat fœminarum vsus, quemadmodum & apud quasdam alias nationes.

105. Σμερδαλόφωνον εἶναι) Horrendum, resonare, num, scilicet, quadam.

106. Μὰν λάπωθεν ἔπτα) Prorsus à Luciano mutuatus esse videtur, apud quem cùm Lexiphanes sesquipedalium & exoletorum, immò etiam quorundam Demosthenicorum verborum putidus affector pharmacum hausisse coactus esset, iamq; vomere inciperet, Papæ, inquit, Sosipolis, primum ἐκ μῶν, deinde πᾶς exiuit. Postea & ἀλλ' ὅτ' & ἀμηχάνῳ & λῶστ & δύσθεον, & continuum illud ἔπτα. Salsissimè videlicet ineptissimum hominem notabat, qui sibi facundia Demosthenem æquare videbatur, quòd is illius verborum delicijs vteretur.

107. Cynosarges) Cynosarges gymnasium erat Athenis, in quo notbi & spurij exercebantur, quemadmodũ tradit Plutarchus in Themistocle, & Budæus Annot. prior. in Pand.

108. Si quadam etiam diuina) Homerus de ea herba loquens, quam aduersus Circes veneficia Mercurius Vlyssi porrexit, sic inquit Odyss. 11. μῶλυ δ' ἀπὸ χθονὸς ἔλκε θεός. Hanc herbam dij Moly vocant. Vnde sic Ouid. 14. Metam, Pacifer huic dederat florem Cyllenius album, Moly vocant superi, &c. Et Plin. cap. 7. lib. 25. Laudatissima herbarũ est Homero teste, quam vocari abs dijs putat Moly. Qua quid significari possit, emblemate quodam explicuit Alciatus. Idem Homerus Xanthum à dijs vocari ait, qui apud mortales Scamander dicitur. Atque eodem modo Chalcidem deorum vocem alio quodam loco scribit. Consimiliter quoq; gigantem illum, q. Ioui auxilium tulit, Briareum deorum lingua vocari ait, hominum autem lingua Ægæonem. Festiuum videlicet hominem, qui nobis deorum linguam ac verba interpretetur. Hæc igitur est Gregorij nostri sententia. Si quidem nonnullæ deorum voces sunt (vt Homerus vester nugatur) de his non est meum pronunciare. Quod autem ad homines pertinet, nec vox, nec ars vlla cuiusquam propria est, sed cuilibet volenti ad vsum æquè patet.

109. Nonne Phœnicum sunt literæ) Vnde sic Lucan. lib. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Phœnices primi, famæ si credimus, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Et Plin. cap. 12. lib. 5. Ipsagens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis & siderum, nauali umque ac bellicarum artium. Idem cap. 56. lib. 7. ijsdem ex Theophrasto tribuit etiam turrium inuentionẽ, hae lustam & fundam. Vbi & ex Gellio literas apud Aegyptios inuentas à Mercurio, vel ex Antichide à Menone ante Phoronei tempora, ex alijs apud Syros repertas scribit. Ibidẽ & inuenies quas literas è Phœnicia in Graciam Cadmus transtulerit. At verò literarum inuentionẽ Hebræis deberi docet Iosephus statim initio lib. 1. contra Appionem.

110. Nõnne Euboearum) Plin. cap. 12. lib. 4. Euboea insula est Bœotiæ vicina. Hinc natus Palamedes teste Plin. cap. 56. lib. 7. Troiano bello dicitur quatuor has literas ξ, φ, ψ, & ω adiecisse, mensuras & põdera inuenisse, orbis militarij, signi dationis, tesserarum, vigiliarum autorem fuisse. De iniusta autem ipsius Palamedis morte, Vlysse ea procurante, vide Maron. 2. Aeneid. & Ouid. 13. Metam. Vellei & infelix Palamedes, &c. Tzetzes hist. 28. eum 16. literas inuenisse scribit, reliquas octo ab alijs postea inuentas, à Simonide nimirum ψ & ω. ab Epicharmo ζ, ξ, ψ, à Cadmo autem θ, Φ, χ. Idem tamen hist. 331. & 398. neq; Palamedem, neque Phœnicem neq; Cadmum literas inuenisse ait.

111. Quod graculo) Quod Aesopus in Apologis, & alij quidam Græci scriptores graculo tribuunt, Horatius sic tribuit corniculæ.

Ne si fortè suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus: &c.

112. Pastoris florem) Plin. cap. 36. lib. 9. vbi multa de purpuris, scribit illas florem tingendi vestibus expetitum in medijs habere faucibus. Tyri autem inuentam purpuram Pollux tradit lib. 2. cap. 4. Cinam.

113. Athenienses nos) Plinius tamẽ loco sapius citato, Nauem primum ex Aegypto in Graeciam aduexisse Danaum: ibiq; multa de singularum nauium inuentoribus scribit. Atq; Iust. lib. 2. Athenienses nõ nauem, sed lanificij, olei, & vini, arationis, & frumentorum sationis inuentionem tribuit, vbi & de Triptolemo, & Cereris sacris noctu fieri solitis: de quibus, vt & de Celeis & draconibus multa vide apud Lod. Viuem in Ciuit. in cap. 20. lib. 7. Aug. de Ciuit. Eorũ suprà meminerat & Theologus in orat. in sanctã lum.

114. Nõnne à Thracibus) Religionem Graci θρησκείαν vocant, existimant q; hoc nomen à Thracibus deduxerint, qui primi religionis & cultus diuini autores fuisse censentur.

115. Nõnne Astronomiam) Sic paucis Plinius eodem loco variarum illarum artium, quæ hic enumerantur, autores perstringit: Auguria ex auibus Cares, à quib. Caria dicta; adiecit ex cæteris animalibus Orpheus. Aruspicium Delphus: Ignispicia Amphiaraus: Auspicia auium Tiresias Thebanus: interpretationem ostentorum & somniorum Amphiction: Astrologiam, Atlas Libyæ filius, vt alij, Aegyptij, vt alij, Assyrij, &c. Geometriam etiam inuentionem Aristot. lib. 1. Metaph. Aegyptijs tribuit: vt Magicæ Zoroastri. Iustin lib. 1. & Oros. vnde Plin. cap. 1. lib. 30. illam ortam in Perside à Zoroastre, qui sex millibus annorum (si fide dignum est) ante Platonis mortem fuerit, testatur.

116. A Telmesensibus) Tatianus in principio Orationis aduersus Græcos de artiũ inuẽtoribus hæc scribit: Telmesenses, inquit, celeberrimi id diuinationis genus inuenerunt, quod in somniorum coniectione versatur. Cares Astrologiam: Phryges & antiquissimi Isauri auium volatus & auspicia: Cyprij artem sacrificandi: Babylonij Astronomiam: Persæ Magiam: Aegyptij Geometriam: Phœnices literaturam. Et aliquot verbis interiectis, Poëticã operam dare atq; tractare vos Orpheus docuit, idem & initiandi ritum inuexit: Vulcanus filiam inuenerunt. Historiarum conscribendarum rationem descriptiones illæ temporum, quibus Argi vtebantur, attulerunt. Quinetiam à Marsya & Olympo tibiarum ludum accepistis. Phryges porrò versipellem fistulæ modulationem atq; concentum rusticum (ἀγροικότερον enim in Græco legendum censeo) compositerunt. Tyrrheni artem tibia canendi, Cyclopes fabricandi repererunt. Epistolarum confectio mulieris quondã per Græcos fuit. Sarum reginæ inuentum est, vt referri Hellanicus, cui Atossæ nomẽ erat. At verò Theod. lib. 1. de Cur. at. Græc. affect. Aegyptios Geometriæ & Astronomiæ inuentores fuisse ait, obseruationis dierum natalium Chaldæos, augurioru Arabes & Phryges, tubarum Tyrrhenos, tibiarũ Phrygios, literarũ Phœnices, medicinæ Apim Aegyptiũ, scaphæ & Lybes. Quædam etiã alia dicit Clemẽs Alex. in Adhort. sed quæ tadiosa sit prolixitas hic commemorare. Hæc de rerum & artium inuẽtoribus dicta sufficiãt: quòd si studiosus lector plura desiderabit, legat ille Polyd. Virgilium, Ant. Sabellicum, Matth. Lunensem, & alios, qui sibi consulto hoc argumentum tractandum sumpserunt.

117. Quid igitur tandem fateberis) Gr. Ἀπόφηναι, quod verbum malui per secundam personam in numero vnitatis exprimere. Nec enim dubium est, quin Iulianum alloquatur: cui, si omnia ad primos authores atq; inuentores referantur, nihil reliquum fore ait, quòd sibi propriè vendicare possit, præter vitium atq; horrendam à Christianismo defectionem.

118. Scytharum seruij) Historiam habes apud Iustinum lib. 2. & apud Herod.

119. Valde verò mirabile) Gr. πρὸς δὲ τοῦτο ἄξιον θαυμάσαι τὸ ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθέν· τὸν δὲ τοῦ θεοῦ τρόπον, ὃν τοῖς ἀνθρώποις προσφιλοσόφησε, &c. Hic locus plurimũ difficultatis & caliginis mihi habere visus est, ita q; elucidando multum visudauit. An precium aliquod operæ fecerim, candidi lectores iudicabunt. Certè si vi verba sonant, hanc periodum explicare volnerimus, nullus sensus eruetur, qui non absurditate quadã scipsum euertat. Nam si hæc omnia ex Christianorum persona pronuncientur, ac πρὸς δὲ τοῦτο ἄξιον θαυμάσαι ad Iulianum referatur, quo modo id quadrabit cum eo quod sequitur, τὸν δὲ θεοῦ τρόπον, νόμῳ; Deinde quanam vetus illa Christianorum felicitas excogitari poterit, qui ante Constantinum perpetuis ferè calamitatibus persecutionibus q; vexati sunt? Tum quòd illud Christianorũ ciuile bellum atq; intestinum dissidium proferri potuerit, cùm Iuliani tempore nulla inter eos concertatio extiterit, sed extrema illa Apostatæ tempestas internas omnes & domesticas discordias extinxerit, aut certè consopuerit? At si figuratè & ὑπονοουμένως hæc verba extulerimus πρὸς δὲ τοῦτο ἄξιον, νόμῳ δικαίῳ πατρίου τοῦ σύνεσιν, & quæ deinceps sequũtur, τὸν θεοῦ τρόπον, &c. velut ex ore Iuliani proferantur, tota sententia pulcherrimè cohærebit. Hic enim horum verborum sensus erit. Præclare scilicet ageretur, si ita se res nostra haberet, vt asserebas, atq; etiã lege decernebas) Christianorũ tantus dissolutus atq; oppressus fuisset: vt à negotijs & molestijs liberi essemus, ac Romanum principatum prisca felicitate florentem cernere liceret (hoc est, Paganismum vigentem, vt olim solebat) nec vllis intestinis dissidijs perturbatum. i. diuersa Christianorum religione velut interruptum.

120. Idem igitur hic quoq;) Vide de hac re Epistolam, quam scripsit Iulianus ad Arsacium summum sacerdotem Galatiæ, & versutam illius θαυμαστὸν clarissimè perspicies. Ea extat apud Sozom. lib. 5. cap. 16.

121. Precationum alternatim) Flavianus & Diodorus hist. Tripart. lib. 5. cap. 32. primi dicuntur in duas partes choros psallentiũ diuidentes ex successione Davidicam melodiam cantare docuisse. Et hoc Antiochiæ primum fieri cæpisse, atq; hinc ad totius orbis vsq; terminos peruenisse. At id antiquius multò in Ecclesia Christi receptum fuisse ex hoc loco patet. Quin & Niceph. cap. 8. lib. 13. ad ab Ignatio vsq; tertio Ecclesiæ Antiochenæ Episcopo repetit.

122. Idne nobis lucro) Vtile nobis quidem fuit, eum de medio sublatum esse: sed haud scio, an vtilius illi fuerit prius interisse, quàm illud tam cogitationem in opus produceret. Patuisset enim, quantum inter hominũ motus & similiarum imitationem interesset, hoc est, inter pios Christianorum ritus, & Gentilium meptas imitationes.

123. Neque enim magis equa) Cùm Aeginenses vel, vt alij malunt, Megarenses Apollinem rogarent, quinã essent Græcorum præstantissimi, futurum arbitrantes, vt ob victoriam quam Aetolis extorserant, primo loco nominarentur, edituum est hoc oraculum.

Ἱππον Θεσσαλικὴν, λακεδελογίλωπε γυναῖκα,
Αὐδρέας δ' οἳ πίνουσιν ὑδατοκαλὸν Ἀρεθοῦσης, &c.

Quænos ita vertimus *Præcellit reliquis equa Thessala, prima Lacænæ*
Laus est fœmineo in sexu, pariterque virili
Ingenere excellunt Siculo de fonte bibentes.

Sic enim carminis causa Arethusam interpretor. Reliquũ oraculi, quoniã mihi ad huius loci enarrationẽ non pertinet, omitto. Qui volet, petat ab Erasmo in Adagio, Megarensium nullus sermo. Sensus itaq; Gregorij talis est: Quemadmodum iuxta Pythium oraculum equa Thessala reliquis omnibus antecellit, & mulier Spartana omnibus alijs mulieribus, & viri Siculi omnibus viris: ita etiam Christiani in religiosis ritibus atque sanctionibus mortales omnes antecellunt, primumq; honoris locum merentur.

124. Vt quod de ciuitate illa) Libenter ludit Gregorius in fictitiam illam Platonis ciuitatem, quemadmodũ & quidam alij, ac Lucianus in primis, qui lib. 2. Verarum historiarum, Platonem apud inferos esse negat sed conditam à se ciuitatem habitare ait. Porrò quòd ad rem nostram attinet, Socrates apud Platonem postquam ciuitatem à se fundatam instructamque legibus ciuitatem, cupere se ait eam motu incitatam videre, hoc est, iuxta legum suarum præscriptum regi atque gubernari. Sic enim ipse Socrates loquitur in Timæo: ἀκούοιτ' ἂν τἄλλα, &c. Quæ verba ita Latinè reddi possunt, Audite iam deinceps, quomodo erga hãc vestram de qua pertractauimus, ciuitatem, de qua disputauimus, afficior. Libenter enim quempiam commemorantem audirem, quemadmodum hæc ciuitas certamina ea, quæ ciuitates obire solent, cum alijs vrbibus consereret, vtile atque ordine ad bellum proficiscens, atque inter belligerandum disciplinæ & victui, quantum æquum est, tribueret, tum quantum ad actiones in operibus sitas, tum quantum ad interpretationes in verbis positas, ad vnamquamque ciuitatem habendas, &c. Hæc Plato. Ait igitur Gregorius se eodem modo cupere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cupere, vt illa Christianorum rituum imitatio à Iuliano excogitata in opus tandem prodeat, quo magis ridicula appareat.

125. Ergo in Beatam) Ferunt apud Inferos locum quendam esse, qui μακαρίων vocetur. Iacere autem in Macariam siue Beatam κατ' ἀνθρωπισμὸν dicitur, pro eo quod est, In rem malam. Vide Erasmum in prouerbio, In Beatam. Vbi etiam aliam huius adagij expositionem affert. Hoc tamen loco, luciamus in eorum Beatã, id est ac si diceret, fœdissimam illorum religionem excutiamus atq; insectemur, quam tamen pro beata & veneranda habent.

126. Risum in lachrymis) Videtur alludere ad Nepenthe illud cuius Homerus 4. lib. Odyss. mentionem facit.

127. Hesiodi Theogoniam) Hesiodus de genealogia deorum librum conscripsit, eumq; Theogoniam appellauit, quo nihil dementius nec prodigiosius fingi potest. Illic bellum deorum aduersus Titanes & gigantes cõmemorat.

128. Cottus, Briareus) Nomina sunt Gigantum, qui Deos bello prouocarunt. Briareus à Claudiano in Gigantomachia centimanus dicitur, quemadmodum & Gigas ab Horat. Ouid. 1. Metam. omnes centum brachia habuisse fingit, pedesq; draconum: sic enim apud eum Iupiter loquitur.

Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempestate fui, qua centum quisque parabat
Iniscere anguipedum capturo brachia cœlo

Cur autem anguipedes fingantur Gigantes, rationem vide apud Macrobium, de variis illorum nominibus apud Textorem in Offic.

129. Quæ tela simul & sepulchra) Ijsdem enim montibus, quos ad expugnãdum cœlum aggesserant, obruti sunt. Vnde illud eodem libro.

Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, & excussit subiectum Pelion Ossæ:
Obruta mole sua cùm corpora dira iacerent, &c.

Immissas autem in Gigantes insulas dicit, quòd cùm illos trucidaret Iupiter, montes ab illis strati in varias orbis partes dissiecisse dicatur. Qui verò montium in mare ceciderunt, insulæ factæ sunt, qui autem in terram, permansere montes: vt in eum librum scribit Raph. Regius.

130. Orpheus iam prodeat) Duo hæc spurcissima carmina ex Orpheo citat Gregorius, vt appareat ij stupriis ac vecordes sint, qui tam turpes atq; obscœnos deos deasq; venerentur. Citat & alia carmina ex eodem Orpheo Clemens Alex. in Adhort. suo ad Gentes, quibus narrat, quemadmodum Baubo cùm Cererem de filiæ raptu tristem ac mœrore confectam nulla ratione consolari atq; ad bibendum adducere potuisset, eam ceporis partem per quam fœminæ sobolem prodere solent, retexerit, eoq; spectaculo delectata Ceres poculum sibi porrectum hauserit.

Ὡς εἰπὼν σπλὰς αἰσύμνα, δεῖξε δὲ πάντα
Σώματος ἀρρήτου πρέποντα τύπον, &c. quæ ita vertit Arnob. lib. 5. adu. Gent.

Sic effata, simul vestem contraxit ab imo,
Obiecitque oculis formatas inguinibus res,
Quas caua succutiens Baubo manu, nam puerilis.
Olli vultus erat, plaudit, contrectat amicè.
Tum dea defigens augusti luminis orbes,
Tristitias animi paulum mollita reponit:
Inde manu poclum sumit, risuq; sequenti
Perducit totum cyceonis leta liquorem.

O perditum hominem qui huiusmodi spurcitiem effundere, immò euomere non dubitauit. O tecum & armentem Graciam qualem nebulonem sacræ disciplinæ perdiscendæ sibi magistrum asciuerit.

131. Omnia Phanes) Orpheus Deum verum & magnũ πρωτόγονον appellat, quòd ante ipsum nihil sit genitum sed ab ipso cuncta sint generata: eundem etiam φάνητα. i. apparẽtem nominat: quod cùm adhuc nullus esset, primus ex infinito apparuerit, & extiterit. Lactant. lib. 1. Diuin. Instit. cap. 5.

132. Ericapæus) Fortasse legendum Ἐριθηναῖον, qui Bacchum significat, vt testis est Varinus.

133. Qui omnes alios) Saturnum filios suos deuorasse fingunt poetæ, Iouem tamen furtim occultatum à Rhea saxum pueri loco subiiciente, in Cretam ablegatum esse. Quod autem sequitur, κατὰρ ἀνθρώπων τὸν ... homi-

hemistichium est Homero frequens, quemadmodum Virgilio Parens hominumq; deumq;.

134. Posteaq; his allegoriæ) Ridet Gentilium insulsitatem, qui rebus adeo puerilibus & ridiculis atq; impijs allegoricos sensus inuehunt, vt exterum absurditatem quoquo modo tegant. Idem ferè Aug. cap. 10. lib. 4. & lib. 7. de ciuit. agit, & ante eum Clemens Rom. lib. 10. Recognit.

135. Comœdiographum dicam) Nunc enim nobis deos lætos proponit Homerus, nunc luctu afflictos & prostratos, nunc securos nunc anxios ac metu perterritos, nũc placatos nunc acerrime inter se concertantes. Sic Balbus apud Cic. 2. de Nat. deorum Homerum notat, quòd Deos pugnantes inuicem scribat, &c.

136. Quemadmodum Oceanus) Iuno apud Hom. Iliad. 15. vt cestum amorum à Venere facilius impetret, fingit dissidium quoddam inter Oceanum & Tethidem intercessisse, iampridemq; eos à re vxoria abstinuisse, sese ad sopiendam hanc simultatem proficisci velle.

137. Nubium congregatoris) Κρονίδης. Epitheton Iouis. Iuno accepto Veneris cesto ita Iouem amore inflammat, vt clarissima luce cũ ea in Idæo monte rem habere cogatur. Ac ne ea obscuritas hominum oculos offendat, Poeta densam caliginem inducit, atq; etiam lorum substernit, ac crocum profert. Vide Hom. ibid.

138. Nunc in æthere) Iupiter apud Hom. Iliad. 15. his verbis Iunonem alloquitur.

Ἦ μέμνη ὅτε τ' ἐκρέμασ' ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν
Ἄκμονας ἤκα δύω, πόδεϊ χέρσὶ δ' ἄσμενον ἧλα
Χρύσεον ἀβρήκτοιϛ; σὺ δ' ἐν αἰθέρι κυδιάνειρα
Ἐκρέμω· ἠλάσκετο δὲ θεοὶ κατὰ πόντον ἅπαντα.
Λῦσαι δ' οὐκ ἐδυνάσθω παρασταδὸν, ὅν τιν' ἵκοιμι,
Ῥιπῇ σκοπὸν πεσόντα ἀπὸ βηλοῦ, ὄφρα οἱ ἵκηται
Γιγνώσκειν ὀλιγοπελέων Quæ nos sic Latina fecimus,

Anne parum memor es, cùm tu miseranda superne
Penderes, pedibusque tuis ego percitus ira
Incudem duplicem inieci, digitosque catenis
Auratis strinxi, quas non perrumpere posses?
Pendebas, diuosque omnes dolor acris habebat,
Soluere nec cunctis poterant: quemque arripuissem
Excussum è cœli iaciebam protinus aula,
Donec humi caderet resolutis viribus ille.

Quæ verba allegorice explicat scholiastes Græcus, ad quem lectorem remitto.

139. Amorum cestum) Hunc cestum describens Homerus Iliad. 15. his verbis vtitur.

Ἦ καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα
Ποικίλον, ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο,
Ἔνθ' ἔνι μὲν Φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς
Πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

Dixerat, atque fidem promissi protinus explens,
Multiplicem egregio cestum de pectore soluit.
Illecebræ hîc omnes inerant, hic blanda libido,
Hic amor, hic etiam verborum gratia fallax,
Quæ vel prudentis non rarò pectus inescat.

140. Mulierum amore) Eo enim loco Iupiter amores suos recensens Ixionis vxorem proferens, Danaen, Europam, Semelen, Cererem, & Latonam: negatq; se vnq; ita ad Venerem exarsisse, vt tùm Iunonis amore inflammabatur. Ac proinde non minus grauiter & eruditè Arnob. 1. 5. aduers. Gentes: Quid tandem quæso, inquit, Iupiter iste, quicunq; est, meruit, quòd genius est nullum probri infame, adulteriuin nullum, quod nõ in eius caput, velut in aliquam congeratis vilem luteamq; personam? Et paulo pòst, Nullum turpidinis genus est, quo eius nomen consociatis libidinibus non conferatis: vt videatur miserabilis prorsus nullam ob aliam causam esse natus, nisi vt esset crimmum sedes, maledictorum materia, locus quidam expositus in quem spurcitia se omnes scenarum colluuionibus deriuarent, &c.

141. Pro Lacæno scorto) Homerus tota Iliade deos pro Helenæ acerbissimè inter se contendentes ac pugnantes inducit.

142. Nigrorum superciliorum) Allusio ad illud Homeri de Ioue loquentis.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων

Ambro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ἀμβροσίαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο μέγας δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.
Hæc ait atque supercilijs Saturnius atris
Annuit, arrectisque æterno è vertice regis
Crinibus immensi concussa est regia cœli. *Vnde Ouid. 1. Metam.*
Terrificam capitis concussit terque quaterque.
Cæsariem, cum qua terram, mare, sidera mouit. *Et Virgil. 1. Aeneid.*
Annuit & totum nutu tremefecit Olympum.

143. Mars ille vulneratus) Diomedes Mineruæ impulsu Martem vulnerat Iliad. 5.

144. Aut æneo dolio) Gr. χαλκῷ πιέσμασιν. Alludit ad Homerum, qui Iliad. 5. Martem ab Otto & Ephialte eum prehensum, ferreisq; vinculis in æneo dolio conclusum fuisse scribit. Quamq; non me fugit interpretem Graecum πίεσμασιν altera etiam significatione explicare, vt non πίθου aut ἀγγείου significet, sed Carus verbum. Verùm prior mihi magis arridet.

145. Improvidusq; adulter) Quo modo Mars cum Venere adulterium commiserit, atq; à Vulcano deprehensa conflictusq; sit, tandemq; vinculis solutus, canit apud Homerum Demodocus Odyss. 9. eandemq; fabulã eleganter describit Ouid. lib. 4. Metam.

146. Ac verè Ioui consilio) Gr. Διὸς μήτις ἀτάλαντος, hemistichium apud Homerum frequens.

147. Abditi quidem & abstrusi, &c.) Non abs re est, quod de scripturæ allegorijs hoc loco verba facio Gregorius. Nam eo nomine Gentiles Christianos infectabantur, quòd multa scripturæ loca allegorice ipsi interpretarentur. Iudæos inquiebat Celsus, & modestissimos quosq; Christianorum ad allegoriam Scripturæ deprauandam traducere, & cùm istorum hos puderet, ad figurationes deniq; confugisse. Orig. lib. 4. aduersus eum. Obstrahendit itaq; Gregorius in librorum sacrorum allegorijs nihil ineße quod non grauitate ac pietate sit plenum. Hoc porrò non incongruum erit lectorem admonere, familiare fuisse Celso, quò commodius Christianismum exagitaret, hæreticorum commenta ortodoxos impetere, vt si quid in illorum libris stultum aut vitiosum inuenisset, statim quasi de profligato atq; extincto Christianismo triumpharet. Itaq; fieri potest vt eo loco quo Christianas allegorias suggillat ad prodigiosum illum nugatorem Valentium alios q; eiusdem farinæ respexerit, qui Platonicis fabulis doctrinam Christianam obruere conati sunt.

148. Per cœnum ad vrbem ducere) Prouerbiales locutiones, quæ in eos commodè torqueri possunt, qui per stultissimas, obscœnissimas q; fabulas ad allegoricos quosdam sensus ducunt.

149. Tamq; ab hypothesibus) Hic similè est quod ait Orig. aduersus Celsum lib. 4. Quæcunq;, inquit, videntur iuxta Græcos ad allegoriam conscripta, & turpiora sunt fabulis & planè absurdiora: cùm ea quæ prorsus credere nequeant mira quadam & insensata stultitia iungere conentur.

150. Cum Deos perturbationum) Vnde Aug. lib. 2. de ciuit. Dei cap. 7. Omnes cultores talium deorum mox vt eos libido perpulerit fermenti, vt ait Persius, tincta veneno, magis intuentur quid Iupiter fecerit, si quid docuerit Plato, vel censuerit Cato. Profert q; illud Terentiani Chærea, qui in flagitiosa libidine Deum se imitari iactabat. At quem Deum? inquit. Qui templa cœli summa sonitu concutit. Ego homuncio id non faciam. Ac proinde eleganter idem August. eodem libro Maligni, inquit, dæmones multa crimina de immortalibus fingi libenter accipiunt: vt ad scelestam ac turpia perpetranda velut ab ipso cœlo traducti in terra satis idonea vigendi authoritas. Idem fere cap. 16. lib. 1. Confeß. & Menippus apud Lucianum in Necyomantia testem Eudoxum facit. Fulgentius Mithologi. 1.

151. Vtpote deorum aliquem) Verbi gratia, Qui alienum thorum nefaria libidine commaculabit, adulterijs suis & Martis exemplo se defendat.

152. Saturnus) Saturnus, vt poetæ fabulantur, Cœlum patrem execuit, ne liberos gigneret, cuius commenti allegoricam interpretationem videt Aug. cap. 19. lib. 7. de ciuit. Dei.

153. Detq; hoc fluctibus) Venerem innuit, quæ ex Saturni testibus & maris spuma nata esse fingitur, apud Hesiod. in Theogon. Vnde sic illa Neptunũ alloquitur 4. Metam. Si tamen in medio quondam concreta profundo spuma fui, Graiumq; manet mihi nomen ab illa. Homerus tamen Iliad. 3. eam non Saturni, sed Iouis filiam facit. Nisi forte de alia Venere loquitur. Nam quatuor fuisse Cic.

154. Iupiter adu. Saturnum) Iupiter Saturnum patrem regno exturbasse dicitur, quemadmodum ille cœlum patrem regno expulerat. Quòd autem ait dulcis lapis, superius explicuimus.

155. Lucifer ipsis) Gr. μεθυσῶν & quæstuosus Mercurij epitheton, Lucrium vocat Arnobius lib. 4. aduersus Gentes. Quis est, inquit, qui credat esse deos Lucrios & lucrorum consectionibus præsidere cùm ex turpissimis eorum fanis frequentissimè veniant, &c. furtorum enim præses esse, immò etiam furandi arte præcellere dicitur. Lactantioque qui illum furem & nebulonem vocat, lib. 1. cap. 18. nihil reliquisse præter fraudem suarum memoriam

moriam dicitur. Nam Neptuno tridentẽ suffuratus est, & Martì gladium, atq; Apollinem arcu & sagittis spoliauit. Lucianus in Dialogis deorum, dialogo Apollinis & Vulcani.

156. Et marsupium) Cyrald. lib. de Dijs Gent. Syntagm. 9. Vidi, inquit, in libro Antiquitatum Mercurij imaginem hoc modo effictam: filo quidem corporis iuuenili, facie imberbi, cum alis suprà aures. Nudus vero totus præterq; quòd in dorso palliolum habere videatur. Dextra marsupium tenebat, quod supra caput hircinæ barbæ: sinistra verò caduceum præferebat. Ad pedes illius gallus & hircus fuberant. Et paulo pòst, Huic Deo Romani mense Maio rem diuinam faciebant, eiusq; statuæ plerisq; marsupium adhibebant, vt Macrobius & Suidas narrant.

157. Sine ære Phœbum) Tritus est apud Græcos prouerbialis hic Iambicus versus, ἄνευθε χαλκοῦ φοῖβος οὐ μάντευεται. i. Phœbus non edit sine nummis oracula. Quod prouerbium ad eos accõmodari potest, qui artem suam & doctrinam venalem habent.

158. In quamuis formam) Nunc in taurum propter Europam, nunc in aurum propter Danaën, nunc in pastorem propter Isin, nunc in Bacchum propter Erigonen: deniq; & in aquilam, vt Ganymedẽ raperet. Quẽ etiam pincernam in cœlo constituit. Varias autem Iouis transformationes perstringit Ouidius non longè ab initio li. 6. Metamor. Maonis elusam, &c.

159. Decimum tertium) Eodem modo Quintus Smyrnæus apud Tzetzen hist. 13. concubitum Herculis cum filiabus Thestij decimam tertiam eius arummam vocat hoc carmine, δεκὰς ἐννεακαιτρισκαιδεκάτη Θεστιάδῃσι μίγεν ἀλλοτρίῳ ἄλοχος: Quem etiam hoc nomine Tzetzes reprehendit, quòd huiusmodi congressum inter ipsius certamina numerarit. Sed quis videt Quintum Smyrnæum de re iocosa iocosè scripsisse, quemadmodum & hoc loco Theologum?

160. Iram Mars reprimat) Vitia & turpes affectus, qui dijs tribuuntur, colligit, vt ostendat morum doctrinam apud eos rectè tradi non posse, qui deos habeant fœdissimis perturbationibus obnoxios. De hac re autẽ elegãter tractat Theodor. lib. 3. de Græc. affect. curatione. Quam patientem animæ vim appellãt, inquit, & ἀνεσιν, quamq; imperio rationis subijci adhortantur, hanc stulti Gentiles deificant: vimq; concupiscendi Venerem Cupidinemq; appellant, irascendi vim Martem, ebrietatem Dionysium, dolum & fraudem Mercurium. Neq; pudet eos qui lasciuiam detestantur, flagitiosos q; homines pœna afficiunt flagitium tamen ipsum pro Deo colere ac venerari: & vt paulo pòst inquit, causas & stirpes scelerum, libidinem videlicet, iracundiam, crapulam, ebrietatem cœlestium deorum appellatione dignari, diuinosq; illis honores persoluere? Hinc est quod Fulgentius Plac. 1. Mytholog. in fabula Merc. apud Ethnicos non opus fuisse iudice scribit, cùm Dij furtis præessent, &c.

161. Hostium odium) Quomodo humanitatem erga hospites docebit Diana, quæ illorum cæde apud Tauros delectatur? vt suprà dictum est.

162. Frandem obliquus Apollo) Gr. λοξίας Apollinis epith. quòd ambigua & obliqua responsa ederet, quemadmodum illud, Aio te Aeacida Romanos vincere posse: Et illud. Crœsus Halym penetrans magnam perurret opum vim.

163. Claudicans) Alludit ad illud Homeri in fine 1. Iliad. vbi Vulcanus ridicula sua oratione & pocillatione dijs mœrorem omnem abstergit, illicq; etiam narrat, quo modo claudus factus sit.

164. Ad Aethiopes) Apud Homerum 1. Iliad. sic loquitur Thetis.

Ζεὺς γὰρ εἰς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας
χθιζὸς ἐβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.
Iupiter hesterna cœnatum luce probatos
Iuit ad Aethiopes, atque omnis turba deorum.

Atq; vt intelligas eos in Aethiopia lautissimè epulari solere, eodem helluo ille Neptunus solus proficiscitur Odyss. 1. Sic enim de eo ait Homerus,

Αὐτὰρ ὁ μὲν κατὰ δῆμον ἀγαυῶν αἰθιόπων
Ταύρων τε κριῶν τε τελείων ἱερὰ κνίσσων
Ἐνθ' ὅγε τερπόμενος δαιτὶ παρῆστο. &c.
Nuper ad Aethiopes perrexerat ille remotos
Taurorum celer occurrens pecudumque Hecatombis,
Atque hic accumbens carpebat gaudia mensis.

Vnde Arnob. lib. 6. aduers. Gent. Hoc est, aut, proprium deorum, complere omnia vi sua, non partiliter vsquam, sed vbique esse totos, non adesse, non abesse, non cœnatum ad Aethiopas pergere, & post dies bis senos priuatum ad domicilium redire. Et libr. 7. alludens ad id quod ait Homerus, Deos sacrificiorum nidore vesci, Nisi forte, inquit, Deus hostiarum animas deuorat, aut ex aris ardentibus nidorem confectatur & fumos, pasce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pascitur q; de cnißis quas euomunt ardentia viscera adhuc vda de sanguine, &c.

165. Qui agricolæ vim) Hoc suprà ex Lactantio explicuimus: vbi cur Hercules Boëtiæ Bubonas vocetur, diximus.

166. Crimen autem non solum) Vos, inquit Arnob. lib. 8. prohibetis & facitis: nos vxoribus nostris solcuno do viri nascimur. vos scelera admissa punitis: apud nos & cogitare peccare est. Vos conscios timetis, nos etiam conscientiam solam, sine qua esse non possumus.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO
secunda in Iulianum.

ARGVMENTVM.

IN hac oratione primùm narrat, quo modo Iulianus Imp. ad Hierosolymitani templi instaurationem Iudæos excitarit, quoque modo multis cœlestibus signis exterriti opus inchoatum abrumpere ac relinquere coacti fuerint. Deinde Persicæ expeditionis historiam & Romanorum cladem, Julianique interitum exponit, etusque funus eleganti comparatione cum Constantij funere grauissimè deprimat. Mox velut per præteritionem complura leuitatis illius & inconstantiæ argumenta congerit, ex quibus etiam multò antè futuram hominis improbitatem auguratus fuerat. Tum ad exagitandos impiorum hominum conatus delabitur eorumq; vanas spes irridet, stultaque de Christianismi oppressione consilia sugillat, quibusque calamitatibus, orationis ope ac Dei misericordia Christiani liberati sint, eopiosè prosequitur. Posteà ineptissimas Gentilium nugas, errorumq; portenta grauissimè perstringit. Atque ita tandem ad admonitionem se confert, eamq; in duas partes diuidit. Primùm enim Christianos hortatur, vt in secundis rebus modestiam teneant, nec earum prosperitate corrupti rursus in eadem vitia prolabantur, quæ illis recentis calamitatis incendium excitarunt: quoq; pacto ob tantum Dei beneficium eos gaudere atque in lætitiam effundi conueniat, ostendit. Secundò eos admonet, ne iniurias ab Ethnicis acceptas vlciscantur, verùm ys ignoscant, aut certè totam vltionem ad Deum transmittant: ibiq; etiam per occasionem de fabulosis quorundam apud inferos pœnis nonnulla commemorat. Deinde & Basilio quædam adiungit, quos Iulianus postremos ad cædem reseruarat. Postremò quandam illius orationem conuellit, in qua frugalitatis & continentiæ laudem sibi tribuebat.

AC primùm quidē orationum mearum certamen ita conclusum est & absolutum. Etenim hominis versutiam animique peruersitatem abundè & luculenter ostendimus, tam in ijs, quæ aduersus nos perpetrauit, quàm in ijs, quæ facere parabat, sic videlicet animo comparatus, vt ad præsentes acerbitates aliquid quotidie grauius excogitaret. Nunc verò alium iam orationis scopum, ad quem haud scio, an quisquam collimarit, tum apud Deum sanctiorem, tum nobis iucundiorem, atq; adeò posteris vtiliorem nobis proponemus: nimirum vt his, quæ superius à nobis dicta sunt iustas Dei lances adijciamus, easq; pœnas, quibus ex aduersa parte velut in trutina libratur & vindicatur malitia, partim alti in hac vita scelerati occurrens, partim aliquātò pòst occursura: put opinor artifici. Verbo visum fuerit, rerūq; nostrarū arbitro & moderatori, qui vt calamitatem misericordia reprimit ita ignominia & verberibus, pro animaduersionis modo ipse cognito, audaciam temeritatemq; compescit. Enimuerò quis iustos impiorum morbos, minimeque obscuras corporum rupturas, variasque alias plagas & pœnas facinoribus suis persimiles, mortesque nequaquam vsitato more progredientes, eorumque in dolorum acerbitatibus confessiones, inutilesque pœnitentias, quis castigationes eas, quæ per insomnia fiunt, verasque & certas visiones satis tragicè referre queat, eaque omnia commemorare, quæ vel propter flagitia circa sacras ædes admissa, vel propter sacras mensas omnibus ludibrijs contumelijsq; fœdatas, vel propter mystica pocula furiosè conspurcata, vel propter ventrem corporibus nostris sine vllo pudore expletum, vel propter omnia alia scelera perpetrata ipsis occurrerunt, clara vtiq; & perspicua diuinæ aduersus huiusmodi homines iræ signa & argumenta? Verùm hæc lubens præteribo, non quòd ijs quæ in oculis hominumq; sermone posita sunt, fidem abrogem, aut rerum euentus fortuito cuidam & temerario casui tribuam, quemadmodum illi, qui res huiusmodi temerè sentiunt, sed ne maioribus atq; insignioribus rebus prætermissis, leuioribus immorari videar. Illud verò miraculum, quod omnium ore celebratur, ac ne apud eos quidē, qui Deum nullū putāt, fide caret, oratione ꝓsequar. Furebat ille indies aduersus nos vehemētius, non secus ac fluctib. nouos fluctus exuscitans, q in seipsum primùm furore inflāmatus fuerat, & sancta protriuerat; Spirituiq; gratiæ cō tumeliam intulerat, Hieroboam appositè dixerim, aut Israelitem Achab, homines perditissimos, aut Aegyptium illum Pharaonem, aut Assyrium Nabugodonosor, vel hæc omnia contrahens vnum atq; eundem nominabo, quandoquidem eum omnium vitia in sese collegisse constat, perfidiam nempe Hieroboam, nefarium homicidium Achab, duritiem Pharaonis, sacrilegium Nabugodonosor, omnium deniq; in vnum collectorum impietatem. Cùm autem per omnia alia grassatus, atq; omne genus tyrannidis in nos & crudelitatis vt leue & abiectum aspernatus esset, (nec em vlla vnquam natura ad malorum inuentionem excogitationemq; illius natura vberior ingeniosiorq; extitit) ad extremū Iudæorum quoq; nationem in nos immisit, tum veteri eorum leuitate, tum antiquo nostri odio ipsorum pectoribus inusto ad id quod moliebatur, perficiendum, adiutoribus vsus, fatale nimirum ipsis ex eorum libris & arcanis esse affirmās, in patriā redire ac templum instaurare, patriorumq; rituum vigorem redintegrare, ac beneuolentiæ specie cōsilium celans. Postquam autem hæc in animum induxit, ipsisq; persuasit (facilè enim impostura facit, quicquid delectat) tum verò illi ad templi extructionem se comparare, atque in id opus, & manu multa, & animi alacritate laboreque incumbere. Illud quidē narrant, qui eorum facta laudibus & admiratione prosequuntur, vxores quoque ipsorum non modò matronalem omnem mūdum corporisque ornatum prompto animo detraxisse, atque in operis structuram laborantium quē opem contulisse: verùm eo quoque animo fuisse, vt terram sinu asferentes, ac nec vestibus præclaris & sumtuosis, nec teneris membris parcentes, pietatis officio sese fungi existimarent, omniaque hoc conatu inferiora ducerent. Vt verò à seuo turbine, ac repentino æstuantis terræ tremore compulsi, ad propinquum quoddam templum perrexerunt, partim orationis causa, partim, vt in huiusmodi rebus accidere solet, eo quod offerebatur, ad periculi propulsationem vtentes, partim cum tumultu abrepti, atque incitato cursu sese mutuò protrudētes: sunt qui ne à templo quidem eos admissos fuisse commemorent, sed cùm ad apertas fores accessissent, repentè easdem clausas pessuloque obductas offendisse, potentia quadam obscura & inuisibili, quæ ad impiorum terrorem piorumque confirmationem huiusmodi prodigia designat. Hoc verò vno iam ore omnes referunt ac pro certo habēt quòd eos per vim obnixamque contentionem ingressum sibi aperire conātes, ignis è templo occurrens inhibuit, eosque partim exusit & absumpsit (vt simile quiddā ipsis acciderit, quod Sodomitis, aut etiam Nadab & Abiud nouo atque alieno more thura adolentibus, ac periclitantibus (partim insignioribus corporis partibus demutilatos viuam columnam diuinæ aduersus sceleratos comminationis indignationisq; testem reliquit. Atq; hoc quidem ad hunc modum se habuit (nec fidem deroget quisquam, nisi qui eadem ratione alijs quoque Dei miraculis nullam fidem habendam putet. Quod autem hoc etiam mirabilius clariusq; fuit, lux in cœlo stetit crucem in orbem describens, ac nomen illud & figura, quæ in terra prius impijs cōtemptui fuerat, in cœlo nunc omnibus æquè ostenditur, Deoq; victoriæ de impijs relatæ trophæum efficitur, trophæo omni sublimius & præclarius. Ad hæc porrò qd dicturi sunt huius sæculi sapientes, suaque magnificè prædicantes, qui profundas, pmissasq; barbas ferunt, & elegans illud pallium circunferunt? Quin tu mihi tua ex aduerso exponis, qui prolixas orationes conscribis, historiasq; à vero abhorrentes

Ignis Iudæos concremat. Gen. 19. Numer. 16.

Crucis apparitio in cœlo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conficis,& ſuperna hianti ore ſpectas, falſaq; de corporibus cœleſtibus loqueris,atque natiuitates & humanos euentus ex aſtrorum motu contexis? Quin tu ſidera quoque tua profers,[7] Ariadnes coronam [8] Berenices crinem, ſalacem Cygnum, & flagitioſum Taurum,atq; etiam, ſi ita vis, Ophiuchum tuum,& Capricornũ,& Leonem,aliosq; omnes,quos ob malum cogni tos vel deorum vel in ſiderum numerum aſſcripſiſti? Vbi tu hunc circulum in tua Matheſi habes? Vbi etiam ſtellam illam Magorum tuorum ducem & auſpicem, q̃ priusab ortu in Bethleem cucurrit? Ipſe quoq; nonnihil habeo,quod de cœleſtibus rebus diſſeram, ſtella illa Chriſti præſentiam indicauit:hæc victoriæ Chriſti corona fuit. Atq; hæc mihi de cœleſtibus rebus dicta ſint,ſuperniſque corporibus, pro magna vniuerſitatis concordia cognationeque nobis condoleſcentibus. Quæ verò ſequuntur, Pſalmiſtes iam mecum expleat, Et ciuitates deſtruxiſti (vt veteres illas) ob eaſdem impietates flagitijs ipſis ſceleribusque flagrantibus,partim mari obrutas, partim terræ motu deiectas & euerſas,vt ꝓpemodum id qd̃ reliquũ eſt,dicere poſſim. Perijt memoria earum cum ſonitu,ac celebri & peruulgato interitu. Tanta enim earum ruina eſt,taliſq; calamitas, atq; vicinorum,impietateque maximè gaudentium,vt,ſi quis etiam earum inſtaurationem aggredi audeat,multo tempore ad eam rem opus futurum ſit. At cœli quidem & terræ hæc oſtenta fuerunt:cæterum homo huiuſmodi tẽpore nihil portendit,nec paſſionis Chriſti ſignis ſanctificatus eſt?[9] Proferant nunc quoq; veſtes ſuas, qui huius miraculi ſpectatores & diſcipuli extiterunt,illas,inquam crucis notis tunc conſignatas ſimul enim atq; quiſpiã hęc cõmemorabat (ſiue noſtræ doctrinæ eſſet,ſiue à religione noſtra abhorreret)aut commemorãtes audiebat, ſtatim hoc miraculum vel in ſeipſo experiebatur,vel in ꝓximo fieri perſpiciebat,ſtellatus nimirum ipſe notisq; diſtinctus, vel illum talem in veſtimentis intuens, omnem textorij artificij elegantiam,ambitioſeq; elaboratam picturam varietate ſuperantem. Quæ res ſpectantium animis tantum terroris iniecit, vt omnes ferme,quaſi ex ſigno vno atque vna voce Chriſtianorum Deum inuocarent,eumq; multis laudibus precibusque placare ſtuderent,multi etiam non in longius rem extrahentes,ſed eodem ipſo tempore, quo hæc acciderunt, ad ſacerdotes noſtros accurrentes,multumq; obſecrantes & obteſtantes in Eccleſiam admitterẽtur,ſublimioribusq; myſterijs imbuerentur, ſacro Baptiſmate purificati, actimoris beneficio adiuti vtilitatemq; conſecuti. Ac de his quidẽ rebus hactenus. Iulianus autem furoris ſenſim ingraueſcentis œſtro percitus & agitatus, ad ipſam calamitatum ſuarum coronidem deuenit. Vt enim Chriſtianorum res ex animi ſui ſententia ſe habere exiſtimauit, atque exhis, quæ iam confecerat,in eam ſpem adductus eſt, nihil eſſe,quod, modò vellet, ſuperare & expugnare non poſſet,ac præterea proſperi cuiuſdam aduerſus Occiduos Barbaros bellici ſucceſſus occaſionem rapiens, hoc vnum conſilium capit, prudentiſſimum ſimul & humaniſſimum. Duplicem enim inde exercitum mouens,alterum militum,alterum dæmonum à quibus ducebatur,& in quibus maior ipſi fiducia ſita erat, aduerſus Perſas expeditionem inſtituit,præcipiti temeritate potius, quàm virium firmitate certitudineq; ſubnixus,ac ne illud quidem perſpiciens,vir ſapientiſſimus,[10] præſidentiam & audaciam, licet nominum ſono cohæreant, potentia tamẽ plurimùm inter ſe diſtinctas eſſe. Etenim in rebus,quas audacter aggredi conuenit, præſidentem animum præſtare, magnanimitatis eſt:quemadmodum contrà languere ac periculum detrectare, ſeruilis ignauiæ. At vbi plus periculi imminet, tum verò pedem conferre, ſeq; in diſcrimen obtrudere, nõ autem retinere, temeritatis dicendum eſt; quemadmodum è contrario cedere, cautioni & prudentiæ. Neceodem loco ac numero ponenda ſunt, ea quæ adſunt tueri atque conſeruare,& eorum quæ non habeas,aliquid adipiſci. Illius enim præcipua & primaria ratio cordatis viris habenda eſt:hoc verò, ſi quidem tute facileq; liceat, amplectendum: ſin autem in contrarium cedat, contemnendum. Qui verò vt aliquid ſpe atq; animo conceptum aſſequatur, fortunarum ſuarum periculo dimicat, in magna ſtultitia verſatur, minicq; malo pugili non diſſimilis eſſe videtur, artem ſuam, priuſquam gradum rectè fixerit, præferenti, aut gubernatori effractæ nauis ſuæ nec ad nauigandum commodè inſtructa, nauem hoſtilem deprimenti aut certè deprimere conanti. Quorum ille nihil, vt mihi quidem videtur, reputans, inconſultè ea quæ animo decreuerat, aggreditur, rebus Romanis adhuc exulceratis, maleque, præſertim ob excitatam perſecutionem affectis, alienam regionem cogitans,[11] ac Salmoneum quendam nobis referens è corio obtonantem,[12] Traianosq; illos & Hadrianos ſibi proponens, quorum non minus cautio quàm animi magnitudo admirationi eſſe ſolebat. At ei

[13] nec Cari illius in mentem veniebat, [14] nec Valeriani, qui impetus inconſulti pœnas dederunt(ne,[15] quemadmodum ait Tragicus, fortunas exprobrem) in Perſarum finibus in medio felicitatis curſu oppreſſi atque extincti. Verùm hæc ipſius animo inſederant, totuſque in eam expeditionem ferebatur,[16] omnem diuinationis & præſtigiarum, dicendorumq; & tacendorum ſacrificiorum impoſturam inuehens, vt tota breui deleretur. Porrò votiua victima quàm magna quamque eximia. ô Chriſte & Verbum & paſſiones impaſſibilis,totiusq; orbis myſterium.[17] vniuerſam Chriſtianorum gentem dæmonibus Iulianus ſe- ratur Chriſtianos- que bello ad- uersus. fiſtere,ſi propoſiti compos exiſteret. Ac ſuſceptæ quidem expeditionis principia illi admodum generoſa,& à plerisq; eorum,q ipſius partibus ſtudebant, miris clamoribus elata,hoc modo ſe habent.[18] Nam cùm totam eam Aſſyriæ partem, quam perluens Euphrates ac Perſidem præterlabens illic cum Tigride miſcetur, captam perua ſtaſſet, nonnullaq; caſtella nemine prohibente diruiſſet, ſiue quia Perſas incurſionis celeritate ſe fefelliſſet, ſiue quia ab ijs conſultò ita duceretur, ſenſimque ad vlterius progrediendum alliceretur (vtrunq; enim dicitur)ita demum iter faciens atq; exercitu à latere proficiſcente, nauibusque frumentum & vaſa per fluuium conuehentibus, paucis interiectis diebus,[19] Cteſiphonti caſtra admouet, cuius vrbis tanto deſiderio tenebatur, vt vel ad eam propiùs acceſſiſſe, victorię partem exiſtimaret. Hinc verò iam velut arena pedibus ſubtracta, aut tempeſtate in nauẽ illiſa res ipſi retro fluunt. Cteſiphon enim arx firma eſt expugnatuque difficilis, muris cocto latere conditis,& alta foſſa paluſtri,q; acclimoſo amne communita. Eam porrò arx quoque altera firmiorem reddit.(20 Cochen appellant) pari tam naturæ quàm artis præſidio conſtructa, alteri arci ita coniuncta, vt vnius tantum ciuitatis ſpeciem ambæ præbeant, intermedio amne inter ſe diſiunctę. Quas cùm nec ſine incurſu atq; impetu euertere, nec obſidione capere,& in poteſtatem redigere poſſet, nec verò vlterius cum exercitu, ac præſertim cum naualibus copijs pergere (periculum enim eſſe, ne è loco ſuperiori telis vtrinq; peteretur, tranſituque prohiberetur)[21] hoc demum modo eas à tergo relinquit. Euphratis enim, fluminis omnium maximi, partem haud mi nimam perrumpit & circunducit, vt ex foſſa, cuius vetera etiam veſtigia extare aiunt, nauibus permeabilis eſſet: atque ita per eam ad Tigrin aliquantò vlterius con Cteſiphon euallida. fluens naues ſaluas & incolumes tuetur, è fluuio ad fluuium tutò peruectas. Ita caſtellorum horum periculum effugit. Vt autẽ, progredienti Perſicæ copiæ in cõſpectum venientes,quotidieque increſcentes, eam gerendi belli rationem tenere cœperunt, vt aduerſa quidem acie nequaquam ſibi ſtandum,nec,cùm nullo periculo vincere liceret,niſi magna neceſſitate vrgente,tẽtandam ſibi al eam belli iudicarent, cæterùm è tumulis & locorum anguſtijs,vbi occaſio offerretur, hoſtes ſagittis impeterẽt, atque opportuniſſimis viæ tranſitibus occupatis eos facillimè, ne porrò progrederentur,inhiberent: tum verò in magna animi perplexitate & inopia verſabatur, quoque ſe verteret non habens, pernicioſum tandem conſultationis ſuæ exitum reperit.[22] Vir enim quidam non ignobilis inter Perſas, Zopyri illius erga Cyrum in Babylonis obſidione facinus imitatus, quaſi ob grauiſſimas quaſdam cauſas in grauiſſimam offenſionem Perſarum regi veniſſet, eaq; de cauſa in eum peſsimè animatus, contraque erga Romanos optimè affectus eſſet, atque hoc commento & ſimulatione fidem apud eos inuenieſſet. Quid, inquit, Imperator? quid tam ignauum atq; imbecillum de re tanti momenti conſiliũ initis? Quis hic naualis commeatus, onuſque ſuperuacaneum, ignauiæ magiſtrum? Nihil enim ita pugnandi ſtudio, vincendiq; cupiditate flagrat, vt venter, ſitamq; in manibus habere ſpem ſalutis. quocirca, ſi quid me audies, nauticum hunc apparatum valere iubebis, languoremq; ex eo ad egregium hunc animiq; magnitudine præſtantem exercitum redeũtem: ipſe autem via alia faciliori & tutiori, cuius tibi me ducem fore profiteor (nam Perſicæ regionis tam peritus ſum, quàm quiuis alius,) in hoſtium terram impreſsionem facies, rebusq; ex animi ſententia confectis ad reditum te accinges. Me autem tunc demum beneficio afficies, cum reipſa atque experimento benevolentiam erga te meam conſiliumq; compertum habueris. Hac oratione cum Iuliano, id quod proponebat, perſuaſiſſet (credula enim eſt leuitas) præcipueq; etiam Deo impium exagitante, omnibus ſimul incommodis & acerbitatibus premi cœpit exercitus. [23] Naues igni conflagrabant, frumentum nullum erat, ac riſus inſuper accedebat (idem enim ferme erat, ac ſi manus ſibi ipſis necemq; attuliſſet) ſpes omnes euanidæ, duxque itineris cum promiſsis ſuis abſceſsit. In orbẽ porrò hoſtes inſtare, bellum circunfluere, progreſsio non facilis, victus egre parabilis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

languere exercitus, animisq; concidere, atque Imperatori irasci, nulla spes vlla lætitior reliqua esse, hæc vna, vt in præsentib⁹ rebus, salutis ratio videri, nimirum scelerato imperio & militari præfectura defungi. Ac quæ hucusq; gesta sunt ita se habent. Quæ autem sequuntur, non vno modo ab omnibus referuntur, sed alij alij sermoni essentiuntur, calculumq; addunt, non minus eorum, quibus certamini interesse, q̃ quibus esse abesse contigit. [24] Nonnulli enim à Persis eum iaculis confixum fuisse affirmant, temerè in hostes excursantem, atque huc & illuc væsanè prosultantem, idemq; ipsi,[25] quod Cyro Parysatidis filio accidisse, qui cùm aduersus Artaxerxem fratrem cum decem hominum millibus ascendisset, egregieq; pugnaret, temeritate tandem sua victoriam amisit. Alij huiusmodi quendam de eo sermonem commemorant, cùm in sublimem quendam tumulum ascendisset, vt velut è specula exercitum lustraret, quantusq; bello superfuisset, cognosceret, magnasque copias, speq; sua copiosiores perspexisset, Quàm grauè & indignum fuerit, dixisse, si hos omnes ad Romanorum terram reduxerimus, quasi videlicet ipsis salutem inuidentem. Quibus verbis inflammatum militè quendam, iraque præcipitem actum, nulla salutis sue habita ratione, viscera ipsius gladio transfixisse. Alij rursus facetum & ridiculum quendam Barbarum (quales in exercitus comitatu tum ad leniendas animorum molestias tum ad exhilaranda conuiuia esse solent) hoc facinus perpetrasse ferunt.

De morte Iuliani opiniones variæ. Cyrus.

Nec desunt qui Saraceno cuipiam egregiam hanc laudem arrogent. Vtcunque se res habet,[26] letale certè orbiq; vniuerso salutare vulnus accipit, vnoque facinore [27] multorum viscerum, perniciosè creditorum, pœnas exoluit. Quod & ipsum miror, quo modo homo vanus, qui omnia hinc se scire existimabat, hoc vnum ignorauit, nimirum vulnus visceribus suis infligendum. Sed ne hoc quidem prætereundum est, quòd præter alia multa maximum perditæ illius amentiæ argumẽtum habet. In fluminis ripa iacebat grauiter ex vulnere ægrotans. Cùm [28] permultos eorum, qui ante ipsius ætatem gloria floruerant, vt humana conditione maiores censerentur, artibus quibusdam ex hominum oculis sese sustulisse, eamq; ob causam pro dijs habitos fuisse sciret, eiusdem gloriæ cupiditate captus, simulq; tali mortis genere interire propter temeritatis ignominiã erubescens, quid moliatur? quid facit? (Neque enim simul cum vita improbitas extinguitur) in profluentem corpus proijcere conatur, ad eamque rem nonnullorum, quos maximè fidos arcanorumq; conscios habuerat, opera vtebatur, Quòd nisi quispiam ex Eunuchis imperatoris hanc rem persentiens, scelerisq; odio & execratione alijs prodẽs huic conatui obstitisset, nouus vtique alius [29] ex calamitate Deus væcordibus hominibus extitisset. Sic ille & imperio gesto & bello administrato vita perfungitur. Statim autem post ipsius mortem imperium excipiens, qui post illum in ipsis castris, atque in ipsa periculorum flamma ducem necessario requirente, nominatus fuerat,[30] vir vt alijs rebus ita pietate clarus & insignis, atq; imperatoria tanè oris maiestate præditus, cùm nec manum Persis conserere, nec progredi vllo modo valeret (licet alioqui magnitudinis animi & alacritatis in eo desiderari nihil posset) quòd milites manibus & animis ac spe fracti debilitatique essent: castra mouere copiasque reducere satagebat, idq; vt tutò sibi facere liceret, laborabat, perinde atque non imperij, sed cladis hæreditatem consecutus. Quòd nisi Persæ victoria moderatè vtentes (hoc enim apud eos in more positum est, vt modum in prosperitate teneant) aut aliud quiddam eorum, quæ fanerant ferebantur, metuentes ad pactiones inundas, easq; adeò inopinatas æquitatisq; plenas animos conuertissent: ne [31] signifer quidem, vt dici solet, exercitui superfuisset. Vsque adeò eos ad manum Persæ habebant, tum in terra sua dimicantes, tum etiam ob ea quæ contigerant, animis elatis. Felix enim aliquis rerum successus est vim habet, vt spem quoq; lętam futuri afferat. At nunc ille totus in eo erat, vt exercitum incõlumem seruaret, neruosque Romanis relinqueret. Nerui enim erant, & si rem malè gesserant ob ducis potiùs temeritatem, quàm ignauiam suam. Persæ verò cõditionibus turpibus sanè [32] Romanorumque manu & potentia, vt breuissimè dici, indignis fœdus percusserunt. Quarum nomine si quis [33] absoluto Iuliano Iouiniano criminandum censeat, meo iudicio perquàm iniquus est eorum, quæ tum acciderunt, æstimator. Non enim eius, qui demessuit, spica est, verùm illius qui semẽtem fecit: nec ei incendium asignandum est, qui ignem extinguere potuit, sed qui excitauit. Atq; illud [34] Herodoti de Samiorum tyrannide commodè dixerim, Vestem hanc Histiæus quidem consuit, externùm induit Aristagoras, qui antecessoris sui facta excepit. Quid reliquum erat? Quid, nisi vt impij cadauer ad Romanos refe-

Iul. vult haberi idem post mortẽ

rẽtur, quanquam ita fato perfuncti? [35] Quoniam autem nos quoq; mortuum habemus, eum scilicet, qui ante eum è vita excesit: videamus hic quoq; quantũ inter vtrumq; Imperatorẽ discriminis fuit, si qd hoc etiã ijs ad felicitatẽ vel infelicitatem momẽti habet, qui ex hac vita migrarunt. Ille igitẽ publicis laudibus faustisq; omnationibus pompisq; deducitur, ac religiosis etiam his nostratibus cultibus, nocturnis cantionibus, faciumq; gestationibus, quibus nos Christiani pium è vita discessum honore prosequi consueuimus. Ac lætitia luctu permixta efficitur huiusmodi corporis exportatio. Quòd si cui credibilis hæc oratio videtur, id quoq; multorum auribus diuulgatum est, quòd cùm corpus Tauro monte superato ad paternam ciuitatẽ, hanc inquam illis cognominem, imprimisque claram & nobilem veheretur, vox quædam è summis locis à nonnullis exaudiebatur, velut psallentium & prosequentium (angelicorum, opinor, cœtuum) qd⁹ pietatis illi præmium erat, funebrisq; remuneratio. Nam & si rectam & orthodoxam fidem nonnihil luxare visus est: hoc tamen crimen procerum importunitati fidei; peruersitati tribuendum est, qui simplicem, parumque in pietate firmam animam, minimeq; barathra prospicientem accipientes, quò libuit, abduxerunt, exactæq; doctrinæ fuco atq; prætextu vitijzsum effecerunt. At nos, id quod communius est, tum patrem, à quo imperatoriæ potentiæ & fidei Christianismo fundamẽta iacta sunt, tum etiam doctrinæ hæreditatem ad filium deuolutam cogitantes, eius q iustè semper in imperio vixerat, pioque fine vitam clauserat, nobisq; principatum reliquerat, meritò tabernaculum honore complectebamur. Vt autem magnæ & imperatoriæ vrbi propinquus fuit, quid totius exercitus satellitium & stipationem armatamq; turmam Imperatori tãquam viuo exhibitam cõmemorare attinet, aut præclaræ ciuitatis effusionem, omnium q vnquam fuerunt, aut futuræ sunt, celeberrimam? At egregius ille & audax, nouaq; purpura ornatus, eaq; de causa, vt probabile est, elatus atq; insolens, funeris ipse quoque honorem ei pro parte sua impendit, eandem gratiam dans, vicisimq; accipiens, partim voluntate, partim vi & necessitate, vt fama est. Exercitus enim vniuersus, tametsi præsenti imperio cederet: maiorem tamen reuerentiam demortuo tribuens (quandoquidem recentibus adhuc calamitatibus maiorem quandam beneuolentiam præ nobis ferre solemus) aciore amore inflammatus, miserationeq; motus, ac proinde cum imperatorijs honoribus carere non ferens, Apostatam vt eum susciperet, hortantur, mortuoq; cum congruenti habitu gestuque obuiam prodire cogunt: hoc est, vt diadematis ornamento à capite detracto, Imperatori se, vt decebat, submitteret & inflecteret, atq; ita deinde cum simul cum ijs, qui efferebant, ad sepulchrum prosequeretur, nobileq; illud Apostolorum fanum, qui sacrosanctam sobolẽ & susceperunt & custodiunt, æquos propemodum honores præmiaque carpentẽ. Ac tale fuit Imperatoris nostri funus. Huic contrà cùm turpis & flagitiosa expeditio (exagitabatur enim à populis & vrbibus, publicisq; & scurrilibus vocibus, quarum nunc quoq; permulti meminerunt) tum verò turpior atq; ignominiosior reditus contigit. Quæ verò hæc ignominia erat? Mimi & histriones eum agebant, omnique scenæ turpitudine lacessebant, tibia canẽtes & saltitãtes, eiq; fidei abiurationẽ & cladẽ, vitæq; finẽ exprobrãtes, nihil deniq; exijs non facientes ac dicẽtes, quib. huiusmodi homines, qui pro arte procacitatem & contumeliam habent, insolentiùs vtuntur: quoad eum tandem [36] Tarsensis ciuitas excipit, haud scio quomodo & quã ob causam hac iniuria mulctata. Hic illi templum infame tumulusque impurus & execrandus, ac ne spectabilis quidem piorum oculis. Atq; hæc, vt grauissima illius crimina, maximeq; propria, dicendo sum prosecutus: nõ alioqui nescius, duobus aut tribus [37] aulicis assentatoribus, eiq; impietate paribus (alios enim consultò prætereo) tantam impietatis mercedem persolutam esse, vt nulla res obstitura fuerit, quo minus ipsi breui temporis spatio terras omnes & maria Romanorum imperio subdita expilarent, nisi rebus secundior finis citiùs contigisset. Adeò latrocinijs & auaritia priores illos [38] Centimanos excedebant. Prouinciarum porrò imperia nõ moderatissimis, sed crudelissimis hominibus mandabantur, atq; ad magistratus & præfecturas vnum suffragium erat perfidia, Christianissimiq; desertio: ab eoq; beneficia consequebantur, qui sibi ipsis sceleratissimè consuluissent. Quid [39] causarũ immutationes inflexionesq; commemorem, quæ media nocte plerunque commutabantur conuertebanturq;, nõ secus ac fluctuum reciprocationes? Quandoquidem & iura dicere volebat vir egregius, omnia propter ambitionem sibi arrogãs. Parua fortasse & perq̃ exigua crimina colligere videar, maximaq; paruis dedecorare atque eleuare.

Mimi.

Tarsus.

Iul. tempore vnicum suffragium ad præfecturas erat perfidia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elysii cãpi. Rhadam.

Cæterùm fatendum,hæc 40 Elysijs campis minimè digna esse,nec illa Rhadamãthi gloria,qua eum dignum censent, qui eiusdem sunt sodalitij atq; ordinis.Hoc vnum autem in eo non possum non mirari. Nam cùm multos eorum qui ex 41 Asiaticis potissimum studijs literarijsq; gymnasijs ipsi noti & familiares fuerant, summo studio accersiuisset,quasi mirabilibus quibusdam beneficijs eos ornaturus, eximiaque spe ob veterum pollicitationum memoriam animos eorum extulisset:vt ad eũ venerat, hoc illud videlicet,calculorum impostura & oculorũ ludificationes.Hos enim hoc modo,illos alio eludens, quosdam etiam mensa comiter accipiens, ac multùm illud,Sodalis,propinans, instarque alius cuiusdam illecebræ suauiter fundens, insectis tandem rebus dimittebat, haud satis cõstitutum habentes,illius fraudem magis,an suam ipsorum leuitatem accusarent.Illud verò an non in philosophi huius doctrina laudabile,quod adeò ab ira alienus,animiq; perturbationibus superior erat, principumq; eorum similis, qui constantiæ tranquillitatisq; laude aliquando floruerunt,nec etiam si quid molestiæ ipsis accidisset, vultum tamen quicquam immutarunt, atq; vllum commoti animi signum dederunt:vt,quod iudicis munere fungens aulam clamoribus pedumque supplausionibus impleret, non aliter ac si ipse iniuria & damno affectus esset, ac non alijs potius hęc patientibus succurreret,ne oratione quidem complecti velimus.Hoc autem eccui ex omnibus ignotum est, q̃ multos etiam è rusticioribus, qui ad eum accedebant,vt eorum,quæ homines ab imperatoribus petere,precibusq; postulare ac contendere solent, aliquid consequerentur,ita mulctabat,palam pugno feriẽs,calcibusq; impetens,vt prę se secum actum putarent,q̃ patrocius aliquid non pertulissent?Iã sufflationes & resufflationes, quas eximius ille vir,doctrinæq; nostrę fugillator,vetulis mulierculis per contentionem ostentabat,altaris ignem accendens, quo tandem orationis loco ponemus? Quàm verò prę clarum,Imperatoris Romani maxillas indecorè inflatas cernere, risumque multum,non externis tantùm, sed ijs etiã quibus eam rem gratam fore putabat,excitantes.42 Mineruam autem deam suam tibijs quoque ipsis dira imprecatam esse nõ audiebat, posteaquam iis dedecorari sese perspexit,aquis speculi vice vsa. Propinationes porrò & potationes,quas meretricibus ob omnium oculos præpinabat, vicissimq; propinabatur, mysterij prætextu obscœnitatem lasciuiamq; obtegẽs,quis non

Minerua.

laude & admiratione prosequat?Hæc alijs cæsis quidem experientia ipsa declarauit,principes grauatus patusq; licentiam adeptus:à me autem p- *Iulian.* cul antè perspecta quodam modo fuerunt, ex quo Athenis cum eo versatus sum.Nam *Athenæ* illuc quoq; statim post ea quę aduersus fratrem designata sunt profectus est,Imperatorem hoc ipsum deprecatus. Duplicem eiusq; scholas viseret: alteram tectiorem & impostores de rebus suis consuleret,im pietate videlicet nondum plenam liberatem habentem.Tunc igitur me non malum huius viri cõiectorem fuisse memini,quàm alioqui ad has res non optimè à natura comparatus. Sed me morum ipsius inconstantia,atq; incredibilis quædam mentis emotio vatem efficiebat : siquidem 43 propheuates ille optimus est, qui rectè conijcere *Ex ipso* nouit.Neq; enim mihi boni quicquam significare atq; ominari videbantur,cernux *pectu.* non stata,humeri subsultantes, & ad æquilibrium subinde agitati,oculus insolens & vagus furioseq; intuens, pedes instabiles & titubantes, nasus contumeliam & contemptum spirans,vultus lineamenta ridicula idem significantia,risus petulantes& effrenati,nutus &.renutus temerarij, sermo hærés spirituq; concisus, interrogationes stultæ & præcipites, responsiones his nihilo meliores, aliæ in alias insultantes, nec graues & constantes, nec eruditionis ordine progredientes.quid singula deseribere necesse est? Talem ante opera compositę,quas natura nouo more produxit.Ac proinde finem quoque amentiæ suæ dignum tulit,Deo hîc solùm consuleta sua lenitate vti non sustinente,vbi multis per nicioſa futura erat hæc clementia, atq; ijs qui honestè atq; ex officio viuunt, maximo rorem multum allatura, & peccantibus multum contemptum:tantiquam videlicet nemo sit qui res nostras inspiciat,atque gu-

bernet,ac pro merito quemque remuneretur,sed temere ac fortuitò mundus feratur atq; voluatur : quod sceleratæ mentis est, valdeq; periculosè in maximis rebus affectæ. Hæ nostræ,hoc est Galilæorum,hæ contemptorum & abiectorum hominum narrationes.Hæc nos,qui Crucifixum adoramus,hæc Piscatorum discipuli,& imperitorum,vt ipsi aiũt,Hæc nos,qui cum aniculis sedemus & psallimus. Hæc nos diuturnis iciunijs consecti atque exanimes.

Insulsa ratio. Act.4.

Hæc nos qui peruigilem noctem frustra ducimus,atq; ad nocturnas stationes delirамus,nosq́ ipsos deijcimus. Vbi sunt grammatici,vbi consultores? Libet enim ab 47 indoctorum nostratium quodam,vt quidem verbis videtur,triumphalem hymnum mutuari. Vbi sacrificia & sacra & mysteria?vbi victimæ tum perspicuæ tum obscuræ?Vbi ars aduersus victimarum incisiones adinuenta?Vbi 48 præscientiæ impostura,& ventriloquorum signa ? Vbi insignis illa Babylon sermone celebrata, & orbis vniuersus terrarum 49 per exiguum & nefarium sanguinem cogitatione perceptus?Vbi Persæ illi & Medi, qui manibus tenebantur?Vbi dij illi,qui præmittebantur ac deducebant & comitabantur, & propugnabant simulque pugnabant ?

Ps. 78. Ier. 4. Ioel. 2.

Vbi illæ aduersus Christianos vaticinationes,& minæ,nostriq́ue ad præstitutum diem,50 nomine tenus, extinctio atq; oppressio? Euanuerunt,falsæ sunt , diffluxerunt,somno similes visæ sunt omnes impiorum iactationes. Ezechias rex Iuda cũ aduersus eum rex quidam alienigena cum magnis copijs perrexisset, atque exercitu Hierosolymam cinxisset,impiaq; & contumelioſa verba tum aduersus regem,tum aduersus Deum ipsum acerbè protulisset, quasi nulla omninò ratione vrbem ex ipsius manibus ac potentia extrahere & conseruare posset:in templum se contulit, vestemq; lacerans,& lachrymarum fontes,p fundens,manusq; in cœlum tendens blasphemiæ Senacherib Deum testem vocauit atque vt superbarum illius minarum vindex esset,his verbis rogauit. Vidisti,Domine,quot probra in te Israelis Deum alienigena iste cõiecit.Vidisti Domine,ne sile as. Nec verò petitione sua frustrat' est.Nã impius Dei hostis reipsa furorem suum intellexit,insectisq; rebus cum suis minis difecisset,inuisibili quadam potentia subitò irruente conterritus,magnaque exercitus parte amissa,ac nuncio tristi & acerbo pedem referre coactus, obsidionem spesq́ue suas inopinatò soluente.Hæc Ezechias ille magna potentia cinctus , ille rex magnæ Hierusalem,qui suismet quoque fortasse viribus hostem propulsassset ac propulisset.Nos autem,quibus nulla alia arma,nec muri,nec præsidia,præter spem in Deum, reliqua erant,vt pote omni humano subsidio prorsus destitutis ac spoliatis,quem tãdem alium aut precum auditorem,aut minarum depulsorem habituri eram', quàm Deum Iacob, qui aduersus superbiam iurat?O incredibiles narrationes. O rerum conceptarum temeritatem. Dæmonibus instar cuiusdam alius victimæ promissi sueramus:ac magna illa Dei hæreditas,gẽs illa sancta,regale sacerdotium , vnius spei præmium,atq; vnius belli palma facti eramus.Hæccine Christianis 51 ob salutem p eos malè acceptam præmia retulisti?Hæccine Domino Deo tuo rependisti? Ac prius quidem, cùm Deus suam pro nobis iram adhuc remitteret,atq; differret , ac zelum omnem suum nondum inflammasset verùm sublimem adhuc & suspensam aduersus impios manum haberet atq; arcum tametsi contensum & paratum per vim retineret tantisperq; expectaret , dum tota illius improbitas,quasi subputridus & malignus quidam morbus erupisset (ita enim fert iudicij diuini mos , vt vel per pœnitentiam seruet', vel iustius puniat) tum verò ea quæ fiebant ægrè ferentes,atque ad futuri metum fathiscentes animoque concidentes,(nec enim ipsius benignitatem suis absconditam ferebamus)has ad eum voces emisimus,partim vt Dominum inuocantes , partim vt apud benignum & indulgentem patrem quiritantes, partim velut exprobrantes,& cum eo expostulantes,vt solent qui in dolore versantur: Vt quid Deus repulisti in finem,iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio,quam vnigeniti Verbi tui passionibus adeptus es,quam magno tuo fœdere dignam habuisti,quam nouo mysterio & Spiritus arrhabone in cœlum traxisti. Itęque illa,Eleua manus tuas in superbias eorum in finem.Ac tibi in memoriam reuocantes, quanta hostes tui aduersus sanctos tuos malignè egissent,& aduersus solennitates tuas gloriati essent , gladium prouocabamus & Aegyptiacas plagas , atque vt causam tuam disceptares, tandemque aliquando aduersus impios excitareris hortabamur : Vsquequo Domine, dicentes,vsquequo peccatores gloriabuntur , populumque tuum humiliabunt , & hæreditatem tuam vexabunt,iniquitatemque & loquentur & perpetrabunt? Quin has quoq; luctuosas, & superioribus commodiores voces adiungebamus, Posuisti nos in contradictionem & contumeliam vicinis nostris

Spes in Deũ arma & præsidia Christianorum.

1. Pet. 2

Iudicij diuini mos.

Christiani variè affecti erga Deum in afflictione.

Psal. 73.

Psal. 93.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 97. stris, parabolam gentibus, risum omnibus hominibus, Vineam etiam quandam proferebamus ex Aegypto, hoc est ex tenebrosa impietate translatam, atque in fidei pulchritudinem magnitudinemque auctam ac deinde maceria, id est Dei cuius præsidio antè custodiebamur, cura & inspectione spoliatam, viatoribus omnibus, id est, sceleratis principibus in prædā obiectam atque à fero atque agresti apro, hoc est à flagitioso & perdito homine sceleregq; singulari & vitij cæno oblito peruastatam. Hæc quidem ipse prius & animo voluebā & ad Deum exclamabā. Nunc autem quā diuersas voces assumo, impiorum exitum deinceps lugeo, ijsque qui nos odio insectabantur, lenis & benignus efficior, atque huiusmodi verbis vtor. Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam, tanquam puluis quem turbo abstraxit, tanquam lanugo quæ à vento disijcitur, tanquam ros matutinus, tanquam stridor sagittæ emissæ, tanquam impetus tonitrui, tanquā fulgur dissultans. Quod si nunc saltem sentētiam mutent, atque à longo errore atque crapula resipiscentes veritatem consectentur, fortasse ex ipsa quoque prolapsione & calamitate nonnihil fructus ad eos redierit: quandoquidem ipsa etiam animaduersio persæpe ijs, qui affliguntur, bono atque vtilitati est. Sin autem in eadem sententia manserint, atq; idolorum cultum adhuc amplexentur, nec calamitate etiam ipsa, quæ vel [51] stolidos erudire solet, emendētur, Hierosolymam quidem vsque adeo luget Hieremias, vt res quoque anima carentes ad luctum exhortetur, ac muros ad lachrymas inuitet: His verò quis luctus satis dignus inuenietur: aut quis præsentes calamitates defleat? ac nō potius futuras præ nas lachrymis prosequatur, pro eo qđ stultè egerunt, proculq; recesserunt, & coluerūt creaturam supra Creatorem: nec eo cō tenti, aduersus cultores quoq; Dei consurrexerunt, manumq; impiam, atq; huiusce modi malis dignam intentarunt? Verùm hoc quemadmodum Deo gratum erit, ita se habeat. Quis scit, num Deus, qui soluit compeditos grauemq; & humi vergentem à mortis portis in altum subuehit, qui non peccatoris mortem vult, sed reditum, qui nos etiam ipsos in tenebris & vmbra mortis sedentes illustrauit, sapientiaq; instruxit, hos quoq; tandem recepturus, grauemque illam virgam & ferream de manu ponēs [75] pastorali eos virga pasturus sit? Mihi verò rursus ad triumphalem cantum sese referet oratio. Cecidit Bel, contritus est Dagon, palus factus est Saron, pudefactus [76] est Libanus. Non iam satuum imperare iu- bebunt, hoc est, idolorum agmen motu & sensus expers, nec muscam quærent Deum [77] [54] Accaron, aut si quid ea magis est ridiculum. Non iam lucos & [55] excelsa loca men- te concipient, montemq; omnem frondo- sum & vmbrosum. Non iam filios suos & filias suas dæmonijs immolabunt, quod olim Israeli à Prophetis obijciebat. Sed qd hæc colligo? Ad præsentem rerum nostrarum statum orationem conuertamus. Nō iam sacrosanctis nostris ædibus oculos sta- tua gitiosos inijcient: non iam altaria à puris mo & incruento sacrificio nomen habentia scelesto sanguine fœdabunt: nec impijs altaribus loca non adeunda dedecorabūt. Non iam sacrilega manu donaria diripient & profanabunt, impietatem auaritia cumulantes. Non iam Presbyterorum canniciem, Diaconorum grauitatem, Virginum pudorem contumelia afficient. [78] Nō iam sanctorum incisorum præcordijs impuros porcos immittent, vt simul & pabulo, & præcordijs expleantur. [57] Non iam Martyrum sepulchris ignem admouebunt, vt per eorum ignominiam alios certamine deterreant, non iam sanctorum reliquias cum ossibus contemptissimis per contemptum permixtas flammis absument, aut in ventos mittent, vt eos honore talibus hominibus debito spolient, non iam cathedram pestilentiæ instruentes maledictis & conuicijs aduersus Episcopos, presbiteros, insuperque Prophetas, & Apostolos, Christumq; adeò ipsum & vmbrosum. Non iam filios suos & filias suas dæmonijs immolabunt, quod olim Israeli à Prophetis obijciebat. Sed qd hæc colligo? Ad præsentem rerum nostrarum statum orationem conuertamus. Nō iam sacrosanctis nostris ædibus oculos statua gitiosos inijcient: non iam altaria à puris mo & incruento sacrificio nomen habentia scelesto sanguine fœdabunt: nec impijs altaribus loca non adeunda dedecorabūt. Non iam sacrilega manu donaria diripient & profanabunt, impietatem auaritia cumulantes. Non iam Presbyterorum canniciem, Diaconorum grauitatem, Virginum pudorem contumelia afficient. [78] Nō iam sanctorum incisorum præcordijs impuros porcos immittent, vt simul & pabulo, & præcordijs expleantur. [57] Non iam Martyrum sepulchris ignem admouebunt, vt per eorum ignominiam alios certamine deterreant, non iam sanctorum reliquias cum ossibus contemptissimis per contemptum permixtas flammis absument, aut in ventos mittent, vt eos honore talibus hominibus debito spolient, non iam cathedram pestilentiæ instruentes maledictis & conuicijs aduersus Episcopos, presbiteros, insuperque Prophetas, & Apostolos, Christumq; adeò ipsum

Impiorum perditio. Psal. 72.

Hieremiæ lamētationes.

Rom. 1.

Psal. 145.

tis, & magnā illam & immaculatam Christi tunicam, ornamentum nostrum. Ignominiosa & obscœna verba præco tuus taceat: diuina meus præco loquatur. Præstigiosis & fatidicis tuis libris finem constitue: Prophetici solùm & Apostolici euoluantur. Fœdas tuas & tenebris plenas noctes comprime: ego contrà sacra & luculenta peruigilia excitabo. Ad ytta tua & vias inorcum ferentes obstrue: ego perspicuas & in cœlum ducentes præibo. Quot tandem armorum apparatus, machinarumq; inuentiones, quot virorum myriades & instructæ acies ea perficere potuissent, quæ nos precibus solis Deus voluntare sua perfecit? Verbo tenebras discussit: verbo lucē condidit, terram firmauit, cœlum in orbem circunduxit, stellas constituit, aerem sparsit, mare terminauit, fluuios traxit, animantes vita atq; anima donauit, hominem ad sui formam expresit, ornatum omnibus rebus imposuit. Verbo etiam soluta ac discussa præsenti caligine omnia in lucem atq; ordinem eundemq; concētum reduxit. Non iam impostores & dæmones principatum tenent, non iam sub honoris obtentu [59] contumelia creaturæ inuritur pro Deo adoratæ. Disturba iam [60] Triptolemos tuos & Celeos, & mysticos dracones: pudeat te tandem [61] Orphei librorū, theologi tui: [62] temporis beneficio vtere, insaniam turpitudinemq; contegentis. Quòd si hæc fabulosa & fictitia esse contenderis, ego tua noctis mysteria patefaciam. [63] Nō iam quercus loquitur: non iam [64] lebes vaticinatur: nō iam [65] Pythia impletur haud scio quibus, fabulis tamen, & deliramentis. [66] Rursus Castalia siletur, ac silet, atq; vnda est non vaticinia edens, sed risum excitans. Rursus mura statua [67] Apollo, rursus Daphne arbor est fabulis deplorata. rursus [68] semiuir Bacchus, & chorus ebriorū nexu cohærēs, & magnum tuum illud mysterium Phallus, & Deus Proshymni pulchri libidini se prostituens. Rursus [69] Semele tonitruo percutitur: rursus [70] vtroq; pede claudus Vulcanus, verùm ad inuentionem adulterorum celer & Deus fauillis & fuligine obsitus, tametsi egregius artifex, ac Thersites Olympius. Rursus [71] Mars cum suo timore & terrore ac tumultibus ob adulterium vinctus, & propter meritatem saucius. Rursus [72] meretrix Venus tum turpiter progenita progenita, tum turpium nuptiarum administra & pronuba. Rursus [73] Minerua virgo est, & draconem parit. Rursus [74] Hercules furit vel potius furere desijt. Rursus Iupiter ob libidinem & impuritatem [75] quidnis efficitur, ille deorum [76] consilia- rius & princeps, eamq; vim habens, vt solus deos omnes cum omnib, rebus sursum attrahat, ipse autem ab omnibus detrahi nequeat. Rursus [77] Iouis sepulchrum in Creta ostenditur. Quoties [78] Lucrium tum, & eloquētiæ ludorumq; præsidem intueor, oculos tego, spectaculiq; pudore Deum tuum præterco. [79] Tibi verò per me licebit, vt orationis contentionem & sacculum adores. Vnum est, quod in sacris tuis venerer, honores eos nimirum, qui apud [80] Aegyptios Nilo per exectos & semiuiros homines habentur, tū Isides & [81] Mandesios deos, & Apides cæteras q; omnes bestias ex diuersis generibus conflatas & prodigiosas, quas fingis aut pingis. [82] Pana tuum, & [83] Priapū, & [84] Hermaphroditum rideo, deosq; illos qui præ [85] furore concisi aut discerpti sunt. Verūm hæc sane theatris & poetis eos exornantibus relinquamus: nos autem orationem admonitione concludamus. Viri simul & mulieres, iuuenes & senes, quique vel in sacrosanctum hunc ordinem cooptati & adscripti estis, vel plebeium & humilem locum tenetis, omnes denique quos Dominus, vt priùs ex errore & impietate, ita nunc ex Gentium insultu & oppugnatione malisq; partim iā vrgētibus partim in expectatiōe positis redemit: audite orationē viri non mediocri huiusmodi rerū peritia tū ex quotidianis casib tū ex veterib. historijs, tū libris & āctionib. instructi. Magnum quidē & plaudendū est, in nullas molestias & acerbitates incidisse: immò nec magnū fortasse, si modò verus hic sermo est. Quem amat Deus castigat, ac flagellat omnem filium quem recipit: Illud verò magnum atque præclarum ne à principio quidem omninò peccasse, aut certè non grauissimē: quandoquidē omni prorsus peccato vacare, supra humanæ naturæ modum Deus constituit. Proximum autem, vt mihi videtur, illud est, vt cùm in peccatum aliquod prouoluti & castigati, ac deinde soluti fuerimus, in disciplinæ saltem sensu permaneamus, ac secunda ex secundo peccato verbera fugiamus. Quocirca nos quoq; animaduersionis diuinæ sensum re ipsa percipiamus: dignos nos ostendamus non ijs quæ primùm pertulimus, sed q̄ postea consecuti sumus. De calamitate nobis inflicta nonnihil nos purgemus, quòd non vt nocentes & facinorosi Gentibus dediti, sed vt filij castigati sumus. Ne tempestatis in trāquillitate obliuiscamur, nec morbi in sanitatis tempore, nec incolumes in Hierusalem restituti, captiuitatis, nec Aegypti post relictam Aegyptum. Ne afflictionis & ærumnæ tempus tranquillitatis atque indulgentiæ tem-

Vbi dixit, in effectu.

Heb. 12.

Peccato vacare naturam humanam excedit.

Magnū est post resipiscentiā in bono perseuerare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ne faciamus afflictionis tempore melius quàm tranquillitatis. 1. Reg. 2. Sent.

tempore melius faciamus: quod quidem fieri, si tum quidem contracti & modesti fuisse omnesq; spes nostras in cœlum eremus & eas habuisse, nunc contrà elato ac soluto animo esse, atq; in eadem rursus peccata recurrere videamur, ob quæ in calamitates nobis obortas incidimus. Ne ita filij, ne ita (quemadmodum quodam loco ait Heli sacerdos filios suos in Deum peccãtes obiurgans) verùm hoc compertum habentes, minoris esse difficultatis, sublatam ex oculis felicitatem reuocare, q̃ Dei beneficio præsentem conseruare (illam enim prudẽtia & vigilantia reducit, hanc dissipat & inuertit) illudq; insuper, vt ægra & afflicta corpora curationibus & inedijs releuantur atq; conualescunt, ita sanitati reddita per incuriam & ingluuiem sensim rursus defluere, atq; in eosdem morbos relabi, hæc inquam comperta & explorata habentes, alijq; alios docentes, ad nos ipsi redeamus, ac de hoc tempore prudenter modesteq; statuamus. Ac primùm quidem fratres læ-

Festa Christianorum quomodo celebrãda. Rom. 13.

temur non corporis splendore, non vestium permutationibus & magnificentijs, nõ comessationibus & ebrietatibus,[86] quarum fructum cubilia & impudicitias esse didicistis: nec floribus plateas coronemus, nec vnguentorum turpitudine mẽsas, nec vestibula ornem⁹, nec visibili lumine splẽdescant domus, nec tibicinum concentu plausibusq; personent: hic enim Gentilitiæ[87] festorum celebrationis mos est. Nos verò ne his rebus Deum honoremus, ne psens tẽpus indignis rebus attollamus, verùm aĩæ puritate & mẽtis hilaritate, & lucernis totũ Ecclesiæ corpus illustrantibus, hoc est diuinis speculationibus ea sententijs super sacrosanctum candelabrum euectis & excitatis, orbique terrarum vniuerso prælucentibus. Paruum meo quidem iudicio ac tenue, si cum hoc compare

Vnguentũ pretiosum.

tur, lumen illud omne est, quod homines festos dies celebrantes priuatim publicèq; accendunt. Vnguentum quoq; ipse quoddam habeo (sed quo sacerdotes solùm regesq; perfunduntur, vtpote vario & sumptuoso ac nostra causa effuso) magni vnguentarij arte confectum: atq; vtinam mihi suauem huius vnguenti odorem Deo afferre contingat. Mensam etiam habeo, spi-

Cant. 1. Mensa spiritualis & diuina. Psal. 22.

ritualẽ hanc scilicet, ac diuinam, quam Dominus mihi parauit è regione eorum, q̃ me tribulant: in qua recreor & delicijs indulgeo, nec propter satietatem in contumeliam proruo, immò verò omnes affectuum procellas sedo. Flores quoq; habeo, vernis omnibus floridiores & fragantiores, agri

Gene. 27.

illius pleni, quo Dominus sacris & suauiter olentibus pastoribus & doctoribus pu-

Clementia imitandi sumus.

lemus: ad eam rem temporis commoditate vtamur. Oppressores nostros clementia

Inimici Dei nostri.

vincamus. Ac potissimùm quidem nos humanitatis ratio ad ignoscendum adducat, vtpote qui mandati diuini, eandem humanitatem nobis in ijs rebus in quibus ea opus habemus remetiens. qua enim mensura metiemur, eadem quoque nobis remensum iri perspectum habemus. Quòd si quis animo ad modum insenso atq; acerbo est, neque ac futuræ vitæ tribunali eos, qui nos læserunt, relinquam⁹: nihil de futura pœna nos ipsos vindicando detrahamus. Ne bonorum proscriptionem cogitemus, ne ad iudicum subsellia trahamus, ne patrijs sedibus pellamus, ne verberibus excruciemus, ne deniq; vt breui complectar, quicquam eorum quæ perpessi sumus, faciamus. Eos quoque si fieri potest, exemplo nostro clementiores placidioresq; reddamus. Si cui filius passus est, si cui pater, si cui vxor, cognatus, amicus, aut alius quispiam nobis charus, omnibus perpessi doloris mercedem constituamus, ijs nimirum persuadẽtes, vt æquo ac forti animo ferant, quæ passi sunt. Hoc beneficio nullum maius ipsis dare possumus. Vultis beneficium omniũ, quæ accepimus maximum, commemorẽ? Vulgi & ciuitatum clamoribus vexantur, qui nos persecuti sunt, in theatris, in foro, in conuentibus. Vetera beata prædicãtur, noua maledictis omnibus ad infamiam sempiternam configuntur, quodque mirandum est, ab ijs quoque qui persecutionis socij fuerunt. Dijpti ab illis cum omni clamore distrahuntur, vt qui eos lõgo tempore in errore tenuerint, seroque tandem deprehensa atque conuicta impostura sit: qui hesterno die adorator erat, hodierno est conuiciator. His quid maius, quid grauius exposcimus? Ac nũc quidem ista, &, vt fortasse miseri homines existimant, leuia. Erit tempus cùm oppressores meos & tyrannos videbo, magnumq; eorum ducem & anteſignanum scelus suum deplorantes, cùm omnis improbitas expendetur & explorabitur. Mitto diuina & nostratia, suppliciaq; ea, quæ iuxta doctrinę nostræ oracula in altero æuo recondita iacent. At tu quoque sermones tuos & terrores commemora, non poetis modò sed philosophis quoq; placentes, [89] Pyriphlegethontes inquam tuos & Cocytos & Acherontes, quibus flagitia vindicant, [90] Tantalus, [91] Tityus, [92] Ixion, Iulianus Imperator vester huius sodalitij cum illis, immò, vt mea fert opinio, ante illos numerabitur non eam ille quidem pœnam sentiens, vt sitiens in stagnis ad barbam vsq; sublatis ex-

Mala ceu vmbra.

crucietur, aut vt est in Tragœdia, Saxum expauescat cernici superiacens, sursum quidem illud semper impulsum, cæterùm semper deorsum labens, aut cum stridulè decurrente rota in orbem conuoluatur, aut iecur auibus depascendum obijciat nũquam deficiens, verùm quotidie in plenam magnitudinem excrescens, siue hæc vera sint, siue fabulosa, [93] veritatem in figmentis obiter demonstrantia: quos autem & quales cruciatus perferens, tunc videbimus, quamq; his acerbiores, siquidem pro scelerum ratione vltiones & supplicia inferuntur. Hoc tibi præ pedibus munus, vir optime & prudẽtissime (libet enim te tuis verbis affari.) Hæc nos, qui præclara illa & admiranda lege tua à literarum studijs exclusi fuimus. Vides tandem, quòd non in finem vsq; racturi, nec edictis tuis perpetuo silentio mulctandi eramus, sed liberã tandem vocem emissuri, tuæque stultitiæ indicem & refutatricem. Vt [94] cataractæ Nili ab Aethiopia in Aegyptum cadentes, & Solis radius, tametsi nube aliquantisper obducatur, nulla arte inhiberi queunt: sic nec Christianorum linguis compedes inijci, portenta vestra proscindentibus. Hæc à Basilio & Gregorio habes, conatuum tuorum aduersarijs atque hostibus, quemadmodum & ipse arbitrabaris, & alijs persuadebas, ministuis videlicet nos ornans & concelebrans, acriusq; ad pietatem acuens, quos & vita & doctrina & mutua animorum concordia claros & nobiles iam inde à Græcia cognoscens honore [95] Cyclopico afficiebas, postremosque ad persecutionẽ reseruabas, ac fortasse velut triumphale quoddam donum dæmonibus offerre proponebas, si te à Persidè redeuntem suscepissent, aut etiam ad barathrum tuum abripere sperabas, multum opinione fallus. Neque enim adolescentibus illis ignauiores sumus, qui in flammis rore perfusi sunt, & belluas per fidem vicerunt, & cum generosa matre & generosiori sacerdote alacri animo se periculo mortis obtulerunt, fidemq; solam ex omnibus rebus inuictam & inexpugnabilem esse declararunt. Ne his quidem iuuenibus abiectiores, quite imperante floruerunt. Ex quibus alter cùm ob [96] deorum tuorum matrem contumeliosè vexatam aramque dirutam in iudicium quasi capitis reus abductus fuisset, vt victor ingressus est, purpuramque tuam & sermones tuos vt inanes & futiles effuso risu prosecutus, cum maiori libertate & fiducia egressus esset, non secus acsi à cœna & luculento conuiuio redijsset. Alter cum [97] vngulis toto corpore altissimè

im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

impactis laceratus esset, vulneribusq; oppressus ac pene confectus, ab eo tamen tantum abfuit, vt tormentis frangeretur, aut præsentium dolorum quicquam graue & acerbum existimaret, vt posteaquam partem aliquam corporis à vulneribus intactã illæsamq; perspexit, carnifices etiam ipsos accusaret, vt contumeliosos, nec totum corpus decorantes, sed aliquid non concisum profanumq; relinquentes, simul etiam tibiam offenderet, velut solam vngularum expertem eosq;, vt ne huic quidem parcerent, hortaretur. Atq; hanc orationem p 89 Porphyrij mendacijs & deliramentis habe, quibus vos tanquam diuinis vocibus gloriamini, aut etiam pro tuo 99 Misopogone, seu Antiochica (nam vtrunq; Oratoni titulum inscribis) qua quid apud Christianos abiectius & contemptius? cui tum quidem purpura magnitudinẽ afferebat, & palpones illi, qui tua omnia laudibus in cœlum ferebant, nunc autem barba corrupta est & raptata, simulq; cum ijs, à quibus elaborata est, irrisa. In qua tu quidem eo nomine valde intumescis, ac velut admirandum quiddam profers, quòd in corporis cultu frugalitatem coleueris, nec vllã vnquam ex 100 inguluie crudelitatem contraxeris: qp autem Christianos adeò acerbè insectatus sis, tantamq; gentem tamq; fãcram oppresseris atq; confeceris, consultò præteris. Atqui vno homine crudelitate laborante, aut ructus naturales emittente, quid inde Respublica detrimenti acceperit tanta autem persecutione mota tantaq; rerum perturbatione nullo exemplo concitata, quid afferri potest, quin res Romanæ malè & perniciosè se habeant, quemadmodum & se habuisse cernuntur? Hîsce à nobis dum & se habuisse cernuntur? Hîsce à nobis sempiternæ ignominiæ columnã habes, aut Herculeis columnis sublimiorẽ atq; infigniorẽ. Illic enim vno duntaxat loco fixæ sunt, ijsq; solis sunt, qui illuc perrexerunt conspicuæ: hæc autem fieri non potest, quin vitua & agitabilis omnibus innotescat, quam futurum quoq; tempus, mihi cede suscipiet, te tuaq; scelera proscindentem, carerosq; omnes erudientem & admonentem, ne eadem audacia aduersus Deum efferantur, ne alioqui eadem crimina perpetrantes, ijsdem quoq; pœnis mulctentur.

SCHOLIA.

1. *Iustos impiorum morbos*) vt Antiochi, de quo libr. 2. Machabæorum cap. 9. vt Philistinorum Ezech. 1. Reg.

2. *Corporum rupturas*) vt Iudæ proditoris, qui quemadmodum ait Lucas in Act. Apostol. crepuit medius, & diffusa sint viscera eius, vt etiam haruspicibus Arij.

3. *Quæ per somnia*) Sic castigatus est Abimelech rex Gerare, cùm Saram Abrahæ vxorem cognosset. Gen. 20. At impio Balthazaro per verum ac diuinum visum impẽdens ipsi calamitas præsignata est. Dan. 5.

4. *Vel propter mystica pocula*) Chrysostomus Homil. 4. in Matth. Cùm Iulianus prophanum sacrum deprædã temerando ebrietatem suæ mentis ostendat, quæstor regalis erarij repentè per medium diem per vã. Victoriam eiusdem regis annunculus, nominis quoq; illi communione coniunctus, vermibus exesus interijt, &c. Mittam Niceph. cap. 29. lib. 10. qui quæstorem illum Felicem vocat.

5. *Qui res huiusmodi sentiunt*) Vt Democritus, & qui eum secutus est, Epicurus.

6. *Iudæorum nationem*) Quo fauore & beneuolentia Iulianus in Christianorum odiũ Iudæos compulerit, docet Chrys. Homil. 12. in Matth. quin ad finem lib. de vita Babyla, & lib. 2. aduersus Iudæos, ij ad templi Hierosolymitani ædificationem & instaurationem pecunias ex ærario impendisse & præfectũ negotij negotium vt viri primates & egregij artifices vndiq; accerserẽtur, scribit. At illi simul vt ædificandi fortiam humum euacuare cœperunt, statim è fundamentis ignis exiliit, quo oĩs pariter absumpti fuere. Id ipse narrat Homil. 4. in Matth. Vide Niceph. ca. 32. & 33. lib. 10. Sed & Marcellin. licet Ecclesiasticis fontibus haustum, tamen ab ipsis longè diuersum, ardentes flammarum globos crebris assultibus erumpentes locum exustis aliquoties operantib. fugisse innuens narrat. Instauranda porrò Hierusalem negocium dederat Iulianus Alypio Antiocheusi. De eo exstat Iuliani epistola ad Remp. Iudæorum, si tamen vera est.

7. *Ariadnes coronam*) Fingunt poëtæ Bacchum Ariadnen à Theseo in Chio insula relictam vxorem duxisse, eiusq; coronam nouem stellis ornatam cælo intulisse. Idem Berenices crinem in septem illas stellarum ad caudam Leonis cernuntur, mutatum esse mentiuntur, sed de hîs vt de Cygno & Ophiucho, alijsq; huiusmodi alibi, vide latè Aratum in Phænomenis cum illius interpretibus, & Hygino in Astronom. poetico. Taurus porrò, Leo, & Capricornus tria sunt signa Zodiaci. Quòd autem impudicum Cygnum vocat Gregorius, adscribit ad illud quod poetæ de Ioue fabulantur, à quo sub Cygni forma Ledam, vel vt Hygino placet, Nemesim compressam fuisse aiunt: quemadmodum rursus sub Tauri forma Europam.

8. *Berenices crinem*) Eodem modo Tatianus, qui Origenis fuit discipulus, Græcos quoque fugillat in Oratione quam aduersus illos conscripsit: νῦν δὲ ὁ βαρβάριος πλέον, πῶς δὲ οἱ ἀπὸ τῶν ἀστέρων αὐτῶν περὶ τῆς τροφοῦ τῆς Βερενίκης, Quis, inquit, illius Berenices crinis? Vbi tandem erant illius stellæ antequam ipsa moreretur?

9. *Proferant nunc quoque vestes*) Eiusdem prodigij de vestibus crucis figura signatis meminit Niceph. c. 33. lib. 10. at non item superioris de cruce in cœlo conspecta.

10. *Præsidentiam & audaciam.*) S. Aurelius Victor, qui fere Iuliano coætuus, de illo scribens his verbis vtitur, Audax plus quàm Imperatorẽ decet: Cui salus propria cùm semper ad securitatem omniũ, tum maximè in bello conseruanda est. Sic & August. cap. 29. lib. 4. et cap. 21. lib. 5. de Ciuit. illius immoderatũ ausum & temeritatẽ notat. Quod autem ait Gregorius, Licet nominum sono cohereant, hoc ait propter agnominationem quæ est inter has duas voces Δάφνου ἀ, δάφνου. Cæterũ quos supra dixit occiduos Barbaros, Alemannos intellige, cum quibus Iulianus dimicans potentissimum eorum regem Badomarium cepit, vt scribit idem Victor.

11. *Salmaneum quẽdam.*) Salmoneus Elidis rex fuit, qui cũ Iouis fulmen in aëre imitaretur, ab ipso Ioue fulminatus est. Lucianus in Timone, & ante eum Virgil. 6. Aeneid.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic inuectus equis &c.

Videtur autem ex Gregorij verbis eum non ex ære, vt vult Virgil. sed ex tympano, quod ex corio constat fulmen illud effinxisse. Cui etiam opinioni Textus accedit, qui hist. 107. eum, quod tonitrua videlicet facibus emitteret, in corijs & Lybicis curribus ea imitans, fulmine à Ioue percussum fuisse ait.

12. *Traianos & Adrianos.*) Traianus, & Adrianus Rom. Imperatores fuerunt, domi militiæq; clarissimi atque omni virtutis genere illustres. De hu vide Dionem Cassium, & alios hist. Illos autẽ duos ex omni Imperatorũ turba imitari videri volebat Iulianus: adeò vt, quia Traianũ audierat ita iurando firmare soliti Sic in Prouinciarũ specie redactã videã Daciam, Sic ponibus Istrum & Euphratẽ sub iugum mittam Persas, ita quassatum recreatum orbem Romanum. Am. Marcell. lib. 24.

13. *Nec Cari illius*) Bilibaldus legit Varum, & ita habet Heruagianus codex. At ego ex vetustissimo exẽplari Carũ restitui. Nec enim Varus Imperator fuisse legitur, sed Augusti præfectus, nec in Persida bellũ gessit sed in Germania & Dacia, vt testis est Suetonius in Augusto. Carus verò Imperator, quẽadmodũ in eius vita scribit Vopiscus, prostrato magna ex parte bello Sarmatico, quod gerebat, contra Persas profectus nullo sibi occurrente Mesopotamiam cepit, & Ctesiphontem vsque peruenit. Occupatisq; Persis domestica seditione, Imperatoris Persici nomen meruit. Verum cũ auidus gloriæ longius progressus esset, vt alij dicunt, morbo, vt plures, fulmine interemptus est.

14. *Nec Valerianus*) Valerianus ab Sapore Persarum rege superatus, mox etiam captus apud Parthos ignobilis seruitute consenuit. Nam quandiu vixit, rex eiusdẽ prouinciæ incuruato eo pedẽ ceruicibus imponẽs equum ascẽdere solitus erat. S. Aurel. Victor, & Oros. li. 7. cap. 15. Eutropius fere initio lib. 9. Treb. tamẽ Pollio tam duræ seruitutis non meminit.

15. *Quemadmodum ait Tragicus*) Euripidem intellexit, apud quẽ in Oresti Tragœdia ita loquitur Oreses de Tantalo verba faciens,

Ὁ γὰρ μακάρεσσι ὢν ὑπέρβιος τύχας.
Διὸς πεφυκὼς φῶς λέγουσι τἀνταλος, &c.

Quæ verba nos infrà commodius vertemus, cũ de Tantali pœna tractabimus.

16. *Omnem diuinationis*) Am. Marcellinus lib. 25. Iuliani vitia exponens, inter cætera ita scribit, Præsagiorũ sciscitationi nimium deditus, vt aquiparare videretur in hac parte principem Hadrianũ: superstitiosus magis q̃ sacrorum legitimus obseruator, &c.

17. *Vniuersam Christianorum gentem*) Marcellini li. 24. hæc verba sunt, Animabat autem Iulianus exercitum, cũ non per charitates, sed per inchoatã negociorũ magnitudinem deteraret assiduè, Sic sub ingũ mitteret Persas, ita quassatũ recreatet orbem Romanũ, &c. quibus verbis significabat Iulianus sibi in animo esse Christianum nomen extinguere, veteremq; idolorum cultum reducere.

18. *Nam cum totã*) Hanc Persicam expeditionem fusissimè narrat Marcellinus li. 24. & 25.

19. *Ctesiphonti castra*) Marcellinus lib 23. Assyriã describens splendidissimas vrbes solũ & peruulgatas ci uitates commemorat, Babylonem Ctesiphontem, q̃ Vardanes priscis temporibus instituit posteàque rex Parthorus incolarũ viribus amplificatã & mœnibus Græco indito nomine Persidis effecit specimen summũ & Seleuciã, ambitiosum opus Nicanoris Seleuci. Ctesiphon porro & à Traiano & à Seuero. Imp. capta fuerat, quemadmodum tradunt Dion Cassius, & Aelius Spartiata.

20. *Cochen appellant*) Marcellinus lib. 24. Cochen & Seleuciam vnam eandemque ciuitatẽ esse ait, à Nicanore Seleuci ambitiose constructam. Idem eodẽ libro ita scribit, Duarum incolæ ciuitatum, quas amnes complexi insulas faciunt, parsfui fiducia trepidi ad Ctesiphontis mœnia se contulerunt: pars per siluarũ dẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa, alij per paludes vicinas alueis arborum canatarum inuecti, &c. Quo loco per duas ciuitates, quas amnes complexi insulas facerent (neque enim eas nominat) de ijs loqui videtur, quarū hîc meminit Gregorius. In hoc tamen dissentiunt, quod Theologus noster solo flumine Cochen à Ctesiphonte dirimit: id enim secus se habere videtur, si verum est, quod ait Marcellinus, Cochen eandem esse cum Seleucia, Longiori enim inter-uallo inter se remotæ sunt, quemadmodum ex Assyriæ descriptione liquido perspici potest. Plinius autē ca. 26 li. 5. Ctesiphontem iuxta tertium à Seleucia lapidem à Parthis conditam scribit: qui sequenti capite multa de Tigride disserit.

21. *Hoc demum modo.*) Marcellinus eodem lib. 24. hanc rem ita exponit, *Ventum est hinc ad fossile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis regum interpretatur, tunc aridum. Id ante hac Traianus positaque Seuerus egestis solo fodiri in modum canalis amplissimi, studio curauerat summo, vt aquis illuc ab Euphrate transfusis, naues ad Tigridem cōmigrarent: tutissimumq; ad omnia visum est eadē loca purgari, quæ quondam similia Persæ timentes mole saxorum obruere multorū: hacque valle purgata, nauibus cataractis vndarum multitudine classis secura stadijs 30. repulsa in alueum electa est Tigridis, & contextis illico pontibus, transgressus in Cochen versus promouit.*

22. *Ver enim quidam apud Persas.*) *Hunc locum ad finem eiusdem libri sic exponit idē Marcell. ille, Iulianum scilicet, auidæ semper ad vlteriora cupiditatis, parui habitis vetustarum dictis & increpitis optimatibus quod ob inertiam otijque desiderium amitti suaderent propè iam partæ regna Persidis: flumine laxa relicto insuetis ductoribus præuijs mediterraneas vias arripere cito proposuit gradu, & tanquam funesta fatis Bellona subiecti ignibus exuri cunctas iusserat naues, præter minores duodecim, quas profuturas pangendis pontibus disposuit vehi carpentis: idq; putabat vtiliter ordinasse, ne relictæ classis vsui hostibus forent, aut certè, vt ab expeditionis primordio factum est, armatorum fere 20. millia in trahendis occuparentur eisdem nauibus & regendis. dein cùm metuens sibi quisque mussaret, monstraret q; perspicua veritas, quod repentinus forsit an aridi tate vel altitudine montium ad aquas redire non poterit miles, totis; perfugæ aperiēs fatentur se fefellisse, concursu maximo extingui iussa sunt flammæ. Et quoniā, &c. Augustinus etiam lib. 4. de Ciuit. cap. 9. & cap. 21. lib. 5. Iulianum naues iussisse incendi quibus alimonia portabatur, scribit: vnde ea destitutus exercitus in magnam inopiam inciderit. Historiam autem Zopyri habes apud Iustinum in fine li. 1. & Plutarch. ferè initio Apoph. Imp. qui miram illius non in Cyrum, sed Darium, qui Cyrum filium duxerat, fidem commendant: vt & Herodot. in fine lib. 4.*

23. *Naues igni conflagrabant.*) *Huius rei meminit. Augustinus cap. 29. lib. 4. de Ciuit. Dei. Iulianus, inquit, Deorum oraculis deditus immoderato ausu naues iussit incēdi, quibus alimonia portabatur, &c. Quod etiam repetens l. 5. ca. 21. eum vanis oraculis deditum ac fretum securitate victoriæ, naues quibus vitæ necessarium portabatur, incendisse ait: moxq; merito temeritatis occisum in locis hostilibus egenum exercitū reliquisse, vt inde aliter non posset euadi, nisi contra illud auspicium Dei Termini (de quo lib. 4. cap. 21. Romani imperij terminū) mouerentur.*

24. *Nonnulli eū iaculis transfixum.*) *De morte Iuliani non vna fuit opinio. Marcell. lib. 25. Cū Iulianus cauendi immemor audenter effunderet semet in pugnam, clamabant hinc inde candidati, quos disserat terror, vt fugientium molē tanquā ruinam male compositi culminis declinaret: & incertum fuisse ab equitis hasta cute brachij eius pstricta, costis persossis hæsit in imaiecoris fibra. Quam dum auellere dextra manu conatur, acuto vtrinque ferrō digitorum neruos sensit excisos, & prouolutus iumento, profectusque veloci concursu relatus in castra medicinæ ministerijs fouebatur, &c. Eutropius Hist. Rom. lib. 10. scribit eum, dum se inconsultius prælijs inferret, hostili manu interfectum esse. 6. Cal. Iul. Cui sententiæ adstipulatur August. ca. 29. li. 4. de Ciuit. vbi cū in excusis codicibus legatur, Mox et ipsa ipso hostili vulnere tactus, cum veteri manuscripto codice cœnobij nostri Michaelitani, extinctū, malo legere, vt sit sensus, postquam extinctum Iulianum, exercitum in magnā calamitatē incidisse. Sycophanta Libanius eadem ferè de Christianis ascribit. Qui quidem, inquit quod dudum sunt conati, tum demum, cū possent, peregerunt: impietate reliqua eos cogente, cui sub illius imperio locus non fuit, & maximè Deorum cultu, cui ipsi maximè sunt aduersati. Hæc impurus Sophista aduersus Christianos euomuit in Oratione funebri, quam de eo conscripsit, de qua Niceph. cap. 36. li. 10. Chrysost. ad finem lib. de Vita Babylæ, illum turpiter de vulnere mortuum dicit, à lixa nempe quodam rerum indignitatem non ferente percussum interijsse: ac ne vulgo quidem, à quo interficiebatur.*

25. *Cyrum Parysatidis.*) *Cyrus minor de imperio cum Art axerxe fratre decernens temeritate sua victoriam propemodum iam in sinu conditam amisit, ipse inter pugnandum cæsus. Vide Xenophontem ad finem lib. 1. de Expeditione Cyri minoris, & Iustinum in fine li. 5. qui decem millia Græcorū in auxilio Cyri fuisse narrat.*

26. *Lethale certe.*) *Ludit Græca dictionis ambiguitate. λοιμὸς enim lethalem significat, & repentinā ac opportunam. Sic Cicero quondam rogatus, quando P. Clodius à Milone fuisset interfectus, ex ambiguo respondit, Serò. vel quasi diceret serotino & vespertino tempore, vel, tarde: quod ex vsu fuisset Reip. Clodium*

seditiosum virum citiùs fuisse interfectum.

27. *Multorum viscerum*) *Suprà ex Marcellino docuimus quantopere aruspicinæ, superstitiosisq; sacrificijs tribuerit Iulianus.*

28. *Permultos eorum.*) *Vide Orat. superiore de Trophonio, Aristæo, & Empedocle.*

29. *Ex calamitate Deus,*) *Sic Liber, sic Hercules, sic Aesculapius, Sic Romulus Quirinus dictus, sic omnes fere Gentilium dij calamitate sola nobiles in deorum numerum relati sunt. Tantum miserorum stupor erat, tanta diaboli impostura.*

30. *Virtute alijs rebus*) *Iouinianum intelligit, vel, vt alij nominare malunt, Iouianum, virum Christianæ pietatis laude præstantem, reiq; militaris peritissimum. Qui, vt est apud Niceph. li. 10. 34. tribunus antea fuerat cùm Iulianus optionem militibus offerret, vt vel dijs sacrificarent, vel cingulum militiæ & dignitatis deponerēt. At q; ille alterum hoc facere maluit, q̄ impiæ iussioni parere. Idem etiam Imperator lectus dignitatē eam reiecit, & insignia imperatoria non recepit, non posse se dicens, qui Christianus esset imperare viris, qui Græcissare superstitionesq; sectari dudicissent, donec vna voce Christianos se esse professi sunt. Vide Socrat. lib. 3 cap. 22. & Ruff. li. 2.*

31. *Ne ignisceret*) *Prouerbium est apud Græcos, quo extrema clades exercitusq; internetio significatur.*

32. *Romanorumq; manu*) *Iouinianus vt de pace cum Persis transigeret, Syriæ partem Nisibimq; ijs concessit. Niceph. lib. 10. cap. 38. Eutropius eum cum Sapore necessariam quidem pacem, sed ignobilem fecisse scribit, mulctatis finibus, ac nonnulla imperij parte tradita, paucisq; interiectis, Dum, inquit, æmulum imperij veretur, gloriæ parum consuluit, Procopium videlicet significans. De huius pacis conditionibus hæc sunt Amm. Marcellini verba lib. 25. Potebat rex obstinatius, vt ipse aiebat, sua dudum à Maximiano erepta, vt docebat autem negotium, pro redemptione nostra quinq; regiones Transtigritanas, Arzanenam, & Moxoenam, & Zabdicenam, itidemq; Rhimenam, & Corduenam cum castellis XV. & Nisibin & Singaram & castra Maurorum, &c.*

33. *Si quis absoluto Iuliano*) *Græci enim Antiochiæ hanc pacem inuidiosè traducebant, atque in optimum principem famosos libellos passim vel ad parietes affigebant, vel in via spargebant: versibus Homericis quibus Paridis ignauia & Therfitæ turpitudo traducitur per parodiam in eum detorti. Quales fuere.*

Venisti ex bello, quo te perisse decebat. Item
Degener exultor formæ, sectator amorum, &c. Item
Quod nisi detracta tunicaque togaque pudendas
Insuper & partes quæ cingit veste, prehensam
Et cæsum plagis ad sæuos misero persas, &c. Vide Suid. & Nic. lib. 10.

Gregorius itaq; negat æquū esse, eum huius pacis inuidia flagrare, cuius necessitatem Iuliani temeritas attulerit.

34. *Atq; illud Herodoti*) *Herodotus lib. 6. refert, Histiæum cùm è Susis à rege Dario digressus Sardis venisset, interrogatum fuisse ab Artapherne Sardium præfecto, quidnam ei videretur Ionas ad rebellandum induxisse. Cumq; negasset se id scire, quinimmò quod actum esset, tanquam eius rei prorsus ignarus, tum verò Artaphernem qui eum fuisse artificem comperisset, eum intuentem dixisse, Histiæ, sic res hæc se habet. Hîc talceum tu quidē consuisti, Aristagoras autem sibi induit. Aristagoras porrò Miletum Histiæo gubernabat. Hoc autem prouerbium in eos quadrat, qui cùm fraudis alicuius architecti sint, fabulam tamen alijs agendam committunt.*

35. *Quoniam autem nos quoq;*) *Constantium intelligit, qui sub Tauri montis radicibus ad Mopsi fontes vitam cum morte commutauit. Marcell. de eius funere hæc scribit in fine lib 21. Pollinctum igitur corpus defuncti, conditumq; in loculis, Iouinianus etiam tum protector domesticus, cum regia prosequi pompa Constantinopolim vsq; iussus est, prope necessitudines eius humandum: eiq; vehiculo insidenti, quod portabat reliquias, vt principibus solet, annonæ militaris offerebantur indicia, vt ipsi nominant proba, & animalia publica monstrabantur, & ex vsu crebrescebant, &c. Hoc autem cuipiam fortasse mirum videri possit, quòd Gregorius in his Inuectiuis tot tantisq; laudibus Imperatorem Constantium ornet, cùm in alijs quibusdā orationib. ac præsertim in Oratione de laudibus Athanasij, eum satis acriter perstringat. Quidam ardorem, quo aduersus fidei desertorem incitatus fuit, ita magnum virum immutasse dicunt, vt amicus illi benevolusq; prorsus factus sit, qui non malitia, sed simplicitate rerum Christianarum statum aliquantum perturbasset. De qua re vide Niceph. lib. 9. cap. 30. Quo porrò cultu piorum & regum discessum honorarēt Christiani, Euseb. ad fin. libr. 4. de vita Constantini, vbi luminum & precum, immò & Liturgiæ pro defunctis meminit: vt & Damasc. ad fin. hist. Barlaam.*

36. *Tarsensis ciuitas*) *Ciliciam, quæ Cydno amne exultat, Tarsus nobilitata, vrbs perspicabilis, hanc condidisse Perseus memoratur Iouis filius & Danaes, vel certè ex Aethiopia profectus, Samdam quidam nomine*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vir opulentus & nobilis, vt ait Marcell. medio ferè lib. 14. qui ad finem lib. 25. nonnulla de sepulchro Iuliani in ea vrbe scribit.

37. Duobus aut tribus aulicis) Intelligit fortasse Anatolium & Sallustium, vel etiam Arintheum & Victorem, qui apud Iulianum gratia & authoritate florebant. Vel fortasse ex Niceph. cap. 29. lib. 10. intelligendi sunt Iulianus Iuliani ipsius auunculus, Felix imperialium thesaurorum curator, & Elpidius imperatoria domus praefectus,

38. Priores illos centimanos) De Gigantibus centimanis nonnihil superiore oratione adnotauimus. Hic verò notandum, centimanos pro rapacibus plebeiisq; oppressoribus accipi. Vnde etiam eleganter in Oratione quam in Caesarij fratris funere habuit τοὺς ἑκατόγειρα χεῖρας ἐπικλέπτειν ἔτι δυναμένους. i. Briareis manus fisco vel publicis bonis & erario publico injecere.

39. Causarum immutationes) Atq; hinc perspicuum est, Marcellinum Graecae superstitionis cultorem plurima veritati tribuisse, cùm medio 22. lib. in haec verba scribit. Nulla Iuliani dissimilitudo litis à vero dissonantia reperitur: nec argui vllo potuit ob religionem, vel quodcunq; aliud ab aequitatis recto tramite deuiasse. Inuicium enim, hoc est, optandum & rectum, vbi per varia negotiorum examina iustum, i. & minus iniquum à quisque ne aberraret, tanquam scopulos cauebat abruptos, &c.

40. Elysijs campis) In hoc loco piorum animas habitare finxerunt antiqui. Clem. Alex. lib. 4. Strom. Hyperboream & Arimaspiae vrbes & Elysios campos iustorum habitationes creditas fuisse ait. Quod alibi fabulantur, Nec illa Rhadamanti, hi gloria, hoc propter eos dicit, qui Iuliani in iure dicendo integritatem & innocentiam laudibus in cœlum ferebant. Nam Rhadamanthus apud inferos iudex cum Minoë & Aeaco sedere fingunt. Virg. 6. Aeneid.

Gnosius haec Rhadamanthus habet durissima regna.
Castigatq; auditque dolos, subigitque fateri
Quae quis apud superos furto laetatus inani, Distulit, &c.

Plato in Gorgia illum Aegina Aesopi filia natum putat.

41. Ex Asiatico studijs) Iulianus Nicomediae venenatum Ethnicae superstitionis poculum hausit, Libanio primùm, deinde Maximo Ephesio philosopho propinante.

42. Mineruam) Minerua cùm tibiâ ludens deformitatem inflati oris in aquis conspexisset, tibiam proiecisse fertur. Vnde Ouid. lib. 6. Fastorum.

Prima terebrato per rara foramina buxo,
Vt daret effecti tibia longa sonos.
Vox placuit, faciem liquidis referentibus vndis,
Vidi virgineas intumuisse genas.
Ars mihi non tanti est, valeas mea tibia dixi:
Excipit abiectam cespite ripa suo.

Tzetzes hist. 15. refert Mineruam tibiarum inuentricem à Marsya Satyro admonitam fuisse, vt eas proiceret, quòd vultus ipsius figuram deformarent: eamq; simul vt in vndu sese perspexit ac buccas inflatas vidit, artem Marsyae concessisse. Ex quo nos allegoricè doceri ait, tibia cantum viros sapientes minimè decere.

43. Si quidem vates ille optimus) Prouerbialis senarius apud Graecos,

Μάντις ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Qui bene coniectat, is vates est optimus.

44. Diluuia multa) Senex Aegyptius apud Platonem in Timaeo ita loquens inducitur: πολλαὶ καὶ διάφοροι γεγένηνται ἀνθρώπων ἀπώλειαι, ἔσονται δέ, πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισται, μυρίαις δὲ ἄλλαις ἕτεραι σμικρότεραι. Multi, inquit, interitus hominum extiterunt, atq; existent igni quidem & aquae maximi, sexcentis autem etiam aliis minoribus. & Aristoteles in lib. de Mundo μόνα τὰ οὐράνια διὰ τὸν ἀεὶ τῶν αὐτῶν σώζεσθαι διάδοχον τὰ σωμάτων ἀϊδιότητα μετέχειν δύναται καθάπερ τὰ ἐπὶ γῆς ἕνεκα τῆς τῶν εἰδῶν ἀϊδιότητος, τὰ δὲ ἄλλα μόρια τῆς γῆς ἀνέξηνεν, ἔμβροντα καὶ ἄλογα θηρία καὶ ἀνθρώπους ἀπολλύουσα χρόνῳ, ἀναχωρήσεις πολλὰς, &c. Quorum verborum sententiam sic exprimit Apuleius, apud Augustinum lib. 4. de Ciuit. terrena omnia dicens mutationes, euersiones & intensiones (sic enim legit manus scriptorum codex) atq; interitum habere. Nanq; immodicis tremoribus terrarum, diffluisse humum & intercepta ruinis cum populis dicit, abruptis etiam imbribus tot as prolutas esse regiones: illas etiam, quae prius fuerant, obtinentes, hospitibus atq; aduenis fluctibus insulatas, aliasq; de sidia maris pedestri accessu pernias facientis ac procellis euersas esse ciuitates: incendia de nubibus emicuisse, quibus orientis regiones consumptae perierunt: & in Occidentis plagis scaturigines quasdam ac proluuiones easdem strages dedisse, &c. Quod autem

autem ad diluuia attinet, Orosius tria praecipua agnoscit lib. 1. primum cap. 1. quando refuso sub Noe in omnem terram mari deletum est vniuersum hominum genus paucis in arca seruatis: alterum cap. 7. quando ante annos vrbis conditae 1040. in Achaia sub Ogyge Eleusinae conditore & rege fenum diluuium plurima totius penè prouinciae vastatione effusum est. tertiũ cap. 9 sub Amphytrione, cuius temporibus aquarum illuuies maiorem partem populorum Thessaliae absumpsit: paucis per refugia montium liberatis maximè in monte Parnaso, in cuius circuitu Deucalion tunc regnò potiebatur, qui tunc ad se ratibus confugientes in Parnaso fouit & aluit. vnde genus humanum ab eo reparatum ferunt. Illa tria diluuia & agnoscit Augustinus cap. 8 & 10. lib. 18.

45. Immanissimi homines) vt Echetus, Phalaris, Nero, Caligula, & huiusmodi hominum portenta, quae hic recensere nimis longum esset.

46. Belluaeque prodigiosa) Vt Centauri, Cynocephali, Syrenes, Chimaera, Hippopotami.

47. Ab indoctorum nostratium quodam) Scriptores enim sacros pro stultis atque imperitis habebant vanissimi homines & terrenae sapientiae laude inaniter gloriantes. Hic porrò Gregorius Paulum mihi designare videtur, quamuis eius verba non omnino expresserit. Scribit enim ille Corinth. 1. cap. 1. Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conquisitor huius seculi?

48. Vbi praescientiae impostura) Nunquam in vllam rem tanta animi contentione tantoque ardore quisquam incubuit, quanta cupiditate futura cognoscendi exarsit Iulianus. Nihil aggrediebatur, quin prius dae mones eorumque responsa oracula consuluisset: à quibus tamen ita delusus est, vt cùm quibusdam fallacibus responsis miserum hominem ad se rapuissent, ipsi quam tamen ipsi mortem nunquã significare potuerint, quemadmodum superius dicebat Gregorius: ipsaque etiã oracula aperte falsa cognita sunt, vt narrat Niceph. lib. 10. cap. 29. Quanquã hic facere nequeo quin oraculũ de morte eius editum proferam, quod est apud eundem in fine lib. 10.

Atque vbi Romanis Persas deiiceris armis,
Vsque Seleuceam bello progressus ad vrbem,
Caelestium te sublatum turbine currus
Euehet igniuomus: magnoq; reponet Olympo:
Defunctum curis hominum, duroq; labore.
Et patriam aetheriae lucis remeabis ad aulam,
Vnde caduca hominis progressus membra petisti.

Theodoritus etiam lib. 10. de Curat. Graec. affect. refert Iulianum cũ Pythij oraculum de belli Persici euentu consuluisset, hoc responsum tulisse νῦν πάντες ὠρμήσατε θεοὶ πρὸς θηρὶ ποταμῷ νίκην Πέρσαις καὶ σοὶ δώσειν ἐγὼ ἀγαμενίοισι θοῦρα πολεμίζουσι ἄρηι. Nunc, inquit, dij omnes ad Therem fluuium (Tigridem significat) sese contulerunt, victoria trophaeum accepturi. Horum ego impetuosus Mauors dux ero. Marcellinus Interea lib. 22. de prognostica vt ita loquar, Iuliani vesania loquens ad hunc modum scribit: Augebantur ceremoniarum ritus immodice, cum impensarum amplitudine antehac inusitata & grauis: & quisque cùm impraeditè liceret scientiam vaticinandi professus, iuxta imperitus & docilis fine fine vel praestituti ordinibus oraculorum permittebatur scitari responsa & extispicia nonnunq; futura pandentia: oscinumq; & auguriorum & omnium fides, si reperiri vsquam posset, affectata varietate quaerebatur, &c.

49. Per exiguum & nefarium) Nam Persas & Medos atque adeò orbem vniuersum terrarũ vanissima haruspicina delusus sibi politicebatur.

50. Nomine tenus) Perniciem extremam Christianis Iulianus minabatur, piaeque religionis euersionem sed tota nomen tota hac cõminatio constitit. Neque enim quicquã aliud detrimenti ipsis inferre potuit, quã quòd nomen eorũ immutauit, ac pro Christianis Galilaeos vocari iussit: siquae eorum edicta in suis, vt tellus est Chrysost. in fine lib. de vita Babyla, & vbique in epistolis nuncupabat.

51. Ob salutem per eos) Hanc rem superiore oratione explicuimus.

52. Quae vel stolidos) Gr. κἂν μωροὺς ἂν τοὺς ἀπείρους παιδεύσει, &c. sic legendum, μωροὺς δέ, ἂν τοὺς ἀπείρους παιδεύσει. alio qui sibi ipse aduersaretur Theologus.

53. Ac pastorali virga) Duplex est Dei virga: altera pastoralis, qua suos pascit atq; adeò consolatur, iuxta illud Dauidis Psal. 22. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Altera ferrea, qua sceleratos cõminuit atque confringit: de qua idem Psal. 2. Reges eos in virga ferrea.

54. Deum Accaron) Belzebub, idolum muscae, vel possessor muscae Deus Accaronitarũ. 4. Reg. 1. Myagrus inquit Gyraldus Syntag. 1. Deus muscarum dictus de quo Pausan. in Arcad. Plin. lib. 29. cap. 6. Myiodem vocat, qui lib. 8. cap. 28. scribit Cyrenaicos inuocare solitos Achorem Deum muscarum, multitudine pestilentiam afferente, quae protinus interemit, quàm litatum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

55. Et excelsa loca) In montibus enim & locis excelsis degeneres Israëlitæ falsis numinibus sacrificabãt.

56. Non iam sanctorum) De hac re præcedenti Orat. diximus, vbi de Marco Aretusio.

57. Non iam Martyrum) Iulianus templi Apollinis Daphnæi conflagratione inflammatur, iuxta Apollinis Didymæi templum sacras Martyrum ædes partim exuri, partim solo æquari iussit. Niceph. li. 10. cap. 2.

58. Extinguat ignem tuus faciser) Gentilis scilicet. Opponit enim hîc profanis ritibus Christianos ritus. Cũ his autem pulchrè congruunt, quæ Clemens Alexand. in Adhortatorio suo dicit, ἀκόλουθον ἂν εἴη τοῖς ἐν τοῖς μυστηρίοις ἀνθρώποις τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἀθλιοῦντι δαδοῦχεῖν τὰς ἀκηράτους λαμπάδας, ἀλλ' ἐχέτω τὸν ἱερὸν τῶν ἱερῶν φῶς ὑπεξῃρῆσθαι τὴν ὄψιν ἀκουφίζων τὰ ὄμματα καὶ σώζειν τὰ τιμιώτερα τὰ ἀγγεῖα. Ignẽ extingue ô sacrorum antistes: faciser lampades eruboesce: lux Bacchum tuũ arguit, sine noctem mysteria tua obtegere atq; Orgia tenebris honorentur.

59. Contumelia afficitur creatura) Grauatur potius creatura quã extollitur cũ diuino honore afficitur: neq; enim diuinitatis nomẽ sustinere potest, quẽadmodũ dictũ est in Orat. q. habuit in Praes. 149. Epist.

60. Triptolemos tuos & Celeos) De his superiori Orat. diximus.

61. Orphei Theologi tui) Orpheus Theologiam Græcã carminibus, persecutus est, quẽ qui totius idolatriæ turpissimique erroris magistrum dixerit, haudquaq; à vero aberrauerit. Is enim deorũ cultum primus vestibus mandauit, atque horrendum errorem mortalibus propinauit, qui postea instinctu & arte diabolo à multis exceptus immensum excreuit. De eo super. orat.

62. Temporis beneficio vtere) Quo Iouinianus aut certè Val. Imperator libertate iam Christianis rẽdita sordes tuas & obscœna mysteria, quasi verenda quædam, obtegit.

63. Non iã quercus loquitur) Iuxta Dodonem Chaoniæ ciuitatẽ propinquum erat nemus Ioui sacrũ quæ neum totũ vbi Iouis Dodonæi templum fuisse memoratur. In hoc duas columbas consulentibus responsum dedisse quidam fabulantur. Alij arbores ipsas vocales fuisse ferunt, & consulentibus oracula edere solitas. Quò potius spectare videtur id quod ait Gregorius. Theodorit. li. 10. de Curat. Græc. affect. vaticinia Gentilium enumerans, Castalius fons, Colophonium fluentum, sacra quercus, Dodonaũ æs, tripes Cyrrhæus, Thebeus, Sproteus lebes, Ammonis oraculum, Clarij, Pythij, Delij, Didymæi Apollinis, in Lebadia Trophonij, in Oropo Amphiarai, alibi Glauci, alibi Mopsi, &c. Quæ etiam confimili ferè modo recenset Clemẽs Alex. in Adhort. ad Gentes.

64. Non iam lebes) Suidas ait oraculum Iouis, quod olim erat in Dodone, lebetibus æneis vndique constitisse, ita vt inuicem sese contingerẽt: In qua etiam sententia videtur esse Plin. Itaque necesse erat fieri, vt vno quopiam pulsato, vicissim & omnes resonarent, sonitu per contactum ab alijs ad alios succedente. Vide Erasmum in Proverb. Aes Dodonæum. Ego tamen hoc loco per lebetem non æs illud Dodonæũ significari existimo, sed lebetem illum Thesprotæum, cuius meminit Clemens Alexand. in Adhortatorio ad Gentes, cum oracula recensẽt.

65. Pythia) Pythia sacerdos erat Apollinis apud Delphos, quæ consulentibus oracula edebat.

66. Rursus Castalia filetur) Castalius fons in Phocide ad radices Parnasi montis, Musis sacer. Sed mihi hoc loco alludere videtur Gregorius ad id quod scribit Marcell. lib. 22. hu verbis: Curiosior Iulianus nouam consilij viam ingressus est, venas fatidicas Castalij recludere cogitãs fontis: quem obstruxisse Cæsar dicitur. Hadrianus mole saxorum ingenti, veritus ne vt ipse præcinentibus aquis capessendam rempub. comperit, etiam alij similia docerentur. ac statim circum humana corpora statuit exinde transferri eo vsque, quo Athenienses insulam purgauerant Delon, &c.

67. Apollo) Apollo vaticiniorum præses habitus est. Vnde Adagium: Quid tibi Apollo cecinit? Quod aut de Daphne aut, ex Niceph. petemus, qui lib. 10. cap. 28. tradit in suburbio quodam Antiochiæ statuam Apollinis Daphnæi magna vetustate exsculptam, & templum pulcherrimũ altitudine & amplitudine mirifice artificiosa manu fuisse constructum. Ibidem etiam de Castalio fonte quædam memoria digna commemorat. at de templo Apollinis Daphnæi multa Chrysost. in Babyla. Nisi fortasse Daphnen fatuus sit lauri interpretari: cui arbori vaticinatricem quandam vim ineptè crediderunt antiqui: vnde illud Iuuenal. Laurumque momordit. Eoque pertinet quod ait, Rursus Daphne arbor est, &c. De quo vide Ouid. 1 Metam.

68. Semiuir Bacchus) Bacchus effœminatus, pditeq; lasciuus & dissolutus fuisse scribitur, multã secum copias furiosorum & temulentorum vtriusque generis hominum in expeditionem Indicam ducisse. Quod autem eum ἀνδρόγυνον, hoc est, cinædum vocat Greg. pendet ex explicatione Phalli, quam tu habes ex Nicet. a Comm. in Orat. In sancta lumina, & ex Nonno post scholia huius Orat. Hic porrò corrigendus est crassissimus error, qui in impressis exemplaribus ob fabulæ ignorationẽ inoleuit. Legitur enim πρεσβύτερον, cui vnica dictione legendum sit. Est enim nomen ppriũm. De obscœna autem Prosymni cum Libero pactione preter Nicetã & Nonnum, vide Pausan. Clement. Alexand. in Adhortat. ad Gent. & Arnob. lib. 5. aduers. Gent. Quanquam in nomine variant. Pausanias quippe & Nonnus Polymnum vocant, Arnobius prosummum, reliqui, plymnum.

69. Rursus Semele) Quo pacto Semele ex Ioue grauida Iunonis dolo fulmine extincta sit, narrat. Ouid. 3. Metamorph.

70. Vulcanus) ἀμφιγύηεις Vulcani epitheton, vtroq; pede claudicans: quod vitium contraxit ea ruina, qua à Ioue ob deformitatem è cœlo deiectus est. Celer autem ad adulterorum deprehensionem, nempe Martis & Veneris, de quo adulterio superiori oratione verba fecimus. Fuliginosum autem Vulcanum vocat Gregorius, quoniam faber deorum singitur, quia Ioui fulmina, & dijs arma aduersus gigantes fabricauit. Ac proinde etiam cum Thersiten Olympium vocat, hoc est, facie illiberalissima præditum. Thersitæ enim deformitas in prouerbium abijt, egregiè ab Homero depicti, Iliad. 2.

71. Rursus Mars) Mars hic vinculis constrictus est, primùm cùm ab Otto & Ephialte tredecim mensibus in carcere detentus est, quemadmodum suprà commemorauimus: secundò cùm ob adulterio fœdatũ Vulcani cubile ab eo insolubilibus vinculis compressus est, vt lepidè apud Lucianum Mercurius narrat Apollini in Dial. deorum. Idem etiam à Diomede in bello Troiano vulneratus est.

72. Meretrix Venus) Venus ex spuma maris & cœli testiculis à Saturno excisis & in mare proiectis procreata fuisse dicitur. Ea stuprorum præses & administra existimata est.

73. Rursus Minerua) Cùm Iupiter Vulcano ob egregiam in bello aduersus gigantes nauatam operã iureiurando confirmasset se quicquid perijsset tributurum, ille protinus Mineruæ thalamum poposcit. Quod cùm Iupiter ob iusiurandũ negare nõ posset, Mineruam admonuit, vt quantum posset, repugnaret. Ergo in illa colluctatione, cũ expetitã voluptatem liberè carpere non posset, semen fusum est in terram, atq; ex eo semine à terra excepto monstrum quoddam forma draconis procreatum est, quemadmodum etiam nomen ipsum indicat. Erichthonius enim vocatum est ἀπὸ τῆς ἔριδος & χθονὸς, vt tradit August. cap. 12. lib. 18. de ciuit Dei. Quo etiam loco ait doctores ethnicos hanc opinionem fabulosam hinc exortã affirmare, quòd in templo Vulcani & Mineruæ, quod vnum ambo habebant Athenis, expositus inuentus est puer draconе inuolutus, qui eum significauit magnum futurum: & propter commune templum, cùm essent parentes eius ignoti, Vulcani & Mineruæ dictum esse filium. Porrò ab illa fabula elegantissimam similitudinem ducit Cypr. titulo de idolis & tent. Christi. Etsi diabolus, inquit, ab ingressamento arceatur, vetuente consensu, aliquid tamẽ de spurcitia sua ibi cuiusmi, abominationem horrore nauseare compellit. Sic, vt aliquid poeti cum inferam, temulentus Cyclops illiciti cõiugij appetitor, licet à Pallade repellatur, in gremio tamen eius Erichthonium fundit, & incorrupta Minerua superest tamen deforme monstrũ, nec omnino affecta scelera in memoria moriuntur. Hac Cypr. Hanc Vulcani & Mineruæ fabulam narrat Fulgentius lib. 2. Mythol. eamq; allegoricè exponit.

74. Rursus Hercules furit) Hercules cùm vestem Nessi Centauri sanguine imbutam induisset, repẽtè inardescere cœpit, ac vi doloris in furorem actus Lycham miserè trucidauit. Quod aũt, velut se corrigens, addit Gregorius, Vel potius furore desijt, idem est, ac si diceret: tam Herculis atq; Herculei furoris fabulã profundo silentio obrutam iacère.

75. Quidnis efficitur) Iupiter libidinis ardore flagrans in anum, in taurum, in aurum, in arietem, in aquilam, in cygnũ, in serpentem, multasq; alias formas se vertit, vt passim videre est in poëtarum commentis, & maximè Ouidij Metamorphosi. Vnde Iuno apud Lucianum Iouem sic lepidè carpit, Tuus quidem & valde dominus est Amor, & ducit te, & fert, naso, vt aiunt, trahens, & sequeris ipsum, quocunq; duxerit te, & immutatus facilè in quodcunq; insserit, &c.

76. Ille deorum consiliarius) Hæc ex Homeri Iliade sumpta sunt, apud quem lib. 8 iratus Iupiter, dijsque ob Grecorum defensionem infensus, negat fieri posse, vt vel omnes coniunctis viribus eum è cœlo in terram detrahant: ac contrà minatur se, si ita collibuerit, omnes eos cum terra ac mari facilè in sublime pertractum. Quam rem iocosè tractat Lucianus in Deorum dialogis.

77. Rursus Iouis sepulchrum) Iupiter, vt scribit Ennius in sacra historia, ætate peßum acta, in Creta vitam commutauit, & ad deos abijt, eumq; Curetes filij sui curauerunt, decorauerunt q;, & sepulchrum eius est in creta, in oppido Gnoso, & dicitur Vesta hanc vrbem creauisse: inq; sepulchro eius est inscriptum antiquis literis Græcis, ἐνθάδε κρύπτεται Ζεὺς ὁ Κρόνου. I. Iupiter Saturni. Hoc certe non poëtæ tradunt, sed antiquarum rerum scriptores, quæ adeò vera sunt, vt & Sibyllinis versibus confirmentur, qui sunt tales:

Δαίμονας ἀψύχους, νεκύων εἰδωλα καμόντων,
Ὧν κρύπτη καύχαμα τοὺς δύσμορος ἔχει.

Hæc Lactantius lib. 2. Instit. diuin. cap. 11. Quæ carmina, ne quid hic quoq; studiosi desiderent, vt poterimus, vertemus.

Dæmonas extinctos, hominum simulachraq; vana,
Infelix quorum tumulis nunc Creta superbit.

Cæterum cùm omnes ferè velint Iouem in Creta insula, quam hodie Candiam vocamus, natum & sepultum: vnus Pomp. Latus in Constantino, vbi de dijs penatibus, Cretam, in qua natus sit Iupiter, non insulam, sed Arcadiæ oppidum vult fuisse.

78. Lucriferum tuum) De Lucrio & Logio superiori Oratione dictum est. Ἐνοδίῳ & aliud est Mercurij Epitheton, quòd certaminibus præsideat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

79. Tibi verò per me) Adora sanè, si ita placet, non solum Mercurium, sed orationis etiam & eloquentiæ, cui præsidet, vehementiam & contentionem, ipsumq; adeò marsupium & loculos. Nam Mercurio vt lucri quæstuiq; præsidi marsupium appingebatur, vt super. erat annotauimus.

80. Apud AEgyptios Nilo) AEgyptij Nilum, quòd inundatione sua totæ AEgyptum fertilem reddat, pro Deo habuerunt. Vnde etiam senex ille AEgyptius apud Platonem in Timæo, ὦ Σόλων, Σόλων ἀεὶ παῖδες ἐστε Ἕλληνες, γέρων δ' οὐκ ἔστιν Ἕλλην. De Isille & Apide vide Nicetæ Comment.

81. Mendesij dij) Clemens Alex. in Adhort. AEgyptiorum in adorandis idolis vaſaniam exponens, ait: quantum ad cultum numinum & religionem dispersos esse ait: Venerantur, inquit, Eucnitæ Pœnorum pars Elephantinæ incolæ maloten, qui & alius piscis est, Oxyrichitæ itidem piscem regionis suæ numen fortem Elephantinæ incolæ maloten, qui & alius piscis est, Oxyrichitæ itidem piscem regionis suæ numen fortem, Heracleopolitæ Ichneumonem, Saitæ & Thebani pecudem, Lycopolitæ lupum, Cynopolitæ canem, Memphitæ Apim, Mendesij hircum.

82. Panatuum video (De Pane superiori oratione diximus.

83. Et Priapum) Hinc apparet non eundem fuisse apud Ethnicos Phalli & Priapi cultum: tametsi Phallum apud Hræcos idem significet, quod Priapus Latinis. Neq; enim in Dionysij siue Liberi sacris proprie phallum adorabant, sed Liberum in phallo. Nam in illius honorem, obscœnissimiq; facinoris (cuius in annotatione Semiuiri Bacchi mentionem facimus) memoriam Phallos circumferebant. At verò Priapus apud eos Liberi & Veneris filius fingitur, præsesq; hortorum. Virgil. AEgl. 7.

Sinum lactis & hæc te liba Priape quotannis
Expectare sat est: custos es pauperis horti, &c.

Multa videre est apud eundem in Obscœno carmine, si ille illius est aut hor.

84. Hermaphroditos) Hermaphroditus, vt nomen ipsum indicat, Mercurij & Veneris fuit filius, qui quòd admodum in androgynum mutatus fuerit, vide Ouid. 4. Metam.

85. Qui præ furore concisi) Atyn fortasse intelligit, qui ob virginitatem non seruatam à Cybele in furorem actus testiculos sibi execuit: posteaq; Apollinis oraculo in deorum numerum relatus est. Niceph. enim lib. 10. cap. 36. de eo ita loquitur: Rhodijs, quum aliquando graui calamitate premerentur, oraculum promulgauit, si Atyn insanorum sacrorum in Phrygia facerdotem eo colerent, fore vt erumnæ sua liberentur, &c. Vtrum fortasse Bacchum significat, quem à Titanibus discerptum fuisse ait Iust. Apol. 2. pro Christ. & Arnob. 5. & Lactant. lib. aduerſ. Gent. & Clemens in Adhort. fortasse etiam Herculem intelligit, qui cùm vestem, quam Nessus cruore tinctam induerat, exuere tentaret, corporis membra misere discerpsisse dicitur. Ouid. 9. Metamorph.

Nec mora letbiferam conatur scindere vestem.
Quâ trahitur, trahit illa cutem (fœdumq; relatu:)
Aut hæret membris frustra tentata reuelli:
Aut laceros artus, & grandia detegit ossa, &c.

86. Quarum fructum cubilia) Alludit ad illud Pauli ad Rom. 13. Non in comeſtationibus & ebrietatibus non in cubilibus & impudicitijs. facilè enim corpus cibis distentum & vino obrutum in venerem prorumpit.

87. Festorum celebrationis (Gr. ἑορτασμοί. quo nomine sacrum nouilunij significatur. Hic tamen pro omnibus sacris & festis Gentilium diebus mihi accipi videtur. Fortasse etiam eleganter ἑορτασμοὺς legamus, vt gentilitia illa festorum celebrandorum insania significetur.

88. Herodiadis tripudium) Filiam Herodiadis intellige, non ipsam Herodiadem.

89. Pyriphlegethontes) Phlegethon, Cocytus, & Acheron infernales fluuij à poëtis finguntur.

90. Tantalus) Quidam Tantalum, quòd Pelopem filium membratim discerptum coctumq; diis comedendum apposuisset, in Tartarum detrusum fuisse fabulantur, ibiq; hac pœna cruciari, vt aquis & pomis capiti imminentibus, captationemq; ipsius fugientibus, perpetua fame ac siti torqueatur. Horat.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina, &c. Alij, quòd deorum arcana mortalibus prodidisset, nectariq; cœlestia parturiperi eos fecisset (vt Græcus Euripidis interpres scribit) hanc eam sceleris pœnam luere fingunt, vt in aere pendeat, saxum capiti superiectum exhorrescens. Cuius opinionis ipse est Euripides in Oreste: sic enim ait,

Ὀγὰρ μακάριος, κ' ἐκ θεῶν ἐλπίζω τύχας,
Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος,
Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δῆμα ἐν πέτρου
Λέρι ποτᾶται καὶ τίνει ταύτην δίκην,
Ὡς μῦθ' λέγουσιν, ὅτι θεοῖς ἄν ἔροπ@ ὤν
Κοινῆς πραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον,
Ἀκόλαστον ἔβλεψε γλῶσσαν ἄϊχιστον νόσον. Quæ verba ita Latinè reddi possunt.

Etenim

Etenim beatus (nec fortunas exprobro)
Ioue prognatus, vt affirmant, Tantalus
Capiti imminentis anxio perterritus
Timore saxi, sublimis in aëre
Pendet, luitque miser hoc pœnæ genus,
Vt fama narrat, quoniam cum dijs parem
Honorem mensæ sortitus, tamen fuit
Incontinenti lingua, morbo pessimo.

91. Tityus) Tityus gigas inusitatæ magnitudinis, cùm Latonam de stupro interpellasset, ab Apolline sagittis confossus est. Huius iecur apud inferos à vulturibus arrodi fingitur, arrosumq; subinde in pœnam renasci, Virgil. 6. Aeneid. Nec non & Tityon terræ, &c. Ouid. 4. Metam. descensum Iunonis ad inferos describens, pœnas hac supplicia perstringit.

Viscera præbebat Tityus lanianda, nouemq;
Iugeribus distentus erat. tibi Tantale nullæ
Deprehenduntur aquæ, quæq; imminet, effugit arbor.
Aut petis, aut vrges ruiturum Sisyphe saxum.
Voluitur Ixion, & se sequiturq; fugitque, &c.

Vide Iustinum Martyrem ad finem Admonitorij ad Gentes.

92. Ixion) Ixion, quòd Iunonem de stupro solicitasset, à Ioue hac pœna damnatus est, vt apud inferos volubili rotæ alligatus perpetuò voluatur. de illo habes festiuum Iouis & Iunonis apud Lucianum dialogum.

93. Veritatem in figuris) Quid sibi ista apud inferos supplicia velint, explicare conatur Macrob. lib. 1. Comment. in Somnium Scipionis.

94. Cataractæ Nili) Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo flumine. Vectus aquis properantibus ad locũ Aethiopum, qui Catadupi vocantur, nouissimo cataractæ inter occurſantes scopulos non fluere sinuosò fragore, sed creditur ruere. Est autem cataracta locus in flumine, vbi aqua summo cum impetu ruit. Cataractas illas intelligit Cic. cùm in Somn. Scip. ait, Vbi Nilus ad illa quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus.

95. Cyclopico bonore) Cyclops Polyphemus apud Hom. lib. 9. Odyss. reposcenti Vlyssi munus, quod pro dulci vino ipsi se daturum receperat, ad hunc modum respondet.

Οὔλιμ ἐγὼ πύμαζομ ἔδομαι μ᾽ οἷς ἑταίροισι
Τὸν δ' ἄλλον πρόσθεν, τὸ δὲ κ ξεινήιον ἔσσαι.

Postremum absumptis socijs ego dente feroci

Vtim commiminiscapies id ab hospite munus. Inde prouerbialiter accipiuntur Cyclopica dona pro inutilibus & perniciosis.

96. Ob deorum tuorum matrem) Cybele, quæ & Rhea dicitur, & Vesta, & Ops, deorum mater fingitur. Hæc Pessinunte Romam aducta est belli secundi Punici temporibus, & à Scip. Nasica vt viro optimo excepta. Iuuenalis, inquit Marcell. li. 22. dextrorsum itinere declinato, Pessimunta conuertit, visurus vetustam magnæ matris delubra. Hæc ille. Non itaq; mirum est, si eam à Christiano quodam (neq; enim nomen memoriæ proditum est) contumeliâ affectam indignè tulerit homo omnium, qui vnq; fuere, superstitiosissimus. De Cybele, autem & Gallis sacerdotibus, vide in lib. de Sacerdotijs Rom. qui nomine Veneſtellæ circumfertur, & Viuem in cap. 4. lib. 2. de Ciuit.

97. Alter cum vngulis) Theodorum hunc fuisse existimo, qui à Salluſtio Iuliani præfecto immaniter cruciatus est. de cuius in perferendis tormentis constantia animiq; magnitudine vide Russ. lib. 1. Hist. cap. 36. Somn. lib. 3. cap. 11. Theod. li. 3. cap. 11. & Niceph. lib. 10. cap. 28. eundem videtur intelligere August. lib. 18. cap. 23. de Ciuit. cùm ait: Vt omittam, quæ Iulianus apud Antiochiam facere cœperat, nisi vnius fidelissimi & constantissimi iuuenis, qui cum multis, vt torqueretur apprehensis, per totum diem primus est totus, inter vngulas cruciatus, psallentis libertatem atq; hilaritatem miratus exhorruisset, & in cæteris deformius erubescere timuisset. Vngulas autem quidam antiqua quædam supplicium genera explicans, ferramentu fuisse bisida dicit, & vt animalium vngulæ bisulca, quibus latera & pectora laniabantur.

98. Porphyrijq; mendacijs) Porphyrium Christianæ fidei desertorem tanti fecit Libanius sophista, vt eum pro deo habuerit, quemadmodum videre est apud Niceph. cap. 36. lib. 10. vbi & causam, quare à pietate defecerit narrat, cuius quoque in Originem & Ammonium maledicentiam. cap. 13. lib. 5. explicuerat, vbi eum Siculũ vocat, vt & August. cap. 31. lib. 2. Retract. qui & ibi non vnum tantùm eo nomine vocatum coniecturam facit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit; cùm alioqui Suidas Porphyrium ipsum non Siculum, sed Tyrium Amelij, qui Plotinum audierat, discipulum, vt & Iamblichi præceptorem temporibus Aureliani & Diocletiani facit. Eum sæpe citat Aug. in lib. de Ciuit. at. atq; quis fuerit, explicat Viues in cap. 12. libr. 6. Cæterùm ille Christiani nomini infestissimus hostis libros quindecim aduersus Christianam doctrinam edidit: quibus Methodius, Eusebius, & Apollinaris triginta Apologeticis responderunt. Augustinus etiam epist. 49. ad Deogratias Presbyterum quibusdam Porphyrij quæstionibus respondet: sed quem alium se arbitrari à Porphyrio Siculo, cuius fama esset celeberrima, in lib. Retract. admonet.

99. Pro tuo Misogone) Marcell. lib. 22. de Iuliano in hæc verba loquitur, Quocirca in eos (Antiochenses) deinceps sæuiens, vt obtrectatores & contumaces, volumen composuit inuectiuum, quod Antiochense vel Misogonem appellauit, probra ciuitatis insensa mente dinumerans, addensq; veritati complura. Misopogon, idem est quod osor barbæ: hircinam enim Iuliani barbam irridebant Antiochenses, atq; ex ea fames nacti importune dicebant, vt in ea Orat. narrat Iul. quæ vnà cum versione Latina anno super. Lutetiæ in lucem prodijt.

100. Quod nunq. ex inguine) Iulianus in Misopogone suas laudes prædicans negat se vnq; nisi semel vomuisse idq; sibi ob vaporem è parietibus excitatum, indeq; oppletum caput accidisse. Frugalitatis certè laudem ei Marcell. tribuit lib. 16.

101. Herculeis columnis) Plinius in fine prologi lib. 3. Abilam Africæ, Calpen autem Europæ montes laborum Herculi metatis credit as esse, & ab indigenis columnas eius dei vocatas, qui eas crediderint perfossas exclusa antea admisisse maria, & rerum mutasse faciem scribit.

LECTORI S.

CVm iam extremam Scholijs nostris manum imposuissemus, Daniel Augentius Rhemensis Camonicus, & in illius vrbis gymnasio magna cum laude Græcas & Hebreas literas explicans, vt me hanc vrsenè aggressum esse intellexit, vltrò statim ad me pro eximia quadam ac singulari humanitate sua, atque ergà Remp. literariam studio & benevolentia, Græcum hoc Nonni Monachi opusculum misit. Quod cùm incredibili celeritate peruolutum ad eum quamprimum, vt mandarat, remisissem, meq; ille submolestè ferre dubitasset, quòd hanc velut tabulam, quam mihi spectandam proposuerat, citius aliquanto q. vellem, oculis suis subduxissem: pleniorem confestim eiusdem libelli copiam mihi faciendam putauit, vt eum mihi non solùm ad curatiùs legere, sed etiam si ita animus ferret, exscribere liceret. Hæc tibi, Lector, ignotatè esse nolui, vt nostri animi notam, qua nulla turpior, nulla homine indignior cogitari potest, effugerem. Quod autem ad Nonnum attinet, & si in quibusdam historijs ac fabulis explicandis nonnunq. à scopo aberrat: integrum tamen eum tibi q. concisum & truncatum exhibere malui, tantumq; nonnullos locos, in quibus minus mihi satisfaceret, breuiter in margine ascribendos duxi. Vale.

PATRIS NONNI COLLECTIO ET EXPOSITIO

profanarum historiarum, quarum D. Gregor. Theologus meminit in priore Inuectiua aduersus Iulianum Apostatam.

RAtio hæc Inuectiua (quam ψογοτυπικὸν Græci vocant) vituperatio est rerum à Iuliano gestarum. Hoc autem differt Inuectiua oratio à vituperatrice, quòd in vituperatione oratio per Demonstrationis genera capita progrediatur, vt per genus, educationem, actiones, comparationem: in Inuectiua autem, solum per res gestas, aut etiam, si ita res tulerit, per comparationem. Stelitteuticum autem hoc dicendi genus nuncupatur, translatione ducta ἀπὸ τῆς στήλης. à columna. Est porrò columna lapis aut æs oblongum quadrata figura, in quo inscribitur eius, qui Inuectiua oratione pulsatur, contumelia. Verbi gratia, Athenienses Zeliten, qui Græcos pecunijs corruptos eò adduxerat, vt Persarum regi parerent q. liberi esse mallent, in columna insculpserunt, eum cum toto genere ignominia notantes, atq; Pisius obtruncandi licentiam publico edicto cuiuis concedentes, causamq; in columna inscribentes, Quòd à Media aurum in Peloponnesum attulisset: Scire autem est operæpretium, quòd eorum quoq; qui de republ. præclarè meriti fuerant, beneficia in columnam incidebantur. Sic egregia Leuconis & Bosfori in rempubl. merita Athenis insculpta sunt. Hæc de Orationis huius inscriptione. Nunc ad historias veniamus, earum quàm facilimè fieri poterit, explicemus.

Leucon & Bosfori.

De Empedocle, Aristæo, Empedotimo & Trophonio. 1.

Empedocl.

Empedocles genere Siculus fuit, Pythagoricæ philosophiæ sectator. Hic inanis gloriæ cupiditate inflammatus, quasi sublimis in cœlum raptus atq; in deorum immortalium numerum ascitus & consecratus esset, in Ætnæ ignem sese coniecit. Hic porrò ignis Vulcani crateres, hoc est, foramina appellatur. Sic miser vt flamma ab-

ma absumptus interijt. At verò Deus huiusmodi exitium manis gloriæ desiderio contractum in publicum proferre volens effecit, vt ad continendam eorum, qui vano famæ studio flagrarent, stultitiam, calcem ipsius exigue incolumis egereretur. Atq; ita perspicuum omnibus factum est, eum diuinitatem haudquaquà adeptum fuisse, verum per inanem gloriæ amorem omnino exarsisse. Trophonius aũt, Aristæus, & Empedotimus Lebadia Bœotiæ vrbe orti sunt, vaticinandiq; artem coluerunt, qui etiam manu famæ studio incensi, ac diuinitatis opinionem sibi apud homines conciliare cupientes in specum quandam se præcipites dederunt, vt prorsus de medio tollerentur, nec quicquam ex corporum eorum reliquijs inueniri posset. Hic eorum fuit exitus. Cæterùm cognitum est eos illic mortem obijsse, quòd circa hunc locum oraculum extiterit. Est aũt prouerbium, in Trophonij specum oraculi causa proficisci, de hominibus pallidis atq; à risu abhorrentibus. Quisquis enim ad oraculum illud se conferebat, tristi perpetuoq; pallore affectus recedebat. Quod quidem argumento erat hos vates pallore confectos nec in subterraneo huiusmodi loco in risum vnquam solutos interijsse. Trophonius porrò & Agamedes ipsius germanus diuinandi arte donati sunt, quòd pecunijs suis templum Apollinis Delphicum extruxissent.

Trophoni, Aristæi & Empidotimus.

De Proteo. 2.

Hic Proteus genere Thrax erat, filiosq; habuit Molum & Telegonum: qui cùm loca omnia latrocinijs infestatenerent, ab Hercule propter Geryonis boues illac iter faciente interempti sunt. Proteus igitur ob filiorum amissionem luctu perditus ac desperatione fractus in mare præcipitem se dedit, ac deorum miseratione immortalitatem est consecutus, marinusq; dæmon effectus est, atq; in Pharia insula domicilium sibi fixit. Hic etiã cum Phocu versari dicitur. Idem Alexandri Helenam, cùm à Græcia Troiam nauigaret, accepit, ipsq; inane Helenæ simulachrũ dedit. Postea aũt cùm Menelaus confecto bello Troiano Helenam in Ægypto esse resciuisset, atq; ad Proteum se contulisset, eam ab eo accepit. Hac porrò facultate præditus esse Proteus credebatur, vt quoties à quibusdam adiretur, se se transformaret, ac nunc hoc, nunc illud efficeretur.

De Hercule & incendio. 3.

Crebro sermone iactatur Herculem Iouis & Alcmenæ filium præstanti virtute heroem duodecim certamina confecisse. De ipsius autem incendio & conflagratione hæc memoriæ prodita sunt. Vxorem habebat nomine Deianirã, quam supe tato rituali Acheloo ab Oeneo acceperat, ex eaq; Hyllum pepererat. Hanc ergo Deanirã cùm in patriam suam duceret, Nessus Hippocentaurus ad ipsius affectum amore exarsit, atq; in flamine quodam ei ea congredi tentauit. Quod cùm Hercules intellexisset, sagittaticu eum oppressit. Moriẽs aũt ille cruorem suum Deianiræ imperrit, fraudulento animo subfatus, ei ad sui amore inflammandũ Herculem hunc cruorem adiumento fore, vt si quãdo, inquit, eum mulieris alterius amore flagrare senseris, hoc sanguine vestem ipsius tingas, atq; ita ipsius amorem ad te reuoces. Deianira ergo hunc cruorem asseruabat. Cumq; Hercules Iolam quam misere deperibat, accepisset, eamq; per Lichen velut captiuam ad Deianirã misisset, Zelotypiâ percita, Herculiq; amorem ad se reuocare cupiens, ipsius vestem Nessi sanguine delibutam ipsi in duendam dedit. Exitiosus porrò erat hic cruor. Cùm ergo huiusmodi vestem Hercules induisset, statim succensus atq; exustus est. In hac autem conflagratione cùm in propinquum amnem se coniecisset, calida aquã effecit. Ex quo deinceps exiterunt Thermopylæ inter Thessaliam & Phocidem.

Trophonius.

De Phrygum exectione. 4.

In Phrygia præcateris diis colebatur Rhea mater deorum. In huius ergo sacris Phryges cultrũ seipsos incidebant, non vt sibi necem afferrent, sed vt sanguinem dumtaxat extraherent. Hoc aũt cùm faciebant, tibijs delinicbãtur, vt ictus sine doloris sensu perferrent. Post plagas verò ad impuros & nefarios concubitus ruebant, mulierum dico non virorum.

De Mithra. 5.

Hic Mithra apud Persas Sol esse existimatur, eiq; victimas immolant, ac sacra quædam in ipsius honorẽ faciunt. Nullus porrò ipsius sacris initiari potest, nisi prius per quosdam suppliciorum gradus transierit. Sunt autem tormentorum gradus LXXX. partim remissiores, partim intentiores. Primùm enim leuioribus supplicijs, deinde acrioribus afficiuntur: atq; ita post decursa omnia tormenta ipsius sacris imbuuntur. Ignis quippe & aqua atq; huiusmodi suppliciorum generibus excruciantur.

De hospitum cæde apud Tauros. 6.

Tauri populi sunt circa Scythiam. Apud eos à Diana translata est Iphigenia Agamemnonis filia, cùm in Aulide iam iamq; à Græcis mactãdaesset, nisi ipsi dea vicarium cervum pro victima suppositisset. Cùm ergo Iphigenia apud Tauros esset, ne ab hospitibus, qui eò appellebant, agnosceretur, idcirco eos Dianæ immolare permittebat. Atq; hæc est hospitum cædes, cuius mentionem Gregorius facit. Postea autem cùm Orestes ab Furijs perterrefactus atq; agitatus ad Tauros perrexisset, atq; ad necẽ velut hospes arreptus, Iphigeniæq; vt sacerdoti oblatus fuisset, per eburneum humerum ab ea agnitus est, liberq; dimissus. Atq; ipse deinceps acceptam sororem in Græciam reduxit.

De mactatione regiæ puellæ apud Troiam. 7.

Cùm Achilles Polyxenã Priami filiam in matrimonium accipere cupiẽs Troiam ingressus esset, à Paride in Apolli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Apollinis templo ex insidijs obtruncatus est. Postmodum autem Pyrrho filio suo ad virilem ætatem peruecto in somnis apparuit, ostenditq; necesse esse Polyxenam, quæ ei mortuæ causam attulerat, sibi immolari. Pyrrhus itaq; iam parta victoria acceptam ad Achillis patrui tumulum iugulauit.

De Menœceo. 8.

Menœceus Creontis Thebarum regis filius erat. Cùm ergo septem duces Thebis bellum intulissent, mactatum edidit Tiresias vates, fore vt statim bellum conficeretur, ac victoria penes Thebanos esset: si quis nempe generis sanguinis atq; indigenarum ex serpentis dentibus enatorum sese vltrò morti offerret. Quocirca ille insigni patre ac veste mutata in confertam hostium aciem impetum fecit, ab ijsq; interemptus est.

De filiabus Scedasi. 9.

Peloponnesiaco bello cùm Lecedæmonij Athenienses vi atq; armis superassent, socios quoque suos lœdere lacessendos sibi putarunt. Atque expeditione aduersus Thebanos suscepta, priusquam castra vrbi admouissent, in Leuctris Thebanorum vrbe initio prælio fusi ac profligati sunt: cùm dux Thebanorum Epaminondas insignem in eo certamine operam nauasset. Hæc autem clades Lacedemonijs ob humanitatis contemptum in Leuctris accidit. Scedasus Leuctrensis tres filias habebat. Quidam autem Lacedæmonij vltus ab ipsis hospitio excepti puellas constuprarunt. Ac metuentes ne patri suo illæ acceptam iniuriam narrarent, easdem ipsis attulerunt. Reuersus ergo in patriam Scedasus, re cognita, diris omnibus Lacedæmonios ad ipsum filiarum sepulchrum deuouit, miseráq; omnia imprecatus est. Ac proinde Lacedæmonij apud Leuctra eum infeliciter gesserunt.

De Laconicis adolescentibus. 10.

Lacedæmonij cùm ciues suos ac liberos fortitudine ac tolerantia excellere cuperent: verberibus eos exercebant, eiq; qui dolores fortius pertulisset, præmium persoluebant.

De cruore ad altare fuso. 11.

Diana quamuis virgo ac pudicitiæ laude clara, cruoribus tamen illis oblectabatur, qui in hostiarum cædibus fundi solebant.

De Socratis cicuta. 12.

Socrates patria Atheniensis erat, vitæ instituto philosophus. Hunc velut dæmonem quendam in Reipub. perniciosè introducentem Anytus & Melitus in iudicium vocarunt. Atq; ipse veluti pœnas ad cicutæ poculum damnatus est, quo hausto è vita excessit.

De Epicteti cruce. 13.

Epictetus philosophus erat. Huic à Macedone tyranno crus vinculis astrictum est. Postea autem cùm id solueret tyrannus vellet, ex eoq; quæreret: Visne Epictete te soluam? Quid, inquit, an sum astrictus? Quibus videlicet verbis hoc significabat, animam suam nequaquam vinctam fuisse. Itaq; non corpus homo esse dicitur, sed anima.

De Anaxarcho. 14.

Anaxarchus philosophiam profitebatur. Hic ab Archelao tyranno correptus atq; in mortarium enixè ligneæ fuste tundebatur. πτισανὴ enim est ptisanæ instar atteri, vnde & ptisana dicta est. Cùm ergo tunderetur, Tunde, inquit, Anaxarchi vtrem: neq; enim Anaxarchum tundis. Hu nimirum verbo, vt philosophus, significans nullam corporis rationem à se haberi.

De saltu Cleombroti. 15.

Cleombrotus Ambraciotes, quæ veteris Epiri ciuitas est, cùm in Platonis Dialogum de Anima, cui phædo titulus est, incidisset, didicisset q; magis esse è re animæ separari à corpore, quàm cum eo coniungi, è muro se præcipitem dedit, stulteq; interijt: vt videlicet animus ipsius è corporis vinculis euolaret.

De fabis Pythagoricis. 16.

Pythagoreorum secta à Pythagora Samio fluxit. Qui autem eiusmodi sectæ sese addixerant, philosophica dogmata per symbola quædam & ænigmata discebant. Inter alia autem hoc quoq; ænigmata ipsis traditum fuit, Fabas minimè edendas esse, hoc est, non esse prodendæ iuris, nec iudiciorum fidem pecunia commutandam. Olim enim Athenienses iudices ad proditorum condemnationem fabis calculorum loco vtebantur. Interdicit ergo suis Pythagoras, ne iudiciales fabas edant.

De Epaminonda & Scipione. 17.

Epaminondas genere Thebanus erat, duxq; maximus, qui in Leuctrico prælio Thebanorum copias profligauit. Præceptorem habuit Philolaum Pythagoreum. Hic in bellis eximia continentiæ laude florebat, tum à corporum copia, tum à rebus venereis, tum denique ab omni voluptatis genere sese abstinens. Quò etiam factum est, vt maxima aduersus Lacedemonios trophæa erexerit. Huic & vitæ genere & moribus non dissimilis extitit Scipio Romanorum Imperator. Cuius singularis quoq; virtus emicuit in bello Carthaginensi. Vnde etiam à deuicta gente Africani nomen retulit. Africani enim erant Carthaginenses.

De Alpheo fluuio 18.

Alpheus fluuius est Arcadiæ. Arcadia autem vrbs Peloponnesi. Est & in Sicilia fons quidã Arethusa nomine. Ferunt autem Alpheum Arethusæ amore captum per mare in Arethusam influere, nec maris contagione infici, sed puros atq; integros latices ad amasiam secum ferre.

De his qui pedibus illotis viuunt, atq; humi cubant. 19.

Selligens est Dodonæa, ex qua fagi sacerdotes creabãtur. In hac autem fago louis oraculũ erat, vocabaturq; quercus Dodonæa. Atq; hi sacerdotes, vt qui Deo ancillarentur, pudicitiam colebant, nec balneis vtebantur, nec in tecto, sed in nuda humo dormiebant: quemadmodum his verbis testatur Poëta,

Hos iuxta Sellis sedes est fixa prophetis,
Qui nec humi somnos carpunt, nec balnea curant.

De Solonis inexplebilitate. 20.

Solon Atheniensis legislator erat. A quo cùm postulatum esset, vt iuuentuti leges institueret, iurisiurandi religione ciues eò adegit, vt decẽ annos ipsius legibus acquiescerent: ac postea si minus ipsis arriderent, eas abrogarent. Id aũt hoc consilio faciebat, vt ipsi legibus illius aliquantulum obtemperare assuescerent. Non enim erat ignarus fore, vt si leges quas ipsis ferebat, semel degustassent: ægrè ab his postea diuellerentur. Accepto ergo à ciuibus iureiurando, cùm leges ipsis instituisset, Athenis excessit, decennium ab vrbe absturcus. Peragrato autem multis vrbibus in Lydiam quoq; ad Crœsum profectus est. Hunc itaque rex admiratione affecturus cupiens, ad thesauros suos duxit, ipsique quantũ auro afflueret, ostendit. Moxq; eum à thesauris reuertentem interrogauit, Ecquis tandem ex omnibus mortalibus ipsi beatissimus videretur, existimans vtiq; eum felicitatis primas ipsi daturum. Solon autem Tellum Atheniensem sibi omnium beatissimum videri respondit. Beatitudinem enim non in opibus ac superbia, sed in vitæ tranquillitate constituebat. Inexplebilem itaq; Solonem Crœsus vocat, quòd maiores opes auro Lydio videre exoptaret. Sunt autem diuitiæ genus quãdam felicitatis in rebus externis situm. Est quippe triplex felicitas, animæ tranquillitas, corporis sanitas, et rerum externarum affluentia. Ac proinde adijciendum erat Solon: Si animo quoq; præstantissimus esses, ô Crœse, abunde tibi esset opum ad explendos externæ felicitatis numeros.

De Socratico pulchritudinis amore. 21.

Socrates philosophus forum circumibat, iuuenesq; ad philosophiæ studium hortabatur, ac præsertim elegantis formæ præditos, quos ad philosophiam aptos esse iudicabat. Nam qui liberali forma sunt, eosdem quoque egregia animi indole esse ferunt. In hanc ergo opinionem adducti sunt Athenienses, vt Socratem puerorum amore correptum esse putarent, quod pulcherrimos quosq; diligeret. Quinipsi quoq; Platonem Theæteto, tum patsim in suis scriptis ita Socratem loquentem inducit, Pulcher est Theætet, pulcher Carmides, Ac planè in dialogis suis ostendit Socratem huiusmodi suspitione laborasse, propter tales, vt verisimile est, aduersarias percunctationes. At verò ille animi non corporis pulchritudinem intelligebat. Quamquam Athenienses in hanc suspicionem venit, vt eum obscœnæ libidinis causa cum Alcibiade consuetudinem habere existimarent.

De Platonis liguritione. 22.

Philosophus Plato cùm Dionysium Siciliæ tyrannum ingenij magnitudine atque indole præstare intelligeret, ad eum nauigauit. Ac Platonis quidem interpretes duplicem huius nauigationis causam afferunt, alteram, vt ignem illum qui ex Ætna erumpebat, viseret: alteram, vt Dionysium ad amplexandam philosophiam hortaretur. At beatus Gregorius hanc ipsi adeundæ Siciliæ causam fuisse ait, vt magnificis & opiparis Dionysij cœnis frueretur. Idq; hac demum coniectura vere colligi censet, quòd à Dionysio propter ipsius liguritionem venditus sit. Reuera enim venditus est, vtpote à Dionysio Pollidi Lacedæmonio Nauarcho, qui tum illic degebat, dono oblatus: ac deinde ab ipso Pollide, cùm in Æginam appulisset, Aniceri Laminis venditus.

De Xenocratis edacitate. 23.

Xenocrates & Aristoteles Platonis discipuli fuerunt, eiq; in philosophiæ professione successerunt. Ac Xenocrates quidem Stoicam sectam condidit, Aristoteles autem Peripateticam. Fertur porrò tanta fuisse in Xenocrate pudicitiæ laus, vt cùm etiam mollius & delicatius viueret, nullis libidinis stimulis incitaretur. Ac proinde ita moderandos atq; frænandos affectus esse dicebat, vt rationi obediant. Insectatur ergo eum Theologus vt luxuriosum & belluonem, nec ab vllo ciborum genere abstinentem, vt philosophum decebat. Philosophi enim est temperantiam colere, ac modum in cibis tenere.

De Diogenis dicacitate. 24.

Diogenes Cynicus philosophus erat. Cynicus autem dictus est translatione à canibus dicta. Quemadmodum enim canes latrandi discernendiq; facultate præditi sunt (discernunt enim domesticos & familiares ab exteris, ac domesticos custodiunt) ad eundem ipse quoque modum vivaque facultate pollebat. Nam & philosophiæ dogmata custodiebat, et idoneos ad philosophiam ab his qui minime idonei erant, distinguebat. Meritò itaq; Diogenes cùm talis esset, maxima dicendi libertate vtebatur; atq; & magnos & potentes viros & eloquentes aliosq; omnes honestis causa coarguebat: idque lepidius aliquando scurriliusque faciebat. Hunc igitur spectans D. Gregorius Diogenem ridiculum potius aut impostorem fuisse ait, quàm philosophum. Est enim summa vis ea, qua homines verborum lepore facetijsque circumueniuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eo, qui in dolio habitabat. 23.

Hæc quoq; historia ad Diogenem spectat. Narrant enim eum in dolio hyemis tempore habitare solitũ, ac sub vesperam quidem ingredi propter frigus, interdiu autem egredi propter Solem. Vnde cùm aliquando ad Solem apricaretur, ac superueniens Alexander Solis lumen ipsi ademisset, apricantiq; officeret, quærebat Num quid vellet: Nihil, inquit, aliud, quàm vt apricanti ne obstes. Aut igitur ad hanc historiam allusit Gregorius, aut, vt probabile est, ad eam quæ Ptolemæorum tempore contigit: quæ quidem ad hunc modum se habet. Sotates quispiam Alexandrinus philosophus in loco quodam stans apricabatur, ac pediculos quærebat. Hunc è sublimi conspicatus Ptolemæus descendit, vt eum in aulam duceret. Sotates autem eorum quærebat. Hunc è sublimi conspicatus Ptolemæus descendit, vt eum in aulam duceret. Sotates autem eorum quæ circa se fiebant non animaduertens, in dolij cuiusdam iacentis fragmentum sese inclusit, sicq; Ptolemæo absconditus est. Postea autem vt specto in dolij cuiusdam iacentis fragmentum sese inclusit, sicq; Ptolemæo absconditus est. Postea autem vt miser & infortunatus suggillatus est. Alij dicunt Ptolemæum hoc Iambicum in eum conscripsisse.

Θἑλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον.
Vel mentis dolio Fortunæ guttula præstat.

*Quibus verbis significabat dolium quidem illud prudentia scatere propter Sotatem, qui eo includebatur: tamen quia ipse infortunatus esset, nihil ipsi tantam prudentiæ vbertatem profuisse. Ac talis quidem est historia. Nunc ad constructionem veniamus, ἐ, τῶν Διογένους παμπόλλων ὑφ' ἃς ζῶν ξύνεστι ὑποβλῆσαι, quarum verborum hic sensus est. Diogenes dicacitate sua eos, qui ipsi umbram efficiebant, submouebat. Per tyrannos autem, tyrannicos sermones intelligit, quibus secedere cogebat eos à quib⁹ adibatur. Quorum sua vna cauillatione dicacitatis Diogenis & dolij historia, constructio tuncta est: siue duæ sint historiæ, constructionis earum atque sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

derint, ita Panem peperit. Vnde etiam hoc nomine vocatus est, quòd ab omnibus fatus fuerit. Alij admodum exuia forma puduisse; Penelopen fuisse ferũt: ideòq; ipsius amore inflammatum Mercurium hirci formam induisse. Ipsam autem mentis errore affectam ac furore correptam hircum adamasse, ab eoq; ingratam fuisse: atq; ex eo coitu Panem extitisse, duimitatemq; à patre consecutum fuisse. Atq; hinc est Panem hircinos pedes habere.

De Buthœna. 39.

Buthœnas hic Hercules est, ita ob huiusmodi causam appellatus. Cùm per Driopum regionem Hyllũ filium suum humerũ gestans iter faceret, ac puer fame affectus cibum à patre peteret: ille agricolam quendam arantem nomine Theodamantem reperit, panemq; ab eo postulauit, Quod ille cùm nõ modò recusasset, sed Herculem quoq; contumeliosis verbis infectatus fuisset: tum Hercules bouem vnum ex his quì arabant, accepto iugulauit, ac cum filio epulatus est. Ob eamque causam Buthœnæ cognomentum nactus est, quòd tum bouem vno epulo confecisset. Hinc Herculi cum Driopibus bellum contigit. Nam cùm Theodamas ad vrbem ascendisset, atq; infestum hostem in regionem accessisse nunciasset, Herculem videlicet intelligens, ad eum opprimendum egressi sunt, commissóq; prælio omnes ab eo superati sunt.

Vide scholia nostra.

De Triuesphero. 40.

Herculem tribus noctibus conceptum fuisse, & ex materno vtero decidisse ferunt, atq; huiusmodi quæque nugæ ac fabulæ de eo circunferuntur. Consimilem quoq; in modum aiunt eum nocte vna cum Thespij fuisse rem habuisse, omnesq; ex eo peperisse: adeò vt hoc quoq; nomine in deorum numerum relatus fuerit, atq; hoc certamen decimum tertium appellatum sit.

De Idoliano & Tauricremo. 41.

Quoniam Iulianus Apostata præclarissimum Christianorum nomen in Galilæos commutare ac transferre studuerat: idcirco nunc quoq; D. Gregorius eum irridere vult, atq;: Licet nobis quoq; Iulianum pro nostris ministris appellare, ac velut coloribus suis depingere. Proinde ipsi quoq; eum Idolianum nominemus, vt idolorum cultorem, & Pisæum, vt Iouem Pisæ colentem. Iupiter enim Pisæ, quæ Elidu vrbs est, colebatur. Iubet ergo, inquit, par est Pisæum vocare, quemadmodum & Iouem Adonium propter Adonidem. Nam Adonidem quoq; summa religione à Iuliano cultum fuisse narrant. Hunc porrò Adonidem à Venere adamatum, atque à Marte, qui ipsius quoq; Veneris amore flagrabat, interemptum fuisse fabulantur. Tauri autem nomine Iulianum appellare conuenit, vt totos boues dijs suis immolantem & comburentem.

De Vulpina. 42.

Κερδὼ vulpes vocatur: vnde & κερδωσύνη malitia atq; improbitas & fraudulentia. Versutum quippe est hoc animal, miraq; malitia & peruersitate. At verò Minos iustus & integer homo habebatur, vt tenuis fuit. Hunc autem sensum Gregorij verba habent: Quòd Iulianus singularem suam animi peruersitatem humanitatis cuiusdam & clementiæ larua contegebat, ac sub iustitiæ specie iniustis & scelestis erat.

De Proteo & Melampo. 43.

Proteus hic Thrax erat, cuius filios Hercules obtrunc auit: Hic vaticinandi arte præstabat, ac maximus Deus esse fertur est, Pharumq; incoluit. Vnde & Protei insula Pharus vocata est. Cùm autem multi propter ipsius vaticinationes ad eum se conferrent, horum obturbationem atq; importunitatem aegre ferens, arte quadam magica in aliam aliámq; subinde formam sese transmutabat: atq; ita sui prospectum accelerabat. Eodem quoq; modo Melampus vates erat hierophantes, qui Aegyptiorum sacra Græcis patefecit, eaq; ipsi postea imitati sunt. Hic etiam sese subinde transformabat, vt vates magicæq; peritus. Hinc magis quippe homines eam facultatem habebant, vt quamcumq; vellent formam assumerent, ne ab his qui eos obsidebant, vllo modo cognosci possent.

De Aetnæo igne. 44.

Sicilia maxima est insula circa Italiam sita. In ea vrbs est Catana nomine: ad cuius verticem mons est, ex quo copiosus ac perpetuus ignis erumpit. Hic mons Aetna vocatur, atq; etiam Vulcani erat ara. Vnde & di porrò ignis adeò nonnunquam exundat, vt fluminis more feratur, atq; cũ materia illa ignea, quæ fertur, hoc emicat, instar aquæ fluat. Ac proculdubio diuinus est ignis. Fingunt patrem quendam cum filio suo in hoc monte inuentum fuisse, atq; ignem repentè fluminis in morem profluxisse. transitumq; ipsis haud obstitisse, ac tum filium suis humeris sublatum parentem gestasse, eóq; facinore ignem velut permotum ac pudore affectum cursum suum compressisse: atq; ita et patrem & filium incolumes pertransijsse.

De Mithræ supplicijs. 45.

Persæ Mithrã solem esse existimant, eiq; multa sacrificia offerunt, quibusdámq; ipsius sacris instituntur: ad quæ nemo admittitur, nisi qui prius omnia tormentorum genera pertulerit, pietatisq; suæ fortitudinisq; animi in perferendis doloribus specimen dederit. Aiunt aũt LXXX. esse cruciatuũ genera, per quæ certo ordine ei qui initiandus est, necessariò transeundum est. Verbi causa, primùm ei diebus nouem in aqueam da est aqua. Deinde necessariò ipsi faciendum est, vt se in ignem conijciat: postea in solitudine versari, siluis ipsi mediam imperare necesse habet: atq; ita ad alia pergere, quousq; LXXX. vt diximus, supplicationum genera defuncti fuerit. Quibus si superuixerit, tum demum sacris Mithriacis initiatur. De

De Echeti & Phalaridis crudelitate. 46.

Echetus Epyri tyrannus fuit: qui, vt erat insigni crudelitate, varia supplicioruꝫ tormentorumq; genera excogitabat. Ex quo efficiebatur, vt qui aliquem immanissimè excruciari vellent, ad eum mitterent: quẽ admodum Poeta quoq; ipse de eo cecinit:

Homero Pe- Εἰς ἔχετον βασιλῆα βροτῶν ἄλλων πάντων, id est, ad regem Echetum mortalium omnium carnificem. Huius huius ic non dissimilis erat Phalaris genere Siculus, ipse quoq; nouorum tormentorum inuẽtor. Qui vt à Dionysio tyranni- tyranno crudelissimo & immanissimo tyranno gratiam iniret, bouem æreum excogitauit: in quem qui supplicio assi- ges: in quẽ cienti erant, injcerentur, posteaq; ignis succenderetur: vt qui interna flamma exurerentur, clamorem bouis mugitui similem ederent. Cuius inhumanitatem conspicatus atq; execratus Dionysius, ipsum supplicij auconstitus thorem in Taurum coniecit, atq; in instrumento suo combussit.

De Hydra. 47.

Bellua quædã apud Lernam fuisse fingitur, L. vel vt alij malunt, IX. capita serpentum habens: quam Hercules cum famulo Hyllo interfecit. Quin hoc quoq; fabulantur, excisso vno capite duo altera renasci consueuisse: ita vt duplicato numero cẽticeps existeret. Quod cùm Hyllus perspexisset, artem adhibuit, ignemque attulit, atque ita vt quodque caput excidebatur, in flammam mitiebat. Ita tandem bellua illa trucidata est.

De Patarica Chimæra. 48.

Patara, quæ Lyciæ ciuitas est, mons esse commemoratur, in quo bellua quædã erat ab anteriore parte leo, à posteriore draco, à media Chimæra: ignem faucibus euomens, regionig; atq; omnibus qui illac iter faciebant, perniciem afferens. Quò cùm Pegaso vectus Bellerophon peruexisset, arte bestiam circumuenit. Nam plumbeum globum lanceæ cuspidi impositum in os Chimæræ iniecit. Plumbum porrò vi flammæ solutum præcordia ipsius colliquefecit, atq; ita belluam interemit.

De Cerbero. 49.

Fingunt canem quendam tricipitem apud inferos esse, ac portas custodire: atq; eos quidem qui ad inferos descendunt, assentabunde mulcere, eos autem qui ascendere conantur, morsu infectari, ascensumq; prohibere. Hunc Hercules, cùm adrapiendam Proserpinam simul cum Pirithoo descendisset, in reditu interemisse dicitur.

De Scylla. 50.

In Thyrrenico mari bellua quædam fuisse fabulantur, quæ vmbilico tenus mulier erat admodũ formosa: caterùm hinc atq; illinc sex canina capita ipsi adhærebant, ac reliqua corporis parte anguis erat, atque illos qui circa loca illa nauigabant, immanissimè deuorabat.

De Charybdi. 51.

Circa Siculum, hoc est Tyrrhenicum mare, locus quidam est, in quo mare velut in se absorbetur, vicissimq; exæstuat, atq; vnda separatur: adeò vt ipsum maris fundum, si quidem id fieri posset, hac in parte cõspicere liceat. Ἄναῤῥοια est quasi ἀνάπλοος quædam, id est, rebibitio ac resorbitio aquæ. Vnda enim in quibusdã vnpiũ cauis locis subsidit, ac rursus erumpit: qđ quidem ἔκρυσις vocatur. Erat autem hic locus nauigantibus infestus & periculosus exitijsq; plenus. Illic enim naui tota deprimebatur, ac perijt Ibat, si currente naui reuocatio fluctuum accidisset; contigisset, De quo Homerus,

Ἐνθεν μὲν γὰρ ἀνάῤῥοιβδις δεινὴ Χαρύβδις ἀνίησι, id est,

Hinc est Scylla vorax, aduersa parte Charybdis. Aduersam autem Charybdim vocat, quoniam Scylla opposita est.

De Orci galea. 52.

Homerus Iouem inducit caliginem quandam atque obscuritatem Græcis magica arte offundentem, ne ab ipsis perspiceretur. κυνῆ autem galea est Orcia Plutonis.

De Gygis annulo. 53.

Plato in Dialogis de Repub. fabulam hanc narrat. Gyges Lydius quidam opilio erat: qui cùm pecudes in monte pasceret, in antrũ quoddam incidit, eòq; ingressus aneum equum reperit, atq; intra eum humanum cadauer & annulum, cuius pala volubilis erat. Accepto itaq; annulo Gyges antro excessit: ac quoties suo loco erat annulꝰ, ab omnibus cernebatur: quoties autem annuli palã conuertebat, à nemine videri poterat. atq; hãc fabulam inducit Plato, aitq;: „virum iustum, etiamsi Gygis annulũ acceperit, ne quis eum intueri possit, ne sic quidẽ sceleris aliquid admittere debere. Virtutem enim propter seipsam colendam atq; amplectendã esse, non propter aliud quicquã. Gyges ergo cum hoc annulo in regiam Lydorum aulã profectus conuersa annuli pala, conspectum sui omnibus ademit, ingressúsq; regem interfecit, regnumq; accepit. Herodotus tamen Gygis historiam aliter exponit. Scribit enim reginæ mandato Candaulem ab eo interemptũ, ipsúmq; imperio potitum fuisse.

De Lindijs, qui Buthœnam omni execratione deuouent. 54.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide nostra scholia.

Lindus antiqua Rhodi vrbs est: in ea sacerdotem sacrificantem ac bouem comedentem sacrificij diris omnibus deuouebant, conuitijsque & nefarijs verborum contumelijs proscindebant.

De hospitum cæde apud Tauros. 55.

Tauri Scythiæ populi sunt, cuius montes Tauri vocantur, aut etiam vrbes quædam. Apud hanc gentem Diana colitur. Cumq; eò Agamemnonis filia Iphigenia à Diana delata fuisset, hospites omnes mactabant, ne videlicet ipsi in patriam reuersi perspicuum facerent, vbi esset Iphigenia.

De Laconibus, qui ad aram virgis se mutuò cædebant. 56.

Eandem cantilenã canit histo ria 10.

Lacedæmonij vt liberos suos fortes ac tolerantes redderent, atq; ad dolores perpetuos erudirent, plagis eos ad altaria lacerabant, eiq; qui non ignauè & molliter, sed strenuè ac generosè plagas pertulisset, præmiũ constituebant.

De Phrygum excisione. 57.

Apud Phryges Rhea deorum mater colebatur: cuius cùm festum celebrarent, quoniam ipsi ob multa ea scorta à Corybantibus vesica excisa fuerat, idcirco ipsi deam suam colentes fœmora sua humeriq; concidebant. Alij autem tibijs ludebant, amasium ipsius Atym honorantes: simul etiam vt tibiæ suauitate socios doloris, quem excisio asserebat, eluderetur.

De spurijs, qui in Cynosarges abijciebantur. 58.

Cynosarges locus erat Athenis, in quo de notbis iudicium ferebatur, huiusne an illius filij essent. Vocant autem apud Athenienses libertinos quoq; notbos, nam ipsi quoque notbi sunt, si cum ingenuis conferantur. Qui etiam ipsi censebantur & explorabantur, an omnino libertate donati fuissent. Cynosarges autem hic locus hanc ob causam vocatus est. Cùm non longè ab eo loco sacrificium in templo fieret, fugitiuus canis carnem victimæ rapuit, atq; in hunc locum tulit, illicque templum extructum est, vocatumq; Cynosarges, quasi Cynosarces, à carnibus videlicet & cane. Postea autem in locum υ successit γ: ac proinde Cynosargis vocatur.

De Xantho & Calchide. 59.

Homerus, Ον ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ σκαμάνδρον, id est,
Quem Xantbum superi appellant, hominesq; Scamandrum. Et alibi loco.
Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν, id est,
Chalcida dij de more vocant, hominesq; Cymindem. Quæ quidem videt Gregorius.

De Palamede. 60.

Palamedes Eubœensis erat. Est autem Eubœa insula è regione Atticæ sita. Hic numeros inuenit, vsumq; eos rerum, ac pleraque alia artificiosa. De numero eorum fuit, qui aduersus Troiam expeditionem fecerunt: atq; Vlyssu insidijs apud Troiam oppressus est. Vlyssem enim inimicum ob huiusmodi causam habebat. Cùm Agamemnon Vlyssem ad bellum Troianum hortaretur, nec eò proficisci vellet Vlysses, ob id fingebat. Cùm Agamemnon Vlyssem ad bellum Troianum hortaretur, nec eò proficisci vellet Vlysses, ob id fingebat. Cùm filium ipsius Telemachum ante aratrum collocasset: simulatq; Vlysses ad filium peruenit, ne eum interficeret, cùm filium ipsius Telemachum ante aratrum collocasset: simulatq; Vlysses ad filium peruenit, ne eum interficeret, ne puerum lederet. Ita fraus detecta est, patuitq; eum integræ mentis esse. Quam ob causam insontem extulit, ne puerum lederet. Ita fraus detecta est, patuitq; eum integræ mentis esse. Quam ob causam insontem extulit. Palamedi Vlysses, cum in Troade esset, commentitiam epistolam nomine Priami ad Palamedem de Graiorum proditione conscribit, eámq; in Palamedis tentorio clàm liquit. Posteaq; insitura aduersus Palamedem velut proditorem accusatione, inuenta epistola condemnatus est, atq; ab Agamemnone Graiorum omnium morte mulctatus.

De anu, quæ humero impulsa & concussa est. 61.

Mulier quædam Bylla nomine, vel, vt alij dicunt, Phinona, vel etiam, vt alij tradunt, Philira à iuuene quodam concussa, in eum petulantius rapta est, ipsumq; contumelijs verbis insectata est. Erat porrò bis contumelia carmen modulatum ac numerosum: qui verborum cõcentus cùm circunstantibus arrisisset, carminis mensuram acceperunt: atq; ita Poësin in artem redegerunt.

De Cyclopibus. 62.

In Siciliæ insula circa montana ipsius loca Cyclopes extitisse feruntur, pastoralem quidem vitam celebrantes, cæterùm insolenter & importunè viuentes. Hi etiam humanis carnibus vixisse atq; Vlyssu socios comedisse dicuntur. Horum tres præcipuos numerant Brontem Steropen & Argen, arte fabricandi excimios & excellentes, qui arte sua tonitruum & fulgur Ioui elaborarunt. Cyclopes autem dicebantur, ὅ Hesiodus euidimus, quoniam vnum in facie orbicularis forma oculum habebant: vt autem Palephato placet, quia vrbidas quasdam sedes incolebant.

De purpura. 63.

In Tyro insula canis quidam pastoralis ad littus profectum inuentam conchã edit, ipsumq; cruento suum inficit. Pastor itaque canem suum vulnere affectum esse existimans, accepta lana cruorem ex ipsius ore abstergebat. Ac canem quidem nullum vulnus accepisse reperit, cæterùm lanam purpurea imbutam

buta fuisse. Quare cùm pastor conchã natura suatingendi facultate valere perspexisset, eã rem peruulgauit. Atque hunc in modum collectis in mari conchilijs homines purpuram confecerunt.

De agricultura & fabricandarum nauium arte. 64.

Ceres, vt est in fabulis, Proserpinam filiam habuit, quã Pluto rapuit. Hac ergo cum filiã quærens varia loca peragrasset, in Atticam profecta est, atq; à Triptolemo quodam in Eleusine hospitio accepta ab eo certior facta est, Proserpinam à Plutone raptam fuisse, Pro quo beneficio ipsi semina dedit, hoc est, tritici & hordeum, mandauitque eis ne mortalibus ea inuideret, sed omnibus spargeret, vt discerent terras serere & colere, ac fructus dulces & salutares comedere. Olim enim rustici fagis victitabant. Vnde etiã à fago φηγὸς dicti sunt, quod idest, comedere dictum est. Triptolemus igitur, accepto, vt aiunt, draconũ alatorum curru, Celeòque comitatus huc illucque vagabatur semina mortalibus libenter impertiens. Quòd autem apud Atheniẽses primũ inuentam fuisse extruendarum nauium artem dicit Gregorius, put o eam intellexisse de belli nauali arte. Nam alioqui Phœnices primi nauem ædificasse dicuntur, & triremem Semiramis.

De Celeo & Icario. 65.

De Celeo superiore fabula diximus, nimirum eum cum Triptolemo ad impertienda mortalibus semina oberrasse. Quod autem ad Icarium attinet, Bacchum vini inuentorem extitisse aiunt, ac proinde vitis præsidem eum esse censent. Hic ergo Athenas profectus, atque Icarium quendam obutum habens, palmitẽ vitis ipsi conferendum dedit. Quem cum ipse consecuitset & excoluisset, expressa tandem vua, bibit ipse ac pastoribus propinauit. At illi inebriati, nec enim antè vinum hauserant, existimantes se ab Icario intoxicatos fuisse, manus ipsi attulerunt. Eius itaque filia Erigone ex paterni canis latratu mortem ipsius intelligẽs, quærebatur, & in summo mœrore versabatur. Atque vt opinionis errore sibi fingunt Gentiles, ipsius luctu dij permoti in cœlum eam transtulerunt: ac nunc inter astra est Erigone. Quod autẽ ait Gregorius, Turpe vobis mysteriũ fecit, hac non ad Icariũ spectant, sed ad Cereris fabulam. Ferunt enim Ceres, non solũ ipsis semina dedisse, sed etiam legem quandam mysteriorum, quibus Gentiles initiantur. Vt enim apud diuinitus edoctos Christianos est sanctus Baptismus: sic etiam apud illos huiusmodi festum dicitur & mysteriũ. Vocatur enim hæc sacra τελετήριον, id est Cerealia.

De religionis cultu & imitatione. 66.

Orpheus quidã, vt ferũt, genere Thrax, de Græcorum mysterijs perscripsit, cultumque deorum tradidit. Hunc aũt deorum cultum θρησκείαν vocauit: quasi θεοσκέπειαν, id est, religio huius mundi rixæ esset. Alij deductam hanc vocem putant, quasi à verbo θεοπτεύειν, ideſt, Deum videre. μυστικὸν autẽ dictum est, quod mysteriis atque arcanis sacris imbuerentur. Vel etiam quia μύειν, id est, claudentes sensus, ac supra omnem corpoream speciẽ euecti, ita demũ diuinas illuminationes admitterent.

De sacrificijs, Astronomia & Geometria. 67.

Dijs sacrificare quidam Chaldæorum, alij Cypriorum inuẽtum esse aiunt: nec enim vtri hoc inuenerint satis constat. Chaldæi autem Persica est natio. At verò Astronomiã primi Babylonij per Zoroastrum inuenisse dicuntur. Proximi eam exceperunt Aegyptij eximmensitate terræ & locorum diuisionibus prius edocti, atq; ita ad scribendum adducti. Iam Magiam Medi inuenerũt. Differt aũt Magia à Goetia, & Goetia à Pharmatia. Magia enim est bonorũ dæmonum ad boni cuiusp iam conciliationem & conseruationẽ inuocatio: quem admodũ Apollonij Tyanei vaticinia ob bonum exiterunt. Goetia autem est malorũ dæmonum circa sepulchra sese volutantiũ ad mali alicuius procurationem inuocatio. Goetia autem dicta est ἀπὸ τοῦ γόου, ἤγουν θρήνου, id est, à clamoribus & luctibus, qui circa sepulchra ediũtur. Pharmacia autem est, cũ exitiosum quoddam medicamentum vel amatorium poculũ alicui hauriendum porrigitur.

De arte coniectura ex somnijs faciendæ. 68.

Telmessus antiquissima Pamphyliæ vrbs est, quæ Crœsi tempestate florebat. Hi primi rationem inuenisse dicuntur, qua insomnia explorari ac diiudicari possent. si quid enim præter morẽ in somnis accidisset, quid illud portenderet, dicebant: ac quicquid dixissent, euentu ipso haud dubiè comprobabatur.

De diuinandi arte. 69.

Diuinatrix scientia partim ἐμπυρομαντικὴ est, quam Phryges inuenerunt, partim οἰκοσκοπικὴ, partim ἀεροσκοπικὴ, partim χειρομαντικὴ, partim κατοπτρομαντικὴ. ἀερομαντικὴ est, cum volante hac vel illa aue, ante vel retro dextrorsum vel sinistrorsum, quid hoc significet, dicimus. q̃ diuinationis partẽ Telegonus inuenisse dicitur. οἰκοσκοπικὴ, cũ quis ea quæ in domo contingũt, enarrat, quidq; hoc portendat, exponit. Verbi causa, quoniã in tecto selis aut serpens aut mus apparuit, aut exhaustum est oleum, aut mel, aut vinũ, aut aqua, aut cimex, aut aliud quiddã, hoc significat. De quo genere opus edidit Xenocrates. λεκανομαντεία aũt, cũ ea quæ in via occurrunt, enarrantur. Vt si occurrerit quispiã hoc gestans, hoc tibi accidet: si autẽ ille, hoc tibi euenuet. De quo genere Pollux pertractauit. χειρομαντικὴ verò cũ ex manuũ extensione ac rugis dicimus rẽ hanc illũ manere, vel quòd ipsius nuptiæ ambiantur, vel quod liberos procreabit, vel huiusmodi aliquid: De quo volumẽ conscripsit Helenus. κατοπτρομαντικὴ denique, cum ex corporis palpitatione aliqd cognoscitur. Vt, Si palpitet oculus dexter, hoc indicat, aut si humerus, aut reliqua pars corporis. De quo genere opus elucubrauit Posidonius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Schythis, qui aduersus heros suos rebellarunt. 70.

Quidam ex Nomadibus Scythis relicti a famulis suis è Scythia latrocinandi causa excesserunt. Tum tamen eos excæcarunt, ac postea hos muneris ipsis imposuerunt, vt cum eorum vxoribus lac coagularent. Cumque multum temporis interfluxisset, nec Scythæ patriam repeterent: vxores earũ cum excæcatis seruis pristinam consuetudinem habuerunt, ex ipsisq; conceperunt ac pepererunt: atque ita pro Scythis qui abfuerãt, liberi nascuntur, seruili tamen semine procreati. Ergo cũ Scythæ illi, quibus olim patria egressis fuerant, in Scythiã redijssent, hos ex seruis progenitos ætate florentes repererunt, atque obuiã ipsis cum armis euntes, ac cõserto inter eos certamine reduces illi Scythæ fusi & superati sunt. Qua clade accepta author ipse fuit quispiam, ne armis, sed verberibus cum ipsis pugnarent. Armis enim pugnare ijs demum conuenire, quibus cũ pari cõditione hostibus res esset: ac virgas ipsis intẽtare argumẽtũ esse herilis aduersus seruos potestatis. Illis itaque seruis patribus nati cũ veteres Scythas cum virgis conspexissent, velut dominis suis sese submiserunt: sicque sublatum & extinctum est bellũ.

De Thessala equa & muliere Lacedæmonia. 71.

Nulla est vrbs, quæ non eximiũ aliquod ornamẽtũ habeat, vt Thessalia equos. Attica argenti metalla, India auream arenã. Consimilem etiã in modum Lacedæmonij venatorios canes primæ bonitatis, & multeres strenuas & intrepidas. Habuit etiã Sicilia fontẽ nomine Arethusam, cuius amore captum fuisse Alphæum amnem fabulantur. Porrò fontis illius aqua pura est & lympida miraq; suauitatis. Ait ergo Gregorius: Quemadmodũ nonnullæ regiones vrbes & ciues proprium atque eximiũ aliquod decus habent: sic doctrina Christiana hæc omnia, orphanorum atque extrancorũ domicilia, valetudinaria, ac loca in quibus pauperes alũtur, atque omnia huiusmodi bona.

De Platonis in verbis sita Republica. 72.

In scholijs nostris locũ hunc aliquãtò melius explicatur.

Philosophus Plato opus composuit, quod de Repub. inscripsit. In eo docet qualem esse ciuitatẽ, quaque ex hominum numero constare, tum quibus moribus legibusq; gubernari oporteat. Hæc porro ciuitas sermone solo ab eo coagmentata est: re ipsa autẽ nec constructa nec gubernata. In hoc volumine his verbis vtitur. Ingamus ciues huiusmodi orationem habere, vt eorũ consilium animique solertiam non inertem ac mortuã, sed vitam motuq; incitatam videamus.

De Hesiodi Theogonia. 73.

Hesiodi poëmata tria extãt, Theogonia, Opera & dies, & Scutum Herculis. In Theogonia deorum ortus enumerare incipit, nimirũ quòd ex Chao & Aethere natus sit ille, ex Cœlo & Terra Saturnus, ex Saturno Iupiter Neptunus & Pluto. Postea cathenã quandam generũ deorumque recentioris nominis deducit: narratque quemadmodum hi dij cum illis dimicarint, atque hi illum aut illos discerpserint. Titanes enim Saturnum dilaniasse feruntur. Hæc porrò nomina, quæ hoc loco profert Gregorius, velut Cottum & Briareũ, filios fuisse dicit, qui simul cum dijs aduersus Gigantes bellũ gesserunt. Hesiodus homines quosdam centimanos fuisse dicit, qui simul cum dijs aduersus Gigantes bellũ gesserunt. Hos enim aduersus deos insurrexisse fingunt, quoadusque tandem Iouis fulmine oppressi sunt. Consimili quoq; modo homines quosdam extitisse ait, qui draconum pedes haberent. Fulminiferos autem deos vocat, vt opinor, eos qui Gigantibus fulmen immiserit, vel etiam Steropen & Bronten, qui tonitru & fulgure Iouis fabricati sunt. Insulas porro tum pro sagittis tum pro sepulchris gigantibus immissas à dijs fuisse cõfingit. Acerbi autem & amarulenti fœtus, qui ex Gigantũ ore prodierunt, mortifera hæc animantia extitisse. Chimæram, q̃, cùm de ea prius verba faceremus, ab anteriore parte leonem, à posteriore draconẽ, ac medium caprã fuisse dicebamus, à Bellerophonte oppressam & extinctam. Consimili prorsus modo Chimæram ignem faucibus euomentem esse diximus, à Bellerophonte oppressam & extinctam. Consimiliterque de Cerbero sermonem habuimus, nimirum canem tricipitem fuisse, qui inferorum portas fideliter custodiret, ac descẽdentes quidem ad Inferos mulceret, eos autẽ qui ascendere conabantur, dentibus perimeret ac deuoraret: quem Hercules obtruncauit. Quod autẽ ad Gorgones attinet, tres erant mulieres adeò truculento atque horribili aspectu, vt quisquis eas intuebatur, statim moreretur: quarum vnam Ioues Perseus trucidasse dicitur.

De eo quod ait Gregorius, Orpheus transeat cum sua cithara. 74.

Orpheus Musicus tantum suauitate cantus valuit, vt eo, vel magis potius sua quercus animantes ipsæ rationis expertes atque adeò saxa & fluuios ad se pertraheret. Huius poemata circũferuntur ijs præ Theologia Gentiles habent. In his deorum ordines seriemque ac nonnullorum facinora quædam, quæque quorũdam ceremoniæ atque initiandi ritus, & qui rerũ aliquarum parentes effectoresque sint, recenset. Hunc igitur Orphei nonnulla producit Gregorius, quæ de Ioue & Cerere dicta sunt. Priora enim de Ioue dicta, posteriora de Cerere. Ac sensus quidem horum versuum qui ad Iouem spectant, est talis. O Iupiter gloriosissime rerum omnium maxime, qui simo omni contineris, tam ouium quam equorum quàmque mulorũ. Quo videlicet carmine Orpheus Iouem vsque etiam ad pecudũ ac iumentorum stercus viuificã suam facultatem emittere significabat. Carminis autẽ de Cerere hic est sensus, Deam sublato corpore fœmora sua detexisse, vt amasijs suis corporis sui copiam faceret. Quibus verbis Orpheus Cereris vitæ facultatem ijs à quibus expetitur,

petitur, in promptu esse innuit, eamque paratam ad sese ipsis dandam, obsque explendos. Diuus itaq; Gregorius hoc velut fœdum atque obscœnum, atq; illud etiam Iouis vt impurũ traducit, meritòque fugillat.

De Phanete & Ericapæo. 75.

In Orphicis poematis hæc duo simul cum alijs multis inducuntur. Ex quibus Phanetem inducit penè retro circa nates habentem: aiũt que eum viuificæ facultatis præsidem atque antiquissimũ esse. Consimili modo Ericapæum alij cuipiam facultati præesse narrant. Quod autẽ de eo, qui deos omnes deuorabat, loquuntur, nõ Ericapæum intelligit, sed Saturnũ. Hic enim filios duos quos procreârat, deuorasse, ac deuoratos euomuisse dicitur. Nam cum Ionis loco saxum deuorasset, subsidente saxo cunctos euomuit.

De Homero. 76.

Homerus in suis poëmatis sursum deorsumque Saturnũ & Iouem fabulose iactat. Iunonem etiã & Venerem & Palladem ac multos alios deos, quos ex pœsi cognitos habemus. Comicũ autem eum vocat Gregorius, quòd nonnulla comicè ac iocosè de dijs protulerit, vt quod Iuno eleganti veste induta egregiéque ornata ad Iouem se contulerit, eumque vt voluptuarium fefellerit, ac cũ ipso dormierit. Quo quid magis ridiculum excogitari possit? Tragicum verò eundem nominat, quod quædam tristia & luctuosa de dijs commentus sit: velut quod Iupiter Vulcanum in Lemnum præcipitẽ ejecerit: quod Venus à Diomede vulnus acceperit. Quæ profectò luctu ac lachrymis digna sunt. Tragœdiam quippe lachrymæ sequuntur, quemadmodũ risus comœdiam.

De graculo pennisque ipsius. 77.

Disceptabant aues de pulchritudine: ac penes Iouem huius controuersiæ arbitrium erat. Præscriptus erat dies, ad quem aues oẽs apud Iouem congregari necesse habebant. Pridie autẽ dies illius aues ad fluuios conuolantes pennas suas in vndis abluebant, vt naturalis cuiusque pulchritudo illustrius splẽderet. Ac graculus auis perexiguo corpore formaq; minimè elegantis pennis aliarum auium, quæ iuxta aquas decidẽrãt, sibi impositis ipse quoque ad Iouem se contulit, vt pulchritudinis patronã acceptarus. Sed cũ oborta ventus alienas pennas, quibus seipsum ornauerat excussisset, repentè externa & adscititia pulchritudine nudatus, deformis, vt natura erat, inuentus est, ac prosperata gloria ignominiam tulit.

De Oceano & Thetide. 78.

Hanc quoque fabulam inducunt Poëtæ, Oceanum videlicet deorum omnium patrem esse, ac Thetidẽ matrem, ipsosque hermaphroditum quendã esse. Aiunt etiam dissidium olim inter eos extitisse, cæterum opera precibusque Iunonis conciliatum rursus inter eos amicitiam atque concordiam. Qua fabula, inquiunt, significatur per Oceanum aquam, per Thetidem aũt terram intelligendam esse: quodque olim aqua nihil commercij cum terram habente nullares in vitam producebatur, sed interibant omnia. Postea autem Iunonem cõiunctionis & matrimonij præsidem duo hæc elementa in concordiã reduxisse: atque ita deinceps rerũ procreationem consecutam fuisse.

De nubigrega Ioue & Iunone. 79.

Fabula hæc huiusmodi de causa confictа est. Iupiter in Troianorum partem magis propendebat, atq; ob Thetidis deprecationem in Achillis gratiam inferiores Græcos efficiebat: vt videlicet ipsi ab hostibus superati Achillem requirere cogerentur. At Iuno Græcis consultum cupiens per venereum congressum imposturam Ioui facere meditatur. Ac postea quam cum ipso perbacchata est, somnum ei conciliat: vt dum ille dormit, Troianis omni auxilio destituti à Græcis vincantur. Hoc consilio inito meretricia ornamenta ex Veneris cœlo abumit. Cestum porro thecam quandam fuisse aiunt, in qua ea omnia fraudium genera venditabantur, quæ ad pulchritudinem & elegantiam ac venustatem vultusque splendorem vsui esse possunt. Ita ornata ad Iouem ascendit, atque huiusmodi fuco eum ad voluptatem & libidinem inflammat: quinetiã è terra vnguẽtorũ suauitates sibi vndiq; iniecit. Terra enim, vt inquit poëta, herbas protulit vt crocũ, iosmum, lotũ, hyacinthos, lilia, casiã, cinnamomũ, flacten, reliquaq; aromata vnguẽtis accõmodata.

De Iunone in æthere ac nubibus pendente, vinculisque ferreis astricta. 80.

Iuno, vt passim legitur, dolore ac zelotypia aduersus Herculem percita erat. Proinde cùm ille Troiam cum Telamone populatus, ex ea expeditione rediret, Iuno mare perturbauit, excitatisque ventis procellosum tempestuosumque reddidit. Ita & ventorum & vndarum impetu nauis Herculis iactabatur. Interea pralligijs quibusdam adhibitis Iouis somnum accersiuit: ne, si vigilaret, Herculi tempestate iactato ac periclitanti auxilium ferret. Expergefactus itaque Iupiter intellecta Iunonis fraude hoc supplicio in eam vsus est. Duabus incudibus pedes ipsius astrinxit, vinctisque itidem manibus firmissimis quibusdam catenis eam è cœlo suspendit.

De terrore dijs iniecto. 81.

Cùm Achilles omni animi corporisque robore pugnaret, egregiamque operam nauaret, subijt Iouẽ metus, ne præter fatum ille Troiam expugnaret. Quo timore affectus dijs liberũ facit, vt quibus quisq; vellet, opem ferret, atque alij Troianis, alij Græcis auxilio essent. Hac potestate ipsis facta Iupiter quidẽ, vt fingit poëta, è cœlo tonuit: Neptunus autẽ mare concessit: Pluto verò cœlo ac mari commotis pertimuit, ne emota quoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoque terrâ ij qui sub terra erant, erumperent, ac res imperij sui in lucem proferrentur. Sunt autem hæc ex hi Homeri versus.

Δείσας δ' ἰὼν θρόνου ἆστο ἀ, ἴαχε μὴ ὑπένερθεν
ταῖαν ἀνερρήξειε ποσὶ Ἄναξ ἠδὲ κέλαινα
Atq; exsilij dominus regali sede relicta
Exilijt pauidus, metuens ne sortè superne
Concuteret terram tumidum qui temperat aquor.

De nutu superciliorum & commotione crinium. 82.

Homerus Iouem inducit pollicitationem hanc, qua Thetidi Achillis iniuriam sese vlturum recepit, superciliorum agitatione confirmantem, ac simul cum capitis nutu crinium q; commotione cœlum ipsum commouentem. Ambrosius autem crines ipsius vocat, vtpote quos nullus mortalium habere posset.

De Marte sauciato atq; in Chalcoceramum incluso. 83.

Martem à Diomede vulneratum fuisse libro Iliad. 5. narrat Homerus. Idem in vincula coniectum esse ab Oto & Ephialto Aloïs filijs tyrannica natura præditis, qui circa Thessaliam exiterunt, dijsq; bellum intulerunt meditati sunt. Mars ergo primus cũ ipsis congressus est, atq; ab ijs superatus, in Chalcoceramo vinctus est. Est autem Chalcoceramus vrbs hoc nomine appellata: vel genus est vinculi difficilis atque insolubilis. Ferũt porrò Otum & Ephialtum nono ætatis anno triginta sex altitudinis cubitos habuisse, latitudinis autem nouem cubitos.

De amatore & Venere. 84.

Venus Vulcani fabri vxor erat. Hanc Mars adamauit, cumq; ea adulterium perpetrauit. Cuius rei exortior factus Vulcanus, arte sua Marti ad subagitandam Venerem accedenti laqueos nectit, in quos imprudentior ille incidit, atq; à Vulcano detinetur, ac deprehenditur Venerem cõstuprans. Nec miseratione eorum affectus est Vulcanus: quin potius vt publicam ipsis ignominiam inureret, deos accinit, libidinemq; eorum ob oculos ipsis posuit. Ac tum videntes dij, quemadmodum adulter ille & adultera quasi in triumphum expositi laqueis tenerentur, magno ob eos risu diffusi sunt. Ac postea persoluta exigua pecunia Vulcano præ cæteris compti onis precio, Mars solutus est.

De bellis. 85.

Pallas & Iuno Græcis studentes cum Venere & Marte, qui Troianorum partes tuebantur, bellum gerebant. Possunt etiam hæc bella intelligi, quæ vel Gigantes cum dijs, vel Titanes ipsi cum Baccho inierunt.

De Saturno & Cœli excisione. 86.

Poëtæ Cœlum Saturni patrem fuisse fingunt. Saturnus itaq; ne quis alius ex patre nasceretur, accepta falce genitalem patris sui partem excidit, atq; in mare proiecit: atq; exorta spuma nata est Venus, vnde etiam ἀφροδίτη nominata est, ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ. hoc est à spuma.

De insurrectione Iouis aduersus Saturnum. 87.

Iupiter Saturnum patrem adeò crudelem atq; immanem esse sentiens, vt filios suos deuoraret, imperium aduersus eum facit, regnumq; ei abstrahit, ppriumq; patrẽ principatu exturbat. Ad inuitationẽ aũt parẽ hoc adeo factum esse ait Gregorius, quoniam ipse quoq; Saturnus aduersus Cœlum insurrexerat, eiusdemq; das ipsi partes absciderat, imperiumq; ad se transtulerat. Dulcem porrò lapidem Iouem vocat, eundemq; acerbum tyrannicidam: lapidem quidem, quoniam Rhea, vt à nobis dictum est, Saturno lapidem Iouis tyrannicidæ loco deuorandum porrexerat: tyrannicidam autem, vel quia Iupiter aduersus Saturnum rebellauit, vel quia per huiusmodi lapidem eos quoq;, quos prius deuorarat, euomere coëgit.

De Lucrio deo. 88.

Lucrium deum Mercurium Græci vocant, vt lucri auctorem. Vnde etiam Comicus Aristophanes in Pluto addubitans quo nomine Mercurius appellandus sit, statuamus eum, inquit, ὠφελίαν, id est, quæstus & lucri præsidem.

De eo, qui propter mulieres quiduis efficitur. 89.

Iouem intelligit, qui præstigijs quibusdam in aquilam transformatus Ganymedem rapuit, vt ea ad masculam libidinem abuteretur. Phryx autem erat Ganymedes, idcirco, vt Poëtæ fabulantur, à Ioue raptus, vt pocillatoris munere fungeretur, cum Iupiter deos præsidio excepturus esset. Idem Iupiter præstigijs quadam arte aurum effectus Danaen compressit. Rursus sub tauri forma Europam rapuit. quemadmodum eandem in cygnum commutatus Ledæ stuprum intulit, & in Satyrum conuersus Nycteridem nymphan abusus sexcenta flagitia propter voluptatem libidinemq; perpetrauit.

De Thestij filiabus. 90.

Iam diximus Herculem vna nocte cum L. Thestij filiabus congressum fuisse, eiumq; Triaeteris vnum ex eo consecutum, quòd tribus diebus procreatus sit.

De Marte iræ præside. 91.

Mars bellorum præses dicitur, atq; iram spirans, quoniam ea in bellis indigemus, vt irascibilem animæ nostræ facultatem moueat. De Bac-

De Bacchi temulentia. 92.

Bacchum vitũ ac vini atque ipsius etiã ebrietatis præsidem esse aiunt: ipsumque etiam mero se obruentẽ fingũt, cõsilioque Iunonis huic vitio sese addixisse, hoc videlicet agẽtis, vt ille immoderato potu mẽtis errorem contraheret. Ipsi enim vt Iouis filio insidiabatur. Omnes enim ex Ioue progenitos zelotypia insequebatur.

De Diana hospites odio habente. 93.

De Tauris & Iphigenia iam verba fecimus. Diana enim apud Tauroscythas colebatur: habebant quæ illi Iphigeniam Agamemnonis filiam sacerdotem hospites ipsi immolantem. Ipsa quippe hospitum cæde oblectabatur.

De Loxia oracula edente. 94.

Apollo vaticinans nequaquã aperte ac perspicue ijs, à quibus consulebatur, oracula edebat, sed obscurè atque oblique. Vnde etiam Loxias dictus est, vt contraria ijs, quæ euentura erant, vaticinia asserẽs, ob idque multos in fraudem impellens. Quorum in numero Crœsus quoque Lydorum rex fuit. Nã cùm ipse hoc oraculum accepisset, Crœsus Alyn penetrans regnũ peruertet opimũ: incertum aũt esset, quodnã regnum euersurus esset, existimans ille Apollinem de hostium regno atque imperio loqui, Alyn fluuiũ traiecit, propriumq; imperium euertit.

De immoderato & effrenato risu. 95.

Simulatque Vulcanus Martem adulterio cum Venere iunctũ laqueis suis irretiuit & astrinxit, vt de ipsis triumpharet, deos conuocauit: qui cùm eos vidissent, effusissimum risum ediderunt. Claudicantẽ autẽ eundem Vulcanum vocat Gregorius. Claudus enim erat hic deus apud ipsos. Venientibus porrò ibijs obiectabatur Vulcanus, quoniam ibijs incidens Mars in eius laqueos, inutiles illæ ipsi extiterunt.

De Ioue ad pingue conuiuium currente. 96.

Iupiter in Aethiopiam ad epulas profectus est, quas Aethiopes instruxerant, ipsumque cũ dijs alijs inuitarant. Epulæ autẽ illæ Aethiopũ, atque earum causa sacrificium erat, quod Ioui fiebat. De quare hac Homeri carmina sunt. Vide finem 1. Iliad. Nã hic inanis est. Nonni expositio.

ὡς φάτο· τὸν δὲ μάλιστα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
χώετο Ζεὺς βῶν ἠδ' ἀνδρῶν. ἐπὶ δ' ἄλλοτε ἄλλος ἔτειρε.

Quos quidem versus nos suprà in scholijs nostris Latinos fecisse meminimus.

EIVSDEM NONNI ENARRATIO PROFANARUM HISTORIARUM, QUARUM MEMINIT MAGNUS THEOLOGUS GREGORIUS IN SECUNDA INUECTIUA ADUERSUS IULIANUM.

De Ariadnes corona. 1.

Ariadne Minois Cretensium regis filia, Thesei Atheniensium regis, qui eò ad interficiendum Minotaurum perrexerat, amore capta est. Hanc porrò à Theseo acceptam in Naxon insulam duxit, cumque earẽ habuit: atque in eius honorem coronam in cœlo stellis quibusdam depinxit.

De Berenices crine. 2.

Berenice Ptolemæi cognomento Euergetis vxor erat: quæ marito bellũ peregre gerente hoc voto se obstrinxit, vt si illæsus atque incolumis ille rediret, ipsa detonsos crines in templo donarij cuiusdã loco appenderet. Quo etiam voto defuncta est. Erat autem ipsius tẽpore Astronomus quidam Comonis nomine, qui vt ipsi adularetur, deos ipsius crinẽ inter astra retulisse affirmauit. Ac proinde nunc nexus quidam stellarũ in cœlo est, quem Berenices crinem appellant.

De Cygno. 3.

Iupiter, vt quidã tradũt, Nemeseos, vt aũt alij, Ledæ amore inflammatus, eumque eaque stupri commerciũ habere cupiens, ne à Iunone perspiceretur, Cygni formam subijt: atque ita cum amica cõgressus est. Nunc ergo hic Cygnus in cœlo pictus est, atque inter astra collocatus.

De Tauro. 4.

Taurus quidam à Neptuno circa Græciam emissus est: qui cùm regionem totam peruastaret, maximãque pernicies ipsi afferret, tandẽ à Theseo interemptus est. Quocirca dij vt magnũ atque illustre Thesei factum ostenderent, simul etiam vt irã Neptuni lenirent, Taurum inter cœlestia astra defixerunt.

De Leone. 5.

Leo ferum ac truculentũ animal erat in Nemesa. Est autẽ Nemesa Peloponnesi regio. Hic igitur Leo maximis detrimentis regionẽ afficiebat. Eurystheus itaque Mycenarũ rex hoc indicat Herculi, eique negotium dat, vt Leonem de medio tollat. Profectusque Hercules Leonem interfecit. Quamobrem dij vt Herculis certamen clarum atque illustre redderent, stellis in cœlo Leonem depinxerunt: ac nunc Leo inter astra est.

De Ophi

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Ophiucho. 6

Ophiuchus hic (Tullius Anguitenentem vertit) Aesculapius esse dicitur, Medicinæ præses: serpens enim longissimã quandam vitã ac senectutis expertem designat. Ferunt enim eũ senectutem exuere, atque adeũ iuuenutem redire. Quoniam igitur Aesculapius artũ suæ opera & adiumento corpora humana reuocauit, circo eum cum draconc collocauit. Dijs añt eum statuæ loco consecrare cupientes, per stellas ipsum in cælo consecrarunt.

De Salmoneo è corio tonante 7

Salmoneus Aeoli filius rex Thessalorum erat vir in deos impius ac nefarius. Hic coria quædam facta & dura consuens atque accommodans, ac lebetes quosdam cum coryis pulsans, sonos quosdam edebat, atque ardentes faces manibus gestans insolenter iactabat se Iouis instar tonare ac fulgurare: quoad tandem à Ioue fulminis ictu oppressus est. Filiam autem impuberem reliquit nomine Tyro, quæ apud patruum Cretheum educata Enipei fluminis patrij amore flagrare cœpit. Quod cùm Neptunus animaduertisset, fluminis similitudinem induit, atque Enipei loco expotitus est: ex eoque congressu Pelian & Neleum concepit, eosque vtero gerebat, à Criteo postea in matrimonium accepta est, tandemque peperit, vt quidam erat hominum opinio, ex Criteo, veneta autem ex Neptuno. Quanquam ex ipso quoque Criteo posteri liberos extulit.

De Babylonio Zopyro. 8

Darius Persarum rex cùm Babylonem diuturna obsidione cinctam tenuisset, nec eam expugnare posset, obidque animo angeretur. Zopyrus quidam vir strenuus magnitudineque animi præstans, vt res ipsa declarauit, nec obscuri apud Darũ nominis, hac machinatur. Inciso naso atque auribus, multisque sibi inflictis verberibus ad Babylonios transfugit, perinde ac grauissimis iniurijs à Dario affectus. Ita simulans se ergo Babylonios optimè affectum esse, dux belli ab eis creatur, ac certamine quodam inito magnam in Darij exercitu stragem edidit. Quare benevolentiæ fidem apud eos nactus Dar odiem præturum Babylonem oppugnaret. In ea itaque Babylonijs persuasit, vt sibi vrbis claues traderent: quibus acceptis portas aperuit, ac Persas introduxit. Ita in Darij imperium ditionemque redacta est Babylon. Hæc Herodotus lib. 3. Histor.

De Cyro Paryfatidis filio. 9.

Darius minor Xerxis filius ex Paryfatide filios duos procreauit, Cyrum & Artaxerxem. Mortuo autem Dario de imperio fratres contendebant: atque Artaxerxi quidem vt natu maiori ius temporis regnũ adsignabat: Cyrum autem vt iuniorem & chariorem mater designabat: superior tamen ob ætatem fuit Artaxerxes, imperiumque obtinuit. Cyrus itaque Artaxerxi subesse nolens à fratre suo petit, vt sibi ipse satrapiam ac velut prouinciam administrandam concederet. Quod cum impetrasset, in Ioniam discendit, illiusque præfecturæ sede fixa, de imperio rursus cogitare cœpit, pellectisque Lacedæmonijs quibuscũ alijsque Græcis numero circiter decem millibus, ipsis persuasit, vt belli societatem cũ eo inirent, ipsumque sequerentur. Ita itaque comitatus ad Persidem vsque ascendit, confertoque inter Artaxerxis Cyriique copias prælio vtrinque referunt Cyri milites, tametsi perexiguo numero si cum Artaxerxis exercitu conferantur. Græci enim ad eo instruendæ peritissimi erant, ac licet perpauci, arte tamen ac solertia ingentẽ hostiũ multitudinẽ superabant. At Cyrus breui victoria elatus atque insolens è phalange sua in Artaxerxis phalangẽ impetum fecit, vt videlicet Artaxerxẽ ipsum obtruncaret. Ita solus à multis trucidatus est, regnique spe frustratus perijt. Hæc Xenophon in rerum Græcarum Historijs:

De Samiorum tyrannide. 10.

Histiæus Samius à Dario Persarum rege, qui eum amore complectebatur, in Perside retinebat: illaque degens patriæ videndæ cupiditate flagrabat. Cumque commeatum à rege impetrare non posset, cum Aristagora consobrino suo per literas egit, vt defectionem moliretur atque Ionum etiam quosdam ad id facinus solicitaret. Sic porrò scripsit. Seruum quendã cuius fidem exploratam habebat, accepit, rasoque ipsius capite, ea quæ Aristagoræ significare volebat, ipsi inussit, atque ita eum tantisper apud se remansit, quoad crines ipsi renati essent, ac tum ipsum emittit, iubet que vt cum in Ioniam peruenerit, caput radat, vt Aristagoras literas legat. Aristagoras itaque perlectis cognitisque Histiæi literis omnes propemodum tyrannes ad defectionem impulit. Quod cum in Persidem ad regem allatum esset, ipse Histiæum vt Græcum hominem in consilium adhibet, percunctaturque quid facto opus sit. suadet ille regi, vt se in Asiam mittat. Tantùm enim se illic authoritate ac potentia florere, vt totum illud defectionis consilium facile infringere queat. Profectus igitur in Asiã, apud Artaphernem, qui Sardes cum imperio tenebat, in suspitionem venit quasi totius coniurationis architectus esset. Ac proinde hæc ab eo audiuit: Hanc vestẽ consue quidem Histiæus, induit autem Aristagoras. Per vestem videlicet totam illam fraudem proditionique consilium intelligens.

De Centimanis. 11.

Diximus in superioris Orationis historijs duos quosdam centimanos extitisse, Cottum & Briareũ, qui cum

eum dijs aduersus Gigantes bellum gesserunt.

De reciprocatione Euripi. 12.

Ἄμπωτις, vt iam à nobis dictum est, ἔκκλυσις aduersatur: sunt autem hæ maris affectiones coarctati ac circunclusi vel ab insulis vel à terris. Ἄμπωτις autem est velut ebibitio atq; exorbitio, colligente videlicet sese aqua in quosdam terra subiacẽtis recessus, ac paulatim rursus effugiente. Cùm ergo in terræ cauitates aqua sese colligit, id ἄμπωτις dicitur: cùm autem rursus effluit, appellatur ἔκκλυσις. Quod quidem diuersis spatijs identidem cõtingit, ac præsertim flante vento. Atq; ita assicitur Euripus, qui circa Graciam est. Vnde etiam Euripus vocatur, quasi εὔρυπος & facilis; in orbem volubilis. In quem Aristoteles sese præcipitem egisse fertur, vt præcedente Orat. diximus.

De Elysijs campis. 13

Quemadmodum Christiana fides atq; doctrina Paradisum quendam describit: ita Gentiles quoq; fictitium quendam locum describunt, quem fortunatorum insulas vocãt, siue Elysium campum, quod videlicet eò veniãt, qui vitæ curriculum honestè & cum virtute confecerunt. At verò Rhadamanthus Iouis filius esse, iudicisq; munere apud Inferos fungi dicitur: atq; eos quidem, qui supplicio digni sunt, ad Cocytum & Pyriphlegetontem mittere, eos autem qui rectè & cum laude vixerunt, ad beatorum insulas.

De vocibus ἑταῖρος & προσήνυσις & ἀμφυγλίσιον. 14.

Plato alijq; omnes philosophi eos, qui literarũ doctrinæq; studiũ seriò profitebantur, ἑταίρους, hoc est amicos & sodales vocabãt. Iulianus itaq;, vt qui philosophiæ operã dedisset, nihilo se insolentiorem ob imperium magnumq; arrogantem & contumacem præbebat: verum vt Platonem videlicet cæterosq; philosophos imitaretur, sodales omnes vocabat: idq; nominis frequens illi in colloquijs erat. Quod aũt ad propinandi vocem attinet, sciẽdum est priscis omnibus regibus hunc morẽ fuisse, vt cùm publicum festum celebrarent, vinum in aureis vel argẽteis phialis temperatũ à pocillatore quidẽ ipsi acciperẽt, atq; in syncerã amicitiæ signum nonnihil è poculo hauriret, ac postea cui visum ipsis fuisset, poculũ præberẽt. Idq; propinare vocabatur, quod nos προπινασμον, i. ad potandum imitationẽ appellamus. At verò ἀμφυγλίσιον, imitatio quædã vocis est, cùm quis in verbis suis sibimet placens vocem quodammodo claudit, atq; in angustum contrahit, vt in faucibus detineri videatur

De Mineruæ tibijs. 15.

Cùm Minerua quondam tibijs ludens flumen pertrãsiret, vmbramq; suam buccasq; inflatas in aquis cõspexisset, obidq; sibi ipsa turpis videretur: tibias, vt deformitatis causam abiecit. Dum enim quis tibia canit, flatus maxillas tumefacit, luseremq; deformem reddit. Has porrò tibias inuenisse Marsyam ferunt, atq; inito cum Apolline artis certamine ab eo victum, atq; ad fluminis ripam excoriatum fuisse. Vnde etiam Marsyas fluuius appellatur.

De dæmonum liguritione. 16.

Dæmones omnes sacrificiorum nidoribus gaudẽtes, liguritores sunt: præsertim autem hoc nomine fugillatur Mercurius. Vnde & διακτορος dicitur, quasi διὰ κρεῶν, i. carnes persequens. Quòd autem fallaces & impostores eosdem vocat Gregorius, quanq; hoc propter omnes dicit, potissimùm tamen propter Apollinem, qui dubia & fallacia oracula edebat.

De Triptolemi Celei & Draconibus. 17

Diximus in præcedente Orat. Triptolemum & Celeum semina hoc est triticum & hordeum à Cerere accepisse, atq; alato draconum curru vectos vniuersum terrarum orbem peragrasse, frumentum mortalibus ad ferendum suppeditantes.

De Orpheo, & eius nugacissima de dijs conscriptione. 18.

Orpheum genere Thrax sono citharæ res quoq; ipsas animantes demulcebat. Huius poemata circumferuntur, in quibus per fabulosa symbola deorũ seriem essentiasq; nodos, deorũq; actiones, facultatesq; describit. Has autem fabulas Orpheus turpiter atq; obscœnè profanèq; confingit.

De eo, quod ait Gregorius, Quercum loqui desijsse. 19.

Dodona vrbs est in Epiro sita: in qua erat quercus Ioui sacra, in eaq; oraculum cuius mulierculæ prophetissæ erant. Atq; illi qui oraculũ consulebant, quercum ingrediebantur, ac tum mouebatur scilicet quercus, postea quæ loquebantur mulieres, quidque diceret Iupiter, renunciabant. De Lebete autem ita se habet historia. In eadem vrbe statua quædam erat in sublimi quodam loco erecta, virgam gestans, circa quam lebetes quidam fixus erat. Ergo qui oraculum consulebant, ad hunc locum se conferebant, precesq; fundebant. Cùm igitur ipsis responsa dare vellet deus, statua illa lebetem virga feriebat, ac tinniebat lebes, concinnusq; quidam sonus ex eo edebatur. Tum verò numine afflabantur prophetissæ, quæque ipsis dæmon suggerebat, loquebantur.

De Pythia. 20.

In Phocide, qua Graciæ regio est, Delphos vrbs erat, in eaq; Apollinis templum, nomine Pytho. In hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

porrò templo tripus erat, calculiq; vaticinij in tripodis phiala. Cùm ergo is qui oraculum adibat, responsum petebat, calculi prosiliebant, ac mouebantur: ac tum prophetissa, quam Pythiam sacerdotem vocabāt, numine implebatur, dicebatq;, quicquid Apollini collibuisset. Quod enim hoc loco Gregorius eam impleri ait, idem est quod numine afflari.

De Castalia. 21.

Castalia fons erat in Antiochia, cui Apollinem assidere veteres dicebant, atq; oracula ad aquam edere. Cumq; eò quidam oraculi consulendi causa se conferebant, aqua illa, vt ferunt, auras & flatus emittebat ac tum sacerdotes, qui circa fontem erant, quædamnis voluntas tulisset, dicebant.

De statua muta. 22.

De hac statua, nec quo tempore, nec vbi erecta fuerit, nec quomodo loqueb atur, quis q̄ hist oricus prodidum reperimus. Existimandum est autem Delphicam quoq; statuam, cùm verba faceret, maximè vocem exstitisse. Voces quippe dæmonum minimè articulatæ sunt, eò quòd vocalibus organis, quibus excidere vocem primantur, careant.

De Lauro 23.

Peneifluuij filia dicitur Ouid. 1. Met amor. tia

Daphne, vt ferunt fabulæ Ladonis amnis & terræ filia erat: Hæc eximia formæ pulchritudine atq; elegā Apollinem amore inflammauit. Apollo autem amoris stimulis incitatus puellam persequebatur, vt ea ro tiretur. At illa virginitatem tueri cupiens, parentis terræ opem supplex imploraut. Proinde mater aperto sinu suo natam excepit, atq; in Apollinis solatium arborem puellæ cognominem protulit. Quam cùm ille cepisset, ea apud tripodem cinctus est, vt hac ratione adamatæ Daphnes desiderium leniret.

De Baccho androgyno. 24.

Bacchum ferunt & masculam libidinem exercere, & fœmineam pati, ac Mænadibus circumsonum esse. Sæpenumero diximus eum vini authorē ac præsidem esse, illudq; & viris & mulieribus dedecori, quòd ebrietati atq; obruti promiscuè choreas agunt. Satyros autem pastores esse aiunt: sunt tamen qui eos dæmones quosdam Bacchi æquales esse existiment De Phallo superiore Orat. diximus, nimirum sceleratum ac nefarium quendam hominem fuisse turpe atq; obscœnum veretrum habentem: ad cuius similitudinem nimis pueros ex pellibus effingunt, vocantq; φαλλοφόρους, eumq; in Bacchanalibus per ludum circumferunt: eos q̄ libenter perditi illi homines imitabantur.

De Semele & tonitruo. 25.

Semele Cadmi filia à Ioue amata atq; compressa, Bacchum ex eo concepit. Quo nomine Iunonis zelotypia facibus inflammata in Semelen mutricem sese transformauit, petendumq; ipsi à Ioue censuit, vt cum eo consuetudinē haberet, quemadmodū cum Iunone consueuisset. Consuevit aut ē cum tonitruo Cyclopum. Hoc porrò consilium idcirco ei Iuno dedit, vt Ioue ad eam tonitruo accedēte confestim illa, vt mortalis, defungeretur, atq; ita pellice defungeretur, quod etiam accidit. Nam cùm Iupiter ad Semelem veniret, perfecit ipsa, vt eodem modo secum congrederetur, quo cum Iunone solebat: congreditur ille, eamq; fulmine ignitis ac tum acceptum Bacchum, fœtum adhuc immaturum femori suo insuit, posteaq; septimo mense Mercurius Iouis femur aperuit: Sicq; natus est Bacchus, accepitq; eum Iupiter, atq; in Nysam Thraciæ vrbem deportauit, nymphisq; lacte alendum tradidit.

De vtroq; pede claudo Vulcano 26.

Claudus erat Vulcanus, vnde & ἀμφιγυήεις dictus est. γύια enim membra sunt. Arte faber erat. Hic Venerem in matrimonio habebat, quā Mars per adulterium abusus est. Atq; eos in ipso facinore coniunctos ille queū deprehendit. Deum autem eum vocat fuligine ac fumo obsitum. ἀνθρακιὰ enim genus est fumi. Fumo porrò ille infectus erat, vt faber. Iam enim arte clarum & insignem appellant Poëtæ, quamuis illis viris erat apud illos ars fabrilis. Thersitem aūt Olympius idcirco eum vocat Gregorius. Honorem enim quendam hominem inducit Thersitem nomine, claudum, gibbum, strabonem, calvum, ac procacem & petulantem, aitq; hunc Græcorum castra secutum, non vt bellum gereret, sed vt omnibus ludibria esset. Quamobrem igitur Vulcanus claudus erat, fumoq; obsitus, Deus vester, inquit ad ethnicos, Thersites est Olympius? claudus nimirum vt ille, ac procax & petulans. Quod autem mox sequitur, Non iam propter adulterium vexatur Manors, ex eadem fabula pendet. Mars enim adulterium cum Venere perpetrans Vulcani laqueis irretitus est. Quòd verò adiungit, Cum Terrore Timore & Tumultu, hoc ideo dicit quia hi pollutis filij, Martis famuli esse, Martiq; vicem dolere dicuntur: tum etiam quia Vulcanus nec terrorem nec metum nec tumultum pertimuit. Ad hæc vulneratum fuisse Martem subiungit, quoniam temere pugnans à Diomede fuerat ictus est. Quod denique Venerem meretricem appellat, cum eadem fabula cohæret: à Marte enim conspurcata est. Vel etiam meretricem eam ob hanc causam vocat, quoniam libidinis ac coitus præsidem eam ipsi Gentiles affirmant.

De Minerua virgine draconem pariente. 27.

Cùm Iupiter Mineruam ex cerebro suo procreare vellet, quæreret que aliquem, qui facilè & parua cum dolore

dolore caput ipsius feriret, vt illa in vitam lucemq; prodiret, de hac re cum Vulcano verba fecit. Vulcanus autem hac vna conditione caput ipsi secare voluit, vt eam quæ mox nascitura erat, deinde gigneret. Idque promisit Iupiter. Accepta itaq; securi Vulcanus Iouis caput scindit, sicque exijt Minerua: quam protinus Vulcanus persequi cœpit, vt cum ea rem haberet. Atq; in illa in fectatione in Mineruæ femur semen fudit, quod quidam Mineruæ lanæ accepta exterfit, atque in terram abiecit. Ita è terra ac lana illa exitit homo draconis pedes habens, qui proinde Erichthonius vocatur, ἀπὸ τῆς ἔριδος τῆς χθονὸς id est, à lana & terra nomen habens.

De Megara Herculis vxore. 28.

Megara Creontis Thebarum regis filia Herculi nupsit, ex eoq; liberos habuit. At Iuno multis de causis Herculem infesto odio persequens, furorem ipsi immecit. Quo perciti ille filios, quos ex Megara susceperat, obtruncauit.

De eo, quod ait Gregorius, Iouem ob libidinem & salacitatem quiduis effici. 29.

Iupiter Danaës amore flagrans aurum effectus est, ac diffluxit: sicq; cum ea congressus est. Eodem modo Ganymedis amore correptus aquila factus est. Atq; ita seipsum subinde præstigijs quibusdam in alias aliasq; formas immutabat, atq; ob impuram libidinem in quiduis vertebatur, ille inquam præstantissimus apud Ethnicos deus atq; omnes deos vi ad se in cœlum trahens.

De Iouis sepulchro in Creta. 30.

Iupiter in Creta diem vitæ extremum claussisse, atq; humo conditus fuisse dicitur: ibiq; monumentum ipsius esse, in quo Iouem illic iacere credatur, inscriptio docet. Eoq; conuincuntur amentiam & vanitatem eorum qui Iouem deum esse asserunt. Ex eo enim conuincuntur, quia & homo erat, & mortuus est, & iacet in Creta.

De Lucrio deo. 31.

De hoc tametsi superiore Oratione diximus, hoc tamen nunc quoq; dicemus, Mercurium nempe apud Ethnicos lucri præsidem esse. Vnde etiam marsupium ipsi gestandū tribuunt, ac furtorum auctorem, ipsi dicūt: ἀπὸ τοῦ λάθρα καὶ λάθριον. & ἄγκυλον & ἀγκύλης & καμπύλος, & eiusmodi nominibus eum appellāt. i. Lucrium (hoc enim nomine Arnobius vtitur) & facundum & mercium, & forensem & furem.

De honore, quo Nilus ab Aegyptijs afficitur. 32.

De hac historia nullam mentionem Herodotus facit. Apud Atillanetum autem Rhetorem hoc legi, Aegyptios festum solenne Nilo publicitus celebrare, atq; omnes tam viros q̄ mulieres ad vbium theatra sese conferre, illicq; quæ quisq; & quæq; epulas habeat, esitare: ac tum institutā communi chorea hymnos eosdem Nilo cantillare, quos Ioui canere solent: tanq̄ videlicet Nilus Iouis opus ipsis exequatur, ac regioni præsit. Idcirco autem fortasse androgynorum honores vocat, quòd omni frequentia viri ac mulieres per bacchentur, ac sæpenumero, vt in temulentia, libidini indulgeant.

De Isidc & Mendetibus. 33.

Isis apud Aegyptios magnopere colitur. Io hanc esse dicunt, quæ à Ioue Argo erepta est, atq; in bouem cōmutata. Cornua enim circa ipsius statuæ caput appingunt. In eorum enim, vt iam diximus apud Aegyptios numero est, quæ maximis honoribus afficiuntur. Mendesiorum autem historia est huiusmodi. Aegyptij Panā Mendetem vocant, quoniam lingua ipsorum Mendes hircum sonat. Pan porrò hircinam formā habet. Vtuntur autem religione Mēdetem hunc siue Panā colunt, vt à capris quoq; omnino abstineant, quòd deus ipsorum caprina forma sit. Iam verò Apides boues sunt, qui magno in honore apud Aegyptios habentur. Parichāt aūt illi, licet alioqui puri atq; incorrupti pristino tēpore fuissent: signumq; aliquod habebāt, ex qua apud Aegyptios constabat Apides eos esse, ac longo temporis spatio gignebantur. Cùm aūt procreatus fuisset Apis, maximum festum circa eum Aegyptij celebrabant, ac sacerdotes etiam quidam, qui boui ipsi sacra faciebant. Quod aūt ait Gregorius ferias quasdam portentosas compositas; natura, hoc intelligit, quod ipse quoq; Alexandriæ vidi, nimirum perexiguas quasdam statuas caput canis habētes atq; adnexum aliud caput felis, aliudq; insuper accipitris. Quæ quidem Aegyptij colebant, statuūq; inscribebant. Nec verò pictam huiusmodi naturam venerabantur, sed etiam belluas alias mutas, quas nefas esset venerari.

De Pane & Priapo. 34.

Panos historia sic se habet. Ferunt Penelopes vxorem Vlyssi procos apud eam obstinato animo mānsisse, tandemq; omnes ea potitos esse, ex ipsisq; Panā extitisse. Atq; idcirco Pan dictus est, quòd ab omnibus procis procreatus fuerit. Ac dicunt Aegyptij eum coitus ipsius præsidem esse: vnde etiam hircinis cornibus eum describunt, quòd hircus ad venerem procliuis sit, quem Aegyptij Mendetem vocant. Hac de Pane: nunc de Priapo. Aiunt Venerem, cùm ex Aethiopia veniret, incredibilem quandam pulchritudinem secum attulisse: adeò vt Iupiter quoque ipse eius amore inflammatus, ac cum ea congressus infinitam Iunonis zelotypiam inierit. Confestim ergo Iuno futurum præsentiens prosperiensq; fore, vt infans quem ea proditurus erat, corporis elegantia filios omnes Iouis antecelleret, pralligys quibusdam anteuertēs Veneris ventrē attrectauit, effecitq; vt infans deformis pareretur. Cùm igitur turpis ac fœdus inprimis & obscœnus obesusque puer

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hallucinatur Nonus fantem in montem proiectum quem cùm pastor quidam incidisset, ipsum accepit & educauit. Atque vt ad in hac etymologia.

in lucem prodijsset, conspiciens mater filij deformitatem summo sibi dedecori ac probro fore, acceptum intfertilitatem terræ & iumentorum ac quadrupedum esse arbitratus hoc vitium, quod ipsi inerat, hoc est obscœni membri, acceipit illud fixitq; & honorauit. Priapumq; vocauit. i. iuxta Latinam linguam, eum qui ex errore liberatus ijs qui in errore ac solitudine versantur, salutem allaturus est. Atq; ex eo tempore à pastoribus coli cœptus est Priapus.

De concisis ac discerptis dijs. 35.

Proserpina ex Ioue Libertum patrem cõcepit: quem simulatq; in lucem editus est, Titanes, quâ deorum ci quidam ordines sunt, inuidia œstro aduersus eum perciti, quoniam à Ioue procreatus esset, crudelissimè discerpserunt. Alij Iunonis cõ filio atq; impulsione eum à Titanibus laceratum fuisse affirmant. Atq; hac de discerptis dijs. Quod autem ad concisos deos attinet, nihil de hac re memoriæ proditum est, nisi forte hoc de gigantibus intelligendum est, qui cùm bellum dijs intulissent, ab ipsis superati & concisi sunt, atq; à Ioue immisso fulmine concremati.

De pœnis. 36.

Plato in Phædone de animarum sedibus ac præmijs pœnisq; verba faciens, ait eos qui iniustè & sceleratè vixerunt, in Cocyto & Pyriphlegethonte atq; in tartaro pœnas luere. Eluuij autem sunt illi, quorum alter frigidissimus est alter calidissimus. Tartarus verò medius mundi quidam locus est obscurus & caliginosus, in quo flagitiosi & nefarij homines excruciantur. At verò Acheron, qui medius quoque quodammodo est, Elysiorum potius esse videtur q̃ scelerum vindex, vtpote qui hominum peccata abluat & abstergat.

De Tantalo. 37.

Tantalus Iouis filius erat. Hic cùm deorum mẽsa dignus habitus fuisset, ipsorum mysteria prodidit: ob idq; huiusmodi pœnam pendit. In subterraneis tribunalibus petram capiti superimpositam habet, atque infra se aquam vberem & copiosam & frugiferas plantas: ipsiq; minax lapis impendet. Atque ita calamitate est, vt si adiacente aqua sitim sedare tentet, lapis cadens eũ excruciet: ita miser & famis & sitis pœna beset, videns quidem ea quibus & famis & sitis mederi possit, cæterum eò calamitatis redactus, vt ijs ob impendentem ipsius cernicibus petram, frui nequeat.

De Tityo. 38.

Tityus Latonæ amore captus est, eamq; capitis velo tenuit, Postea Diana & Apollo Latonæ filij sagittis eum confecerunt, ac sustulerunt. Nuncq; vt ferunt fabulæ, sagittis traiectum pectus habet, ex cuius vulnere cruor emanat.

De Ixione. 39.

Ixion Iunonem deperibat: eiusque nefariam cupiditatem Iuno ad Iouẽ detulerat. Iupiter itaq; vt exploratum haberet, num verè ille Iunonem deamaret, Iunonis formam nebulæ impressit, ipsiq; proposuit. Ixion autem ipsam Iunonem esse arbitratus cum ea congreditur. Quo facinore sic censente Iupiter hominibus fingit simulacrum eum affecit. In rotam eum extendit, effecitq; vt rota perpetua volubilitate feratur. Itaq; ille per aëra simulacrum per deorsumq; voluitur, eoque supplicij genere vexatur.

De eo cuius iecur ab auibus voditur. 40

Prometheus ignem dijs furatus esse, atq; ad homines detulisse fertur, Iouem insuper in cæsium sacrificij distributione circumscripsisse, ac proinde eum ad iram incitasse. Iupiter itaq; ad hunc modum in eum animaduertit. Ad Caucasum montem eum alligauit ipsique aquilam immisit, quæ iecur ipsius quotidie vescens quotidie depasceretur.

GREGORII NAZIANZENI EPISTOLA

Prima ad Celdonium Presbyterum aduersus Apollinarium.

ARGVMENTVM.

HIS duabus Epistolis refelluntur argumenta, quibus astruere nitebatur Apollinarius, Christum mentem humanam non assumpsisse. Quæ quamuis non familiari scribendi genere, sed acri & pugnaci contextæ sunt, meritò ab alijs epistolis seiunctæ, ac reliquis operibus insertæ sunt.

Clarissimo

Clariss. Deique amantiss. fratri & compresbytero Cledonio Gregorius in Domino salutem.

Magna hæreticorũ circa Ecclesiã nouandi libido, & insolentia. Quæ.

SCire cupimus, quę nam hæc tanta sit circa Ecclesiã nouãdi libido, vt cuiuis volenti ac trãseunti, vt Scripturę verbo vtar, gregẽ præclarè ductum atq; institutum dispergere, ac furtinis & clandestinis incursionibus, vel potius prædatorijs & absurdis doctrinis populari ac diripere liceat. Nam si quid haberent, quod in nobis circa fidem improbare ac reprehendere possent, qui nunc impetum in nos fecerũt: ne sic quidem tamen nobis non admonitis huiusmodi facinus aggredi par erat. Etenim hanc ab ijs prius iniri rationem conueniebat, vt nos verbis flecterent, aut doceri se ac permoueri sustinerent (si modò ipsi aliquo quoque loco & numero sumus, vt Dei timore præditi, & pro fidei doctrina graues labores perpessi, ac de Ecclesia bene promeriti) ac tum (si tum etiam) res nouas moliri, sed tamen hac ratione contumelijosis atque importunis hominib⁹ aliqua fortasse parata fuisset excusatio. Posteaquam autem fides nostra & scriptis cõsignata & verbis expressa, & hic & remotioribus locis, tum in periculis tum in trãquillitate promulgata est, quî fit tandem, vt isti res huiusmodi aggrediantur, nostri contrà silentio acquiescant? Nec verò hoc indignum censendum est (quamuis vtiq; graue & indignum sit) quòd homines isti perniciosa sua dogmata simplicioribus animis per alios versutiores & sceleratiores infundunt: sed quòd nos in eadem opinione ac sententia esse mentiuntur, hamum suum hac esca circumtegentes, atq; hoc fuco & prætextu cupiditatem suam nefariè explentes, simplicitatemq; nostram, quasi sibat, vt non alienorum loco eos haberemus, sed fraterna beneuolentia complecte remur, in sceleris occasionem arripientes. Illud etiam indignitatis accedit, quod ab Occidentali synodo sese, vt audio, susceptos esse affirmant, à qua eos prius condemnatos esse nemini est obscurum. Quòd si vel nunc vel ante susceptí sunt, qui cum Apollinario sentiunt, hoc ostendant, & nos acquiescemus. Perspicuum enim erit, eos rectæ doctrinæ assentiri: nec enim aliter se res habere potest, si hoc consecuti sunt. Id autem omninò liquebit, si vel synodalem codicem, vel epistolas, quibus ad communionem admitti iubeantur, protulerint. Nam hic synodorum mos est. Sin autem hæc mera verba & figmenta sunt, specioſi cuiusdam coloris fideique ob personarum grauitatem authoritatemque apud imperitam multitudinem nanciscendę causa ab ipsis excogitata: eos vt conquiescant, doceat, ac refuta. Etenim tuo muneri tuæque fidei integritati hoc conuenire existimamus. Ne impostura faciant homines, vicissimque ipsi fallantur, hominem Dominicum, vt ipsi loquuntur, vel potius Dominum nostrum & Deum mentis expertem esse asserentes. Neque enim hominem à diuinitate separamus: sed vnum eundemq; profitemur, priùs quidem non hominem, sed Deum & Filium vnigenitum, & sæculis omnibus antiquiorem, à corpore rebusque omnibus corporeis purum ac liberum: postremò autem etiam hominẽ: salutis nostræ causa assumptum, carne passibilem, diuinitate impassibilem, corpore circunscriptum, spiritu incircunscriptum terrenum eundem & cœlestem, spectabilẽ & intelligibilem, loco comprehẽsibilem, & incomprehensibilem, vt per eundem totum hominem simul ac Deum totus homo, in peccatum lapsus refingatur atq; instauretur. Si quis sanctam Mariã Deiparã non credit, extra diuinitatem est. Si quis Christum per Virginem tanquam per canalem decurrisse ac defluxisse, ac non in ea diuino modo, quia absque viri opera, humano, quia procreationis lege, formatum esse dixerit, in simili impietate versatur. Si quis creatum hominem fuisse, Deumq; postea subijsse pronunciauit, damnationi obnoxius est. Hoc enim non Dei generatio fuerit, sed generationis fuga. Si quis duos Filios, alterum ex Deo & Patre, alterum ex Matre, non autem vnum atq; eundem induxerit, is ab ea quoq; filiorum adoptione excidat, quæ rectè credentibus, promissa est. Quanquam enim Deus & homo duæ naturæ sunt, quemadmodum & anima & corpus: non tamen duo Filij nec Dij, sicut ne hic quidem duo homines, tametsi Paulus ad hunc modum internum externamq; hois partem appellauerit. Atqui, vt paucis rẽ cõplectar, aliud quidẽ atq; aliud sunt ea, ex quib. Seruator cõstat (nisi verò id quod cerni nõ potest, idẽ est cum eo qd in oculorum aspectum cadit: & quod temporis expers est, cum eo quod tempori subest) nõ tamen alius atque alius, ablit. Ambo enim hæc copulatione vnum sunt, Deo

Apol. error.

Fides Christiana.

S. Maria Deipara.

Rom. 8.

1. Cor. 15.
2. Cor. 4.
Ephe. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimirum humanitatem, atq; homine diuinitatem susciperit, aut quocunq; tandem alio verbo quispiam eam rem exprimendam duxerit. Porrò aliud dico, contrà q̃ *Alius in Tri-nitate locũ habet, at nõ Aliud.* in Trinitate res habet. Illic enim alius atque alius, ne Personas confundamus: non autem aliud atq; aliud, quoniam tria quòad diuinitatem, vnũ idemq; sunt. Si quis diuinitatem in eo velut in Propheta per gratiam operatam fuisse, ac nõ secundum essentiam, connexam fuisse atq; connecti dixerit, diuino afflatu careat, immò cõtrario impleatur. Si quis cruci affixum non adoret, anathema sit, atq; in eorum, q Deum interemerunt, numerum asscribatur. Si quis eum ex operibus perfectionem assecutum fuisse, aut post Baptismum vel resurrectionem à mortuis, in filium adoptatum fuisse dixerit quemadmodum quos Græci asscriptitios inducunt, anathema sit. Neque enim id quod cœpit, aut progreditur, aut perficitur, Deus est: tametsi hæc de eo idcirco dicantur, quòd paulatim hominibus inclaruerit. Si qs sanctã carnẽ nunc exutam & abiectam, diuinitatemq; corpore spoliatam esse, non autem cum parte assumpta & esse & venturum esse dixerit, pſentiæ illius gloriam non cernat. Vbi eñ nunc corpus fuerit, nisi cũ ea natura, à quo assumptum est? Nisi fortè iuxta Manicheorum deliria Soli impositum est, vt huiusmodi honore dedecoretur: aut in aerem fusum dilapsumq; est, quẽadmodum sert vocis natura, & odoris efflu xio, & fulguris cursus minime consistentis. Vbi etiam illud ponemus, quod ipse post resurrectionem contrectatus fuisse scribit, aut ab ijs à quibus confixus est, aliquando videbitur? Diuinitas enim per se oculorum obtutum fugit. Verùm cum corpore quidem, mea sententia, veniet: cæterùm qualis à discipulis in monte conspectus aut obiter oſtẽsus est, diuinitate carnem superante. Quemadmodum autem hæc amoliendæ suspicionis causa dicimus: sic illa quoq; corrigendi noui erroris studio scribimus. Si quis carnẽ è cœlo descendisse, ac non hinc atque à nobis esse dixerit, anathema sit. Illud eñ, Secundus homo de cœlo: &, Qualis cœlestis tales & cœlestes: &, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descẽdit de cœlo filius hominis, & si quod aliud eiusdem generis, propter cœlestem vnionem dici existimãdum est: quemadmodũ & illud, Per Christum omnia facta esse, & Christum in cordibus nostris habitare, nõ secundum eam Christi partem, quæ in oculos cadit, sed eã licet, vt naturis, ita etiam nominibus, connaturalitatisq; ratione inter se vicissim cõ

Asscriptitij dij.

Luc. 2.

Manicheorum deliria.

Ioan. 20.
Zach. 12.
Ioan. 19.
Act. 1.
Matth. 17.
Mar. 9.
Luc. 9.
1. Cor. 15.
Ibidẽ.
Ioan. 3.

Breuis explicatio locorũ, quib. Apoll. vtebantur.
Ioan. 1.
Ephes. 3.

meantibus. Si quis in hominem mente carentem sperat, amens profectò est, nec dignus, qui totus salute donetur. Nam quod assumptum non est, curationis est expers: quod autem Deo vnitum est, hoc quoq; salutem consequitur. Si dimidia tantùm ex parte Adam lapsus est dimidiatum quoq; fit, quod assumptum est, & quod seruatum si autem totus peccauit, toti quoq; homini vnitus est Dei filius, ac toti salutem affert. Quocirca nihil causæ est, cur isti nobis omnibus partibus perfectam salutem inuideant, aut ossa solùm hominis, & neruos ac lineamenta Seruatori tribuant. Si enim Christus animatus homo non est, hoc ipsum quoq; Ariani aiunt, vt passionem diuinitati tribuant. quod enim corpus mouetur, idem quoq; patitur. Si autem animatus quidem, cæterùm mentis expers, quo tandem modo hominis nomen iustineibitur? Atq; ita necesse erit, formam quidẽ & olare eumque enim homo animal est mente carens. Quemadmodum enim eiusdem aut bouis aut alius animalis mentem non habentis: ac proinde illud quoq; esse, cui salus afferat, mecq; mendacio ab ipsa Veritate circunuentũ esse, eo honore gloriatem, quod alij fuerit tributum. Si verò mentis particeps non autem mente carens homo est, amentiæ tandem suæ recordes homines finem constituant. At dices, abunde mentis vicem suppletet diuinitas. Quid verò hoc mea refert? Diuinitas enim cum sola carne homo non est: immo nec cum sola anima, nec cum vtraque, si mens abest, quæ etiam magis homo censeri debet. Proinde hominem totum retine, ac diuinitatẽ adiunge, vt beneficium omnibus numeris absolutum accipiã. At duo plena atq; perfecta nõ cõcipiebat. Non sane: si quidẽ corpore modo rem expendas. Vas enim vnius modij capax, duorum modiorum capax non erit: nec corporis spatium duo aut plura corpora complectetur. Si autem, vt incelligibilia & incorporea ea consideres, animaduertis me & animam & rationem & spiritum sanctum complexum esse, atq; etiam ante me mundum hunc ex visibilibus & inuisibilibus rebus coagmentatum hanc habuisse conditionem, vt Patrem & Filium & Sp. sanctum complecteretur: nu iusmodi nempe rerum intelligibilium natura est, vt incorporeo atq; inuisibili modo & inter se & cum corporibus consentiat. quandoquidem & plurium vocum aris vna capax est, & plurium aspectuum dem visa feruntur, itidemque odoratus in res eas quæ olfactu sentiuntur, nec sensibus sese inuicem comprimentibus atq; affringentibus, nec rebus sensilibus apprehendẽ

tium multitudine decrescentibus. Iam verò mens hominis aut angeli, si cum diuinitate comparentur, quo tandem modo perfecti dici possint, vt alterum maioris præsentia elidatur. Neq; enim splendor quidam, si cum sole conferatur, perfectus est: nec humor exiguus, si cum fluuio. libet eñ parua prius afferre, nimirum domus splendorem & solem, terræ humorem & fluuium. vt sic maiora & præstantiora intelligamus. Quo modo enim duo perfecta concipient, hinc domus radium & Solem, hinc terra humorem & fluuium? Hoc verò consideremus. Magna enim profectò cura & animaduersione res digna est. An verò illud eos fugit, quòd res eadem, quæ cum alia collata perfecta est, cum altera rursùs comparata imperfecta reperitur, vt collis cum monte collatus, & granum sinapis cũ faba, aut alio quopiam maiori semine (etiã si ipsa quæ eiusdem sunt generis maius dicatur) angelus etiam, si ita lubet, cum Deo, & homo cum angelo? Quocirca mens nostra perfecta illa quidem est & princeps: cæterùm animæ & corporis princeps, non autẽ simpliciter perfecta: Dei autẽ serua & subdita est, non principatus socia, atq; honore æqualis, quippe & Moses vt Pharaonis Deus, ita rursùs Dei famulus describitur: & stellæ quemadmodum noctem illustrant, ita vicissim à Sole obscurantur, nec interdiu vllo modo apparent: & splendor exiguus magno incendio adiũctus nec extinguitur, nec lucet, nec disiungitur, sed totũ illud incendium est, superante nimirum eo, quod vberius est. At dãnata est, inquis, mens nostra: quid verò an non caro & dãnata? Quare aut hanc quoq; propter peccatum abijcemus aut illam etiam propter salutẽ adiunge. Si pars deterior assumpta est, vt per incarnationem sanctificetur, præstantior non assumetur, vt per humanitatis susceptionem sanctificetur? Si lutum fermẽtatum est, ô sapientes viri, factumq; noua conspersio, imago ipsa non fermentabitur & cum Deo temperabitur atq; coniungetur, per diuinitatem deificata? Quin hoc quoq; adijciemus, Si mens vt peccatrix & damnata omnino contempta atq; reiecta est, ob eamque causam prætermissa mente corpus assumptum est, ignosci vtique par est ijs, qui circa mentem peccant. Deinde testimonio iuxta sententiam tuam luculenter demonstratum est, eam nulla ratione curari posse. Atq; vt validius argumentum afferam, ta quidem, optime vir, (immò Sarcolatra, siquidm ego Anthropolatra sum) idcirco mentem meam contemnis, vt Deum cum carne deuincias, tanquam aliter astringi nequeat, ob idque intermedium parietem tollis. Mea autem ratio, hoc est, hominis minimè sapientis & eruditi quænam est? mens menti vtpote propinquiori magisque familiari iungitur, ac per eam carni, medium videlicet locum obtinenti inter diuinitatem & corporis crassitiem. Porrò quam humanitatis siue carnis, vt ipsi dicunt, causam afferant, videamus, si quidem vt concipiatur Deus, alioqui nulla ratione conceptibilis ac sub carne, quasi velamine quodam cum hominibus versetur, scita sanè & elegans hæc ipsis larua est, si mulationisque Tabula: vt interim non dicam alio quoque modo sieri potuisse, vt nobiscum versaretur, quemadmodum prius in ignis rubo & forma humana. Si autem vt simili, per simile sanctificato, peccati damnationem deleat, profectò quemadmodum carne propter carnem damnatam, & anima propter animã, ita & mente propter mentem, vtpote quæ in Adamo non solum peccauerit, sed & prima affecta fuerit, quemadmodum Medici in morbis loquuntur. Quod enim mandatum accepit, hoc mandato quoque minimè paruit: quod aũt minimè paruit, idem illud quoque violauit: quod autem legem violauit, hoc in primis quoque salute indigebat: quod autem salute indigebat, hoc etiam Christo assumptum est. Ita fit vt mens assumpta sit. Hoc iam, velint nolint probatum est irrefutabilibus argumentis, geometricisq;, vt ipsi aiunt, demonstrationibus. Tu verò perinde facis, ac si oculo hominis offenso ac pede insuper collabente, pedi quidem medicinam admoueres, oculum autem incuratum relinqueres, aut pictore aliquid minus recte pingente, ita picturam emendares, vt interim pictorem velut munere suo præclarè functum præterires. Quod si his rationibus exturbati eo confugiunt, vt dicant Deum remota etiã mente homini salutem afferre posse, quidni etiã posit & remota carne, sola voluntate: quemadmodum alia quoq; oia citra corporis operã operatus est & operatur? Quin igitur cum mente carnem quoque tollis, vt plena & cumulata tibi fit amẽtia? Verùm à litera decipiuntur, ob eamque causam ad carnem currunt, Scripturæ literam ignorantes: nos hoc quoque eos piuntur, & docebimus. Nam quod Christus passim in Scriptura homo & filius hominis appelletur, quid commemorare attinet, cùm id ipsi optimè norint? Quod si hoc loco nituntur, Verbum caro factum & habitauit in nobis, ob idque, vt coriarij crassiores pelles, ita ipsi præstantissimam

Eph. 2.

Exod. 4
Gen. 18.

Mens in Adamo prima peccauit.

Geom. demonstrationes.
Simil.
Al. obiectio solutio.

Hæretici à morem ignorant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Al. obiect. hominis partem abradunt, vt Deum cum
Ioan.1. carne conglutinent: commodè ipsis dicere
Ioan.17. queamus, carnium quoque solùm Deum
Psal.64. non item animorum, esse Deum, quoniam
Psal.144. scriptum est, Sicut dedisti ei potestatem o-
Genes.46. mnis carnis: Et, Ad te omnis caro veniet.
Deut.10. Et, Benedicat omnis caro nomini san-
Psal.104. cto eius, hoc est, omnis homo: aut rur-
Synecdo- sus, patres nostros incorporeos & inuisibi
che. les in Aegyptum descendisse, solamque Io
Psal.140. sephi animam à Pharaone in vincula con-
iectam fuisse, quoniam scriptum est. In se-
ptuaginta quinque animabus descenderũt
in Aegyptum: Et, Ferrum pertransijt ani
mam eius, res profecto eiusmodi quæ nul-
lis vinculis coerceri queat. Ignorant enim
qui hæc dicunt, res huiusmodi synecdo-
chen figura nominari, atq; à parte totum si
gnificari, vt cùm ait scriptura, Et pulli cor
uorum Deum inuocant, vt auium natura
Pleias, designetur. Et, Pleias & Hesperus & Arctu
Hesperus, rus in memoria sunt, pro eo ac si diceret,
& Arctur. om nia sidera, Deiq; circa ea prouidentia.
Iob 38. Huc accedit, quòd non aliter Dei erga nos
amor declarari poterat, quàm ex carnis cõ
memoratione, & quòd nostra causa etiam
vsq; ad deteriorem partem sese deiecit. car
Ioan.3. nem enim anima viliorem esse nemo san
2. Cor.5. inficiabitur. Itaque hic locus, Verbum ca-
Gal.3. ro factum est, eandem vim & significatio-
nem mihi habere videtur cum eo, quòd
peccatum quoque ipsum & maledictum fa
ctus esse dicitur, non quòd Dominus in
hæc immutatus fuerit, (qui enim id fieri
posset) sed quòd hæc susceipiendo iniquita
tes nostras sustulerit, & morbos portauer-
it. Atque hæc quidem in præsentia pro-
pter perspicuitatem ac vel cuilibet obuiã
intelligentiam satis copiosè dicta sunt. Ne
que enim orationis contexendæ, sed impo
sturæ comprimẽdæ studio hæc scribimus,
pleniorem lõgioremq; de his rebus disputationem aliàs, si videbitur, habituri. Qd
verò his acerbius est minimè silentio prę-
tereundum. Vtinam abscindantur, qui vos
conturbant, ac secundum Iudaismum &
Gal.5. secundam circunci sionem & secunda sacri
ficia inuehunt. Si enim verum est, quod as-
ferunt, quid prohibet quin Christus ad eo
rundem reprobationem rursus nascatur,
& rursus à Iuda prodatur, & in crucem tol
latur, & humetur, & resurgat, vt omnia, q
Gentilis re- eiusdem seriei sunt, impleantur, eodem a-
uolutio. strorum motu secundum Gentilem reuo
lutionem eadem circunferente? Quæ em
hæc impletio fuerit, si ex ijs, quæ tum con-
tigerunt, alia facta sint, alia prætermissa?

Hoc ostẽdant docti homines & librorum
copia gloriantes. Quoniam autem illo de Ari
Trinitate libro intumescentes, falsò nos, [illegible]
vt minus sana side præditos insectantur, at pop
que hac illecebra vulgus pertrahunt, illud ex
scire necesse est, Apollinarium, quamuis [illegible]
diuinitatis nomen Sp. sancto dederit, vim [illegible]
tamen diuinitatis minimè retinuisse. Et
nim ex magno & maiori & maximo, hoc
est, ex Sp. sancto & Filio & Patre tanquam
ex splendore & radio & Sole Trinitatem
constituere (quod quidem in illius libris
disertis verbis scriptum est) diuinitatis sca
la est non in cœlum subuehens, sed è cœlo
deijciens. At nos Deum quidem creditimus
Patrem & Filium & Sp. sanctum, hæc por-
rò non nuda nomina disparesque authoritates
viresq; secantia, sed vnam eandemq; vt ap
pellationem, ita diuinitatis naturã & sub-
stantiam ac potentiam. Quòd si quis hæc [illegible]
quidem ànobis rectè dici censeat, cæterum alias
hæreticorum societatem & communionẽ [illegible]
obijciat: hoc nostrorum quispiam ostẽdat [illegible]
& tum vel permouebimus, vel secedemus. [illegible]
Ante iudicium autem nec aliud quisquam [illegible]
noui, nedum rem tantam & de rebus tan-
tis quidpiam aggredi tutum est. At nos q-
dem de his & Deum hominesq; testes vo-
cauimus, & vocamus. Ac ne nunc quidem, si
mihi credas velim, scripsissem, nisi Eccle-
siam cùm alijs præstigijs, tum etiam præ-
senti vanitatis concilio lacerari atq; dis-
scissam viderem. Quòd si quis hæc nos di-
centes & contestantes aut propter quæstu
commoda, aut humanum metum, aut p-
pter absurdum liuorem animique maleuo
lentiam, aut propter pastoris & gubernato
ris penuriam, aut propter alienorum dog-
matum amorem, & nouitatum cupiditã
tem, vt nullius pretij homines aspernetur,
atque ad istiusmodi homines sese conferat
pclarumq; Ecclesiæ corpus diuidat, quis-
quis ille fuerit, iudicium portabit atq; [illegible]
pud Deum in iudicij die causam dicet. Qd
si prolixi libri & noua Psalteria Dauidij
ex aduerso resonantia, & versuum lepos p
tertio quodam Testamento habentur, nos
quoq; Psalmos elaborabimus, & multa cõ
scribemus ac modulabimur: quandoquidẽ
ipsi quoq; Spiritum Dei habere videmur,
si tamen Spiritus gratia, hoc est, ac non po
tius humana nouatio. Hæc te apud plebem
protestari volumus, ne hominum fermoni
bus, velut huiusmodi malum dissimulan-
tes obruamur, ac pestiferum dogma prop-
ter inertiam nostram & socordiam latius
ingrassari, atque inualescere videatur.

SCHO-

Populari ac diripere) Gr. συλᾶσθαι: quo verbo vtitur Pau. in Epist. ad Coloss. 2. cap.

Occidentali synodo) Damasus vrbis Romæ Episcopus, & Petrus Alexandrinus cum Apollinarij hæresim latiùs serpere cognouissent, coacto Romæ concilio, alienam eam esse ab Ecclesia vniuersali statuerunt: vt scribit Niceph. cap. 12. lib. 11. vbi multa de Apollinario & illius à fide orthodoxa defectione. Romanum illud concilium Occidentalem synodum hic videtur intelligere.

Hominem Dominicum) Christum, Dominicũ hominem vocat Aug. tom. 4. lib. 83. quæst. cap. 36. Hic præstantissimum illud & vnicum exemplum Dominici hominis proponẽdum est, qui cùm se tot miraculis tantarum rerum habere potestatem monstraret, & ea sprevit quæ magna bona, & ea fugiunnit, quæ magna mala imperiti putant. Et eod. lib. 75. Hac voce crebrò vtitur Epiph. in Anchor. & Augustin. pleriq; in locis & præsertim in tract. in Psalm. Dua tamen ipsi non immeritò postea displicuit, quemadmodum videre est lib. 1. Retract. cap. 19. vbi ita scribit. Non video vtrùm rectè dicatur homo Dominicus, qui est mediator Dei & hominum, cùm sit vtiq; Dominus. Dominicus autem homo quis in eius sancta familia potest dici.

Promissa est) Nos ipsi in nobisipsis gerimus adoptionem filiorum expectantes, &c. Rom. 8.

Tametsi Paulus) Paul. 1. Cor. 5. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis: de cuius loci interpretatione contra Apollinarium, qui eo ad suæ hæresis confirmationem nitebatur, vide Theophylactum. Et 2. Cor. 4. Licet is, qui foris est noster homo corrumpitur, si tamen, qui intus est, renouatur de die in diem.

Ambo enim hæc vnum) Lego enim ἀμφω ἓν ταῦτα, non vt in Heruagiano ὁ τῦ, vt τὸ nomen sit numerale, nõ præpositio.

Per totum eundem hominem) Epiph. in Anchorato aduersus Apollinarium disputans, Filius Dei, inquit, totum hominem suscepit, nec quicquam ex homine reliquit: sine alioqui pars relicta diabolo rursus in escam cedat.

In Trinitate) Alius est Pater, alius Filius, alius Sp. sanctus. tres enim distincta Personæ sunt. At non aliud sunt. Vna enim substantia est. Contrà in Christo, alia est diuina, alia humana natura, non tamen alius atq; alius Christus. Sic Aug. cap. 10. lib. 11. de Ciuit. sitorum duorum vocabulorum Alius & aliud longè in ratione Trinitatis diuersam significationem admonet. Spiritus (inquit) Patris & Filij, Spiritus sanctus propriam quadam notione huius nominis in sacris literis nuncupatur. Alius est autem q̃ Pater & Filius: quia nec Pater est nec Filius. Sed alius dixi, non aliud: quia & hoc pariter simplex, pariterq; bonum est incommutabile & æternum. Sic etiam Hilar. lib. 2. de Trin. Alius (inquit) ab alio, quia Pater & Filius non natura diuinitatis alia & alia, quia ambo vnum.

Quos Græci ἀσϛριπτιτίους) Gr. παρεπιγράπτους. Mamus apud Lucianũ in Dialogo, cui titulus est, Iupiter Tragœdus, his verbis vtitur. Ac mihi hoc loco ô Iupiter, soli enim sumus, nec vllus hominum in hoc cœtu est, præter vnum Herculem ac Dionysium, & Ganymedem & Aesculapium, qui not hi sunt & dij ἀσϛριπτιοι, &c. Ἀσϛριπτίτιους autem deos vocabant minorum gentium deos, qui ex hominibus in deorum ordinem cooptati fuerant. Cic. de Legibus deos maiorum gentium appellat, qui semper cœlestes sunt habiti: ἀσϛριπτιτίους autẽ, quos in cœlum merita vocauerunt.

Quod paulatim hominibus) Nimirum Luc. 2. cap. vbi habetur: Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. Quem locum explicans Gregorius, ait hæc verba nũ ita accipienda esse quasi in sapientia progressus faceret, sed quia ipsius sapientia paulatim hominibus innotescebat.

Manichæorum deliria) Manichæi Christi corpus in Sole repositum esse nugabantur, ex illo Dauidis loco Psal. 18. malè intellecto errorem suum haurientes, In sole posuit tabernaculum suum. Vasanam autem & impiam illorum de Sole opinionem vide apud August. cap. 6. lib. 20. cõtra Faustum. Athanas. lib. 3. de Assumptione hominis, Manichæos Solicolas vocat. Hermogenes tametsi hanc hæresim tribuit Theodorit. vt alibi iã annotauimus.

Hoc ipsum Ariani) Ariani Christum animam assumpsisse negabant. Ita passiones diuinitati tribuebant quemadmodum colligit Gregorius. Quod enim corpori motum affert, idem quoque patitur.

Quæ etiam magis homo) Multi hominem sola mente definierunt: Plato præcipuè substantiã ipsam rationalis animæ haberi: corpus autem hominis simulachrum & vmbram. Vide Marsil. Ficinum in argumento 12. dialogi Platonis de Legibus. Vnde Africanus apud Ciceronem in Somnio sic Scipionem alloquitur. Nec enim is es, quem forma ista declarat: sed mens cuiusq; is est quisq;, non ea figura, quæ digito demonstrari potest.

Vt Sarcolatræ) Vt idololatræ vocantur, qui simulachris diuinos honores tribuunt: ita Apollinaristæ Orthodoxos Anthropolatras appellabant, quòd totum hominem à Christo assumptum fuisse crederent, sicq; illum colerent. Eodem itaq; modo Gregorius Apollinarij sequaces Sarcolatras vocat, quòd carnem solam ab eo assumptam fuisse contenderent. Superius enim probauit, eos qui mentem tollant, animam quoq; prorsus tollere, vt pote in qua nihil sit mente præstantius.

Intermedium parietem) Gr. τὸ μεσότοιχον, qua dictione vsus est Paulus Epistola ad Ephes. cap. 2. Hoc autem

loco

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco per medium parietẽ siue interstitium, mentem intelligit Gregorius, qua intermedia diuinitatẽ Christi humanæ carni coniunctam fuisse ait.

Siue carnis) Malebant enim Apollinaristæ σαρκώσεως, i. incarnationis verbo vti, q̃ ἐνανθρωπήσεως: quid totum hominem à Christo assumptum fuisse negarent.

Geometricis q̃;) apud Quintilianum cap. 18. li. 1. Orat. Instit. Geometrarũ rationes dicuntur potentissimæ.

Synecdoches figura) Quid sit Synecdoche, docet & idem Quintil. cap. 6. lib. 8. de illius autem vsu in sacris literis, Aug. cap. 31. lib. 3. de Doct. Christiana.

Comprimenda studio) Hinc Niceph. cap. 13. lib. 11. Apollinarium & Eunomium multos procul dubio in suã sententiam pertracturos fuisse scribit, nisi Basilium & Gregorium Cappadoces aduersarios inuenissent, qui multa aduersus eos scriberent.

Secundũ Gentilem reuolut.) Hunc orbem ab eisdem abeundi & ad eadem redeundi Aug. lib. 10. de Ciuit. cap. 31. Quæ opinio Platonicorum fuit, qui circuitus temporum induxerunt, quibus eadem semper fusa, renouata, atq; repetita in rerum natura, atq; ita deinceps sine cessatione asseuerarent, vt idem Aug. lib. 12. cap. 13. Cur autem hunc orbem necessarium putarent Platonici, exponit Viues lib. 20. cap. 31. Nã docet videlicet cùm certus esset animarum numerus à Deo, cùm mundum hunc architectaretur, creatus, desisse qui terram incolerent homines mundo æterno & hominibus morti subditis. De hac re vide Scholia nostra in primã orat. de Theolog. circa finem, vbi de circuitibus animarum sermo habetur. Cæterum reuolutionẽ hãc videtur ait ingere Tullius in Somnio Scipionis.

Apollinarij) Vincent. Lirinensis in lib. aduersus prophanas nouationes de Apollinario loquens, Quid ille præstantius, acumine, exercitatione, doctrina? q̃ multa ille hæreses multis voluminibus oppressit, quæ inimicos fidei confutauerit errores, indicio est opus illud 30. non minus librorũ, nobilissimũ & maximum, quo insanas Porphyrij calumnias magna probationum mole confudit. Longũ est vniuersa ipsius opera commemorare, quibus profectò summus Ecclesiæ ædificatoribus par esse potuisset, nisi profana illa hæretica curiositatis libidine nouum nescio quid adinuenisset, &c. Multa quoq; in eiusdem laudem commemorat Epiph. lib. 3. priusq̃ ad errorum illius confutationem veniat, leuissimeq; illum tractat, quod videlicet nondum de eius sanitate desperaret.

Alia facta) id est, anima assumpta sit, mens autem prætermissa.

Librorum copia) Basilius in Epistola ad Occidentales Episcopos, cuius initiũ est, Dominum Deum nostrum, Apollinarium voluminibus suis totum orbem impleuisse testatur, non satis illud Ecclesiast. cap. 12. admonentis, Caue multos libros conficias.

Cùm aliis præstigijs) Gr. παρεπέσκιε in Heruagiano. Videtur Bilbaldus legisse ὑπεσκίασε, Et certe ita habet vetustissimus Reginæ codex. Mihi tamen prior lectio magis arridet. Neq; enim ὑπεσκίασε nomen satis huic quadrare videtur cum iis quæ præcedunt, ἐκ μὲν ἀδιανοήτων ὑπαγόμενος ἀκατανοήτοις, πλανᾶται δ̃, &c.

Vanitatis concilio) Sic hæreticorum concilia vocat Dauid Psal. 25. Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniquã gerentibus non introibo.

Et noua Psalteria) Apollinarius Dauidis Psalmos versibus expressit, qui liber non ita pridem Lutetiæ excusus est, præmissis aliquot de illo Suidæ, Sozomeni, & Socratis Græcis elogijs. Idem quemadmodum narrat Socrates in hist. Trip. lib. 3. cap. 16. libros Mosaicos carmine vertit, & quæ in veteri sunt instrumenta historiæ forma conscripta, partim dactylico metro construxit, partim ad formam tragœdiæ dramatice elaborauit. Vide Niceph. ea. 12. li. 11. Ab eo cùm videret Gregorius multos suauitate carminis illectos in errorem pertrahi, vt huic malo medicinam afferret, animum ad componendos versus appulit, multaq; in extrema senectute carmine scripsit. Quin & Hieronymus illum ad 30. vsq; millia versuum scripsisse testis est, quorum ne aliquam quidem partem habemus.

Pro tertio quodam Testamento) Id est, ita ab ipsius sectatoribus efferuntur, quasi tertium quoddam Testamentum è cælo demissum fuerit.

AD CLEDONIVM ADVERSVS APOLLINARIUM, Epistola secunda.

Cur scribat.

Nicena fides.

QVoniam multi ad pietatem tuam accedentes certissimã quandam fidei doctrinam quærunt, eaque de causa à nobis breuem quendam & cõpendiosum sententiæ nostræ tractatũ & regulã amicè postulasti: idcirco pietati tuæ scripsimus, id quod antè literas quoq; nostras perspectum habebas, nos fidei Nicenæ, quæ à [1] sanctis patribus illic ad euersionem hæresis Arianæ collectis, promulgata est, nec quicq̃ vnq̃ ptuliſſe, nec præterire posse: verùm fidei illius esse, Deoq; fauere fore: adiungentes, & super explicãtes id qđ ab illis min⁹ plenè de Sp. sancto dictũ est quo-

Christum fuisse carnem habere.

Verum non fuisse.

Manichæorum deliri.

Hæreticũ vsus.

Arius & Nestorius.

quoniam nondum coorta atque excitata hæc quæstio fuerat, nimirum vnam eandemque Patris & Filij & Sp. sancti diuinitatem agnoscendam esse, Deum quoque videlicet Spiritum profitedo. Eo sigitur, qui ita sentiunt ac docent, pro socijs habe, quemadmodum & ipsi faciemus: eos verò, qui secus sentiunt, auersare, atq; à Deo & Ecclesia Catholica alienos existima. Quando quidem autem & de diuina humanitatis sine carnis assumptione quæstio quædã mouetur, hoc quoq; omnibus de nobis affirma, nos Dei Filium, qui ex Patre primum ac deindè ex sancta Maria virgine genitus est, cõiungere: nec Filios duos nominare, sed vnum & eundem in diuinitate indiuisibili & honore adorare. Quod si quis vel nunc vel in posterum his, minimè assensus fuerit, ipse Deo in die iudicij rationem reddet. Ac nostra quidẽ aduersus vecordem & amentẽ eorum de mente opinionem obluctatio atq; oppositio, vt breui complectar, ita se habet. Soli enim ferme ita docent & assiciuntur mentis errore mẽtem circũcidentes. Porrò ne nos accusent, vt [2] dilecti Vitalij fidem quam ita postulante beato Damaso Romæ Episcopo literis consignatã edidit, prius quidem amplexos, nunc verò improbantes, ac respuentes, age, de eo quoq; paucis differamus. Hic tenim, cum apud germanos suos discipulos arcanorumq; conscios, quemadmodum Manichæi apud eos, quos 3 Electos vocãt de diuinitate disputant totum morbum ipsis detegentes, vix etiã carnem Saluatori tribuunt. Cùm autem cõmunibus de humanitatis assumptione rationibus & argumentis à Scriptura luculenter expressis conuinci ac premi se vident, tum verò pias quidem dictiones cõfitentur, verum circa mentem dolũ struunt, non quidem animæ nec rationis aut mentis expertem nec imperfectum hominem confitentes, cæterùm pro anima & ratione ac mente diuinitatem constituentes, perinde atq; ipsi sola cum carne temperata atq; copulata fuerit, ac non etiam humanę nostrę res & proprietates: etiamsi illa ab omni peccato pura atq; humana conditione sublimior esset, perturbationumque nostrarum expiatrix. Sic quippe illud, Nos autem mẽtem Christi habemus, peruersè ac perquã stolidè interpretãtur, mentem Christi diuinitatem esse dicentes, non autem hunc locum more nostro exponentes, nempe quod ij qui mentem suam ad illius mentis quam pro nobis Seruator accepit imitationem purgarunt, atque ad eam, quantum fieri potest, compositerunt, mentem Christi habere dicuntur: quemadmodum & illi carnem Christi habere dici possint, qui carnem disciplina frenauerint, ac concorporei & comparticipes Christo ea ratione facti fuerint: & sicut portauimus imaginem terreni, ita, inquit, portemus imaginem cœlestis. Eodẽ modo apud ipsos quoque perfectus homo dicitur, nõ qui nostra omnia excepto peccato expertus est, sed temperamentum illud ex Deo & carne cõflatum. Hoc enim, aiunt, quid perfectius? Eadem malitia ἀνθρωπότητα quoque, i. assumptæ humanitatis vocabulum peruertunt; hoc verbum ἐνανθρώπησιν non ita explicantes, vt idem sit, quod, In homine quem sibi circunsixit, extitit, iuxta id quod ait Scriptura, Ipse enim sciebat, quid esset in homine: verùm idem esse affirmãtes & docentes, quod, cum hominibus conuersatus est, atq; ad hæc verba confugientes, Post hæc in terra visus est & cum hominibus versatus est. Quid pluribus verbis contendere necesse est, cùm homine atq; interna imagine subiecta externam tantùm nostri partem per nouã hanc personam atq; in oculos cadentem purificent, adeoque secum ipsi pugnent, vt nunc propter carnem cætera quoq; cratisè & carnaliter exponant (hinc enim illis secundæ Iudaismi manauit, & stulta illa & ridicula mille annorum in paradiso delectatio, illudq; ppemodum, nos eadem rursus post eadem resumere:) nunc rursus opinionem potius q̃ veritatem carnis introducãt, tanq̃ nihil humani passa fuerit, ne earum quidem rerum, quę peccato vacant: atq; ad huius dogmatis confirmationem Apostolicam quandã vocem adhibeant, nec Apostolicè intellectam, nec pronunciatã, nimirũ in similitudine hominum Seruatorem factum esse, & habitu inuentũ vt hoiem, quasi his verbis non humana natura significetur, sed fallax quædam imaginatio & opinio. Quoniam igitur hæ voces, si rectè intelligantur, cum pietate coniunctæ sunt: si malè, impietatem adnexam habent: quid mirum si Vitalij quoq; verba nos quidem in commodiorem magisq; piam sententiã acceperimus, ita suadente voluntate: alijs autem scripti sententia exardescant? Quod Damasus quoque ipse cùm postea rectiùs edoctus fuisset, simulque in pristinis eos expositionibus perstare audijsset, eos ab Ecclesia proscripsit, fideique libellum cum anathematismo deleuit: tum etiam quòd fraudem eam, in quam per simplicitatem inciderat, permolestè ferret. Harum itaque rerum cùm manifestè conuicti sint, non animis exæstuent atque inflammentur: sed pudore suffundantur: nõ mendacijs nos incessant, sed comprimantur, atque

1. Cor. 15.

Heb. 4.

Hær. malè Scripturã interpretãtur.

Ioan. 2.

Bar. 3.

Hær. secum pugnant.

Apostolicæ quidem citant hæretici, sed nõ Apostolicè intellectæ. Philip. 2.

Papa hæreticos ab Ecclesia proscribit.

Damasus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque insigne illud & admirandum orthodoxiæ elogium ex ædium vestibulis obliterent(quo ingressuris statim cum huiusmodi quæstione ac distinctione occurrunt,) Adorandum videlicet esse non hominem Deiserum,sed Deum carniserum. Quo quid stultius ac demētius fingi possit,glorientur licet hoc verbo noui illi veritatis præcones? Quanquam enim subita illa 4 Antistrophe gratiam nonnullam habeat,& velut in calculorum subductione ludificationem imperitos oblectantem:nihil tamē æquè ridiculum,nihil æquè stultum excogitari potest. Nam si quis has voces homo & caro in Deum mutauerit (quarum altera nobis, altera illis placet) ac deinde eximia ista & diuinitus inspirata conuersione vtatur,quid colligetur? nē pe adorari debere non carnem deiseram, sed Deum hominiserum. Omiram absurditatem.5 Absconditam post Christum sapientiam nobis annuntiant:res lachrymis digna. Si enim 30. his ann. fides originem habuit cum 400. fere anni abeo tempore fluxerint,quo Christus palam cōspectus est:inane tanto tempore fuit Euangelium,inanis etiam fides nostra.& Martyres quidē frustra martyrium subierunt frustrā etiam tales tantique antistites populo præsuerunt: 6 versibusque non fidei gratia ascribenda est, Iā varò quis nō eorū eruditionem vnicè admiret,q cùm perspicuè ea quæ Christi sunt, diu tdant,atq; illa verba,factus est,tentatus est,esurijt,sitiuit,satigatus est,dormiuit, humanæ parti attribuāt,qd' autē ab Angelis glorificatus fuerit,& tentatoré vicerit,& populū in deserto aluerit,atq; ita aluerit & mare pedib. ingressus sit,diuinitati assignent. Itemq; illud, Vbi Lazarum posuistis, nostræ infirmitatis esse dicant:contrà,quòd Lazare veni foras clamauerit &quatriduanum mortuum ad vitam reuocarit,supra nos ponāt atque illa verba,In agonia fuit,& crucifixus ac sepultus est,externi integumenti esse affirment:hæc autem cōfidis & resurrexit atque ascendit,interni thesauriculum inquam ad hunc modum res Christi diuidant,nos tamen ita accusant,quasi duas naturas distinctas,aut inter se pugnantes inuehamus,atque excellentem & admirabilem vnionem diuidamus. Atqui par erat, vt,vel quod accusant,nō facerēt,vel quod faciunt,non accusarent:7 si modò sibi ipsis saltem constare proponerent,ac non & sua & aduersariorum dogmata commemorare. Talis nimirum est vecordia : & secum ipsa , & cum veritate pugnat vt nec se in seipsos reuolui sentiant , nec erubescant. Quòd si quis nos vltrò ac liberter,ac non coactos potiùs,ac vi pertractos cordiam coniunctionemque remoremur ac non in eam potius omni studio inumbamus,is malè se existimare sciat,nec est quicq; nec fuit antiquius,quem reditatis nostræ scopum assequi,quibus modum res ipse fidem faciunt,atque deligrant,concordiam prorsus excludant.

Antistrophe.

Ephe.3. Col.1.

Et cur non idem hodie orthodoxi hæreticis obijcient?

Ioan.1. Matth.4.

SCHOLIA.

1. A sanctis patribus) Synodum Nicenam trophæum aduersus omnes hæreses vocat Athanasius in Epistola ad Epictetum,quæ extat & apud Epiph.sub initium lib.3.tom.2. Idem in Epistola ad Episcopos Africæ ad hanc synodum 318.Episcopos conuenisse testu est. Quæ fuerit autem huiusce synodi fides,extat ex ipsa Theologi de illa commentatio à Ruffino Latinà facta: quam & multi patres antiquitus suis scriptis immiserunt.

2. Vt dilecti Vitalij) Vitalius honestate vitæ conspicuus,& Apostolicorum dogmatum alumnus,ab Apollinario tandem correptus est,atq; in hæresim pertractus. Theod.lib.5.cap. 4. Hunc Apollinarij sectatorem Antiochiæ præfecit.Niceph.cap.4.lib.12.qui & illius suprà memmerat cap.12.lib.11. vbi & Apollinaristas Vitalianos dictos ab Antiochenis scribit.Cum Vitalio isto se Antiochiæ congressum, atque multa de natura Christi cum illo disseruisse scribit Epiph.lib.3.tom.2.

3. Quos electos vocant) Augustin.in lib.de Hæresibus ad Quoduultdeum,Manichæos Ecclesiam suam voluisse constare duabus professionibus auditorum,et electorum scribit. Vt autē intelligas,quos electos, quosq; auditores vocarent Manichæi,operæprecium erit verba eiusdem Augustini ex Epist.74. ad Deuterium Episcopum huc ascribere: Auditorem(inquit de Victorino subdiacono loquens)sanè Manichæorum,non Electum,fatetur confessus est. Auditores autem qui appellantur apud eos , & carnibus vescuntur, & agros colunt,& filios generant, vxores habent,quorum nihil faciunt,qui vocantur electi.Sed ipsi auditores ante electos gemma fingunt, vt eis manus supplicibus imponatur,non à solis Episcopis vel Presbyteris aut Diaconis:sed à quibuslibet electis.Solem etiam & lunam cum eis adorant,& orant. Die quoq; Dominico cum illis teiunant,& omnes blasphemias credunt,&c. Hæc ibi Aug. Electorum etiā ipsorum vt & electarum meminit Posidonius Calamensis de Vita Aug.cap.16.

Auri-

4. Antistrophe gratiam) Antistrophe figura est Rhetorica,quæ arguta dictionū conuersione orationi gratiam conciliat,vt cùm dicebat Apollinarius,adorandum esse non hominem deiserū, sed Deum carniserum.

5. Absconditam post Christum) Paulus Eph.3. redemptionis humanæ mysterium vocat sacramentum absconditum à seculis:& Coloss.1.mysterium absconditum à seculis.Id porrò mysterium à Christo Seruatore patefactum est. Hanc igitur alludens Gregorius execrabilem hæreticorum furorē falsissimè perstringit, qui quasi cœlestis hæc sapientia post Christi passionem tecta atq; obscura fuerit, eam nunc à se enunciari,ac velut è tenebris in lucem extrahi gloriantur.

6. Versibusq; non fidei) Si,inquit,eo existimandus est Apollinarius veram fidei doctrinam in lucem extulisse,quòd versus elegantes scribat:non iam fidei,sed carminum suauitati gratia erit ascribenda.

7. Si modò sibi ipsis) Quàm parum sibi constarent Apollinaristæ,docet Epiph.loco suprà indicato.

GREGORII NAZIANZENI DE FIDE

Ruffino Presbytero interprete,tractatus.

EIdes cōscripta apud Niceam à rectè credentibus episcopis trecētis decem & octo. Credimus invnū Deum,patrem omnipotentem,omnium visibiliū & inuisibilium factorem:& vnum Dominum nostrum Iesum Christum,filiū Dei, natum de patre vnicum:hoc est de substātia patris,Deum de Deo , lumen de lumine:Deum verum de Deo vero,natum non factum:vnius substantiæ cum patre : quod Græci dicunt ὁμοούσιον,per quem omnia facta sunt,siue quæ in cœlo , siue quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit , & incarnatus est , & homo factus est, passus est, resurrexit tertia die,ascendit ad cœlos, inde venturus iudicare viuos & mortuos . Et Spir. sanctum.Eos autem qui dicunt, erat quando non erat,& priusquam nascereturnon erat:& mutabilem, vel conuertibilem esse filium dei,hos anathematizat cath. & apostolica Ecclesia. Amen.

Amore catholicæ fidei ductus, iampridem aduersus Ariano's libellum ediderā, quem cùm amico legēdum dedissem,quia placuit,credidit trāsscribendū.A quo hoc ego magnopere postulaui, vt interim dissimulato autore,doctis viris & prudentibus legeret:vt si quem mouisset,quòd illic plus aut minus positum videret,posset plurimorum consilio emendari. Nemo est enim qui sibi tam arroganter summam doctrinæ cœlestis assumat, vt putet se omnia mysteria liquidò comprehensa retinere,cùm Paulus Apostolus dicat: Qui ergo putat se aliquid scire , necdum scit, quemadmodum oporteat scire , & modò per speculum in ænigmate videmus, tunc facie ad faciem . Sin verò cunctis omnia quæ illic scripta erant, iuxta fidem veram constare viderentur , tum & ipse petentibus non negaret . Quod eum ita fecisse , manifestum est. Et quia res digna , tam catholicæ confessioni, quàm hæreticæ responsioni , viuersorum iudicio æstimata est , multi eum vel legere , vel describere voluerunt. Sed non defuit qui vel pro studio doctrinæ, vel pro charitatis officio , ea quæ à nobis dicta sunt, scrupulosiùs retractaret , & quædam ille vel superflua,vel ambigua diceret , quæ aliter posint à quibusdam , quàm à me dicta sunt accipi. Proinde rursus ea ipsa planiori sermone in hoc libello digessi , vt & simplicitatem sensus mei ostenderem , & scrupulum legentibus amputarem. Nam hoc est quod aiunt posse reprehendi,quod vbi verbum Dei ex persona filij posuimus, tale hoc verbum intelligere putemus,quale grammatici tradunt , spiritu oris aerem offensum,intelligibilem auditu.Sed nos sapientiam non huius mundi quæ destruitur , sed illam quæ ex Deo est,nouimus, quæ verbum Dei Deum esse insinuat,cùm dicit:In principio erat verbum,& verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil. Vnde mirari me fateor,hoc ita sentiri potuisse,quasi nos personam propriam verbi, quod est filius,negaremus , quem tot locis verum filium, de vero patre natum,non factum ingessimus. Nemo verbotenus nominat,quem verè esse in persona sua sæpius profitetur. Nam quomodo aut verum filium, aut verum patrem confessi sumus , si non verè proprietatem personarum , tam patris quàm filij seruauimus?Sed quia vnius Dei vocabulum diximus,personas negasse putamur.Et hinc verisimile visum est,quod posuimus.Nos patrem & filium ita nominamus,vt vnū Deum in his personis & nomi-

Ioan.1.

Ioan.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minſbus aſsignemus. Porrò iterum pater & filius, etſi duo nomina appellantur, ratione tamen & ſubſtantia vnum ſunt. Et cùm patrem & filium ſtatuo, vnitátem aſſigno generis. Hæc omnia intelligi poſſe, æſtimata ſunt, quaſi iſta vocabula inter patrem & filium ita poſita ſint, vt eſt nomen & cognomẽ, vnius tñ perſonæ, cùm ex ſuperiorib⁹ aut inferiorib⁹ dictis potuerit hæc ſuſpicio nõ admitti. Qui enim filiũ Dei nõ aliũde natum dixerá, q̃ propriè de patre, totum de toto, integrum de integro, pfectum de perfecto, conſummatáq; virtuté, quomodo potui ipſum patrem ipſum ſibi filium ponere, & hoc modo vnam perſonã duobus nominibus appellare? quippe cùm & hanc ſectam, id eſt, Sabellianam in eodẽ libello damnauerim, & perſonarum diſtinctionem, ſecundum vocabulum ſcripſerim. Nam & nemo pro vna perſona poteſt, vnum ſunt, dicere, vel vnitatem generis, niſi perſonis aſsignare. Quis autem catholicorum ignorat patrem verè eſſe patrem, filium, verè filium, & ſpiritum ſanctum verè eſſe ſpiritum ſanctum? Sicut ipſe Dominus ad apoſtolos ſuos dicit: Euntes baptizate omnes gentes, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Hęc eſt perfecta trinitas in vnitate conſiſtens, quam ſcilicet vnius ſubſtãtiæ profitemur. Non enim nos ſecundum corporum conditionem, diuiſionem in deo facimus: ſed ſecundum diuinæ naturæ potentiam quæ in materia non eſt, & nominum perſonas verè conſtare credimus, & vnitatem diuinitatis eſſe teſtamur. Nec extenſionem patris alicuius ex parte (vt quidam putauerunt) Dei filium dicimus: nec verbum fine re, velut ſonum vocis accipimus, ſed tria nomina & tres perſonas, vnius eſſe eſſentię, vnius maieſtatis, atq; potentiæ credimus. Et ideò vnum Deum confitemur, quia vnitas maieſtatis, plurium vocabulo deos prohibet appellari. Denique patrem & filium catholicè nominamus. Duos autem deos dicere, nec poſſumus, nec debemus. Non quòd filius dei deus non ſit, immò verus deus de deo vero: ſed quia non aliunde quàm de ipſo vno patre, dei filium nouimus, perinde vnum deum dicimus. Hoc enim prophetæ, hoc apoſtoli tradiderunt, hoc ipſe Dominus docuit, cùm dicit, Ego & pater vnum ſumus. Vnum ad vnitatem diuinitatis (vt dixi) refert: Sumus autem, perſonis, aſsignat. Sic & Apoſtolus ait, Vnus eſt (inquit) deus pater, ex quo omnia, & nos in ipſo. Et vnus Dñs Ieſus Chriſtus per quem omnia, & nos per ipſum, ſed non in omnibus eſt ſcientia. Qua de re explanatis his verbis, quæ ſcrupulum non mihi q

Sabellij error.

Matth. 18.

Trinitas perfecta in vnitate cõſiſtens.

Deus verus de deo vero.

Ioan 10. 1. Cor. 8.

ſcio quod dixerim, ſed alijs inferebant, puto occaſionem malę interpretationis fuiſſe ſublatam. Nam & profeſsio fidei manifeſta eſt, & perſona cum vocabulis conſtat, & vna diuinitas aſsignata eſt. Vel ſi eſt aduersus hoc aliquid, quod legentibus ambiguum ſit, videatur in verbis, ad ſenſus debent verba conferri. quia non ſimplicitas verborum, ſed mali intellectus obſtinatio, culpam colligit. At cùm ſenſus noſter cum veritate concordet, & verba debent cum ratione ſincerißima. Vnde à ſimplicitate Chriſtiana, Academicus diſputator abſcedat. Multas quidẽm & graues hæreſes nouimus à pluribus miſebullire, & veneni vice, ad intimum penętrare. Sed vincit ęctus cancri ſui virus infundere. Sed vinci vel facile poſſunt, vel facile vitari. Quatũ prima propoſitione, omne conſilium pectoris proditur. At verò hi quibus multa nobiſcum paria ſunt, facilè poſſunt innoxias mentes, & ſoli deo debitas, fraudulenta ſocietate percutere, dum malorum ſuorum virus, per bona noſtra defendunt. Nihil enim periculoſius his hæreticis eſſe poteſt, qui cùm integre per omnia decurrit, vno tamen verbo, ac ſi veneni gutta, verá illam ac ſimplicem fidem dominicam, & exinde apoſtolicæ traditionis inficiunt. Vnde vehementer nobis cauendum eſt, ne ſe vel ſenſibus vel auribus noſtris huiuſmodi aliquid latenter inſinuet. Quia nihil tam cogit in mortẽ, quàm ſub obtentu pietatis fidei integritatem eiuſdem fidei violare. Vt enim gypſum aqua permixtum, lactis colorem mentitur, ita hic peruerſi ſimilem confeſsionem, traditio inimica ſuggerit. Qua de re, non ſimilitudo cõfeſsionis, ſed ſenſus mentis eſt ponderandus, quia confeſsio ipſa firmatur. Deniq; ſi diligentius & accuratius attendatis, cur voluerunt de euangelica & apoſtolica fide, ac æquè patrũ traditione, vnius eſſentiæ nomen auferri, procul dubio probatis hæreſim Arianam ſubtili compendio, breui iam ſublato hoc nomine intromiſſam. Nè hoc quidem ego ſuſpicione aut opinione collectum aſſirmo, nec (vt ipſi putant) Academicus diſputator aſsiſto, vt ſimplices verborum ſuorum, & tenui argumento compoſitos, in lite contorqueam: ſed vt cõtortos & praua cognitionis exponã, quo facilius poſſit cognita & comperta iniquitas abominabus euitari. Quæ etenim cauſa, quæ verò ratio extitit, vt quod docendum, quod credendum cunctis eccleſijs fuerat traditum, quodq; patres noſtri apoſtolici viri cõtra vniuerſas hæreſes, vel maximè Arianam, quaſi quendam obicem veritatis, quo omnes aditus peſtiferæ doctrinæ obſtruerẽt, ſancto ſpiritu mundati, catholica ratione poſue-

Similitudo fraudi.

Ioan. 10. Pſal. 44. Verbum bonum Dei filius.

poſuerunt, nunc magno niſu ab his qui tũc elogio Arianæ labis addicti ſunt, laboretur auferri, nili vt filium dei mutabilem & conuertibilem, vtpote nõ de propria patris ſubſtantia conſtitiſſe confingant. Et qui initium ex tempore, & ortum ex nihilo, & nomen ex altero habere ſemper docuerunt, propter q̃ ſæpe dãnati ſunt, nunc iam libere & ſecure cunctis Eccleſijs tradere & inſinuare poſsint. Videtis ergo omnia eos in tractatu ipſorum, non euangelica fide, ſed ſubdola malignitate ad ſeducẽdos ſimplices quoſq; poſuiſſe. Vnde non tam ſuſpectum, quàm manifeſtum omnibus eſſe debet, ita eos Deum ex Deo poſuiſſe (vt Arius tradere ſolebat) vt ex Deo factus ſit, non de Deo natus. Qui ſi natus eſt, vnius ſubſtantiæ eſt: Si factus eſt, filius verus non eſt. Et ſi verus filius non eſt, nec etiam verus Deus eſt. Aut ſi verus Deus eſt, & de patre non eſt, duo ſunt, habentes ſinguli & voluntates proprias & imperia diuerſa. Vel ſi concordia tantum & ſocietate vnum ſunt, non tamen & ſubſtantia, verus (vt iam dixi) Deus non erit, & ſic erit Deꝰ, vt Moyſes Pharaoni, poteſtate, nõ genere. Filius quoq; ita credendus eſt, vt per Eſaiã populo dictum eſt: Filios generaui, & exaltaui. & alibi, Dij eſtis. &, Filij altiſſimi omnes vocamini. Sed & primogenitus ita habebitur, quomodo & Iſrael à Deo primogenitus filius appellatus eſt. Necnon & primogenitus totius creaturæ, quaſi in ordine factorum primogenitus habeatur, vt ex eo ſeriẽ quandã creãdis mundi rebus aſsignent. Deniq; ſublato ὁμοούσιον. i. vnius ſubſtãtię vocabulo ſimilitudinem genitoris poſuerunt, cùm aliud ſit ſimilitudo, aliud veritas. Nam & homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt: nec tamen quod eſt Deus, hoc etiam homo conſtitiſſe credendus eſt. Ita & filium Dei, ita Dei ſimilem volunt, vt aliunde ſimilem, non de vna ipſa ſancta & beata patris ſubſtantia dicunt. qui ſi de patris ſubſtantia non eſt, ex οὐκ ὄντων eſt. i. ex nullis extantibus, vt idem Arius dixit. Sublato enim illo quod ex patre eſt, vndecunq; fuerit filius, neceſſe eſt vt & initium ex nihilo, & ortum ex tempore habeat. Nihil enim ſine initio niſi ſolus Deus, vnde & filius, ſicut ipſe dominus ait, Ego & pater vnum ſumus. Quod ideò dixit, vt duarum perſonarum vocabula, vnius deitatis maieſtatisq; demonſtraret. Sicuti & propheta ex voce Dei, Eructauit (inquit) cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Vides ergo hoc verbũ bonum filium dei eſſe, quem non aliunde, quàm de paterno pectore, & (vt ita dixerim) de vtero cordis dei credimus extitiſſe. Et proinde eum regem appellauit, quia ipſe eſt rex regum, & dominus dominorũ. Cui & omnia opera diuina ſubiecta ſunt: Omnia (inquit) patris mea ſunt. De hoc & Euangeliſta, In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Omnia per eum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Igitur quod in principio erat, ſemper fuiſſe credendum eſt. Sed nec aliunde eſſe quàm de deo, quod principium nõ erat. i. de corde patris: quia eructauit (inquit) cor meum verbum bonum. Nõ enim dixit, In principio factum eſt verbum, ſed in principio (inquit) erat. Quodcunq; principium verbi aſsignare voluerit, præiudicatum habebit: quia in principio, inquit, erat, non quòd duo principia ex rerum diuerſitate dicamus: ſed quia ſermo filius ſemper cum patre, & de patre natus eſt, ac perinde cuius origo principium non habet, ſempiternus cum patre credendus eſt: quia nec pater poteſt vnquam ſine filio nominari, nec filius ſine patre vocari. Ac per hoc ſi ſemper non fuit, verus deꝰ eſſe non poteſt. Sicut in ſophiæ nomine, quia ſecundum Apoſtolum, ipſe eſt ſapientia patris: ego (inquit) ex ore altiſſimi prodiui. Nõ ergo aliunde quàm de patre, quia ſemper cum patre. Et ideo ſapientia dei appellatur, vt nunquam pater ſine ſapientia, hoc eſt, ſine filio ſuo eſſe credatur. Hæc eſt illa ſapiẽtia ineffabilis, quæ initio viarum dei apud Solomonem, vel condita, vel genita, vel creata deſcribitur. Quam tamen ſic cõditam dicit, vt ſemper eam cum deo fuiſſe demonſtret. Quod enim initiũ Deo dabit, vt initium, quod Chriſtus Ieſus ſapientia patris ſit, & nunquam pater ſine ſapientia ſua ſit, poſsit ſapientiæ ipſius conſignare? Non enim ita Deus ſapientiam ſuã condidit, quaſi aliquando ſine ſapiẽtia ſua fuerit: ſed cùm initium viarum dicat, initium motus operis alicuius oſtẽdit: vt hoc initium habeat ſapientia Dei, quod de Deo proceſsit ad creanda omnia, tam cœleſtia quàm terrena, non quomodo cœpit eſſe, ita creata eſt ſapientia, immò genita. Non ſibi, quia ſemper erat, ſed his quæ ab ea fieri oportebant: vt quia qualis & quanta eſſet ſciri non poterat, de effectu operum ſuorum, virtus eius & potentia noſceretur, vt dum conditorem de conditis æſtimamus, tum magis timeamus, cùm facta miramur. Hæc eſt illa (inquam) ſapientia Dei quæ dicit, Ego ex ore altiſſimi prodiui. Vniuerſitatis conditrix & effectrix, id eſt filius Dei, per quem omnia, & in quo omnia. Quia Apoſtolus dixit, In ipſo conſtituta ſunt vniuerſa, in cœlis & in terra: viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue virtu-

Ioan. 17.

Sermo. 1. Cor. 1. Eccl. 24.

Prou. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes,siue dominationes,siue principatus,siue potestates,omnia per ipsum, & in ipso condita sunt,& ipse est ante omnia,& omnia ipsi constant. Hinc & Salomõ,Cùm sit (inquit) vna, omnia potest, & permanens in se,omnia innouat,& per nationes in animas sanctas se transfert. Quod firmans Apostolus,ait,In interiori homine habitare Christum: vt per quem à principio omnia facta sunt,per ipsum in fine cuncta saluentur. Si dicis mihi ὁμοούσιον (quod est vnius essentiæ nomen)ob hoc nominari non oportere,quia inscripturis diuinis nõ cõtineat. Quæro autem ô homo, qui hoc prohibes, vtrum ideò nominari nõ debeat,quia scriptum non est,an quia credi ita non licet? Quod si ita credendum est,cur non ita profitendum? Corde enim, inquit) Apostolus, creditur ad iustitiam,ore autem fit confessio ad salutem. Aut si ideò nominandum non est,quia nec ita credendum, obtinuit Arianæ labis assertio. Quæ ideò patrem & filium vnius essentiæ denegauit, quia filium Dei modò ex nihilo, modò ex patre, sed ab alia substantia,quãdo voluit,& quomodo voluit,& vnde voluit,factum inducit,dummodo aliunde eum,& non de eo, quod pater est extitisse confingat. Quem etsi natum dicit, sed hoc dicto tenus,quia rursus omne quod natum est,factum intelligit,eo quòd & nos à Deo geniti appellamur,quos constat esse facturam. Vel si Arianus non es,verum filium de vero patre natum,non factum agnoscis,cur non eum cum patre vnius substantię confiteris ? Frustra times ô homo profiteri quod credis : aut frustra credis : si ita non profiteris : & meritò hæreticus denotaris. Et quanquam nunc immutaueris dictum,quo putaris prohibuisse Dei filium nuncupari facturam: sed cùm subiungis, sicut aliquid horum quod factum est,ex aperto ostendis, non ob hoc facturam dici voluisse,quasi non debeat factus intelligi, sed nõ ita factum vis,sicut aliquid horum quod factum est,sed tamen factum. Aliter enim dicis factum, vtpote perfectam creaturam,per quem facta sint omnia, dummodò & ipsum factum intelligas, licet nõ ita vt cætera. Sed vt ad id reuertar quod dicis in scripturis diuinis, ὁμοούσιον, id est, vnius essentiæ vocabulum nõ inueniri. Finge hoc interim,sic fit,vt vbicunq; substantia legitur,res Dei,nõ Deus accipiatur. Quid ꝙ & aliud tu quod scriptum non est pariter profiteris,id est,Deum ex Deo,& lumen ex lumine? Quid ad hæc dicis? Aut totum mecum tene,aut totum omitte. Si vnius substãtiæ vocabulum ideò times dicere, quia scriptum nõ est, timere identidem debes,

Coloß.1.

Sap.7. In interiori homine Christum habitare. Ephes.3.

Nõ scripta credenda tamen. Rom.10.

Arianifiliũ ex Deo factũ nõ natũ asserunt.

Deum ex Deo,& lumen ex lumine profiteri. Sed ego probo Deum de Deo,lumen de lumine vnius substãtiæ vocabulum in scripturis dominicis contineri, cùm ipse Dei filius,qui Deus est,in Euangelio suo dicat, Ego de Deo patre exiui. Iure & merito Deum de Deo profitemur: quia de Deo patre filium Dei,Deum verum de Deo vero natum esse cognoscimus: sed non cogenere,vt nos dij sumus appellari, vel vt Moyses Pharaoni Deus sit dictus: sed quia verus filius de vero patre natus,nõ factus est, verè & confidenter Deus de Deo dicendus est. Sic & lumen de lumine,quod scriptum non est,mecum quidem dicis, sed mecum omninò non sentis. Et quia scriptum est de patre Deo,lux est,& de filio: hoc verum lumen,quod illuminat omnem hominem venientem in mundum,& lux lucet in tenebris,id est,Christus in sæculo,& tenebrę eum non sunt assecutæ. Hi scilicet homines,quorum ignorantiæ tenebris occæcatum cor,Christum Deum & verum Dei filium nõ agnouit. Sed ipse Dominus dicit, Ego sum (inquit) lux mundi. Qui me secutus fuerit,in tenebris non ibit, sed habebit lumen vitæ. Ergo quia lumen pater,& lumen filius, rectè lumen de lumine credimus. Tu autem non lumen de lumine, sed lumen ex lumine ita asseris, quasi à patre, qui verum lumẽ est, aliud lumen sit factũ, quod de ipsa patris substantia non sit, sed sicut aliud quod libet lumen, quanquam à Deo sit factum, longè tamen aliud sit ab eo qui fuerit, Et ideò lumen ex lumine, non de lumine dicis. Cùm ergo hæc quæ prolocutus sum, mecum ita non intelligas, tamẽ ea ipsa quomodocumq; pronuncias, cùm scripta non sint, cur non & vnius substãtiæ vocabulum, quod in scripturis non pariter tas contineri, mecum pariter profiteris? nisi quia tu in illis tuis habuisti, quomodo malignos sensus tuos occulta fraude in vtroq; contegeres, vt mecum hoc ipsum sono vocis exprimeres,& tamen longè dissenti intelligentiam separares. Sicut & illi hæretici, qui resurrectionem carnis negant, & ad decipiendas animas simplices, Væ dicunt his qui non in carne resurgunt. Sed si discutias eos qui hoc dixerint, cùm scias illos carnis resurrectionem omninò negare, dicent tibi: Væ illi vtriq; erit, qui in carne baptizatus non fuerit, vt anima ipsius dum in corpore est de morte delictorum suorum,& sepulchro criminum, per baptismum in eadem carne resurrectionẽ negat. Sicut ergo hi verbo tenus defendãt (nam ipsius carnis salutem excludunt) ita & hi per verisimilem confessionem,innocentium mentes occulta fraude seducunt, & vt

Ego de Deo patre exiui. Ioan.8.

Deum ex Deo profitemur. Ioan.8.

Deum de Deo dicendus. Ioan.8.

Lumen de lumine. Ioan.8.

Ioan.1.

Ioan.8.

Ioan.11.

Resurrectionem carnis negant. Ioan.5.

Ioan.6.

Ioan.3.

Nereste lethali poculo similis.

& vt solet lethale poculum, mellis dulcedine temperatum, suauitate fallente peri mere: sic & hoc malum per blandimenta aurium, audientium sensus quadam labe contaminans, contagione ad hærentes insicit. Deniq; & nunc potuissent homousion, sicuti & cætera verbotenus nominare, si habuissent quomodo illud ad aliam intelligentiam sæuo sensu peruerterent. Sed cũ viderent se in hoc verbo concludi, nullam omnino mentionem huius rei fieri voluerunt, nec aut profitendo crederent, aut credentes professi viderentur, subtili ingenio excusantes, quod aut scriptum non esset, aut Deum in substantia dici non oporteret, ne corporeus crederetur. Deus etenim (inquit) efficit vt sit substantia, non tamen vt ipse Deus in substantia deputetur. quippe aiunt, Cùm omnis substantia contraria recipiat: Deus verò, qui nihil diuersum admittere potest substantia dici non debet. Ignoscerem tibi, si hoc simpliciter diceres: si rationem velles scire, si rudis ad hãc quę stionem accederes, si non ipse esses qui semper de alia substantia, vel de nullis existentibus Dei filium assereres. At cùm idem ipse sis, qui hinc sæpè conuictus, sæpe confessus, sæpe negando, sæpius vt aliter immutãdo damnatus sis, qui etiam nunc me ambitione & potentia regum exagites, ac turbes omnia, quomodo me putas ignoscere tibi posse, frequentius eadem retractanti? Sed ne videatur hæc peruersitas præiudicata magis quàm exanimata dãnari, breuiter tibi de hac oppositione respondeam.

Deus an substantia.

Prohibes itaq; in Deo substantiam nominari, quasi omne quod substantia dicitur, res ipsa vnius generis habeatur. An ignoras aliter cœlestia, aliter etiam terrena cõstare, sed & in ipsis cœlestibus atq; mundanis rebus magnam differentiam interesse? Aliter enim angeli, aliter singulæ quæque virtutes constitutionum suarum substantias acceperunt, sicuti Apostolus ait: Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. Sic & in hoc mundo, vt diuersa genera rerum, ita & diuersa corpora animalium. Et omnia sui cuiusq; generis substantia noscuntur, sicut Apostolus dicit, Non omnis caro vna atq; eadem caro. Si ergo ea quæ à Deo facta sunt, diuersas qualitates substantiarum suarum habent, tu putas in Deo talem esse substãtiam, quã habet aliqd horum, quod factum est vt posit contraria recipere? Absit. Quæ est enim substantia Dei, nisi ipsum quod Deus simplex, singulare, purum, nulla concretione permixtum, limpidum, bonum, perfectum, beatum, integrum, sanctum, totũ? An tu putas inane aliquid esse & vacuum

1.Cor.15.

Substantia dei quid?

quod Deus est? hoc enim dici, blasphemia est, vt inane putetur, per quem cuncta consistunt, qui omnia verbo edidit, ratione composuit, virtute perfecit. Cuius nutu & imperio vniuersa geruntur, cuncta deseruiunt: & bene quod de Deo in lege scriptũ est, Ego sum qui sum. &, Qui est, misit me. Et ipse saluator & Dominus, Hæc est (inquit) vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Est ergo in essentia sua Deus, cuius cognitio vita æterna est, qui est tãtus, quantus dici non potest qui tunc dignè æstimatur, cùm inæstimabilis dicitur. Est vtiq; velis ac nolis. Ergo ipsum quod est, hoc erit substantia huius rei, quæ esse defenditur. Quod tamen (vt iam dictum est) quantus & qualis sit, nec mente concipi, nec sensu æstimari, nec animo definiri potest, dũmodo constet esse quod creditur, vt de eo ipso quod Deus est, inde sit filius, & verus sit filius, & verus sit pater in filio, & filius in patre. Hoc erit ὁμοούσιον, hoc est, vnius essentiæ cum patre: sicut ipse Dominus ait, Ego in patre, & pater in me. Ego & pater vnum sumus: &, Ego de Deo patre exiui. &, Qui me videt, videt & patrem, non imeritò, quia filius Dei de Deo patre natus est, & ideo de vnitate substantiæ, & de maiestate diuinitatis vnum sunt, sicuti & Ieremias propheta ait: Quis stabit in substantia Domini? Et iterum apud eundem, Etsi stetissent in substantia mea, auertissem eos ab studijs eorum pessimis. & apud Salomonem, Substantia mea, dulcedo mea est. Cũ ergo hanc vnitatem substantiæ in patre & filio, non solùm prophetica, sed euangelica autoritate cognoscas, quomodo dicis in diuinis scripturis ὁμοούσιον nõ inueniri, quasi aliud sit homousion, quàm quod dicit, Ego de Deo patre exiui. &, Ego & pater vnũ sumus: vel qđ prophetæ ex aperto substantiam dei intimarunt. Hæc est autem omnis ratio in patre & filio, vt vnitatem substantiæ credas, licet rem ipsam quæ est inenarrabilis, definire non possis: vt siue lumen de lumine dicas, siue virtutem de virtute, siue spiritum de spiritu, siue deum de Deo, quodcunq; de Deo dixeris, vnius tamen essentiæ patrem & filium credas. i. de eo ipso quod pater est, filium natum intelligas. Nam si aliquam comparationem de his rebus quę videntur, in eo facias, ipsa dissimilitudine rerum, non rationem ostendis, sed altercationem disputationis inducis. Et quia ex voce Dei scriptum est, Cui me comparabitis? ac perinde Deus, cui assimilari nihil potest, sufficiat credi quod esse sentitur, quia ipse credi se voluit, non indicari, nec examinari. Deniq; de hoc ip-

Ioan.14.10.

Ioan.10.

Hiere.23.

Sap.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa.46. so quod mecum profiteris, si aliquam similitudinem velis in Deo conferre, nescio an quod comparueris, possis expressiùs definire, vt puta cum dicit, Lumen ex lumine, si ad explanãdum illud scrupulosa narratione cogaris, quæro quomodo lumen ex lumine credas, vtrum quasi lucernam ex lucerna, vel quasi solem ex sole, vt aut duas lucernas, aut duos soles, quasi duos deos sub hoc exemplo inducas, in splendorem luminis eiusdem de lumine, vel claritatẽ solis de eodem sole fulgentem, de lumine lumina signes, vt in matrice luminis patris figuram assimiles: filium verò in splendorem eiusdem claritatis ostendas, vt ex eo propheta dixerit. Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. vel Salomon cùm dicit, Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula, Dei maiestatis & imago bonitatis illius. Apostolus hinc prædicauerit, saluatorem nostrum imaginem esse inuisibilis Dei, eo quòd & imago solis lux sua sit, quæ de eodem sole procedit. Sed quanta ad hæc responderi possunt, quæ lites generant, quod Apostolus prohibet, longum est dicere: quippe cũ constet lumen illud quod est æstimari, cõprehendi & definiri non posse, nec debere ex his quæ in mundo, sunt maiestati diuinæ aliquid comparari: quia nihil de omnibus istis quæ videntur aut dicuntur, secundum hoc quod Deus est condigna similitudine æstimari potest, quippe cùm ipsis intellectibus & sensibus maior sit. Et ideo præmonui, vt tantum de vnitate substantiæ crederes, & verum filium de vero patre cognosceres: de qualitate autem rei requirere nõ deberes, quia quale aut quãtum sit, scire non potes. Hoc enim prophetæ, hoc apostoli prædicauerunt: deniq; pro captu, pro viribus, pro fide intueamur Deus quid sit, & videamus an ei aliquid possit comparari. Certè hoc est Deus quod cùm dicitur, non potest dici, cùm æstimatur, nõ potest æstimari: cùm definiẽ, ipsa definitione crescit, quia cœlum manu sua cooperuit, pugno omnem mundi ambitum concludit: quem omnia nesciũt, & metuendo sciunt. Cuius nomini & virtuti famulatur hic orbis, & ipsa elementorum sibi succedentium momentanea vicissitudo testatur. Hoc inquis. Vide ergo si potest aliquid esse, cui possit pater & filius comparari, quia talis est filius, qualis & pater. Non enim ipse vnum cum patre se diceret, nisi talem se de patre, qualis est & pater sciret. Ratio quædam quæ apud Græcos nuncupatur λόγος, quæ inter patrem & filium, personas vel vocabula distinguit, quia & ipse filius ratio dicitur. Quæ tamen ratio multis nominibus appellatur, modò verbum, modò virtus, modò sapientia, modò dextra, modò brachium, modò margarita, modò thesaurus, modò retia, modo aratrum, modò fos, modò petra, modò lapis angularis, modò agn⁹, modò homo, modò vitul⁹, modò aquila, modò leo, modò via & veritas & vita, cùm sit Deus omnia in omnibus, vt per hæc vocabula diuinarũ dispositionum mysteria cognoscantur, non vt ipsa maiestas filij Dei propriè definita monstretur. Hæc est enim filius Dei, eo quòd pater est alius idem, per quem facta sunt omnia. Nam hoc verbum nuncupatur: quia semper in patre & de patre, & nihil sine eo pater iussit, aut fecit. Virtus dicitur, quia propriè de Deo est, & omnis potestas patris in ipso cõsistit. Sapiẽtia appellatur, quia nõ aliunde quàm de patre veniens, credentibus arcana cœlestia reseruauit. Dextra nuncupatur, quia per eum omnia diuina opera perfecta sunt. Brachium dicitur, quia ab ipso omnia continentur. Margarita appellatur, vt nihil tinentur. Margarita appellatur, vt nihil lo preciosius habeatur. Thesaurus dicitur, vt in ipso omnes opes & diuitiæ regnorum cœlestium reconditæ cognoscantur. Retia dicitur, quia per ipsum, & in ipso de matri sæculi diuersa gentium multitudo, more piscium per baptismum in ecclesia congregatur, vbi bonorum malorumq; discrimen agnoscitur. Aratrum nuncupatur, quia signo crucis eius, dura pectora subiguntur, vt necessariò semini præparentur. Fons aquæ viuæ appellatur, quia ex eo sapientium corda cœlestis aquæ gratia irrigantur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam præstat. Lapis angularis dicitur, quia vtrosq; parietes noui & veteris testamenti, ipse vnus & mediator in semetipso continens copulauit. Agnus appellatur, vt innocentia Christi & passio demonstretur. Homo dicitur, quia secundum carnem propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia propter nostram salutem immolari sustinuit. Aquila dicitur, quia post venerabilem resurrectionem, vt rex alitum ad patris reuolat sedem. Leo est diabolum virtutis suæ potestate commicctus, quia ipse est rex regum qui mortẽ ac nuit. Via est, quia per ipsum ad patrem accessus est. Veritas est, quia mendacium nescit. Vita est, quia dat vitam, & ipsum hæc vniuersa significant. Vides ergo propter hæc vocabula, significationes dispositionum, & operum diuinorum præostensas, non tamen ipsum propriè definitum. Est ergo Deus pater immensus, æternus, incõprehensibilis, inæstimabilis. Est & filius Deus & Dominus noster, tantus, quantus & pater, sed non aliunde quàm de patre. Quia ego (inquit) de Deo patre exiui, hoc est, lumen de lumine. Sed ne ex eo occasionem aliquam hæreticus rapiat, cùm duo nomina vel duas personas, id est, patris & filij statuo, quasi duos deos, ex diuersitate confingam: nos verò patrem & filium ita nominamus, vt vnum Deum in his psonis & nominibus consignemus. Viderint philosophi, viderint hæretici, discipuli philosophorum, cum dijs & nominibus & cœlis suis, apud quos iste numerus deorum, potestatum diuersitate variatur, nobis tamen vnus est deus pater, vt Apostolus dixit, ex quo oia, & nos in ipso: & vnus Dominus Iesus Christus, deus dei filius, per quem omnia, & nos per ipsum. Nam duo, quid aliud intelliguntur, quàm duorum per partes diuersa substantia, & cum ipsis nominibus dissocia natura agendi ac iuuandi, tam voluntas quàm imperia diuersa? Porrò pater ac filius, etsi duæ personæ creduntur, ratione tamen & substantia vnum sunt. Nam in æqualium societas, melioris offensa est, & iniuria eius qui verus deus est, si ei non verus alius cõparatur, Deum cui iniustè cõparat, violat. Cùm autẽ ego patrẽ & filium statuo, vnitatem generis assigno. Etsi illa in personis diuido, discretio tamen personarum rursus eadem nomina in vnitatẽ sui naturalis fœderis lege cõsignat. Vnde & tãtus est filius, quãtus videbit pater: totus de toto, integer de integro, perfectus de perfecto, consummataq; virtute, sicut Apostolus dicit ad Colossenses, In quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus ois creaturæ, quoniã in ipso cõdita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominatiões, &c. & Ieremias receptis simus prophetarũ hãc vnitatem deitatis in patre & filio sciens, ait: Hic est Deus noster, & non reputabitur alius absq; illo, Qui inuenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto sibi. &, Post hæc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est. Et hoc ipsum prædicat Isaias, dicens: Hæc dicit Dominus Deus: Fatigata est Aegyptus, & negotiatio Aethiopum & Sabaim viri excelsi ad te trãsibũt, & tui erunt serui: & post te ambulabunt, vincti compedibus pergent, & in te precabuntur, quoniam in te est Deus, & nõ est alius præter te. Tu eñ es Deus saluator Israel, & nesciebam⁹. quod ne putes me eo supercilio dixisse, quo Sabellius, frater, qui ipsum patrem, ipsum filiũ profitetur, non ita nos totum in vnam essentiam cogimus, vt aliorum hæreticorũ fraude capiamur: sed quia ipso nomine personarum authoritas indiscreta cognoscit, & filius non genere, sed persona alter à patre nominatur. Proinde totum patri asscribimus, quod est filij: & totũ filio, quod patris est. Nihil enim non videbitur patris, quod iudicabitur filij: nihil nõ filij, quod iudicabitur patris, quia vnitas maiestatis nõ finit deos plurali vocabulo nuncupari. quippe cùm cõstet patrẽ & filiũ, vnius esse substantiæ, vnde vterq; vnus deus est dictus: illud ante cuncta metuẽtes, ne si pater & filius vnum non sunt, in inuidiam recurrat authoris interpolata natiuitas. Hoc eñ placuit hæreticis, vt si sit deus ille omnipotens, inuisibilis, immensus, degenerare tur in filio, non modò potestate, sed & conditione mutata: quasi nõ potuerit pater de semetipso talẽ habere filiũ, qualis ipse est. Itaq; inde nos filium verum, de vero patre natum, nõ factum, vnius substãtiæ cum patre defendim⁹. Et hoc est qd Græci homousion appellant, i. alium ipsum, vt audiẽtia nominum personæ fierent, non vt substantiam vocabula separarẽr. Sed vt omne mysterium hæresis Arianæ tradatur, cur noluit filium dei de patris substantia credi, breuiter intimabo. Aiunt etenim: Cùm sit deus pater, omnipotẽs, inuisibilis, incõuertibilis, perfectus, semper idem, æternus: filius verò visibilis, quia sæpe à patribus visus est: & conuertibilis atq; mutabilis, quia varijs figuris singulis quibusq; sese mõstrauit. Quia si de patris (inquiunt) substantia esset, fieri posset vt & carnem assumeret, & inuisibilis tamen atq; immutabilis cerneretur: sed potius in ea qualitate qua pater est, permansisset, ex cuius substantia erat. Quia quod de patre est, nec videri, nec mutari, nec conuerti posse credendum est. Accedit ad causam, quia cùm illapsus est in uiriam, cùm virginis vterum oppleuit, aliud vtiq; ex illa, quàm qd venerat, natum est. Vnde iam (inquiunt) corrupta substantia, statum vertit, ordinem perdit, continuo immutatione ipsa formatus de Deo in hominem, de spiritu in carnem: & vtiq; translatio omnis, interemptio est pristini. Ac per hoc aiunt, Si filius de patris substantia esset, posset etiam pater minor videri substantiæ suæ vel translatione, vel fine. Et, proinde filium ex alia substantia credere maluerunt, q̃ verti & mutari & videri posset, quia hæc de patris substantia credi non liceat. Hæc est causa erroris, hæc origo hæresis Arianæ, dum nõ intelligunt virtutem dei, neq; tanti sacramenti dispositionem agnoscunt, vt deum humanis conditionibus compararent. Quibus primo in loco respondendum est, filium dei nõ ita visum, vt deus erat, sed vt homo poterat. Deinde in

Lumen ex lumine.

Psal. 35. Sap. 7. Col. 1. 2. Tim. 2.

Deum esse incõprehensibilem.

Esa. 43. 40.

Ioan. 10.

Dij plures esse non possunt.

Alius ipse.

Cur Arius negat filiũ de substantia esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

varijs figuris non mutabilem & conuerti-
Visio filij pa tribus facta qualis sit. bilem ipsum,sed esse hoc potentiæ Dei, vt cùm se singulis prout vult reuelare dignetur,habitum mutet,non substantiam vertat:nec proprietatẽ qualitatis amittat, sed iuxta meritum videntis tẽperamẽtum maiestatis adhibeat:ipse tamen idem vt semper est,in substantiæ suæ proprietate permaneat.sicut scriptum est, Mutabis eos & mutabuntur,tu autem idem ipse es,& anni tui non deficient. Nam etsi multa sunt
Psal.101. ex his quæ in hoc mundo videntur,quę ex alio conuertuntur in aliud,vt desinant esse quod erant, & hoc sint quod retro non fuerant:vt limus,cùm in hominem figuratur,limus esse iam desinit: vt lutum figuli cùm solidatur in testã,vt lapis cùm dissoluit coctꝰ in calcem,vt arena cùm mutatur in vitrum,& cætera,quæ longum est recensere.Sed multùm interest,stulte hæretice, inter ea quæ facta sunt,& eum qui fecit: cũ omnia quemadmodum voluit fecit. Quæ autem facta sunt,assciptæ conditioni deseruiunt.qui verò fecit, suæ voluntatis & proprij iuris est:neq; potest in aliud quàm
Angeli. est,aliquo cogente mutari:sed prout vult, & cui vult sese demonstrat. Nam si angeli in figura hominum sæpe sunt visi,& tamẽ aliud non sunt quàm quod esse norunt:neque substantiam mutant,cùm formam humani corporis sumunt, quanto magis ipse Dominus,qui omnia fecit, qui ipsis angelis,vt hoc possint,sua institutione concessit?Huc accedit,quòd filium Dei (vt iam dictum est)ita visum à patribus approbamus,vt nõ totum in illo,quod est Deus videretur:sed vt dispositiones rerum futurarum,quæ suis quibusq; temporibus complendæ erant,in illo per imaginem cernerentur.Nam quis filium Dei videre potuit antequam conspicabilem materiã quæ ei complacuit, assumpsit, vel ipsum hominẽ induere dignatus est? Qui si Abrahæ visus
Gen 18.32. Esa.9. est,sed in forma humani corporis visus est, quòd scilicet postremis temporibus in homine venturus esset,ostendit.Iacob etiam alibi in angelo, alibi æquè videtur in homine.Qui ideò se in angelo demõstrauit, vt nuncium se magni consilij indicaret.In hoſe verò cum quo colluctatus fuisse describitur,vt imaginem futuræ colluctationis, quam cùm Israel habiturus erat,cùm secundum hominem aduenisset,perspicuè indicaret.Sed vt Deum crederet,cum quo tanto certamine sub figura hominis luctabatur,Israel, homo videns Deum, nomẽ accipit. Vidi enim(inquit) Deum facie ad faciem,& salua facta est anima mea.Et vtique figuram hominis viderat, quam deus dei filius induerat.Moysi in rubo in flamma ignis apparuit, vt lumen credentibus, incredulis iudicium ostenderet:quia Christus credentibus salus est,non credentibus
Exod.3 pœna,vt Apostolus dicit. Alijs odor vitæ
2.Cor.2 in vitam,alijs odor mortis in mortem. Po-
Exod.13 pulum Israël in columna nubis per diem,
Act.2. & per noctem in columna ignis quasi dux itineris præcedebat,vt baptismi gratiã per nubem, & donum sancti spiritus per ignẽ ostenderet. Vnde & apostolus Paulus,in nube patres baptizatos scribit.& spiritum sicut ignem esse, apostolorum acta declarant.Vides ergo per omnia signa diuinarum dispositionum in honore dei patris
Exod.33 præostensa,non tamen ipsum deum,vt est propriè reuelatum. Denique cùm Moyses rogaret, vt faciem dei purè videret,quid ad illum continuò dixit Deus? Non enim videbit homo faciem meam,& viuet.Hoc ipso quod negatur aspectus, claritas indicatur. Quæ scilicet tanta est,quanta credenda est,quæ inuisibilius indicatur.Cùm ergo Moyses , qui scilicet cœli ordines, mundi elementorum vices,totius denique orbis ornamenta digesserit , indicari expresserit, cui ipse Dominus testimonium omnium perhibuit, dicens : Nemo enim ex prophetis vt seruus meus Moyses, cui facie ad faciem , & ore ad os locutus sum: deum tamen purè videre non potuit.Merito quidem prophetiæ omnis dignus, sed non vsque adeò , vt intueri deum posset, qui homo tantum modo esset. Et vtique hic omnia filij verba defendigus,quem in monte Sina cum Moyse locutum esse scimus , qui agendis explendisque rebus à patre aduenerat. Quia omnia à principio per ipsum ordinari , explicari,& manere conuenerat , vt habendi filij hæc incarnatio accipiatur , vt alicuius conspicabilis (vt dixi) materiæ dispositio assumpta videretur, salua scilicet inuisibilitate eius , quam à conspectu omnium maiestas intersusa sepositit. Non enim si humanis aspectibus reuelatus est, vt tota in illo deitas appareret. Sed ad vicem speculi , cùm conceptos infra lucem suam vultus,quasi ad plenam effigiem hominis includit,ita maiestatis eius præeunte fulgore infra id, via est, vt imaginem veritatis, non ipsum Deum propriè demonstraret. Sic & cùm hominem induere dignatus est, non labem æternitati intulit, vt spiritus se mutaret in carnem, sed vt susceptio hominis immortalitatem atque æternitatem cælestis vitæ præstaret. Nam etsi Apostolus semetipsum exinaniisse dicit,formam serui susciendo: non vtique sic exinanitum accipimus, vt aliud quàm quod

quod fuerat,idem spiritus fieret,sed vt sepositio interim maiestatis suæ honore,humanum corpus indueret:quo susceptο, salus gentium fieret. Vt enim sol cum in nube tegitur,claritas eius comprimitur, non cæcatur:& lumen illud quod toto orbe diffusum,claro splendore cuncta perfundit, paruo admodum obstaculo nubis includitur,nõ aufertur:sic & homo ille,quem Dominus saluatorq; noster(id est, Deus Dei filius)induit,deitatem in illo non intercepit,sed abscondit.Deniq; cùm se in monte
Transfiguratio. Matth.17. Marc.9. paululum extra ipsum hominem extulisset,fulgore luminis eius penè occæcati apostoli sunt.In terram quippe homines ceciderunt,periclitati de vita,nisi eis dominus compresso rursus maiestatis suæ honore, vt misericors subuenisset,secundum illam sententiã scripturæ diuinę,dicentis:deum nemo vidit,& vixit.Vt ergo claritas solis non vsque ad nostros emicat visus, sed sibi salua est,quia quod non videtur,infirmitatis est nostræ,quorum oculos nubium texit obscuritas:ita & maiestas illa diuina , q̃ (vt dixi)corpus induerat, probat se nõ suo detrimento proprio latuisse fulgore , sed carnis(vt dixi)beneficio, cuius causa filius Dei,filius hominis esse sustinuit. Nempe enim de spiritu Dei virgo concepit: & qđ concepit,hoc peperit.i.Deum,carni & animæ suæ.i.homini(vt iam dixi)personæ vnitate sociatum,sicut ipse ait , Quod nascitur de spiritu,spiritus est: quia spiritus est,ex Deo natus est. Sicuti & angelus ad Mariam virginem dicit: Spiritus Dei veniet in te', & virtus altissimi obumbrabit tibi.Propterea & quod nascetur ex te sanctum,vocabitur filius Dei.Vides ergo ipsum verbum, ipsum Dei filium venisse in virginem,& in Dei & hominis filium processisse,nec tamen ipso indumento carnis Dei filium esse mutatum , sed eundem ipsum esse in homine, qui fuerat ante mundum apud patrem Deus , per quem facta sunt omnia,& sine quo factum est nihil,sicut euangelista ait : Mundus per eum factꝰ est,& mundus eum non cognouit. Cæterùm amentia est credere,posse ab eo liberari,qui vt liberaretur missus est, vt ad immortalitatem redigeret,qui trãsit ad mortem,qui vt nasceretur oppressus est . Sed absit,hæretice,vt sensus tui iniquitas à catholicis admittatur. Nos enim credimus immutabilem & inconuertibilem,sicut patrem,ita & spiritum sanctum,& filiũ Dei. Qui cùm hominem induit,nõ statum vertit,non ordinem perdidit, non substantiã immutauit,sed indumento eiusdem corporis,æterno claritatis suæ lumine illustrato, virtute ad nos per tramitem corporis eius lux sancti spiritus,& æternæ vitæ gratia redundauit . Quem etsi passum credimus & sepultum,sed homo ille passus est, quem filius Dei susceperit,quem induit,quẽ portauit.Sed quia totum ad authorem referebatur,quicquid ille homo patiebatur, ideò mors & passio Domini dicebatur.Est enim in Christo sicut gemina & duplex, *In Christo duplex natura & vna persona.* diuina scilicet humanaq; substantia,ita vna eademq; persona.Sed constat immortale esse,quod Dei est: hominis,quod caducum. Tertia quoq; die resurrexit,nõ Deus in homine,sed homo potius in Deo.ascendit in cœlos, obtulit patri suo humanam illam,quam susceperat pro hominum salute, naturam gratissimum munus.Consedit q; ad dextram patris,secundum quod scriptũ est,Dixit Dominus Domino meo,Sede
Psal. 109. ad dexteram meam.Misit nobis spiritum sanctum de propria sua,& ex vna eademq; substantia,protectorem signatorem,& ductorem in vitam æternam,sicut scriptum
Ioel.2. est ex voce Dei:Effundam de spiritu meo
Ioan.16. super seruos meos,& ancillas meas Et iterum,Spiritus ex me prodiet.Et ipse Dominus saluatorq; noster, De meo,inquit,accipiet.Ex eo vtiq; quod est filius,quia & filius de eo quod pater est.Exinde præfinito tẽpore venturus,viuos mortuosq; iudicaturus,vt reddat credentibus præmia,nõ credentibus verò supplicia.Cuius regnum æternum immortale,nec initium habet,nec finem.Cuius est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Hęc qui legis,per Deum obsecro, ne simplicitatem sensus in ambiguum torqueas, aut aliàs quàm dicta sunt trahas, quia nos patrem,verum patrem confitemur:& filium Dei,verum filium Dei:& spiritum sanctum , verè spiritum sanctum credimus: tres personas vnius substantiæ, & vnius diuinitatis confitentes.Sabellij autem & Photini,necnon Arij sectam,& si qua alia sunt quę contra regulam veritatis veniunt condemnamus.Nicenæ autem synodi tractatum , omni animi nisu ex tota fide seruantes,amplectimur . Hunc enim tractatum scimus contra omnes hæreses inuicta veritate oppositum.

DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI GREGORII, COGNOMENTO THEOLOgi, Episcopi Nazianzeni, de fide Nicena, Ruffino Presbytero interprete, tractatus.

CRedimus in vnũ Deum, patrem omnipotentem, & in vnigenitum filium eius Iesum Christum Deum & Dominum saluatorẽ nostrum, & spiritum sanctum Deum, non tres deos, sed patrem & filium & spiritum sanctum, vnum Deum esse confitemur. Non sic vnum Deum quasi solitarium, nec eundem qui ipse sibi pater sit, ipse & filius, sed patrem verum, qui genuit filium verum, vt est Deus de Deo, lumen de lumine, vita ex vita, perfectum de perfecto, totum à toto, plenum à pleno: nõ creatum, sed genitum: non ex nihilo, sed ex patre, vnius substantiæ cum patre. Spiritum verò sanctum, Deum, non ingenitum neq; genitum: nõ creatum nec factum, sed patris & filij, semper in patre & filio coæternum veneramur. Vnum tamen Deum, quia ex vno patre totum quod patris est, Deus natus est filius, & in patre totum qd ineſt, totum genuit in filium. Pater filium generans, non minuit, nec amisit plenitudinis suæ deitatem. Totum autem quod ineus pater est, id esse & filium ab eo natum certissimè tenentes, cum spiritu sancto vnum Deum pijssimè confitemur. Credimꝰ Iesum Christum Dominum nostrum, nei filium, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia. Propter nostram salutem descendisse de cœlo. Qui nunquam desierit esse in cœlo, & natum de spiritu sancto, ex Maria virgine. Verbum caro factum: non amisit quod fuerat, sed cœpit esse quod non erat. Non Deum mutatum, sed Deum permanentẽ, sed etiam hominem natum non putatiuè, sed verè: non aereum, sed corporeum, nõ phantasticum, sed carneum, ossa, sanguinem, sensum, & animam habentem. Ita verum hominem, vt verum Deum vnum eundemq; verum hominem & verum Deum intelligimus, ita vt verum Deum, verum hominẽ fuisse, nullo modo ambigamus, confitendum, hunc eundem Dominum nostrum Iesum Christum, ad impleſſe legem & prophetas, passum sub Pontio Pilato, crucifixum secundum scripturas tertia die à mortuis resurrexisse, assumptum in cœlos, sedere ad dextram patris. Inde venturum iudicare viuos & mortuos. Expectamus in huius morte & sanguine emundatos remissionem peccatorum consecutos: resuscitandos nos ab eo in his corporibus, & in eadẽ carne quæ nunc sumus, licet & ipsi in eadẽ carne qua natus & passus & mortuus est, resurrexit, & animas cum hac carne, vel corpora nostra accepturos. Abeo autem vitã æternam, præmium boni meritũr: sententiam pro peccatis, æterni supplicij.

LECTORI SALVTEM.

IN His Epistolis transferendis, quia exemplaribus manuscriptis destituebar ex Graco Frobenij Basilio, cui Theologi nostri Epistolæ innexæ sunt, multa correxi, quæ in Latino codice deprauatè legebantur: In multis etiam locis, ambos errore communes ipsos dens, ex meipso veram lectionem restituere conatus sum. Quod si fim consecutus, tibi, candide Lector, pronunciandum relinquo. Sunt tamen quædam loca, sed paucissima, ita miserè fœdata atq; corrupta, vt in ijs emendandis non tam sagacitate opus esse videatur, quàm diuinatore mihi opus esse videatur. Sed hæc, cùm meliora exemplaria in lucem prodierint, lectore restituentur. Vnam aut alteram Basilij epistolam his inserendam duxi, quòd nonnihil lucis sequentibus epistolis accederet. Argumenta etiam vbi res ita postulare visa est, addidi, subiecti uq; scholia, ex obseruatione eorum, quibus Epistolæ scriptæ sunt, eas multò meliori, quàm prius erant, ordine digesti. Atq; vt intelligas quo ordine in Graco codice sequantur, quos; illas sequi volui, singularum inscriptionem duplicem summere incluſi, quorum prior meum, posterior autem Graci codicis ordinem te docebit. Vale & fruere.

SAN-

SANCTI GREGORII COGNOMENTO THEOLOGI EPISTOLAE.

I. Celeusio Præfecto. I.

ARGVMENTVM.

CEleusio, à quo silentij nomine accusabatur, iocosè respondet. Αρχοντα autem hic Præfectum vertimus, non principem. Sic enim peculari nomine vrbis & iudiciorum moderator Athenis vocabatur. Nec verisimile est Gregorium cum magno quodam principe ita familiariter lusurum fuisse. Ad eundem etiam Celeusiũ extat infrà altera epistola, in qua eum iudicem vocat.

QVoniam silẽtium & rusticitatẽ mihi obijcis, vir elegãs & vrbane, age fabulam minimè inscitam atq; à Musis alienã tibi narrabo: vt experiar, num hac saltem ratione ineptam istam loquacitatem compescere queam. Cygnos quondam cauillis infectabantur hirundines, quòd nec cum hominibus consuetudinem habere, nec canendi artem in publicum proferre vellẽt: sed circa prata solùm & flumina canerẽt, ac solitudinem amplecterentur, nec breuiter solùm canerent, sed id etiam quod canerent, sibi ipsis canerent, perinde atq; eas Musices suppuderet. Contrà nostræ, inquiebant, sunt vrbes, nostri hoïes & thalami, garrituq; nostro mortales delinimus, fortunasq; nostras ipsis exponimus, ni mirum vetera illa & Attica, Pandionem, Athenas, Tereum, Thraciam, peregrinationem, affinitatem, cõtumeliam, linguæ exectionem, literas, præterq; omnia Itym, & quo modo ex hominibus in aues mutatæ sumus. At cygni earum garrulitate offensi, vix quidem eas dignas duxerunt, quas alloquerentur: vt autem eò adducti sunt, At, ô præclaræ, inquiunt, in solitudinem quoque quispiam concesserit, vt Musicam nostram audiat: cùm Zephyro pẽnas nostras inflandas permiserimus, iucundum quiddam & concinnum [2] modulamur. Quocirca si non multùm, nec apud multos canimus, at illud certè in nobis præclarissimum est, quòd modum in canendo tenemus, nec Musicam tumultibus permiscemus. Vos verò & in ædes admissas fastidiunt homines, & canentes auersantur: & sanè optimo iure, quippe quæ ne excisa quidem lingua silere queatis, verùm ipsæ amissum vocis vsum calamitatemq; vestrã deplorantes, quauis alia aue, quam libet lingua volubili & canora, loquaciores sitis. Intelligis quid loquar, ait Pindarus. Proinde si meam quoq; taciturnitatem facundia tua præstantiorem compereris, silẽtio nostro ineptè obtrectare desine: alioqui prouerbium dicã non minus verùm quàm breue, Tum videlicet cantaturos cygnos, cùm graculi tacuerint.

Vnde prou. Hirundinẽ sub tecto nõ habẽdam.

Pindarus.

Prouerb.

SCHOLIA.

1. Pandionem, Athenas) Tereus rex Thraciæ, cùm Prognen Pandionis Athenarum regis filiam vxorem duxisset, eius etiam sororem Philomelam per speciem visendæ sororis abductam vitiauit, vitiatæq; linguã præcidit. Quod facinus cùm illa alioqui indicare non posset, cruore suo depictum sorori transmisit. Ἐν, vt ait Tzetzes Hist. Λέγεται γὰρ φιλομήλαν τὴν ἀδελφὴν τῆς ἰδίας γυναικὸς πάνυ καλὴν οὖσαν βιάσασθαι καὶ τὴν γλῶτταν ἐκτεμεῖν αὐτῆς. Qua re cognita Progne vt sororem vlciscereturn, Itym filium patri epulandum apposuit. Prolato deinde capite cùm pater se vxorio dolo filium in sua viscera condidisse agnosceret, & ad vltionem properaret Progne, vt fingunt, mutata est in hirundinem, Philomela in auem sui nominis, Tereus in vpupam, Itys in Phasianum. Hæc Seruius. Vide Ouid. 6. Metam.

2. Modulamur) Hoc verbum adijcere non dubitaui, quamuis in textu non legatur: satis enim apparet quoddam huiusmodi verbum desiderari. Alioqui quo referetur pronomen ἡμῶν.

Nicobu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. *Nicobulo.* 2.

CVm Basilium magnum mihi semper prætulerim, tametsi illi contrarium videatur: tum nunc quoq; præfero, non minus veritate quàm amicitia motus. Quocirca Epistolis illius priore loco positis meas subnecto. Vbiq; enim inter nos coniunctos esse cupio: simulque etiam id ago, vt moderationis & submissionis exemplum aliis præbeam.

SCHOLIVM.

1. Tametsi illi contrarium videatur). i. tametsi ille me sibi anteferat. Non enim hæc verba ita accipienda sunt, quasi Basilius existimet Gregorium plus sibi tribuere, quàm ipsi.

3. *Eidem.* 3.

LAconica breuitate vti non est, vt putas, paucas syllabas scribere, sed de plurimis rebus paucas. Atque hac ratione ego & maximè breuiloquium esse Homerum pronuncio, & prolixum [1] Antimachum. Qui tandem istud? quia rebus non literis longitudinem metior.

Laconismi quid.

SCHOLIVM.

1. Antimachum) Antimachum poëtam fuisse obscurissimum colligere est ex Aelio Spartiano, vbi Hadrianũ Imp. ait Calaccianos libros obscurissimos, Antimachum imitando scripsisse. Quin & Dion Cassius eundem Hadrianum scribit Homeri poëma abolere cogitasse, & pro eo Antimachum in scholis legendum inducere, cuius nomen multi adhuc ignorauerant.

4. *Ad magnum Basilium.* 4.

VT expleatur quod iubes, partim in nobis situm est, partim autem, & quidem potissimum vt opinor, in tua pietate. In nobis quidem, cupiditas animi; prompti-tudo. Nam nec aliàs vnquam congressum tuum societatemque fugimus? sed semper consectati sumus, & nunc eam ardentiùs expetimus. In tua autem sanctitate, vt res nostræ melius constituantur. Assidemus enim Dominæ matri, graui iampridem morbo laboranti. Quòd nisi eam ancipiti vitæ statu deserturi simus, tua præsentia, mihi ere-de, diutius non carebimus. Tantùm precibus tuis partim illius valetudini, partim ineri nostro succurre.

Mater Naz.

5. *Ad eundem.* 5.

PRomisi fidem fefelli, fateor: quippe iam inde ab Athenis illiusque loci amicitia animorumque concordia, (nec enim aptius verbum occurrit) facturum me recepe-ram, vt tecum vitæ consuetudinem haberem, simulque philosopharer. Fefelli autem, haud quaquam libens: verùm quia lex ea, quæ parentes officiosè coli iubet, sodalitatis familiaritatisque legem superauit. Non tamen omninò fallam, si hoc probatis. Partim enim nos tecum versabimur, partim ipse nobiscum ne quæso graueris, vt omnia sint communia, & æquum ius amicitiæ ita fiet, vt nec parentes in mœrore sint, & nos te fruamur.

6. *Ad eundem.* 10.

ARGVMENTVM.

Ego hanc epistolam sequenti Basilianæ subiecissem propter Tiberinam illam in quam iocatur Basilius, de qua huius epistolæ principio verba facit Gregorius: sed id non sinit epistolæ finis, in quo illi vrbicam habitationem obijcere videtur. quod nullo modo quadrare potest cum Basilij epistola, quæ ab eo in Ponrica solitudine conscripta est. In prima parte epistolæ verborum argutias captat, ac dictionibus vtitur elegantissimis quidem, sed in traductione non eandem gratiam habentibus.

MOlestè fero mihi [1] Tiberinam obijci, atq; huius loci glaciem, hiemisq; asperitates. ô vir luti admodum expers, summisq; pedibus incedens, & tabulas pedibus terẽs, ac pennate & pendule, simulq; cum [2] Abaridis sagitta elate, vt cùm Cappadociam patriam habeas, Cappadociam fugias. An verò iniuriam vobis facimus, quòd cùm ipsi paleatis, atq; angustum quiddam spiretis, Solemq; ad [3] certum modum accipiatis nos cultrà pingues & nitidi sumus, & saturamur, nec vllius loci angustijs circunscribimur? At verò hæc vestra sunt. Delicijs enim indulgetis, & opibus polletis, & in foro versamini. Hoc minimè probo. Quocirca vel lutum nobis exprobrare desine (nec enim ru-

vrbem

vrbem condidisti, nec nos hiemem) vel nos tibi [4] pro luto caupones ingeremus, & quic quid turpe & flagitiosum vrbes ferunt.

SCHOLIA.

1. Tiberinam obijci) Tiberina regio erat Cappadociæ, in qua Arianz. us natalitius Theologi pagus situs erat, quemadmodum narrat Nicetas in argum. Orat. in plagam grandinis.

2. Cum Abaridis sagitta) Vide scholia in Orationem de laude Basilij.

3. Ad certum modũ accipiatis (μετρίως enim lego, non μετρίως, vbi in Hermag. nec μετρίως, vt in Frobeniano. Iocatur enim in eos, qui vrbes incolunt, eosque angustum quiddam respirare ait, nec plenè ac libere Solu rádijs frui.

4. Pro luto caupones) Hic quoque interpreti perit omnis gratia, quæ in Græcorum verborum allusione consistit. πηλὸς enim lutum significat, κάπηλος autem cauponem.

Basilius Gregorio.

ARGVMENTVM.

Ponticam solitudinem graphicè depingit Basilius, vt ad eam Gregorium taciteè alliciat.

EGo cùm ad me Gregorius frater scripsisset, te iampridem congressus nostri cupiditate teneri, adiecisset q;, tibi hoc quoque ipsi fixum atque constitutum esse, partim quia minorem tibi finem idcirco haberem quòd sæpius abs te decept' fuissem, partim quia varijs occupationibus distrahebar, manere diutius atq; operiri non potui. Mihi enim iam in Pontum migrandũ est, vbi aliquando fortasse Deo volẽte oberrandi finem faciemus. Aegrè etenim tandem desponsa atque proiecta spe ea inani, q̃ de te quondam conceptam habebam, vel insomnio potius, si veriùs loquendum est ([1] præclarè enim quidam spes, vigilantium insomnia esse pronunciauit) vitæ q̃rendæ causa in Pontum abscessi. Quo in loco Deus mihi locum ostendit, rationib. meis apprimè congruentem: vt planè talẽ intueri liceat, qualem sæpe ociantes ac lusitantes animo cõfingere solebamus. Mons enim altus est, densa silua contectus, gelidis aquis ac perspicuis Septentrionem versus irriguus. Ad cuius radices supinus campus ita substratus est, vt continuis humoribus à monte defluentibus pingueſcat: silua porrò hũc naturali nexu amplexa, eaq; variarum omniscque generis arborum ipsi propemodum septi loco est: adeo vt præ eo [2] Calypsus quoq; insula, cuius pulchritudinem supra omnes alias laudibus extulisse videtur Homerus, parua censenda sit. Nam ne multum quidem abest, quin insulæ rationem habeat, quatenus dunta xat sẽptis in orbem vndiq; clauditur. Duplici enim ex parte profundis vallibus præruptꝰ est: à latere verò amnis è præcipiti labens, murus quoq; ipse perennis est ascensuque difficilis. Ab altero rursus mons intensè arrectus p curuatos anfractus barathris iunctus imæ partis vias intercludit: vnusq; in eo aditus patet, cuius ipsi poreſtatem habemus. Enimuerò habitationem nostram iugum quoq; alterum excipit, sublimẽ quandam in vertice ceruicem erigens: ita vt cãpus hic oculis susus pateat, fluuiumq; circunfluentem è sublimi prospicere liceat, haud minorem, vt mihi quidem videtur, oblectationem afferens, quàm qua afficiũtur [3] qui Strymonem ex Amphipoli contuentur. Ille si quidem segniori cursu restagnans, præ quiete, fluminis quoq; nomẽ pene amittit. Hic contrà omnium, quos noui, fluuiorum celerrimè fluens ex vicina rupe nonnihil asperitatis contrahit: à qua sese refundens in profundam voraginem conuoluitur, spectaculum mihi omnium iucundissimum præbens, commoditatem que incolis abunde sufficientem, ac præterea ineffabilem piscium copiam in gurgite nutriens. Quid exhalationes à terra manantes referre attinet? aut à fluuio nascentes auras? Iam verò florum aut canorarum auium multitudinem alius quidem aliquis fortasse miraretur: mihi verò his animum adijcere non vacat. Hoc autem ad huius loci cõmendationẽ maximum afferre possumus, quòd cùm ob situs commoditatem ad omnes fructus proferendos idoneꝰ sit, mihi fructum omnium suauissimum alit, nimirum quietem ac trãquillitatem: non modò quia ab vrbicis tumultibus liber est, sed quia ne viatorem quidem quen venationis causa nobiscum consortium habent, Nam præter alia commoda, sera-

Ager virgultis consitus.

Calypsus.

Tranquillitas fructꝰ quam ad nos transmittit, exceptis ijs, qui suauissimꝰ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum quoq; altrix est, non vrsorum aut luporum vestratium, absit: verùm ceruorum caprarumq; siluestrium greges, ac lepores, & si quid his simile est, nutrit.

An non igitur animaduertis, quo periculi ego stultus venerim, cùm huiusmodi sedem cum Tiberina hoc est orbis barathro, commutare obnixè contenderem? Ad quē locum nunc properanti veniam dabis. Nam profectò nec 4 Alcmæon Echinadibus inuentis vltra oberrare sustinuit.

SCHOLIA.

1. Præclarè quidam.) Plato τὰς ἐλπίδας, ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὄνειρος εἶναι φησι, *Spes, vigilantium hominū somnia esse ait.*

2. Calypsus insula) Huius insulæ descriptionem vide apud Homerum Odyss. 5.

3. Qui Strymonem) De Strymone & Amphipoli vide in scholijs epistolæ sequentis.

4. Alcmæon) Alcmæon cùm Amphiarai patris iussu Eryphilen matrem interemisset, admissaq; hac cæde in furorē incidisset, per oraculū accepit fore, vt non ante ad bonam mentem rediret, quàm eō se cōtulisset, vbi sol huiusmodi cædis tempore radios suos non diffudisset. Ergo cùm post longos errores ad vnū de Achelōi insulis (quas Echinades vocat Plinius lib. 2. cap. 85.) quæ paulò antè fuisset à fluuio effecta peruenisset, atque intellecto oraculo eam incoluisset, insania liberatus est.

7. Gregorius Basilio. 11.

TV quidem res nostras cauillis incesse ac sugilla, sine ioco, siue serio hoc agēs nihil retulerit. subride solum, atque eruditione ista pro animi libidine vtere, amicitiaque nostra fruere. Omnia, quæ à te proficiscuntur, boni consulimus, quæcunque tandem illa sint, & quoquo modo se habeant. Nam res quoque huius loci mihi exagitare, & cauillis impetere videris, non vt cauilleris, sed vt me ad teipsum trahas, si quid tamen ego, quid animi habeas, intelligo: quemadmodum qui flumina obstruunt, vt alio retrahant ac deriuēt. Hoc etenim modo semper nobiscum agis. Ego verò Pontum tuum mirificè prædicabo, Ponticamque caliginem, sedemque exilio dignam, & tumulos capiti incumbentes, & [1] feras fidem vestram explorantes, & sub iectam solitudinē, immò murium, cauernam, honestis pijs gymnasij & monasterij scholæq; nominibus conuestitam, & lucos agrestium stirpium, præruptorumq; montium coronam, qua non tam cingimini q̄ coercemini, aërem etiam ad certum modum dimensum, & desideratum Solem, quo velut per caminum irradiamini, ô [2] Pontici, Cimmerij & Sole carentes, nec ad [3] semestrem tātùm noctem damnati, quē admodum quidam commemorantur, sed ne partem quidem vllam vitæ habētes vmbræ expertem, verùm noctem vnam longam totum vitæ spatium, ac verè vmbram mortis, vt cum Scriptura loquar. Sed & angustam illam & pressam viam laudo, haud scio in regnum an in Orcum ferentem, cæterùm gratia tui in regnum ferat, atq; intermediam illam, vis Edem & in quatuor principia diuisum fontē, ex quo orbis terrarum irrigatur, falsò nominem, an siccā & humoris omnis expertem solitudinem, & humoris omnis expertem solitudinem, quam quis Moses mitigabit, ex petra ictu virgæ fontem eliciens? Nam qua parte rupibus consragosa non est, torrens est, qua parte rursus torrens non est, præceps est, atque in vtramq; partem librata, ingredientium mentem colligens atque ad iter tutò faciendum exercēs. Fluuius porro in ima parte cum strepitu fertur (quem tu Amphipolitano & quieto [4] Strymoni confers) non piscifer magis quàm lapidifer, non in stagnum effusus, sed in barathra profluens ô vir nimium grandiloque, & nouorū minum architecte. Est enim magnus & horribilis, & eorum, qui in superiori loco degunt, psalmodias sono suo interpellans atq; obruens. Nihil præ eo sunt [5] Cataractę & Catadupa. Vsqueadeò vos diu ac noctu clamoribus obtundit. Atq; ita asper est, vt vadosus interim nō sit: ita turbidus, vt potari nequeat: hoc tantùm nomine lenis & benignus, quia sedem vestram non deluit, cum à torrentibus & tempestatibus in furorem agitur. Habes quid de illis [6] Fortunatorum insulis, vel de fortunatis volis sentiamus. Nec verò est, cur Iunatos illos anfractus laudibus vehas, eas partes, quib montis istius radices adiri possunt, non tā obuallantes ac velut muro cingētes, quam miserè comprimentes, verticemque illum capiti vestro imminentem, qui [7] Tantali cam vobis vitam reddit, & diffluentes aras terræq; respirationes, quæ vos animi deliquio laborantes recreant, canoraq; etiā aues, cantantes quidem, sed famem, & circumuolitantes quidem, sed solitudinem. Nec quisquam eo, nisi venationis ergò accedit.

Cimmerij.

Luc. 1.

Gen. 2.

cedit, inquis. Quin addis, vt & mortuos vos inuisat? Hæc prolixiora quidem fortasse sunt, q̄ epistolæ modus postulet, vtiq; tamen comœdia minora. Quòd si tu hos iocos moderato animo tuleris, rectè feceris: sin secus, plura quoq; adiungemus.

SCHOLIA.

1. Feras fidem vestram) Legendū enim θῆρας, non θήρας, vt in vtroq; codice impresso, quod satis patet ex relatiuo masculino οὓς, quod cohærere non potest cum fœminino θήρας.

2. Pontici Cimmerij) Cimmerij dextram Ponti partem habitant, non procul à Bosphoro, qui à nomine ipsorū Cimmerius appellatus est, de quo Plin. cap. 6. lib. 6. Apud hos perpetuas esse tenebras Homerus testatur 2. Odyss. De ijs enim inter ita loquitur.

Ἠέλιος δ' οὔποτε φαέθων ἐπιδέρκεται αὐγαῖς, *id est,*
Illos haud vnq̄ radijs Sol assicitur ardens. *Vide Erasmum in prouerbio, Cimmeria tenebra. Tzetzes. Hist. 448. Multi, inquit, Cimmerios gentē esse aiunt circa Tauroscythas & Mæotidem paludem, qui Solem diebus 40. non videant: sed in tenebris noctęq; profunda versentur, nimirum cùm Sol est in Capricorno: contrà cùm in Cancro, 40. totos dies à Sole, nullis noctis tenebris interiectis illustrentur.*

3. Semestrem noctem) Qui sub mundi polis habitant, semestrē diem ac semestrem noctem habent: ijs enim sex mensibus sub Horizonte Sol delitescit, sex rursus aliis perpetuam lucem fundit.

4. Strymoni) Strymon Macedoniæ fluuius in Hæmo monte oritur, vt ait Plin. cap. 10. lib. 4. & quod mirandum est, septem efficit lacus, priusq̄ diriget cursum, quibus deinde in vnum alueum collectis iuxta Amphipolim illius regionis vrbem influit in maris Aegiæ sinum, qui ab ipso Strymonius appellatur.

5. Cataractæ & Catadupa) Vide Scholia in Inuectiuam priorem aduersus Iulianum.

6. Fortunatorum insulis) Fortunatæ insulæ, vt Strabo lib. 3. ait, contra extremā Mauritaniam ad Occidentem sunt, quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus Occiduus concurrit. Hæc ille. Ita aīæ dictæ sunt à fructuum vbertate aëriq; temperie. Hodie Canariæ dicuntur. Plin. cap. 22. lib. 6 sex esse dicit, qui cap. 32. lib. 6. pluribus de ijs earumq; nominibus tractat.

7. Tantalicam vitam) Hoc expositum est in scholijs 2. Inuectiuæ in Iulianū. Cuius fabulæ Allegoriā habes apud Heraclidem Ponticum.

8. Eidem. 12.

QVoniam quæ iocando ad te scripsimus æquo animo fers, ea quoq; quæ deinceps sequuntur adijciemus: ex [1] Homero autem initium ducetur. Nunc age progrediens internum concine quæso Ornatum- tugurium videlicet tecto & ianuis carens, focum ignis & fumi expertem, parietes igni exsiccatos, ne luti guttis impetamur, Tātalis similes, eademq; pœna multati, nimirum in aquis sitientes: miseranda etiam illas & ieiunas epulas, ad quas è Cappadocia non tanq̄ ad [2] Lotophagorum paupertatē, sed velut ad Alcinoi mensam nos noui & ærumnosi naufragi euocati sumus. Memini eñ panes illos & iusula (sic enim nominabantur) semperq; meminero dentibus circa fragmenta collabescentib[us], ac postea erectis acvelut ex cœno retractis. Quæ tu sublimius magisq; tragicè amplificabis, propriis videlicet calamitatibus orationis magnitudinem tibi suppeditantib[us]. Quibus nisi magna illa vereq; pauperū studiosa mater tua nos q̄ celerrimè liberasset, nobisq; tempestate iactatis velut portus extitisset, iampridē apud superos esse desijssemus, fidei Ponticæ nomine non maiorē laudem consequētes, quàm miserationem mouentes. Quonam porrò modo steriles illos hortos, oleribusq; [3] carentes præteribo, [3] Augieq; simum è domo expurgatum, [4] quo eos oppleuimus, cùm montosum illud plaustrum & ego vindemiator & tu fa cetus homo, hac ceruice, manibusq; his, q̄ laborum vestigia etiamnum ferunt, trahe remus (ô terra & sol, ô vir & virtus, libet enim nonnihil tragicè exclamare) non vt [5] Hellespontum iungeremus sed vt præruptum & præcipitem locum exæquaremus. Harum rerum commemoratio si tibi molesta futura non est, vtiq; nec nobis: si autē molestiam allatura est, [6] quantò molestiores nobis res ipsas fuisse credendum est? ac maiorem partem prætermittemus: impedit enim timor, ne complura alia, quibus frui nobis contigit, exponamus.

SCHOLIA.

1. Ex Homero) Locus apud Hom. Odyss. 8. ita habet Αὐτὰρ ἀοιδὸν δὴ μετὰ τοῦτον, Ἰσόθεον κέκλυθι, *&c. Quæ verba sunt Vlyssis Demodocum hortantis ad equi Troiani ornatum decantandum. Theologus aūt pro* Ἰσόθεον *posuit* Ἐσθλὸν (*nam ita legendum non* Ἐσθλὸν, *vt in impressis codicibus*) *carmen scilicet ad vsum suum accommodans.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Lotophagorum paupertatē) Lotophagi populi in Africa apud Syrtes sic dicti, quòd loto victitare dicerentur: quem cibum suauitate suæ patriæ oblitionem edentibus afferre tradit Homerus Odyss. 9. Lotophagorum porrò paupertati Alcinoi mensam opponit, qua pinguissimam vitam deliciisq; omnibus confertam significat. Vlysses enim cùm tempestate ad Phæacum terram (hodie Corcyra dicitur) eiectus fuisset, ab Alcinoo rege humanissimè & lautissimè acceptus est.

3. Augiæq; simum) Augiæ stabulum tantum habuisse congestum simi dicitur, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerant. Huius repurgatio inter uerculis erumnas recenseturQuidā ἀνεμώλια κόπρια dicunt, alij δωρεὰν. Vide Erasmum in prouerbio, Augiæ stabulum. Porrò Plin. cap. 9. lib. 17. Augiam regem in Græcia simum excogitasse tradit: vnde videntur de Augiæ stabulo poëtæ fabulandi sumpsisse occasionem. De loco vide apud eundem cap. 17. lib. 13.

4. Quo eos oppleuimus) Legendum enim ἀνεπιπλώσαμεν non ἀνεπιπλώσαμεν, in subiunctiuo, nisi forte pro ἐ legatur ῑ vel.

5. Non vt Hellespontum) Alludit ad Xerxem Persarum regem, qui tantum nauium apparatum habuisse fertur, vt totum Hellespontum operiret, atq; Europam Asiæ ponte iungeret.

6. Quanto molestiores) In duobus codicibus impressis sic legitur, ἢ ἀλλ' ὅσῳ τοῦτο ἐστὶν ἀνοητότερον ἀπολωλεκότος ἤδη τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου. Sed profectò sic distinguēdum est: hæc clausula ἢ ἀλλ' ὅσῳ τοῦτο, πόσου γε μᾶλλον ἄξιον ἤδη; nam dubitauimus, ita interpretari.

9. Eidem. 14.

QVæ prius de Pōtica commoratione scribebamus, iocò non seriò scribebamus: quæ autem nunc scribo admodum seriò scribo. Quis me eo rerum statu collocabit, quo prisstino illo dierum mense eram, cum tecum incredibili voluptate afflictarer) quandoquidē molestia sponte susceptā oblectationi minimè voluntariæ præferēda est) Quis psalmodias illas, & peruigilia dabit, peregreq; ad Deum per orationē profectiones, atq; illam velut materiæ corporisq; expertem vitam? Quis fratrum eorum, qui à te dij efficiebantur, atq; in cœlū subuehebantur, concordiā animorumq; cōnexionem? quis virtutis certamen mutuamq; prouocationem, quam scriptis legib. ac regulis obfirmauimus? quis accuratum diuinorum oraculorum studium, lucemque in ipsis ductu atque auspiciis Spiritus sancti inuentam? aut, vt minora & leuiora dicam quis diurnas operum vices & labores? quis lignorum comportationes & lapidicinas? quis arborum consitiones & irrigationes? quis platanum illam auream[1] & Xerxis plantano præstantiorem, in qua non rex mollis & eneruatus sedebat, sed monachus afflictus & debilitatus? quam ego plantauī, Apollo rigauit, hoc est tua excellentia, Deus autem in honorem nostri prouexit, vt seduli nostri laboris monumentum apud vos conseruetur, quemadmodum vitiga illa Aaronis, quæ floruerat, in Arca seruata esse commemoratur & creditur. Sed hæc optare quidem perfacile, cæterùm consequi non perinde facile. Atru mihi adesto, virtutemq; conspiratione tua atq; opera mihi foue, eamque vtilitatem, quam aliquando collegimus, precibus tuis conserua: ne alioqui paulatim velut vmbra diffluamur aduesperascente die. Ipse quidem labamur aduesperascente die. Ipse quidem te magis quàm aërem spiro, idq; solùm vno, quod tecum sum, vel præsens, vel absens per animi simulachra.

SCHOLIA.

1. Xerxis Platano) Pythius Lydus tantis diuitiarum copijs circunfluxit, vt Darium regem platanum aurea & vite donarit, posteaq; vniuersum Xerxis exercitum hospitio atq; epulis exceperit, pecuniasq; ei in bellum suppeditaturum sponderit, quemadmodum refert Herod. lib. 7. Non ita aq; mirandum, quòd Tertullianus in epist. ad Ioannem Lachanem eius diuitias Iobi opibus anteponit.

10. Eidem. 14.

ARGVMENTVM.

Querebatur Basilius se à Gregorio paruipendi & negligi: idcirco fortasse, quod ad eum in Pontum proficisci recusaret. Huic se Theologus purgat & excusat.

QVomodo[1] exigua nobis & aspernāda tua sunt, vir diuine & sacrosancte? Quodnam hoc effugit verbum dentalia septa? aut quomodo hoc dicere ausus es? vt ipse quoque audaciter aliquid dicam. Quo modo vel animus cò prorupit, vel atramentum scripsit, vel charta excepit? ô studia, & Athenæ, & virtutes, & literarij sudores. Me enim literis

literis tuis pene tragicum facis. Vtrùm nos an teipsum ignoras, tu inquam orbis oculi, magna vox & tuba, doctrinæq; regia? Tuáne Gregorio parua sunt? Quid igitur aliud quispiam admiretur eorum quæ in terra sunt, nisi te Gregorius? Vnum ver in anni partibus, vnus Sol in sideribus, vnum cœlum omnia complexu suo coercēs, vna vox tua de omnibus triumphans, si modò satis idoneus sum, qui de huiusmodi rebus iudicium feram, nec mihi amor imposturam facit: quod non existimo. Quòd si hoc nomine succēseas oportet: neq; enim alius quispiam satis dignè te laudauit, aut laudaturus est, præter te tuamq; in dicendo sublimitatem: siquidem fieri posset, vt quis laudes suas prædicaret, idq; ferret orationum lex. Quòd si cōtemptum tui nobis obijcis, quin prius insaniam? At te illud excruciat, quod[3] philosophamur. Liceat mihi cum bona tua venia dicere, hoc vnum doctrina quoq; tua & eruditione sublimius est & præstantius.

SCHOLIA.

1. Exigua nobis & aspernanda, Sensum hic potius expressi, q̄ verbū reddidi. ὑπερφυᾶ enim est in Græco: ὑπερφυᾶ autem sunt exigui illi racemi qui à vindemiatoribus ad racemationem relinqui solent. Vnde translatè quicquid contemptui est ὑπερφυᾶ dicitur. De hac dictione vide Turnebum hist. 1.

2. Quodnam hoc) πῶς οὐκ ἐφθέγξατο ἀδάκτους. Homeristichium apud Hom. frequens.

3. Quod philosophamur) Id est, quia parentibus assidemus, eorumq; curam gerimus. Id enim per philosophiā hoc loc designari puto.

11. Eidem. 15.

EPistolæ tuæ proœmium laudo. Quid autem tuorum nō est laudabile? ac tu captus es, quemadmodum nos quoque, qui hæc scribimus: quandoquidem in Presbyterorum ordinem inuiti asscripti sumus. Nec enim à nobis expetebatur. Nam vterque alteri, si alij quiquam, locupletes esse testes possumus, quàm nobis cordi esset pedestris philosophia, humiliq; depressa. Verùm hoc non fieri fortasse quidem præstitisset (aut quo alio verbo vtar, incertus sum, quoad vsq; Sp. sancti cōsilium dispensationemq; perspectā habuero.) Quoniam autem factum est, ferendum mihi videtur, ac præsertim propter hanc tempestatem multas nobis hæreticorum linguas inuehentem: nec eorum, qui nobis fidem habuerunt, spes fallenda, nec superior vita nostra dedecoranda.

SCHOLIA.

1. Pedestri philosophia) Id est, vita priuata, nec vlla publici muneris administratione distracta.

12. [1]Amphilochio. 46.

PAnes à te non postulauimus, vt nec aquam ab ijs qui [2] Ostracinam incolunt. Olera autē si à viro Ozizalense petierimus, quorum apud vos summa copia, apud nos verò magna penuria est, nec mirū fuerit, nec à consuetudine alienū. Ne graueris itaq; ad nos olera mittere plurima & pulcherrima, aut quantum certè potueris. nam exigua quoq; pauperibus magna sunt. Quandoquidem magnum etiam Basilium cœna accipimus, quem caue, ne quemadmodum saturum philosophantem expertus es, ita etiam esurientem & indignabundum experiaris.

SCHOLIA.

1. Amphilochius hic Iconij Episcopus erat, ad quem præclarum de sp. sancto Basilij opus extat.

2. Ostracinam) Amm. Marcell, ad finem lib. 22. Ostracinen facit Aegypti vrbem in Augustamnica regione: meminit & Plin. cap. 12. lib. 5.

13. Eidem. 47.

QVàm parcè à vobis ad nos olera veniunt, & quid aliud quàm aurea olera. Atqui omnes vestræ opes in hortis & fluuijs, & nemoribus & pomarijs sitæ sunt, & olerifera vobis est regia, quemadmodum alijs aurifera, pratensemq; terram incolitis. At frumentum vobis[1] fabulosa fortunata est: & panis, vt dici solet, panis angelorum. Ita vobis gratus est, ac præter spem vestram fidemq; venit. Aut igitur nos oleribus vestris copiosius impartimini: aut aliud quidem nihil comminabimur, cæterùm frumentum nostrum continebimus, ac sciemus, num verè[2] solo rore cicadæ nutriantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLIA.

1. Fabulosa fortunata) μυθικὴν μακαρίαν. De Macaria multa Erasmus in prouerbio in Beatam. Hoc autem vult Gregorius, frumentum adeò rarum esse apud Ozizalenses, vt cùm id sibi suppetere vident, fortunatissimos se esse censeant, & prædicent. Ita Gregorius de Basilio loquens, νῦν μακαρίαν τὰς ἄθλιας ἀνθήσας, i. vt exponit Nicetas, μακαρίως μακαρίας, vel potius (vt sensus) μακαρίζομένας, Quod quidem prouerbium ijs optimè conuenit, qui cùm ad locum aliquem aut etiam genus quoddam vitæ, velut montes aureos sibi pollicentes, sese contulerint, repentè aduersa omnia tristiaq; offendunt. Quemadmodum si quis aulicam vitam opumq; ac dignitatum spe professurus, ac deinde inops obscurusq; iaceat, huiusmodi vitæ genus νῦν μακαρίαν appositissimè vocare potest. Cui adagio non absimile est illud, θησαυρὸς ἀνθρακες, Thesaurus carbones. Contra Epist. 63. Cùm, inquit Christiana philosophia studium seriò amplexus fueris, inuenies ea quæ de ea prædicantur, quaq; vana esse, ἃ νῦν μακαρίαν. G. que ce ne sont hayes.

2. Solo rore cicadæ) Plin. cap. 26. lib. 11. cicadas rore ali, ijsq; solis nullum ad excrementa corporis seruiens esse asserit.

14. Bosporio Colonia. 43.

ARGVMENTVM.

Quamuis Gregorius vitam ab omni munere Ecclesiastico liberam agere constituisset, populi tamen & cleri precibus atque adeò conuicijs obrutus se Ecclesiæ gubernacula susceperum pollicetur. Ad eúdem Bosporium extat quoq; Basilij epistola, in qua calumniam sibi aspersam diluit.

ARbitrabar mihi pro ijs quoq; quæ præcesserunt, à vobis purgationem excusationemq; deberi. Ita vœcors sum & stolidus. Quoniam autem [1] obiurgandi me finem non facitis, sed prioribus certaminibus aliquid semper adijcitis, nouisq; cõtumelijs veteres cumulatis, haud scio qua causa permoti, siue quòd nos exosos habeatis, siue vt nostri contemptu aliorum gratiam vobis concilietis: hæc quidem Deo & noscenda & iudicanda relinquimus, quem nulla res fugit, vt ait Scriptura, etiamsi veritatis laruam pretendamus, vt speciosior sit apud multitudinem prætextus: tuæ autem pietati hoc denuncio, nos manus dare & cedere atq; Ecclesiæ curam, Deo dante, pro virili nostra sine cunctatione susceturos esse (quandoquidem hoc contenditis, ac præsertim vrgẽte hac tempestate, propter imminentem, vt ipse scribis, aduersariorum incursionem, humiloque hoc corpus Deo commodaturos esse, quandiu durabit, viresq; nostræ ferent, ne nos oneremus, atq; obruamur, tum à vobis condemnati, tum varijs vniuersi cleri querelis & lamentationibus nos opprimentis, clamoribus impetiti, atq; Ecclesiam negligẽtia cernentes, ac permultorum etiam animum offendentes & vulnerantes, tanquam Ecclesiæ negotia nihili faciamus: ac denique ne vos diutius in nostri contemptione laboretis. Idque faciemus precum vestrarum auxilio suffulti, si tu Ecclesiæ præfecturam accipere detrectas, vt & ipse scribis, & res ipsæ fidem faciunt. Præstat enim illis curis immori, quàm his. quandoquidem omninò nos vexari atque affligi necesse est, Deo res nostras ita constituente.

SCHOLIVM.

1. Obiurgandi me finem) Satis apparet mendosum esse hunc locum in Heruagianò codice ὃν ἀνδρὸς ἐμοῦντος ἐμοῦντος. Itaq; Frobenianum sequens pro ἐμοῦντος lego ἐπιτιμῶντος. Mihi tamen non incommodè quoq; legi posse videretur pro τοιμῶντος, τρυμῶντος.

15. Eidem. 49.

HOc iam secundò à vobis supplantatus atque deceptus sum: (quid dicam, nostiæne si quidem iustè, [1] odoretur à vobis Deus odorem suauitatis: si autem iniustè, hanc noxam vobis Dominus condonet. Sic enim me de vobis loqui æquum est. quandoquidem iniurias acceptas ferre iubemur. Cæterùm vt penes vos est voluntatis vestræ potestas: sic meæ quoq; penes me est. Nõ vltrà vobis grauis erit grauis ille Gregorius. Ad Deum secedam, qui solus purus est, & à fraude alienus: in meipsum colligar. Hæc mihi ipsi cõsului. Bis enim ad eundem lapidem impingere vœcordibus solùm tribuit paræmia.

Odore-

1. Odoretur Dominus) Alludit ad illud Geneseos 8. Aedificauit autem Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoratusq; est Dominus odorem suauitatis.

26. Cæsario fratri. 50.

ARGVMENTVM.

In eo terræmotu quo Niceæ Bithyniæ vrbis pars maxima disiecta est, magnum mortis periculũ effugerat Cæsarius, domus cuiusdam ruina tectus. Ab hac itaque tam insperata salute occasionem arripiens Gregorius eum admonet, vt relictis mundi negotijs Seruatorem Deum sequatur, eiusque cultum verè ac serio amplectatur.

NEC ipsi quidẽ timores prudentib. viris inutiles sunt, quin potius mea quidẽ sententia valde commodi & salutares. Nã etsi votis omnibus eos arcemus: venientibus tamen erudimur. Aegra enim & afflicta anima vicina est Deo, vt eximiè alicubi loquitur Petrus: atq; omnis: qui periculum effugit, maiori necessitudine cum eo iungitur, à quo salutem est cõsecutus. Proinde non quia calamitatis participes fuimus, ægro animo simus: sed quia è periculo extracti sumus, gratias agamus, nec alios nos Deo premẽtibus periculis, & alios post pericula pbeamus: verùm siue peregrè agẽtes, siue priuatam vitam ducentes, siue negotia publica administrantes (sic enim loquendum est, nec prætermittendum) eum sequamur, à quo salutem accepimus, atque ad illius partes nosmet adiungamus, res paruas & humi depressas leuissimè curantes. Ac narrationem quandam posteris demus, tum ad gloriam nostram, tum ad animæ vtilitatem insignem, quæ etiã ipsa vtilissimo documento plerisque sit, nimirum periculum securitate, & calamitatem prosperitate meliorem esse, magisq; expetendam: si quidẽ ante timores, sæcuri eramus, post timores autem Deo nos addiximus. Calamitas melior prosperitate.

Vereor ne tibi molesti videamur, qui de his rebus sæpius ad te scribamus, atq; oblectationis potius quàm admonitionis causa sermones habere existimemur. Quare de his rebus verborum satis. Nos verò scias, velim, prompto animo esse atq; exoptare, potissimùm quidem tecum esse, vt de salute tua tecum agamus ac de his rebus absolutiùs differam*: sin minus, at certè vt te hîc quàm citissimè recipiamus, simulq; pro beneficio accepto gratias Deo lætè atq; hilariter persoluamus.

17. Eidem. 51.

ARGVMENTVM.

Cæsarium fratrem grauissimis verbis obiurgat, qui honorum amore delinitus se in Iuliani Christianæ fidei desertoris familiam ascisc endum curauerat, publicique thesauri custos creatus fuerat.

MAgnopere tua causa erubuimus. nam quòd mœrore affecti fuerimus, quid scribere necesse est, tibi vtiq;, hoc omnium maximè persuasum habẽti? Etenim (vt de nobis nihil dicamus, nec quanta mœstitia, addam etiam timore, nos fama ea, quæ de te peruagatur, impleuerit) vellem, si fieri posset, sermonibus ijs quos alij de te tam familiares & necessarij quã externi, quoquo modo nobis cogniti, dum tamen Christiani, & quidem omnes vno ore ferunt, interesses. quandoquidem libentiùs cupidiusq; in alienis rebus quàm in suis mortales philosophari solent. Instar alius cuiuspiam declamationis hæc verba ipsis fuerunt. Nunc Episcopi filium militare, nunc externam potentiam & gloriam expetere, nunc pecunijs seruire (qñ pecuniarum communis ignis accensus est, atque in salutis animæq; periculo versantur homines) ac non potius vnam hanc gloriam & securitatem & opes existimare, nimirum fortiter & strenuè sese tyrannidis turbini opponere, & quàm longissimè se ob omni scelere & piaculo remouere. Quonam autem modo Episcopi alium admonere queant, ne se à tẽpore abstrahi sinat idolisque commisceri? Quonam modo eos qui aliud quoddam flagitium admittunt obiurgare possint, [4] ipsi à Lare libertatem loquendi nõ habentes? Hæc nos, hisque plura & grauiora quotidie audientes, partim ab ijs qui amico animo fortasse ac benuolo loquuntur, partim ab ijs qui inimicè & maleuolè nobis imminent, quo tandem modo affici, & quem animum habere putas, nos in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam qui Deo seruire proposuimus, nec vllum aliud bonum esse iudicamus, quàm vt futuræ vitæ scopum collimemus? Ac dominum quidem patrem nostrum sermones hos impatientissimè ferentem atq; à vita ipsa abhorrentem, quoquomodo solor & demulceo, de tua volũtate illi spondens, atque confirmans, te nequaquam diutius nobis molestum fore. Dominam autem matrem, si quicquam de tuis rebus resciscat, (nam ad hunc vsq; diem multis artibus eã celauimus) ita velim existimes, eam tãtum dolorem habituram, vt nullo omninò solatio mitigari possit, vtpote parui animi fœminam, & alioqui ob pietatis magnitudinem modum in huiusmodi rebus tenere nequeuntem. Quamobrem si quam & tui & nostri rationem habes, meliùs tutiusq; tibi consule. Nam procul dubio facultates nostræ ad vitam liberaliter degendã sufficiunt, homini vtiq; non nimis inexplebili, nec immodica plus habendi cupiditate flagranti. Quinetiam ad constituendas vitæ tuæ rationes haud video, quodnã tempus expectabimus, si hoc nobis effluere siuerimus. quòd si in eadem perstas sententia, ac præ animi proposito atq; impetu paratia omnia existimas, aliud quidem accersi proloqui non libet: hoc tantùm prædico & denuncio, è duobus alterum necesse esse, vt vel germanus Christianus manens contẽptissimæ ipsius classi asscribaris, & indignéque viuas & teipso, & spe quam concepisti, vel honorum desiderio æstuans in capitalem fraudem incidas, fumiq; saltem, si non ignis, fias particeps.

SCHOLIA.

1. Familiares) Corruptè enim legitur οἰκεῖ in Heruag. pro οἰκέων.

2. Libentius) προθυμότερον enim legendum, non προτιμότερον, vt in impressis exemplaribus.

3. Episcopi filium) Natus est enim Cæsarius patre Episcopo.

4. Ipsi à Lare) A Lare incipere prouerbiale dictum, ab Erasmo, vt puto, prætermissum: quo admonemur, vt primũ̃ censoris personam in alios assumamus, vitia nostra ipsi castigemus. Vt si princeps adulterij reos, suam perpurgare studens, primùm id curet, ne quid huiusmodi domi suæ admittatur. Eodem modo à Lare libertatem non habere dicuntur, qui scelus aliquod idcirco infectari non audẽt, quia semetipsos vel domẽsticos suos eo obstrictos esse sentiunt. Quomodo igitur, inquit Theologus, pater noster iam ad huius vitæ rerumque caducarum & fragilium contemptum alios exhortabitur, cùm habeat filium mundi cupiditatibus immersum? Porrò hoc adagiũ hinc natũ esse scribit Hesychius, quia mos erat Græcis, vt Vestæ primitias facerẽt. Ἑστίαν enim & Vestam & Larem significat: sed perspicuitatis causa Larem transferre malui. Aristophanes ἀφ' ἑστίας ἄρχε. A Lare incipe.

5. Indigné viuas) Scilicet quantum ad hanc vitam.

18. Sophronio Præfecto. 52.

ARGVMENTVM.

Sophronij Præfecti opem implorat aduersus eos, qui in mortui Cæsarij facultates crudeliter impetum fecerant, easque scelerate diripiebant. Principio epistolæ de vitæ fragilitate & inconstantia philosophatur.

VIdes quales res nostræ sint, & quomodo res humanæ velut in orbem conuoluantur, ac nunc floreant, nunc marcescant, eamq; rationem habeant, vt nec felicitas, nec fortunæ aduersitas, vt dici solet, fixa stabilisq; nobis permaneant, verùm celerrimè vtraq; commutetur ac dilabatur: adeò vt ventis certiùs fidere possimus, aut literis in aqua scriptis, quàm hominum felicitati. Quod quidem mea sententia idcirco fit, vt harum rerum inconstantiam inæquabilitatemq; perspicientes concitatione cursu ad Deum & futura properemus, ac nobis quoquipsis nonnihil prospiciamus, vmbras & somnia leuiter curantes. Sed vnde hæc fluxit oratio? non enim hæc temere philosophor, nec incassum me ostento. Erat quondam non obscuri nominis vnus quoque Cæsarius, immò, nisi me fraternus amor fallit, perquam ampli & splendidi eruditionis laude illustris, singulari morum probitate commendabilis, amicorum etiam copia clarus, quorum primum rem tum nobis persuadebat. Ac vetera quidem huiusmodi erant. Tuq; etiam his plura à teipso adijcies, funebribus illum honoribus prosequens, &, quod naturã omnibus insitum est mortuo quippiam amplius elargiens. At nunc (*1 ac vide, vt siccis oculis hunc sermonem transmittas, aut honestè certè & commodè collachrymes) hicquidem extinctus iacet, ab amicis inops, deletus, miserabilis, exigua myrrha donatus, (si ta-

(si tamen id quoque) ac paucis & extremis integumentis: magnique etiam æstimandum, quòd hæc quoq; hominum miseratione consecutus sit. Impetum autem hostes fecerunt, vt audio, atq; eius facultates alij aliunde liberrimè & insolẽtissimè partim diripiunt, partim iamiam direpturi sunt (ô grauem importunitatem? ô inauditam crudelitatem) nec quisquam est qui prohibeat, sed humanissimus quisque hoc solum præstat, quòd legum fidem implorat & obtestatur. Atq;, vt vno verbo dicã, fabula facti sumus, qui felices quondam habebamur. Hæc tibi ne leuia & tolerabilia videantur, obsecro. verùm & vicem nostrã dole, & simul indignare, beneficioq; Cæsarium è viuis sublatum affice. Eia te per amicitiam ipsam obtestor: eis per ea, quæ charissima habes, per spes animo conceptas, quas tibi fausta effice, fidum te & sincerum amicum mortuo præbens: vt ijs etiam qui vita fruuntur, hoc largiaris, ac spẽ meliorem afferas. An tu pecuniarum nomine nos angi putas? Intolerabilior nobis ignominia fuerit, si ex omnibus mortalibus Cæsarius solus, qui multorum hominum amicitia sibi fultus esse videbatur, amicos nullos habuisse existimetur. Ac deprecatio talis est, atq; à talibus profecta, quandoquidẽ tu nos quoq; fortasse non cõtemnendo loco habes. Quod autem auxilium, & qua ratione ferendũ sit, & res ipsæ admonebunt, & prudentia tua dispiciet.

SCHOLIVM.

1. Ac vide, vt) Apparet enim legendum esse ἵνα τοῦτο μὴ προῇ λεκτικῶς, vt in Erasm. non ἵνα τοῦτο μὴ, vt in Heruag. Id quod aperte indicat id quod sequitur, ἢ δακρύσαι γε, &c. Porrò Amm. Marcellin. lib. 26. meminit cuiusdam Sophronij primùm notarij, deinde Præfecti Constantinopoleos sub Valente qui videtur esse ille, ad quem scribit noster Theologus.

19. Basilio. 18.

ARGVMENTVM.

Inter Eusebium Cæsareæ Episcopum, & Basilium nescio quid simultatis intercesserat. Gregorius itaque vtrunque per literas ad concordiam hortatur.

TEmpus iam est, vt prudens consilium ineamus, tolerantiæq; laude floream*, nosq; ita comparemus, vt nec quisquam animi magnitudine præstantior nobis appareat, nec multi nostri labores & sudores temporis puncto collabantur & euanescãt. Cur hæc scribam, quæris? Deo charissimus Episcopus noster Eusebius (sic enim de eo nobis deinceps sentiendum & scribendum est) animo erga nos est admodum amico & ad simultates componendas propenso, ac tempore velut igni ferrum, emollitur: literasq; etiam deprecatrices & euocatrices ad te missurus est, quemadmodum & ipse mihi significauit, & multi ipsius animum perspicuè cognitum habentes nobis fidem faciunt. Quem anteuertamus, quæso, vel ad eum venientes, vel scribentes, vel quod erit rectius, prius scribentes, ac deinde ad eum nos conferentes: ne postea nos pudeat si victi fuerimus, cum vincere licuerit, præclarè videlicet & philosophicè cedendo: id quod plerique à nobis exposcunt. Mihi itaque obsequere, ac veni, tum ob hanc causam, tum etiam propter tempus. Quandoquidem hæretici coniuratis animis Ecclesiam percursant, partimque iam adsunt, ac turbas mouent, partim, vt fama iactatur, affuturi sunt. Ac periculum est, ne veritatis doctrina conuulsa distrahatur, nisi primo quoq; tempore* Beseleelis Spiritus excitetur, hoc est, sapientis huiusmodi disputationum & dogmatum architecti. Quòd si tibi operæprecium esse videtur, vt ipse adsim, atq; hæc administrem, tibiq; itineris comitem me adiungam, ne hoc quidẽ munus defugiemus.

SCHOLIVM.

1. Beseleelis Spiritus) Beseleel artifex à Deo vocatus, Spiritu eius impletus est ad ædificationem tabernaculi, Exod. 31. & 35. Per Beseleelem autem hoc loco Basilium significat.

20. Eusebio Episcopo Cæsariensi. 17.

QVoniam mihi cum eo viro sermo est, qui nec mentiri amet, & in altero mendacium omnium acutissimè deprehendat, quantumuis callidis multiplicibusque laby-

Universidad de Deusto
Biblioteca

labyrinthis obuoluat: atq; insuper ne mihi quidem fucus & simulatio placet (dicam enim, & si molestius sit) tum à natura ita cõparato, tum à Scriptura instituto atq; informato: idcirco quæ animo occurrũt, scribo. Ac tu meam dicendi libertatem in bonam partem accipias, velim: aut iniuriã in me fueris, libertatem mihi adimens, cogensq; me conceptũ mœrorem, velut morbum quendam malignum & subputridum in meipso continere. Ornari quidem me abs te lætor (si quidem homo sum, vt prius dixit quispiam) atq; & ad concilium & ad conuentus spirituales vocari. Verùm contumeliã charissimo fratri Basilio à tua pietate illatam esse, atq; etiãnum inferri molestè fero, vtpote quẽ & vitæ & studiorum excelsissimæq; philosophiæ socium & iam olim elegi, & nũc habeo. nec quicq̃ mihi obstat iudicium de eo meum succenseo. sic enim parcius loqui præstat: ne alioqui ipsius virtutes prædicans meipsum laudare videar. Tu verò dum eo contempto nos honore prosequeris, perinde mihi facere videris, ac si quis vnius viri caput altera manu demulceat, altera malam feriat, aut etiã conuulsis domus fundamentis parietes depingat, atq; externas partes exornet. Proinde si quid mihi obsequendum putabis, hoc facies. Vt autem obsequaris abs te peto atque contendo. æquum est enim. Si illum, vt par est coluerit, ipse quoq; ab eo vicissim obseruaberis. Nos autem sequemur, quemadmodum vmbrę corpora, vtpote parui, & ad pacem procliues. Non enim ita misero statu res nostræ sunt, vt cætera quidem philosophari, partiq; excellentiori adiungi velimus, cæterùm dilectionem, quæ totius doctrinæ nostræ caput est, contemnamus ac pro nihilo ducamus: idq; erga virum sacerdotio insignem tantaq; virtute præditum quem & vita & doctrina & ętate omnium, quos nouimus, præstantissimum esse censemus. Neq; enim mœror, quo affecti sumus, veritati tenebras offundet.

SCHOLIVM.

1. Nos autem sequemur) In vtroq; codice impresso est ἡμεῖς, sed vitiosè. ἡμᾶς enim sine controuersia legendum, vt & sensus exposcit, & ipsa constructio.

Basilius Gregorio.

ARGVMENTVM.

Rogat Gregorium, vt ad consultationem de Episcopi creatione ineundam Cæsaream se conferat.

QVis dabit mihi pennas sicut columbæ? vel quomodo renouabitur senectus mea, vt ad charitatem vestram transire, desideriumq; vestri, quo teneor, lenire, animique molestias exponere, ac vestra opera quoddam afflictionum solatium reperire queam? A morte enim beati Episcopi Eusebij metus nõ paruus nos inuasit, ne forte ij q̃ Metropolitanæ Ecclesiæ nostrę quondam insidias struebant, eamq; hæreticis zizaniis implere cupiebant, occasionem nunc nacti pietatẽ in hominum animis multo labore spar sam perniciosis suis doctrinis radicitus euellant, ipsiusq; vnitatem scindant, quemadmodum in plerisq; Ecclesijs fecerunt. Quoniam autem literæ quoq; Cleri ad nos allatæ sunt, quibus rogamur, ne tali tempore eos negligamus: in orbem circunspiciens, charitatis vestræ recordatus sum, rectæq; fidei ac zeli, quo pro Dei Ecclesijs semper flagratis. Eaq; de causa dilectum Condiaconum Eustachium misi, vt veneratio vestra illius hortatu precibusq; permota omnibus laboribus & ærumnis Ecclesiarum causa susceptis hunc quoq; adiungar, senectutemq; meam congressione reficiar, ac recreet, rectæq; Ecclesiæ celebrem illam pietatem dirigat, nobiscum scilicet, si modò digni habiti fuerimus, qui vos in bono hoc opere iuuemus, pastorem illi iuxta Dñi voluntatẽ prefici, qui plebem ipsius moderari queat. Est quidem nobis p̃ oculis vir, quem nec ipsi ignoratis, quo si diuina gratia potiamur, magnam haud dubiè nobis libertatem apud Deum comparabimus, maximoq; beneficio populum, qui opem nostram implorauit, afficiemus. Verum te rursus, ac sæpius rogo, vt abiecta omni cunctatione hîc nobis præsto sis, hiemisq; molestias anticipes.

21. *Gregorius Basilio.* 27.

NOli mirari, si quid præter opinionem tuam dixero, nec prius à quoquam homine dictum. Quanquam tu mihi viri constantis & certi atque animi firmitate præditi existimationem habere videris: multa tamen simpliciter magis quàm circunspectè & securè deliberas, ac facis. Nam qui à vitio liber est, is vitiũ in alio minus prõptè suspicatur. Huiusmodi quiddam tibi nunc accidit. Ad Metropolitanam vrbem nos acciuisti, cùm de Episcopo creando cõsultatio proposita esset. Ac quàm speciosõ & ad persuadendũ apposito prætextu vsus es. Aegrotare te finxisti, atq; extremos spiritus edere cupereq̃; nos videre, atq; extremùm alloqui: quod quo consilio feceris, assequi nequeo, nec quid præsentia nostra ad eam rem vtilitatis allatura sit. Ego verò ad iter me accinxi, rem hanc ægerrimo animo ferens. quid enim mihi vita tua sublimius, aut discessu tristius & acerbius? Ac fontem lachrymarum profudi, & ingemui, nuncque primum me aliter affectum sensi, quàm philosophi ratio postulet. Denique quid epitaphijs non impleui? Posteaq̃ autem Episcopos ad vrbem concurrere in

ne prospiciendum sit: tum maximè vestrę, quæ omnium ferè Ecclesiarum mater & à principio erat, & nunc est, atque censetur, & ad quam tota Respub. Christiana oculos coniecit, non secus ac circulus centro circunscriptus, non modò propter fidei integritatem iam olim omnibus prædicatam, sed etiam ob concordiæ gratiam diuino haud dubiè beneficio ipsi concessam. Quoniam igitur ad deliberationem, quam de hac re habetis, nos quoque, vt rectum erat, atq; Ecclesiastica regula postulabat, vocastis, senectute autem & morbo correpti tenemur, si quidem ipsi quoque Spiritu sancto vires nostras obfirmante adesse queamus (neque enim quicquam fide præditis incredibile est) hoc sanè & publicæ vtilitati melius, & nobis iucundius fuerit, vt & vobis aliquid conferamus, & ipsi benedictionis participes efficiamur. Si autem per corporis infirmitatem adesse non licuerit, id certè, quod absentes possunt, conferimus. Et quidem alios quoq; apud vos præfectura dignos esse confido, vtpote in vrbe amplissima, atq; ira præclarè & ab huiusmodi Præsulibus iam olim gubernata: cæterùm ex omnibus, qui honore & gloria apud vos florent, neminem Deo dilectissimo filio nostro Basilio Presbyt. anteferre possum (hæc aũt quasi Deo teste dico) viro tum

tellexi, profectionis consilium abrupi, demirariq; cœpi, primùm si quid deceret, at qui honestum esset non perspiciebas, atque improborum linguis occurrendum putabas, quę simplicissimis quibusq; celerrimè calumniam struunt. Deinde, si non hæc tibi ac nobis conuenire existimas, quibus & vita & doctrina & reliqua omnia communia sunt, nimirum à Deo ita iam inde à prima ætate consociatis. Tertiò (liceat enim hoc quoq; dicere) si piorum Deique metu præditorum hominum huiusmodi electiones esse censuisti, ac non potentium, & apud vulgus gratiosorum. Atq; ego his de causis nauigij proram, vt dici solet, conuerti, ac proficisci detrectaui tibi aũt, si videtur, hoc quoq; fixum constitutumq; sit, inter medios tumultus prauasq; suspiciones fugere. Tuam verò pietatem tum demum videbo, cùm & negotia constituta fuerint, & per tempus licuerit: ac plura etiã & grauiora exprobabo.

22. *Ad Cæsarienses, Epistola patris nomine scripta.* 18.

ARGVMENTVM.

Gregorius pater duabus his epistolis miro conatu hoc agit, vt Basilius Ecclesiæ Cæsariensis Episcopus instituatur,

SVm quidem pastor exiguus, exiguique gregis antistes, minimusq; inter ministros Spiritus: cæterùm gratia nequaquam angusta est, nec locis circunscripta. Quocirca paruis quoque liberè loquendi potestas concedatur, præsertim de communibus maximisq; rebus orationem habentibus, & cum hac canicie consultantibus, quę aliquid fortasse prudentius & solertius habet, quàm pleriq; è vulgo. Non de paruis & tenuibus rebus deliberatis, verùm quibus vel rectè vel secus habentibus, Rempubli. quoq; vel hoc vel illo modo se habere necesse est. De Ecclesia enim nobis sermo est pro qua Christus mortuus est, ac de eo qui hunc Deo sistat & conciliet. Lucerna enim corporis est oculus, quemadmodum docet Scriptura, non modò hic corporaliter aspiciens & aspectus, sed etiam qui spiritualiter cernit ac cernitur. Lucerna autem Ecclesiæ est Episcopus, quemadmodum ipsi perspicuè nostis, etiamsi non scripserim*. Itaque quemadmodum illo puro atq; incoiumi corpus quoq; rectè ducitur, impuro autem & vitiato, non rectè: consimili quoque ratione vtrolibet modo sese Ecclesiæ antistes habuerit omninò vel periculi vel salutis participem esse Rempub. necesse est. Porrò cùm omnibus Ecclesijs tanquã Christi corpori summa cura & solicitudi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum morum integritate,tũ doctrina purgato,soliq; omnium vel certè potissimùm ijs viribus subnixo, vt perditissimo huic tempori,vigentiq; hæreticorum loquacitati,linguæq; prurigini vtraq; re obsistere possit. Hæc & sacerdotali classi & monachis scribo:hæc & ijs, qui magistratus gerunt,& qui senatorij sunt ordinis,ac denique plebi vniuersæ. Si igitur huic sententiæ assensum fuerit,suffragiumq; nostrum adeò sanum & integrum, vnaq; cum Deo

23. *Ad Episcopos Epistola patrũ nomine scripta.* 19.

QVàm suaues estis & humani,ac singulari charitate præditi. Ad Metropolitanam vrbem nos vocatis, de Episcopo, ni fallor,consilij aliquid inituri(hoc enim vos in animo habuisse sentio) cùm nec q adesse necesse sit,nec quam ob causam,nec quo tempore,[1] prædixeritis:sed repentè nobis,si quid facere aggressi estis, declarueritis,tanquam videlicet non nos honorare constituentes,aut habere expetentes: sed præsentiam nostram studiosè impedientes,ne in nos [2] inuitos & repugnantes incidatis. Ac tale quidem vestrum facinus est,iniuriamq; hanc feremus.Quid autem ipsi sentiamus,exponemus. Alij quidem alios creabunt atq; proponent, nimirum pro suis quisq; moribus aut copijs & facultatibus,quemadmodum in huiusmodi rebus accidere consueuit. Nos verò neminẽ, latum vicerit:& spiritualiter adsum & adsero,immò etiam iam manum impositi,spiritusq; fiducia nitor.Sin autẽ aliud quidpiam potius quàm hoc placeat,ac per sodalitia & cognationes huiusmodi res expendantur,ac miscellanea turba exactum & seuerum electionis morem conuulserit,& distraxerit:seorsim sanè id quod vobis arrisit,facite:nos autem intra nosmetipsos collecti quiescemus.

SCHOLIA.

1. Nec quando prædixeritis) Nec enim dubium est, quin προαγορεύσητε *legendum sit, non* προεγράψητε. *vt in duobus impressis exemplaribus.*

2. Vt ne in nos inuitos & rep. incid. atis) Hic exemplaria variãt. *In Heruag. enim est,* τὸν μὴ ἑκόντα ἐπὶ τὴν ἀρχιερωσύνην, *vbi tamen nemo est, qui non videat legendũ esse,* ἀρχιερέα. *In Frobeniano autẽ pro* ἑκόντα legitur ἑκόντων, *& quidem vitiosè quantum ad accentum.* ἑκόντων *enim scribendum fuerat. Ego Heruagianã in translatione secutus sum, quia commodiorem sensum offerebat. Quanquam vt coniecturam meam in medium promam, nec* ἑκόντων, *nec* ἑκόντα *legendum puto, sed* ἑκόντι, *sicque vertendum. Vt ne in nos quidem volentes incidat is.*

24. *Basilio.* 25.

ARGVMENTVM.

Basilio Episcopatum Cæsariensem gratulatur, eiq; causam exponit,cur non quamprimùm ad eum se conferat.

POsteaquam te in sublimi throno collocatum, lucernamque ac illam quidem prius obscurè lucentem à Spiritu victore supra candelabrum oculis omnium expositam esse intellexi:magnam me cœpisse voluptatem fateor.quidni enim, cùm Ecclesiæ cor pus graui ter laborare,atq; huiusmodi ductu & auxilio opus habere cernerem? Non tamen ad te statim aduolaui, nec aduolabo: nec tu ipse id à me exposcas. Primùm vt authoritatem grauitatemq; tibi sartam tectamq; custodiam:ac ne ineptia quadam & præcipiti animi impetu,quemadmodum obtrectatores dicere queant, rui ilidosos colligere videaris. Deinde,vt mihi ipsi constantiam æquabilitatemq; comparẽ, inuidiæq; occurram.quando igitur venies,fortassè dixeris,& quandiu procrastinabis? quoad

quoad Deus iusserit,atque eorum qui nunc insidiosè imminent,inuidiaque flagrant, vmbræ præterierint. Non enim diutius,mihi crede,leprosi resistent, Dauidem Hierosolymis excludentes.

25. *Eidem.* 26.

ARGVMENTVM.

In magnis turbis molestijsq; versabatur Basilius,fortasse ob nouam illam Cappadociæ in duas prouincias, Tyanẽsem & Cæsariensem, diuisionem. Hunc per literas cohortatur Gregorius, vt magno animo ærũnas ferat, nec molestijs succũbat.

AVdio te nouo hoc rerum motu perturbari,tibiq; à versuta quadam & vsitata eorum,qui potentia & authoritate florent,curiositate molestiam exhiberi. Nec sanè mirandum est. Neque enim inuidiam ignorabam,quodq; permulti ex ijs,qui latustunum cingunt,negotia sua per te procurant,maleuolentiæq; & inuidiæ fomitem excitãt. Illud verò non metuo,ne quid parum philosophicum in his molestijs,atq; & te & nobis indignum facias.Quin potius nunc vel maximè futurũ existimo, vt Basilius meus cognoscatur,& quam omni vitæ ætate sapientiam collegisti,eam vt luculenter demõstres,obtrectatorumq; improbos conatus superes,ac velut in altissimis fluctibus immotus maneas,alijs perturbatis.Quod si ita tibi videtur,ipsè quoq; adero fortassè quidem consilij quoq; tibi aliquid impartiturus(si tamen mari aqua opus est, ac tibi consulere)proculdubio autem,vt à te vtilitatem percipiam,patientiæq; tuæ in ferendis contumelijs socium me præbeam.

27. *Eidem.* 28.

ARGVMENTVM.

Narrat, quomodo cum philosopho quodam verborum contentione decertarit,qui eo nomine Basilium impietatis arcesebat quòd Sp. sanctum nequaquam aperte Deum profiteretur.

EGo te & pro vitæ duce, & pro fidei ac dogmatum magistro, & quicquid præclari à quoquam dici potest, tum ab initio habui, tum nunc habeo: & si quis alius tuarum laudum prædicator est, omninò vel mecum est, vel postme. [1] Vsqueadeò me totum rapuit pietas tua,atque adeò sincerè & ex animo sum tuus. Nec verò mirum hoc videri debet. Nam cum quo maior alicui vitæ consuetudo intercesserit,huius quoq; magis periculum facere licuit:qui autem vberius experimentum sui dedit,huius quoq; exactius est & absolutius testimoniũ.vtsi quẽaliũ ex hac vita fructum capio, hunc ex amicitia tua vitæq; consuetudine capio. Ac de his quidem rebus ita animo afficior,vtinamq; afficiar.Quæ autem nunc scribo,inuitus quidem scribo:sed tamen scribam. Ac mihi eo nomine minimè succenseas velim, aut admodum ipsè acerbè feram,si fidem tibi non fecero, me hæc beneuolo animo loqui,atq; ad te scribere. Multi nos, vt circa fidem parum firmos accusant, quotquot nimirum,idq; meritò,res nostras communes vtriusq; esse censent. Atq; alij quidem planè nos impietatis insimulant,alij timiditatis.Impietatis quidem,qui nec sanam doctrinam à nobis promulgari credunt, sibiq; persuadent:timiditatis autem,qui nobis dissimulationis præuaricationisq; crimen impingunt. Ac sermones aliorum quid referre attinet?Quod verò nuper accidit,tibi exponam. Conuiuium celebrabatur, cui non pauci illustres viri intererant,nobisq; amicitia coniuncti,atq; inter eos vir quidam pietatis nomen habitumque præ se ferens.Nondum comparari cœptum erat, cùm, vt in conuiuijs accidere solet,de nobis sermo excitatur, instar alius cuiusdam aduentitiæ rei in medium,proposito.Omnibus porrò virtutes tuas magnificè prædicantibus, nosq; etiam vt issdem vitæ studijs deditos, adiungentibus, amicitiamq; nostram & Athenas commemorantibus,in rebusq; omnibus concordiam animorumq; consspirationem,[2] graue quoddam facinus hic philosoph[us] edit. Quidnam hoc, inquit admodum furiosè exclamãs,ô viri,quàm vos insigniter mendaces & assentatores estis?Cætera quidem laudentur viri illi,si ita lubet,nec ipse quidem contradico:cæterùm, quod maximũ est,non illis concedam. Orthodoxiæ nomine

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine frustra laudat Basilius, frustra Gregorius: ille quia veritatem suis disputationibus prodit: hic quia tolerantia sua proditionis socium se præbet. Hic ego. Vnde hoc, ô homo vane atq; amentiâ noue Dathan & Abiron? vnde nobis dogmatum p mulgator venis? quomodo tantarum rerum iudicem teipsum facis? Tum ille, ex Eupsychij Martyris synodo nunc venio, eamq; dicti mei testem habeo (sic enim se res habebat) atque illic Basilium magnum audiui, de Patre quidem & Filio optimè ac præstantissimè, atq; vt vix quisq̃ alius facile queat, disserentem: Sp. sanctum aût conuellentem & disijcientem. (Ac similitudinem quandam adijciebat à fluuijs peritam qui rupes cursim prætereuntes arenosa loca excauant.) Et cur tandem, vir egregie, inquit me intuens, tu quidem iam perspicuis verbis Spir. sanctum Deum esse doces simulq; 4 vocem quandam meam commemorauit, cùm ego vt in frequentissimo cœtu de diuinitate verba faciens peruulgatũ illud Sp. sancto inter fatus essem, Quousq; lucernam sub modio abscondemus? Basilius autem fidei doctrinam obscurè subindicat, ac velut adumbrat, nec veritatem liberè profitetur, oratorie magis quàm piè auditorum aures obruens, dicendiq; facultate subdolum animi consilium tegens? Quoniam, inquam, ego in obscuro positus ac plerisq; incognitus, sic vt nec q̃ loquar, nec an loquar, ferme homines sciant, tutò philosophor. Illius autem maior habetur ratio, vt pote & à seipso clarioris, & ab Ecclesia. Tum etiã quia id omne quod dicit, in publico hominum cœtu dicit, grauiq; hæreticorum bello vrgetur, nudam præsertim à Basilio vocem arripere quærentiũ vt eo (qui solus ferme reliquus est veritatis fomes, visque viuifica, vicinis omnibus captis ac subiugatis) ex Ecclesia pulso & exturbato, malum istud in ciuitate radices agat, atq; ab hac Ecclesia non secus atque ex aggere quodam & propugnaculo, terrarum orbem peruastet ac populetur. Præstare itaque veritatis doctrinam cautius aliquanto minusq; liberè profiteri, tẽporiq; quasi nebulæ cuidam cedere, quàm eam aperta prædicatione opprimere. Nos eñ ex ea re nihil dãni facere, si ex alijs quoq; dictionib⁹, quib. id certò colligatur, Sp. sanctum Deũ agnoscamus, Nec; eñ in verborum sono potius, quàm in mente & sententia veritatem sitam esse. Ecclesiam autem graue detrimentum accepturam, si vanius hominis oppressione veritas profligetur. Hoc consilium ij qui aderant, tanq̃ vanum & frigidum ipsos q; ludificans, nõ modò non comprobarunt, sed etiam nos clamoribus insectati sunt, vt ignauiæ nostræ potius, quàm orthodoxæ doctrinæ cõsulentes. Longè enim præstantius esse, nostros per veritatis prædicationem tueri atque conseruare: quàm huiusmodi cautione & dispensatione⁵ eos inutiles reddere, ne interim alienos elucrari. Enimuerò q̃ & dixi, & audiui, & quàm immodicè & p̃dixi, & audiui, & quàm immodice & p̃ter mores meos aduersus eos, qui contrà nitebantur, stomachatus sum, figillatim exponere prolixum nunc fuerit, minimeq; fortasse necessarium. Vt autem finem dicendi faciam, sic eos amandaui. Tu verò diuine vir & sacrosancte, facito, vt nos doceas, quousq; in disputatione de Sp. sancti diuinitate progredi, qualisque voces vsurpare, & quousq; cautione certaque dispensatione vti debeamus: vt ea aduersus eos qui contradicunt, in promptu habeamus. Nã si hoc nunc ipse abs te doceri postularem, cùm te resque tuas omnium mortalium maximè perspectas habeam, ac certissimã de his rebus fidem fæpius dederim, vicissimque acceperim: omnium profectò stolidissimus essem ac miserrimus.

Sp. sancti diuinitas.

Bas. celebrior Nazianzeno.

SCHOLIA.

1. *Vsque adeò me totum rapuit*) Ἕως οὗδ' ὅλον ἅπαμεί σε τῶν ὑλακτέων. Ἅπαμι enim duobus genitiuis iunctum commodiorem significationem habet, q̃ cùm genitiuo & datiuo iungitur. Exempli causa, τῶν χρημάτων ἅπαμι, i. omnes ab eo probitate superantur. At πάντας ἅπαμεν τῆς ἐκείνου χρηστότητος, omnes illi probitate sua ad se allicit, sibiq; deuincit. Gallicè melius Græcoq; conuenientius, Il gaigne vn chacun par sa bonté & honnesteté. Sic in oratione de Cypriano, ἐξ οὗ διαφερόντως ἅπαμι τῆς ἀρετῆς. Et in oratione de seipso, &c. ἕως οὗδ' ὅλον ἅπασε τῶν ἀκουόντων φωνῆς, vsque adeò vos cepit & illexit vox mea. Hæc idcirco adnotanda duxi, quòd omnes fere interpretes vtramque significationem confundant.

2. *Graue quiddam facimus*) Rectius enim in Frobeniano habetur Δεινόν τι πρᾶγμα, quam lectionem sequitur & Leo Allatius in Heruagiano.

3. *Eupsychij Martyris*) Fortasse hic est Eupsychius ille Cæsariensis nobili loco natus, cuius meminit Socrates in Hist. Tripart. lib. 5. cap. 11. qui ob euersum Fortunæ templum imperante Iuliano interemptus est.

4. *Vocem meam commemorauit*) In veriusq; codicibus Græcis corruptissimè legitur, ὃ τυβδὰν ἐμοῦ μνησθεὶς ἐν τῷ ἀκούειν: sed facile est errorem deprehendere, corrigere autem, hoc opus, hic labor est. Ego veram lectionem hac de-

hac demũ ratione cõmodissimè restitui posse contendo, si p̃ his quatuor verbis ἀπ' ἐμοῦ μονῆς substituatur vnicum verbum, ἀπομνημόνευσε, vel ἀπεμνημόνευσε. Atq; ita etiam transtuli clarissimo, vt opinor, sensu, nec à Gregorij mente abhorrente. Et hæc omnia per parentheſim inclusi, vsq; ad illud. ὁ δὲ ὑποφαίνει, &c. Quasi oblectator ille, qui per dialogismũ in hac epistola loquens introducitur, ad hunc modum loqueretur. Tu quidem Gregori sine vllis verborum inuolucris diuinitatem Spiritus sancti doces, quippe qui non ita pridem publicam concionem habens, cùm eius diuinitatem apertè professus esses peruulgata hæc verba subiunxisti: Quousq; lucernam sub modio abscondemus? (Hanc autem Orationem significat, cuius principium est, Os meum aperui. Illic enim hæc verba expressè habentur:) At Basilius obscurè tantùm & adumbratè eandem doctrinam exponit. De eadem vt tractat. in orat. de vita Basilij.

5. *Eos inutiles reddere*) ἀχρείους enim legendum, vt in Frobeniano, non autem ἀγρείους, vt in nostro.

Basilius Gregorio.

ARGVMENTVM.

Hæc epistola in Frobeniano codice falsò ascripta erat Gregorio. Quis enim nõ videt Basilium hac epistola proximis Gregorij literis respondere?

Pletatis tuæ literas à venerabili fratre Hellenio accepi, atq; ijs omnibus auditis, quæ nobis ipse, idq; nuda & perspicua narratione patefecisti, quo modo affecti fuerim⁹ nullo modo dubitas. Verùm quoniam amorem erga te nostrum omni mœrore superiorem facere constituimus: hæc quoq;, vt conueniebat, accepimus, atque à Deo sancto votis poscimus, vt reliquis vitæ nostræ diebus aut horis ita in nostro erga te animi affectu & beneuolentia conseruemur, vt anteacto tempore, in quo nullius omninò vel minoris vel maioris officij prætermissi nobis conscij sumus. Quòd si ille recèns in Christianorum vitã prospicere gestiens, ac postea ex eo sibi authoritatẽ conciliari existimans, nobiscum vertur, & quæ non audiui, confingit, & quæ nõ intellexit commemorat, haudquaquã mirum videri debet. Verùm illud mirum & absurdum, q̃p apud vos, harum rerum auditores habet fratres mihi sincerissimos, nec auditores solũ, sed discipulos quoq; vt videt. Quanq̃ autẽ alioqui nouum esset ac mirabile, & eum q̃ hæc docet, talẽ esse, & tales eos q̃ audere susti nent, & me deniq;, cuius nomen proscinditur: perditus tamẽ hic temporum status nos docuit, ne re vlla acerbius offendamur. Iampridem enim his ignominiosiora nobis propter peccata nostra in vsu fuerunt. Ego verò, si fratribus, qui istic degunt, meę erga Deum fideĩ nondum experimentum præbui: ne nunc quidem habeo, quid respondeam. Nã quibus diuturnum tempus minimè fidem fecit: his quo tandem modo fidem factura est breuis epistola? Si autẽ illa abunde sufficiunt: nugæ censeantur, q̃ ab obrectatoribus & sycophantis in me conferuntur. Cæterùm si linguis effrenatis, & cordibus imperitis, de quibus voluerint, loqui p̃miserimus atq; eorum sermonibus excipiendis paratas aures habuerimus, non solùm ipsi aliorum vituperationes accipiemus, sed alij etiam nostras. Huius rei porrò causa illa est, quæ ne existeret, iam pridem à te precibus contendebam: nunc autem fessus fractusq; tacco, nimirum quia mutuo cõgressu nequaq̃ fruimur. Nam si, vt & inter nos olim conuenerat, & cura & solicitudo, quã nunc Ecclesijs debemus, efflagitat, bonam anni partem simul reduxissemus: ansam atq; auditum obtrectatoribus haudquaq̃ dedissemus. Tu verò, si ita videtur, hos vale re sine, nostrisq; precibus adductus nos in præsenti certamine laborantes adiuua, simulq; cum eo qui aduersus nos cum exercitu grassatur, manus conse re. Nam si vel solùm conspectus fueris, eius impetum infringes, eosque qui ad patriæ res euertendas instructi sunt, fundes ac dissipabis, perspicuum videlicet ipsis faciẽs, te cœtus nostri ducẽ futurum, atq; os omne iniustum hominum iniquitatem aduersus Deum loquentium obstructurum. Quod si contigerit, res ipsæ declarabunt, quis ille erit, q̃ te ad præclara negocia sequetur, quis rursus claudicet, ac veritatis doctrinam ignauia prodat. At si Ecclesiæ res proditæ fuerint, haud magnæ mihi curæ erit, eos verbis p̃mouere, q̃ te tanti æstimauerint, quãti æstimare queant homines nondum seipsos metiri scientes. Haud multò pòst enim Dei gratia ipso rerum argumẽto ac demõstratione calumniæ refellentur. Quandoquidẽ, p̃ veræ doctrinæ defensione futurũ expectamus, fortasse quidẽ vt grauius aliquid patiamur: sin minus, at illud certè, vt Ecclesijs patrijsq; sedib. expellamur. quòd si nihil etiam eorum, q̃ in expectatione habemus, acciderit: non procul est Christi tribunal. Quocirca si congressionem nostram Ecclesiarum causa requiris: conuenire parati sumus, vbicunq; accersiueris: si autem vt calumnias refutem, mihi hoc tẽpore de his respondere non vacat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLIA.

1. *Qui istic*) ἀυτῶ enim hoc loco aduerbium est, non pronomen.
2. *Cætus nostri*) Legendum in Græco, τὸ κατ' ὑμᾶς συλλόγιον, non τὸν σύλλογον κατ' ἐμὲ enim genit. iuñ regit.

27. *Gregorius Basilio.* 21.

ARGVMENTVM.

Ex Basilij responsione facilè colligi poterat, eum literis illis, quas à Theologo acceperat, offensum fuisse. Eam ob causam se apud eũ hac epistola purgat, nec causam vllam fuisse ait, quamobrem ipsi literæ illæ stomachum mouere debuerint.

HOc nimirum erat, quod alius quispiam acumine maiori præditus suspicari potuisset, ego verò, qua sum stultitia & rusticitate, cùm ad te scriberẽ, non extimui. Mœrore te affecerunt nostræ literæ, vt autem ipse assero, nec rectè nec iustè, sed perquàm irrore te affecerunt nostræ literæ, vt autem ipse assero, nec rectè nec iustè, sed perquàm iniquè & præter occasionem. Ac mœrorem quidem apertè nequaquá fassus es, sed præfisti & occultasti, & si id sapienter feceris, mœroris personam pudore velut larua quadam obtegens. Ego verò si subdolo & maleuolo animo à me hoc factum est, non magis à tuo mœrore quàm ab ipsa veritate ledar: si autem simplici animo & pro consueta mea erga te beneuolentia, non animi tui affectum, sed peccata mea accusabo. Quanquam serius fuerat his incommodius mederi, quàm ijs qui consilium afferebant, succensere. Sed tu quid tibi faciendum sit, ipse videris, quippe qui alijs quoq; idem consilium porrigere facilè potes. Hoc autem habeto, me Deo aspirante, & tibi affuturum, simulq; diuturum, virilemq; operam impensurum esse. Quis enim langueſcet, immò quis non magno & fidenti animo futurus est, te duce ac socio de veritate disputans, ac certamen conserens.

28. *Eusebio Samosatensi Episcopo in exilio agenti.* 73.

ARGVMENTVM.

Eusebio Samosateno Episcopo pietatis causa exulanti se excusat, quòd eum per Cappadociam transeuntem non viserit, simulq; orationum eius auxilium imploret. Hic porrò Eusebius orthodoxæ fidei causa à Valente Ecclesia pulsus est, in Thraciamq; deportatus[1]*, vt refert Theodoritus Eccles. Historiæ lib. 4. cap. 13. Quo mortuo ab exilio reuersus Dolichæ ab Ariana quadam muliercula tegulæ ictu necatus est, vindictaq; amicis interdixit, quemadmodum idem author testatur. lib. 5. cap. 4. & Niceph. lib. 12. cap. 5.*

QVo tempore per patriam nostram pietas tua transibat, nec è cubiculo prospicere poteram, extremo morbo laborans. Me porrò non tam excruciabat morbus, licet mortis metum inuehens: quàm quòd bono & sacrosancto tuo congressu priuabar. Tanta nimirum vultus istius honorabilis videndi cupiditate teneor: quanta eum tenere par est, qui spiritualium vulnerum curatione indiget, eamq; se à præstantia tua consecuturum sperat. Et si autem hoc peccatis meis asscribendum est, quòd tum congressu tuo fruſtratus sum: potest tamen nunc quoque per bonitatem tuam molestijs meis nonnihil medicinæ afferri. Nam si mei quoque memoriam in Deo acceptissimis tuis precibus habere digneris, id vtiq; mihi omnis diuinæ benedictionis viaticum futurum est tum in hac vita mea, tum in futuro æuo. Tantum enim virum ita in Euangelij fide certantem, persecutionesq; tantas perpessum, tantamq; sibi ipsi apud iustissimum Deum libertatem per calamitatum perpessionem comparantẽ, hunc, inquam patronum quoque nostrum per orationes fieri dignari, tantam vim habere mihi persuadeo, quantam si vel à quodam sanctorum Martyrum id mihi contingeret. Quocirca te obsecro, vt in ijs Gregorij tui assiduè sis memor, in quibus me dignum memoria tua esse summopere opto. Eidem.

29. *Eidem.* 47.

ARGVMENTVM.

Hæc epistola tum conscripta fuisse videtur, cùm Eusebio Cæsariensi Episcopo vita functo de successore ageretur. Itaque hanc in locum suum afferendam duximus. Porrò non satis liquet, an post Eusebij Samosateni ab exilio reditum scripta fuerit, an verò antequam in exilium profectus esset. Illud perspicuum est, Cæsarienses illius aduentu summopere delectatos fuisse.

VNde tuarum laudum exordium ducam? & quo nomine te propriè appellabo? An te 1 columnam & firmamentum Ecclesiæ vocabo, aut luminare in mundo ijsdem verbis cum Apostolo vtens, aut gloriationis coronam incolumi Christianorum parti salutemq; adepturæ, aut Dei donum, aut patriæ adminiculum aut fidei regulam, aut veritatis legatum, aut hæc omnia simul, atq; his plura? Atq; hãc laudum exuberantiam, fidem propè excedentem, per ea quæ videmus, confirmabo. Quæ enim pluuia ita matura & tempestiua sitienti terræ illapsa est? quæ aqua, ex petra ijs, qui in deserto habitabãt, exundans? quem talem angelorum panem homo manducauit? quibus Iesus communis ille Dominus Discipulis suis pessum euntibus ita opportunè astitit, vt & mare tranquillaret, & periclitantibus salutem afferret, vt tu laborantibus nobis ac mœrentibus ac iam velut naufragium facientibus apparuisti? Et quidem de alijs quid loqui necesse est quãta nimirum lætitia & voluptate orthodoxorum animas perfudisti, & quot hominũ desperationem sustuliſtis? At mater nostra Ecclesia, Cæsariensem dico, nunc profectò ob tui aspectum viduitatis vestes exuit, & stolam oblectationis resumit, magisq; etiam splendescet, cùm pastorem & se & antecessoribus Episcopis & manu vestra dignum consecuta fuerit. Nam quis sit rerũ nostrarum status ipse quoq; perspicis, quãque insigne miraculum zelus tuus patrarit, & sudores, & Deo grata fiducia & libertas. Senectus reflorescit, morbꝰ superatur, lecto affixi exiliunt, infirmi potẽtia accinguntur. Quæ res mihi coniecturam afferunt, negocia nostra ex animi sententia successura esse. Ac patrem quidem tum suo tum nostro nomine habes, præclarum omni vitæ canicieique venerandæ finem 2 impositurum, nimirum præsentem hanc ꝓ Ecclesia dimicationem. Ac certum habeo fore, vt precibus vestris, quarũ fiducia nemo nõ sibi quiduis pollicerideber, firmiorẽ eũ valentioremq; recipiamus. Quòd si in hac quoque cura extremo vitæ die perfungatur, nequaquam detrimento & calamitati ducendum est, talem & ob res tales vitæ finem consequi. Mihi verò ignoscite, obsecro, si improborum linguis paulisper cedens aliquãto post ad cõplexum vestrum accurram, & ea quæ nunc in laudatione ꝓtermissa sunt, per meipsum adijciam.

SCHOLIA.

1. *Columnam*) Paul. 1. ad Timoth. 3. Ecclesiam columnam & firmamentum veritatis esse dicit. Idem in Epist. ad Philipp. 2. cap. eos in medio præuæ generationis lucere ait tanquam luminaria in mũdo. Adhæc. 1. ad Thess. 2. cap. eos coronam gloriæ suæ vocat.
2. *Impositurum*) ἐπιθήσοντα enim legendum, non ἐπιθήσοντας, vt in Heruag. quemadmodum & in eadem linea pro ὑμετέρων reponendum ὑμετέρῳ. & paulò inferius pro ὑμῖν, ὑμῖν.

30. *Eidem.* 75.

ARGVMENTVM.

Eusebium in exilio agentem præmiorum æternæ vitæ spe consolatur.

QVanquam mihi semper charus fuit ac sincerus amicus venerabilis frater noster Eupraxius: charior tamen & sincerior visus est ob animi affectum erga te suum, quippe qui nunc quoq; ad tibi inseruiendum nõ aliter perrexerit, quàm, vt ait Dauid, cerνus 1 siti oppressus, intolerabilem sitim pura & dulci aqua 2 refrigerãs. Ac beatus, qui consuetudine tua & congressu 3 dignus habitus fuerit. Beatior autem, qui calamitatibus pro Christo susceptis laboribusq; pro veritate exhaustis talem coronidem imposuerit, qualem non multi Dei metu præditi consecuti sunt. Non enim inexploratam virtutem ostendisti, nec tranquillo 4 tempore solum nauigasti, aliorumq; animas gu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bernasti:sed in 5 tentationum quoq; difficultatibus & procellis fulsisti,persecutoribus que sublimior extitisti,dum forti animo exilij causa solum vertisti.Et alij quidem patrium solum habent: nos autem supernam ciuitatem, alij nostrum fortasse thronum, nos Christum.O præclaram negociationem,qualia contemnentes,6 qualia accipimus. transiuimus per ignem &aquam:confido autem nos in refrigerium quoq; exituros esse. Non enim nos Deus in perpetuum deseret,nec rectam doctrinam persecutionibus vexari sinet:verùm secundum multitudinem dolorum nostrorum consolationes ipsius nos exhilarabunt.Atq; hoc quidem pro certo habemus & optamus.Te verò obsecro,vt pro abiectione nostra preces fundas,&quotiescunq; occasio dabitur,benè precari nobis per literas ne graueris,ac rerum tuarum statu declarando lætiores alacrioresq; reddere.Id quod nunc quoque facere dignatus es.

SCHOLIA.

1. Sitt oppressus)Mihi enim commodior lectio visa est Heruagiani codicis, q̃, vt habet Frobenianus, ἀ ἀνὸ δὲ τὸ.tamet si hæc quoq; satis commoda sit.

2. Refrigerans κ̀ατ̀ψυχ̀ον legit Frobenius,non in accusandi casu κ̀ατ̀ψυχ̀ον, vt Heruag.

3. Dignus habitus)In hoc loco restituendo multùm insudaui,nec tamen quicq̃ profecisse mihi videor. Codex Heruag,habet τὸτε ἀμῶν κ̀ατ̀ξίαν ευνοὶᾶ πρὸὶ Θεόν, Frobenianus multò aliter, τὸτε ἡμῶν ἀμῶν κατ̀ξίαν ευνοὶᾶ πρὸὶ ἐαυτὸν ex quibus verbis quis commodus sensus elici possit non video.Itaq;ob melioris exemplaris penuriam,Heruagianum sequi coactus sum,vt pote minus,vt opinor,vitiosum.

4. Tempore solum)μόνον enim lego,non μόν@,vt in impressu codicibus.Hoc enim vult Theologus, Basilium non prosperis duntaxat rebus egregium pastorem præstitisse,verùm etiam aduersis & afflictis.

5. Tentationum)παρεμάκτων.puto tamen παρεμῶν legendum,neq; enim memini me apud vllum autorem legisse πάρεμα in neutro.Sequente linea in Heruag. codice pro ὰ,legendum τὰ.

6. Qualia accepimus)In vtroq; exemplari est εἰλικκυσόμεθα.qui locus mihi mendosus videtur. Aliquid enim dicendum fuisset ὅσα εἰλικκυσόμεθα.sic enim Grammaticæ analogia postulat. Itaq; pro κκυσόμεθα, ἀ verbo κυίσκομαι,quod percipio significat.Est & alius error in fine epistolæ. ἰσσεῖν enim habet Heruag,codex, pro ἰσσεῖν.

31. Basilio. 22.

ARGVMENTVM.

Hæc epistola cum duabus proximè sequentibus stomachosa & iurgiosa est. Nam cùm Basilius diœcesin suam in multos episcopatus partitus esset, Sasimis ignobili loco & ad philosophandum alienissimo tantum virum, quicum ei omnes necessitudines intercedebant,præfecisset,non immeritò se per huiusmodi bonores exhilarabunt.Atq; hoc quidem pro certo habemus & optamus.Te verò obsecro,vt pro abiectione nostra preces fundas,&quotiescunq; occasio dabitur,benè precari nobis per literas ne graueris,ac rerum tuarum statu declarando lætiores alacrioresq; reddere.Id quod nunc quoque facere dignatus es.

is speciem contemptum ignominiaq; affectum fuisse vir optimus querebatur. Et sanè eorum amicitia,quæ alioqui trabali clauo fixa videbatur,ob eam causam penè dissiluit.Basilius quidem apud bonos viros eo nomine grauiter offendit, iniuriusq; cum Gregorio egisse existimatus est,quàm vel pro solito suo candore, vel pro illius meritis & dignitate,vel pro amicitiæ iure.Verùm ὰλλ' ἀμαρτῶν, ἰσ' ἴως κ̀αὶ πολλ̀ὰ κ̀ατ̀ορθοῦν vt ille ait.

DEsinésne nos tandem maledictis incessere,vt insulsos &rusticos &ab amicitia abhorrentes,ac ne vita quidem dignos,quoniã ea q̃ perpessi sumus,intelligere ac persentire ausi sumus.? neque enim quicquam aliud proferre queas, in quo à nobis læsus sis,nec vlla omninò in re nobis conscij sumus,nos iniquè aliquid in te admisisse (atq; vtinam nunquam conscij simus)nisi quod fraudem, in quam inducti sumus, seriùs quidem quàm oportuit, sed tamen aliquando persensimus. Atque huius rei culpam in episcopalem thronũ cõferimus,vtpote qui te repentè supra nos euexerit:ac vehementer in eo fatigamur, vt factum tuum;cuius nomine accusamur apud eos,qui & pristinam nostram similaritatem & præsentem mutationem cognitam atq; perspectam habent,defendamus.Hoc enim omnium,quę patimur,maximè ridiculum est, vel potius miserandum,nimirum quòd ijdem & iniuria afficiuntur,& accusantur: id quod nobis hoc tempore accidit.Obijciũt porrò alij aliud quidpiam,& quicquid vniuscuiusq; volũtas tulerit, (prout vel moribus comparati sunt,vel nostra causa irascuntur) moderatissimus autẽ quisq; neglectum & contemptum,& quòd nos,posteaquam opera nostra vsus fueris, velut sordidissima vasa & instrumẽta proieceris, aut adminicula ea, quæ fornicibus supponũtur;quæ simulatque structura firmata & compacta est,subduci solent,ac pro nihilo haberi. Verùm hos sanè valere sinamus,& quæ dicant,dicere:Nemo linguæ libertatem [1] coërcebit. Ac tu beatas illas spes & inanes mercedis loco persolue,quas aduersus eos excogitasti,qui te eo nomine lacerãt,q̃ honoris specie leues nos atq; ad res huiusmodi promptos & obuios contumeliosè protrieueris. Ego verò,quid animi habeam, explicabo: nec mihi propterea irascaris.dicam enim, q̃ flagranti etiam dolore prolocutus sum, non vsqueadeò vel ira æstuans,vel eo, qd̃ contigerat,perculsus & attonitus,vt ratio se subduceret,ac quid dicerem, ignorarẽ. Non arma comparabo,nec rei militaris artem discam,quam prius non didici, cùm huius rei commodius tempus esse videbatur,omnibus videlicet arma induentibus & furiosè inter se congredientibus (nosti infirmorum morbos)nec Martium [2] Anthimum cum illo mulas tuas [3] arripuerit,locorum angustias obseruans,quemadmodum ille Amalec cùm transitu Israelem arceret.Nobis autem aliarum omnium rerum vice quietem concede.Quid enim opus est pro lactantibus & auibus & quidem alienis, [4] non secus ac pro animabus & Ecclesiæ sanctionibus cõflictari?quid etiam præclaris Sasimis Metropolitanam vrbem spoliare, aut animi sentẽtiæq; arcanum,quod premi atq; [5] occultum habere conueniebat,nudare ac detegere. Quocirca tu quidem fortẽ te præbe,&corroborare,omniaq; ad tuam ipsius gloriam,quemadmodum fluuij torrẽtes, trahe,nec amicitiam nec vitæ consuetudinem & familiaritatẽ virtute & pietate antiquiorem habens,nec quæ ex his tebus hominum opinio de te futura sit, quicquam curans,sed totum te Spiritui addicẽs. Nos verò id dũtaxat vtilitatis ex amicitia tua consequemur,vt amicis posthac fidem nõ habeamus,nec Deo quicquã præferamus.

Quid faciat necessitas.

SCHOLIA.

1. Coërcebit)Lego enim ἰσχὶσι,vt in Frobeniano,non ἰσχὶσι,vt in Heruagiano.

2. Martium Anthimum)Is Tyanorum Episcopus erat,cum quo de Cappadociæ episcopatibus diuidendis Basilio contentio erat.Vrbs enim ea secunda Cappadociæ Metropolis recens creata fuerat.VideOrationẽ de Basilij laudibus.

3. Cùm ille mulas tuas)Alludere mihi videtur ad illud Achillis apud Homer. Iliad. 1. vbi negat sibi causam esse,cur Troianis bellum inferat,quòd ab eis nec boues,nec equi sui vnq̃ intercepti sint.

οὐχ̀ ἐμοὶ πώποτ' ἰλάσσατο βοῦς ἠδὲ μίνιππους, &c.

4. Non secus ac de animabus)Rectius enim in Frobeniano, ὡς περὶ τῶν ψ̃, vt in Heruag. ὡς ἀλλ' περὶ τὰ.

5. Occultum habere)Lego enim non ευκρύπτειν, sed ουτερύπτειν, vt in Froben.

32. Eidem. 23.

DEsidiam & inertiam nobis obijcis, quia Sasima tua recusauimus, nec Episcopatus cupiditate incitamur,vobis,non secus atq; [1] esca canibus in medio proiecta,mutuis armis inter vos grassantibus.Mihi vero maximi negocij loco est ocium. Atq; vt quidpiam ornamentorum meorum intelligas,vsqueadeò quiete atq; ocio glorior,magnifi cecq; de me sentio,vt me animi magnitudinis circa eam rem & præstantiæ legem omnibus esse putem.Quòd si nostrum exẽplum omnes sibi imitandum proponerent,ne Ecclesijs quidem negocia essent,nec fides distraheretur,quam suis quisq; contentionibus armorum vice prætexit.

SCHOLIA.

1. Esca canibus)Corrigendus est enim codex Heruagianus ex Frobeniano,& legendum, μηδ' ὥσπερ κυσὶ περὶ βρώσεως ἐρίζειν ἀλλήλοις ἐπιβεβλημένους.

33. Eidem. 24.

QVàm ferociter,& equuleorum ritu exilis in tuis literis, nec mirum te [1] ad gloriam nuper euectum ostentare nobis velle,quam gloriam nactus sis,vt hac ratione teipsum angustiorem reddas,quemadmodũ pictores,qui eximias formas depingunt. Mihi verò omnia,quæ Episcopi fecerunt,exponere,quidque epistola illa,qua discrucia ris,complectitur, nempe & vnde & quo progressi sumus, & vbi scribendi finem fecimus,prolixius esse videtur,quàm epistolæ modus postulet, nec tam apologiæ opus q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

historiæ. Vt autem rem breui declarem, fortissimus Anthimus ad nos cum Episcopis quibusdam venit, siue vt patrem meum inuiseret (nam id quoq; præ se ferebat) siue vt ageret, quæ egit. Cumq; multis modis animum nostrum tentasset, parœcias commemorans, & Sasimas paludes, nostrique electionem, nunc blandè nos alloquens, nunc precibus contendens, nunc minitans, nunc expostulans, nunc laudans, nunc vituperans, varijs deniq; orationis circulis, strophis, & ambagibus vtens, tanquam is solus nobis intuendus esset, nouaq; Metropolis, vtpote magnitudine amplitudineq; superior. quid, inquam, ciuitatem nostrã intrò circunscribis, cùm ipsi Ecclesiam quoq; faciàmus, vtpote Ecclesiarum verè & iam olim matrem? Postremò negocio infecto abscessit, crebris spiritib[a] interruptis, ac Basilismũ nobis quasi [2]Philippismum quendã obijciens. Num hîc tibi iniurij esse videmur? minimè, vt opinor. Iam quo etiã pacto nostra illa, hoc est hominis insolentis & cõtumelioſi, epistola se habuerit, expende. Euocationem synodalem exculptam ad nos miserant. Me verò contrà repugnante contumeliamq; nobis fieri contendente, secundo loco postularunt, vt hortatu meo & rogatu de his rebus consultationem haberetis. Id quod ego, ne quod prius moliebantur, fieret, me recepi facturum, rem omnem arbitrij vestri faciens, an eos colligere ac congregare velitis, & vbi, & quando. Quod quidem hominis erat non cõtumelia, sed honore vos afficientis. Quoniam autẽ ne hîc quidem iniuriæ quicquam tibi à me natum est, quod reliquum est, commemora. Quòd si id vos ex me discere oportet, ipsam Anthimi epistolam vobis perlegam, quam cùm paludes nobis prohibentibus & comminantibus inuasisset, ad nos mittit, probris contumelijsq; nos proscindẽs, ac velut triumphum quendam aduersus nos vt victos & profligatos canens. Quam autem rationem habet, vt cùm tua causa in illius offensionem incurramus, tibi rursus displiceamus, velut illi fauentes? Hæc porrò cognita tibi prius esse oportuit, vir egregie: ac ne tum quidem nos contumelioſe exagitare, si nihil aliud, certè vt Pressioſe exagitare, si nihil aliud, certè vt Presbyteros. Quod si ostentationis gloriæque studio ardes, atque è loco superiori nouas loqueris, velut Metropolitanus paruæ ciuitatis incolas, vel etiam ciuitatis expertes, nobis quoq; supercilium est, quod opponamus. Hoc enim cuiuis facillimum est, ac fortasse æquius.

SCHOLIA.

1. *Ad gloriam euectum*) Gr. Ἀδξαν ἐνεβιβασεν, vt significet eum, qui totum se gloriæ studio dedit, quemadmodum dicimus, ὅλον τῷ θεῷ ἐνεβιβασεν, de eo qui totum se ad Deum contulit, eiq; se addixit, & ἐκστάσεως ἐνεβιβασεν, qui totus in mortũ meditatione defixus est. Legitur in Frobeniano Δοξῃ ἐνεβιβασεν, nec fortasse malè, vt significetur is qui iam gloriam degustauit.

2. *Philippismum quendam.*) Alludit ad Oratores Athenienses qui Philippismi mutuò se insimulabant, hoc est quod prodita patriæ libertate Philippo Macedonum regi fauerent. Ita Basilismũ Gregorius Anthimum obijciebat, quòd totus ab aduersarij sui Basilij partibus staret.

34. Gregorio Nysseno. 32.

ARGVMENTVM.

Gregorium Nyssenum Basilij fratrem crebras peregrinationes ægrè ferentem consolatur.

ANgeris tot locorum peragratione ac discursatione, tibique inconstans esse videris, quemadmodum ligna quæ aquis feruntur. Nequaquam vir egregie, nequaquam ita affectus esto. Illorum enim coactus est cursus, tua verò discursatio Deo grata & accepta est, fixumque ac certum est de multis benè mereri, quamuis loco minimè fixus sis. Nisi verò quis Solem accuset, quia in orbem currit, radios fundens, atq; omnibus rebus quas peragrat, vitam afferens, aut etiam sidera fixa laudans, planetas vituperet, quorum error quoque ipse compositus est atque concinnus.

35. Eidem. 33.

REbus acerbis ne nimis discrucieris: si enim ex ijs minus acerbum dolorem capimus, minus acerbæ erunt. Non ita graue putandum est, quod recalescant hæretici, ac verisamœnitate freti ex latebris suis prorepant, vt ipse scribis. Paulùm, mihi credo, sibi labunt, ac posteà terram subibunt, tum à veritate, tum à tempore oppugnati, idque eo magis, si rem totam Deo permiserimus. Eidem.

36. Eidem. 34.

DE ijs, quæ scripsisti, ita sentio. Nec me contemni ægrè fero, & honore affici lætor. Illo enim digni sumus: hoc ambitionis nostræ est. Ora pro nobis. Breuitati ignosce. Nam profectò, etiamsi hæc parua, silentio tamen longiora.

37. Eidem. 35.

ARGVMENTVM.

Eandem Nyssenum Basilij fratris interitu molestum & afflictum cõsolatur.

HOc quoq; ærumnosæ huic vitæ reliquum erat, vt Basilij mortem audirem, sanctæque illius animæ peregrinationem, qua à nobis peregrè profectus est, vt præsens sit apud omnium, vtpote toto vitæ curriculo hoc vnum meditatus. Mihi verò præter alia hoc quoq; ereptum est (quòd etiamnum graui ac periculoso morbo laborem) vt & sanctum cinerem exosculer, tibiq; præsto sim, conuenientibus muneribus perfungenti, communibusq; amicis nostris consolationem adhibeam. Nam Ecclesiæ solitudinem intueri huiusmodi gloria detonsæ & spoliatæ, atq; huiusmodi corona excussæ, tam graue est, vt nec oculis spectari, nec auribus concipi possit, cordatis vtiq; & prudentibus viris. Tu verò, quanquam & amici multi & sermones ad consolationem tibi adsint, tamẽ à nullo perinde mihi solatium capere posse videris, quàm à teipso, illiusq; recordatione, quippe qui alijs quoq; omnibus philosophiæ exẽplum fueritis, ac velut amussis quædam spiritualis, tã moderationis in rebus secundis, quàm tolerantiæ in aduersis. Quandoquidem duo hæc nouit philosophia, nimirum & prosperitate modestè vti, & calamitatem honestè ferre. Atq; hæc à nobis ad præstantiam tuam scripta sint. Me verò hæc scribentem quod tempus, quæ ratio consolabitur, præter tuam societatem & congressionem, quam beatus ille vir pro omnibus rebus nobis reliquit, vt virtutes illius in te quasi in pulchro & perspicuo speculo intuentes illum quoq; habere existimemus.

38 Simplicia hæretica. 28.

ARGVMENTVM.

Basilius cuidam loco ab omni animarum cura prius vacuo, quendam, qui Simpliciæ hæreticæ facultates administrarat, Episcopum præfecerat. Hîc Basilio vita perfuncto Simplicia quasi ob negocia sua malè administrata sibi obnoxiũ, vendicare instituit, vt hoc prætextu Ecclesiam vigilante & industrio pastore spoliaret. Eam igitur Gregorius ab hac sententia dimouere ac deducere conatur. Ad eandem Simpliciam extat quoque Basilij epistola, in qua ei liberalitatem quidem tribuere videtur, sed eam nihil prodesse ait, vbi ius conculcatur, atq; optimis viris per sceleratos & perfidos homines periculum creatur.

QVòd sanctum illum & communem patrem nostrum laudibus vehis, illud inquam fidei columen, illam veritatis normam & Ecclesiæ formã, plenã prudentiæ canicie, illum vitæ humanæ & virtutis modum supergressum, illum fidelẽ seruũ, & magnum pontificem, Dei hominisque mediatorem, Spirituſq; sancti domicilium: hoc quidẽ rectè facis. Nam nec vlla oratio sanctæ illius & beatæ alæ laudibus par inueniri potest, nisi mihi amor imponit, aut etiam mœror per desiderium cum ratione permixtus. Illud verò in te vehemẽter miror quòd cùm eum vt sanctum virũ laudes, atq; hactenus, vt æquum est, honore ꝓsequaris: ipsius tamen opus euertere conaris, nõ secus ac profanorum hominum, cõtumeliaq; maximè dignorum, quiq; vanè temereq; vixerint, atq; è vita discesserint. Nam si collegam nostrum, quasi mancipium tuum vendicas, atq; exiguum hoc lucrum aucuparis: hoc sanè tua animi magnitudine perquam indignum est. An non enim iniquum & absurdum fuerit, cùm auro & argento Deum honores, superfluisq; opibus & facultatibus, vbi plus etiam fortasse ostentationis est q̃ pietatis, sacerdote omninò Ecclesiã mulctare velle, sanctissimũq; donarium nefariè deprẽdari? Sin autem, quia id liberè ac ꝓ potestate fecimus, nec submonendã prius tuam nobilitatem duximꝰ, nec liberalitati tuæ munificẽtieq;

tempus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempus dedimus,idcirco succenses: iusti quidem aliquid dixeris, humanusque est hic affectus,humanus tamen. Illud autem scito,tantò maiorem nunc,quàm illo tempore,largitionem tuam liberalitatemque fore,quantò magnificentius est potestatẽ accipiendi fecisse,quàm si ipsa elargita fuisses. Atque illo modo Dei tantùm gratia id facere videreris : hoc autem,de nobis quoq; illius cultoribus, dignisq; habitis, qui nomen ipsius portemus,præclarè mereberis. Ac proinde nec illi nec nobis succense. Ille enim vim passus est,non iniuriâ intulit:nos autem quid mirum,si benignitate tua freti eò progressi fuerimus: simul que etiam cõmunes omnium incolarum voces & suffragia securi?quæ si quidẽ nonnulli ad gratiam aut malitiosè & subdolè tulerunt,ipsi viderint, Deoq; rationẽ reddant. Nec enim nostrum est id scire, nec in omnium animos & voluntates irrumpere. Nos verò quo tandem modo id repudiare ac reijcere facilè potuissemus, totq; lachrymas aspernari, nec loci solitudine moueri,tanto tempore inculti, pastoreq; carentis,Spiritualemq; curã administrationemque desiderantis. Illud verò tibi vel in primis perspicuum est, eos qui tum assentiebantur, ac nunc inficiantur, rem nec piam nec liberalibus & ingenuis hominibus dignam facere. Ac multò melior eorum ratio futura esset, si tum obstitissent,quàm cùm hoc tempore adulantur,factumq; suum euertunt,hominesque magis quàm Deum metuunt. Quos etiam, qua sunt animi leuitate,dicturos puto, se tui metu sententiam mutasse, & quidem multò verius,quoniam ij semper [1]errabũt ac labentur,falsasq; & fucatas defensiones captabunt. Quòd si hæc quidem à nobis recte dici tibi videntur,cæterùm rei familia ris administrationem reposcis (nam id quoque ad me delatum est, non enim in literis tuis obiecisti) iustè sanè & humanè ea reposcatur:nec quicquam eo nomine queremur:neque enim nobis placet lenitatem facilitatemq; dominis fraudi esse. Quid iam superest?virum fortasse vt indignum arripere,obeamq; causam in ipsius constitutionem & electionem inuadere. Nam hoc quoq; obijcere,speciosius quodã modo fuerit. Mihi verò ad hoc simplex & facilis est oratio. Nos nec alium quenquã, ex ijs qui criminis alicuius rei sunt, inexplorata causa dimittimus, ne si arctissima quidem amicitia nobis coniunctus sit, nobilitateque insignis(neque enim Deo & Ecclesiastica lege quicquã venerabilius est:) nec hunc demittemus. Verùm si quis aliquid habet,quod eum accuset:te præsente simulque iudicante,si ita libuerit,sin minus,absente quoque nobis iudicibus explo ratus,si quidem innocens inuentus fuerit, etiam si seruus sit,absoluatur(nam & seruorum & herorum idem est pater ace ous, nec dignitatibus ius definitur) si verò con uictus fuerit,à proprio peccato condemnabitur. Ita fiet,vt nec lex violetur,nec defuncto ignominia inferatur (nam de me fortasse nihil curandum est,vtpote nullius precij homine)& tu improbam suspicionẽ fugias,quasi ob id quod à nobis fideque sana abhorreas,hæc versutè nõ generosè machineris,atq; ab alio accusata in aliud impetum detorqueas. Quod si me memitoreẽ audieris,nõ facies,vtpote nec sanctum nec honestũ nec contẽptis nostris legib ad externas cõfugies,nec nobiscum pertinacius contendes: sed ignoscens,si quid propter gratiæ libertatem simplicius fecimus, ac laudabiliter [2] cedere præoptabis, quàm aduersanti Spiritu turpiter vincere.

SCHOLIA.

1. *Errabunt ac labentur*) Lego enim πλανῶντ, quòd nullo modo mihi quadrare videatur, πολιτ.

2. *Cedere præoptabis*) Nec enim δόξασῃς, legendum est, licet in vtroq; exemplari ita habeatur: sed δόξεις. nec enim verbi δοκέω, aoristus primus medius ἐδοξάμην, vsitatum est. At δόξασῃς μᾶλλον, idem est quod τὴν προτιμᾶν, ἡμῖν ποιεῖσθαι δόξῃς.

39. *Eudoxio Rhetori.* 29.

QVæris quo statu res nostræ sint?admodum acerbo. Basilium non habeo, Cæsarium non habeo,spiritualem fratrem meum,& corporalem. Pater meus & mater mea dereliquerunt me,vt cum Dauide loquar. Corpus aduersa valetudine laborat, senectus caput premit,curæ aliæ aliis intexuntur,incursant negocia,insidi amici, Ecclesiæ res pastore & gubernatore carent. Pereunt bona : nuda & aperta sunt malis: nauigatio in nocte,[1] fax nusquam,Christus dormit. Quid faciam? Vna mihi malorum depulsio,mors. Ac res etiam alterius vitæ mihi formidolosæ sunt,ex huius vitæ rebus coniecturam ducenti.

Vix

1. *Vix nusq;*) *Alludit ad faces illas, quæ ex sublimibus speculis lucem nauigantibus ostendebant.*

49. *Philagrio.* 30.

ARGVMENTVM.

Hæc epistola Eudoxij nomen præferebat non Philagrij. Sed quis hoc Typographi oscitantiæ ascribendum non videt,cùm in ea Gregorius Philagrij nomina tim mentionem faciat. Consimilis error in alia quadam epistola inoleuit, quemadmodum suo loco indicabimus.

CAesarium non habeo,dicam enim,& si parum philosophicus est hic affectus:Cæsarij rebus acquiesco,& si quid aliquando video quod mihi memoriã illius refricet,hoc amplector & exosculor,ac velut eum intueri mihi videor, simulque versari & confabulari. Id adeò mihi nunc in literis tuis accidit. Nam simulac primam epistolæ partem legi,ac Philagrium re nominecq; mihi suauissimum vidi, omnes mihi veteres oblectationes in animum repente subierunt,vrbes,studia,mensa,paupertas,atq; iucundissimi sodalitij,[1] vt Homeri verbis vtar, vel ludicra, vel seria, literarij sudores,communes præceptores,spei sublimitas, cæteraq; omnia laudum ornamenta, quæ quisquã percensere possit:quorum ego vel sola recordatione apprimè delector. Quare vt tua opera magis etiam adhuc inter nos congrediamur,calamum moue,ac si mihi rem gratã facere cupis,scribe. Nam ne hoc quidem proculdubio nobis parui momenti est:tametsi quod maximum erat,hoc est vitæ consuetudinem nobis liuor abripuit,res nostras molestè constituens.

SCHOLIVM.

1. *Vt Homeri verbis*) Helenæ lib. 3. Iliad. Priamum alloquens sic inter cætera ait,

ὡς ἔφατ᾽, αὐτὰρ ἔπειτα μετ᾽ ἀλλοδαποὺς ἀνέμιμνε
υἱῶν ἠδὲ γαμβρῶν ἑτάρους τε ἑταίρους
πολλὰ τὰ γαλκοῖτο ἑ, δαμασίμβροτον ἐρατεινήν.

ἀμύμονας ἐρατεινὰς exponit Didymus, τοὺς ἐπιτηδείους μοι καὶ ἡλικιώτας, amabiles meæ æquales.

41. *Eidem.* 31.

QVomodo se habet corporis valetudo? an scilicet parum tibi curæ est, quomodo se habeat? De anima autem haud percunctabor,ecquid valeat: scio enim bellissimè valere,quandoquidem in corporis morbo strenuè philosopharis,quasi non materiæ & humorum intemperiem,sed virtutis explorationem eam rem acceperis: vt sic calamitas tua aliorũ sanitate & incolumitate beatior sit. Tu verò hoc quoq; philosophiæ argumentum ede,vt nobis easdem res ac de ijsdem præcipias:quas tametsi alijs scribere audeamus, tamen te iudice causam dicere ac iudicium subire,periculo non vacat. Cæterùm conabimur tuis iussis non reluctari.

42. *Gregorio Nysseno.* 36.

ARGVMENTVM.

Narrat, quomodo rogatu suo Eulalius Nazianzi Episcopus institutus fuerit, calumniamque in se coniectam depellit.

HEu me, quia incolatus meus prolongatus est, &, quod malorum caput est, bellis & seditionibus res nostræ flagrant,nec pacem,quam à sanctis patribus accepimus,seruauimus. Hanc non dubito,quin ipse restituas,in spiritus illius virtute, qui & te & omnia tua regit ac moderatur. De nobis autem & dominis Episcopis ne quisquam,obsecro,falsos sermones iactet eos nimirum inuitis nobis ac repugnantibus Episcopum alium nominasse. Non enim vsqueadeo illis contemptui fumus, nec ita infesto odio in nos commouentur : sed multùm diuque obtestatus propter effœtum annis & emortuum corpus, simul etiam quòd neglectæ Ecclesiæ grauitatem pertimescerem,hanc ab ijs gratiam postulaui,nec Ecclesiasticis legibus aduersantem,& nos rogantem,vt is Ecclesiæ pastor daretur, qui & precibus tuis datus est, pietate vegetus,cui & ipsa manus admoueret. Quòd si quis est,qui putet Episcopo dignus,quem tibi quoque in manus trado & colloco, venerabilem dico Eulalium,cuius vtinam manibus immori mihi cõtingat. Quòd si quis est,qui putet Episcopo

viuen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

viuente alium instituisse non debere: is sciat, se ne hac quidem in parte nobis causa superiorem esse. Inter omnes etenim constat, me non Nazianzi[1] sed Sasimorum antistitem creatum fuisse, tametsi patris reuerentia, & eorum, qui supplices hoc à me contenderunt, ad breue tempus præfecturam quasi hospites accepimus.

SCHOLIA.

1. *Is sciat, se ne hac)* Gr. Ἴτω μηδὲν τοῦτο κρατῶν ἡμῶν. *In Froben. eodem modo legitur, nisi quòd pro* κρατῶν, *est* κράτος. *Hic autem locus restituendus est ex vetustissimo Reginæ codice, apud quem in margine exiguis, orationis finem huius Epistolæ citatum reperi, atq; hæc verba ita habere,* Ἴτω μηδὲν τοῦτο κράτος ἡμῖν. *Itaq; nos eo sensu vertimus, & quidem commodissimo.*

34. Eidem. 30.

ARGVMENTVM.

Greg. Nyssenum obiurgat, qui studijs sacris, abiectis proiectisque libris, quos plebi in Ecclesia lectitare solebat, ad Rhetoricen profitendam se contulerat.

INest mihi naturâ dextrum aliquid & commodum, (liceat enim mihi quoque hoc de me arrogantius prædicare.) Peræquè & mihi malum consilium ineunti succenseo, & amicis. Quoniam itaq; omnes, qui secundum Deum viuunt atque eodem Euangelij itinere incedunt, amicitia, & cognationis iure inter se deuincti sunt, quid non à nobis liberè audiũt, quæ omnes submurmurant? Ingloriam tuam gloriam, vt vestris verbis vtar, minimè laudant, occultamq; sensim & furtiuam in deterius prolapsionem, dæmonumq; sceleratissimam, vt ait[1] Euripides, ambitionem. Quid enim tibi accidit, vir sapientissime, quidq; teipsum reprehendisti, vt sacris & dulcibus libris, quos quondam populo lectitabas (nõ enim hæc audiens erubescas) calceatis atq; pictis, aut etiã ad fumũ suspensis (non secus atq; nauium gubernaculis & ligonibus hiemis tempore) salsos & amarulentos in manus sumpseris, ac Rhetor vocari, quàm Christianus malueris. Nos contrà hoc potius quàm illud: eoq; nomine maximam Deo gratiam habeo. Nequaquam quæso, ô quondam præstantissime, ne diutiùs animo ita affectus sis. Verùm seriùs quidem, sed tamen aliquando resipisce, atque ad te redi, teque, & pijs hominibus fideque præditis purga, & Deo atque altaribus & mysterijs, à quibus te procul submouisti. Ac ne mihi scitæ hæc & Rhetorica proseras, Quid verò? an non Christianus eram cùm eloquentiæ artem profitebar? an non pius ac fidelis, cùm inter adolescentulos versarer? ac fortasse etiam Dei fidem implorabis. Minimè, vir eximie, saltem quantum par erat etiam si partem aliquam conceda mus. Vbi autem illud ponemus, quòd ex his, quæ nunc facis, alios, hoc est eos qui natura ad malum procliuiores sunt, offendis ac vulneras, atque occasionem ijs præbes de te sinistrè partim suspicandi, partim loquendi, falsò sanè & iniquè id facient, quid tamen necesse est hanc illis occasionem subministrare? Neque enim sibi ipsi quis tantum viuit, sed & proximo, nec sibi ipsi fidem facere satis est, nisi aliis quoque fides fiat. An tu, pugnis in publico certans decertãs, aut etiam in theatris colaphũ in malam accipiens vicissim atque impingens, aut denique fœdè & flagitiosè reptans, aut denique fœdè & flagitiosè reptans sum inflectens atque contorquens, posses te animo sobrium esse dicere? sobrij hominis non est hæc cogitatio. Leuis animi est hæc admittere. Ac si quidem meliorem mentem indueris, gaudebo, vt Pythagoricus quispiam Philosophus dicebat, cùm lapsi sodalis vicem lugeret: sin minus, ille quidem scripsit, Mihi mortuus es: ego autem in gratiam tuam nondum hoc dicam. Nam ille ex amico hostis factus est, vt ait Tragicus. Verùm acerbè feram (sic enim parciùs & moderatiùs loquar) si nec ipse, quid officij sit, perspicis, [2] quæ prima laudabilium hominum classis est, nec alium rectè monentem sequaris, qui secundus ordo est. Habes admontionem nostram, mihi, quæso, ignosce, propter amicitiam dolenti, atq; æquè & tua & totius sacerdotalis ordinis, addam etiã & omnium Christianorum causa inflammato. Quòd si etiam tecum, vel pro te orandum est, Deum firmitati tuæ opem ferat, qui mortuos quoque ad vitam reuocat.

SCHOLIA.

1. *Vt ait Euripides)* Apud Euripidem Iocasta Eteoclem filium alloquens, πλοῦτος ἕξις δυσμενὴς ἀνθρώποις κακόν, hoc est ἀπλη-

est auaritiam & plus habendi cupiditatem dæmonũ sceleratissimam vocat. Quo d autem ille auaritiæ, hoc ambitioni tribuit Theologus.

2. *Quæ prima)* Hesiodus in lib. cui titulus est, Opera & Dies, optimos eos esse censet, qui ex seipsis quid facto opus sit, perspiciunt, bonos item eos, qui rectè monentibus obtemperant: qui autem nec sibi ipsis consulere norunt, nec rectè consulentes audiunt, eos prorsus inutiles esse. Hos Hesiodi versus citat Aristoteles lib. 1. Ethic.

44. Gregorio Præfecto. 38.

ARGVMENTVM.

Sororem suam eiusque liberos Gregorio Præfecto commendat, quorum fortunæ mortuo Nicobulo patre à quibusdam oppugnabantur. Eiusdem argumenti est sequens epistola ad Ecebolium.

HEsiodum non laudo, qui eiusdem artis opifices κεραμεὺς, id est, æmulos aduersariosq; vocauit, his verbis,

[1] Et faber est fabro, figulo figulusq; molestus.

Neque enim meâ quidem sententia magis inuidet, quàm accurrit & exosculatur ac veluti familiarem & necessarium complectitur. Cantor autem eò magis cantori adiungitur, quòd eorum opera circa vocem sermonemq; versatur. Quo etiam ipse modo erga eloquentiam tuam affectus, si quidem ea corporis valetudine essem, vt animæ cupiditatibus obseruire posset: nemo me prior ad te complectendum accurrisset, ac magistratum ineuntem cosalutasset. Verùm vt Solem nubes obscurat: ita me morbus atque inuidum hoc corpusculum & ergastulum. Accipiésne igitur præsentiæ vice epistolam? Accipies profectò, vt pote eruditus homo & facilis: nec hoc tantùm conijcio, sed certò mihi persuadeo. Atque vt intelligas quantum probitati tuæ & benignitati confidam, en precem tibi offero, nobis admodum necessariam: ac te per amicitiam nostram obtestor, vt amici per te ius suum obtineant. Nicobulum meum de manu mea tibi cum fratribus suis trado, non vt in eos animaduertas, sed vt eorum iniuriã vlciscaris, viduamq; decrepitam eorum matrem, & domum quondam illustrem & conspicuam, quum superstes nobis esset eximius Nicobulus, nunc verò ita miseram, vt ne lugere quidé & parentare ei licuerit ob calamitates partim iam exortas, partim impendentes, nisi tibi integritatiq; tuæ visum fuerit aduersus peruersum dæmonem in procinctu stare, ac nos honore prosequi, humanarumq; rerum fragilitate moueri, clarumque & celebrem tibi ipsi magistratum tuum ista erga nos beneficentiã reddere.

SCHOLIVM.

1. *Et faber est)* Versus Hesiodi Græcus talis est.

κὴ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, κὴ τέκτονι τέκτων. *Qui vulgo prouerbialiter vsurpatur.*

45 Ecebolio. 39

ADuersus meipsum nonnihil exclamabo (atque ignoscẽdum est homini dolore inflammato dolentis verba proferenti.) O peruersa & maligna caruncula, quibus me malis afficis. In propinquo vir erat, quem etiam procul remotum persequi comprimis oportebat, tum principalis & eximiæ virtutis ergô, tum cæteræ mansuetudinis & lenitatis. Tu verò malè, ac propemodum torpidè te habes, nec tibi quicquam curæ est, quòd alijs hoc bono fruentibus, ipsi careamus. Atque huiusmodi nostra est accusatio. Quoniam autem dolorem nostrum, deplorare non sufficit, sed medicamentum etiã quoddam vulneri adhibendum est: hoc inuenimus, nimirum vt hanc epistolam scribere audeamus, ptæsentiamq; literis adumbremus. Quòd si de nobis quoque præclarè mereri studes & expetis, vir bonitate ac beneficentia vberrima prædite, non dubitanter tibi casamitosam domum misericordiaq; dignam offerimus, viduam ac pupillos, lachrymis adhuc calentes, sororem meam dico, eiusq; liberos, qui patre bono procreati, & qui tum Imperatoribus non ignobilem immò peregregiam operam in armis nauauerit, tum etiam vobis principibus multis modis inseruierit (si Nicobulum quendam audis) nunc indignissimam calamitatem pati periclitantur. Etenim post amicorum deditionem & iusiurandum illud, quo ob inquisitionem subierunt, nunc rursus crudelissimi homines pupillos importunè vexare conantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

46. *Africano.* 65.

QVibus rebus equi maximè delectantur? equis procul dubio. quibus aquilæ? aquilis profectò. Graculum porrò [1]graculo assidere ipsa quoq; parœmia docet. Eodem proinde modo Atticum quoque Atticis oblectari puta, & probitatis studiosum eius amatore & antistite. Nam mihi præfectus nihil aliud esse videtur, quàm virtutis adiutor & vitij aduersarius, siue incruentam præfecturam gerat, vt nos, siue eam quæ gladium & lorum adiunctum habet. Nam sanguinem tibi non adijciemus, quippe quę virtute imperium tenere scimus, non vi cohibere, ac metu potius quàm supplicijs malos coercere, quæ quidem optimi imperij lex est. His itaque de causis magnopere quidem congressum tuum expetebam, ac nunc etiam expeto. Verùm quia per aduersam valetudinem id mihi assequi non licet, necessariò ad resipsas veni, & quod præclarissimũ est, te per virum mihi familiarem & amicum ac cognatum, saluto, hoc est per charissimum mihi Nicobulum, qui & me apud te excusabit (vir autem est fide dignus, si quisq; alius, [2] quantùm quidem ipse cognosco) & per nos sese præstantiæ tuæ cognitum reddet.

SCHOLIA.

1. Graculum porrò) Hoc adagio significatur, Homines eiusdem artis & conditionis vitæ libenter simul versari. Vnde illud. Similiũ similem sibi quærit: Hoc prouerbium quemadmodum & alia nonnulla ab hoc author vsurpata, ab Erasmo in doctiss illis Chiliadibus prætermissum est.

2. Quantum quidem) Gr. ὅσα δὲ ἐμοὶ, vbi legendum, ὅσα δοκῶ, quemadmodum etiam habet Frob. index.

47. *Asterio.* 66

ARGVMENTVM.

Nicobuli causam Asterio commendat, iniquum esse dicens, eum alieni sceleris pœnas luere.

QVid Deo iustius? & tamen cùm omnium creator ac Dominus sit, peculiariter sibi populum Israeliticum vẽdicat, suumq; nominat, nec veretur, ne ei hoc nosse iniustus existimetur. Quid igitur mirum, si nos quoq; quanuis omnium qui sub nostra manu & præfectura sunt, curam geramus, arctiori tamen amore filium Nicobulum complectamur, quem senectutis nostrę & morbi curatorem agnoscimus, ac velut adminiculum & subsidium infirmitati nostræ subiecimus. Hunc tibi & per te principi cõmendamus. Pergraue enim mihi fuerit, si cùm alios grauissimis etiam periculis opera mea liberarim, atq; in primis eos, qui nunc acerbos accusatores se præbent, hunc ne ab iniuria quidem & importuna sycophantia liberare queam, & quem in exteris honorem obtinemus, hunc in nostris minimè consequamur, idemq; nobis accidat, quod oculis, qui alia cernentes seipsos minimè cernunt, aut quod fontibus in profundo sitis, qui quidem loca nequaquam alluentes, remota irrigant. Sint sanè atrocia vel etiam atrocissima, quæ à pueris perpetrata sunt, quemadmodum vel fortasse nihil omnino esse, vel parua saltem inuenientur, nisi præscriptis ad inquisitionem temporis angustijs premeremur. Quid hoc tamen ad dominos, quibus nec conscijs nec participibus admissum est, quicquid admissum est? quæ etiam ratio est, vt pro alienis flagitijs ab alijs pœnæ expectantur, ac nunc publicæ res curentur, cùm priuatæ rationes discrutiant.

SCHOLIVM.

1. Hoc nomine) τῷ τοῦ enim legendum est, non τῷ τοῦ, vt in vtroq; codice scribitur.

48. *Eidem.* 67.

QVid hoc? Fortasse dicturus es, rursus ad nos Gregorius? rursus, epistolas? rursus postulationes? ô cupiditatẽ inexplebilẽ? cuius ipsi in causa sumus. Nequaq; vir sclare, nequaquam hoc tibi accidat. Quorum enim sunt portus, nisi eorum qui tempestate iactantur? Quorum pharmaca nisi ægrotantium? quibus quæso ne priuemur, idque eò magis, quòd gratia & authoritate apud te valere censemur. Non enim iam poscimus, sed exposcimus: nimirum [1] gratia gratiam prouocante, Nicobulus iniuria calumnijsque vexatur. Quod idem est, ac si me dicerem: eo enim recreor & acquiesco. Et quo modo

modo hîc silere minimeq́ue importunus esse queat, vir etiam admodum grauis & sapiens? Oppressis manum porrige, vt tibi Dei quoque manus porrigatur, qua, vtpote homo, opus habes. Atque omni amicitia & prudentia & [2] potentia. Deo duce in rebus nostris vtere. Nam nec ferrum ignitum multis lapidis pulsibus opus habet, vt insitum ignem in apertum proferat, sed simulatq; percussum est, confestim ignis fulget, atq; emicat: nec tibi prolixiori deprecatione opus erit, idq; pro nobis, ac tali homine te solicitante, tãq; tibi fido & germano in imperio collegæ. Vnum idq; breue dicam. Beneficia alia alij per nos accipiebant: hoc autem ipsi pro nobis ipsis indigemus: quod magis etiã eloquentiam tuam doctrinamq́ue flectat.

SCHOLIA.

1. Gratia gratiã) Quò enim libentius mihi gratificarũ, eo me magis ad nouas postulationes afferendas allicis. In Heruag. corrupte legitur προσγλαμβάνων. προσγλαμβάνει enim in gigundi casu cum Froben. legendum est.

2. Et potentia) τῆς δὲ δυνάμεως. sic enim legit Frobenius, non autem ᾗ, vt Heruag.

49. *Olympio.* 68.

ARGVMENTVM.

Facinus quoddam patrauerant Diocæsarienses: ob quod summum erat periculum, ne ciuitas solo æquaretur. Gregorius igitur hac epistola Olympium principẽ rogat, & obtestatur, ne ob quorundam scelus ciuitatem florentissimam euertat.

RVrsus lenitatis & misericordiæ tempus: & rursus ego audax & temerarius qui rei tantæ deprecationem literis cõmittam. Audacem enim me morbus facit, ne progredi quidem sinens. nec enim honestum & decorum ad te accessum pbet. Quæ igitur est hæc deprecatio? ac me hodierno die clementer accipe. Acerba quidem res quoq; est mors hominis, (quidni emĩ?) hodie viuentis, & cras morituri, nec ad nos reuersuri. Multò aũt acerbior est vrbis interitus, quam Imperator sixit, & tempus coagmentauit, & longa series successioq; cõseruauit. De Diocæsarea loquor, quondam ciuitate, nunc aũt è ciuitatum albo expunctæ, nisi tu precibus nostris clementer annueris. Hanc per nos pedibus tuis aduolui existimato. Ac vocem etiam habeat, & lugubrem habitum induat, & comam lanier, velut in Tragœdia, taliq; oratione te allo quatur. Porrige mihi manum humi iacenti, succurre laboranti: ne ad temporis acerbitatem impetum tuum adiungas, nec Persarum reliquias euertas. Honestius tibi fuerit vrbes condere, q̃ fractas & abiectas delere. Ciuitatis conditor efficere, vel eam amplificando, vel integram conseruando. Ne patiaris eam vsq; ad imperium tuum ciuitatem esse, & post te iam non esse: nec committas vt posteri habeant quod te male loquantur, nimirum inter ciuitates numeratam accepisse, ac veterẽ vrbem in vastum desertumq; redegisse, montibus dunaxat & præcipitijs ac macerijs agnoscendam. Atq; hæc apud tuam humanitatem faciat & dicat conficta ciuitas. Iam nostrã, hoc est, amici admonitionem accipe. Causam haud dico, quin tu in eos, qui in tuæ potestatis edictum peccauerunt, animaduertas. nam pro eo verbum dicere nullum audemus, & si audax hoc facinus nequaquam à communi cõsilio, sed à temerario quorundam adolescentum impetu profectum esse narrant. Cæterùm maiorem iræ partem remitte, ac sublimiùs ꝛem tecum considera. Doluerunt matrem opprimi ac velut enecari, non tulerunt se ciuium nomen habere & ciuitate carere, furore perciti sunt, flagitium admiserunt, sãlutis fugę spem abiecerunt, calamitatis nouitas eos de sanitate & mente deturbauit. Idcircone vrbem euerti oportet? nequaquam, vir præclare, ne hoc subscripseris. Quin potius te moueat cùm ciuiũ omnium & magistratuum ac dignitatibus ornatorũ deprecatio (omnes enim æquè putà calamitate ista affici, etiamsi authoritatis tuæ magnitudine deterriti quietem agunt, tacitèque ingemiscunt) tum nostra etiam canicies, cui graue & acerbum fuerit, si magnã quondam vrbem habentes nunc ne vrbem quidem habeamus, sed post principatum tuum in ferarum domicilium cõuertatur templum illud quod extruximus, omneq; nostrũ in eo exornãdo studium. Neq; em, si statuæ deijciantur, hoc nos excruciat, etiamsi alioqui excruciat. (nec de his nobis sermonẽ esse arbitreris, qui in præstãtiora incumbim*) verùm si vrbs antiqua, & quæ eximij aliquid & præclari tulit, vna cũ illis

Universidad de Deusto
Biblioteca

corruat,nobis viuentibus ac videntibus,qui in honore apud te sumus,gratiaq; &autho
ritate nõnihil valere exiſtimamur.Sed de his rebus ſatis à nobis dictum ſit. Neq; enim
ſi plura dixerimus,validius quiddam fortiusq; tuis ratiocinationibus atq; conſilijs in-
ueniemus,quibus prouincia tanta gubernatur,atq; vtinam maior etiam & ampliorgu
bernetur,ſublimioriq; imperio.Hoc verò tuæ animi magnitudini notum eſſe opera-
precium eſt,quòd ijqui tibi ſupplices ſunt,omninò miſeri ſunt & abiecti, nec cum ijs
qui facinus illud patrarunt,ſeditionis vllius participes fuerunt,quemadmodum mul-
ti ex ijs,qui tum adfuerunt,mihi fidem faciunt.De his rebus conſtitue,quod vtile iudi
cabis,tum ad huius vitæ gloriam,tum ad ſequentis vitæ ſpem. Nos verò quod tibi de-
cernere in mentem venerit,non quidem ſine mœrore feremus : ſed ramen feremus.
Quid enim aliud faceremus?Quòd ſi deterior ſententia vicerit,vnum hoc acerbè fere
mus,atq; extinctam vrbem lachrymis proſequemur.

SCHOLIA.

1. *De Diocæſarea) Diocæſaream inter Cappadociæ vrbes ponit Plin.cap.3.lib.6.*
2. *Si ſtatuæ deijciantur) Hic obſerua & Gregorij tẽpore ades ſacras ſtatuis & imaginibus ornatas fuiſſe.*
3. *Qui tibi ſupplices ſunt) Hic ſecutus ſum Erobeniani codicẽ, in quo legitur προσπιπτωσιν pro προσπεπτωκασιν, quod accidere ac genibus aduolui ſignificat. In Heruag. habetur προσπιπτωσιν, ſed vitioſè.*

50. Eidem. 41.

ARGVMENTVM.

Olympium imperio decedentem laudibus & fauſtis omnibus proſequitur.

TV nobis princeps es,etiam exacto principatus tempore(alio enim modo quàm vul
gus ſolet,de rebus iudicamus)quoniam virtutes omnes principe dignas complexu
tuo tenes.Pleriq; enim ex ijs qui ſublimibus thronis inſident,apud me humi iacent,ni
mirum quos ſordida manus ad terram abijcit,ſeruosq; eorum,quibus præſunt, efficit.
Permulti rurſus alti & ſublimes,quamuis inferiori loco atq; ordine ſint, nempe quos
in altum ſubuehit virtus,maioribusq; munerib. prouincijſq; dignos reddit.Sed quor-
ſum hæc diſputo?Non iã nobiſcum eſt magnusOlympius,nec ad Reip.noſtræ guberna
cula ſedet.Perijmus,proditi ſumus,facti ſum³ rurſus ¹ ſecunda Cappadocia,q; primæ di
gnitatem à te cõſecuti eramus.Atq; aliorum quidem calamitates quid commemorare
attinet?quis autem Gregorij tui ſenectutem curabit,corporisq; imbecillitatem hono-
ribus velut excantabit,honoratioremq; ex eo reddet,quòd multis hominibus benig-
nitatem clementiamq; tuam conciliaret?Nunc igitur iter veſtro meliori ductu ac põ-
pa capeſſite,atque abite,multas nobis lachrymas relinquentes, multasque à nobis opes
efferentes,qualſque non multi principes & præfecti ſecum aſportant, nimirum glori-
am nominisq; celebritatem, & quod in omnium animis inſcripti atq; inciſi eſtis,hoc
eſt,huiuſmodi columnis,quæ non facilè dimoueri poſſunt.Quòd ſi ad nos rurſus cum
maiori & luculentiori imperio vobis venire contigerit(nam hoc nobis deſiderium au-
guratur)pleniores vtique Deo gratias perſoluemus.

SCHOLIVM.

1. *Secunda Cappadocia) Nazianzum in ſecunda Cappadociæ prouincia ſitum erat. Hoc igitur vult Grego-
rius, patriam ſuam, quæ Olympij præfecti virtute ſupra primam Cappadociam ſe efferebat, eo decidente in
ordinem redigi, atq; in ſecundo gradu ſubſiſtere.*

51. Nectario. 4.

ARGVMENTVM.

*Hic Nectarius Theologo in Epiſcopatu Conſtantinopolitano ſubrogatus fu
rat. Quare ne Gregorius ob eam cauſam minus amico erga eum animo eſſe videre
tur, vltrò ad eum ſcribit, eiq; Pancratium commendat, quod profectò hominis e
rat candidi, nec vlla maleuolentia inuidiaq; ſuffuſi.* Re

REs noſtræ ſe habent, vt habent.Sine bello & negotijs ſedemus,tutum ſilentij præ-
mium præ omnibus rebus amplexati.Quin ex hac quoq; vitæ tranquillitate non-
nihil fructus percepimus,nimirum ex morbo Dei miſericordia vtcunq; recreati. Tu
verò proſperè incede & regna,vt Dauidis vtrbis vtar:tecumq; Deus ſacerdotium, quo
te ornauit,moderetur,efficiatq;,vt omni calumnia & obtrectatione ſublimius ſit. Vt
autem mutuæ vtrinque fiduciæ argumentum demus,nec, cùm Deo aſtemus,humano
quopiam affectu abripiamur,hanc quidem deprecationem ad te affero,tu verò prom-
ptè & libenter annue.Multæ nos cauſæ neceſſariò impellunt,vt ſynceriſſimi veſtri fi-
lij Pancratij curam habeamus.Quocirca abs te peto,vt & benigno eum animo accipias,
& optimo cuiq; amicorum commendes,vt quod expetit aſſequatur, hoc eſt, vt militia
quadam negotiorum immunitatem accipiat.quandoquidem ne genus quidem vitę vl
lum eſt ab improbrorum iniuria liberum,quemadmodum ipſe quoq; noſti.

52. Eidem. 5.

QVid feciſſes,ſi præſens ipſe negotia habuiſſem?perſpicuum vtiq; eſt,te nihil om-
ninò ſtudij ac diligentiæ prætermiſſurum fuiſſe,quo me ab iniuria & fraude li-
berares,ſi quid conjecturæ duci poteſt ex his quæ præceſſerunt. Hocigitur nunc quo-
que nobis per ornatiſſimam neptem noſtram, pedibus tuis per me aduolutam conce-
de,tum ſupplicis ætate permotus,tum morum integritate & pietate, longè ab aliarum
mulierc ularum moribus remotæ,tum præterea ipſius quiete & negotiorum gerendo-
rum imperitia,tum quia à propinquis nunc ipſi negotium exhibetur,noſtra autem po
tiſſimum deprecatione impulſus:Porrò eo maiorem à nobis gratiam ioieris,quò in be
neficio,quod expoſcimus,celeritatẽ maiorem adhibueris.Nam ille quoque in Euange
lio iniquus iudex humanum ſe viduæ clementemque præbuit : ſed poſt diuturnam
deprecationem aſſiduamque ſupplicationem.A vobis autem celeritatem requirimus,
ne diuturnis curis,grauibusque in externa regione afflictionibus & ærumnis conficia-
tur.tametſi illud nullo modo dubito,quin pietas tua externam quoq; mulierem tibi
familiarem redditura ſit.

53. Helladio. 6.

ARGVMENTVM.

*Helladius hic Cæſarienſis Eccleſiæ clauum tenebat, ac Baſilio Magno in eâ
ſede ſucceſſerat. Hic ad Gregorium quædam Paſchalis feſti ſymbola miſerat.*

LIteris tuis delectatus ſum,quidniverò,cùm te videam ne¹ mortuorum quidem im
memorem eſſe?Huc porrò cùm feſti ſymbola adieceris, maiori voluptate me cu-
mulaſti,Verùm enimuerò muneribus tuis ea quæ petis,adiunge.Precare pro nobis,vt,
ſi quidem id profuturum ſit,rurſus feſti ſubmoneamur,viciſſimq; ſubmoneamus: ſin
ſecus,ad alterius vitæ bona transferamur,ac verum feſtum vel accipiamus vel conſpi-
ciamus,vbi lætãtium omnium eſt habitatio.Strophis enim huius vitæ ſaturati ſumus.

SCHOLIVM.

1. *Mortuorum quidem) Hoc eſt, mei, qui iam velut inter viuos agere deſij, homo videlicet & morbũ & ſene
ctute fractus atq; confectus.*

54. Eidem. 7.

RES in ſpe poſitas procul aſpicere edocti(vtar enim tuo proœmio)rebus quoq; iam
præſentibus oblectamur. Etenim ſanctum Paſchę diem,ad quem peruenimus,
ſempiternorum bonorum myſterium eſſe compertum habe,vtpote quo tranſitus fe-
ſtum celebretur.Quarum rerum ipſe quoque commodè nos ſubmonuiſti, tum mune-
ribus tuis,tum literis.Ego verò complura iam Paſchata emenſus ſum,atque hunc lon
gioris vitæ fructum cepi. Nunc autem purius,ex hac graui & caliginoſa vitę Aegyp-
to egreſſus,& luto ac lateritio opere, cui aſtringimur, liberatus,ad promiſſionis ter-
ram transferri concupiſco.Hanc nobis precare,ſi quid tibi curæ eſt,quàm præclariſſi-
mè de nobis mereri . Tibi verò vtinam viuo & incolumi ſæpius contingat ſimul cum
Eccleſia feſtum celebrare.Quòd ſi mihi ſenectutem quoque beneficio veſtro egregiè
claudere licuerit conſtituto nimirum à vobis huic Eccleſiæ Epiſcopo, quem Sp.ſan-
ctus deſignauit:egregio opere perfuncti fueritis,paterniſq;, vt ſic loquar, benedictio-
nibus digno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLIVM.

1. *Res in spe positas*) Heb. 11. *Iuxta fidem hi omnes mortui sunt, cùm non accepissent promissionet, sed procul eas vidissent, &c. Quod Paulus dicit promissiones, Theologus dicit,* τὰ ἐπαγγελόμενα, *eodem sensu.*

55. Procopio. 42.

ARGVMENTVM.

Constantinopolim ad concilium quoddam vocabatur Gregorius. Ait igitur se ab omnibus Episcoporum concilijs abhorrere, propter rixas & contentiones, quibus inter se conflictantur, simulq; valetudinem excusat.

EGo, si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, vt omnia Episcoporum concilia fugiam: quoniam nullius concilij finem lætum fausturnq; vidi, nec quod depulsionem malorum potius quàm accessionem & incremẽtum habuerit. Pertinaces enim contentiones & dominandi cupiditates (ac ne me quæso molestum & importunum existimes hæc scribentem)[2] ne vllis quidem verbis explicari queant: citiusq; aliquis in culpam vocabitur, dum de aliena iudicium fert, quàm vt aliorum peruersitatem comprimat. Quocirca egomet me collegi,[2] animæq; securitatem in sola quiete solitudine que mihi positam iudicaui. Nunc verò huic quoq; meo iudicio patronus morbus accedit, quippe qui me ita distorqueat, vt quotidie ferè extremos spiritus efflem, nec vllare meipso vti queam. Atque ob hanc causam ignoscat mihi tua animi magnitudo, detq; operam ne pientissimus Imperator me inertiæ condemnet, sed infirmitati ventam det, ob quam se quoque nobis, instar alius cuiuspiam beneficij hoc postulantibus, secedendi potestatem fecisse nouit.

SCHOLIA.

1. *Ne vllis quidem verbis*) *Pro eo quod habetur in Heruag.* κἂν λόγοις πρέπον ᾖ, *vt in Froben.*

2. *Animæ securitatem*) *Lego enim* ψυχῆς ἀσφάλειαν, *refragantibus duobus impressis exemplaribus, quæ tam* ψυχῶν *legunt: sed* ἰψυχῶς, *incommodissimo prorsus sensu.*

56. Anysio. 43.

VT res nostræ se habeant, sciscitaris? cum quadam historia respondebimus. Legationem quondam Athenienses apud Lacedæmonios obijsse ferunt, cùm iniqua denunciatione premerentur: Hac porrò contendebant, vt boni & æqui aliquid abeis impetrarent. Posteaquam autẽ legatione perfuncti Athenas redierunt, interrogauit quispiam, Quo animo erga nos sunt Lacedæmonij? At illi, Vt erga seruos admodum benigno & humano,[1] vt autem erga liberos, perquam insolenti & contumelioso. Hoc igitur ipse quoq; scribere possum. Humanius enim mitiusq; nobiscum agitur quàm cum reiectis & desperatis: durius autem quàm cum ijs qui Deo curæ sunt. Nam & morbus adhuc infestus est, & amici nos vexare, ac quibus possunt detrimentis afficere non desinunt. At tu à Deo precibus pete, vt se propitium nobis benignumq; præbeat. Ita duorum alterum continget, vt vel has acerbitates omninò fugiamus: vel certè perferamus. [2] Lenitatis porrò rationem habet calamitatis imminutio.

SHOLIA.

1. *Vt erga seruos*) *Huic non dissimile est illud Theognidis,* ὡς τῷ μὲν χαλεπῶς, τῷ δὲ χαλεπῶς· ἠπίως δ' ἠπίως· id est, *vt bene male: vt male bene. Itemq; illud Ciceronis ni fallor. Belli fortuna vt in secundis fluxa, vt in aduersis* —— *legendum ebona.*

2. *Lenitatis porrò*) *In vtroq; exemplari mendum est. In Heruag. legitur,* ἔστι δὲ καὶ, πῶς ἐπαφιεῖ. *legendum enim vel pro* ἔστι, ἴσχει, *vel pro* ἐπαφιεῖ, ἐπαφίησι. *In Froben. perspicuus est error.* ἔστι δὲ, πόσα ἐπαφιεῖ. *Iunctula enim legendum.*

57. Eidem. 44.

SEntio, quod crimen mihi obijcias, etiam si id reticeas. Nuptias celebramus, sortin dixeris, idque aureæ tuæque Olympiadis, ac grex Episcoporum aderat, tu verò abesras, vir egregie, vel dedignatus, vel grauatus. Neutrum horum, vir eximie. sed fieri non poterat, vt qui tragicè se haberet, comicè festum diem ageret. Ac simul omninò intempestiuum est, atque à nuptijs abhorrens, podagricos duos videre, qui in medio saltantium circunferantur, ac rideantur. libet eñ nonnihil quoq; nuptiali more ludere. quandoquidem animo & voluntate adsum, simulque festum celebro, iuuenilesque dextras inter se iungo atque vtrasque Dei manui. Conuenit enim, vt quemadmodum alia omnia bona, ita matrimonium quoque in optimum quemque finem & secundum communia nostra vota fiat.

Amm. Marcell. lib. 20. meminit Olympiadis filiæ Ablabij præfecti quendam prætorio, quæ iussu Constantij Arsaci Armeniæ regi nupserit.

58. Eidem. 45.

EN alter quoq; gener dulce onus commodè excutit. Nos verò cessatores & desides, vt ipse fortasse dixeris: vt autem verè dicam, infirmi desides non sunt. Quanquam diuino beneficio nobiscum præclarè agitur. Nam tumultus quidem alijs concessimus: ipsi autem philosophiæ operam dabimus, posteaquam ad Deum [1] collectus fueris, totumq; te supernis rebus addixeris, nullo iam vinculo præpeditus ac detentus. Ac nunc preces nuptijs erogamus, vt præclarissimum munus offeramus.

SCHOLIVM.

1. *Collectus fueris*) *Lego enim iuxta Froben. exemplar.* συλλεχθεὶς ὑπὸ σωτῆρος.

59. Sophronio Præfecto. 53.

HAbet quiddam læti & commodi noster secessus, nimirum ocium & quietem. sed id non tam lætum ac commodum est, quàm incommodum, quòd à vestra amicitia & familiaritate, re tanti momenti, me separat. Alij præstanti tua virtute fruuntur: nobis verò hoc magnum & amplum fuerit, si sermonis & congressionis vmbram habuerimus, quæ in epistolis continetur. An verò te rursus videbimus? an te rursum complectemur, te inquam decus nostrum & ornamentum, idque vitæ nostræ reliquijs dabitur? si quidem detur, omnis Deo gratia habeatur: si minus, magna nostri parte mortui sumus. Tu verò Gregorij tui memoriam cole, ac res nostras narra.

60. Eidem. 54.

ARGVMENTVM.

Sophronium ad componendas Episcoporum controuersias, faciendamque inter Orientales & Occidentales concordiam hortatur.

QVietè & trãquillè philosophamur: hoc nobis iniuriæ intulerunt, qui nostri odio flagrabant. atque vtinam alia quadam huiusmodi iniuria nos afficiant, vt pluribus beneficijs nos ipsis obstrictos esse agnoscamus. Multa enim sunt, in quibus ij, qui iniuriam accipere videntur, beneficio ornantur, & contra ijs qui beneficium accipere putantur, iniuria infertur. Atque ad hunc modum res nostrę se habent. quòd si alijs huius rei fidem non facimus: te quidem, cui libenti animo vitæ nostræ rationem reddimus, instar oium scire volumus, immò verò & scire confidimus, & ignorantibus fidẽ facere. Vos verò, obsecro, omni studio in hoc incumbite, vt si nõ prius, nunc saltem orbis segmenta malè distincta & separata conspirent & coniungatur ac præsertim, si eos inueneritis non ob fidei doctrinam, sed propter priuatas offensiones & turpes affectus inter se disiunctos atque distractos. quod quidem ipse obseruaui. Hoc & vobis mercedem tulerit, si id potueritis: & nobis minus mœroris habiturus est noster secessus, si apparuerit, nos tum incassum amplexos fuisse, sed sponte nosmetipsos in pelagus Ionæ illius instar proiecisse, vt sedetur tempestas, ac vectores tutò seruentur. Quòd si nihilominus tempestate iactantur: nos certè, quod in nobis fuit, præstitimus.

61. Eustochio sophistæ. 55.

ARGVMENTVM.

Hac epistola prius se Eustochio purgat, quòd Nicobulum Athenas studiorum causa proficiscentẽ, Stagirio per literas commendarit. Deinde eum accusat, quòd caninam facundiam exercens sophistam quendam, hoc est eiusdem artis sectatorem & professorem, maledica oratione lacerarit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

O Vlysses scirè sanè me perstrinxisti, Stagirismum exprobrans, sophisticoq; artificio studiosissimè me versans & exagitans. Atq; istam animi libertatem laudo, quæ scribas, quæ scribis. Præstat enim id quod animum malè habet efferre atq; expromere, quàm quiescere, [2] perinde atq; id ignoremus. Ipse quoquè aliquid habeo, & te accusem. Verùm vt iudiciariam forensemq; legem seruem, prius tibi ad ea quæ obijcis, respondebo, ac postea accusabo, atq; vtrunq; pari cum benevolentia faciam. Ad Stagirium elegantem hominem Nicobulus meus accesit, [3] nequaquam de nostra sententia, ne hoc existimes (nō enim ita vel Athenarum, vel amicitiæ tuæ & sodalitatis immemor sum) verùm suomet ipse consilio & de patris voluntate ad eum se contulit, à me autem illi per literas traditus est & commēdatus. Quid hîc ab amicitia aut humanitate alienum feci? Quōniam autem defensionem nostram habes, accusationem quoq; accipe. [4] Coroplathos illos tuos, & Telchinas minimè laudo, quibus artis æmulum insectaris, quandoquidem vsus obtinuit, vt eiusdem artis professores ἀντίτεχνοι, i. artis æmuli atq; aduersarij vocentur. Quousq; enim ista? & quādo sophisticę huic obtrectationi & maledicentiæ finem statuemus? quoad quid fiat, quoad mors ab hac peruersitate nos abrumpat? Iuueni enim fortassè, honoris cupiditate flagranti, & lucris studenti, hæc, modò parce, facienti, nonnihil veniæ dari possit. libet enim in gratiam tuam Demosthenis verbis aliquantulum vti. Hominem autem id ætatis, atq; hoc rerum statu, publico præconio infamare vicissimq; infamari, proclamare & proclamari intempestiuum prorsus & pertinacis contentionis plenum: non solùm quia hoc omninò inhonestum est & illiberale, sed etiam quia mira est huius rei facilitas, perinde ac fluctus reciprocantis. Etenim, vt cum Homero rursus loquar,

Talia audues qualia in alios dixeru.

Dictum tale feres, quale antè intorseris ipse.

Radentem porrò vicissim radere nequaquam reprehendēdum est. Quæ igitur hæc sapientia est, cùm virtute vincere liceat, vitio superari, aut etiā superare, & multò scelera tius est? At hoc quoq; nomine, vt verè loquar, iudices accusando esse censeo, quòd & pro tribunali damnant, eadem cùm audiunt laudant. Nec id solum: sed multos etiam habent, qui simul laudent, vitiumq; incendant, atq; huc vsq; in partes & studia discedi sint. Atqui conuenit, vt si hæc falsa existimentur, non laudentur: si autē vera esse creduntur, publicè iudicentur: aut etiam hanc rationem adhibere, vt si falsa obijciuntur, accusatores coarguantur: sin vera, ij aduersus quos oratio habetur: non autem permittere, vt nobilium virorum existimatio, res maximi pōderis, ita facilè fugilletur. Quare si meo consilio obsequamini, vtrunq; enim alloquor, huiusmodi sermones & vituperationes valere iubebitis, si nihil aliud, caniciei certè reuerentia, aut etiam rerum turpissimarum lassitudine: ipsi verò in animum inducetis veteri prouerbio parere, quod virtutis cultum amplecti iubet, cùm satis amplæ facultates partæ fuerint. Nec cùm vobis ipsis, tum iuuenum spei insidias struetis, qui profectò indignissima iniuria afficientur, si literarum doctrinæque studijs incumbentes, vitium edisc ant, idque non gratuitum: perinde ac vos non virtutis, sed sceleris magistros habeant. Quòd si tibi molestus & importunus esse videor, hoc scribendi genere vtens: ijsdem rebus me vlciscere, vtile aliquod consilium mihi offerens: vt vel obtemperantem præceptis tuis laudes, vel repugnantem accuses.

SCHOLIA.

1. *OVlysses)* Verba sunt Menelai ad Vlyssem, cùm ab cognata nomine verbis acerrimis perstrictus esset, Iliad. ξ. Itaq; legendum ὦ ἀλνσῦ. non vt in vulgatis ὦ λυσῦ.

2. *Perinde atq; id ignoremus)* Ex tot corruptis codicibus minus corruptum hîc sequutus sum, cum nempe qui Haganoæ typis Ioan. Sec. excusus est anno 1528. vbi habetur, ὡς ἰκανὸν ἀγνοοῦντος, vbi tamen legendū. In duobus alijs exemplaribus ita legitur, περίεστιν ἐκκαλεῖν ἢ λυπῆσαι, ἢ κρεῖττον ὡς ἰρῶν ἀγνοοῦντος. Hîc quia significare possit, ὡς ἰρῶν ἀγνοοῦντος, equidem non video, nec quis sensus inde erui queat. Proinde pro ἰρῶν, ταῦτα potius legendum censerem: vt sit sensus, Præstare animi dolorem præ se ferre ac detegere, q̄ premere & occultare, eosq; tacitè condemnare, qui nullius culpæ sibi conscij sint, facilè se purgaturi, si doloris causa ipsis aperiatur. Quam tamen coniecturam non quasi ex tripode prolatam accipi volo, sed vt ab animo studiorum feruentium pro virili iuuandorum cupidissimo profectam.

3. *Nequaq; de mea sententia)* Gr. οὐ τοιαῦτ' ἐκείνῳ περὶ ἐμοῦ. Aliud Homeri hemestichium Iliad. 10. Verba sunt Nestoris quibus Agamemnonem hortatur, vt cum Achille in gratiam redeat.

4. *Coroplathos illos tuos, & Telchinas)* His verbis, aduersarium suum Eustochius insectabatur. κοροπλάθος autem, vt Christodulus docet, figulum propriè significat pupparum & huiusmodi imaguncularum. De Telchinibus

chinibus varia est opinio. Quidam enim eosdem fuisse credunt Curetas, Cabiros, Telchinas, Corybantes, & Idæos Dactylos, qualem Sceptium fuisse scribit Strabo lib. 10. Alij cognatos fuisse existimant, nonnihilq; differre, omninoq; furore quopiam motos. Telchinas porrò fascinatores fuisse ferunt & maleficos, quòd Stygiā aquam animalibus & stirpibus perniciei gratia insp ergerent: qua exre calamitates, fames, & pestes consequerentur. Cuius sententiæ est Tzetzes hist. 113. qui etiam Telchinas numerat Actæum, Megalesium, Ormenum, Lycum, Niconem, & Mimonem. Nonnulli tamen contrarium sentiunt, & artibus illos præstantes fuisse volunt. De toto hoc maleficorum genere, vide Gyraldum lib. de Dijs gentium Syntagm. 1.

5. *Vt cum Homero)* ἀπτόλεμον ἔμεναι καὶ ἐπ' ὀϊστὸν ἰπτάσθαι. Verba sunt Aeneæ ad Achill. lib. Iliad. 20.

6. *Cùm satis amplæ)* Ad hoc prouerbium alludit Horat. Epist. 1.

O cives cives, quærenda pecunia primùm est, Virtus post nummos.

62. Eidem. 56.

ARGVMENTVM.

Pro tam amico & salubri consilio malam gratiam Gregorio Eustochius repēderat, maledictis & conuitijs optimum virum incessens. His igitur minimùm se moueri ait Theologus.

QVale illud est, quod ignorauì: quàm stultum & ineptum, virum sophistam castitus sum, vt [1] cùm caluus essem, cum ariete obuersa fronte ne congrederer, nec crabronē lacesserem & irritarem, hoc est linguam ad maledicendum paratiorem. Quanquam illud quidem non admodum me diseruciat. [2] Multis enim, vt audio, adiunctus sum: ac si vixeris, multis etiam anteponar. Hoc verò acerbius me angit, quòd tibi minimè probaui, me hoc amico animo facere. Et tamen opto, vt valeas & corpore & animo, ac linguā; si fieri possit, coerceas. Nunc autem, quod ad nos attinet, acquiescemus.

SCHOLIA.

1. *Cùm caluus essem)* Cùm caluus sis, cum ariete obuersa fronte ne cōgrediaris: Et, Crabonem ne prouoces, parœmia sunt, quibus docemur minimè lacessendos esse homines suapte natura irritabiles.

2. *Multis enim)* Id est, Multos alios virulenta lingua prosciidisti, quòd si etiam vita longior tibi contigerit, primum inter eos locum tenebo. In me enim stilum porissimum acues, atq; impurissimo ore debacchaberis.

63. Eudoxio Rhetori. 57.

ARGVMENTVM.

Eudoxium Rhetorem ad philosophiam Christianam rerumque humanarum contemptum hortatur.

Prælara lex Athenensium.

ATHenis vetus lex erat, eaq; meo quidē iudicio, præclarissimè constituta, quę adolescentes, cùm pubertatis annos attigissent, ad artes hunc in modum duci iubebat: Cuiuslibet artis instrumenta publicè proponebantur, atq; ijs admouebantur adolescentes. Quocunque autem delectari quēq; contigisset, ad idq; accurrere, huius quoq; artem edocebatur. Quòd videlicet ea plurimùm rectè succedant, quæ natura duce aggredimur: ac contrà ea quæ inuita natura suscipiuntur, spem frustrari soleāt.

Naturæ sequitur semina quisque suæ.

Quorsum autem spectat hæc narratio? Nimirum hoc aio, tibi prouidendum esse, ne philosophiam, ad quam natura comparat' es, negligas, aut cuiquam alij arti non accōmodæ potius assuescas, q̄ hanc complectaris, ad quam natura propendes: non modò quia præstantissima est, sed etiam quia naturæ tuæ accommodata. Porrò non esse vi [1] cohibendum fluminis cursum parœmia quoque ipsa docet, ac poēsis etiam ei, qui equitandi artem didicerit, canrandi studio interdicit. Alioqui fore, vt nec [2] equitationem nec musicam assequatur, Quę autem est hæc naturæ aptitudo? vt quidem ipse animaduerti, primùm vitæ & morum tranquillitas & simplicitas, animusque ad has vitæ fraudes & impostu ras parum appositus & idoneus. Tum quia præstanti es animi indole menteq; alta & erecta atque ad cōtemplationem leui & expedita. Huc accedit aduersa valetudo corporisq; infirmitas. nā hoc quoq; nō leue ad philosophiā pondus habere [3] Platoni visum est. Quin ea etiam es ætate, vt iam animi perturbationes

Quæ sint ad philosophā dum necessaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiones inflectantur. Nec verò paupertate tam frangi mihi videris, q̃ gloriari. Iam q̃ erubescere scis, in eo non rhetorum more refers: sed neq; scelerata tibi lingua est, nec malè factus es, nec circunforaneus es, nec deniq;, vt rem paucis complectar, quicquã eorum habes, quibus forensem illum Democritum ad popularem gubernationem Aristophanes fingit atq; instruit. Sed cùm orator voceris, quiduis tamẽ potiùs quàm [4] moribus inter oratores censeris. Quocirca noli id philosophiæ, quod iam accepisti proijcere, nec secundas potius in secundis rebus, q̃ primas in maximis habere. Atque vt etiam primas eloquentię tibi demus: ne sustineas [5] inter graculos excellere, cùm aquila esse possis. Quousq; rebus paruis humiq; reptantibus intumescemus, atq; inter adolescentulos & fabulas ludemus, auditorumq; applausionibus efferemur? Migremus hinc, viri efficiamur, somnia proijciamus, vmbras prætereamus, alijs vitæ oblectamenta plusq; doloris q̃ voluptatis habentia relinquamus. Alios occupatos teneant, iactent, ludificentur, inuidia & tempus & fortuna. [6] sic enim rerum humanarum inconstantiam & varietatem apellãt. Valeant throni, principatus, opes, splendores, elationes, casus, vilis hæc & delpicabilis gloriola, qua magis obscuretur quispiam, si animo efferatur, quàm si irridetur, ac deniq; magnæ huius scenæ ludicra, nugæq; theatricæ. Nos Verbum arctissimè complectamur, ac pro omnibus rebus Deũ habere optemus, solum, inquam, perenne illud bonũ & nostrum. Ita fiet, vt hic quoque splendorem assequamur (quandiu nimirum [7] paruo adhuc animo sumus, idq; affectamus & expetimus) aut certè in futuro æuo. Quandoquidẽ virtutis præmium est, Deum fieri, ac purissimo illo lumine collustrari, quod in triplici vnitate contemplanda percipitur, cuius nunc radijs leuiter perstringimur. [8] Ad hæc contende, progredere, mente conuola, vitam æternã arripe. Nusquam spes tuas sistes, quousq; ad illud summè expetendum & beatum bonum perueneris. Ac nos haud dubiè, nunc quidem parcius, paulò pòst autem vberiùs effusiusq; laudabis: posteaq̃ in eo rerum statu teipsum conspexeris, quem tibi pollicemur, ac non inanem felicitatem nec mentis figmenta, sed rerum veritatem hæc esse nuncupabis.

SCHOLIA.

1. *Vi cohibendum*) Eccl. 4. *Noli niti contra torrentẽ, nec coneris contra ictum fluuij.* Gr. μὴ βιάσῃ ῥεύματι, μηδὲ πρὸς κῦμα, *nec cursum fluuij violenter cohibeas. Quem locum ad eum accommodat Theologus, qui naturæ suæ vim infert, atq; inuita minerua aliquid tentat.* Huic simile est illud Horatij 1. Epist.

Naturam expellas furca, tamen vsq; recurret:
Et mala perrumpet furtim fastidia victrix.

2. *Equitationem*) Hoc prouerbio admonemur, eas artes colendas & exercendas esse, in quibus studium nostrum collocauimus. Vnde illud Aristophanis peruulgatum ἐφ' ἅπερ τις ἐν ἐσθίει τοῦτο καὶ λέγει τὰ χρήστ'. *Quam quisq; norit artem, in hac se exerceat.* Citatur à Cic. Disputatione prima Tusculana.

3. *Platoni visum*) Ac proinde Academiam insalubrem Atticæ locum elegisse dicitur, vt nimis bonus corporis habitus, ceu nimia vitis luxuries amputaretur. Vide Ficinum in eius vita.

4. *Moribus inter oratores*) Oratores enim antiqui obtrectationis & maledicentiæ vitio vt plurimùm laborabant.

5. *Inter graculos*) Hoc prouerbio admonemur, præstare inter optimos & præstantissimos viros quemcunque locum tenere, q̃ primùm inter perditos & profligatos: contrà q̃ de Cæsare legitur, qui in parua quadam & ignobili oppido primus esse malebat, q̃ Romæ secundus. Sed profectò vt olim Crotoniatarum posteremus totius Græcorum primus esse dicebatur: ita qui vel extremum inter veros Christianos locum tenet, etiã optimo Gentili, vel eo, qui inter homines mundo addictos probatissimè vixit, præstantior censendus est.

6. *Sic enim appellant*) ἀνθρωπίνως. ita enim in Froben. codice.

7. *Adhuc paruo animo sumus*) Ex cœlesti philosophia, inquit, hoc assequeris, vt & in hac vita clarum & celebre sit nomen tuum, (si quidem nondum eo proiectus sis, vt gloriam humanam asperneris:) & in futuro æuo splendidum & illustre.

8. *Ad hæc contende*) Gr. πρὸς ταῦτα δή. sic enim legendum, vt in Froben. non male, vt in Heruag.

ARGVMENTVM.

Philagrium ad fortiter perferendos corporis dolores cohortatur. Hanc autẽ epistolam in vtroque exemplari Eudoxio ascribi miror, cùm in ea Philagrij nominatim mentio fiat, quemadmodum & in 64. Gra-

In aduersis etiam philosophandũ

GRatulor tibi mi Philagri, quòd philosophicè in calamitatibus te geris, multisq; tolerantiæ in rebus acerbis exemplũ prodis, & quemadmodum ad optima quæque corpore vtebaris, cùm prospera valetudine eras, ita nunc quoque eo [1] præclarè vteris, postquam in morbum incidisti, atque [2] ociaris nõ otiosè, vt ita loquar. Philosopharis enim, & quod Diogenem olim dixisse ferunt, cùm febre laboraret, ac dolorem fortiter perferret, hoc ipse quoq; spectandum præbes, nimirum animæ & corporis colluctationem. Hoc videlicet conueniebat meo Philagrio, non emolliri, nec doloribus frangi, sed lutum aspernari, ac corpus quidem sinere ea pati, q̃ ipsius natura fert, naturæ lege omninò vel nunc, vel postea dilapsurũ (interibit enim vel morbo vel senectute cõfectum) sursum autem animam habere, ac cogitationibus cũ Deo coniungi, illudq; scire, absurdum & præposterum esse, nos extra pericula philosophari, tempore autem id postulante philosophiæ expertes apparere, nec, quod profitemur, præstare. Omnia quidem animo peruoluisti, tam nostra quã externa, [3] vtpote vir in vtrisq; eruditus, aliorumq; pceptor: atq; humanitatis medicamentum tibiipsi ex omnibus collegisti. Verùm vt tecum nonnihil philosopher, si ita iubes, parum mihi probatur Aristotelis ieiuna & demissa oratio, qui beatitudinem nobis definiens quodamtenus quidem rectè progressus est, [4] nempe animę actionem secundum virtutem esse pronuncians, addensq; etiam, in vita perfecta: hoc quoque ipsum [5] admodum sapienter, propter mutabilem, facileq; [6] in diuersum labentem naturę nostræ conditionem. Illud verò iam non magnificè, sed perquàm sordidè & abiectè, q̃ externam quoq; commoditatem & felicitatem adiunxit: ita vt si quis fortè inopia prematur, aut valetudinari [7] sit, aut obscuro genere, aut à patria extorris, iuxta hanc sententiam à beatitudine arceatur. At Stoicorum animi magnitudinem præstantiamq; laudo, q̃ res externas nullam ad beatitudinem impedimentum afferre dicunt, sed virum bonum beatum esse, etiamsi in Phalaridis tauro concremetur. Ob eamq; causam nõ eos tantùm admiror, qui apud nos pro virtute periculis se obtulerunt, aut calamitatem fortiter tulerunt: sed externos quoq;, qui similes illorum extiterunt. Quo in genere [7] Anaxarchum illum habent, [8] Epictetum, Socratem, vt ne plures recenseam. Quorum primus cùm manus ipsius, tyranno ita imperante, in mortario contunderentur, carnifices Anaxarchi culeum tundere iubebat (ita videlicet hanc æruminosam carunculam appellans (quasi Anaxarchus ipse minimè tunderetur, hoc est, philosophi anima. quæ quidem apud nos externus homo & internus appellantur. Alter, cùm crus ipsi frangeretur, velut in alieno corpore philosophabatur, citiusq; crus perfractum esse visum est quàm ipse vim doloris persensisset. Socrates deniq; ab Atheniensibus ad mortem damnatus, atq; in carcere, vt nosti, agens, prius quidem de corpore quasi de alio ergastulo cum discipulis disserebat, cumque fugã inire liceret, id facere recusauit: postquam autem cicuta oblata est, perlibenter accepit, perinde ac nõ lethale poculum acciperet, sed propinando amicos ad potandum inuitaret. His Iobum quoq; nostrum adiecissem, nisi te scirem ab eius doloribus, Deo opitulante, nõ lõgè remotum esse, atq; etiam fore. His rationibus teipsum mulcens, vir diuine & sacrosancte, atque hanc medicinam adhibens, tum ipse melius mihi habiturus videris, tum nos etiam laudum tuarum pcones oblectabis, nimirum teipsum ita comparans, vt nec morbo debiliteris, nec, quod ait Dauid, à pace peccatorum eorumque vitę, psperitate ac secundo cursu offendaris: quin potius purgeris, [9] si hoc verbo in te vti fas est, atq; infirmitatem, virtutis argumentum, segetemque existimes.

Anaxarchi patientia.

Psalm. 72.

SCHOLIA.

1. *Præclarè vteris*) Legendum enim τούτῳ χρῇ, vt in Froben. non autem τοῦτο χρᾷ, vt in Heruag.
2. *Ociaris*) Gr. ἀργεῖς, sed delendum ἀργ.
3. *Vtpote vir*) In Hernag. corruptè legitur ἄνω, pro ὡς. vt in Froben.
4. *Animæ actionem*) Ita enim beatitudinem definit Aristot. lib. 1. Et hic. ad Nicomachum.
5. *Admodum sapienter*) σοφῶς enim lego non σαφῶς, vt in impressu codice: vt respondeat aduerbio ἐμπαλίν quod proximè præcessit.
6. *In diuersum labentem*) διαπῖπτ enim haud dubiè legendum, non vt in vulgatis exemplaribus διαπίπτον.
7. *Anaxarchum illum*) Anaxarchus philosophus mortuo Alexandro, apud quem summo in honore fuerat, in Græciam rediens à Nicocreonte Cyrenarũ tyranno interceptus nouis & inauditis supplicium genere excruciatus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8. Epictetum) Fuit hic philosophus summo in honore apud Hadrianum Imperatorem, vt testis est Aelius Spartianus in Hadriano.

9. Si hoc verbo vti fas). i. Si fas est hoc dicere, exigua illa peccata, quæ in te restant, afflictionibus purgari, ac non potius virtutem tuam calamitatibus, velut igne aurum explorari.

65. Eidem. 59.

ARGVMENTVM.

Primùm se Philagrio excusat, quòd eum peregrè reuersus non viserit: deinde ei se purgat, quòd ab Ecclesiæ gubernaculis recesserit.

QVòd mutuo congressu frui nequeamus, eadem vtriq; causa impedimento est. nam & te corpus exercet, vt exercet, ne quid amplius dicã: & me scito admodũ afflicta esse valetudine. alioqui nihil, mihi crede, prius habuissem, cùm peregrè redirem; quàm vt sine vlla cunctatione ad te accurrerem, teq; complecterer, ac de propositis rebus in consilium adhiberem, virum amicum & prudẽtem, & excelsa egregiaq; pietate præditum. Quod autem reliquum erat, nempe vt per literas inter nos colloqueremur, hoc & ipse, vt par erat, fecisti, & nos quoq; facimus. Ac nobis haudquaquam parua leuisq; momenti habentur ea, de quibus scripsisti. Proinde nec ipsi perfunctoriè & negligenter, sed perquã accuratè considerata re atque perpensa ad hoc iudicium venimus. fessi fractiq; sum cum inuidia & cum sacris Episcopis communem concordiam dirimentibus, fideique causam priuatis contentionibus posteriorem habentibus concertando. Quocirca[1] nauigij proram, vt dici solet, conuertere, ac nosmetipsos, quemadmodũ[2] nautilum piscem ferunt, cùm hiemem sensit, contrahere atq; colligere decreuimus atq; alios quidem eminus spectare mutuò se impetentes, nos verò ad alteram vitam transferre. Quòd si Ecclesiam relinquere periculosum est, vt scribis, quam tandem? Si nostram: rectè dicitis, idemq; ipse aio. Si verò nihil ad nos attinentem, nec nobis assignatam atq; decretam, culpa vacamus. Quòd si idcirco renemur, quia ipsius curã aliquantisper gessimus, multi vtique alij eadem ratione teneantur, quotquot nimirum hospitum curam habuerunt. Atque ita etiam fortasse laboribus merces parata est, vt interim crimini verti non debeat, si quis laboribus fractus concidat. Quamobrem non est cur tu hac saltem causa nobis quicquam timeas: verùm illud potiùs, ne quid detrimenti patiamur.

SCHOLIA.

1. Nauigij proram) Hoc adagium exposuimus in scholijs Orationis de Basilij laudibus.

*2. Nautilum piscem) Plinius lib. 9. cap. 29. sic de nautilo pisce. Inter præcipua miracula qui vocatur Nautilus, ab alijs Pompilus, supinus in summa aquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni pituitam aqua velut exoneratus sentina facilè nauiget. Postea duo prima brachia vt orgues, membranam fistul

Universidad de Deusto
Biblioteca

68. Eidem 62.

PRius quidem leuandi doloris tui causa consolatorias literas ad te scribebam: prior enim in morbum incideras. Nunc verò commodè ipse nos consolari posis, ijsdem propemodum doloribus correptos. Conueniebat enim nos, cùm amicitiæ vinculo inter nos deuincti simus,[1] ne hac quoq; in re disiungi. Quin potius iam consolationis officio functus es, nimirum tua tolerantia ad perferendas afflictiones nos exhortans.

SCHOLIVM.

1. *Ne hac quoque)* Perspicuum enim est, μηδὲ ταύτῃ legendum esse, non μηδὲ ταῦτα, vt in vtroque exemplari.

69. Eidem. 63.

MOrbo crucior, & gaudeo, non quia crucior, sed quia aliis patientiæ sum magister. Quoniam enim dolore vacuum corpus non habeo, hoc lucri obiter dolore facto, quod perfero, & gratias ago, vt in lætis rebus, ita etiam in acerbis: quandoquidem certum habeo, nihil rerum nostrarum[1] apud summam rationem expers rationis esse, tametsi ita nobis videatur.

SCHOLIVM.

1. *Apud summam rationem)* Græc. πρὸς τὸν λόγον μηδὲν ἄλογον εἶναι. atque sic vertere libuit, vt Græcum verborum gratiam, quantùm fieri posset, in translatione retineremus. λόγ enim hoc loco, Deum significat.

70. Eidem. 64.

ARGVMENTVM.

Philagrium molliùs iam & impatientiùs corporis dolores ferentem, ad tolerantiam hortatur, eiusq; labantem animum fulcire nititur.

Amicorum communia omnia.

QVæ tibi molesta sunt, vtique & nobis. Amicorum enim communia omnia esse censemus tam prospera quàm aduersa: eaque[1] amicitiæ lex est. Quanquam si de his rebus nonnihil philosophandum est, atque apud te, vt par est, disserendum (quod etiam ipsum amicitiæ lex dictat) nolo, nec honestum esse censeo te, hoc est, Philagrium, virum singulari rerum diuinarum doctrina præditum, eodem modo affici, quo plerique solent, nec simul cum corpore deijci, atque afflictionem vt incurabilem deplorare: verùm dolori resistere, atque animo vel nunc maximè expurgari, vinculisque superiorem te præbere, ac morbum nihil aliud esse duce-

Morbus est vtilis instituto.

re, quàm vtilem quandam institutionem, hoc est, vt & corporea omnia, & quicquid fluxum est ac turbulentum interituiq; obnoxium aspernans, totum te cœlesti parti addicas, nec præsenti tempori, sed futuro æuo viuas,[2] mortisque meditationem, vt ipse Plato ait, hanc vitam existimes, atque eam hoc[3] siue corpore, siue sepulchro, vt idem loquitur, animam, quoad eius fieri potest, soluas. Si hæc philosopheris, vir præstantissime, atque eum animum habeas, tu maximam ipse vtilitatem percipies, tum mœrorem nostrum ex morbo tuo conceptum leuabis, tum etiam multis ad dolorres sapienter ferendos documento eris, ac denique hoc non paruũ lucrũ facies (si tibi quoq; tibi curæ est) vt apud omnes admirationem tui parias. Ex liberis porrò quos postulas, alterum inueni, eumq; ad te libenter misi, nempe Demosthenicum: alterum quem poscis, non habeo, nimirum Iliadem. Mihi enim in hoc, velim, fidem ne abroges: qui ppè qui me his solis frui, easque solas rectè possidere existimem, quorum ipse particeps es, quibusq; vt tuis vteris.

SCHOLIA.

1. *Amicitiæ lex)* ὅπερ φίλων φίλοις ἴδιον ἐστί. *in Heruag. vbi* ἴδιον *vitiosè legitur, vbi & enim legendum, vt in Proben. vel etiam, vt magis existimo,* ὅπερ: *quæ vox propius accedit ad hanc dictionem* ἴδιον, *facilimoque scientia typographo vel librario imponere potuit.*

2. *Mortisq; meditationem)* Sic enim Plato philosophiam definit in Phædone.

3. *Siue corpore siue sepulchro)* Socrates apud Platonem in Cratylo σῶμα dictum putat, quia anima σῆμα, i. sepulchrũ sit, quasi ipsa nunc in corpore sepulta sit, atq; etiã quia anima per corpus σημαίνει ἅπερ ἂν σημαίνῃ, i. significat ea omnia, quæ significat. Ait etiam sibi videri Orphei sectatores nomen hoc ob id potissimum posuisse, quòd anima in corpore hoc delictorum det pœnas, & hoc septo, vallóq; claudatur, velut in carcere quodam, vt σῴζηται, i. seruetur.

71. Posthumiano, de pace. 68

ARGVMENTVM.

Posthumianum ad sarciendam & constabiliendam inter Episcopos concordiam hortatur.

SVblimi es eruditione, & quidem vtroque eruditionis genere & vtrauis dicendi facultate. Alterius enim quantam famam audimus. (nec enim lingua Romana sum, nec Italicam doctrinam calleo.) Alterius autem periculum ipsi fecimus: ita vt alios quoq; certiores facere queamus, si modò ij sumus', qui de huiusmodi rebus nonnihil iudicare possimus, quales nos esse pleriq; affirmant. Magistratibus nõ paucis euectus es: immò, vt verius loquar, nõ paucos euexisti. Tandem ad summum imperij apicem peruenisti, non fortunæ munere, vt multi fortasse dixerint, sed pro virtutis præmio dignitatem hanc consecutus: vt ipsa quoq; honoratior efficiatur, atque Imperator ob suum de te iudicium laudetur. Sed hæc adhuc parua. Adiungam aliquid ex rebus nostris. Piæ doctrinæ mysterijs[1] prius imbutus es: postea eam suscepisti. Verba enim tua memoria teneo, ac miraculo illo meæ aures adhuc circunsonãt. Quod si his rebus hoc adieceris, vt amicorum tis memor (adijcies autem, certò scio, ac ex præteritis rebus hoc conijcio) maiorem nobis tui admirationem commouebis, hæc humanæ felicitatis seu beatitudinis meta est. Porrò[3] vltra Gades mare hominibus non esse permeabile, Pindaro docenti assentior. Quoniam autem magna cõsecutus, magnis quoq; nominibus obstrictus es, teque Deus priùs nostrum fecit, deinde nobis etiam commodè præfecit, ac præterea absurdum est à tanto viro non maxima quęq; postulare, hoc te à nobis admoneri patere. Nihil tam imperio tuo cõuenire existima (quandoquidem rursus Episcoporum Synodus celebratur, haud scio qua de causa & quomodo coeuntium) quàm vt te præfecto ac tua opera Ecclesiæ ad pacem adducantur, etiam si eos qui dissidijs & factionibus cõtendunt asperius obiurgare oporteat. Quòd si cuipiã nimium curiosus esse videar, quòd cùm à negocijs recesserim, non tamẽ curam & solicitudinem abiecerim, hoc ne mireris. Non enim quemadmodum à thronis & fastuoso supercilio, ita etiam 4 à pietate secessimus. Quin potius eò maiorem fidem authoritatemq; apud te habiturus mihi videor: vt qui non rem meam priuatam, sed publicã vtilitatem curem.

SCHOLIA.

1. *Priusimbuus es)* πρότερον ἐλέλυσαι *enim legendum, non* πρότερον ἔλεβες, *vt in Heruag.*

2. *Adijcies autem)* Heruagius corrupte legit *in tertia persona* προσθήσει, *quemadmodum in eadem quoque linea* νικήσουσι, *pro* νικήσομεν.

3. *Vltra Gades)* Hunc Pindari locum in Scholijs Orationis de Basilij Laudibus ex Nicera explicauimus.

4. *A pietate secessimus)* τῆς εὐσεβείας ἐκ χωρήσαμεν. *sic in vtroq; codice legitur, sed mendose.* ἀνεχωρήσαμεν enim vnico verbo legendum, *quemadmodum vel mediocriter huius linguæ periti facilè iudicabunt.*

72. Saturnino, de Ecclesiastica pace. 69.

ARGVMENTVM.

Eiusdem argumenti est hæc epistola cum præcedente.

NOn est apud me dubium (alioqui temerarium esset scribere) quin amicitiæ officium à me requiras. Externis enim licentiam, nobis autem loquendi libertatem tribuis, vt conseruus bonus ijs qui eo honore digni habiti sunt, vt ad Deum appropinquent. Quocirca te quoq; salutamus, & cupiditati tuæ morem gerentes, rerum nostrarũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtatum tibi exponemus. Omnia apud nos Dei beneficio rectè ſe habent, hoc vno excepto quòd de Eccleſijs anxij & ſoliciti ſumus, tam fœdè perturbatis. His quidquid opis afferre potueris, communem concordiam & re & ſermone impigre conſtitue: quandoquidem rurſus Episcopi coëunt, ac metuendum rurſus eſt, ne nunc quoq; pudore ſuffundamur, ſi hæc Synodus parum præclarum finem habuerit, quemadmodum & prius. *Synodus.*
Nam quæ nobis contigerunt, ea Deo omnia ſcienti & cognoſcenda & iudicanda relinquemus, etiamſi iucundo animo inuidiæ eorum, qui id appetebant, ceſſimus, [2] non tanquam ſuauem quandã rem, vt pleriſq; videtur, ſed admodum periculoſam relinquentes, ac velut ex aſpera & graui tempeſtate ad tranquillum quendam & tutum portum appellentes

SCHOLIA.

1. Et alioqui eſſet) Vnius literæ defectus ſenſum obſcurum reddebat. In Heruag. enim codice pro ἀ, lege ἐάν, ſic ſcribitur in Froben. Baſilio.

2. Tanq̃ ſuauem) Quidam forſaſſe ſuſpicari poterant, Gregorium non ſine quodam animi dolore Conſtantinopolitano Epiſcopatu ſeſe abdicaſſe. Ait igitur nihil ſibi iucundius accidere potuiſſe, q̃ quòd ætam difficili & periculoſo munere in ſuauiſſimam quietem vindicatus ſit, ac velut ex grauiſſimã tempeſtate in portum delatus.

73 *Amazonio.* 70

SI quis communium amicorum, quos permultos eſſe confido, [1] ex te percontetur, vbi nunc Gregorius, & quid rerum agat, dicere non dubita, eum quietè & tranquillè philoſophari, non magis de ijs, à quibus iniuria ipſi illata eſt, curãtem, quàm de ijs, qui in lucẽmne etiam ac vitam prodierint, ignotum, atq; obſcurum eſt. adeò inuicto eſt animi robore. Quòd ſi te rurſus idem roget, quo modo amicorum diſiunctionem ferat, non iam fidenter reſpondeas, eum philoſophari, verùm animo eſſe perquam humili & abiecto. Alij enim in alijs rebus molliores ſunt: ego autem in amicitia & amicis quorum in numero egregius quoque Amazonius eſt. Tu verò hac vna re fortaſſe mœrori noſtro mederi queas, ac deſiderium tui lenire, ſi noſtri memor fueris, atq; huius rei fidem mihi literis tuis facias.

SCHOLIVM.

1. Ex te percontetur) In Heruagiano pro ἐρωτᾷ, lege ἐρωτᾷτ.

74. *Celeuſio.* 71.

ARGVMENTVM.

Celeuſium accuſat, quòd obſcœna ſpectacula plebi proponeret.

EXcepi te etiam tacẽs, vt ſilentij quoq; ſermonem eſſe intelligas, per calamum ſe proferentem. Loquar autem, quæ & amicitiæ noſtræ & huiuſmodi tempori conueniunt. Legibus iniuriam facis, iudex, qui non ieiunes. Et quomodo leges humanas ſeruabis, qui diuinas contemnis ac pro nihilo putas? Purga tribunal tuum, ne duorum alterũ tibi accidat, vt aut malus ſias, aut exiſtimeris. Fœda ſpectacula proponere, ſeipſum trahere eſt. In ſumma, iudex, futurum ſcito, vt iudiceris, & minus peccabis. His nihil melius habebam, quod tibi præberem.

75. *Eidem* 72.

NE me tacentem iudices, ac damnes, quemadmodum nec ego te loquentem, quod de cibis Paulus promulgauit. Quòd ſi iudicas, time ne lingua mea aduerſus te primùm concitetur, ſi te ſilentio dignum nanciſcatur. *Rom. 14.*

SCHOLIVM.

1. Neme tacentem) Paulus ad Romanos ſcribens 14. cap. ſic loquitur: Is qui manducat, non manducantem non ſpernat. & qui non manducat, manducantem non iudicet. Quo loco κρίνειν non ſimpliciter iudicare ſignificat, ſed etiam damnare: vt ſæpè in ſacris literis. Hunc locum ad propoſitum ſuum Theologus accommodat.

Olympio.

76. *Olympio.* 76.

ARGVMENTVM.

Conſtantinopolitanæ profectionis moleſtiam, vt ex alia quadam epiſtola conijci poteſt, excuſatione morbi deprecatur.

HOc mihi morbo ipſo grauius eſt, quòd ne ægrotanti quidem fides habetur: ſed peregrinationem ita longam inire iubear, atq; in medios tumultus memet intrudere: quorum ſeceſſionẽ ita amaui, vt hoc nomine gratiam quoq; corporis afflictioni pro pemodum habeam. Quieta enim & à negocijs ſemota vitæ ratio actuoſæ vitæ ſplendore præſtantior eſt. Hoc illuſtriſſimo quoq; Icario non ita pridem ſcripſi, cùm idem ab eo edictum accepiſſem. Magnificentiam autem tuam rogo, vt pro nobis quoq; id ſcribere dignetur, quippe quẽ morbi noſtri locupleté teſtẽ habemus. Argumento eſt detrimentum illud, quod nunc accepimus, cùm per corporis infirmitatem nec ad te accurrere, nec te frui nobis licuerit, principe adeò commodo, tamq; admiranda virtute prædito, vt præludia quoq; ipſa magiſtratus tui excellentiora ſint ea gloria, quã alij toto imperij tempore conſequuntur. *Icarius.*

77. *Eidem.* 77.

ARGVMENTVM.

Ab Olympio petit, ne impunitum Apollinariſtarũ ſcelus ferat, qui exauthoratorum quorundam Epiſcoporum opera & adiumento neſcio quem ſectæ ſuæ nebulonem Epiſcopum inſtituerant.

CAnicies quoq; nonnihil eruditur, nec ſenectus, vt video, talis omninò eſt, q̃ prudentiæ opinionem fidemq̃; mereatur. Ego cùm omnium maximè Apollinariſtarum cogitationem impietatemq̃; perſpectam haberem, nec ferendam eorum amentiam cernerem, exiſtimabam fore, vt lenitate mea mitiores efficerentur, ac paulatim emollirentur: atque hoc mihi ſpe fingebam. Verùm per imprudentiam & ſceleratiores eos, vt apparet, reddidi, & intempeſtiua hac philoſophia Eccleſiam detrimento affeci. Neq; enim peruerſi homines lenitate atq; humanitate flectuntur. Et quidem ſi nunc per meipſum hæc oſtẽdere potuiſſem, non dubitaſſem, mihi credo, vel præter vires iter capeſſere, atq; excellentiæ tuæ pedibus aduolui. Quoniam autem longius me [1] morbus prouexit, & Xanxaridis thermis mihi de medicorum conſilio vti neceſſe eſt, literas mihi vicarias ſubſtituo. Præter alia omnia eò quoque audaciæ proruperunt mali homines & male perdendi, vt exauthoratos etiam ab vniuerſali Orientalium & Occidentalium cõſilio Epiſcopos accerſentes, aut illac iter facientibus abutentes (non enim certò affirmare poſſum) imperialibus omnibus conſtitutionibus atq; omnibus veſtris edictis violatis, cuidã impij & adulterini ſui gregis Epiſcopi nomen impoſuerint, nullã re, vt opinor, tantùm freti, quantùm imbecillitate mea emortuiſque viribus. hoc enim dicẽdum eſt. Quæ ſi leuia & ferenda ſunt, ferat tua conſtantia: feremus ipſi quoque, quemadmodum & ſæpe tulimus. ſi verò grauia ac ne ipſis quidem piiſſimis Imperatoribus ferenda, hoc facinus, mittius tamen quàm pro ſceleris atrocitate, vlciſci dignare. *Hæretici puniendi.*

SCHOLIVM.

1. Morbus prouexit) Legendum enim προὔχαγεν, non vt in vulgatis exemplaribus προσήγαγεν. id quod ſatis indicat aduerbium præcedens περιττέρω. Paulò etiam inferius emendandus eſt. Heruag. codex ex Frobeniano, & προσεγκεκριμένος, καθεγκριμένος ſubſtituendum eſt.

78. *Eidem.* 78.

ARGVMENTVM.

Eundem Olympium rogat, vt Aurelio militiæ deſertori parcat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVrsus scribo, cùm adesse oporteat: sed mihi à te fiducia hæc nascitur, ô & negociorum arbiter (vt primo loco quod primum est, dicam) & publicarum[1] rerum correctior, atq; vtrumq; diuinitus. qui etiá hoc pietatis præmium accepisti, vt res tibi ex animi sententia fluant, solusque ea assequi possis, quæ omnibus alijs negata sunt. Prudentiæ enim & fortitudinis ductu atque auspicijs imperium administras, quarum altera quæ facienda sunt, excogitat: altera quod est excogitatum, facilè exequitur. Huc quod maximum est, accedit, manus puritas & integritas, qua omnia regantur. Vbinâ tibi aurum iniustè collectum? ne fuit quidem vnquam, vtpote ante omnia damnatum & exturbatum, tanquam tectus & obscurus tyrannus. Vbi inimicitia? damnata est. Vbi gratia? hîc nonnihil labascis & flecteris (paulum enim te accusabo) verùm Dei humanitatem & clementiam imitans quam nunc quoq; per nos petit atq; implorat Aurelius miles tuus, quē dementem quidem perfugam voco, cæterùm prudentem supplicem, quoniam in manus nostras confugit, ac per nostras in tuas, caniciem nostram sacerdotiumque, quæ tibi venerationi esse sæpe confessus es, instar Imperatoriæ cuiusdam imaginis[2] obtēdens. En tibi hunc offert sacrifica hæc manus & incruenta, quæq; & multas tuas laudes literis mandauit & mādabit, si Deus nobis & tuum & Themidis sociæ tuæ atq; adiutricis imperium prorogarit.

Prudentia & fortitudo principi necessaria. Veri principis conditiones.

SCHOLIA.

1. Rerum) πραγμάτων enim legendum, vt in Froben. non πραγματικῶν, vt in Heruag. codice.
2. Obtendens) Quis enim non videt legendum προτεινόμενος, non πρότεινόμενος. Qui autem antiquitus ad Imperatorum imagines & statuas confugiebant, ius asyli consequebantur, nec inde abstrahi poterant. Id videtur hic significare Theologus.

79. Nemesio. 79.

ARGVMENTVM.

Nemesium orat, ne hominem quendam patria excedere, atque exulare cogat. Nisi tamen hoc loco μεταναστεύσεως nomine non tam exilium accipere mauis, quàm patria migrandi necessitatem, muneris alicuius obeundi causa, sed prior intellectus mihi magis arridet.

SI tibi eo nomine molestus & importunus esse videor, quòd identidem ad te scribam, ne mireris, si te apud te iustum iudicem accusem: nec dubito, quin me culpa liberatur[1] sis. Ipse mihi fiduciæ huius causam attulisti, nimirum promptè largiendo ad petendum alliciens. nec mirum id videri debet. Multa enim sunt, ob quæ nō ægrè nobis gratificeris, senectus, morbus, communium studiorum necessitudo, (si quid tamen in literis nobis vendicare possumus) hoc ipsum, quòd cùm congressum tuum mirificè exoptem, ab infirmitate tamen prohibear, nec re tantopere expetita potiri queam. Sed quæ hæc est postulatio? & si quidem iniqua, tāti viri os vultumq; erubescerem, si aût æqua, promptoaīo petitioni cede atq; annue. Rursus venerabilis filius noster Theodosius ad eloquentiā tuam proficiscitur, meus inquam & tuus, propolito nempe meus, tuusverò supplex. Proficiscitur autem, vt pro re tristi & commiseranda deprecetur. Orphani periclitantur, &,[2] vt humana incerta sunt, quorsum res interim recidet, obscurum est, ac veremur ne patria migrandum sit patri, à quo multorum orphanorum inopia subleuata est. Proinde hoc beneficij gratiæq; omnibus tribue. Porrige manum calamitati, quam tu[3] ipse probabis. Nulla quidem gloriæ accensione opus habet principatus tuus, quemadmodum nec Lucifer splendore. Sed tamen si cumulum aliquem quæras, nullus isto, mihi crede, nec maior, nec præclarior contigerit, vt permulti veritatis studiosi probitatem tuam docebunt.

Timoth.

SCHOLIA.

1. Vt humana) Lege ἀλλοτρία in neutro, non ἄν, vt in impressis codicibus.
2. Ipse probabis) Recte enim in Frobeniano legitur in sec. persona δοκιμάσεις.

Ἀετίῳ

80. Aetio & Alypio. 80.

ARGVMENTVM.

Mater Aetij & Alypij in pauperum alimoniā Ecclesiæ pecuniam quandam testamento legauerat. Cui eius extremæ voluntati cùm nequaquam filij satisfacerent, hac epistola Gregorius eos officij sui commonefecit.

Munificentia.

QVemadmodum areæ & torcularis primitias, & filiorum, eos, qui verè filios amant, Deo consecrare iustum ac piū est, quoniam ab ipso & nos ipsi & nostra omnia sunt: ita nouæ quoq; hæreditatis, vt pars promptè & libēter oblata maiori parti securitatem incolumitatemq; cōciliet. Quocirca ne tandiu nobis benignè facere differatis, quoad cæteris omnibus vos benignos præbueritis. Quin potius Deo ante omnes benigni estote, per quē & omnibus: atq; externis legibus proiectis, nostris seruite, id videlicet curantes, vt muneris vestri sit alacritas animiq; promptitudo. Nam ea, quæ[1] testamento relicta sunt, ab alijs: alacritatem autem à vobis habebimus, quibus multò plura his, quæ nunc offeretis, rependere potest Deus, non solùm in hac fluxa & caduca vita, sed etiam in fixa & æterna: ad quem vnum oculos cōiectos habere tutum est, & in quo spes omnes nostræ defigendæ sunt. Proinde vt Deo eodem modo vobiscum acturo, quo erga pauperes vos gesseritis, nequaquā malignè & sordidè, sed admodum liberaliter & alacriter demortuæ voluntatem explete, quā & vobis adesse, & ea quæ fiunt, perspicere iudicātes, per largitionem vestram recreate. Ita fiet, vt ab ea non modò pecunias habeatis, sed maternam etiam benedictionē filiorum[2] domos fulcientē cōsequamini. atq; hoc vobiscū cogitate, meliorē esse partē exiguā cum iustitia, vt Scriptura loquitur, quàm latiorem & vberiorem cum sordibus & turpi parcimonia, ne quid ominosum dicam, illudq; etiam, permultos extitisse, qui totas etiam domos Ecclesijs addici passi sint, non defuisse etiam, qui suapte sponte facultates omnes suas obtulerint, præclarissimeq; negociati sint, hoc est, propter futuræ vitæ opes egestatem amplexi sint. Ne igitur[3] parcè seratis, vt vbere messem faciatis, verùm[4] bonam cùm vobis ipsis, tum charissimis vestris hæreditatem hanc elargimini, nihil subtrahentes ex ijs, quæ testamento consignata sunt, sed omnia cum animi voluptate & lætitia offerentes, immò verò redderes, vt propria, q̄ Dei sunt, ac velut hoc solum elucraturi, quod pro animabus vestris impenderitis. Quid enim operæprecium est latronibus & furibus thesaurizare, temporumq; mutationibus, incertas & fragiles opes ad alios aliosque subinde transferentibus atq; agitantibus, ac non potius in horrea tuta & firmiora, quàm vt vllis insidijs appeti possint? Ac frugalitatem quidem in alijs rebus, & alijs hominibus ostendite. opto enim vos cum benignitate potentes esse. Cæterùm apud nos præclaro certamine contendite, vter alterum pietate superet, benedictionibusque illis, quæ bonis & candidis hominibus à Deo debentur. Fidem itaq; nobis facite, vos verè & sincerè Christianissimum proferi. Quin potius à bono principio exorsi, tamq; pio & iusto, hinc in alijs quoq; rebus concordes estote, vt & vos mutuò & nos vobis oblectemur, cùm ob alia, tum quòd vniuersæ Ecclesiæ exemplum fueritis probitatis atq; candoris.

Ecclesiarū bona.

SCHOLIVM.

1. Quæ testamento) Sensus est: Pecuniam legatam non vestro, sed parentis vestræ beneficio accipiemus: at si non grauatim, sed promptè & alacri animo eam persolueritis, eam promptitudinem alterius quoq; beneficij loco habituri sumus
2. Domos fulcientem) Alludit ad illud Sapientis, Benedictio patris firmat domos filiorum, & maledictio matris eradicat fundamenta. Hîc autem vitiosè legitur μητρὶ pro μητρός.
3. Parcè seratis) Alludit ad illud Apostoli, Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.
4. Bonam hæreditatem) Legendum enim ἀγαθὴν κλῆρον, non ἀγαθῶν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORII NAZIANZENI TRAGOEDIA

seu potius Tragicocomœdia, à Cl. Roilleto Belnensi versibus Latinis expositа.

ARGVMENTVM.



Vdita quando post piè poëmata,
Etiam poësim tu piam audire expetis.
Audi animo alacri nunc secundum Euripidem.
Iam passionem orbi salutarem eloquar,
Vt pleraque inde dicta discas mystica
Ex ore tanquam matris atque virginis,
Suoque Domino Apostoli charissimi.
Nam prima iam prodibit in proscenium
Confecta magnis luctibus, matrem vt decet
Prodire casus tristioris tempore,
Mortisque causam ab initio ingemens, caput
Quod verum vt ipsa dicta sit Verbi parens,
Et immerentem videat ipsum perpeti.
Nam nisi dedisset culpa causam lapsui,
Inuecta mortis non foret necessitas:
Et ni impulisset nos vafri in fraudem dolus
Serpentis, astu bestiæ, corruptio
Non subsequuta, morbi vt inde addiceret
Nos lege iusta, & ne malum esset integrum,
Manensque, non esset opus, vt Verbum Deus
Vitæ author, hominem indueret, & mortem innocens
Pateretur, vt contaminatum quod fuit
Integritati liberaliter asserens,
Mortale totum redderet vitæ genus.
Quòd si imminutum parte non vlla fui
Verbum fuisset, ipsa iam Domini parens
Non extitisset, videns innoxium
Dira tolerantem, animi ægra fleßet eiulans.
Personæ igitur hæ fabulæ huius sunt mihi:
Casta ipsa mater, castus atque apostolus,
Quæque Domini assistunt parenti virgines.

FABVLÆ PERSONÆ.

Deipara.	Chorus virginum.
Nuncius.	Semichorus.
Christus.	Theologus.
Ioseph.	Nicodemus.
Magdalene.	Adolescentulus.
Congregatio pontificum.	Custodia.
	Pilatus.

DEIPA-

DEIPARA.



Etiam in horto callidus nunq. & vafer
Reptasset anguis, nec dolos in saltibus
Struxisset huius, fraudis artifex draco:
Non lateris vnq. germen, infelix parens,
Mortalium decepta, tantæ audaciæ
Ausa esset ausum, capta rami primulum
Fructu decoro, & attonita animo, ex eo
Vt sperem sibi diuinitatis sumeret
Non & vocato fraudem in illam coniuge
Vt ederet ille de arboris fructu nihil
Mox profuturo, pulsa felici ex loco
Addicta sæuæ morti, & æterno malo
Inauspicato audisset è thoro parens
Tristis soboles: Aegrè tuum ventrem leuans,
Doloribusq; implicita partus, cum tuo
Sudore terram hanc colito duram & asperam:
Accedat illis, & tui consors thori,
Vnaq;, miseri & execrati liberi:
Quos sic vt olim parere in suspiria
Tantum & dolores qui manerent posteros
Vitam insequentem, iam Deus præscripserat,
Eximia vt esset hinc reconciliatio.
Iam non genus hominum occidisset perditè,
Nec qui mederi tam grauis morbo posset.
Impulsus esset vt noua clementia
Delapsus ille hunc in locum, nouo modo
Factus homo, nostræ se cruci submitteret:
Nec mater essem virgo, nec cœlo satum,
Terraq; natum, innoxium, natalibus
Puerum, trahi iam ad supplicia, misera parens
Audirem, & illo tacerum eum aspicerem modo
Quo nunc inhorreo videns, illa, illa ego
Quæ porto flammam magnam, & ardentem, face
Nulla, quæ aduris, qua meum cor traijcit
Figitq;, tanq. gladius alta cuspide,
Fatidico vt ore cuncta prauidens procul
Vates Symeon protulit verè senex.
Tum magna certè tutaq; est salus, suo
Is diffidens nunq. vxor à viro, omnia
Illius effert in sinum, atq; vt addecet
Nullius alterius in aures q. viri,
Concors cui sit, verba prudens excipit.
Infesta contrà cuncta nunc let haluter
Ruunt, maritum ex quo suum & sui imperi
Decus perenne, gloriamq; prodidit.
Quando vetus iniuria parere nouam solet.
Et subsequuntur lachrymas lachrymæ alteræ,
Quem nec modum sit, nec numerus vllus: malo
Nam semper aliud crescit in pugnam comes.
Hinc dedecore confecta natura ingemit
Veneranda destens casuum mixta agmina,
Et non ferendam semper insurgentium
Nouam laborum plus satis propaginem,
Tabescit omni misera lachrymis tempore,
Quod, alia prater grauia duraq;, ipsius
Primùm parentis læsa noxa, iniurias
Sensit, colentes quæ globum istum posteros
Manent: datamq; iureiurando fidem
Dextramq; clamat & Deum testem vocat:
Miseraq; didicit à malis, q. sit graue
Durumq; patrio se solo subducere.
Exosa mundum nil eo grauius videt.
Eo doloris nunc enim tota efferor,
Naturæ vt illuc omnia velim incommoda
Referre, quod habet è cœlo, & terra genus.
Nam misera nondum luctibus finem facit,
Modo ventris edens, modo repentè supprimens
Partum, modo etiam eum, misera, rursum abnuens:
Nam sic voco me eum quasi supra modum
Partum ferentem, nunc prementem te voco:
Nam partum ego sum experta non partis: quò enim
Nomine alio vocare possim, vt quæ parens
Expers laboris & doloris extiti
Integra, & incorrupta, nescia illius
Etiam voluptatis viri qua ex copula est?
Neq; magis vllam sentiens viri notam
Famam exedentem, quam exedere durum solet
Tinctura ferrum. Nemo sustulit mihi
Florem pudoris integrum: Et qui filium
Enixa credar? O stuporem maximum?
Iniuria affectum modo quo cernere
Nunc potero, cùm sim iam meis laboribus
Defuncta, qui sit vt crucier animo tamen?
Vt exiliui gaudio? quando angelus
Se se auspicatus obtulit primum mihi,
Partum futurum nuncians, a tq; omnium
Soluta veteris cùm genere mortalium
Vincula inimicitiæ sua voce indicans
Mirag; lætitia animum exhilarans meum,
Tum non videbar huius ore decipi,
Cæleste cui fidem faceret oraculum:
Partu edituram me meo interea tamen
Non victimam præsagiens, at totius
Regem quasi terræ, poliq;, concita
More muliebri gaudy vocem indicem
Expectoraui, prosequuta nuncium
Et voce, & ominatione, deferens
Ignes odoros thuris accensi, pij
Quo genere se suffire mysta prædicant
Zelum æstuantem, & spiritum Deo sacrum,
Modestum amorem charitatemq; igneam,
Qua nulla superis victima cadit gratior.
At nescio qua pectus effodit meum
In me acta cuspis, & ego vel silentio
In noctis altæ, prompta festino gradu
Eram videre quæ mihi charissimo
Iniecta nato crux, & authores mihi
Ista fuerunt ne prius q. se dies
Prima extulisset, hinc meum efferrem pedem.
Chorus. Compone corpus nunc, hera ocyus, vt decet.

Deip.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deip. *Quidnam hoc? frequentes se viri cursu efferunt*
E porta anheli: quid rei? an quod nuncius
Venit cohortis hostium irrepentium?
Cho. *Nocturna turba cum tumultu conflat:*
Exercitum totam per vrbem conspicor
In nocte opaca plurima armatum face,
Et ense multo.
Deip. *Nescio quis etiam pede*
Contendit ad nos turbido, forte vt nouis
Quid nunciet nobis, iuuat rescisci re
Ecquid nouarum nuncius rerum aduenit.
Cho. *Pudica ô virgo, casta veneranda, ah ah ah:*
Crebro quidem tu casta magni nominis
Ras inter omnes dicta, quas suo è sinu
Produxit olim terra, quæq; hanc incolunt
Hoc intuentes candidum solis iubar,
Nunc iam misera, beata quæ fueras prius.
Deip. *Quid ista trepidatio subita? num quod fua*
Manu parat me aliquis scelesta tollere?
Chor. *Non id quidem, verum, tuus quod filius*
Misere à scelestis tollitur.
Deip. *vah, quidnam aiis?*
Vt perdidisti me mulier.
Chor. *ego iam quasi*
Non amplius nato manente prospicio tibi.
Deip. *O non ferenda proferens, non impudens*
Os continebis? indecensq; desines
Efferre dictum? namq; eum qui semper est,
Quonam ore dicis esse iam non amplius?
Bona verba, quæso, & si tibi est vsus datus
Aliquis loquendi, loquere sicut te decet,
Nec indecora voce dehonesta Deum.
E stirpe germen aurea hoc cedit mihi:
Nouumq; id esset, vt manu mortalium
Effunderetur sic Dei sanguis, mori
Quâ posit autem, cui mori numq; datur?
Illi vt parens sim, sorte qua tamen scio.
Chor. *Miseranda, nescis quo malorum veneris,*
Et ista verba tu tamen seris inscia.
Aurora postq; illuxerit, mortem tui
Nati videbis, nocte quam tota viri
Contaminati sanguine vnà sauciunt.
Et ecce video de grege tui filij
Sectaq; quendam turbido qui pectore
Properanter ad nos dirigit cursum suum,
Vultuq; profert quid noui quod nunciet.
Deip. *Et quid noui iam, cuius hic sit nuncius?*
Age ergo, videam angelus iste quid velit.
Nuncius. *Eheu, pudicas inter & pulcherrimas.*
Atq; venerandas prima, virgo eadem & parens
Maria, ah, ah, ah, ah, nos perimus, nec tamen
Quicquid mali hoc est, ab aliquo hostium venit.
Deip. *Quænam ista vox est? sermo quis, quem detonas?*
Age, expedi hoc mihi, ô puella, inquam, nouus
Quis terror animum sic pauentem concutit?
Chor. *Audisti? an etiam nunc misellam præterit*
Te, qui caternæ destinatæ sanguini,
Cædiq;, natum prodiderit innoxium?
Deip. *Ecce aliud autem de integro referes malum.*
Quisnam eius aut hor? num quis est ex intimis?
Cho. *Ille, ille, vita perdita, tum moribus*
Discipulus, ille, inquam, ille qui pecuniæ,
Aerarij magister, aut potius vorax.
Deip. *Eheu, quòd hoc est quod nouum mali malum*
Accedit ad cumulum, si ab his quos credimus
Nobis amicos, nos dati pessum sumus?
Certè ille facinus ausus est audax miser.
Quo crimine autem agens reum illum prodidit,
Perfecta in omnes cuius est benignitas?
Aut quæ furoris causa tam magni fuit?
Cho. *Audi hunc, aperte qui tibi omnia disseret.*
Nun. *Nunc misera, paulò at ante felicissima,*
Audi tibi qua infausta dicta nuncio.
Deip. *Occidimus, heu, quantum ex tuis verbis liquet.*
Malorum ades, vt est verisimile, nuncius,
Nun. *Esto malorum, vera qua noui tamen*
Quid enim eloquar? post quam nouo, pascha modo,
Vt dixit ille, edisset, apposito suis
Apostolis epulo hilari & cœna suo
Et indicato venditore ænigmate
Verborum, & inde pedibus ablutis gregis,
Ille ex recepto more sibi, montem ocyus
Petijt oliuis consitum, cumq; omnia
Sibi ferenda enunciasset, & sacro
Firmasset omnes quot quot essent mystico,
Vt cætera taceam, ad Deum hæc precatus est.
Nunc iam, pater mi, gloriam qua maxima est
Hanc exibe: nam quæ perennis gloria,
A te illa tota profluit, mortalium
Hoste perempto clariorem consequar,
Et ampliorem quæ tuo beneficio
Gentes ego habeo da mihi, quas præmium
Tanq; rei gestæ bene acceptas, tuis
Reddam vicissim manibus actus in crucem.
Meaq; factus clarior victoria.
Inuita amicos gratus ad conuiuium.
O te beatum, ter beatum, inquam, & quater
Cui datum sit omnia hæc exoluere.
At ipse vocem rursus edit vt tonans,
Clamore cælum permeante, gloriam
Testatus illum filium qua cingeret,

Hac voce: iam te gloria insignem prius,
Maiore multò & ampliore ornauero.
Hac insuetocum modo comitum omnium
Aures perculissent, sapius quo cogeret
Omnes ad hortum, parte qua torrens aquæ
Præterfluebat huc coëgit: perditus
Quem non & ipse callidusq; venditor
Oblitus, alta nocte præuertit, manum
Sicariorum cæde multa insignium
Audaciaq; dux trahens: qui postq; eò
Venit, vt amicus ad magistrum. Aue Rabi
Dicens, eum ipsum est osculatus perfidè
Deip. *Eheu, quis vnq; facinus hoc atrocius*
Patrasset? age, quidnam meus in hunc filius?
Nun. *Nil gratius in eum quicquam, ad id solum intulit,*
Amice quidnam huc aduenis? Tum protinus
Iniecta in illum barbara hinc atq; hinc manus,
Ipso relicto, nos alius aliò fugam
Arripuimus. Quin iste Petrus inclitus,
Audaxq;, verbis abneg auit hunc suis:
Solus sequutus nil timens, qui pectori
Incubuit huius: quin mihi videor quoque
Audisse quendam clanculum qui perditum
Et veluti solum venditorem heri sui
His conuenivet vocibus demurmurans.
Vah impium scelus, ô miser, nec tu Deum
Metuis nec vllam iuris humani times
Legem, & satorem spiceæ terræ Adamum,
Et patriarchas generis antiqui viros,
Discipulus habitus, tu gregem socium nota
Iniuris inhonesta, sic sacrorum principe
Aurum ob auarum vendito, vt tu proderes
Eam cruentu ad necem diram viris.
Nônne ille meutem dixit, & sciuit tuam?
Ea medit avi quælubens propter cruces
Perfert? At animo qui tuo nullum modum
Tunc adhibuisti, postea iam senties.
Piumille certe sustinet patri genus.
Nam nisi is Abrahami iureiurando foret
Astrictus, illi anon subiret quæ subit.
Nec inde pœnas innocens exolueret,
Nisi certa magni hinc surgeret spes commodi.
At nunc quidem mox ille se terra efferet
Mirabilisq; ascendet in cœlum: sile,
Iudicium & idem suscipiet vnà suo
Cum patre mœrens & dolens ob noxiam
Solamq; populi insaniam audacem sui,
Dauidis olim vt ore præductum fuit:
Quem non & ausum etiam ante quicq; præterit,
Qui qua patebat terra sermone hanc potens,
Immensus opere, magnus & mirabilis
Totam replebit: patris hinc ad gloriam
Sui reuersus, ille mortuis sedens
Viuisq; iudex digna factis omnibus
Æquus rependet. Ergo qui vultum illius
Ictu, & tui isti sanguine aspersi viri
Tum perferetis? iusta quæ non perditi
Soluetis illi supplicia? Quin & diem
Hunc ante, pœnas vos luetis debitas,
Nisi abluat is sanguine infectas manus,
Quas si velitis nunc vel etiam attendere,
Hic ex fluente sibi liquore absterserit.
An tu breui nunc cum sceleftorum grege
Expertus illam intelliges audaciam.
Si differendum est, vnicum differt diem
Euentum ad horum quæ meruo valde tibi,
Verumq; vatem me omnium tibi videris.
Iam propè hinc te dum loquor, cruor tui
Ipsius habe, sua ipse rectè videris.
Tu certè, vt æquum est, iam malè malus occides,
Primumq; laqueo in nexili pendens, rues
Imas in vmbras manium, saltu incito,
Mœrore confectus graui, vt qui innoxium
Prodideris argento, ibi voracis te impetus
Sorbebit iguis, quando pœnam vindicem
Effugere non vis, te manent hæc omnia.
Quin ista tibi prædico, non falsor Deo
Qui consequetur, ora lustrabit tua,
Neq; redimimum ex mortuis cernes miser.
Eo ipse nam procedis hinc amentiæ
In posterum vt cùm firma tibi capere & bona
Consilia liceat, & relictis omnibus
Ad genua domini procidere, larga genis
Stillare lachrymas, pensilem contra implices
Laqueum, viam omnem vocis vt tibi obstruas.
Vt vt sit, ille, si modo nullo excidas
Spe firma, & altum pectus insonet manu,
Seruabit, vt qui gentium nusq; sibi
Exuere posit insitam clementiam.
Verùm, vt repugnes, non, repugnantem sibi
Adsciscet ille: non enim legem viris
Vim sancit, à quo sit procul tyrannica
Omnis libido: rupitis & fœdissimè
Et iam ipsa rumpes viscera medius crepans.
Sed ista (ne tu forte tibi persuadeas)
Non sic alibunt: te & tuos adhuc manent
Viros cruentos bella, conscios manet
Ingens calamitas, quam scelesta sentiet
Plebs omnis, sine mortuos tumulus tegat,
Siue intuentes solu æternum iubar,
Quos rapidus ignis corripiet in posterum.
Vox illa certo fluxit ex oraculo,
Audito, Iuda, quis tui infortunij
Status sit, at qui verba nil prater perit,
Nam te, vt resipias, non Deus coegerit:
Mortalium mens sola quære in qualibet
Libere agat, & semper modeste deligat.
Hæc venditori (vt retuli) verbi, Angelus,
Incertum, an homo quis dixerit, dixit tamen.
Deip. *Parens, ô tellus, lucidi plagæ æthe ris,*
Quæ vox nefasq; quod meam aurem perculit?
Potuerit istud à tui asecla gregis
Admitti ô filij facinus, olim quem tuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sub inuoluero ostenderiu? neq; enim artifex
Horum malorum te latuit vnq. improbe,
Scelerate, namq; id liberè de te queo
Efferre, patrasti hac, vt hunc bene meritum
Sic proderes? tua omnia hæc nequissime
Dæmon, tua hæc sunt. Nam quis à te tam ferum
Dirumq; fecit, vel animo agitauit scelus?
Male huius author quisquis est pereat, manet
Sed pœna vindex turpi & domini comes
Supplicia sceleri debita exoluet suo.
Qui sic iniqua conscius pecunia
Mactare Verbum fuit mes, etiamne adhuc
Admissa post hæc tam grauia vitam trahis,
Nec tristè condis sub specum terræ caput?
Nam te velimo defodi terræ aggere
Oppressum oportebat, vel igneo aurei
Solis calore & lampade ardente emori.
Proh facinus atrox, impium, infandum, & graue,
Eum alloquor, herum qui suum male prodidit.
Tu tanq. amicus non refugisti tui
Præsentiam domini, ad eum pedem inferent
Venisti, & ita venisti, vt insensissimo
Esses animo in ipsum, & patrem, ac hominum genus.
Quonam ore compulisti eum quem tu male
Iam prodidisses? corde tu piaculum
Tegens, es ore eum allocutus subdolo.
Et author horum sustines solem tamen
Terramq; ô scelus hanc intueri perdite.
Non ista fortem, non virum magnum decent,
Os sustinere eum merentem quem bene
Irroderu, huius sed mali primùm caput
Est ipsa, qua longe malorum est omnium
Inter homines grauissimum impudentia.
Vt verbâ perdam, commode de te tamen
Hæc dicta, Namq; hæc ad tuum omnia dedecus,
Abstis vt hinc tu, siue vitam adhuc trahas.
Siue occidas, animum meum hic leuauero.
At tu ipse discres non licet destens tamen:
Discres enim te digna supplicia ferens.
Tamq; adeò ab illis prima quæ sunt orsa.
Iuda audi ab illo quæ bona tibi acceperint:
Eduxit hic te erroris è caligine,
Seruauit idem præterea vitæ lucem:
Miraculorum contulit donum tibi,
Promisit olim sic futurum vt tu sedens
Cum grege suorum diceres sententiam
Israëliticam in tribum iudex: tuas
Omnem pecuniam in manus concrediderit,
Prætextum & omnem sustulit inopiam tibi,
Dum semper aliquid non eo huius inscio
Furto efferebas: verùm vt is bonus fuit
Non te arguebat voce, vel ne tunc quidem
Iniurius cum maximè esses, scilicet
Iam te penitus ante facinus & audaciam
Noscens, pedesq; lauit infestissimos,
Iurati in hostis dexteram panem ingereres.
Hic auctus illi rebus ingratissime,
Hunc prodidisti, & cædis eius munera
Es aucupatus, cùm tamen abunde foret.
Quod si te egestas compulisset aspera,
Poteras & illa te mouente cupidius
Tunc fortè ferri, nunc miser præterire
Causa nihil possis, ratio nec suppetat,
Qua tu recludens os, tuum excuses scelus.
Nam posse nunq. dabitur id tantum tibi,
Non si genu totum tibi malorum aduolet
Geniorum, & omnem compleas fermonibus
Terram dolosis, quando nulli non bonus
Est notus, ipso quod opere omnibus probat.
Sed suffocauit te pecunia sitis,
Radix malorum quæ fere extat omnium,
Priorq; frustra est quæ tibi perijt fides
Hac mente cùm te constet esse audes miser
Conuexa cœli cernere, an non & Deum
Tenere credis sceptra quæ tenuit prius?
Vel iuditia etiam manum vanam putas?
O noxium germen, nec vnq. pullulans
Mortalium ex radice, verum ex robore
Arboris amaræ, quod malus Dæmon prius,
Deinde inuidia, cædesq;, morsq;, & quas alit
Terra alimas pestes protulit: Nam te Deo
Nunq. fatebor esse pronatum patre,
Ignara quamuis non sim, in hominis libero
Posita omnia esse arbitrio, neq; enim Deus
Seruare quenq. non volentem sustinet.
Peruerse, nequam, sanguinem meum crepans,
Quod bene merenti vendito admisti scelus?
Te genitor ipse, certa quæ spes filij
Flamma peremptum tollat hinc radicitus.
Male pereas qui turpiter violans fidem
Nullius ore dignus, expuendus es,
Nam fraudu etiam ressuit virum Deus.
Quid, nate in auro figu indices notas
Adulterini, in homine nullam qua queat
Dignosci arte sit paruus insculpu notam
Has ipse noscens, nos latere omnes putes,
Pereat scelestus: pereat, vt petit aquitas.
Abi in malam rem perdite, effere, barbare,
Peri male: at ego filium iam video
Viuum, licet nunc ingemiscens plurimum,
Et icta pectus altius pungentibus
Doloribus, ego eatenus miseras supra
Aerumnosa fundam lachrymas: nam fœminam
Natura fecit promptiorem ad lachrymas.

Chor. *Ah, ah, ah, ah.*
Actum est, ô virgo, actum, omnis ablata est tibi
Viui videndi in posterum spes filij.

Deip. *Ehen, quid hæc lamenta? quid suspiria?*

Chor. *Nescio sed iste qui prope adstat nuncius*
Noui aliquid affert de tuo quod nunciet.

Nuncius. *Scribæ istud vno omnes senesq;, calculo*
Sanxere, luce hac, natus vt tuus occidat.

Deip. *Ehen, futuri quem mihi timui metus,*
Timens-

Timensq; luctu intabui dudum, accidit.

Chor. *Quæ verò eum lis gentis Hebræa, neci*
Addixit, aut quæ iusta constantia?

Deip. *O fœminæ quas casus hic etiam manet,*
O fœminæ, inquam, non feretis, nec feram
Ego ipsa, quin prosternam, & in præceps dabo
Corpus, meaq; functa vita concidam.
Valete iam, valete, nulla sum amplius.
At tu refer quo genere mortis filius
Damnatus, anne hic calculus fuit, vt manu
Saxis petente concidat miserè obrutus?
An potior illa credita est sententia,
Vt ferrò adacto exhalet animam innoxius?

Nun. *Ego commodum, me rure in hanc vrbem intuli*
De filio tuo aliquid audire expetens.
Fit etenim in illum semper affectus bene,
Ex quo illa nota quæ edidit miracula,
Et pulsa ab oculis nocte, lumen reddidit,
Cerno inde turbam concito gradu editum
Locum occupantem, ciuium quendam rogo
Concursu in isto quid noui, num quæ hostium
Hebræorum in vrbem fama concurrentium
Trepidum excitasset hunc tumultum: Num vides
(Ait ille) Iesum illum prope adstantem, crucis
Iamiam in periculum vocatum? conspicor
Tum præter omnem spem nouum spectaculum,
Et non ferendum: fronte demissa tuum
Mœstaq; stantem tacitum, & hos tanq. canes
Anidè inhiantes sanguini, circum vndiq;
Cursu strepentes: turba Iudæorum vbi
Frequens ibi adstitit sibi non consona
Pronunciabat prætor, aliena implicans
Temerè, animoq; concitus, tandem tuum
Qui filium videret extra noxiam
Culpamq;, sincerum, integrum, calumnijs
Prudenter occurrentem, & hos contrà minus
Probaret, vt qui morti iniquæ incumberent,
Quam nulla causa, nec ratio præexoreat,
Pronunciauit: Ecquis hîc vestrum neget
Id satius esse, non cadere Iesum, & manu
Dimittere illum, q. cruentum cædibus
Vinclis latronem præpeditum publicis?
Id vnum ope vna annixi vt in ligno crucis
Extrema ferret illum, at latronem perditum
Potius oporteat solutum emittere.
At prætor ista cuncta contrà insistere:
Non hæc tamen facundiæ vis extitit
Et gratia, vt vulgum frementem flecteret.
Alius enim clamore fretus maximo,
Et imperita audacia contrà intulit,
Minus approbante iudice tamen ac minus.
Contrà repente insurgit ingens maximæ
Turbæ tumultus, voce qua effreni potens
Altum insonabat occidendum filio.
Ac in malorum multitudine, improbi
Sententia illa euicit, in ligno, tuum
Extrema natum perpeti quæ censuit.
Aurora pulsa nocte vix tubar efferet
Cùm lumen extra ianuæ eductum trahent,
Certatim eo turba affluente quo loco
Addictus esset morti, dies quando hæc ei
Decreta summa est, qua suam exhalet animam:

Deip. *Eheu, malorum quod aperis primus caput?*
Haud dubia video pelagus ingens casuum,
Tantumq;, quantum præteragere denuo
Non detur olim, aut calamitatis feruidum
Trajicere fluctum: Hebræa, vah quonam loci
Mens euolabit? met a confidentiæ
Quæ iam futura illius atq; audaciæ,
Audet sceleratissimi Dei lethum manu?
Sed huius vlla cura non habet anxiam,
Mors vincet illum nulla, qui mortem necat
Enixa sum illum, sed scio quonam modo,
Partus dolores quæ graues effugerim:
Hos calamitosos lugeo tantum impios,
Quos cædis huius, quam nefariè inuidi
Nunc moliuntur, vltio vindex manet.
Ah ah ah ah.
Inuidia non nunc primùm, at aliàs sæpius
Offendit innumeros, tamen non tam graui
Plaga, ac amicos iam suos Hebræica
Offendet illa posterâ Hirpis genus.

Chor. *Quid ista verba spiritu tanto moues,*
Seriùq;? perijt filius tibi, & tamen
Tam crebra iactas.

Deip. *Vox ô dira quæ excidit?*
An non premes os? tu putas mundi istius
Perijsse seruatorem?

Cho. *At hinc tu paululum*
Progressa non dignam tui nati crucem
Videbis, & sua penetrantem imminens
Certamen animæ, licet in illo cernere
Tantisper eum adhuc mortuum aut viuum semel.

Deip. *Heu, quid video, mihi fatè Deo, ô nate ami,*
Nefariorum traheris, & raperis manu.
In vincla venisti, & volens tu duceris
Alterna soluis vincula qui mortalium.
Ah ah ah ah.
Non nate sunt hæc quæ mihi primùm angelus
Pronunciauit: non ea expectatio.

Cho. *At ipsa saltem vatibus consentiunt,*
Cecinere quodam qui scelestorum manu
Esse subeundam hanc filio tuo crucem.

Deip. *Ah, misera quid agam? cor dolore deficit.*
Et quonam, ô fili, quonam abis? vt ego occidi
Cuius rei iam gratia tam concito
Cursu euolabis? nuptiæ nunquid tibi
Sunt rursus in Cana, ac voi circò pede
Contendis alacri, quò nouo vinum modo
Mutes aqua? an te consequar fili, anne adhuc
Te præstolabor? fare vel verbo vnico,
Tu fare saltem, qui Dei es Verbum patris,
Nec præterito cum silentio tuo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ancillulam tuam parentem, nunc tuas
Exore grato cupio voces, nate mi,
Audire notas, & vicißim reddere.
Concede mihi per ipsum eum tuum patrem
Obtestor, ô fili, mea corpus tuum
Tractare diuinum manu, sacros pedes
Deosculari, amplexibus tuis frui.
Eheu, quid hic iam consili captem? meum
Exangue mihi cor concidit: Agite ô comites,
Agite, timorem omnem exuamus ocyus:
Accedite, amplexamini, sermonibus
Excipite vestris, prendite manum dexteram.
O me miserrimam, vt fleam multo metu
Repleta: ah ah pessundata misera perij
Amicæ, ô comites, sily vt vultum mei,
Os triste vidi, me emori cupio: grauis
Est omnis illa, quam traho, vitæ mora.
Eheu, quid ego agam? qui manus misera populi
Fugiam? rudentes hostis omnes explicat,
Tenditq;, non est expedita mihi via
Meme extricandi. Quid igitur faciam? modo
Quonam tot obductos mihi laqueos premam?
Cho. Ne istud quidem video, soror charissima,
Itaq; timeo, & id propter ex oculis mihi
Oborta lachryma destuit calentibus.
Tu nos sequuta pone, clam te proripe:
Contende ad ardua, & grauia, certamen est
Bene praparati, maximiq; pectoris,
Nos subsequemur te gradu timido, cohors
Nam multa circum cingit hunc animo furens:
Nec est quod illuc ore recto cominus
Nos inferamus, ipsa enim mens turbida
Non iam feret nos, neo tuum natum sinet
Videre turba hostilis atrox sanguine,
Pronoque in odium animo nimis, acris impetu
Natura mentis barbaræ ingenium ferox.
Ego adeò vereor ne quid illa in te insolens
Statuat, acerbius q; quidpiam struat.
Attentius q; hunc intuita, metuo magis
Ne gladio acuto medium hepar transuerberet.
Acerbiorem hinc insolens casum vt ferat,
Viscera q; nati publicam spargant viam.
Nos paululum à nefarijs hinc auiæ
Cernamus atrox efferæ gentis scelus.
Eamus ergo, eamus hac qua saltus est.
Deip. Quando omnibus vobis placent hæc, vincitis.
Abeamus ita q; quò videbitur ocyus.
Chor. Nos inde vt è specula edita speculabimur
Deip. Sum misera plane, filium nisi video
Summa tolerantem, tumulus ante q̃ hunc tegat.
Sed me expediui plebe, ne quid perferam.
Producta verò vita quid me inuerit?
O liceat vtinam morte q̃ primum abripi
Si non honestè mihi datur senescere,
Sperata vt est spes suscitato filio,
Qui ius coactis reddat olim gentibus,
Hebræus ipse quem inuidus sanguis necat,
Sanguis propinquus matris insaustissimæ,
Non patris huius hominis quod carnem induit
Verbi supra omnem quem scio mortalium
Legem ipsa mater semine absq; ullo viri
Peperi dolorum nescia in partu omnium.
Sum fortis animo plurima in spe, vt nunc tamen
Multa ingemiscam cernere hunc pati impotens.
Ego huic parens sum, lege qua tamen scio.
Sed sum imperita vt efferam mysteria.
Cogit tamen me vis doloris anxij
Laxare linguam: iam loco primo eloquar,
Id vnde factum, mater vt primum integrum,
Purumq; corpus vsq; in hunc diem geram:
Expers veneris omnis ego sum, quæ vel mea
Verbo esset auri, vel oculo in tabula grauis.
Auersor etenim huiusmodi omnia penitus,
Vt virgineam animam gerens, testémque eum
Facio, latere quem potest rerum nihil,
Quod nec libido me vlla cepit, nec meum
Inuasit animum: vt mentiar, peream male
Infamis atque ignobilis, non & mare,
Non terra corpus, ipse non adeò polus
Meum recipiat, non mei nati manus
Animam perinde ac expeto, & me spes alit,
Quæ vana nunq̃ me scio deluserit.
Hæc certa cuncta sunt mihi, neq; enim loqui
Vltra ista fas est flentem vt adderet, mala
Nam perfero, quæ lachrymas iustas trahunt:
Atq; haud scio, an quid prater hæc post perferam,
Primum tamen mihi bona explicanda sunt,
Miseranda magis vt sim malis tot obruta.
Expers thori, eadem virgo permanens eram,
Et quæ modestas fœminas artes decent
In his meam operam collocabam gnauiter,
Deo suam mihi semper in rebus meis
Admetiente & largiente gratiam.
Hoc ita q; probrum fœminis impingitur
Siue illud insit, siue non insit, tamen
Male vt audiat quæ se domi non continet.
Hoc ego laborans effugere, primum domi
Me continebam intra atria ipsa, mulierum
Lepidas repellens cantiunculas, eo
Contenta præceptore Christo, quem mei
Nunc ipsius doctorem habeo mihi, satis
Edocta, q̃ res pulchra sit modestia,
Et quàm reportet veram vbiq; gloriam:
Atque vt meæ linguæ silentium, meo
Sic imperabam oculo quietem, haud inscia
Quibus oculos euincerem, quibus etiam
Nonnulla rursus victa placidè admitterem.
At me maritus cùm viri expertem à Deo
Et integram accepisset, idem etiam sacri
Me vincla seruantem pudoris eddidit.
Hæc verba non sunt, testis euentus fuit.
Cùm sic haberent se meares, spondeor

Deo:

Deo: inde miro filium peperi modo,
Quo nulla se peperisse iactet fœmina.
Cho. Veneranda virgo, honesta, casta, te vnicam
Has inter omnes terra matres quas habet,
Matrem absq; sponso scimus & viro, suis
Hic nulla partes & suam manum obstetrix
Depradicauit: partus hic diuinus est,
Deumq; partu te edituram nuncia
Vox angeli testata, tum quæ ille editus
Fecit, genus mortale non præ se ferunt.
Proin stupendum hoc, tale si detur pati
Huic, quale generi contigit mortalium.
Deip. Mirum quidem istud, sed pater si sic iubet,
Vt maius in homines bonum sese efferat:
Medicina nulla potior in mortem fuit
Qua cuncta tollens sordium contagia
Primo nitori asereret humanum genus.
Et iam optimè rem cedere indicauero.
Nam verbum id, à quo scire mortali influit,
Me matrem obumbrans, gratiam omnem contulit,
Ex quo ille figulus finxit è terra patrem,
Hunc arborum cultorem amœna per loca
Errare iussit, quem paulo post redderet.
At ipse serpens fœmina in fraudem excita
Properauit illum sic loco illo excludere,
Vt & viam omnem, spemq; cœli recluderet.
Oppositus illi callido prudens Deus
Id statuit vt sic fœmina ex alueo editus
Mundum hunc subiret, vt manens idem Deus
Induceret etiam membra morti obnoxia:
Mactatus ipse hunc morte mactaret sua
Victor triumphans, & pede vrgeret suo,
Inuecta per quem mors foret mortalibus.
Hæc certa tibi fides sit, in terram excipe
Sic commeantem tu Deum, vt genus hominum
Cælo bearet, hunc honora, fuspice,
Thuriq; libato adore, quem iam videris
Hic è sepulchro profilire non secus
Ac è thoro, mox lucidum in cœlum euehi,
Vt ipse dixit, & facer vatum chorus
Prædixit: hæc spes est mihi certissima
Hos inter omnes quibus aliqua menti insita:
Nec fallit animum iam futurum quidpiam
Quod gloriosum effulgeat: Suaue id quoq;
Est cogitare. At tut acùm permanserit
Mihi spes magis, vah gaudio quanto efferar?
Vt res sit, ipsis obruor malis tamen.
Præuideo q̃ mox sint futura hæc omnia
Validior ac spem mœror insurgens premit.
Chor. O virgo, formæ quæ nitore cæteras
Præis, puella nobilis, quæ baiulans
Infantem in vtero (vt tu refers) tuo Deum
Thesaurum eodem baiulasti maximum.
Vt noris illa, reliqua nunc etiam vide.
Nam quò præis tu cæteris prudentia,
Hoc certius te prima quæ præuideris
Est vltima æquum nosse, & omnia generi
Hominum arduа hæc sunt inuiaq;, soli tibi
Quæ nota matri, scire cui datur abdita:
Deip. Quàm misera magnis obruor doloribus.
Quàm nosco multa, quæ eloqui haud tamen scio:
Quàm stupeo vt illum video sublimem in cruce
Pendentem, vt ipse sponte concidat sua.
O ter, quaterq; miseram, ah ah.
Semi. Quid ergo? quid iam summa perferens ages?
Deip. Nescio, nisi quod vnicum solatium
In morte sit mihi, nisi calamitatibus
Tot me prementibus modum aliquem inuenero.
Spes adeò firma crastino concluditur
Solo die, expectare quem me oporteat,
Vt cura cadat illa quæ misere me habet.
Sed tu nate mi chare, ne me deseras.
Semi. Lamenta quorsum hæc, si nihil planũ facis?
Nam & illa dicis quæ metu aures impleant,
Et cogis vt pauca misera, mox adyta
Quæ me erigunt in spem, sed obscura omnia.
Deip. At iam nouæ vos proximæ hæ clades manẽt.
Semi. Nunq̃ carinam ingressa sum nauis, tamen
Picta ex tabella edocta, verbisq; id scio,
Si quando nauis incubat quam perferant
Lenis procella, quinq; tum pro se id fluent,
Vt à periculo emergat, hic clauo insidet,
At scandit ille vela, malosq; ocyus,
Sentinam alius exhaurit, at supra modum
Si pontus intumescit ira exæstuans.
Nam, procellæ arbitrio & casus data,
Credunt se aquarum fluctibus turgentium:
Sic mala videns horrenda, muta sum, & loqui
Dum conor, hæret lingua faucibus meis.
Nam vincit ille qui ex Deo non prosluit
Exæstuantis calamitatis impetus.
At te, parentem cui datum est fieri Dei,
Præsse cuncti is, tuta semper spes alat.
Dicto sed ex alio aliud dictum incidit:
Quisnam ille rursum quem video recta pedem
Huc ferre? vultu ah q̃ seuero lachrymas
Stillante multas prodeuntem conspicor?
Nunc. O præpotentis filia & mater Dei
Verbiq;, me æqua mente nuncium excipe:
Inuitus, idem tibi tamen bene cupiens,
Præter vetera, malorum ero nouus nuncius.
Deip. Quidnã hoc? inauspicatum id est proœmium.
Nun. O virgo, quid iam, quid loco primo eloquar?
Acerba, dura, tristia, horrenda, aspera,
Et quæ tua sunt digna cura nuncio,
Puella casta, augusta virgo, q̃ dolet
His me molestum lachrymis te prosequi.
Quancunq; doctor perferat meus tamen
Crucem, manebit discipuli constans fides.
Deip. Ecquid nouum de gente Iudæa indicas?
Nun. Natus tuus, si sic mihi fas est loqui,
Nunc amplius non est, vel vno tempore is
Momento is animam efflauit extremam occident.
Deip. Quæ verba sunt hæc? vnde scis? anne ex eo

Ipso loco? age, dic cedo, quonam tollitur
E luce mortis genere? Christum illum ipsum aiu
Patris perennis filium, quem spes erat
Semper futurum, nulla quem mors tolleret.
Iudæa quem gens sibi putaret vindicem?
Nun. *Post q̄. vrbe Solymorum relicta, in editum*
Venere stratum plurimis saxis locum
Regem trahentes impiæ turbæ meum.
Statim caterua molis ingentis crucem
Cœlo minantem egere sursum perdite,
Egere sursum, & sustulere vltimum.
At ille clarum rectus os in æthera
Est actus, vno item altero ramo arboris
Dextram & sinistram extensus, & fixus manus
Clauis acutis, parteq̄; infima pedes.
Sic cùm omnium rerum potentem altam in crucem
Illi impulissent, saxea mole editum
Locum occupantes, alij eum acri arundine
In os petebant, alij aceto spongiam
Plenam offerebant felle commixto oblitam
Hyssopo in illius siti. At verò suis
Qui facta tantum hausere, vocemq́; auribus
Neq; testibus oculis fidelibus edita
Videre magna miraq̄;, caput hi suum
Mouere frustra, & contudere pectora
Ignaua crebro verbere & planctu eminus
Hunc ego sequebar vt mihi dominum, sedens
Saltu in virente qua locus sese dabat.
Pedibus quietis, tacitus, & lingua, omnia
Seruans, vidensq̄;, visus à nullo tamen
Diræ cohortis impiæq̄;. At te simul
Vidi vt fluentem lachrymis stantem, illico
Huc veni, vt illa indigna quæ cognoscerem
Admissa, fidus indicarem nuncius.
Deip. *Hei hei mihi infelici, hei hei*
Ah misera, quid agam? cor mihi omne deficit.
Ecquid ego adhuc vitam trahens hæc audio?
Et qui feram, ist hæc vt misera videam parens?
Ite Galilææ fœminæ terra satæ,
Ite, ite, & illum voce vestra adducite
In terram: Agite iam vos, sodales hunc metum.
Omnem exuamus. Cho. *Quin fuga te subtrahis*
A plebe potius ne mali quid accidat?
Deip. *Hoccine ego sublato mihi quicq̄ horream.*
Eamus ergo, eamus, hinc absit pauor:
Hic vita nobis esse quæ suauis potest?
Quin efferamus hinc pedem vt videam mei
Tormenta nati, hei hei mihi miserrima,
Charæ ô sodales, cerno nil hic filij,
Vsq; adeò forma rara mutata & color.
Dilecta, ô mquam filij vt vultum mei
Squallore vidi plurimo & sanie obsitum,
Mors sola votum est, vita, mors tantum mihi.
Agite iam, agite vos, non fero vitam amplius.
Qui vita cunctis es datus mortalibus
Communis, ô dilecte fili mi, quid hac,
Aut quo iure nunc pateruz admissum tibi
Quale istud ob quod tam graues pœnas luis?
Maculata nullo sanguine est tibi manus:
Sunt munda labra, membra singula, os doli
Expers, animaq̄; casta fraudis nescium
Cor omnis, & qui cum latronibus tamen
Te video in alto pendulum ligno, dolo
Non hostis alicuius, tibi aut iniuria?
Amicus heu te discipulus olim tuus
Volens volentem perdidit, quem tu tuis
In pane amicis indicasti perdito
Parcens, vt omne sic malum effugeret: quod ù
Minus etiam nouit cadens in vetita.
Ac cuius huc te gratia misit pater?
Et quâ te in istud mortis infamis genus
Adegit infelix? facinus heu q̄ graue.
Infandum, & atrox video. verum actum licet.
Iniqua, nate, ah q̄ tua hæc mactatio.
Ah, inquam, ah, ah, nis nate, q̄ miserè occidù
Nullius in te conscius, verùm eluens
Quam mulier olim prima fecit noxiam.
Scio, scio ista, verùm vt eloquar haud scio.
Nec id fugit me quis breuis rerum exitus
Harum est futurus: spes meas vincit dolor
Victaq̄; malorum mole repetita ingenio
Madent q̄: nostræ lachrymis crebris genæ,
Vt molle mulierum omnium est semper genus,
Suspiriorum & fletuum omnium capax.
Christ. *O inter omnes mulier optima, en tibi*
Qui virginali dote præditus, loco
Hunc filij chari habueris tibi. En quoq;
O discipula, virgo, parentis in loco
Quam reuereari. Quid, ô quid, ô mulier tuos
Sic spargis oculos lachrymis humentibus?
Quid demittis os, triste tam longum ingemens?
Perplexa quid stas fronte penitus turbida,
Cùm te secunda hac sorte maneant omnia?
An me caterorum expendis ex mortalium
Ritu modoq̄;? congrua hæc sunt omnibus
Prophetæ quondam quæ ore vero protulit,
Quæq̄; ipse prædixi: Illa nunc venit dies
Pœnas vt insons debitas terra satis
Luam hostibus. Quid ergo tanq̄ ob filij
Culpam, profundo è pectore gemitus trahis?
Deip. *Ego ista, fateor, tale nihil animo agitans*
De plebe dixi, tum meo casu excita
In lachrymas prorupi, & id quod iam imminet
Triste subeundum fleui, ea notans omnia
Quæ tam hos manebunt, nate mi, qui, te in crucem
Hanc extulerunt: sed dolor firma mihi
Potentior spe. Nam id quidem de te scio
Infesta nobis cuncta damnorum agmina
Facile fugabis morte mortem destruens.
Mox inferorum è tartaro vt caput efferes
Tibi perditorum hominum hoc genus pœnas dabit:
Tenera mulier ad lachrymas promptissima,
Suspiria inde sic trahens quamplurima
Magni doloris ictu stimulo lugeo.

Vt pernagetur fama nominis mei
Orbata simul ac sum tuo aspectu mihi
Miro sacroq̄;, concido. Nam ex quo accidit
Frater meam spem facinus animum exulcerans
Sensim meus mihi sanguis in vita efflatus
Nil deprecata, nate, iam cupio mori
Deserta, sola extorris agitor, nec mihi
Cognatus vllus frater hic est aut parens,
Ad quē in procella vt portū ad aliquē me applicem.
Quod si videndum te mihi diu negas,
Qua mente tandem perpeti id fili, queam?
Orbam, ô nate mi, quaso ne me deseras.
Christ. *Esto bono animo, nam probè hæc curauero.*
Quin tu stude id potius tuum vt semper Deum
Tetrere, voce quæ decet eum prædicans.
Ignara certe es nacta quid tibi sis noui,
Sed dona rursum terra quæ prima & polus
Et quicquid vsq̄ possidet natum ingeram:
His te beabo plurimorum gratia.
Deip. *Credo, tuiq̄; maximam dicti fidem*
Habeo, probè iam edocta q̄ sint vsui,
Obtestor vnum hoc te tamen, per hanc tuam
Omnem fugantem filys terræ anxij
Metum doloris, & mali duram crucem,
Per hos tuos sacros pedes quos osculor
Materno amore, te misereat nunc mei,
Misereat, inq̄, neue desertam omnibus
Miseram me & inopem tu vicissim desere.
Ascribe me tu iam tuæ domesticam
Regioni & ædibus ocyus. quod si haud lubet
Præstare quod tu fanxeris, te per patrem
Id quæso, detur quod scopum attingat, die
Te tertio videam resurgentem, & pede
Mortem triumphali prementem, olim vt tuis
Dixisti amicis sæpius: ita tutior
Mihi videbor, tuq̄; glorioſior
Factus, beati filius felix patris
Tandem approbatus, omnium laudaberis
Et voce, & ove, cura sancta posteri.
Ne tristis ergo pensa vitæ longius
Ego protraham. At crudelium manus hominum
Cruenta, dominum quæ poli, & terræ neci
Demisit, ex merito suo mala seuiat
Olim illa, iusta lance quæ impios manent.
Nam non ego illos vt fatos mihi liberos
Materno amore curo, ne clades premat
Qui posteri horum sunt futuri, qui impiam
Eadem suorum nuncient patrum, & scelus.
Sed ipse, ô animæ pars meæ longe optima,
Effice fruantur luce ne lata æteris
Purum micantis, ne patere quid reliquum
Seminis amati à cæde tranquillum trahi.
Chri. *Admitto mulier hæc, nec illa etiam improbo:*
Et gratiam istam vt largiar tibi promptius,
Quæ vana non sit, plurimæ causæ mouent:
Hunc ad scopum me dirigens prorsus, tibi
Nusq̄ abero, damni videris me vindicem
Illati, ab omni libera & cura & metu.
Deip. *Pape inclitam mentem tuam, altam, nobilē.*
O nate, q̄ te nunc grauis dolor premit,
Inuicta mentis sed manet consultantia.
Vt tu vsq̄; profers quæ mihi ad prudentiam
Faciant magis, quæ propius expendens, scio
Supra modum me stultam, & hinc animum meum
Frustra dolore macerasse & lachrymis,
Dixisse frustra verba quæ dixi impotens.
Semi. *Ah, qui frequentes vsque adeò gemitus meos*
Volant in aures? triste tam longum insonans
Hic vnde planctus? audio certe, audio
Vocem doloris indicem tristissimi.
Deum aliquis isthic, dirat anq̄ admiserit,
Implorat, aliquis dura tanq̄ perferens
Miserabili fletu Dei auxilium inuocat.
At qui iste clarus Petrus olim, prosilit
Vultu horrido, atq; flebili animo saucius.
Deip. *Quid Petre lugens? triste dirumq̄; id quidem*
Quod perpetrasti, non tamen venia excidit,
O nate chare, ô nate mi, ô Verbum Dei
Peccare cùm sit insitum homini, ignoscito
Quod Petrus in te admisit, admissum id metu
Turbæ irruentis, & frementis turbidum.
Christ. *Iubeo nihil te hic anxiam, ô virgo parens.*
Condono Petro quicquid est lapsus tua
Vel vnius causa, nam & ante etiam tibi
Es me obsequentem experta semper filium,
Quæ tui erat animi gratia integri & pij.
Hæc verba porrò à me tua hinc auser parens.
Hoc scito, lachrymis gratiam meam elici,
His arctis scelerum vincla dissolui omnium,
Proinde te hortor & moneo, mortalium
Ne in quenq̄ odia geras, vel etiam non in hos
Qui me tam iniquam sustulerunt in crucem.
Deip. *O ô stupendum nobilis mentis genus*
Sic compares te extrema patiens, vt tamen
Non sis inquo animo in eos qui te neci
Dedere, mihi bis excitus succenseas,
Quorum manu sis fixus in ligno crucis?
Nam quis furoris sustineat tram tui
O nate? vel quis turbidum vultum ferat?
Chri. *Quin hinc abitā, atq; hostiū ex medio eripe.*
Peracta iam sunt de quibus mecum modò
Es colloquta, nec mihi vnq̄ illa excident,
Et te his molestis vocibus leuauero.
Deip. *Ita video facto esse opus: O miserrima,*
Ah, ah, quid istam mei merum, & suauitas
Iucunda totus, tam tremendam detonat
Vocem? quid istud quod graui oppressus siti
Gustasti amarum, quod sitire te edita
Sic es professus voce? Cho. *Qui me perculit*
Exceptus aure clamor, omnem sustulit
Mihi pene sensum, & ego inscia id sum quod gemū:
Didicisse vellem, loquere, tum ad me respice,
Hei mihi colorem sic tui oris, & oculi
Contabuisse quæ suasset gratiam?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deip. *Silete ô mulieres, perimus funditus:*
Comprimite vocem, filium vt ego interrogem.
Nam morti eum iam proximum video, & caput
Demsit ille nobile, & linguam suam
Preßit, Age, quid video tuum ô fili, tuum
Exangue corpus mortuumq́; conspicor.
Res mira, voce qui sua clamans patrem,
Penetrauit ima terræ hiantis viscera,
Vt tota tellus plena clamore, horridum, &
Trifide reboaret, cuius aspectus modò
Omnium oculos vincebat aspectantium,
Vt lumen eius solis æquaret iubar,
Repente toto lumine extincto occidit.
Quid pateris, aut quo iam modo, ô fili, peris?
Responde, id à te fac supremum vt audiam.
Nam nosse dum mens omnia expetit, in malis
Auida notatur, & satis non prouida,
AE, æ, æ, æ.
At illa vatum congruunt sermonibus.
Ah, ah, quid inceptem, occido misera penitus.
Iam non serenum cerno vultum filij,
Sic forma rara, sic decens pulchri color
Mutatus oris, ô rerum spectaculum.
Quin corpus etiam exangue tractare horreo.
Id ipsa luctu perdita astra me docent.
Concussa saxis erutis terra specus.
Vos, ite, procedite: nequeo enim illum amplius
Sic intueri: casibus vincor meis.
Et vt futura potit breui quæ sint sciam,
Trilitia tamen est spe mihi solida prior.
O nate summi regis, ecquid nunc abis
In Ditis aules, debita vt primo patri
Aeterna mortis supplicia detorqueas?
Atq; hinc repente, vt sponte dimissus tua
Quasi auolasti? audita vox tua ad patrem.
Cuius rei te gratia huc misit pater?
Cur te tam ab horrenda cruce voluit mori?
Et cur eam qua te dedit luci parens
Orbam esse cogit? commori liceat tibi
O chare fili: mortuo te quis locus
Excipiet? & quæ terra asylum erit mihi?
Quis hospes ædes in ruentis impetum
In me recludens, corpus illud proteget?
Nullus erit. Ergo paululum expectans diem
Hunc candidum, illustremq́; tertium, excitus
Quo te è sepulchro, & morte, rediuiuus mihi
(Dixisti vt opinor) appareas, fulta optima
Spe duro: quamuis in crucem actum & mortuum
Te, nate, cernam, non tua tam gratia
Nunc ingemisco q̃ mea, quando tui
Mihi carendum fuerit. hinc nam vetius
Sublatus, aliqua parte q̃ corruptus es.
Atq; vtinam, ô nate, morte mutassem mea
Quam tu subitis. Iam occidi, ô fils mihi
Vita voluptas nulla veit at funditus.
An oculus atra obducitur caligine?
Interq́;, & imas noctis æterna domos
Expecto cupida, nunc mihi nil est prius,
Quàm quæ in obscuro manuum latent specu
Terram sub ipsam obducta tenebris plurimis
Subire, quando priuor aspectu tuo.
Quàm non ferendum, & quam nefandum pertuli
Misera dolorem modò. vah occidi, occidi.
Et qui parentem me suam miserrimam
Soletur ille cui gelida mors lucidos
Occlusit oculos morte, vocem sustulit
Te, nate, larga cæteris qui suggeris
Alimenta dextra, nate mi frustra paren-
Eduxi, & olim stulta me laboribus
Non profuturis defatigaui, fuga
Vitare tentans, quos tuæ vitæ, tuum
Primum sub ortum perditi struerent viri
Ensem, manusq́;: verùm id abstit, tristius
Vt multa dicam lachrymans suspiria.
Ego tibi mater, more quo tamen scio:
Vnde erigebar maximam in spem, vt me senem
Adultus aleres, morte defunctam manu)
Fixa inuolutam linteo vrnæ traderes
Quondam beatam habitam, ô supra mortalium
Natos decore, sed mihi te filio
Extincto illa spes dulcis omnis concidit.
O sermo suauis, gaudium merum mihi
Semper procurans, lumen ô lepidissimum,
O expetita, & singularis candidi
Oris venustas, nulla quageneris prior
Humani, imago picta, nunq̃ lineis
Ductis ad aliquem picta imaginis typum,
Vt nunc es ore terro & aspectu? horreo
Te conspicata: nec pati aspectari queo.
Quid ore clauso, nate, mutus obrices?
Tu redde vocem aliquam mihi, da quod meam
Soletur ægritudinem, matrem vnico
Affare verbo, nate, miseram atq; anxiam.
Agnosco te certè Deum meum, vt feras
Nunc mortem acerbam, vindicem natum mihi
A morte: Mors hac quam subis est gloriæ
Nunq̃ occidentis causa, & huius gaudij
Quod maneat ingens stirpis humanæ genus.
Theol. *Ponito dolori & luctui modum, ô hera.*
Nam non coactus, sponte sed sua occidit,
Vt morte victa cuncta quæ prosterneret
Vindex benignus adsit, & rex præpotens
Et vasa in aureo corpus hoc meum coquens
Renouansq́;, docta me nouum prudentia
Miraq́; faciat arte. vbi deterserit
Pestem senectam carnificis acerrimi
Doloris, is me pube grata vestiet:
Nam nunc senectus pessima omnes opprimit,
Et me malorum pondere senium grauat
Noxa ex parentis veteris. At se liberum
Me redditurum dixit omnibus à malis,
Meq́; redituru esse ad meam matrem, & domum
Terramq́;, quam cùm perdidisset, impijs
Dira, efferaq́; bestiæ dolis, in hanc

Terram parentem luctuum venit, suo
Cum coniuge ante, quem graui cùm iniuria
Notasset ipsa edocta misera casibus
Quam dura res sit fertili terra bonis
Exclusi, & eius gratia vei omnia
Tolerare sese velle prædixit: lubens
Huic passus ipse mortem. & idem tertio
Sese se pulchri carcere effracto, die,
Cùm sciret ista protulit palam prius,
Fore reduiuium, morte deuicta gregem
Charum vt suorum gaudio perfunderet
Magno. Suo iam cuncta præscripto exitu
Hæc indicantur, vna nunc superest dies
Et læta & hilaris, nos eam expecti abimus:
Non fallet, aderit, vt dixit: nam tristia,
Qui vera nobis sine declarat suo,
Offender idem, tertius postq̃ dies
Cælo emicabit, gaudium solidissimum
Vsq; adeo nosti certius certo omnium
Rerum futurus quis sit olim terminus.
Certe ille luctum, & lachrymas quæ te anxiam
Nunc vlcerant, honoribus clarissimis
Pensabit illa parte qua sese polus
Tellusq́; pandit, fama nominis tui
Splendida per omnes orbis oras prapete
Penna euolabit, sacra delubra extruent
Tibi posteri omnes, cædis in diræ locum
Istius, olim terra solenne offeret
Festum, sacrumq́; quod prophanum antè extitit
Manu piorum fiet in Solymis solum.
Sic indecentes quæ supra modum fluunt
Lachrymæ. Quid ergo tam impotentes, ô hera,
Gemitus ab imo pectore educit, neq;
Oculos grauatos fletibus sursum erigis
Defixa vultus in solum, & madidas genas.
Imbre lachrymarum plurima stillantium?
Quousq; tandem lachrymis rigantibus
Terram, caput sic luctuosum deprimes,
Cùm vindicem oculum cuncta cernentis Dei
Scias tibi iam ingens parare gaudium,
Ad quod oculos solum referre oporteat?
Nam prima dura hæc, vt probè nosti, omnia
Iucunda pulchro fine concludet dies.
Vna, vna tantùm crastina est lux, quæ tibi
Expectanda superest, quæ tuæ curæ modum
Afferat, & illi quæ meum pectus coquit.
Deip. *Tu natus alter es mihi, ô castissime,*
Vt ipse dixit, qui mihi vnus filius.
Hæc cuncta nosti, quid repetere iuuerit,
Ego vt viri expers & dolorum qui solent
In partu acerbi consequi, mater fui,
Eamq́; peperi quem Dei natum angelus
Sua vocauit voce, tum facta edidit
Hæc ille genitus, solius quæ sint Dei.
Et qui feram nunc carne nuda, alta in cruce
Hunc conspicata pendulum exanguem, vagas
Qui iussit eminente terra circumagi
Aquas fluentes, cuius ad numen nitor
Obductus omnis solis, & lunæ iubar
Sparsum tenebris? præmetu durissima
Disrupta saxa, aperta monumenta omnia
Quæ numen huius indicarent, & manum
In cuius vnum corpus aliena expetunt
Admissa cuncta, vt innocens pœnas luat?
Theol. *Regina verè ô omnium, & domina, & parens*
Verbi, vel ipse non ferens spectaculum
Tam dirum & atrox morte sublato mihi
Rerum potente, cassum vt illum lumine
Vidi, vnde ducunt vitia cuncta spiritum
Horrore stupui, & crebra nunc suspiria
Ducens, amaras prorsus in lachrymas miser.
Dura hæc, sed inter firma me spes roborat,
Neq; domini vllam detrabo verbis fidem.
Iam tertia illa lux micans assulserit
Qua grata lætos spem coronet exitu:
Illa potito nulla mors veniet grauis.
Deip. *Ipsum, ego quidem non inscia, diem tertium*
Audio futurum qui illum ab omni vindicans
Corruptione, corpus integrum efferat.
Sed hanc acerbam iam video lucem, & diem,
Quæ me beatam olim, facit miserrimam.
Sic omnium res nunc puto mortalium
Nil præter vmbram. & liberè id dicam: graui
Quos vulgus hodie ponit in sapientium
Numero, laboris, & operæ facundiæ
In laude multum qui locant, illi incidunt
In magna damna. Lex enim hæc terra satis,
Vt nemo natura beatus debeat
Dici affluente sorte, si celebrior
Contingat vni fama q̃ cuidam alteri,
Non is beatus nomine hoc censebitur.
Semi. *Nos omnia inter illa quæ terra edita*
Animata viuunt, sentiunt, matres sumus
Et triste, & infelix genus plane, quibus
Incumbit ea necessitas, vt liberos
Posq̃ pepererint conspicentur mortuos.
Nam ter ego malum funere efferri parens,
Quàm parere semel, & prolis eductæ mihi
Properata fata cernere. At te non idem
Ac me, ô beata virgo, spectat, omnium
Vt fœminarum quæ præis sexum, & genus.
Nam quæ voluptas ex viri lecto mei
Percepta, nunc iam penditur doloribus
Quos ego laborum foueo, mortalem edidi
Non inscia vt fœtum parens, sic protego:
Et nos iniqua mente non pati decet
Natura casus nostra quos nos edocet.
Tu verò, ô virgo, quæ viri nescia horum
Quasq́; parituram te Deum audisti angeli
Verbis, eum ipsum mortuum quo fers modo?
Deip. *Me sinite, minime grata mihi quæ ingrata*
sunt.
Quæ nunciauit nuncius felix mihi?
Quæ, quantaq́;? Illa extra notam sunt omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Annunciantis gloriæ lætissima.
Delusa verò an nuncio hoc sim nescio
At certa saltem pignora fidei fero.
Lugere casus lachrymis dignus tamen
Me cogit ægram, ploro multa & ingemo,
Donec resurgens redditus natus mihi
Nunc morte ademptus lachrymas meas premat.
Semi. *Vnum te, ô virgo ignoscere istud conuenit,*
Florente si quis pube, & ætate intumens
Robustiore, vana garrit impotens.
Fac istud aures vt tuas præteruolet,
Quanto præire cæteris mortalibus
Prudentia te laude nosti & gloria.
Deip. *Ah ah, acerba passa sum, & luctu graui*
Digna, miserandam ô cladem, & immensam, manu
Vsq; adeò misera quâ necem feram videns?
Egregia certè & nobilis victoria
Quæ parta vobis, pugna nobilis, manum
Totam cruore diffluentem in lachrymas
Adhibere testes, luctuosaq; omnia,
Quæ vos vt illa facta quæ sunt impia
Considere tis crux manet? quod si essero
Perstatis animo, nil alentes mollius
Quàm nunc, secunda sorte vos putabitis
Affluere, quando aduersa contrà deprimet.
Non ista certè impune cessura arbitror.
Nam quæ hic honesti forma? quid non impium
Hoc facinus in se continet? quin tam male
Perite quot quot perditi & nefarij
Rerum omnium potente mactato nihil
Curatis vsquam, cuncta cum metu infremant
Ipsa superbi cadet cristas tollitis.
Chor. *Hinc inde certè culpa, quis negaueris?*
Mortalium q; vita tota obnoxia est
Curis molestis, quæ licet mole ingruant
Magna malorum, viuere tamen expetunt.
Idem at dolor te non manet virgo ac genus
Mortale, quamuis non tibi id soli accidit,
Vt mors tui te à filij amplexu abstrahat:
Nam partus alius est tuus q; qui solet
Mortalium esse. proinde te ferre omnia
Forti animo oportet, & magis considere.
Deip. *Ah, ah, ah, ah,*
Vidi, ô puellæ, de numero satellitum
Quendam, latronum crura qui pendentium
Fregere, stricta filij cor lancea
Tentare: timeo ne quid insolens agat,
Nouaq; miseram me calamitate obruat,
Vt filium etiam mortuum cernam parens
Petulantiæ expositum hominum, atq; iniurijs.
Hei mihi miserrimæ.
Quàm durum & immane istud est spectaculum
Quod insolens video. videte sanguinem
Videte fossi corporis, & vt fons duplex
Scaturiat eius è latere, vis sanguinis
Promicuit, & aquæ lancea ictu cuspide
Iuuenis vt Ausonij fuit, quin nunc quoq;
Inde geminus fons bulliens exæstuat:
Ipse adeò sacrum qui latus fixit, pauens
Horrensq; fato nescio quo filium
Verè Dei istum mortuum voce edita
Clamauit, & iam cernere hunc licet gradum
Vt celerat ipse, & ante lignum procidit
Premit q; terram victus hoc spectaculo
Pectusq; tundit, & solum ipsum amplectitur,
Vbi fixit hastam defluentis sanguinis
Tinctam liquore: Et ecce vt vtraq; è manu
Hausit, oculosq; hoc vngit, hinc vt scilicet
Detergat oculum nocte quæ caca obtegit.
Chor. *Nisi meus me fallit animus, imminent*
Hoc vel die ipso plurima à Deo mala:
Et iure certe, his qui manu nefaria
Hunc sustulerunt: verum vt iam in ipsos nihil
Vindex amicos oculus æterni Dei
Tentet, at in istos sanguine aspersos viros
Festinet igne & ense districto minax
Vltio stupendum visu id est miraculum
Adegit ille lanceam in dextrum latus,
Sed mirus è fosso latere mixtus latex
Sanguine repente effluxit. O spectaculum
Horrendum & atrox, corpus inuadit tremor
Dum cerno: rerum mihi magistra est omnium
Natura, terræ euulsa ab imo viscera,
Disrupta saxa, mortuorumq; eruta
Sepulchra. Quin is qui latus fixit tremens
Ante ora fixi tristis idem procidit.
Deip. *O nate, mihi charũ & sacrũ imprimis caput*
Haccine tua ista est etiam in inimicos tibi
Propensa bonitas? casus hic quas non ciet
Ex ore lachrymas, mortuum quod sanguinem
Effundit illum qui genus hominum expiet?
Etiam inimici vt ista tam mira & noua
Vident, tremiscunt miserè: & horrent: filium
Dei fatentur voce te clara, timent
Et cuncta, rerum vt abditarum nescia.
At generis eius turba quæ te sustulit
Non cogitanda crede, quæ tuum caput
Cinxisse debuit corona non modo
Quali impudenter cinxit in ludibrium,
Curam sepulchri nullam habet pronsus tui.
Et quo modo te de crucis ligno eruam?
Qua corpus vna contegam? quo linteo
Inuoluam, & illi more patrio occinam
Lugubre carmen? cuius ô fili manus
Tibi iusta soluent? quid miser agam? quo me
Tandem loco res? Sed quid ita desponde o
Animum? tuis parere me sermonibus
Factuq; fas est, tolle quæ longè opprimo
Certissimoq; id indicant, quidquid tibi
Est velle, & illud posse idem. penu Deus
Est plurimorum, nulla quæ mortalium
Spes pollicetur, multa quæ sperauerit
Nunq; ille sortis sæpè dextra perficit,
Decreta porrò quæ iam erant, nondum suo
Concla-

Conclusa fine: Tu rei ergò fac viam
Mihi recludas quæ supra fidem datur
Theol. *At ecce celeri progreditur ad nos pede*
Iosephus, & habet forte quid nobis nouæ
Quod nunciet: tum mirum & id, video meam
Spem præter vnà accurrere socium viæ
Qui nocte tantùm discipulus huius fuit:
Quin illa & humeris gestat omnia quæ iuuent
Demissum vt illum ligno ab erecto eruant.
Virum ô beatum, qui Dei iuxta sui
Arcana vitam commodè sanctam exigit,
Et expiratum pectus omnino offerens,
Tum corpus omni sordium labe abluens,
Virtutum honesta cinctus omnium caput
Suum corona, colere festinat Deum.
Nam sobrium esse, & colere numen, iudico
Id omnium longè esse sapientissimum,
Pulcherrimumque generis humani decus.
Iose. *Audita simulac vox tua, ô charissime,*
Prudente prudens ducta de viro loco
Adsum à remoto, gnauiter mecum afferens
Omnem apparatum quo mihi charissimo
Extrema soluam iusta quæ sunt funeris,
Nam nos eum olim tot viris cultum decet
Nunc, ô amici, quantum opes nostræ ferent
Amare casum lumine, & colere. Modo
Sed quo alligatum soluere licebit cruce.
Et quo sepulchro tradere hunc? quo linteis
Inuoluere? Et tu me prai iuuenis senem,
Aetate florens, & potens prudentia.
Nam siue lucis, siue noctis nuncia
Premet, molestus nullus accedet labor
Donec cadauer hoc loco conclusero,
Nouum sepulchrum quo mihi iussi erigi.
Quam conuenit me non genere iunctum affici
Discipulum, ego huius desideo casum, & vicem.
Deip. *At iam is præibit optimus dux, & manus*
Vestras iuuabit, facilia omnia facient.
Iose. *O rem omnium pulcherrimam, quid tu ô hera,*
Confecta luctu filium iuxta tuum
Sic flas tuorum attonita mole casuum?
Discipulus & paucus hic solus tibi
Adest, relicto fratre cum grege comitum
Quos nunc sacrorum cura, cultusq; occupat:
Alterum at istum turba consectantium
Maerore magno lachrymisq; perditi
Fugere pauidi præ metu grandi, coma
Horrente, nihil vt cernerent recentium
Quicq; malorum. Tu hostium contrà, manum
Nil horruisti temeritate turbidam,
Horrore quatior turba quo vergat timens,
Ne infesta spirans sanguinem, dira, effera,
Aliquid noui tentet. Nam vt animus est grauis
Odio obstinato, hæc aure non æqua audiet,
Condi sepulchro morte functum nobili.
Theol. *Sic est, furori nam modum nondum suo*
Fecisse, durat dira sanguinis sitis
Expleta nondum tristia audens omnia.
Iosep. *Rectè quidem id tu, sed mali non hic tamẽ*
Vis æqua parte est. Theol. *Ecquid autem, mi senex,*
Ecquid rogo istud? nequid hic celaueris.
Iose. *Audiui id ipsi me inferens turbæ, loco*
Quo grandiores confident natu sacram
Ad porticum Salomonis, vt nullus tamen
Audire visus, non futurum vt mortuum
Permitt at istum turba seniorum dari
Tumulo illiusq; gratia rei, modo
Adiuit illum quem penes loci istius
Omnis potestas; non tamen plane scio,
An iste certa sermo sit dignus fide.
Mallem carere: precibus id tamen meis,
Et tanq; amici, dedit vt extinctum esse am.
Theol. *Actum est. ferendum si vetus præter malũ,*
Nouum, prius q; nos id expedierimus
Quod pollicetur tertius nobis dies,
Vt luctuosa fine læto & exitu
Inde geminato fœneremus gaudio.
Iosep. *Non ista natum perpetì ferat pater.*
Antiqua cedunt consilia nouis, procul
Cuncta hæc facessunt, quæ rata voluit prius.
Perstitet ille, nec aberit iustus furor
Eius quod olim dixit, verbis vt ardeat:
Iam non amicos sed sibi hostes fecerit
Qui lance iusta vindicat pressos pater.
Theol. *Sic me illa matris quam loco habui à filio,*
Quam semper vnam filius colam, adiuuet,
Vt nemo cæde infamis illa protrahet
Iucunda vitæ pensa, nam verè Deum
Prodigia quæ tu multa vidisti & vides
Hunc indicarunt: nocte sol tota obtegens
Iubar decorum visus est tibi sat simul
Efflauit animam sponte deprimens caput
Iussa venire morte nutu, quæ nihil
Iuris aliter habitura fuerat, tunc magis
Spectare dira contigit miracula.
Euulsum ab imis manibus terræ solum,
Monumenta mortuorum aperta, saxaque
Prædura vbique fracta: cum verò manu
Adesset hastam qui suam vibrans, latus
Peteret, acutum florida ætate impulit
Ferrum vir adstans (hisce nam excepi auribus
Ictum sonorum, tuque adeò plagam grauem &
Sulcum profundum vulneris ducti vides)
Et ille certè lancea fixit latus:
At latere fixo fluxit illico insolens
Non temperatus sanguis, & mirabilis
Aqua, vt flueret è fonte duplici liquor,
Res mira visu: tum pauidus omnes timor
Inuasit in contactu. At is cui lancea
Fixus erat, horrens, turbidum exclamans, ait,
Iste, iste præsens mortuus, natus Dei est.
At ipsa mater misera comminus cruor
Adstans, profundumque ingemens, curuo genu
Procumbit, & se lignum ad erectum applicat,

Triste

Universidad de Deusto
Biblioteca

Triſte eiulans miſerumq́;,in amplexum pedum
Fertur,& vtraq; haurit manu qui profluens
Geminus ab vno fonte manabat latex.
Aſſata verbis talibus poſt oſcula:
Diuinum ô caput,& tu vita hac functus,tamen
Curas apertè quæ genus mortalium
Spectant,leuasq́;pondere impoſito,expians
Quod facimus illi perpetratum:At mortuum
Te nemo curat nunc ſepulchro condere.
Poſtq̃ illa finem lachrymis & luctibus
Modumq́;fecit,maxime hoc vnum expetens
Vt corpus omnis labis expers redditum
Vitæ videret,non ſecus ei ac brachijs
Lauri hedera adheſit,functa tandem luctibus
Hæc inſit:Ecquid ſic dolore exulceror?
Habenda verbis filij mei fides
Factiq́;,quibus id teſtibus fidelibus
Probauit?illi velle nil,quod non idem
Et poſſe detur.Quin & hu ipſe omnibus
Viam dat omnem quæ ſupra fidem locant.
Hæc elocuta eſt cum illico viſus mihi es.
Ioſep. Miranda narras,ipſa ſed quæ res docet.
Tu verò,ô domina,nam neq; hæc ſcire expedit:
Nunc iam quieſce & verba comprime q̃ potes:
Hæc omnia abſint hinc procul,ne commus
Vos admouere conſilia ineuntibus,
Neue ſocietate,ſed cauete denuo
Loco ſuperbæ mentu & feræ indolem
Deip. O ſtrenui heroes,ſalute vna,duo
Idemq́;amici Nicodeme,& candide
Ioſophe ſaluete:optime vos huc quidem
Et commode veniſtis.vt enim res male
Cedant amicis,ita & amicorum fide
Bona integraǵ;pectus anxium tenent.
Agite iam,agite:demitte iſti hinc oculos.
Hæc nanq; video vtrunq; veſtrum gratia
Veniſſe,propere aſcendite,aſcendite,mihi
Reddatis illum vt mortuum,domini vt ſinut
Amplectar,artus,membraq́;omnia,admouens
Carni oſcula illi,lacte quam eduxi meo.
Ioſe. Quin hinc recede,ne male aliquis cadibus
Multis cruentus te excipiat,& non ſuo,
Dignetur oſculo,ſit ſatis quod,vt vides,
Aſcendimus iam redditi turi proprijs
Manibus cadauer illico. At prior ocyus
Bone Nicodeme,ſcalæ in impactos gradus
Inſiſte,clauis ac refixis altius
Corpus leonis nacta quo prædam ſuam
Plebs ipſa gaudet,bis trabe à ſculpta erue.
Tu vero abi,inquam,ſparſa fletu & lachryma
Non indecenti,non tamen mutaueris
Quæ facta,quamuis multa ploranis ingemas.
Deip. Miſerrimam me filium niſi video,
Vt mortuus ſit anteq̃ ſit conditum
Corpus ſepulchro.Sed quid an ne quid ferum
Contingat ego me plebis à turba eximam?
At abſq; nato,cura quæ vitæ mihi?
Concede ſaltem filium mihi mortuum
Lugere liceat,condere vrna,tangere
Pedes,& artus oſculari,agedum ô manus,
Age mea,& vt datur tibi extinctum tene.
Ioſeph. Hoc abſit,abſit vt manum illi admouerit,
Vel mortuorum attigeris:ego manibus meis
Humabo,ſocio Nicodemo tradito
Laboris huius,copiam qui maximam
Affert odorum,vt nullius hoſtium male
Proculcet illum,turpiter peplum abſtrahet,
Corpusq́;molede ſepulchrali eruens.
Nam quod genere non proximum etiam conuenit,
Honoro amicum morte ſublatum & colo.
Vide ergo,quî vos hoc eum efferre è loco
Poſſimus,& quî mortui nil nomine
Non prouidentes facere quod tibi placeat.
Quòd ſi monenti mihi aliquis apud te eſt locus,
Ferto moderate quicquid eſt. Nam iam optime
Belleq́;cedent omnia,neque videris
Quid triſte natum in mortuum admitti amplius:
Iudæa vt eſſe me haud negem ex gente,id tamen
Non potero tantum vt filium inficiet tuum
Probum,integrumq́;,non ſi in vnum confluant
Id denegantes quotquot hodie ſunt viri,
Contraq́;clamet litteris plena omnibus
Montana ſilua.Nam bonum hunc virum ſcio.
Extende tamen huc cum tuis puellulis
Regina dextram:filium chariſſimum
Tibi mortuum vlnis excipe,& lachrymis tuis
Multis rigata membra contrecta vt cupis.
Deip. Pulchrè quidem tu me mones,in poſteris
De me inter omnes promerentes optime
Fidosq́;amicos arctius locaberis,
Victoriaq́;nobilis,famæ inclitæ
Te conſecrabis.Age igitur gratiſſime
Senecio Ioſeph mi,cape,vlnis filium
Amplectere,& propius eitete applica.
Tene,tene nunc,corpus erige,& caput
Attolle,ceruici illius cubitum inſerens
Ad dexteram. Eius ſubdite lateri manus.
Theol. Tu porrige manus,domina,vos puellulæ
Excipite nunc iam mortuum,qui mortuis
Vitam procurat,ego quoque hunc pro viribus
Excipiam. Deip. Age iam ô miſera mea manus mortuum,
Prehende:quidnam heu heu video?quid nunc manu
Geſto?quis iſte eſt mortuum quem inter manus
Teneo?quid autem miſera timidaq́;applico
In pectus ipſum?quomodo nunc iam eiulem?
Minate,nate,iam mihi hoc dones velim,
Vt te ipſa tanq̃ mortuum affari queam,
Amplexer artus ſingulos.Nunc te vltimum
Compello cernens & vale longum ingemo.
Ego ipſa quæ te mater in lucem edidi
Te perditorum ſcelere mactatum & manu
Cerno,quod æquum non fuit,nunc mortuum.
Cedo potentem dexteram matri,oſculum

Ad dulce,ſuauiô manus toties mihi
Tractata,cuiq́;non adhæſi lentius
Quàm lenta ramis hedera quercus aſſolet.
Iucunda ô viſus lumina,os gratiſſimum,
Vultusq́;,faciesq́;generoſa ſilij,
O preßa noſtris labra labris ſuauiter,
O dignus ipſo vel Deo color,halitus
Suauiſſimus nati,ô odoris cœlici
Fragrantia,malis ſæpe quæ preßam imbuens
Percepta toto me refecit pectore.
Et quid tuliſti morte tam infami emori?
Quid te parentem deſtitutam filio
Feciſti?ô vtinam commori detur tibi
Mi nate.Longe ſuauius mori mihi
Eſſet,iacentem q̃ videre,& mortuum.
Nam quis me & impios vocu,& oculos premens
Suos profunda nocte conſolabitur?
Quæ vita poterit eſſe non grauis mihi?
O corporis dulcem,& ſuauem ſpiritum.
Fruſtra ergo,nate,præbui tibi vbera,
Fruſtra laborans te puellum faſcijs
Inuolui,& in te matris operam perdidi.
Iam prima ab illa luce,qua mirabilis
Illuxit ortus edito tibi,ô Dei
Omnia potentis nate tu vitam trahens
Idemq́;deſcendens ad imam tartari
Sedem nigrantis pectus anxiſti meum.
Ego autem ab ipſo capite rem totam ordiar,
Superbiâ quidem quæ omnium matrem impulit
In fraudem,& antiquum patrem mortalium,
A quo propagatum genus pulcherrima
Demeſſa meſſis,fecit vt contra omnium
Spem nate parerem glorioſum te,vt tuus
Decreuit olim genitor,antequam edita
Eſſem,vel illo quieq̃ in orbe viueret.
Simulat q; nata ſum patris tui,vt arbitror,
Ex mente ſumma,me meus nutrit pater
Non inter illos quos colunt homines lares,
Sed me ſacratæ mater ædi deſtinat.
Hic manibus eductam angeli inſolito modo
Totus ſenatus commoda lugens tempora
Viro modeſto coniugem me tradidit,
In cuius vnius fide & cuſtodia
Eſſem:Nec iſtud abſq; diuûm numine
Prudentiaq́;,vt inde tempore debito
Certiſſima eſſet filij probatio,
Et teſtis eius quem nouo parerem modo.
Nam partu ab ipſa virgo adhuc maneo,mihi
De me ipſa teſtis caſta nunc vt ſim parens,
Tuq́;,ipſe teſtis nota cui ſunt omnia
Sic te parente me,Deo patre edito
Abſerdâ multi & vana mihi ſermonibus
Differ in arunt dicti tantes ex viro
Meum eſſe partum,nec ſatis calumnia
Hæc viſa,niſi me Aegyptus,et iam mox ſuum
Profugam videret in ſinum,& laboribus
Atrita multis paterer indigniſſima.
Miranda vidi facta tibi,quædum ſtupens
Mecum notarem te grege ex mortalium
Vnum eximebam cui nefas eſſet mori.
Vt enim quod olim pactum Abrahamo patri,
Quod deprecanti multitudini datum
Patrum piorum longa quos ætas graues
Faceret,& hæc quam iureiurando fidem
Dediſti eo te perpulerunt,vt mori
Non graue putares,cuncta quo mortalium
Generi ad ſalutem cerneres in poſterum:
Sic inde legem mortis humanæ vt prius
Partus ſubiiſti.Sed ego gelans præmium
Meis in vnû non ferendi incommodi,
Te nate mortuum graui fletu ingemens
Ploransq́;proſequor,meæ in naias
Nil artis addens præter ora lachrymis
Vda,& paratus qui decenter annuntiat
Te veſte Ioſeph qui ſuper tumulum extruat,
Vnaq́;multra vnguenta fundat optima,
Quæ Nicodemus afferens huc aduenit.
Hoc vno amoris candidi in amicos ſibi
Pignus relinquens non graue,at pium tamen.
Vnguenta nam quid ſparſa profunt mortuis?
Quin mortuorum conſulet rebus pater,
Quos ipſe cunctos tanq̃ ſpolia exinferis
Trahes in arctum carcerem,arreptos loco
Caligino ſo deligatos vinculis.
Arcana pater hæc filio myſteria
Aperta voluit occidenti,haud inſcius
Myſteriorum ſanguine affinis tibi
Longe inter omnes mentis alta interpretes
Te teſte primus dixit,Hebræum genus
Quem deſtinauit in necem,ciuem grauem
Authoritate plurimos qui inter viros
Præſe tulit virum pium atq; innoxium
Et nudum,eo vſu qui omnibus ſemper fuit
Irreprehenſus cibus,amictus huic vilis quidem,
Sed vilis illis tantùm & horrens,dediti
Qui ſunt voluptatis:ille ſqualore horridus,
Et ſorde multa duriter vitam trahens,
Qua ſolitudo vaſta terra panditur,
Iordanis alueo diffluit rapidiſſimo,
Et qui dies tres in profundo fluctuans
Fuit propheta olim,ſepulturæ edidit
Signa auſpicatæ quæ omnia vt prudens ſcio
Simul & ſepulti cernere expecto exitum,
Et me futuri gaudij ſpe recreo.
Sic ergo ſilt paſſus extrema occidii.
Hæc cauſa rerum nunc tibi præſentium
Morte properata dum ſtudes mortalibus
Non ipſe Iudas,non miſer tamen interim
Pilatus illa ſupplicia vitauerit,
Quæ vtrunq; certa iam manent:vindex patres
Hoc iuſtus oculus,totam & vrbem atq; efferam
Rabie cohortem lance iuſta puniet.
Hæc culpa ô Ponti culpa te quoq;,vt nihil
Credas latere iuſtitiæ oculum,omnia

Penitus videntem, te premit, quanuis tuas
Tanq̃ huius expers cædis ablueris manus.
An non & ipse proditor pecuniam,
Quæ cædis esset præmium, abiecit manu,
Quem iamiam oportet ense iugulum saluere,
Miserumq̃; guttur nectere laqueo, aut aqua
In fluctuante corpus absumi, cibum
Præceps in æquor piscibus eum fecerit?
Si vendidisses sorte vel nulla virum
Et dignitate, (iam te enim miser alloquor)
Si prodidisses ad necem alium quempiam,
Vt æqua lex est ciuium, periculum
Etiam subires, nunc eum qui dotibus
Te indicauit plurimis dignum, à patre
Qui venit, esset generis vt mortalium
Assertor inuidia excitus diram ad crucem
Tu venditum etiam dedidisti, & quas scelus
Ob hæc subire non licet pœnas tibi?
Ioseph. *Sententiam iam passus est æquissimè*
Iniustus idem discipulus atq; impius,
Qui prodidit dominum suum, modò pensili
Pendere visus fune, mox ex ipso eo
In terram ab alto lapsus, illiq; incubans.
Cum mille ductis pectore eiulatibus.
Nam cùm malum illi instaret, infelix tamen
Non nouit: æqua lege fit sententia
Est lata, felix iusta cessit vltio.
Deip. *O nate, pater est q̃ potens tibi, meæ*
Admisit aure qui preces. benè malleus
Hunc proditorem perfidum nefarium
Impium & iniquum contudit, nanq; impia
Qui cædis aut hoc esset, & domesticus
Fur, nulla ratio quem sua deduceret
A prauitate, sic oportuit emori.
Malè pereat, pereat vti meritus optime
Iure sceleratus. Ad mali fugam tamen
Medicina magna, mentis est mutatio.
Est numen aliquod, est idem magnum & potens
Diuina cura quæ futuri prouida.
Nefarium execror. Impios odit Deus.
Vos cæterùm istud prendite, & rapite recens
Factum in sepulchrum. Ite, sepelite mortuum
Tumulo beato. Nam quæ honestos addecent,
Natos honesto de loco velamina,
Leue mortuis solatium æquiuus est.
Referre cuiusq̃ haud puto qui mortuus,
Posit fata summa quo efferatur funere
Hæc vana tantùm pompa sit viuentium.
Velate peplis ora q̃ celerrime,
Manum admouete, mortuumq̃; inuoluite,
Iudæa quem gens sustulit regem impie.
Efferre nunc iam morte functum conuenit.
O nate summi opificis omnium, & Dei
Rerum parentis, vita quæ mortalium
Te sine? Quid his est, numini quod non Dei
Arbitrioq̃; obnoxium sit? ah ah ah.
Et quomodo te rex, ô rex defleuero?
Quo nomine Deus ô Deus vocauero?
Animo ex amico qui tibi tandem canam?
En inuolutus linteis istis iaces,
Prius inuolutus qui puer eras fasciis.
Nicod. *Age, o senex, & iam beatum ter caput*
Accommodemus optime, nanq; hic adest
Quo corpus ipsum demus vrnæ commode.
Ioseph. *Iucundum o vultum, o tenera tempora*
& genas,
En tegmine isto muliebri obuelo caput
Partesq; corporis nouis peplis tego,
Et quod cruore plurimo tinctum est latus.
Deip. *At obsecro vos quot quot hic estis, manus*
Vna hoc in vnum incumbite omnes ocyus.
Nam res requirit, noctis & crepusculum.
Collum beatum protrahendo attollite.
Domus ista, aliquod ad tempus est custodia
Domino optimo, hunc efferte quo palam videns
Qui filium meum locus habeat, in eo
Manens doloris & lachrymis indulgeam.
Dum tertia dies dulcis illucet mihi.
Proh, nate, quale, quale, quod factum est scelus?
Quàm luctuosa pertrahit secum omnia?
Communis iste est omnibus mortalibus
Vt credo dolor, at idem vt omnes occupat.
Non opinantes, sic velim me gaudium
Commune quod sit omnibus mox occupet.
Iose. *Vos me sequimini, deferamus gnauiter*
Onus beatum mille post preces mihi
Vix impetratum principis dono, tribus
Quod habeo clauis edita fixum in cruce
Nudumq̃; ah ah vos ego per hunc ipsum obsecro,
Este fortes nunc viri, corpus manu
Attingite huius qui Deus & homo est simul.
At vos decenter tollite, atq; æqualiter
Contentione virium trahite hunc simul:
Nam iam sepulchrum, vt vos videtis, proximum est.
Heus o fate de stirpe Galilæa loco
Suo datus, nunc lapide magno occluditur.
Agite, o puellæ, ite & videte mortuum
Hunc voce vestra conuenite, adducite
In ima terræ qualis olim non fuit,
Hunc vindicem humani datum generis, ah ah
Vos hunc iacentem nunc videbitis: placent
Hæc ciuitati. Pergite & procedite.
Non hunc diutius sepulchro conditum
Tectumq̃; saxo cernere queo, patribus
E filice quondam profluentem qui dedit
Aquam, cruciq̃; traditus durissimos
Lapides reuulsit, mortuorum numine
Suo sepulchra vrnasq̃; reclusit cadens.
Deip. *At paululum sistamus hic rogo, mortuum*
Vt voce compellam meâ. O fili optime,
Desiderate, nunc in inferi domos
Ditis recedis, & quod arcanum cupis
Occultum, id ipsum tu quoq; occulis: At vbi
Veneris in atram noctem Plutonis domum,

Infernum acerbo speculo defixeris.
Tu mortuorum vadis in nigram specum,
Portaq̃; noctis vt generi hominum asseras
Lucem, patremq̃; hinc omnium Adamum excites.
Hoc propter ipse corpus humanum induens
Opaca tenebris tartari subis loca
Ab hostibus cæsus, parente miserrima
Relicta. At ipsa te patris benignitas
Cecidit. Illud supplicium alijs salus,
Istud bonum ingens quod patre à tuo tibi
Morti paratur luctius & dolor grauis:
Nunc terra fili te capit, dum tu tuum
Infers in atri regna Plutonis pedem.
Tu telum acutum infigis & graue inferis,
Solus ob idipsum in ima descendis, manu
Victrici vt inde mortuos tandem eruens,
Et mortuorum exemptus à grege asseras
Omnes, vt ipse liber vnus sis, tamen
Vni reclusit se tibi audenti via.
Passi dolores qui tuæ crucis exitum
Hunc sunt morati, victoriam hinc obtines
Ex hoste veteri, tartarum dum fortiter
Serpentem & ipsum vincis, & mortem premis.
Prudenter ipse tu subisti, quæ tua
Prudentia fuit mortis istius genus:
Nam morte mortem sternis, ex æquo omnibus
Et terra in ipsa permanens laudem inuehes,
Terraq̃; rupta emerges & vitam paris
Mutatus ad patris tui formam inclitus
Posti liberatum hominum genus, aderis iterum.
O rex perennis, rex, Deus tu permanens
Mortale formæ corpus innexus tuæ,
Nunc in nigrantes nocte descendis domos,
Lucere properans, lucem & inde infundere
Caligini. bene bene te terra auferas
Hac hostium in quam tu pedem primùm inferens
Venisti, & Israelis hospitam domum
Reducere volens perditas oues, sacra
Firmare pacta quæ iussent patribus,
Naturæ vt hominum, cœlitum formam implicans.
Nanq; ipse generat te pater firmum, & sine
Motu perenni: ego te vsq; casta permanens
Entia, formæ humanæ vt etiam accederet
Diuina. Sed prob quem minus decuit, tuæ
Sanguis parentis crebra te miracula
Sibi præferentem, arcana cognitu ardua
Generi profano, qui salutem ad omnium
Demissus esses, hunc negabat editum
Deo esse, sed connubij iunctam face
Peperisse mortali ex viro, & leges thori
Et iura fallentem, mei lecti probrum
Etiam referre tanq̃ ad authorem Deum
Ementitus in fas omne & inuidia excitus
Et hosti in astu, te mora posita abiit ulti.
Iam suffocato hoc callido doli patre,
Et sceleris omnis atq; fraudis comprimes,
Quæ cuncta miris concitat versutijs,
Versatq̃; technis, ferreaq̃; compede
Ipsum alligatum, nate, criminum omnium
Dirum expiatorem locabis: exiges
Hos contrà terra è patria: At dabis alijs
Et vrbem & imperium potens, vt tu tuis
Sæpe indicasti, te ducem his rebus dabis,
Et firma tua mysteria & rata facies.
Vt te Deum æquè norit & terra incola
Cœliq̃; celsi. Quin futurum vt omnibus
His bene peractis sceptra regni transferas.
Vel istam oportet ciuitatem discere
Vt nolit se etiam, tuorum esse omnium
Mysteriorum nunc rudem, & coloniam
Quancunq; barbaram, Deo quæ dissidet
In rebus his quæ ad te attinent, & te sacris
Expellit à libationibus tui
Voto vouendo, & precibus omninò immemor.
Nam misera nondum nouit ex alto polo
In ima terræ patris æterni genus
Venisse. Proin tu fac Deum te intelligat.
Id assequeris, si suo ex urbe solo
Iratus, armis impiam Iudæam manu,
Simulq̃; in illam quos habet sibi duces
Ausonia cogis, quos tuum stulte iugum
Pertæsa, dominos imperantes maluit.
Mortem ad salutem video cui olim sit comes
Pœna, & minantes ædibus flammas, domos
Eo redactas solus vt relictis cinis,
Globosq̃; flammæ nulla quos aqua obruat
Et destinatam vrbem sacrum in cultum Dei
Obnoxiam illi video iamiam iniuriæ.
At laudo iustam vindicis sententiam
O nate, solum pœna quod in eos cadit
Qui polluerunt sanguine tuo dexteram,
Tuo inquam, nate, qui relinquens nobiles
Quas Lydus & Phryx occupans vrbes alit
Persarum apricum campum & alta mœnia
Bactrianorum, & Mediæ præteruolans
Terram rigentem Arabumq̃; felices domos
Gentes remotas, & quasi obscura in specu
Mersas, & omnem Asiam vt ferunt Græcis simul
Et barbaris salsi ad maris fluctus sitam
Pulchris superbam turribus, ditem vrbibus
Hinc hinc decoris te intulisti in hoc solum
Sanguinis Hebræi qui necatum turpiter
Te capit vrnæ: heu Dei palatia,
Vrbs grata terræ regij Psalmographi,
Turrita ciuitas, prophetarum ô domus
Antiqua, quæ nunc facta es illorum specus,
Qui fustulerunt impia manu Deum?
Quo misera gemitu cædem ob hanc te prosequar?
Quo te ore plangam? Sed mearum ô optima
Chorus sodalium relictis finibus
Quas Galilea, ille ille qui iam mortuus
Nunc ab locatus in cana specu mihi,
Mysteriorum haud inscias comites trahit,
De more solitas occimi alijs mœnias

Universidad de Deusto
Biblioteca

In morte vos iam omittite, at eum exilibus
Excipite tantum planctibus: lætissima
Hinc certa vt est spes voce plausuq́; omnium
Regem, Deumq́; prosequemini inclitum.
Abcedite hinc iam, abcedite, nequeo amplius
Ipsum intueri, nec sepulchrum, nec super
Quod grande saxum proximum deuoluitur.
Cedamus igitur, ô amicæ virgines
Cedamus omnes. Agite, agite placido gradu
Domum petamus fœminis fidissimis
Sociisq́; nobis hospitam, vbi Marci parens
Maria agit & quo vt credo, concursus frequens
Chori futurus sacra qui professus est.
Ibi operiemur lucis optatæ exitum.
Aut potius hinc nos conferamus in domum
Eius, quem adoptatum mihi meus vnicus
In filium iuuenem esse voluit filius.
Chor. *Probè mones tu, nec secus q̃ dixeris*
Fiet, ô nunc nos, ô hera, ire conuenit,
Vt à sepulchro non remotæ longius
Quicquid erit obseruemus, & totum diem
Demus quieti crastinum, vt lex præcipit,
Lætumq́; lucis tertiæ crepusculum,
Crepusculum inquam nos moremur, clanculum
Cernite profectæ hinc vosvt obsequamini
More recepto, eamus, & demus locum
Prius sepulchro q̃ hostium aliquis proximus
Nos deprehendat: indicemus quo loco
Nox transigenda tota nobis integra.
Deip. *En te relicto, nate, solo excedimus*
Eam ipsam in ædem destinatam fœminis,
Et filij adem, cuius in prouinciam
Me tradidisti, nate, cùm nos æquius
Esset sepulchro in valle iuxta adsistere.
Iosep. *Charissime ô vir mortuus licet, tamen*
Longè inter omnes qui mihi charissimi
Sunt, es futurus: dico supremum vale.
Theol. *Non hic q̃ honestius ortus est natalibus*
Sermone longo edisseram: iste certe homo est,
Idem & Deus Deo satus: nanq; hunc Deum
Ex rebus his quæ ipse gessit iudico.
Quod spectat autem mortem, ego causam illius
Esse sapientem prouidentiam arbitror,
Vt vindicetur morte ab aterna genus
Mortale. Quin & noxius serpens humi
Qui repit, hostis generis humani occidit
Calcatus, & iam traditus neci ruit.
Iugulauit ipsum rex poli gemini inclitus
Iesus, hominum qua genus contrà euehar,
Supplicia fratrum tollet & primi patris
Senioq́; sicut qui genus mortalium,
Dedit q́; terræ expulsus astu callidi
Serpenti ora, quem beabit mox loco
Situm in beato. Mortis huius hoc opus,
Hæc vis. Idipsum propter ipse natus est
Miraculis vir obstupendis inclitus,
Quæ tu ipse noli mundum in hunc: cumq́; optimus
Vir visus esset, interemptus occidit.
At iam resurgens se Deum probauerit.
Quòd si beato à cœlitum solum choro
Celebratus hymnis perstitisset incola
Cœli, excidisset hoc quod est præsens bonum,
Tacitaq́; celso gloria in cœlo fruens
Ignotus esset, causa nascentis fuit
Hæc, & cadentis: vtq́; summatim efferam,
Prima & suprema generis humani salus.
Coniectus ille in verba subsannantium,
Et vincla ab illis à quibus non debuit,
Mactatus idem: populus huic charus prius
Liuore motus hæc bene merenti dedit.
Lubens quidem ista passus ille, sed pati
Quæ contrà oporteat mala populum, nihil
Calebo: cedens is coactus barbaris
Vrbem relinquet seruus extorris: ratum
Hoc fata statuunt: multa post mala profugi
Armis subacti, deferentur exteros
In barbarorum limites. Istud manet
Omnes patratæ cædis authores suæ:
Vt vrbe pulsi generis omnis incolis
Pulchrè referta sceleris infandi & viri
Cæsi per inuidiam graues pœnas luant.
Omnis videndæ spes adempta patriæ
Quando in sepulchris qui ceciderint omnium
Eos manere qui peremerunt nefas.
Multas in vrbes pertrahentur, & iugum
Seruile miseri perferent, manu hostium
Capti, huc & illuc diuagantes vt Dei
Vox certa cecinit: nulla iam spes amplius
Futura reditus aut regressus, Ausonum
Dux ex quo in illos agmine infesto Ireneus
Magnoq́; depradabitur eos insolens
Non patre natus ista mortali edidit.
At ex Deo ipso natus, ipse idem Deus
Qui mortuus prædixit omnia edocens
Longe ante vates non abipsis vatibus
Edoctus. At quam turpis iste venditor
Stipator vnus perferet cladem, id quoq;
Dicam. futurum vt è dolore insaniens
Is fune collum pendulo & stricto implicet:
Tum deinde lapsus medius infelix crepet.
Diemq́; videat luctuosam. non miser
Quiescet vnq̃ viscera effractus locum
Ingressus atra nocte nigrantem inferum
Semper agitatus, ingemens semper graues
Propter dolores triste clamabit, vorax
Quem flamma rapidis carpet æternum ignibus.
Iosep. *Quam grauia amice nos manent mei omnes mala*
Meq́; adeò, vt ipse dicis, atq; omnes meos?
Etiam subibo barbaras gentes miser.
Quod iam redacta patria in prædam hostium
Iter capessam? ô vrbs gerens in barbaros
Olim haud subactum pectus, antiquo excides
Illoq́; magno, quod parasti nomine.
Valè ô palatium, valè ô vrbs patria,

Iam te relinquam, turpiter seruij iugum
Subiens, relinquam victus armis, barbarum
Solum videbo, nisi senem præuenerit
Me mors, quam, ô vtinam, olim mea videam manens
In patria potius. Id ex oraculo
Denunciari sic futurum intelligo.
Theol. *Tua quidem, ô mi senex, voluntas optima,*
At ista populus qui tibi cognatus est,
Pœnas luet se non quidem indignas, tamen
Plenas doloris, quicquid & malis luet,
Non huius ipse se sibi negauerit
Caput esse primum, nec aliquid causæ asseret,
Quod forte non venerit, opem negauerit,
Nusq́; se ad ipsos liberalis flexerit
Olim merendo, nunc quoq; benignissime.
Quis non ad illos missus est præco prius?
Quo non adauxit ille munere populum?
Quem eductum acerba gentium è tyrannide
Regem potentem fecit & magnum, manum
Cum gente forti conferentem, quo loco
Basam est & Amorrhæus & Pelta, adiuuans
Perfregit hostem & seruituti subdidit?
Hæc ille tanta contulit, quorum immemor
Calcans inauditam pede suo gratiam,
Illum cruentis posuit in eadem viris,
Qui postea venit tamen vt oportuit
Nanq; & prophetæ, & lex grauis vt certamine
Longæq́; pugnæ dimicantes nec modum
Finemue reppererint, tamen lux vnica
Solis satis erit Christo vt infirmi ædibus
Penitus reuulsis, & suæ è sede eruti,
Terras reuisat, & hominum mortalium
Omnem dolorem perimat, horum gratia
Indutus ille pauperis vestem, pedem
Infert in imas tartari sedes, & hinc
Spolia reportans multa vindex inferi
Lustrator antri victus, ist hinc efferet
Sese subactis portitoribus omnibus
Custodijsq́; tum iuuans vere pater
Et liberalis iudicabitur, suus
Quem populus olim gentis eiusdem inuidus
Mactavit. At qui gente non tamen tamen
Vna hunc dederunt & sepultura, edita
Partim in sepulchri mole monteq́; arduo,
Specuq́; partim in abdita & voragine
Terræ profunda frigidum afflatum, & Dei
Ignem calentem concupiscent, non thoro
Dulci incubantes, vestibus vel mollibus
Operti in auro lucidis tectis suum
Somnum trahentes, ense gladio alij vt cadent:
Sic & fidem illi sancient verissimam
Vermissimamq́; non eam quam scilicet,
Venditor, & idem carnifex bene meriti
De se habet: Eum æquum luere pœnas te quidem
Facilè resurgens ille liberauerit,
Nouo sepulchro quem decenter clauseris,
Ac excitatum à mortuis tubæ sono
Clangentis, olim te beatorum in gregem
Asscriberet: vrbe nam relicta cædibus
Fluente, felix sis piorum vt incolas
Solum, solutus mole qui humana exuens
Mortale quicquid ipse mortalis dolo
Serpentis olim obnoxium morti attrahis,
Fies Deus iam. Horum omnium mihi nihil
Præceptor exvatum cauebat vocibus
Verùm recumbens huius ad pectus sacrum
Didici futuros sic Deo charissimos.
Ego ista domini pectori cùm inniterer
Cognoui, abysso ex maxima multa hauriens
Quæ sunt sacræ & reconditæ sapientiæ
Iosep. *Sapientis è penu nihil nisi sapiens.*
At, tunc speras id futurum vt redditum
Terris videri detur? Theol. *Id spero, Dei,*
Quæ lux sequetur, lumen indicauerit,
Hanc vnam oportet me manere crastinam.
Iose. *At nos quidem illum magnum vt aliquem & à Deo*
Ipso profectum morte sublatum virum
Et matre mortali editum, atq; hinc debitum
Morti, inuolutum linteo atq; vinctum, damus
Ipsum sepulchro. Si Deus tanq̃ imperet
Morti, ille post hac vt Dei censebitur
Filius, & idem his omnibus qui nouerint
Deus colendus vnus. At matre editum
Mortali, eundem consequi luctum addecet
Paruum iacentem, vt qui parente illa satus
Sit, ipsa cui lex mortis olim incumberet.
Nos eum vt amicum quo decuit excepimus
Honore functum. At vt Deus, si quid volet
Post agere, promptum est illi, & inst at iam dies,
Prope tertia est lux quæ rei dabit exitum.
Spero futurum vt libera omnibus dies
Tertia nitentis proferat solis iubar.
Videam diem istam cupio incundissimam,
Videam vtinam vtinam amicus ego miraculum.
Nunc Nicodeme adiutor operis optime,
Abeamus hinc propere, & huic populo licet
Seuo impioq́;, patriæq́; ipsi optime
Precemur, aliquid ne Deus struat noui,
Vterq́; saltem dum trahit sua diem
Vita moranq́;, cum iuuene castissimo,
Tu chara virgo nos amicos adiuua
Confecta luctu fis licet, domina tamen
Et mater eius cui datum vnam atq; alteram
Habere naturam, vt tui olim filij
Discipulus ipse mihi suadet, adiuua.
Deip. *Ito comitatus Nicodemo, qui antea*
Discipulus illi nocte visus, omnium
Nunc quotquot extant in fide notissimus
Tecum probatur: ito tam, atq; enuncia
Miram omnibus mortalibus potentiam.
Theol. *Læti ite, nec vos aliquis inuadat pauor.*
Nam vitæ honestæ nec metu vllo turbidæ,
Et charitatis integræ, & placidissimæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Concordiæ,& sapientiæ,& modestiæ
Dux cuncta seruat concuti vt nullo modo
Frangiq; possint omnia vt nouit Deus,
Sapienter idem semper omnia iudicat.
Ioseph. Mihi persuades, & tuis dictis fidem
Habeo,metui iam liberor seruans modum.
Theol. Ite vt videtur res amicorum interim
Curatum: At ipsa re,mea experiemini
Iam verba. Sed vos ô puellæ cum mea
Matre sequimini,& in Christo animo hilari excitæ,
Et pectus armatæ,nihil pauescite.
Quin me sequimini,his indicauero domum,
Qua tota nobis transigatur nox,manum
Ad dexteram illa in proximo hic sita est domus.
Diuertite huc iam,nam vt video pars maxima
Præterita noctis,ipsaq; aurora emicans
Tenebris fugatis aurea luce apparit.
Deip. Eheu mihi heu.
Exulcerata anima mea & tot anxia
Curis,dolore turbidum pectus gerens
Captare somnum qui queam? aut quonam modo
Influat in oculos luctibus tantis graues?
Heu dira filii atroxq; tua mactatio.
Quàm misera non sum,præter optata,omnia
Cui contigere:nam licet consentiant
His quæ prophetis ante dicta sunt,tamen
Fallunt eam spem quam prius conceperam.
Acerba nate passa sum & grauia prius
Iam luce ab illa qua dies mirus tui
Natalis illuxit sed hæc dura omnia
Lætitia subita consequebatur,mea
Dum præsto curas & dolores solueres.
At nunc doloyem tam grauem qui perferam?
Quid igitur hinc iam moliar? vah quæ incidi
In perferenda quæ lauari non queant
Vel consulendo vel iuuando. & nunc meas
Somnus aliquis tandem genas demulceat?
Semi. Nos certe,ô domina,nos humi stratæ,senes,
Iuuenesq;,virginesq;,& innuptæ simul
Membra relaxatis reclinatæ,caput
Aliæ aliarum fulcientes corpore,
Aliæq; nixis dexteram in suam genis,
Somni aliquid ad tempus aliquod percepimus;
Te nulla contrà cepit afflictam quies,
Nullusq; somnus membra laxauit tua.
Quin nocte tota triste longumq; ingemens,
Dolensq; vigiles huc & huc oculos agens
Sedisti: At vsquequo misera tandem assidens
Expersq; somni,nilq; conniuens tuis
Oculis manebis? Ecce iam emicat aurea
Aurora,populus publicam viam terens
Sursum ac deorsum fertur,& terram ambiens
Phœbus suaq; luce lustrans exerit
Iubar,colorem rebus infundens suum.
Deip. Natum in sepulchro mortuum cernens meũ
Quin in dolores,lachrymas,suspiria
Grauesq; luctus debeam prorumpere,
Donec sepulchri mole fracta appareat
Victor resurgens? somnus autem qui mihi
Tot inter anxios metus irreperet?
Semi. Etiam ego pectore anxio,somno careus
Humiq; fusa iaceo seruili in thoro
Gramineo & herbido,sopor nullus tamen
Cibo grauata obreplit,ô virgo,neq;
Dormiui vt aures ad meas luctus tui
Volant frequentes,planctibusq; verberant.
Deip. Iam surgite,ô vos,surgite,inquam fœminæ,
Vnde mora tanta? exite,abite qua via
Tenditur ad vrbem quam licet procedere:
Forte aliquid excipiet is insolentius:
Vos vulgus ipsum nesciet,proin nihil
Est quod metus vos habeat hac in re anxias.
Cho. At at,videre videor ex sectantium
Quendam caterua tetrico vultu,& gradu
Celeri citoq; huc se ferentem: nuncius
Quantum videtur,a noua rei aduenit.
Nun. Quo iam ibo? quã infistam viã,vt charissimã
Inueniam Iesu matrem? at ô vos fœmina
Si modò potestis scire,dicite,& mihi
Iamiam indicate,nonne in istis ædibus?
Sem. Vt ipse cernis,ipsa ea est intus domi.
Nunc. Doctoru ô mei parens charissimi,
Et domina,cùm nunc tibi & tuo huic gregi
Apporto dignum,& prouidendum nuncium.
Deip. Metuenda quamuis nuncies, benè aduenis.
Quid autem? an aliqua calamitas noua ingruit?
Nun: Armata prodit ad sepulchrum maxima
Phalanx virorum,cuius autem gratia
Non conijcere plane queo: aduenio tamen
Non ipse certe nuncius vel auribus
Perceptæ,at eius fama quam in vulgus serit,
Adesse iamiam qui ad sepulchrum filij
Custodientes excubent vnus quidem
Id dicit vt non viderit tamen, alius,
Qui vidit illue recta euntes,ne id quidem
Dicere potest: At rursus ille qui asserit
Se scire,non vult quod scit eloqui: vnus est
Tantum istud addens, Pontij scribas domum
Petisse,& illum quem penes ius est loci
Istius,eo impulisse,quo obsignans suo
Signo sepulchrum,illius & custodiam
Decerneret,ne discipuli ea forsitan
Cadauer aliquò nocte clanculum efferant.
Hoc propter huius nuncius veni tibi.
Deip. O mihi malorum non ferendorum omnium
Consutor audax,turba scribarum & senum
Læthalis author,perdita q; audacia,
Caduq; Domini dire confector,graui
Ictus dolore,q. subibis pectore
Tunc telum acutum cùm scies quantum nefas
Patraris. At si pergis hæc,quo tu pede
Cæpisti,eodem prauia quæ nunc sunt sequi,
Vt stulta tibi mens planè & aucta,integra
Tibi sinistrè iudicabis omnia.

Sed

Sed ipse tandem posthæc damno tuo
Nil inde fructus esse senties tibi.
Nam quo modo furto cadauer efferant
Hi qui cruenta vix manus effugerint?
Aut quis propius hos ad sepulchrum accedere
Impelleret,horror quos trepidos habet & pauor?
Abi iam abi tu,& q. voles phalanx fede
Custos sepulchri: abi iam & prospice
Tuto,futurus testis eius forsitan
Molem sepulchri qui resurgens dissipet.
Semi. At nos moremur interim hic charissimæ,
Moremur,hic,inquam,quietè,nec domo
Pedem efferamus ad sepulchrum,progredi
Tantùm in tenebris noctis alta iuuerit.
Deip. Caligo certe subita noctis labitur,
Quod reliquum id discamus à custodibus.
Nam quo modo aliquis noctem tam obscuram hostium
Per arma penetrans progredi tuto queat,
Vnguento amica vt corpus imbuat manu?
Quin ad sepulchrum aliquem grege ex sectantium
Quondam magistrum diligentem ire expedit,
Qui cuncta rectè exploret: & certè expedit.
Hunc ire propere,qui subesse si dolum
Non norit aliquem,mane nos summo ocyus
Petamus vrnam vitæ qua concluditur
Vt condiamus more solito aromate
Corpus sepulti. eamus: hæc sententia
Meaest. At hic nos si dolum deprendimus
Aliquem hostium,clarissimum lucis iubar
Nos clanculum expectabimus,nam nec iacens
Etiam opus vnguento vllo habet, corruptio
Cùm nulla terræ sub nigræ caligine
Verbi in cadauer ingruet: nec qui vorat
Cuncta orcus animam carceris claudet specu.
Mortem ille passus nullius sceleris reus
Est sponte,tenebris vt quod inde est debitum
Cœrceatur. Nam satum illo qui nequit
Corrumpi,& illum nescius qui sit quoq;
Corruptionis,quomodo umbrarum locus
Corrumpet orcus promus & condus,manu
Victrice quem iam spoliatra cturum puto
Quot quot hominum conclusit & rapuit sibi
Testiq; struxit in ingratis vinculis.
Semi. Cauta sit oportet omnis exploratio:
Iam mitte q. celerrimè, quando mones
Probè,videbis me hic tibi sociam vt iubes.
Deip. Et quæ mearum hic quas video sodalium,
Omne hoc subibit,noctis vt silentio,
Petens sepulchrum,exploret optime omnia?
Quæ me beneficio hoc sibi deuinciet,
Discipuli vt absunt hinc magistri,qui fugæ
Vitam furentem perditorum in se impetum?
Nam non furorem illi æquo in omnes spiritu
Perflant habentes despicatus genus
Nostrum,feruntur in gregem sectantium
Furore cæco stulto & audente impetu.
Magd. Ego istud à vestro capite periculum,
Parata abire speculer vt tumulum sacrum,
Propulso iamiam cognito rerum statu
Omni reuisam vos priusq; redditus
Terris sit almæ lucis illustrans nitor.
At q; adeò citius rediero. Subeo lubens
Istum laborem,haud immemor eorum omnium
Periculorum,quibus is olim liberam
Me fecit,at q; hinc fortè & idem mortuus
Me clariore munere exornauerit.
Quin mortuum illum non puto. verùm mihi
Adhuc videtur dormiendum,& paululum
Hic immorandum plena dum nocte omnia.
Iam dormiamus,dormiamus,non abest
Aurora longe,quam,ô omnium rex,ocyus
Vtinam ego videam,verùm vbi diluxerit
Properanter ibo. forsitan etiam incidam
Cursum in sororum quibus id officium fuit
Prius,vt manerent & sepulchrum cernerent.
Illæ enim in id omnes mente concordi mihi
Tantum studebant,corpus vt sanctum vngerent
Noctemq; totam sic simul traducerent.
Semi. Abi ô virilem quæ mulier audaciam
Æquas,abi iam propere vt aliquid rescias:
Nos consequemur cum puellarum hoc grege
Aliaq; Galilæa sat æ q. plurimæ.
Nam credo, comites quot quot illæ sunt tui
Cursus futuras ad sepulchrum,ita expetunt
Videre quis sit insitæ spei exitus.
Nunc excitemur paululum,aurora haud procul.
Magd. Labore mihi opus strenuo,quo præmium
Dignum laboris ante cæteros queam
Videre: namq; cuilibet quod ponitur
Præmium ad opus geminam: parit sibi gratiam,
Quam sæpe percepi ante,quamq; denuò
Percipiam. Deip. Et æquum est id quoque,
nec vnq. secus
Videbis,& probe mones & commodè.
Vis autem id,vt quod præmij atq; gratiæ
Adepta es ante tuos labores,denuo
Tibi reponat. Verùm age,& quod grandius
His postulabis munus? At dabit tamen
Hæc dona primas quæ tenent facile,omnia
Hæc inter homini quæ feruntur maxima.
Non falsa dico,noui ego hæc,in posterum
Quod est supremum munus,illud auferes,
Mag.. Ecce id procurans, virgo,quod tua interest,
Curram,puella sic refurgentem omnium
Videbo prima: præmium hoc solum expeto
Mei laboris: videris iam, videris
Quàm pes citus sit vt capessam quod iubes.
Deip. At tu caueto,nocte ne lusa incidas
Illorum in arma qui excubant ad mortuum.
Mag. Istud cauebo. tum gradum placide premam,
Bene cedat vtinam quod subeo,& id assequar
Quod expetis. id autem scio primùm,expetis
Natum videre q. citissime: & idem ego
Dum cupio,curro vel metu periculi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spreto imminentis. Deip. *I, citò, & mihi nuncia*
Hæc expetitæ sis rei lata ocyus,
Vt quicquid erit id aßequar. Magd. *Iußa tua*
Obtemperauero lubens, nam cùm mihi
Sis plurimi, hac re non decoro. quare obsequor.
Deip. *Quin ego tibi me Maria dabo sociam viæ.*
Nam cor dolore dum graui tota ulceror,
Vsq; adeò sollicita manere qui feram
Nunc misera tandem virgo, vbi discesseris?
Magd. *Quod restat, abeamus, ô amicæ virgines.*
Te comite sola gaudeo supra modum.
At hæ soporem non ab oculis eximunt.
Surgite, quid istuc est mora, inquam, ô fœminæ?
Surgite oculorum palpebras resoluite.
Non hunc nitorem qui micans est omnibus
Lunæ in nitore vos videbitis, prope
Aurora lucis nuncia est, prope lucifer:
Demulcet interim tamen oculum sopor
Dulcis suauis ille gratus palpebris
Insedit, & subrepsit altius graui, &
Dolore magno lancinatis cordibus.
Chor. *Sollicita corde turbido noctem integram*
Vigilem oculum huc & huc circunfero:
Celeremus ocyus gradum, ô charißima
Magd. *Nos pectore exeso, anxioq; grauißimis*
Curis, eamus ad sepulchrum ocyßime,
Aliæ vbi somnum palpebris excußerint,
Nos mox quietis consequentur paßibus.
Properemus omnes ocyus, cursu aßequi
Per commodum erit: ego omnibus credo diem
Hunc emicare qui iubar clarum exerens
Solis nitentis libera faciat omnia.
Eamus ergo, Eamus illæ quæ viam
Premunt sequentes pone, simul aliquantulum
Exceperint vocem, celeritate vt puto
Pares columbæ concito cursu pedum
Current: & iterum voce summißa excito
Clare cohortans vt sepulchrum nos simul
Omnes petamus. Sed video eas excitas
Stantesq;, pape q̃ iuuat pulchrum ordinem
Hunc, & decorum conspicere miraculum.
He, he, he, he,
Desiderate ô nate, tertius en dies
Lux spes amicis tertia est, non effluat,
Vel tu me eidem commoris simul iube.
O nate mihi charum & sacrum imprimis caput,
Ecquando misera ego te, aut vbi videbo parens?
O vtinam, ô fili, tu mihi in lucem cito
Venias, relicti mortuorum ianuis,
Speciq;, quam nunc lucis expertem colens
Pluto micare luce vidit maxima.
Primùm vt subisti: Ades, ades, appare, & præ
Iubar aureum auroræ, Deum quando te habent
Omnia. Deum inquam cœlitus missum. Magd. *Ah, ah, ah,*
Desertæ cerno cubilia vigilum omnia.
Deip. *Hoc quid sit? anne aliquò abyit custodia?*
Excesßit autem forte, nobis vt dolum
Aliquem struat? Populus enim fidens, vbi
Rebus potitur, redditur fidens magis.
Magd. *Quid facto opus, ô soror, neq; enim ita iam accidit*
Res, vt voluimus, cuiq; spes sua excidit.
Deip. *Confide, rursum longius firmo pede*
Pergamus. Vtinam repperire mortuum
Benè præparato pectore liceat: Deo
Quicunq; se committit, is sese optimo
Custode seruat. Quin eundum protinus.
Sed vnde nobis qui sepulchri maximum
Lapidem reuoluat? Mag. ah, ah, ô vex & Deus
Æterne, quanam hæc subita motio? aut lapsi
Qui tam repente de sepulchro voluitur?
Quin & sepulchrum cernitur vacuum meo
Domino, abeo iam, & nuncio charißimo
Apostolorum cœtui, sublatio
Quæ facta domini, mox reuertar, & grege
Cum fœminarum hic virgo te iam inuenero.
Deip. *Bene, bene sane quàm celerrimè redis*
Amica: Ego autem deuolutum sic videns
Lapidem, etiamnum stupeo inhorrescens, & id
Miror, repentè qui sepulchri ab ostio
Sic sit reuulsus. Ah sile, mea tu, sile,
Quem credis hunc cui forma fulget splendida
Vt ignis, & qui nunc super lapidem sedet
Totus decorus veste pulcher candida?
Niuem recentem & candidam suo refers
Candore: & ecce qui excubant omnes humi
Fusi huc & illuc mortui tanq̃ iacent.
Ange. *Vos ne pauete, sit procul animis timor.*
Nam quem petitis, hoc in sepulchro nullus est:
Iesus ille rex, crucis modo qui datus
Non in hac vrna clauditur iam mortuus,
Verùm resurgens ille Galilæam petit
Vt præmonuit olim, suis eo in loco
Videndus id em luce clara apostolis.
Accedite. & vacuum sepulchrum cernite.
Abite igitur, abite, & ipsis dicite
Cuncta hæc aperte, quæ ipse vobis nuncio:
Vos dicite, inquam, hæc omnibus, primo loco
Petro, subactum tartarum, Christum excitum
Suo ex sepulchro, tum reuulsum ab ostio
Magno impetu saxum, inferorum principes
Metu solutos, iam relictis ostijs
Cessisse, & vmbras lucis ad terram alacres
Salire, quæ nunc & potentem & maximum
Deum canentes prædicant, cuius cruce
Manuq; fracta sponte vincula omnia.
Deip. *O lucidum hoc solis iubar, nunc iam vt fuit*
Spes nostra, curis omnibus finis datus.
Mactatus hostis cecidit, è tumulo caput
Christus triumphans & resurgens extulit:
Et quæ die ista lætior fuit dies?
Quid euenire gratius posßit mihi?
Quonam ergo fili sic subactis inferis Con-

Contendis? vbi te nate, vbi, & quo tempore
Videbo? ades, ades, & mora posita tua
Offer parenti te videndum aspectui.
Magd. *Citius videbis vt puto q̃ cæteræ.*
Sed vestе amictus candida vt monuit, viam
Carpamus, hoc vt gaudium ingens omnibus
Denunciemus apostolis charißimis.
Abeo itaque hinc primo loco ad Petrum atque eum
Iuuenem, pudore qui suo notißimus,
Lætum ferens illis amicis nuncium.
Nam & ipse nobis qui modo hic apparuit,
Id indicari iußit & Petro. ocyus
Abeo igitur, vt & corpore vacuum locum
Dicam sepulchri, & candida visum angelum
In veste, & eius verba. Iamque illi tamen
Sese ad sepulchrum conspicandum concito
Cursu tulerunt. Credo ego illos omnia
Lustrasse pulchrè. Sed, rogo, quem conspicor
Dominumne forma mihi noua? Deip. *Haud planè scio.*
Conijcere tamen ist nd licet, namque haudquaquã
Accedere aliquem nullius pretij virum
Vilemque, vel forma ipsa, vultusque indicat.
Christ. *Saluete.* Deip. *Salue tu, optime ô fili optimi,*
Rex omnium rector supreme, cui datum
Cum perdito hoste mortem & vnà perdere.
Sincere Rex, Rex integer, Deus potens,
Permitte saltem vt cum metu pedes tuos
Tractemus: cecie enim simul procumbimus,
Et gaudio attonita, & metu, ad pedum oscula.
Christ. *Ponite timorem, nihil & expauescite.*
Quin potius ite, nunciate fratribus
Meis, vt in Galilæam iter flectant, ibi
Vt antè dixi postea me viderint.
Deip. *O splendor almæ lucis, & fulgens decor.*
Quàm grata nunc aurora diluxit mihi.
O ô stupendum splendidæ lucis diem,
O orbis ingens gaudium, ô suauissimam
Lætamque cunctis hanc voluptatem, modo
Quis posßit vllo dicere, aut verbo aßequi.
Perfusa quo mens gaudio mea exilit?
Sed nos vt ipse Dominus edixit, pedem
Hinc efferamus. Magd. *En tibi charissimæ*
Adsunt, ô domina virgines quàm plurimæ,
Aliæque Galilææ puellæ, quæ cito
Gradu ad sepulchrum se ferunt, vt mortuum,
Quem morte victa non adhuc intelligunt
Esse excitatum, corpus vngant: nos simul
Comites eamus ad sepulchrum denuo:
Nam nulla nobis satietas posßit dari
Illis videndis, adeò quæ mira & noua
Nunc contigere, & animus omnia expetens
Nouisse, totus his datus quæ prodiga
Natura profert mira cum luxu frequens
Spectare gaudet. At, at o, quisnam hic candida
Qui veste amictus ore formoso puer
Dextrum sepulchri considens cornu occupat?
Stupore tota exhorreo vultum videns
Fulgore nitidum. Adoles. *Ne quid expauescite,*
Procul omnis absit terror: hoc enim scio:
Vos ô puellæ Nazarenum quæritis
Illum illum Iesum: sed sepulchri se exerens
E mole surrexit: Locum ecce cernite
Vacuum, ergo abite, & nunciate apostolis
Petróq;, Galilææ illum in oris se obuium
Ipsis daturum. Magd. *contremiscens, ac metu*
Correpta, Petrum nunc adeo, & hinc cæteros
Huic amicos, iam secundo deferens
Lætum quod ipsa nunc habeo mihi nuncium.
Nam qui ante paulo apparuit, iussit quòq;
Petro indicari. Semi. *Nos stupore territæ,*
Animisq; consternatæ amicæ, ob insolens
Spectaculum, cursu cito nos ocyus
Hoc à sepulchro distrahamus, quicquid est
Et visum, & auditum tegentes nec viro
Effutientes cuipiam, alto pectore
Dolos prementes illius qui vendidit
Verbum, & timentes gutture elisо exitum
Dignum sepulchrum perditæ vitæ, cadens
Quo mortuum ornat, qui sacras res, hostium
Expositit ad ludibrium in medio, fugam
Carpamus hinc iam, & ista pellamus procul.
Properemus, hosti nil penitus horum omnium
Quæ nota nobis detegentes, sed gregi
Apostolorum, nullum enim cuiq̃ malum
Priuatum, at aliquod forte commune est tamen
Ad veritatem nuncij latissimi
Veri atq; amici. Nullum hic est mendacium,
Quando illud omnes odimus, animum bene
Exutæ eorum vana qui & mortalia
Sapiunt, stupore concitæ pulchro ex metu,
Quo cum Deo ipso pectus armatum gerens
Prudentia, omne de fugit vitium & scelus:
Efferre tale cuipiam nos nunc nefas,
Vt ipsa dixi, dum sepulchrum linquimus,
Nefas & his efferre quoq;, qui mortuos
Modo quo oportet pectore excipiunt suo,
Grati bene & memores: sed eius gratia,
Qui viuit & cuncta aßicit multo metu
Tremoreq;, affectas pauere ad omnia
Quæ dixit ipse, proinde, nos ô virgines,
Hoc à sepulchro submouentes nos fuga,
Nil insolenter dixerimus cuipiam,
Nullo modo hic vt insit aliqua vis mali,
Vnde & malum esse disco nullum, non tamen
Arcana fas est sacra temerè prodere.
Nam quis suo hosti proferet quod abditum est?
Honesta pugnant turpibus semper, dies
Vt nocti, & ipsa lux tenebris, vanitas
Et veritati. Verùm eamus ocyus
Ad apostolos, ipsis amicis nuncio
Vt ingeramus gaudium lætissimo.
At, at, quis hic est nocte quem cerno gradum

Rectà huc ferentem? Nun. O domina, mater filij,
Qualem vlla nunq̃ mulier enixa est parens.
Deip. Tùne aliquis ex nostro grege es nocte ambulans?
Num visus infirmus mihi, nec te optimè
Agnosco. Nun. Amicus & tibi, & tuo, modò
Qui casus est nato, integram atq; innoxiam
Ob vitam, & illa quæ edidit miracula.
Deip. Ecquid noui adfers? quid? loquere celerrime,
Nun. Hoc dico primum nunc tibi. læta exili,
O domina. gaude gestiens: proœmium
Sermonis hoc est: nemo te mortalium
Compellat alio dignius, nam nuncius
Adsum, stupenda miraq̃; omnia adferens.
Deip. Nempe reducem natum nigra ex ditis domo
Mihi nunciabis? Nunc. Nosti, & hoc leuaueris
Sermone nuncium. Tuus venit, tuus
Vt fama constans filium præsto, inferi
Speculetta figit in terris pedem:
Hæc ipsa propter venio tantùm nuncius.
Deip. Nos scimus id quidem: sed vnde tu id tenes?
Agedum loquere, quid dicis, aut quonam modo
Id scis? quid huius ad fidem certam dabis?
Nun. Qui nocte tota peruigil custos vigil,
Et diligenter prouidens tumulo adstitit,
Modo per tumultum nocte densa confluens,
Sese ad sacerdotes citissimo intulit
Cursu, nouum tunc nescio quid creditus
Aperire amicis: quin & ipse maximo
Horrore tactus excubitor, & quæ cohors
Asseditomnis non quidem absque expalluit:
Palloris autem causa quæ foret, meam
Spem præter ipse ingressus vrbi mœnia
Cognoui, eaq̃; cognita placido gradu
Veni, cohortu omnia à tergo audiens
Quæ verba firma non satis fiducia,
Ambage multa, præ stupore illa implicans
Proferret. Ergo hæc ad sacerdotum gregem
Senumq̃; turbam cædu authorem locum
Coactam in vnum vt quispiam decerneret
Effatus: O vos turba scribarum & senum,
Qui cæde dira perpetrata sanguine
Vos polluistis, adsum, vt & vobis, & huic
Vrbi recludam multa inaudita, & noua,
Et mira, morte quæ modò extinctus dedit:
Is cuius ego sum nocte delectus vigil,
Custosq̃;, quem nunc propter etiam exhorreo:
Quòd si adfuisses, tu quidem cui vt mortuo
Nos compulisti adsistere ad tumulum, & eum
Seruare cernens quod nouum est atq; insolens,
Adortus esses hunc precibus. At id volo
Audire primùm liberè an detur mihi
Narrare quæ illic facta sunt: an quicquid est
Silentio premere: metuo enim dicere
Coram tyranno perrimescens impetum
Subitum, & ferocem pectoris superbiam,
Iramq̃; nimiam. hæc ad senum turbam phalanx.
At hi susurro colloquentes mutuo
Hæc inferebant expauentes, leniter.
Iniusta Iesu insontis hæc mactatio,
Ingens vt ignis nunc quasi succenditur,
Non paruus vnde nos maneat omnes timor.
Ergo mora omni nunc adempta, exercitus
Prensandus omnis. Rursus ad vigilum manum
Ora referentes ista dixere: O phalanx
Audito quod ego te velim: si dicere
Quæ grata nobis sunt potes, ne detege
Rem quicquid inde poterit esse incommodi
Damnisq̃; nos præstabimus, si dixeris
Apostolorum clanculum ablatum manu
Cadauer: Addam dona quæ tu censeas
Aequanda nullis proinde non est, principi
Quod efferas aliquid quod ad laudem queat
Verti sepulti, & omnibus nobis paret
Quod ad dolorem vergat & populi animum
In nos furentem & turbulentum concitet.
Custodum ad illa sic cohors. Quando id placet,
Et apud tyrannum quicquid hinc culpæ est mihi
Præstas, eorum nota quæ mihi nihil
Narrabo: Nam mox illa dicentur tibi.
Hic qui sepultus non Deo ipso creditur
Minor, vel illis rebus omnibus prius
Quas fecit olim, vel recens miraculis
Nunc editis, qui de sepulchro se exerens
Quod grande saxum obstruxerat, manentibus
Etiam sigillis obsidentibus locum
Vigili oculorum lumine in gyrum, omnia
Fulgore compleuit, nouo tum nos metu
Exanimauit omnes, terra ab imo funditus
Conuulsa fundo contremuit, ingens lapis
Statim à sepulchro deuolutus occurrit,
Quodq̃; adeò verisimile, quantumq̃; asequi
Possum & videre, vnam videbam, ex æthere
Mox sparsa quædam vox & vt ego suspicor
Deus ipse sonuit voce non soluta pater.
Cœleste tonitru vocis auditæ comes,
Et flamma fulsit ignis in terram sacri.
Concussit æther spiritum, densum nemus
Repressit omnem frondium auram, vt nusquam
Obortus esset strepitus. Hunc ergo virum
Recipite quisquis est, amici, numine
Quantum videtur qui potest q̃ plurimum.
Quin hoc & aiunt ipse vt audio, hominibus
Hunc vim dare illam quæ mala premat omnia
Quo sine secundum nil sit, olim nec fuit.
Si certa fama tesle vero spargitur,
Ego sacra facerem potius illi q̃ Deo
Pugnans, furore percitus, contra datum
Stimulum agerem calces. Cong-pon. Profundus
re sopor
Tunc occupauit: ista sunt mera omnia
Somnia: sepulto te sopore, mortui
Clam corpus ipsi sustulere apostoli:
Sic est, & istud te tyranno dicere

Tan-

Tantum vnum oportet. Ergo tu tace interim.
Accepta nobis, quæ minus sentis tacens.
Munus etiam grande auferes, licet tamen
Tu sponte corpus vendideris, at si palam
Tecerit id à te iam tyrannus audiet.
Custod. Vt multa dicam, non tibi persuadeo:
Ego tamen à te nunc licet malè audiam,
Hoc dico, iam non esse quod in posterum
Sic efferas te, paululum sed comprimas.
Nam quis ferat te corpus autem venditum
Non esse nobis vel palam istud indicat,
Vt nil reprendas, integrum quod cernitur
Sigillum. Eo ipso nam integro, & lapide super
Posito, stupendum ô omnibus miraculum.
Surrexit è sepulchro. Cong-pont. omitte plurima
Hæc verba, dona quæ tibi dantur cape,
Custo. Quando meis tu non sinis dictis locum,
Tuis, vt ipse dicis, absequar: vide
Sed gnauiter, qui me à tyranno liberes.
Cong-pont. Hæc cura nil te reddat hac in re anxium.
Efficiam vt in te fratris affectum induat,
Gentilis vt qui sit tibi terra Ausonum
Pronatus. Ergo abeamus ocyus, interim,
Ne quid timeto, verùm id vnum dicito,
In nocte multa clanculum, & tacito pede,
Me nescio, corpus tulere apostoli.
Cust. Hei mihi misero, ah ah ah.
Pilat. Quis ille qui flens ad fores sic ingemit?
Cong-pon. Illa ipsa certè est mortui custodia,
Adest, ô princeps, & metu præ maximo
Suspirat. Pil. opportune ades, licet indicans
Nescio quid ore. Quidnam ea eiulans, dolet
Gemitq̃;, fare: causa quæ tanti metus?
Cong-pon. Quin illi vt adsunt quicquid est edisserant.
Cust. In nocte multa apostoli, ô rex clanculum
Me nesciente sustulerunt mortuum.
Pilat. Et quomodo istud perditi, tantum mali
Vos intulistis? qui sepulchrum apostoli
Ingressi vt inde clanculum vi mortuum
Efferre possent? qui neq; sepulchrum ingredi
Vidistis aut exire? cuius in viri
Tergum illud omne, nisi in tuum tandem expetet?
Nam te sepulchri dico custodem, facis
Adeò me eo ipso fabula dignum omnibus
Quin præter ipsam quæ fuerit infamiam,
Accedet illud, mortis vt pœnas luam.
Et sic habentes despicatui mea
Imperia fures te fefellerunt? age
Quæ causa tandem clam efferendi mortui.
Custode posito tam frequente? qui, rogo,
Quos fere dicunt splendidis flammis faces,
Quos ipsa præter luna nocte splendida
Dei egeret, ausi istud fuissent, vt locum
In hunc venirent, & manu deuoluerent
Saxum, quod ipsa tota vix turma addidit,
Et cœtus ipse plurimus mecum senum
Suo sigillo obduxit? Haud apostolos
Noui, quibus tu clam cadauer asseris
Raptum: Tua hæc fraus, nil eorum admisero.
Tu vana fingens, me mea sententia
Deijcere tentes? At tibi longa, atq; acri
Oratione opus fuerit, vt tu mihi
Non falsa te narrare persuadeas:
Nam veris atiis sermo non constans tibi,
Sed sermo mutat consilia, neq; permanet
Consilio in vno quod semel coptum est loqui.
Cust. Recte quidem tu Rex putas, vt res habet.
Nam noctem ego insomnem integram vigil,
Nihilq; stertens, tesor hoc tuum caput,
Et cuncta vidi, & nuncius veni illico,
Nec non paratus nocte multa veneram
Vt rem tibi omnem detegens, pœnam quoq;
Vitarem: At hi quis plus sacra prudentia
Possunt apud te, me impulere vt splendidam
Lucem operirer solu. At non me tamen
Oppressit altus lucidi phœbi nitor.
Quin cursu anhelo protinus me contuli
Illos ad ipsos, indicans quicquid mihi
Et visum & auditum fuisset: nil mihi
Tamen acquiescunt vera cùm narrem omnia.
Pilat. Vereor, ô custos, ne mihi vanam hic seras
Inutilemq̃; fabulam: nam non adhuc
Id consilat etiam sit ne corpus apostolis
Sublatum, & ipsa res tamen valde mihi
Suspecta: sed quid ad fidem huius adferes?
Cust. Præceps nimis es, ô rex, priusq̃ rem audias
Vt gesta nocte qualibet nil non potest
Fur grande: verùm id vt reor primùm expedit,
Vt si quis ex his celeritate maxima
Pedum suorum fretus in silentio
Noctu, phalangem præterierit, vinculis
Astrictus & casus frequenti verbere,
Edisceat inde quid sibi facto est opus.
Nam turpe nobis illud, atq; infamiam
Vt omnem omittam, maximum malum, Deo
Id iam sinente vt supplicia facilis manu
Merita exigamus, qui grauè adeò admiserint
Facimus inultos leniter dimittere.
Pilat. Fures ego illos quos mihi cadaueris
Tu dicis esse nescio, planè inquam ego
Nescio, animo suspecta res valde meo.
Suspecta certe. Nam fugam qui carperent,
Et quomodo illi sustulerunt mortuum.
Quem viuum & ipsi maximo trepidi metu
Liquere? Quid quod non adeò grauis sopor
Custodiam habuit, vt sepulchri sperneret
Curam: nec illi quos vel vna ancillula
Audita tantùm eo impulisset vt metu
Ipsum abnegarent, id sua ex audacia
Sumpsere tantum. Cong-pon. Mirum quod nunc
fluctues
In rebus alys firmus, atq; hæc audiens,

Suspe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Suspecta nullam ob rem tamen habes omnia.
Vtinam vir esses prouidus animo, ac manu
Agendo promptus. Sed viro non cuilibet
Natura ab ipsa id est datum vt queat omnia.
Alt aliud munus est datum, tibi
Pugnare, at alijs noße quæ rerum abdita.
Iratus ecquid audiens vultu cies
Ignem furentem, nec putas aliquem ex grege
Sectantium, illum sustuliße clanculum
Et vafrum & astutum manu vt tu vindice
Vtaris illud hostibus tantum expetit.
Pilat. *Tu cùm cohortem luseris, id etiam studes*
Me abducere? horum causa tu sola omnium:
Quæ reliqua nunc sunt, ipse iam cognoueris.
Cong. *Quantum voles tu crede, quando istud placet,*
Atq; vt loquendi sic tibi hîc primùm data
Aequa atq; agendi quod voles potentia.
Nun. *Hæc cuncta fidis cùm recepisses auribus,*
Et perditorum audaciam, qui supprimunt
Alludoloq; ex mortuis Christum excitum,
Vitaq; certa reddituum, accurri illico
Vt indicarem, ô domina quicquid est tibi.
Ergo tibi id tu nuncio quod me excipis
Id persuade quo nihil sit verius,
Quod credo & ipsam vel per vrbem spargere
Famam frequentem, quando custodum ex grege
Non desit & qui vulgus in mundum efferat,
Totumq; factum prædicans, miraculum
Efficiat illud publicum quod contigit.
Quin cuius ore qui frequens hinc venerit,
Rem omnem audies iam: Nam primus veni rei
Nuncius, vt essem te noua acceptissimus,
Et gaudio te maximo perfunderem.
Deip. *Bene tu quidem aduenis, & eius nomine*
Habebo gratiam tibi q̃ maximam.
Ades optimè, inquam, maximi quamuis mali
Nuncius, at eius improbos quod in senes
Magis redundet, falsa qui q̃ plurima
Et vana frustra cogitarunt perdite.
Nam qui sepulchrum turma vigilum, aut additum
Saxo sigillum premeret, & verbi capi
Quod mente nulla posset ad patris sui
Cognationem corpus vnctum, quod mari
Visum ire in ipso, non aliter ac in solo
Firmo, ferenti ex se fatum patrem omnium
Suoq; alentem quicquid vtq̃ est numine?
Qui natus ex me virginis clausiro integro
Emicuit illo qui Deum spirat modo?
Nam nec mihi ille virginis nexum abstulit:
Peperi ego eum, at quonam modo peperi scio.
Excubitor autem morte qui tandem excitum
Sensisset illum, qui vel ipsos angelos
Latet? fatuq; sanguine ex mortalium
Quî corpus ipse fingat? aut quonam modo
Verbum caro ille visus, expers qui fuit
Carnis, suo qui cum patre in cœlo manet,
Quî ventre totum baiulans tuli meo?
Hoc propter ipsi exæstuantes perdito
Liuore scribæ frenduerunt. Nos tamen
O charæ amicæ, nos ad vrnam denuò
Properemus: accedamus ad tumulum prope,
Timore posito cuncta noscamus, sinum
Quæ in amicorum congeramus postea
Vt sese habent. At nos suo cursu quoq;
Ipsi anteuertunt. Cho. *Quin & ipse apostolo*
Cùm iuuene charo Petrus ad tumulum ocyus
Vitalem vt acceßere, & omnia gnauiter
Videre, amicis indicarunt omnibus,
Vt Maria nobis retulit, cui fides
Est habita, prima quæ cucurrit omnia
Scrutata, deinde nuncianit corpore
Vacuum sepulchrum. Deip. *Et illa certè præuio*
Præuertit omnes cursu, ego illi protinus
Socia adiiti, vacuumq; vidi vnà locum
Sepulchri, & ille qui ad sepulti corporis
Caput sedebat, mortui charißimi
Iámq; reduiuii signa certa protulit.
Nos ergo primùm vt nouimus quo se modo
Res ipsa haberet, Maria festinogradu
Properans, idem hoc apostolis dixit simul
Et Petrus ipse cum iuuene casto excitus
Contendit ad sepulchrum, vbi haud alio omnia
Videre, q̃ quo Maria dixerat modo.
At nos euntes pone, rursus ab sequi
Dabamus operam. Sed Maria nunc optimè
Illa ipsa prope adest, quæ quod audiuum simul
Visumq; decet. Mag. *Quid ais, ô castissima,*
Virgóq; generis lætitia nostri, & salus?
Deip. *Quæcunq; dixti te ante vidisse, & prius*
Dixisse amicis, virginum esse in chorum.
Magd. *Vt dicis, ita se, domina, prorsus res habet.*
Et testis ipsa, testis es mihi optima
Venisse mane me ad sepulchrum, & tu tenes
Quæcunq; dixi, quæ repetere nil iuuet.
Certè beatam sola cùm primo vrnulam
Cursu attigissem virgine vna atq; altera
Comitata fundens lachrymarum copiam
Ingentem, & illic assidens, atq; altius
Scrutata cuncta, candidis stolis duos
A parte summa tumuli & infima angelos
Vidi sedentes: hunc quidem ad caput, alterum
Pedes ad ipsos, quos sine Dei numine
Cùm non putarem luce tanta splendidos,
Perculsa simul & gaudio & metu adstiti:
Ibi aure vocem non sonantem quidpiam
Mortale penitus hausi, & ad vocem illico
Conuersa, Christum conspicor vultu nouo:
Ego forma ab ipsa quidpiam non iudicans
Vile æstimandum, procido in terram, pedes
Prehendo: At ipse me statim ablegans, suos
Mittit ad amicos, non tamen ab ipso rudem
Eorum, ab eius ore quæ contenderim
Audire, nempe quòd sit in cœlum ad patrem,
vt ipse

Vt ipse dixit, iam efferendus: nondum enim
Ascendit ille, sed vt amicos antea
Monuit, futurum cursu vt ante verteret
Galilæa in ora, vnaq; degeret, pede
Hæc ima figens: omnia hæc apostolis
Detexi: at illi verba nihili pendere
Mea venientes ad sepulchrum præpete
Celeriq; cursu, & hæc videntes omnia
Quæ resciisti: nam quid illa iuuerit
Repetere, quæ tu noris antea optime
Audita? & ipsa tu tenes quæ videris.
Nam prima quando cum tibi charissimis
Illa audijßes, attonita mirabili
Hac re, nouaq;, me tibi comite, adhibita
Marys duabus tu cucurristi illico
Visura certò quæ ante tantum audiuerat,
Hinc visa cuncta, visus & tibi tuus
Vt addecebat filius: Quin & duos
In agrum amicorum ex grege alios audio
Se contulisse, vt quicquid esset intelligant,
Cernant, & animi de sui sententia
Discant. Et ecce iam futuri nuncij
Ipsis amicis, concito cursu euolant.
Omnes eò nos conuenire commodum.
Nam fortè nobis dominus iterum se offeret
Etiam videndum. Et ecce iam micat Hesperus,
Instantq; tenebræ, ergo ocyus quin tendimus
Quo nunc amicos noctis in caligine
Puto coactos? En domum peruenimus
Mariæ, vbi charos audio occlusa foro
Adesse Apostolos, timentes scilicet
Adhuc latronum barbaram & diram manum.
Quin & seræ omnes ianuæ obductæ, & fores.
Et quo modo autem foribus occlusis domus
Patebit aditus? audijt certè, & sine
Strepitu recluſit Maria chara clanculum,
Vtq; subeamus prouocat. quare domum
Suspensa paulatim pedum vestigia
Sensim ferentes ne metu iam perditos
Turbemus, ingrediamur. En nos vndecim
Nobis amicis, & alijs qui se gregi
Immiscuerunt congregatæ venimus.
Tu denuò ipsas Maria communi fores.
Ita q; silentium imperans volo Cleopham
Nunc audiamus, namq; adest, & plurima
Vt video narrat quæ dominus ipsis palam
Et dixit, & fecit, vt eum ipsum nouerint
In fractione panis. Ais, tacet ace,
Stat ecce dominus has fores intra: nouum hoc
Dignumq; verè maximo miraculo.
Et quomodo autem foribus occlusis adest?
Quin fortè & idem sic sepulchro condito,
Clausoq; surgens exijt, velut antea
Virginis ab aluo prodijt matris suæ
Infracta seruans claustra q̃ castissima.
Christ. *Pax omnibus vobis. Quid obstupescitis?*
Iam vos manus has, iam pedes hos cernite:
Videte propius quod mihi est fossum latus,
Certumque habete, quod ego sum ipse. Spiritus
Sine carne & ossæ, quæ tamen mihi omnia
Manum admouentes vos adesse cernitis.
Vt huc pater me misit, ego sic vos quoq;
Amando in orbem, & spiritu sancto inbuo.
Illo recepto, vos in omnes spargite
Et me, & patrem ipsum, & spiritum sanctum: ite iam
Vos ite chari buccinatores, sinus
Per orbis omnes, regiásq; per domos
Canite epicœnia & triumphi lauream,
Dauidis vrbem rumor hic totam impleat:
Vt norit illum, cuius in manu est salus,
Victo sepulchro, & morte, vitæ redditum.
Vos eritis huius cuncta per terræ loca
Testes mihi. Qui verba vestra audiuerit,
Qui sacra aqua se lauerit baptismatis,
Quæ purgat omni sorde, se tandem locum
In agrum amicorum ex grege alios audio
Is vindicabit in beatorum & gregem.
At qui recusans, verba vestra sprouerit,
Hic infidelis, in locum amandabitur
Atrum & calentem continentibus ignibus.
Hoc propter in vos spiro sancti spiritus
Cœleste numen: Cuius, hoc, cunq; loco
Vincla scelerum soluetis, hic liber quoq;
Tunc est futurus, cuius autem vincula
Premet is arcta criminum, idem vinculis
Astrictus erit his, quæ resolui non queant.
Vinclis ab illis quæ manu nulla queant
Solui, supreme Rex, salus certa omnium,
Qui vincula ipse solueris, me libera,
Quibus mea negligentia miserum, ô dolor.
Inuexuit me: callidus verò inuidens
Seductor impulit altius me munere
Tuo benigno per fidem in te maximam
His cùm videret ante firmis liberum.
Salue, bone ô Rex, sate bono, rex omnia
Regens, mali omnu capite calcato inuado
Serpente, mortem qui hostium summam opprimis,
Ne me iugo horum rursus indigno premi
Permitte. Tu Rex integer, Rex & Deus
Tu solus æquus huc mei iudex veni.
Et quo modo, ô verbum, te ego illo tempore
Intuear? oculos quos tuum in thronum erigam?
Qui me polo terraq; non dignum, & tua
Miser fabrica prodidi: ille perditus
Infensus hostis me profundum in tartarum
Foueámq; misit & chaos vastum: improbus
Impostor vbi me nactus est, sic iugiter
Est persequutus, vt me in orci pallidam
Sedem tenebris, improuidum merserit.
Miserere mei, ô Deus, manus cape, & rege:
Ludibrium me non sine hominum pestibus.
Figmentum ego tuum sum, ô Deus, tu me quoq;
Punito solus, tu feri me leniter
Viuentem, & hinc me ne relegari finias
Aeternum ad ignem: Te, ô Redemptor poscimus,

Egimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eguus iniquè, mente, corpore, & animo,
Gratissimum istud quod tibi peccauimus,
Quod sæpius nos deuij te offendimus.
Serò didicimus quid deceret inscij,
Neq; tamen illo ex tempore edocti, tibi
Præstitimus vnã grata quæ cognouimus.
Lapsum fatemur, tu remittens parcito.
Nam quæ ira pectus concoquit mortalium,
Hæc nulla (scimus) te premit talis. mei
Miserere, ô seruator Deus, néue in meis
Perire sinito noxijs: Nam filius
Tuus ego sum, ancillaq; filius tuæ.
Quin tu ipse, Verbum, gratia mea vnius
Mortem tulisti: proinde ne ludibrium
Permitte me hosti, sed tua virga tamen
Humaniter me corripe: & matrem tuam
Venerandam, o Verbum, admitte, & hos omnes quibus
Vt vincla soluerent dedisti gratiam.
Veneranda, o virgo, casta, felicissima,
Quando beata nunc beatorum in polo
Exuta quicquid fecis humanæ sedes
Aeternitatis pallio ornata, vt dea
Habita, senectæ expers supremo ex æthere
Benigna adesto vocibus meis: preces
Admitte virgo, o inclita hic quando tibi
Verbi parenti, sed supra modum tamen
Legemq; solas inter omnes contigit
Honor. Ego fretus his tibi me audentius
In verba supplex offeram, & suauissimo
Contextam ab horto qua tuum exornem caput
Coronam, o domina, proferam, vt quæ gratia
Modum supra omnem me tua semper leuans,
Me genere quouis casuum eruis omnium,
Hostes apertos, quodq; longe maius est,
Illos latente machina qui me petunt,
Auertis. At tu quod precor summum, id mihi
Concede, vita sic vt exedam, illius
Vt tantum habens te præsidem semper, velut
Ingentem opum vim, te tuum erga filium
Mihi patronum sentiam acceptissimam.
Ne me ergo tradi tu sinas tanã ad crucem,
Ludibrioq; illius exponi, omnium
Iuratus hostis qui sit, & mortalium
Pestis, tuere me atq; ab æterno aßere
Igne, & tenebris, per fidem qua instior
Sum factus, & per gratiam tuam inclitam,
Qua nusquam vlla notior nobis fuit.
Hoc propter, ecce, texo nunc tibi memor,
Gratumq; carmen. O puella, gratia
Aequanda nullis, mater, & virgo supra
Omnes decora virgines, & maxima,
Quæ vincis omnes cœlitum ordines,
Regina, domina, generis humani bonum,
Amica semper ésto tu mortalibus,
Maximaq; quouis in loco mihi salus

GREGORII NAZIANZENI DE REBVS

suis carmina, quibus nos ad piam vitam & Christo dignam occultè cohortatur.

CHriste potens magni domina tor & incola cœli,
Qui quondam cõfertam aciẽ, densaq; cohortes
Pernicioſi Amalec subita formidine tactas
Fregisti, turpiq; fugæ mandare salutem,
Tota coëgisti regionis castra superbæ.
Dum tuus extensas Moses ad sidera palmas
Signantesq; crucem, sublimi in monte tulisset.
Qui tendente manus etiam Daniele prophetæ
In fouea horrendos vngues atq; ora leonum
Vinxisti rabidum pellens de corde furorem.
Per quem etiam magni Ionas é faucibus imis
Exilijt ceti, posq; pia vota precesq;
Tudisset, medioq; manus in ventre leuasset:
Rosidaq; egregios iuuenes nubecula texit,
Assyriam flamma tendentes brachia sursum.
Quique etiam quondam feruentes aquoris vndas
Calcasti, ventosq; graues, fluctusq; feroces
Sedasti, dum discipulos vrgente periclo
Extrahis horrendi iactatos turbine venti.
Quiq; etiam multorum animas & corpora morbis
Soluisti: nam cuncta potes terráque mariq;.
Mortalis verò factus mortalibus agris
Iunctus es, & cuius deitas antiquior omni
Temporis est spatio, tandem cum corpore nobis
Visus es, vt miseros vitæ immortalis honori
Assereres, positq; corpus mortale subisti:
Sic quoq; tu facilis nostræ bone Christe saluti,
Sic quoq; tu facilis venias bone Christe vocanti.
Sic protende manum Deus optime, méque periclo
Eripe, tum bello atq; feris, tum turbine sæuo
Ventorum & flammis hostilibus vndiq; prossum,
Ac solum in cœlos animumq; oculosq; ferentem:
Nang; & fluctus atrox & lamentabile bellum,
Crudelesq; fera, furibundus & impetus ignis,
Sunt scelerati homines, vitæ cerrissima pestis.
Qui claros virtute viros, numénq; colentes
Insigni pietate, odio infectantur acerbo,
Nec grauia horrentes aui tormenta futuri,
Nec quicq; voces hominum vultusq; verentes,
Qui mersum vitijs animum auersantur. Ab istis
Christe tuum famulum remoue, saluúmq; tuere.
Mollibus amplectens alis, animisq; molestas
Aerumnas procul à nobis depelle benignus.

Nec

Nec grauium nostram perturbent agmina mentem
Curarum, quas hic mundus mundique tyrannus
Excitat innumeras miseris mortalibus, intus
Diuinam formam arrodens, miserèque coercens,
Non secus ac dura teritur rubigine ferrum,
Atque omni studio adnitens, præstantior vt pars
Turpiter in terram coalescat, sicque recuruum
Non animus sursum corpus trahat, atque supernis
Addicat rebus, verùm sublime petentem
Terrá animam sternat miseram, studijsq; caducis
Ac limo infectù tam turpi labe notatam,
Vt pro pneumatica iam craßa & carnea fiat.
Namque duplex homini patet atra ianua mortis.
Sunt enim vitij qui fœdum in pectore fontem
Producunt, quibus est scelus atque iniuria cordi,
Queis corpus, queis ingluuies, queis perdita curæ
Consilia, & sese qui turpiter ingenus omne
Eximulant sceleris, tantoque furore tenentur,
Vt iuuet æterna miseros occumbere morte.
Ast alij contrà purgata mente videntes
Numinis excelsi radium: mundique proterui
Exosi sobolem, cui dat petulantia nomen
Vmbroso procul à mundana corpore vita
Aeuum agitant, pedibusque premunt leuioribus orbem.
Cœlestem dominum diuina voce trahentem,
Atque sacrum flamen mira leuitate sequentes,
Vitæ cultores abstrusæ in principe Christo.
Vt postquam illa suæ radios effundere lucis
Cœperit, ipsi etiam nitido fulgore coruscent.
Sic tamen & vitæ spimis lacerantur eorum
Pectora, quippe quibus victum curare necesse,
Cunctáque degendæ quæ sunt accommoda vitæ.
Quinetiam vaser innumeros extrinsecus hostis
Humano generi stimulos laqueosq; dolosos
Mortis adinuenit, specie plerunque decora
Exitium occultans, quoties formidat apertos
Conflictus, nec perspicuo contendere bello
Audet. Talem etenim prorsus mortalibus ipse
Perniciem texit, qualem in fluuialibus vndis
Aes curuum incautis mortem cùm piscibus affert,
Qui vitæ cupidi media in præcordia ferrum
Pestiferum traxere, suumque hausere repente
Interitum, haud aliter sane mihi callidus hostis
Nunc quoniam densas cognouimus esse tenebras,
Accessit pulchro contectus corpore, lucem
Assimulans, vt dum claræ virtutis amore
Ardeo, vicinum in vitium pestemque propinquam,
Et mortis barathrum mens inconsulta feratur.
Nam me connubium strinxit (defluxio vitæ)
Quo nullum maius mortalibus intulit vnquam
Dira Eues vinclum primæua, onerisque molesti
Principiũ: nec me pellexit serica vestis.
Nec verò impensis conuiua structa profusis
Sollexi, variisque cibis differta, voraci
Indulgens ventri, quibus exitiosa libido
Gignitur, & fœdi veneris nascuntur amores
Nec, magnas habitare domos & splendida tecta
Expetij, atque aulas pedibus calcare superbas.
Nec iucunda meam demulsit musica mentem.
Nec mea fœmineo maduerunt membra liquore.
Quin alijs etiam nummos aurique reliqui
Pondera, queis dulce est animos consumere curis
Immensis fixos opibus: breuis atque voluptas
Aerumnas multas comites habet: at mihi cordi
Est panis rigidus, mihi grata obsonia præbet
Sal purum, simplex nulloque instructa labore
Mensa, dein latices mihi sobria pocula fundunt,
Hæ mihi diuitiæ summæ, Christique salutis
Author, qui nostras vehit ad sublimia mentes
Sidera frugiferæ non pinguia iugera terræ.
Non nemus vmbriferum, non grex pinguedine curuus.
Non tardorum armenta boum, non magna caterua
Seruorum mihi congenerum, quos prisca tyrannis
Discrecuit, nomenque duplex infanda creauit,
Ingenuos seruósque pari tellure profectos.
Aut æquè figmenta Dei, sed iniqua secutæ
Post ea lex iuris fregit decreta superni.
Nec verò Laudes hominum famamq; caducam,
Quæ leuibus ventis citius dilabitur, vnã
Appetij, nec Cæsarea sublimis in aula
Insigni florere gradu, nec iudiciorum
Sedibus excelsis residere, & corpore maius
Ferre supercilium, nec magnum robur in vrbe
Ciuibus inque meis multum splendoris habere,
Somnia vana sequens, quæ nunquam firma subinde
Nunc hos nunc alios visunt pariterque recedunt,
Flumina vel manibus præterlabentia carpens,
Aut vmbram tanquam solidam arripiens, digitos q;
In nebulam fluitè mittens nil præter inanem
Vmbram complecti manibus, nubemq; fugacem.
Tale etenim genus est hominum, talu quoque mũdi
Prosperitas, cursus referens vestigia nauis,
Ante impressa quidem verùm delecta retrorsum.
Sola meum ardenti pectus stimulauit, amore
Doctrina argolicæ quam gloria gentis Athenæ
Quæsiuere mihi solúq; occasus & ortus
In quæ multum operæ posui, multumq; laboris
Permultis annis subij sed & hanc quoq; Christi
Ante pedes humilem pronamq; iacere coëgi,
Diuino verbo cedentem, quòd sinuosa
Et varia humanæ mentis regit omnia verba.
Ista quidem fugi: verùm vitare nequiui
Dæmonis inuidiam, specie fallentis amica.
Atque mei totam mœroris carmine summam
Exequar, vt reliqui sceleratos illius actus
Ac fraudes discant oculo vigilante cauere,
Dum latus assiduè cingens vtriusque parentis
Fungerer officio nati, senioque fouerem
Afflictos, luctuque graui, quibus iste superites
Sunt tribus ex natis, spes imbecilla, velutque
Scintilla ex magno tenuis splendore velicti,
Pergratum tibi summe Deus præstare putabam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Officium, legíque tuæ, mortalibus ægris
Qui natos tribuis senij solamen acerbi,
Vt tanq̃ baculo trepidantia corpora firment.
Ex cunctis etenim, qui te metiuntque colúntque,
His summo studio pietatis munera curant:
Vitantésque huius miseranda incommoda vitæ
Legibus edictísque tuis fixere rudentes.
Túque illis tum principium, tum terminus extas.
Illa quidem à patribus fidei pia femina ducens
Natorum aurata deuinxit colla catena
Fœminea in forma mentémque animúmque virilem
Gestans, ac terram fluxique negocia mundi
Hactenus attingens, vt totam ad sidera vitam
Hanc traheret, leuis atque pedem sustolleret ad astra.
At pater ante quidem fœdè simulacra colebat.
Insitus at pulchræ post hæc oleaster oliuæ,
Tantum de pingui radice accepit, vt altos
Obtegeret montes, & dulci pectora fructu
Multorum expleret, veræ monitísque salutis
Instrueret, tum mente senex tum vertice canus:
Lenis dulciloquus, Moses nouus, aut Aaroni
Persimilis, medius quoq; stans hominúmq; Deíque,
Atque ministerijs pueris, nostrísq; sacrorum
Ritibus, (internæ veluti mens nescia sordis
Sacrificat) iungens hominum genus omnipotenti.
Hi mihi principium vitæ tribuere parentes,
Cum quibus haud fas est quenq̃ certare, sed illos
Inter se de virtutis contendere palma
Nil vetat: Hos igitur fractos properante senecta
Sollicitè tractans, spem latam corde fouebam,
Vtpote præclaro perfungens munere, tura
Naturæque suæ exoluens. sed scilicet illud
Verum est, quod barathris tota est via plena malorũ:
Quandoquidem officium nobis laudabile noxam
Attulit infaustúmque habuit res optima finem.
Difficiles etenim curæ densóque ruentes
Agmine, rodentes animum resolutáque membra,
Me totum in terram, de qua mortale creatum
Est genus, assiduè torquent miseréque volutant.
Nam primùm imperio famulos constringere qualis
Exitij laqueus! dominos qui semper acerbos
Oderunt, contráque pios calcare proteruè
Audent, nec prauis placidi, nec iussa bonorum
Explentes, verùm male sano in vtrosque furore
Ardentes, odiúmque animis immane gerentes.
Altera iam sequitur patriorum cura bonorum,
Quódque mihi semper manibus perferre necesse est,
Cæsareum pondus, vocémque tributa legentis
Audire horrísonam. Collatio nanque tributi
Libera permagno conturbat corda dolore,
Diuitias comitans, ac linguæ vincula nectit.
Tum circa turbas animum versare forenses,
Atque humanorum subsellia iudiciorum,
Oppositísque graues dictis miscere tumultus,
Ac legum laqueis fallacibus excruciari.
Hic labor, hic infesta acies, hìc sæpe malorum
Causa bonam superat. Qui verò legibus esse
Præsidio debent, horum venalis vtrísque
Et precio est addicta fides. quòd si sceleratus
Maiori censu circumfluat, optimus ipse est.
Quisnam inter tales homines, nisi numinis adsit
Gratia, tot fraudes, quis tot mendacia vitet?
Aut etenim celeri cursu fuga corripienda,
Cunctáque proijcienda malis, aut pectora chara
Multiplici errorum fœdari labe necesse est.
Vt qui se flammæ propius iunxere vapori,
Aut flammæ aut fumi referunt in corpore signa.
Verùm hac perferri possint: at tristius illa
Dilacerant animum, grauiorique vlcere vexant,
Quæ tulimus postq̃ germanum vita reliquit
Cæsarium, atque etiam posthac perferre timemus.
Nam quos præter spem res afflixere sinistra,
Illi vix vnq̃ possunt sperare secundas.
Nominis eximij, dum viueret ille, fruebar
Splendore (Haud etenim nummorum insana cupido
Me tenuit, visque vlla animum pellexit amore.)
Ast illo extincto gemitus tristésque dolores
Excepi solus. nam quas quæsiuerat ille
Diuitias, partim tellus Nicæa dehiscens
Exhausit, partim manibus fortuna scelestis
In prædam dedit. Ipse autem fera spicula mortis
Vitauit tecti cooperti membra ruina,
Auxilij dextram Christo tendente superne.
O mihi Cæsarij charum & venerabile nomen,
Qui primus vrtutilium fulgebas fidus in aula,
Primam doctrinæ laudem vitæque probatæ
Et morum referens, multísque ornatus amicis:
Multorum ipse quidem curasti corpora morbis,
At pietate tua multorum tristis egestas
Pulsa est. At vero satiasti lumine cæcus
Multorum ora canum, qui me latratibus vrgent
Vndique cingentes miserum: nec ferre propinqui
Auxilium facto curarum mole laborant.
Nec mihi se multi veros testantur amicos,
Hostibus haud multò meliores. quippe priuq̃
Accipiant, magno me complectuntur honore:
Verùm odij virus, simul vt cœpere, profundunt.
Non secus ac magnæ quercus, quam vis borealis
Strauit humi, ramos rapit hic, rapit ille tenellos,
Vsque viatores euersa sæpe nitentem
Purpureis vitem spoliant crudeliter vuis.
Ac truculentus aper syluis nutritus opacis
Et solus degens populatur dente recuruo.
At mihi luctificus labor est, satiare nec vltrà
Omnes iam valeo, nec pellere viribus vllis.
Namque ex quo primùm à mundo fallace remulsam
Ipse salutiferis animam coniungere capi
Consilijs, tota meditans cœlestia mente,
Illáque subuectum procul hinc à carne locauit,
Ac me cœlestis scenæ penetralibus imis
Abdidit: atque oculis lumen mirabile nostris
Fulsit adorandæ Triadis, præclarius omni
Lumine, quæ radijs lustrat communibus orbem,
Omnibus & rebus, dirimit quas tempus ab arce
Aethe-

Aetherea vitæ fons & natalis origo est:
Tempore ab hoc mundo sum mortuus, & mihi mundus
Viribus infirmis ego sum, viuúmq; cadauer
Vita mihi est alibi: verùm sub corpore crasso,
Quod mentis tenebras sapientum turba vocauit,
Illachrymo, & gemitus imo de pectore duco.
Atq; huius cupio laxatus compede vitæ
Et visu nebuloso, & humi reptante solutus
Cœtu hominum, qui falluntur falluntq; vicissim,
Purius æternas oculis res tangere, non iam,
Vt prius, obscura confusus imagine rerum,
Qua vel falluntur peracutæ lumina mentis:
Sed puræ mentis verum ipsum lumine cernens.
Ast hæc posterius nunc autem sumus inanis
Hi sunt & puluis tenuis, quicumq; caducam
Hanc vitam atq; humilem commutauere futuræ,
Quæ certa est, & in omne manet durabilis æuum.
Idcircò me nunc animis hostilibus omnes
Ter miserum sine fine premunt, ac præpete cursu
Obiectam velut ad prædam facilemq; feruntur.
Heu heu Cæsarius, tristis puluisculus, omnes
Qui turbas à me arcebat, curásque fugabat,
Qui mihi dum vitæ dono frueretur honoris
Tantum habuit, quantum nec fratri detulit vllus,
Meque instar charitimuit coluitq; parentis.
At mihi non tanta est lugendi causa, quòd omnis
Census diripitur, manibus dispersus iniquis,
Quem cum pauperibus communem semper habere
Expetij, velut ipse etiam mendicus & exul
Aduenaq; in terra, porrectricémq; bonorum
Numinis ad dextram supplex mea lumina tollens:
Non etiam quòd atrox nobis iniuria facta est,
Quæ vel mitem animum subitam conuertit in iram,
Atq; graui lacerat mortalia corda dolore:
Non quia præceleri fato mors aspera fratres
Abripuit, miro virtutum flore nitentes:
Quantum animæ doleo fatum miserabile nostræ,
Quam velut illustrem dominam formaq; decora
Conspicuam, & claris regum natalibus ortam
Aspicio grauibus vinctam oppressamq; catenis,
Quam manus hostilis bello superauit & armis,
Seruitióque tenet, mœrentem & lumina terræ
Figentem lachrymis stillantia. Talia nanq;
Num passus, talemq; premo sub corde dolorem.
Fama est iniecto cùm quenq̃ dente momordit
Cæruleus serpens, vulnúsq; inflixit acerbum,
Hunc illis tantum iungi sermone libenter,
Vulnere quos dirus serpens affecit eodem:
Hoc etenim tanti solos vim scire doloris.
Haud secus his nostrum nunc cõmemorare laborem
Fert animus, quibus idem amor est, afflictio compar,
Persimilisq; dolor. Nanq; hi dunt axat amico
Excipient mea verba animo, cordisq; gementes
Optima cognoscent mysteria, qui cupientes
Dulce suis humeris pondus plenúmq; salute
Ferre crucis, partémq; in magni regis habentes
Septa atq; aula, simul & virtutis amore
Flagrant, & lapsos luctu miserantur acerbo.
Nanq; alijs risum narrans mea fata mouerem,
Quorum extrema fide leuiter sunt pectora tincta,
Intima nec validus peruasit corda superni
Regis amor, verùm totius tempora vitæ
Vanis impendunt rebus studúsq; caducis.
Sed pereant: quoniam nullo discrimine in omnes
Linguã armant, (telum quo non est prõptius vllum)
Rectos atq; malos. At ego indulgere dolori
Non prius absistam, q̃ me fuga concita tristi
Eripiat vitio, sæuísq; affectibus ipse
Clauem animi imponam, quibus oës hostis acerbus
Nunc portas Belial reseranit, cùm prius essent
Occlusæ, cùm, me tegeret manus omnipotentis,
Atq; esset vitijs occasio nulla propinqua,
Quæ nimium celeri motu accenduntur, vt ignis
Adiunctus stipulæ, donec violentus in altum
Ingentem ventus subuexerit æra flammam.
O vtinam ante meos scopulis immanibus artus
Præruptísque locis texissem & montibus altis.
Nam vita, & cura vitæ carnísq; relictæ
Toto animo Christum ferrem, femotus ab omni
Cœtu hominum, solíq; Deo nullis vitiatam
Sordibus attollens mentem, quoad vltima tandem
Mors bene speranti spatium mihi clauderet æui.
Rectius hoc equidem fuerat, sed dulce parentum
Me desiderium tenuit, visq; acris amoris
Fractum pressit humi, velut æquæ pondera libræ.
Nec verò tam pressit amor, q̃ viscera cuncta
Rodens, & medium scindens miseratio pectus,
Passio cunctarum dulcissima nanq; mouebat
Maiestate sua mentem mihi cana senectus,
Et mœror grauis, & natis orbata senectus,
Insuper anxietas animum formidine terrens,
Dum mihi perpetuo metuunt, dulcémq; laborem
Semper habent, ac me censent pro lumine vitæ,
Aerumnis grauibus pressum licet atq; gementem.
Et cui iucundæ sacrata voluminа curæ
Ante forent (medio quæ spiritus ore piorum
Sculpsit, & egregij duro sub cortice scripti
Gratia fulgorem diffundens pneumatis almi,
Vtilitásq; latens, quam soli cernere possunt
Qui bene purgarint generosæ lumina mentis)
Noctésq; insomnes gratæ, luctúsq; precésq;
Angelicúsq; chori, qui psalmis omnipotentem
Dulciter vsq; mouent flantes, arcúsq; supernæ
Regi mittentes animas in cantibus, atq;
Diuersis eadem modulantes carmina linguis.
Tum ventris labor authoris fontísq; malorum
Atq; oculi, linguæq; quies, moderatio risus,
Et rabies iræ freno compressa tenaci.
Quinetiam ratio sparsum temereq; vagantem
Et passim spectantem animum stringebat habena,
Totúmque ad Christum referebat, spe melioris
Allectum vitæ cœlique cupidine tactum.
Omnibus instabat moderatrix sedula membris
Diuinam ratio tollens ad sidera formam,
Et domino sistens, cui iucundissimus iste
Cordis motus erat, cœlum in sublime volantis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ac pro diuitijs fluxis strepituq; molesto
Qui me etiam noctu per mania somnia vexat
(Visa etenim curas referunt nocturna diurnas)
Diuinus nostris splendor lucebat ocellis.
Fulgidáq; eximy virtus & gloria cœtus.
Omnis at illa animæ periit preciosa supellex,
Quæ prius amplecti clarissima quæq; solebat:
Nilque mihi misero mansit nisi sola cupido,
Ac me præter spem crucians aruma profusis
Sic minuor lachrymis, dubius timidusq; futuri,
Me ne iterum ad vitam referet diuina priorem
Gratia dissoluens curas, omnis atq; repellens:
An prius in medijs me fluctibus illa dolorum
Extrahet hinc, cœlo q̃ nubila cernere possim
Depulsa, vlceribusq; meis adhibere medelam,
Ter miserum lucis cupidum post tempora noctis
Postrema, cùm iam nemo succurrere possit
Flentibus. Hic etenim nobis est prompta medela,
Pòst autem clausa est omnis medicina salutis.
Iamq; mihi canum caput est, rugosáq; membra
Tristi ad occasum vitæ iam prona feruntur.
Sed nondum talem subij tantumq; laborem,
Non quando sæuis agitatum flatibus æquor
Sulcabam, ex Pharia littus tellure Pelasgum
Naue petens fragili, Tauri brumalis in ortu,
Tauri qui tanto nautarum corda pauore
Afficit, vt pauci retinacula soluere nauis
Ausint, atq; ratem vasto committere ponto.
Hic ego bis denis & noctibus atq; diebus,
Supplice voce rogans numen cœleste, iacebam
Ad puppim exanimis. Iactus ait in vtrunq; carinæ
Aequorei fluctus spumam raliémq; vomebant,
Montibus aut scopulis similes, ingensq; cadebat
Vis undarum in eam, sed & omnia vela moueri
Conspiceres, vento in duros stridente rudentes.
Iam verò nebulæ terra caligine cœlum
Fuscabant, crebrisq; etiam fulgoribus æther
Splendebat, validis clamoribus undiq; ruptus.
Tum me donauit Christo, pelagiq; periclum
Vitauit, sanctis precibus votisq; repulsum.
Non cum lata grauis quatereturGratia motu,
Vlla nec auxilij iam spes alicunde pateret.
At tremor horribilis gelidos inuaserat artus.
Nondum etenim sacro Baptismate pectus habebam
Imbutum, quando trahitur lustralibus vndis
Gratia, & eximius splendor, quem Spiritus adfert.
Nec mihi enim fauces quondam vis aspera morbi
Impleßet valido flatu, fauóq; dolore
Opprimeret, vitaq; vias, auraq; meatus:
Non etiam tunc cum male fana vimina mente
Intorquens, oculi punxi temerarius hirquum.
Tum subitus cruor effluxit, luxq; occidit omnis
(Non secus atq; illi, qui cædu crimine dextram
Polluit) erratum luctuq; excepit acerbus.
Nec prius aggredior manibus transmittere sacrum
Spirituale Deo, lachrymis q̃ noxa soluta est.
Non etenim impuro tutum est contingere purum,
Non magis atq; bebetes oculos obuertere soli.
Plurima præterea subij, quis carmine cuncta
Cõmemorare queat, queis me vexánsq; fauénsq;
Ad se diuinum numen sæpe vocauit?
Sed nondum tales incurfauere procellæ,
Quàm quas infelix animus tulit haud ita pridem
Et quibus exolui miserè experit, omnia prompte
Abijciens, nudus queat vt vitare minacis
Vim flammæ, mundiq; manus, facesq; draconis,
Qui rabido gestit mortalia pectora dente
Rodere. Nam Beliæ meamens dulcissima præbet
Fabula. Quis capitis liquidas mihi porriget vndas,
Vt maculas omnes lachrymarum fonte repurgem?
Luctibus assiduis, vt conuenit, horrida plangens
Crimina (nanque animæ vitiorum sordibus atræ
Munere nulla Dei melior concessa medela est,
Quàm fletus, tristisq; ciuis, sacrisq; prementis
Asperitas) vt si quis q̃ sua fixerit in me
Lumina, confestim gelido terrore tremiscat,
Et rapidum studijs melioribus exigat æuum,
Aegyptum nigram fugiens, durósque labores,
Et Pharao immitem dominum, gressuq; supernam
Conferat ad patriam, nec bello captus in altis
Chaldæa maneat campu, lachrymáq; profundens
Fluminis in ripa sedeat, sua musica ponens
Organa de manibus, ramis salicisq; propinqua
Appendens, fidibus nec mollia carmina iungens.
Quin potius seruile iugum, quod colla premebat,
Effugiens, sacram properet contingere terram,
Primus & instauret manibus memorabile templum.
Quam semel vt terram fato grauiore reliqui:
Nulla dies abijt, quanon ardentibus ipsam
Votis expeterem: canósque hæc tanta cupido
Infudit capiti, præmaturamq; senectam
Inuexit: vultúmq; solo demitto, grauíq;
Conficior luctu, vereorq; hominésq; Deumq;.
Vestibus atq; animo mœrens, vocémque coërcens,
Vt lachrymis placidum reddam mihi numen olympi:
Nanq; humiles animos oculo solet ille benigno
Aspicere, & fastu hominum calcare superbos.
Ac veluti Solymis clarum lerichuntis ad vrbem
Pergens, vt referunt oracula sacra, viator
Latronum insidijs ęsi interceptus iniqui.
Vulnera qui misero postq̃ complura nefanda
Inflixere manu, spoliatum tegmine vestis,
Seminecémq; truci linquunt feritate iacentem.
Protinus in miserum leuites incidit, atq;
Sacrificus quidam: tamen est ab vtroq; relictus.
Ast vt Samaricæ pertransijt accola terræ,
Illius extemplo casum miseratus acerbum,
Vulnera sæua ligat facilis, properéq; caballo
Impositum in villam duxit, fudit que medelam
Vicerib⁹, curamque ægri, precium q̃ reliquit
Discedens famulo. Quid tam mirabile, q̃ quod
Flexit Samaricum, qui non virtutis alumnos
Flexerat? Haud etenim, quidnã ista recondat imago
Assequar: externo siquidem velamine multa
Numinis abscondit sapientia magna superni.
Haud mihi disparibus misero procumbere fatis

Conti-

Contigit, ac sacra venientem nuper ab vrbe
Sæuus latro, animis qui nostris tempora vitæ
Inuidet ætheræ, similiferitate cecidit:
Ac mea diuinis spoliauit pectora donis,
Non secus atque Adamum terreni pulueris huius
Casusq; authorem veriti perceptio ligni,
Quem fœdè deiecit humi, qua texerat ortum.
At nunc summe parens animæ miserere precantis,
Atq; à me mortis minitantia tela repelle,
Quem grauiter pressum cernens sacer ordo reliquit,
Pulueri rite liga festinus, ad hospita ducens
Tecta: dehinc vtinam sacram me rursus ad vrbem
Incolumem mittas, maneámq; ibi fixus in æuum.
Submoue àsq; malos fures, callemq; molestum
Vulneráq;, & ficta quamuis pietate tumentes
Sub pietate tamen pectus crudele gerentes.
Ascendisse duos sacrata voluminа quondam
In templum narrant homines: quorum alter iniqua
Turgebat fastu, primas apud omnipotentem
Laudes ex cuncta mortalibus, atq; decorę
Virtutis palmam sibi dans, Pharisæus inanis:
Alter ob iniustos ad iniqua telonia questus
Luctibus atq; grauifractus mœroreiacebat,
Ille quidem inflatus meritorum ex ordine summam
Subducens, legis decimas, ieiunia crebra
Iactabat, prisci q; viris de laude monebat
Certamen, tumido calcans sermone telonen.
Hic verò lachrymans feriebat pectora palmis,
Nec verò in cœlum, sedem Patris altitonantis
Spectabat, verùm in terram seruilia figens
Lumina, flansq; procul fundebat pectore vocem:
Parce tuo famulo Deus optime, parce roganti.
Respice me facilis noxarum mole grauatum.
Non lex, non decimæ, non me benefacta tueri,
Ac dulcem misero poterunt afferre salutem.
Ficta nec in nostrum caput hic conticia torsit.
Quimeriam impuris pedibus contingere templum
Hoc vereor. Sed me ipse Pater lenissime serua,
Inq; hominem stillet tua gratia sancta prophanum,
Quæ spes vna malis abs te porrecta refulget.
Talia dicentes Deus audit, ac miseratur
Quem videt afflictum luctu, spernitq; superbum.
Hos pater aspiciens confectum tale tulisti
Iudicium: hincq; mihi lata est fiducia nata
Ipse miser fateor, sum pessimus ille Telones,
Consimiles edo gemitus, idémq; tuamen
Expecto, veniamq; peto, tua numina supplex
Implorans, si te quondam materq; paterq;
Luctibus & lachrymis sanctè coluere, precésq;
Fuderunt, parremq; tibi tribuere bonorum:
Si puris etiam votis sanctisq; litarunt,
(Nunq̃ etenim quicq̃ te dignum fecimus ipsi:)
Sis memor, ac fer opem, curaq; repelle nocentes.
Nec mihi spinarum constringant guttura rami,
Aut iter ad superum tendentem forte morentur:
Quin potius mea certa Deus tutela salusq;
Illa sum me mitte precor: siquidem ipse tuus sum
Cultor, sum tua sors, teq; vnum numen ab ortu
Perpetuò colui. nam me deuouit ab ipso
Chara tibi genitrix vtero, quo tempore natum
Percupiens Annæ præclaris vocibus vsa est.
Da mihi da puerum summi regnator olympi:
Aedibus imq; tuis omnes tibi seruiet annos.
Dixerat, & precibus flexus de nocte parenti
Designans nomen pueri: prolisq; secuta est.
At verò illa tuis me protinus, vt Samuelem.
Addixit templis, Samuelem si tamen vnq̃
Expressi. sed nunc conferri posse prophantis
Ipse mihi videor natis, quos extulit Heli
Qui fœda ingluuie sanctas à simplice plebe
Oblatas solido rapiebant pectore carnes:
Diuinosq; auidis manibus tractare lebetes
Ausi, luctifica clauserunt lumina morte.
At mea spem genitrix meliorem corde fouebat,
Cùm te natorum donauit parte suorum.
Namq; manus nostras diuinis sedula libris
Lustrabat, corpusq; etiam complexa tenellum
Talia verba dabat: tam vir clarissimus olim
Extitit, intrepidus qui sanctam duxit ad aram
(Res mira.) acceptum diuino munere natum
Currentem ad eadem, sacrum laudabile, charam
Tardiparæ sobolem Sarræ, generisq; potentis
Radicem, quam spes sculpsit, promissáq; magni
Numinis. Abrahamus porrò graue munus obibat
Sacrifici, pecudisq; vicem præbebat Isachus.
Ast ego te viuum Christ o charissime munus
Offero nate, velut promisso nostra ferebat.
Tu facito vt matris votum promissáq; firmes:
Quæ te concepi precibus, queq; optimus vt sis,
Et vita eximia, flagrantibus expeto votis.
Hos tibi præclaros & nunc & postea census
Porrigo. sunt autem multò meliora futura.
Hoc genitricis erat votum, cui protinus ipse
Cedendum in tenera quamuis ætate putaui,
Ac noua mollem animum pietatis forma notauit.
Nutribus at Christi me lotia sacra manebat,
Abiectum alloquio famulum dignantis aperto.
Meq; pudicitia obuinxit, carnisq; catenam
Iniecit. sophiaq; ardenti afflauit amore
Cœlestis, vitæq; huius, quæ coniugis expers
Ducitur, æterni referens præludia sœcli,
Nec costam quærit (proprium quæ corpus amore
Cingit & illecebris damnosum ducit ad esum)
Sed regi supero sanctum transmittit it amorem,
Nec totum Christi dextra omnipotente creatum
Partitur Christo, thalami sociaq; iugalis.
Qui me per strictum callem plenumq; laboris
Ducit ad angustam salebroso tramite portam,
Quam non multi adeunt humano sanguine creti.
Atq; Deo diuum me vexit in æthera, diuum
Factum non genitum, nigráq; ex morte perennem,
Cùmq; Dei socium Seruator imagine corpus
Attrahit, vt magnes durissima pondera ferri.
Heu miser, heu q̃ pestiferis, grauitérq; luendis
Mens mea criminibus læsa est? heu gloria inani
Perfusum mortale genus fastúq; proterno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quàm verè leuibus conferri poſſumus auris,
Aut etiam ſimiles Euripi fuſilis vndis
Voluimur in terra vano ſplendore tumentes.
Nec res vlla manet ſtabilis mortalibus vſquam:
Non virtus, non improbitas: calléſq; propinqui
Inter ſe exiſtunt, vt nec qui crimine mentem
Polluit, hoc ipſum norit, quiſnam exitus illum
Expectet, nec qui ſtudium amplexantur honeſti,
Virtutem ſixam teneant certámq; futuri.
Vtq; metus vitium pellit, ſic liuor iniquus
Virtutem exagitat. Voluit nam Chriſtus vtroq;
Incuruari homines: vt non ſuperabile robur
Ipſius aſſiciens ſurſum tuà lumina tollas.
Optimus is verò eſt, graditur qui tramite recto,
Nec caput ad Sodomæ fumantia tecta retorquet
Quam ſceleratà nouo populata eſt igne libido:
Sed properè fugit in montem patriosq; penates
Eiicit ex animo, ne poſthac fabula vulgi
Linquatur, ſaxumq; ſalu concreſcat in albi.
Ipſe meis porrò teſtis queo caſibus eſſe,
Quàm noſtrum genus in vitium procliue feratur.
Nam qui iucundæ primæuo in flore iuuentæ
(Cùm leuis in molli verſatur pectore ſenſus)
Vmbroſa ſolum ratione, & moribus vtens
Egregijs ducibus ſublimia tecta petebam,
Certa in regali ſigens veſtigia calle:
Nunc cùm collecta eſt ratio, iamq; ipſe ſenecta
Ad finem acceſſi, miſer heu velut ebrius erro
Ac ſæua obliquus pugna me commouet anguis,
Et rectè conſulta rapit furtimq; palamq;.
Interdum mea mens ad regem fertur olympi,
Interdum in mundum deuexo pondere vergit,
A quo animæ grauiter læſa eſt pars maxima noſtræ.
Sed licet improbitas me totum obtexerit atra,
Atq; in me nigrum virus diffuderit hoſtis,
Sepia cæruleas vt ſucco peruomit vndas:
Hactenus ipſe tamen peracuto lumine cerno,
Vt norim quanam productus origine, quóq;
Tendere percupiens, q̃ fœdo gurgite merſus
Infelix iaceam, quámq; altè in viſcera terræ
Corruerim, ſubtérq; etiam in ſpatioſa barathra.
Nec vero illa meam recreant ſolatia mentem,
Verbaq; decipiunt, quæ turpes ſubdola motus,
Auxilio vitiumq; iuuant, prauoq; fauore.
Grandia nec cernens alterum crimina lætor,
Excelſa tanq̃ ipſe ſedens virtutis in arce.
Quid iuuat ægrotum, ferro dum membra ſecantur,
Cernere quos grauius cruciet vis aſpera ferri?
Quid iuuat obſtrictum vitijs ſceleratior alter?
Nam bonus ex meliore queat decerpere fructum,
Non ſecus atq; malus (ſiquidem qui cernit aperte
Vtilu eſſe poteſt oculorum lumine capto)
At gaudere malis perfrictæ eſt improbitatis.
Quod ſi quis turpi vitiorum labe notatum
Cenſeat eſſe probum: doleo, taciteque gemiſco.
Malim, cùm recto ſtudeam, vitioſus haberi,
Quàm vitio indulgens inſti claueſcere fama,
Mendaxq; ignaris mortalibus eſſe ſepulchrum:
Quod licet interné fœtentia corpora claudat,
Calce tamen nitet externa, gratoq; colore.
Ille oculus noſtras gelida formidine mentes
Concutiat, vadijs qui pallida tartara luſtrat,
Qui fundum pelagi mentiſq; arcana tuetur.
Nilq; ſecat tempus, verum præſentia ſummo
Cuncta Deo. Quanam porrò ſua crimina quiſquam
Contegere arte queat? quiſnam locus ille patebit,
Quo nos extrema trepidantes luce tegamur?
Quis feret auxilium? quis magni luminaregis
Faller, cùm rerum purgatrix flamma datura eſt
Iudicium, turpia vitij ſiccamq; leuemq;
Naturam abſumens, & fœdas crimine mentes?
Me lux illa grauì noctesq; diesq; tremore
Aſſicit, æthereo cùm mentem à Patre fluentem
In terram video, & nigro cum puluere iungi.
Quem fugere intentis conatibus ipſe parabam.
Ac velut hiberni ſpatioſa in fluminis ora
Aut pinum, aut platanum, vernanti fronde perenni
Vicinis illiſa terit radicibus vnda:
Ac primum illius retinacula cuncta reuellit,
Cogitq; in præceps pendentem inflectere ramos.
Mox verò nimium paruæ radice retentam
Funditus abrumpit, mediòq; in vertice fuſam
Protinus in cautes impellit & aſpera ſaxa.
Hic & colluuies, & vis pluuialis illam
Inſicit, ad ripamq; iacet ſine nomine truncus.
Sic quoq; noſtram ãam, quæ Chriſto læta virebat,
Impete peſtifero truculentus perculit hoſtis.
Nuncq; infelicis iam magna ex parte peremptæ
Reliquiæ tenues errant, temereq; vagantur.
Quas vtinam clari ſummus dominator olympi
Excitet, ex nihilo qui nos effinxit, & idem
Extinctos rurſus finget, vitæq; ſecundæ
Aſſeret, aut flammis ardentibus excrutiandos,
Aut percepturos æternæ gaudia vitæ.
Sint ne omnes autem cœleſti luce beandi
Affirmare meum non eſt, tibi Chriſte relinquo.
Magne Deus quanq̃ me gens inimica laceſſens
Infirmum exanimémq; vocat, motoq; latenter
Vertice proſequitur ſæuo mala noſtra cachinno:
Ne ſinito hoſtili victum procumbere dextra.
Sed ſpe cœleſti primùm mea pectora fulci.
Ac ne deficiat mea lux, alimenta miniſtra,
Humentiſq; olei nonnullum infunde liquorem,
Qui lychno auxilium ſitienti porrigat, vt lux
Accenſo igne mihi iamiam reduiua recurrat,
Et fruar æternæ præclaro lumine vitæ.
Tum verò ærumnas à nobis diſcute triſtes,
Ventiſq; in latum pelagus committe ferendas.
Atq; auras concede leues. Sat nanq; malorum
Pectoris ipſe mei domuiſti mole tumorem:
Seu vindex meritis mulctans mea crimina pœnis:
Seu velut indomitum varijs duriſq; caballum
Curſibus, ingentiq; dolorum examine frangens:
Seu faſtum reprimens, homines pietatis amicos
Qui facile inuadit, mentis grauitate carentes,
Queis bonitas diuina mali eſt occaſio faſtus:

Seu

Seu documenta volens per tot mala prodere noſtra,
Vt cuncti vitam vitæq; aduerſa peroſi,
Et dubios caſus atq; infortunia iuſtis
Iniuſtiſq; ſimul venientia, præpete curſu
Aeternum meliúſq; bonis properamus ad æuum.
Verùm hæc diuinæ ſophiæ ſunt abdita fundo,
Quæ fluxi documenta ferunt mortalibus æui,
Tam bona q̃ mala: ſed Verbo ſunt optima cuncta,
Multa licet fugiant mentis ſublimia noſtræ
Craſſitiem. Nam tu præclarè vtrinq; gubernas
Clauum huius mundi, quo gens mortalis abacta
Aſcopulis, vitæ malefidas trayicit vndas.
Aſt ego iam grauium confectus mole dolorum,
Te genibus flexis ſupplex obteſtor, vt ad me
Lazarus extemplo veniat flammaſq; calentes
Leniat humenti digito, nec chaſmate vaſto
Vlterius tenear, ſimibuſq; excludar amœnis
Abrahami, arumnis locuples pœnáq; perenni.
Quin potius mihi mitte manum, triſtéſq; dolores
Ipſe ſalutifera quam primùm pelle medela,
Priſcáque nunc in me facilis miracula profer.
Dic, & ſiſtatur profluxio fœda cruoris:
Et grege porcorum ſtimulis furialibus acto
Proruat in pelagus Legio, procul atq; faceſſat.
Excute deformem lepram, cæciſque recurrat
Lux oculis, rurſuſq; meas vox verberet aures.
Arentéſq; extende manus, & vincula linguæ
Solue, pedúmq; malos firma rex maxime greſſus.
Pane perexiguo ſatia, compeſce tremendos
Aequoris irati fluctus, & ſole nitente
Tu mihi ſplendidius radia, corpuſq; grauatum
Erige fœtentemq; reduc ad lumina vitæ.
Nec veluti ſterilem iubeas arefcere ficum.
Prædijs alijs alij Deus optime fidunt,
Et genere & cinere exiguo, faſtiq; fugaci:
Aut aliam quandam ſpem complexantur inanem.
At ſoli tibi ſolus ego ſum Chriſte relictus,
Imperio qui cuncta tenes: in te mihi robur
Omne ſitum eſt, in te fiducia tota ſalutis.
Non animi curas depellet ſedula coniunx
Quæ vel mœrentem dulci ſermone maritum
Oblectare poteſt: nec chara geſtio prole,
Qua ſubnixa velut primos renouatur ad annos,
Nec tremulo terram pulſat pede curua ſenectus.
Sed neq; germanis, nec iam delector amicis.
Nanque illos triſti rapuit mors aſpera fato:
Hos autem cælo ventorum turbine puro
Gaudentes ſimulatq; leui rhamunſia flatu
Inflabilis fidos ſocios commouerit horror,
Afficit, & pauidos gelidus tremor obſidet artus.
Vt verò confecta ſiti cum cerua propinqua eſt
Fontis aquæ gelidæ: ſic nobis vna voluptas
Hæc erat, eximia nimirum laude coruſci
Et virtute graues homines Chriſtúmq; ferentes.
Altius in terra viuentes corpore craſſo,
Aeternum ſtamen ſyncera mente colentes,
Coniugis expertes, contemptoréſq; caduci
Fluxarum rerum mundi. Sed & hi quoq; de te
Hinc atq; hinc ſtantes pugnant, & marte nefando
Contendunt: legémque Dei perfregit iniquus
Liuor, amicitiæ felicia vincula ſoluens:
Cuius nil nobis ſupereſt niſi nomen inane.
Vt ſi quis ſæuum cupiens vitare leonem
Vuguibus occurrat ſuribundæ protinus vrſæ:
Atq; illam rurſus fugiens, adéſque libenter
Ingreſſus, paries dum languida brachia firmat,
Prater ſpem infelix diro feriatur ab angue.
Sic mihi, cùm varijs tenter moueárque procellis,
Nulla tamen miſeros ſanat medicina labores.
Immò etiam quicquid poſtremum occurrerit, illud
Intima peruellit grauiori corda dolore.
Vndique porrò oculos verſans, inque omnibus à te
Afflictus, rurſum Deus ad te lumina tollo,
In quo præſidij ſpes eſt mihi tota repoſta.
O qui cuncta potes, nullo generate, nec vllum
Principium agnoſcens, qui Principium genuiſti
Aeternum natum, lucis ſimilis iubar ingens,
Ex vno arcana ratione fluentis ad vnum,
Nate Dei, Verbum, rex & Sapientia, veri
Author, & archetypum referens, Patríque potenti
Natura æqualis, præcellens. Paſtor, & Agnus,
Mortaliſque, Deiſque, & victima pura, Sacerdos,
Spiritus à ſummo procedens Patre, tenebras
Mentibus à noſtris pellens, & pectora pura
Ingrediens, hominíque ſerens deitatis honorem,
Sis facilis miſero, nec non vertentibus annis
Da precor, vt reliquo mortalis tempore vitæ,
Atque etiam tota poſthac deitate coruſcans,
Perpetuo laudem celebrem te carmine latus.

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM TRACTATVM.

Verſ. 33. Namque & fluctus) Antapodoſis eſt, qua ea quæ ſuperius de Amalechitis, leonibus, ceto, fornace ignis, & mari fluctibus agitato cecinit, ad propoſitum accommodat.

89. Lucem aſſimulans) Gr. Φῶς ἐοικώς. Φῶς enim hic lucem ſignificat, non hominem vt verterat interpres. Opponit enim hic Φῶς σκότει, alludens ad illud Apoſtoli. Satanas ſe transfigurat in angelum lucis.

98. Quibus exitioſa libido) Vetus enim eſt tritum illud Græcorum dictum, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας ὄψειν. Vnde etiã ſuperius πόθεν ὄψεις ὠν vocauit.

108. Eſt panis rigidus) Hic ſe frugali admodũ & ſine arte menſa delectari indicat Theologus, vt ad cuius ſto machũ faciant ſatis ſal, panis & aqua, q̃ tria ſola quarta feria & pro ſabbato à Chriſtianis ſumi Apoſtolos præcepiſſe ſcribit Epiphan. lib. 3. tom. 1. hæreſi. 75. Vſos antè antiquos ſale pro obſonio, iſtud Diogenis indicat cùm Cratero à quo vocabatur ad hoſpitium reſpondit, ſe malle Athenis ſalem lingere, q̃ alibi opiparis veſci epulis

Universidad de Deusto
Biblioteca

epulis. Hinc Horatius, Cum sale panis latrantē stomachum bene leniet. Idem alibi Tigellium cantorē ita laquentē inducit. Sit mihi mensa tripes, & concha salis puri. fortasse & eō spectat quod Cicero in Lælio multos cū eo primis modios salis sumendos præcipit, cum quo amicitia vinculo coniungi desideras. De sale aūt ipso, & cur illum Homerus diuinum, & Plato sacrosanctū vocet, Plutarchus in sympos. disput decad. 5. problē. 10. Plin. lib. 31. cap. 7. ex Varrone, sale pulmētarij vice vsos veteres, illōq; salem cum pane efitasse testis est.

128. Somnia vana) Hoc verbo sæpe vtuntur sacri scriptores ad exprimendam rerum humanarum vanitatem. Vt Iob. de impij felicitate loquens, Sicut somnium auolans non inuenitur: transiet ficut visio nocturna. Ita q; malè in impressis codicibus legitur, ἀμφιπωμένοις. i. circumuolantibus. legendum enim est ἀφιπταμένοις. i. auolantibus: vt & sensus postulat & carminis ratio.

169. Hactenus attingens) Quasi diceret hac vna de causa mater mea rerum fluxarum curam capessebat, vt velut viaticum quoddam sibi ad iter cœleste cōpararet. Nam hoc quoq; loco ΚΘ commodissimè pro facultatibus vitæq; commodis accipi potest. Vt sit sensus, Eam non alio nomine rei familiaris curam habuisse, q̄ vt haberet vnde egregiè de pauperibus mereri posset.

203. Vocémq; tributa legentis) πρακτὴρ enim idem est quod φορολόγος. Alludit enim Gregorius ad illud Iobi 39. Non audierunt vocem exactoris. Est enim profectò hominibus tenuis fortuna admodum atrox & horrenda vox eorum qui exigendis tributis præfecti sunt.

227. Nam quos præter spem) Seneca in Thyest.

Proprium hoc miseros sequitur vitium
Nunq̄ rebus credere lætis.
Redeat fœlix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.

Tot fraudes) In Græco exemplari corruptè legitur δολοπλουίαι. δολοπλοκίας enim in subiiciendo legendū est. Idq; apparet ex eo quod sequitur.

279. Purius æternas) ἐκάθηρεν ἀϊδίους lego in neutro plurali, vt opponatur rebus fluxis & fragilibus, non in masculino vt Aldus.

297. Census diripitur) ὁ Ζεὺς τὸ σιδηροῦν &c. Βίος enim nomine, hîc non vitam, sed opes & facultates significat, quæ à centimanis illis Briareis, qui imperatorij fisci curam gerebant, post Cæsarij mortem crudelissimè direptæ fuerunt. Quod autem sequitur, ἀν ξυνὸν idem est, ac si dixisset, ἀνακτόν.

301. Atrox nobis iniuria facta est) Iniuriam hanc innuit, cuius proxima adnotatione mentionem fecimus.

314. Fama est iniecto) Morsus à serpente neminem alloqui sustinet nisi à serpente morsum. Adagium est quo significamus dulcissimam esse eam consolationem, quæ ab eo proficiscitur, qui ijsdem calamitatibus affectus est, quibus ille, quem consolatur.

336. Virtutis amore) τὸ δίκαιον εἰρηκεν. Mihi cōmodior sensus futurus visus est, si hoc loco τὸ δίκαιον nō ad rerum humanarum prosperitatem referrem, sed ad rectum & inoffensum virtutis amorem. Hoc enim pulchrè congruit cum ijs, quæ paucis antè versibus de animæ suæ calamitatibus luctuosè dicebat.

370. Angelicíq; Chori) Monachos describit quemadmodum & multis alijs locis, sed potissimum in prima oratione de Pace, & in priore inuectiua aduersus Iulianū. Ac beati illi monachi qui huiusmodi exēplar ad vīum exprimunt. Etenim vt est in prouerbio, Multi thyrsigeri, pauci Bacchi.

375. Ventris authoris malorum) Nam ex esu interdicti illius pomi mala omnia nobis profluxerunt. Ventrē malorum authorem vocat in oratione de pauperibus amandis.

379. Quinetiā ratio) Gr. πάλιν παιδαγωγόν. λόγον· ἐπὶ δ' ἐσχάτων χρεῶν. Sic enim habetur tū in Aldino tū in Herwagiano codice. Ego tamen virgulā non post παιδαγωγόν, sed post λόγον pono, & deleo particulā illā inutilem.

409. Ex Pharia littus) Gr. γαῖαν ἐκ φάρου ἐν' ἀχαιδι. i. ex Alexandria in Græciā. Pharos enim insula est Alexandriæ proxima. Et Achaia, alioqui Straboni lib. 8. pars Peloponesi septentrionalis, hîc synecdochicōs pro tota Græcia accipitur, quemadmodum & apud Ouidium.

Cognita res vati meritam per Achaidas vrbes
Contulerat famam, &c.

471. Sacram properet) In Græco legitur ἀνίερος, sed mendosè. Exponit Aldus per sacram, quasi sit ἀνίερος, sed profectò legendum ἀνιέρως, vt ἀ, sit aduersatiua particula, non autem ἀνὰ præpositio.

476. Conficior luctu) Gr. πινδῶ ἀνίξων luctum laturus. sic enim legitur in duobus impressis exemplaribus. Ego tamen pro ἀνίξων substituo ἀίξων, quemadmodum Homerus dicit, δάκρυ ἀίξων. Improprié enim hoc loco futurum ἀνίξων iungeretur cum tot participijs præsentis temporis. Nec enim ait se luctu affectum iri, verūiam in luctu & squallore versari

506. Terreni pulueris) Quemadmodum enim quoad animam omnes Deum patrem habemus, ita & Adamū quoad corpus. Vnde Apostolus, Qualis terrenus, tales & terreni

522. Palmam sibi dans) Ego hîc ὕπτιος, non vt in impressis codicibus ὕπνος. Neq; enim Pharisæus ille primas pietatis apud Deum obtinebat, vtpote qui à Deo propter fastū animiq; elationem reiectus sit: sed ita crista attollebat, quasi nemo ad ipsius virtutem animique præstantiam accederet.

Parti-

607. Partitur Christo.) Gr. χρίστῳ τιμωντ ὃ. i. ita aūm hoīs diuidētis, vt partim Christo seruiat partim vxori.

632. Tecta torquet) Gr. μετατρέπει. i. caput vertit, oculos refert, vt vxor Lothi, non aut ē volutatur: vt interpres verterat. Aliud enim est μεταστρέφειν, aliud κατανεύειν.

651. Sed licet improbitas) Gr. κακὴ ἐκδίνη μίλακτα. Lego κάκη, vt idē sit quod κακία: alioqui quid κακὴ μίλακτα significabit?

681. Nilq; secat tempus) Tempus, inquit, apud Deum nihil secat, nec futurum à præterito dirimit. Apud eum enim omnia sunt præsentia.

741. Sed verba sunt optima cuncta) Gr. λόγῳ μὲν πάντ' φίρτατα δέδεν hîc pro filio Dei accipio, vt sit sensus, Quamuis nos rebus prosperis bonorum nomen tribuamus, aduersis contrà malorum: tamen apud Deum vtræq; optimæ sunt, quippe quæ optima ratione mortalibus à Deo immittantur.

768. Fastíque fugaci) Gr. ὀφρύι σκληρον σῶσα. i. supercilio & fastu breuissimè duraturo.

781. Simulatq; leui) Gr. ὀλίγην φρένα μείωσι. i. ad leuissimam quamq; amicorum afflictionem & calamitatem animo coborrescunt, eósq; perfidè deserunt. Tritum est illud Ouidij, Cùm fueris felix. &c. φρὴξ autem imitium motus corporis significat: Galli seruata nominis origine, frisōn vocant.

792. Hinc atque hinc stantes) Gr. μακρὰν δ' ἀπὸ τοῦδε διακρίδην, &c. Notat autem intestina Episcoporum dissidia, & fœdas de religionis negocio, & diuinitatis cultu concertationes.

CONQVERITVR DE SVIS CALAMITATIBVS.

Sæpe (fatebor enim) in mentē mihi venit iniqua
Carpere voce Deum. Nanque & seruile frequenter
Murmur fert dominus tacito de pectore manans.
Et lenis genitor nati petulantia verba
Excipit æquo animo, nec iusta exactiat ira.
Ergo etiam nostras facili precor aure querelas
Accipe, quas mœrens animus fatóque dolore
Obrutus ac tenebris tibi rex bone mittit ad axem.
Nam iuuat è medio depromere corde dolorem,
Et luctum lenire solet narratio luctus.
Quid me tam dura Deus optime mole malorum
Vexasti, inde ex quo charæ genitricis ab aluo
Fusus ad humanæ veni spiramina vitæ?
Non etenim referam quod me caligine densa
Pressisti, in matris gremio durisque catenis,
Cur terra & pelago tot dura aduersaque rerum
Spicula vibrarunt in me simul hostica turba,
Quóque mihi certum fœdus sociarat amoris,
At que ducum scelerata manus stimulata furore?
Cur & nostrates, & gens longinqua palámque,
Et furtim iaciunt in me aduersaria verba,
Ac miseranda petunt saxorum grandine membra?
Quis cuncta exactè referat, viuóque colore
Exprimat, vt tanto non cedant verba dolori?
Omnibus vnus ego notus non arte loquendi,
Nec quia corporeo reliquos ego robore vincam:
Sed me nobilitant gemitus, tristèque dolores.
Ac velut horrendum latratibus vsq; leonem,
Vndique me rabido morsu petit impia turba,
Quáque oritur Titan, quáque ignea subtrahit orbi
Lumina. Quinetiam quondam reor esse futurum,
Vt quis contracta rugas & seria mentis
Discutiens epulis, vel iter fortasse capescens,
Vel cithara pulsu curarum nubila pellens,
Vatáque nostra canens muta tristissima voce,
Gregorij nomen memoret, quem parua feraci
Cappadocum in terra tulit vrbs Diocæsariensis.
Sunt quibus immensos tribuas bonus æris aceruos,
Sunt quibus egregiam sobolem, formamq; nitentē,
Nonnullis decus eloquij, vacuúmque timore
Pectus: at ipse mihi nomen famamq; parasti
Ob vitæ arumnas atque ægmina seua malorum,
Atque omnes in me fixit tua dextera sagittas.
More quidem tibi cructor, sed dissimilare causa.
Non etenim eximij cuiusdam militis instar
Viribus ipse meis fultus cum dæmone sæuo
Luctor, vt egregiè posita certamine palmam
Des mihi, succingásque caput victrice corona.
Nondum ego sum tantus, nec gloria tanta dolores
Consequitur. vel ùm scelerum me soluere pœnas
Sentio. Quod verò scelus est ex omnibus illud,
Quod te præreliquis tam dura concitat ira?
Iam retegam arcanū, quod mens altissima claudit,
Crimina nanque tegit, tacita qui voce fatetur,
Cùm tibi me totum addixi penitúsque dicaui,
Cunctáque præsentis calcaui commoda vitæ,
Excelsamque tibi tollens ad sidera mentem,
Carnis ab illecebris nexúque & amore remoui.
Cumque animum regeret ratio, doctrinaque sacra,
Omnes ipse mihi longè superare, caputque
Altius in superas sedes efferre videbar.
Quæ res inuidiam peperit mihi, damnáque multa,
Aerumnásque graues, quéis nulla exaluere mentem
Arte queo: sic me tua gloria vexit in altum,
Atq; eadem rursus me gloria traxit ab alto.
Nanque tua in mentes semper furit ira superbas.
At verò, & mihi qui cupitis benè, quique maligno
In me animo ardetis, quid dicam, attendite quæso,
Et semel acceptum fidis committite chartis,
Omnis vt hoc ætas noscat ventura nepotum.
Ipse recusaui sedem sprenique paternam.
Haud etenim fas est diuina infringere iura.
Illi lex sedem tribuit, plebémque regendam:
Ast ego grandæuis iuuentia brachia palmis
Suppositi, iussíque patris precibúsque patrui
Cedendum, patris, quem non ego solus honore
Affeci, sed & ille etiam dictabat ouili
Qui procul à nostro seniumque parémque senecta
Splendorem venerans animæ, radiosque micantes.

Ast

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aſt vbi qui noſtræ moderatur tempora vitæ
Iuſſit, vt externa Chriſtum regione, ſacrumq́;
Flamen ad ignotas gentes ſpinoſáque ferrem
Arma: licet tenuis pluuiæ ſim guttula, magnum
Numinis auxilio populum tamen ipſe rigaui.
Vt verò ad patrios idem remeare penates
Me voluit, morbis natum curiſque moleſtis
Cura homini porrò crux & lethale venenum eſt)
Exiguè feſſos recreaui corporis artus,
Inſigni paſtore dato, ne præſule caſſas
Aggrederetur oues quisq́ rapt ásque voraret.
At poſtq́ plebíſque duces, plébſque ipſa moueri
Cœpit, & incertis animis nutare fidéque,
Ob deſiderium ducis, inſultúmque ferarum,
Quæ Chriſto intactæ nato de ventre parentis
Amentes mentē extorquent, mácumque relinquunt,
Pars hominum noſtris omninò incredula morbis
Vſque meo tacitum lacerabat murmure nomen,
Méque pium nimio populum contemnere faſtu
Cenſebat, ſi non verbis iactabat apertis.
At cernit noſtros, qui cernit cuncta, dolores.
Iudicium de me rurſus pars magna ferebat.
Somnia vana ſequens, quæ cuique inſana cupido
Finxerat, vt pleroſque ſolet componere ludos:
Aut Deus hoc etiam regebat, dum mihi latum
Obtentat finem, ne ſpes triſtiſſima mentem
Conficeret, ſiquidem poſtremo ætatis in actu
Me quoq; dura nimis premerent incommoda rerum:
Ergo demiſſa ſupplex ceruice potentem
Chriſte tuam ſubeo dextram, captiuáque tendo
Brachia. Ius alijs eſto vindictáque curæ.
Nil ego iudicium mundi moror atque tribunal.
Quocirca me ſancta ferat tua Chriſte voluntas,
Quo me cunque ferat, nullo cum murmure pergam.
En cernis quanto miſer obruar ipſe dolore.
Vatis ego ritu premor alto pectore ceti:
Relliquias miſeræ tenues tibi porrigo vitæ.
At miſerere precor, fatique vrgentia tela
Comprime. quid tanta me vexas mole dolorum?
Non etenim his ſolis, quibus eſt charißima virtus,
Chriſte ſalutiferum ſudiſti in morte cruorem,
(Tempore quo ſummæ cœli delapſus ab arce
Veniſti in terras, iunctus (mirabile dictu)
Humanæ carni Deus immortalis, & omnes
Corporis atque animæ detergens ſanguine labes.)
Nec mea criminibus ſola eſt mens tincta nefandis,
Quippe alijs multis, ſcelerum quos ſarcina maior
Curuabat, veniam facilis laudémque dediſti.
Tres ſacra commemorat claros doctrina telonas,
Matthæum, Zachæum, & qui pia vota precéſque
Fundebat lachrymis diuina oppreßus in ade:
His me ſancte velis genitor ſubiungere quartum,
Corpora tres rurſus reſoluta habuiſſe leguntur,
Qui vili in lecto, qui puro in fonte iacebat,
Atque ea, quam miſere vinctā afflictámque tenebat
Spiritus: his me iunge pater ſanctißime quartum:
Denique tres vita functos ad lumina vitæ
Vox tua reſtituit, nigróque extorſit Auerno.
Prima reſurrexit Iairo prognata parente,
Tum viduæ ſoboles, tumulo poſtremus opaco
Fœtidus, & media conſumptus parte repente
Lazarus exilijt: tribus his me iungito quartum.
Atque & nunc dulci medicamine pelle dolores,
Et vitæ expleto curſu mihi certius ævum
Annue, méque hilarem ſemper tua gloria ſeruet.
Me duce plebs habuit fidei bona pabula ſanæ:
Nunc ſi corporeo mens noſtra è carcere migret,
Præſule, Chriſte, velim poſthac meliore fruatur.
Quòd ſi non dabitur melior, Deus optime ſaltem
Ille minus duris rerum iactetur in vndis.
Nam qui alios grauibus morbis purgare laborat,
Nō decet hunc hoīem grauibus langueſcere morbis.

SCHOLIVM.

Verſ. 54. Crimina nanque tegit) Qui, inquit, priuatim peccata confitetur, tegere potius atq; occultare peccatum videtur, quàm fateri. In Aldino non κρύπτει legitur, ſed διφθείρει, i. lacerarit, ſed vitioſè, vt opinor. At certè ſenſus erit: qui peccata retinet, ea potius lacerat q̄ ſanat, ſed prior lectio magis arridet.

AERVMNAS SVAS LVGET, CHRISTVMque obſecrat vt ſibi vitæ finem afferat.

Pónte mihi longè charißime, patria tellus,
Vóſque etiam externæ ſedes, viridíſque iuuentus,
Atq; ſenecta grauis libitinæ proxima triſti.
O doctrina nimis vano quæſita labore,
O etiam doctrina ſacri mihi munere parta
Spiritus. ô vrbes atque horrida rupibus antra,
Aëris à noſtro pellentia corpore tela,
Omnia quæ ſubij cupiens me adiungere Chriſto,
Quí ſit vt vnus ego ſalebroſo tramite curram,
Ac mea perpetuis quatiatur vita procellis?
Nec ſemel in terris veſtigia figere læta
Conceßum eſt miſero: verùm perfuncta labore
Membra nouâ rurſus eruciantur mole laborum.
O patris æterni Sapientia, dic age, quæſo,
Dic age, tantorum quæ ſit mihi cauſa dolorum.
Cur labor egregios homines exercet & angit?
Impia cur nullo vexatur turba labore?
Supplicijſque ſcelus meritis tua vindicat ira?
An potius purgas animos fornace dolorum,
Eximere vt ſordes ſuluo ſolet ignis ab auro?
Anne etiam valido me vis inimica furore,
Vt Iobum prius, aggreditur, pugnáque laceſſit,
Túque tuum pugilem molli perfundis oliuo.
Nudatúmque paras ad magnum & nobile bellum?
Vt poſtq̄ illuſtri tulero certamine palmam,
Me collaudatum dones mercede perenni.
Hæc tibi Chriſte quidē ſunt cognita, nanq; gubernās
Arcanis totum ſapiens rationibus orbem:

Quarum pertenues radios lucémq; tuemur,
Dum luteum gerimus corpus, dum lumina tarda.
Aſt mihi iā mi ſeros languor grauis occupat artus,
Iamq́; animam leuis aura tenet, iam pallida mortē
Intentat mihi mors confecto mole malorum, (cū,
Queis me inimica phalāx vrget, queis me agmē ami-
Qui dolor eſt omni maior grauiorq́; dolore.
Hinc lachrymæ & medio ſuſpiria pectore manant,
Atq; tuis pedibus ſupplex aduoluor, & oro,
Dauitæ finem iam magna ex parte peremptō,
Da requiem ſeſo: leuius me transfer ad æuum,
Quod mihi cauſa fuit, curtanta incommoda ſortis
Pertulerim, firmoq́; ingentes corde dolores.
Cœtibus angelicis ſupera fac iungar in arce,
Iungar in arce precor felix, vbi gloria magna
Numinis illius triplici ſplendore coruſcat.

DE HVIVS VITAE VANITATE ATQVE INCERTITVdine communiq́; omnium fine.

Ovtinam vel hirundo forem, vel more columba
Aëra diuiderem pennis, vt perpete curſu
Labilia effugerem miſeranda pericula vitæ.
Aut ego deſerto verſarer ſolus in antro,
Cumq́; feris agerem, quidquid mihi ſuppetit æui,
(Nanq; minus dubia in brutis, minus inſidioſa,
Quàm genere in noſtro, lucet probitas æq́; fideſq́;)
Inq́; diem traherem vitam, quæ neſcia luctus,
Neſcia curarum & pœnæ miſerabilis eßet:
Dum tamen hoc vno præſtarem nomine brutis,
Quod mentem æternæ gnaram deitatis haberem,
Summaq́; contemptis tenderem ad ſidera terris:
Tranquilla vt vita lucem radióſque perennes
Colligerem, ſpeculámque adeò ſubuectus in altam,
Voce grauí cunctis mortalibus iſta ſonarem.
Mortales homines humenti ſemine creti,
Cùm nihil omnino ſitis, mortique profundæ
Viuentes, faſtu mentes inflectis inani,
Nunquámne in vanis rerum & mendacibus vmbris
Falſi fallentes, temere in tellure vagandi
Finis erit vobis? animo nam diſpice cunctos
More meo (mihi nanq; ingens rerúmque bonarum
Lætarúmque Deo donante peritia pars eſt)
Mens porrò facili defertur ad omnia motu.
Viribus eximijs erat ille, & flore iuuentæ
Conſpicuus, ſociíque gregis columénque, decúſque,
Altigradus, valido membrorum robore florens.
Luciferum hic rurſus formæ referebat honore,
Cunctorúmque oculos ad ſe mentéſque trahebat,
Inque viris id erat quod Ver in partibus anni.
Hic bello horrendum Mauortem æquabat & armis.
Ille palæſtritæ clarus, venatibus alter
Nobilis, atq; feras doctus proſternere ferro.
Feſtiuíſque epulis alius dapibúſque vacabat,
Indomito quærens & ab æquore pabula ventri
Et cœlo & terra, ſeruis Geniíque gulæque.
Nunc ſtratæ vires, vultum quoque ruga ſenilem
Turpiat arat, celeri fluxerunt omnia curſu.
Acceßit ſenium, diffugit grata venuſtas,
Atque voluptates carnis, paulúmque moratur
Iam ſuperos apud, at maiori ex parte ſub orci
Imperio eſt, mortíque caput ſubmiſit acerbæ.
Hic rurſus varia doctrina laude tumeſcit.
Hic generis ſplendore ſui, magniſque ſepulchris,
Aut ſubito nactus diplomate nobilitatem.
Conſilij primas media tenet alter in vrbe,
Illiíſque omnes vna præconia voce
Concelebrant. alius ſtulto inflammatus amore
Condit opes, animóque augendi inſtat aceruis.
Hunc iuuat excelſo ſolio dare iura ſedentem,
Atque vtrúmque pari cauſas expendere lance.
Sanguineo hic rurſus panno & ceruice reuincta,
Imperio totum moderans & legibus orbem,
Ipſa quoque excelſi faſtidit culmina cœli,
Ac ſpes mortalis male ſana mente perennes
Concipit, & veluti certo ſibi plaudit honore.
Hæc modo, poſt autem tenuis puluiſculus omnes,
Omnes ſorte pari, ſeruíque & ſceptra ferentes,
Pauperies quos dura premit, quos copia rerum
Effert, nos omnes eadem caligo domúſque
Excipiet, nec plus quicq̄ eſt in morte ſuperbis
Quàm mage quòd celebri luctu celebrantur eorum
Funera, magnificúmq; magis tegit oſſa ſepulchrum,
Nominá que in grauibus ſaxis inciſa relinquunt.
Et quanq̄ ſerò, tandem tamen omnibus vna
Sors iacet, vt morti penſum eſt fatale tributum,
Oſſa infirma ſumus cuncti putredine fœda,
Et capita horrenda aſpectu, ſpoliatáque carne.
Iam ceßat faſtus, iam triſtem ærumna labórque,
Pauperiem linquit, iam nec febris vlla dolórue
Auditur, nec crimen atrox, nec fœda ſimultas,
Nec graue flagitium, nec habendi plura cupido,
Omnia nobiſcum mors obruit, omnia claudit,
Donec nos aliud tandem comitentur ad æuum,
Credita cogetur cùm reddere corpora tellus.
Hæc ita cùm ſe habeant, voces audite monētis,
O mea progenies, natos nam dicere poſſum
Iure meo, quoniam ſpatium mihi longius æui
Decurſum eſt, mórſque vrget atrox, foribúſque propinquat.
Huc agite hunc mundū, quæque hic incerta ferūtur
Calcantes, fraudéſque malas, quas nectere gaudet
Terrenus princeps, rapiens aliena, cruento
Vulnere qui noſtro generi peſtémque necémque
Inuexit, celeri vulgi præconia curſu
Linquentes, faſtum generis, ſubſellia magna
Cúmque opibus vanis inſidæ proſpera vitæ,
Empyreas ſedes, æternáque regna petamus,
Plurima vbi ſanctæ Triadis præſtantius omni
Eloquio lumen clariſſima lumina cingunt.
Cætera turba hominum talorum more voluta
Huc illúcque cadat, damnoſáque gaudia captet,
Aut circunfuſis oculis caligine denſa
Quærat iter, muros priuatáque lumine palpet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD SEIPSVM PER INTERROGATIONEM ET RESPONSIONEM.

SErmones vbi sunt? vbi linguæ verba diserta?
In ventos abiere leues. vbi læta iuuentus?
Fluxit. vbi mortalis honos & gloria vitæ?
Abscessit, celeriq; fuga me perfida liquit.
Corporeæ vires vbi sunt? vis aspera morbi
Fregit eas. Vbi opes? partim Deus obtinet illas,
Partim etiam manibus liuor sceleratus iniquis
Tradidit. At gemini fratres, sacriq; parentes?
Mors rapuit, raptósq; leues demisit ad vmbras.
Restabat natale solum, sed & hoc quoq; sauis
Fluctibus oppressum stygius me depulit hostis.
Nunc procul à patrijs disiunctus sedibus erro,
Infelix agitans æuum, infirmamq; senectam.
Non mihi iam thronus est, non vrbs, iucundaq; proles,
Quin potius natos miseranda torqueo cura.
Inq; diem viuo profugus, nec mi datur vsq;
Tuta quies, certáq; pedem defigere terra.
Quò iaciam corpus? quis me manet exitus æui?
Quæ tellus, quinam tumulus teget hospitis ossa?
Quis porrò digitis morientia lumina claudet?
An quisq; pius, & Christi succensus amore?
An vitæ horrendus maculis, vitijsq; perustus?
Ista quidem leuis aura ferat. nam mente pusilla,
Atq; parum forti quis me non diceret esse,
Si grauis ista meis hæreret cura medullis,
Marmoreóue aliquis condat mea membra sepulchro:
An contrà tumuli priuatum corpus honore
Præda feris, sæuisq; auibus, canibusq; futurum est?
Quod si etiam libeat, rapidis absumito flammis,
Et lectos cineres in cœlum sparge vel altos
Ferreus in scopulos, præruptáq; saxa cadauer
Abijce: vel fluuijs etiam putrescat & imbre.
Non ego diuinos oculos ex omnibus vnus
Effugiam, nec, cùm mortalis turba coibit
Iudicij æterni vocem audiutra tremendam,
Solus ego è tanto cœtu numeròq; relinquar.
Atq; vtinam linquar. nam tum plerisq; latere
Vtilius fuerit, q̃. tantæ accedere luci.
Verùm omnes extrema dies à finibus orbis
Colliget, atq; Dei iussu coniunget in vnum,
Sit licet in cineres quisq; dilapsus & auras,
Membráq; perdiderit violenti iniuria morbi.
Astsubeunt gemitus, subeunt luctúsq;, pauórq;,
Dum memori verso diuinum mente tribunal,
Flammisq; vndantes fluuios, & nigra barathra.
At tu Christe meæ moderator maxime vitæ,
Es patria, & vires, & opes mihi, deniq; cuncta,
In te vtinam extremos sensus, vitámq; profundam.
Tuq; mihi ærumnas tristes in gaudia verte,
Verte precor, misero tribuens felicius æuum.

ADVERSVS DIABOLVM.

VEnisti sceleratè (tuas intelligo fraudes)
Vt me directo virtutis tramite pulsum
Sedubus æthereis, & dulci lumine priues.
Subdole cùm tenebras superes caligine, quid tu
Candidus accedens lucem mentiris amicam?
Nam tua non animum fallent mendacia nostrum.
Cur me tam sæuo exerces sine fine duello,
Exitiúmq; mihi & bello moliris aperto,
Et rem fraude geres? quo tanto percitus æstro
Inuidiæ aggrederis veræ pietatis alumnos,
Inde ex quo manibus fictum patris omnipotentis
Eiecisti Adamum paradisi sede beata,
Insidiásq; bonæ struxisti perfide legi,
Vitáq; nostra cibo corrupta est dulcis amaro.
Quo te quaso modo fugiam? quánam arte dolores
Ipse meos minuam? quænam fomenta parabo?
Tu minimis primò vitijs in pectora nostra
Influis, ac velut exiguis illaberis vndis.
At simulatq; tibi datus est locus, illico magnus
Irrumpis, rapidéq; fluens latissimus amnis,
Donec me chaos arripiat barathrúmq; profundum.
At verò celeri quamprimùm abscedito cursu,
Atq; alijs sauásq; manus vngués q; nefandos
Inijce: nimirum populis atq; vrbibus illis,
Ignotum quibus est stellantis numen olympi.
Nanq; ego pars Christi templíumq; & victima nunc sum:
Pòst Deus existam, æterno cùm mens mea nexu
Iuncta Deo fuerit. Regi iam cede superno,
Figmentoq; Dei. tibi sit diuina pauori
Ira, chorúsq; pius, cælesti lætus in arce
Diuinas celebrans æterna in sæcula laudes.

SESE COHORTATVR VT AD DEVM mentem conuertat.

QVid te tam longè à Christo ferus abstulit hostis
O anime infelix, linguam furatus & aures
Atq; oculos: quid tu tam longè à luce vagaris,
Et desideriis feruens, curisq; molestis,
Atq; metus vanos metuens & fraudibus illis,
Quas tendit sacer ordo tibi noctésq; diésq;,
Tabescens, pectúsq; ardenti concitus ira?
Desine iam mea mens incerta sede vagari:
Nec te cœlestis capiant obliuia vitæ.

Dum

Dum carni tete adiungis vitijsq; propinquas,
Quæ tibi corporeæ tristis contagio massæ
Perspicuè tacitéq; parit. sed enim omnia vitæ
Commoda versetur tumidis grauibusque procellis,
Omniáque hic tempus talorum more volutet,
Diuitias, famam, vires, formæque nitorem,
Quæ dominos persæpe suos malefida relinquunt.
Ast ego syncero complexus pectore Christum,
In spe semper ero, donec mihi cernere detur
Vnitæ Triadis clarum & venerabile lumen:
Cùm carni sociata suæ cœlestis imago
Cœlitibus tandem superà iungetur in arce.

CARMEN LVGVBRE PRO SVA ANIMA.

SAepe suum miserè luget noua nupta maritum,
Quem rapit ante diem grauis inclementia fati.
Tristésque orditur lachrymis perfusa querelas:
Ac lateri hærentes famulæ, æqualésque vicissim
In lachrymas gemitúsq; ruunt, & carmine tristi
Acria subijciunt validò fomenta dolori.
Quinetiam raptum properato funere natum
Extulit illachrymans genetrix, fauóq; dolores,
Quos sensit pariens, auget grauiore dolore.
Est alius patriam qui sedem hostilibus armis
Lugeat oppressam, flagrantésq; ignibus ædes.
At mea mens quemnam ipse tuis effundere luctum
Casibus æqualem valeam, quam pestifer anguis
Occidit. formæque Dei miserabile virus
Exitiumq; tulit? Iam iámq; erumpite fletus,
Peccator grauis illachryma: nanq; vnica mentem
Hæc ratio curare potest, morbóq; leuare.
Mox linquam dulces epulas, charósq; sodales,
Mox decus eloquij, mox nobilitatis honorem,
Magnificásq; domos, & opes, & prospera mundi.
Linquam etiam Phœbi præclarum & amabile lumen,
Ac cœlum, & liquido fulgentia sidera cœlo,
Hæc mea victuri tandem post funera linquam.
Astego deuincta in lecto ceruice iacebo
Lumine vti alis cassus mœrentia corda
Luctibus extremis satians & ab omnibus amplas
Vndiq; percipiens laudes non tempore multo:
Post lapis, internoq; madens sartore cadauer.
Nostra tamen leuis hæc tangit præcordia cura.
Sed diuina grauis mentem formidine libra
Concutit. heu quid faciam, quanam arte valebo
Effugere obscœnæ labes & crimina vitæ,
Nubibus in densis latitans, nigrisue cauernis.
Atq; vtinam vitio liber locus esset ab omni,
(Omnibus vt memorant vacuas morbisq; feris q;
Sedes esse aliquas) vt eò fugitiuus abires
Vitantur terra magni discrimina ponti?
Obiectoq; grauem clypeo vitaueris hastam.
Arcetur tecto nix cana & frigoris æstus:
At vitium latè fusum est, nec sedibus vllis
Clauditur, vt nulla possit ratione caueri.
Helias igniuomo peruenit ad æthera curru:
Ac pius edictum Moses crudele tyranni
Fugit, inaudita puerilis in pectore ferrum
Qui fixit rabie. Ionas in pectore ceti
Obscuram effugit mortem, faucésq; leonum
Eximius vates Daniel, flammamq; calentem
Assyrij iuuenes: at qua ratione medebor
Vulneribus magnis animæ, vitiumq; cauebo?
Non opis hoc nostræ: tu me pater optime serua.

MOSIS DECALOGVS.

HAs patris æterni bis quinas dextera leges
Insculpsit saxu: tu verò inscribito cordi.
Nullum aliud tibi numen erit, nec quem mihi debes
Cultum, diuiniumq; aly præstabis honorem.
Ne statuas vnq̃. simulachráq; mortua fingas:
Néue tui Domini lingua tere nomen mani.
Sabbata legitima tibi sunt seruanda quiete,
Tam quæ tecta vmbris, q̃. quæ sublimia sensit.
Felix, si merito cultu venerere parentes.
Ne quen q̃. occidas. Alieni fœdera lecti
Ne violes. nec te constringas crimine furti.
Néue aliquem testis mendacibus opprime verbis.
Nec cupidis oculis aliorum commoda lima:
Hinc etenim obscuræ quæruntur pabula morti.

DE DVODECIM PATRIARCHIS.

BIs senos magnus Patriarcha fœmore Iacob
Eduxit, primos Ruben Simeona Leuimq;
Iudam. tum deinde noth o fluxere cubili,
Ancillis nati, Dan, Nephtalimus, Gad, Aserus.
Pòst autem veris vxoribus Issachar, atq;
Zabulon, & Ioseph. Postremus Beniamin exit.

DE CHRISTI GENEALOGIA.

MAtthæus quondam scripsit, Lucásq; disertus:
Verùm non simili scripserunt ordine Christi
Natales, quibus ille Adami de sanguine fluxit.
Cur verò plures numerauerit ille parentes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hic contrà breuius numerum concludat auorum.
Expediam. Fluxu non dissare currit vterq;
Donec peruentum est clari Dauidis ad annos.
Tramite pòst bifido currunt, ac deniq; rursus
In Christo nostræ coëunt authore salutis.
Non secus ac fluuius partes dissectus in ambas,
In mare collectu tandem deuoluitur vndis.
Quòd si tu nostris attentas uocibus aures
Præueris, verum, quod diximus, esse videbis.
Dauide nanque Nathan fluxit, Solomónq; parente,
Quorum alter, veluti magno de flumine riuum
Sic traxit regale genus, sceptrúmque superbum,
A patre sacrificum duxit genus alter eodem.
At Christus simul & princeps erat, atque sacerdos.
Ergo Matthæus diuino numine pulsus
Enumerat Solomontiadæ, seriémq; nepotum
Hinc trahit: at contrà Lucas Solomone relicto
Arripit insignem Nathanum, Nathaniq; nepotes.
Ex duplici porrò genere haud mireris oportet,
Vberioris aquæ si riuulus alter ab illo
Manet, ab hoc rursus currat contractior alter.
Quanq̃ si nobis rectè propriéque loquendum est,
Haudquaq̃ magis hic contractu labitur vndis:
Sed genus hoc tantùm numero minus, amplius illud.
Sic primò sectum genus est, ac deinde coiit.
At quonam pacto duplici patre fluxit Ioseph?
Lex ea Mosis erat, siquem mors atra tulisset,
Hebræa de gente satum, natiq; carentem,
Protinus vt frater, vel sanguinitate propinquus
Vxorem extincti capiens, censúmque, domúmque,
Funderet huic sobolem, ne nulla prole relicta
Obtueret totum tumulus cum corpore nomen.
Quare de Christo arcanum mihi tale repertum est.
Mathanius eximia Solomonis stirpe creatus
Esthæ iunctus erat, quo cæca morte perempto,
Duxit eam Melchi, Nathaneo sanguine cretus.
Mathanus hac genuit Iacobum, Melchius Elim,
Quem rapuit nulla mors aspera prole relicta.
Ergo domum illius capit vxorémque superstes
Iacobus, frater tantùm maternus, eiq;
Iosephum genuit, sic Ioseph filius eius
Verus erat: tamen hunc tribuit lex optima fratri.
Atque ita Matthæus naturam scribere Christi
Instituens, veram seriem numerauit auorum:
At Lucas populi legem ritumq; notauit.
Quare ne verbis concordia scripta laceße.
Cur genitis à magno deducit Dauide Christus,
Visus vt est nostro Deus immortalis in orbe,
Progrediens castæ per viscera sancta parentis?
Cur pater illius Ioseph de more vocatur,
Cùm non Iosepho, sed sit de virgine natus?
Ex Maria porrò Leuides. nanque Aaronis
Haud dubiè genus illa suum de stirpe trahebat.
Angelus est testis: siquidem natale propinquus
Dum præcursoris diuæ narrare parenti
Pergit, ab excelso demißus vertice cœli,
Aduerterem matres Aaronem rettulit ambas.
Nil porrò commune tribus regalis habebat
Cum sacra, inter se thalami nec iure coibant.
Falsum. Nam quamuis distincta erat vtraque classis,
Vtraque iure tamen thalami persæpe coiuit.
Nanque prius natam thalamo sibi iunxit Aronis
Naßon ab illustri qui sextus fluxit Iuda:
Atque itidem Assyriæ postquam manus impia ferro
Euertit Solymas, tum nec distinctio certa
Seruata est tribuum, generis nec secta prisca.
Sic ille ex Maria regali est sanguine cretus.
Dic age, quo pacto Iosephum habuisse parentem
Creditus est? Magnus regeret cùm legibus orbem
Augustus, cunctos perscribere nomina iußit.
Ergo suum quisque in prima cùm nomen in vrbe
Scriberet, extemplo Ioseph cum coniuge casta
Dauidicam, in tabulas vt nomen vtrunque referret,
(Vna etenim tribus amborum perrexit in vrbem.
Illicque orbis dominum peperit sanctißima virgo.
Sic etiam ad claros reges ex parte paterna
Ipse sui generis ducit primordia Christus.
Quinetiam inuerso Christi genus ordine Lucas
Tradidit, à Christo incipiens, in Adamúque quiescens.
Contrà Matthæus, dum telam orditur eandem,
Incipiens ab Adam in Christo finiuit Iesu.

Hoc loco totam Christi Genealogiam, vt est apud Matthæum & Lucam, versibus prosequutus est Gregorius. Nobis eandem carminibus exprimere minimè visum est: tum quia eam cuiuis ab Euangelistis petere licet: tum quia tota Hebraicis nominibus constat, à quibus vix dici potest, quantum Latinæ Musæ abhorreant.

SCHO-

Vers.30. At quonam pacto) Quoniam res hæc aliquanto obscurior est in carmine, breui tabula eam illustrare conabimur.

Dauid

Solomon	Nathan
23^9 A Solomone	36. ab hoc
Mathan vxorem Esthan ex qua natus est	Melchi, mortuo Mathan, eandē Esthan accepit, ex eaq̃ nascitur
Iacob fratres vterini	Heli, qui sine liberis moritur. Iacob itaq; frater accepta ex legis præscripto ipsius vxore genuit ei Iosephum.

Ioseph igitur verus Iacobi filius fratri asscribitur.

Altera sequitur tabula ex Damasceno collecta lib. 4. cap. 15. de Orthod. fide.

Dauid

Solomon à quo 23^9.	Nathan à quo tricesimus quintus Leui ex quo duo liberi nascuntur.
Mathan, ex quo vxor peperit Iacobum, mortuoq; marito nupsit Melchi, ex quo Heli procreauit	Melchi Penther ex quo Barpenther, cuius filius fuit Ioachim, ex quo Maria Deipara.
Iacob vterini fratres	Heli

Reliqua cum priore tabula consentiunt. Hoc autem, inquit August. lib. 2. retract. in eorum libris inuentum est, qui recenti memoria post Ascensionem Domini de hac re scripserunt. Nam etiam nomen eiusdem mulieris, quæ peperit Iacob patrem Ioseph de priore marito Nathan, qui fuit pater Iacob, auus Ioseph secundum Matthæum, & de marito posteriori Melchi peperit Heli, cuius erat adoptiuus Ioseph, non tacuit Aphricanus.

MIRACVLA CHRISTI SECVNDVM MATthæum versibus Elegiacis.

HAEc quæ mortali Christus cum carne patrauit,
Matthæus sacra prodidit historiæ.
Depulit informem primùm de corpore lepram:
Atq; tulit famulo centurionis opem.
Inde socru Petri violenta febre leuata,
Ventos & fluctus comprimit aquoreos.
Dæmonas in porcos Gerasenis mittit in aruis:
Sustulit & lectum qui resolutus erat.
Profluuium sistit mira virtute cruentum.
Et redit ad lucem principe nata viro.
Lucem restituit cæcis, satanaq̃; fugato
Mutus inaßuetos edidit ore sonos.
Soluitur extemplo grauibus manus arida vinclis:
Et presso à Satana voxq̃; sonusq̃; redit.
Bis senos cophinos & millia quinq; virorum
Expleuit quinis panibus appositis
Hinc pedes ßequitur, res nunq̃ audita, carinam:
Et cedit pedibus vis truculenta maris.
Soluitur hoste malo Chananæa matre creata,
Mater vt obnixas misit ab ore preces.
Panibus ex septem turbis septenaredundat
Sporta, quaterq̃; fames mille fugata viris.
Diuinam formam ßumit, Solisq; videtur
Lumine discipulis clarior ille suis.
Inde pijs precibus flexus lachrymisq; parentis,
Lunæ actum morbo liberat horribili.
Pòst verò egreditur pulchra Ierichuntis ab vrbe:
Et binis aperit lumina causa viris.
Mox etiam cæcis affusa luce medetur.
Et claudis pedibus fert miseratus opem.
Sed prius à sacra commercia depulit æde,
Quæstúsq; impuros, sacrilegamq; manum.
Bethania Solymæ pergens arescere ficum
Imperat, hanc omni fruge carere videns.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deniq; dum lumen moritur, caligo coorta est:
Et templi velum scinditur egregij.
Concutitur tellus, scinduntur saxa dolore:
Et linquit tumulos excita turba suos.
His verò, vt primùm lux tertia fulsit in orbe,
Surrexit, tumulo profiliτ q; suo.
Discipulisque suis Galilæa rursus in ora
Spectandum sese non semel exhibuit.

CHRISTI PARABOLAE ET AENIGMATA secundum Matthæum.

Accipe iam, siquidem iuuat hoc quoque discere, quidnam
Obscuro Christus tradidit eloquio.
Fundamenta domus molli iaciuntur arena:
Semen idem in varios labitur atq; locos.
Semen item egregium, cui noxia miscuit hostis:
Et sinapis granum tollit in alta caput.
Conditur in molli fermentum insigne farina:
Propter thesaurum cedit ager precio.
Margaris hinc sequitur, cuius mercator amore
Prædia cuncta lubens vendit, opésque suas.
Omnigenos pisces alto trahit æquore rete:
Errabunda humeris tollitur atque pecus.
Crudeli seruo dominus se præstat acerbum:
Postremùs merces soluitur æqua viris.
Disparibus natis mandatur cura colendæ
Vitis: & hæredem gens truculenta necat.
Regia conuiuis impletur mensa coactis:
Virgineisque faces grex vigil vsque gerit.
Committit Dominus seruis non æquat alenta:
Læua hœdi, dextra parte locantur oues.

CHRISTI MIRACVLA SECVNDVM MARCVM.

Marcus at Ausonia Christi miracula genti
Hæc memorat, Petri nixus sermone, fideq;.
Viribus eijcitur Christi cum dæmone febris,
Lepra cadit, paralysis abit, manus arida tensa redit.
Et furor æquoreus cum tempestate quiescit:
Victa fugit Legio, siccatur vena cruenta.
Tum lairi natam medijs è faucibus orci
Extrahit, & luci reddit charóque parenti.
Póst pelagi rabiem vinxit, fauásque per vndas
Incedit siccis pedibus. Tum deinde fugato
Dæmone, sanatur mulier Phœnissa, deditq;
Sidonijs grande hoc facinus, Tyrijsq; prophanis.
Hinc surdo & muto linguamq; auresq; recludit.
Septenis vnus turbas expleuit inanes
Panibus, & cæco charissima lumina reddit.
Augustoque suo radios è corpore mittit.
Et Satana iecto depellit vincula linguæ.
Bartimiusque etiam cæcus terichuntia ab vrbe
Amissam lucem recipit, fructuq; carentem
Omnipotens sixum Christum sterilescere iussit,
Tum iuxta templum cæcis Iudæque medetur.

CHRISTI MIRACVLA SECVNDVM LVCAM.

Bis septena refert Lucas miracula Christi,
Egregium Pauli tutus ob auxilium.
Et febris, & dæmon, paralysis, lepraque Christo
Cessit, & est properè mortua tensa manu.
Centurionis adhuc famulum iam morte propinqua
Roborat, & natum restituit vidua.
Et scelerum tergit maculas sermone potenti,
Illius, vnguentum qua pedibus dederat.
Ventorum rabiem sedat fluctuq; minaces:
Cogitur & Legio carpere victa fugam.
Sanguineum sistit fluxum, Iairoque parente
Prognatam mortis faucibus ille rapit.
Hinc homines magno nutrit bonus agmine, quinque
Panibus & geminis piscibus appositis.
Emicat augusto rutilans è corpore fulgor:
Et satanam à puero cogit inire fugam.
Et iubet obsessa muti decedere lingua:
Afflictumq; caput fœmina prona leuat.
Hydropis grauidum pellit de carne tumorem:
Leprosisq; decem discutit ipse luem.
Dum quoque vicinam tendit Ierichuntia ad vrbem,
Quæsitam cæco fert miseratus opem.
Deniq;, more nouo quæ tum sunt edita, Christum
Cùm duræ affixit gens scelerata cruci.
Vtque etiam ad lucem deuicta morte resurgens,
Discipulis patuit non semel ipse suis.

PARABOLAE SECVNDVM LVCAM.

Luca

Lucas has videbis in notis paræmias.
In rupe prudens vir domum certam struit.
Qui plura cepit, diligit feruentius.
Lactúmq; varijs spargitur semen locis.
Sentit viator inuolantium manus.
Tum verò amici nocte qui pulsat fores,
Instanter orans obtinet quod postulat.
Dæmon fugatus in domum, quam liquerat,
Maiore rursus cum manu reuertitur.
Quid gratulatur vberum spe fructuum
Sibi sceleratus, nec miser capiti videt
Mortem imminentem? Ex nuptijs cùm rex bonus
Redibit ad nos, ne sopor nos opprimat.
Munus minister expleat recté suum.
Fimo iuuetur ficus expers fructuum.
Sinapique, fermentum, & inopes in nuptijs.
Simul vt reperta drachma, quisq; perdita,
Statim excitatur plausus ingens & nouus.
Lapsum parentem filius lachrymis mouet.
Partem remittit debitorum villicus,
Dominúmq; furto prouido fallit suum.
In morte felix Lazarus, diues miser.
Fatigat acri vidua iudicem prece.
Tum Publicanus & Pharisæus arrogans.
Minásq; seruis liquit augendas decem.
Mali coloni filium hæredem necant.

CHRISTI MIRACVLA SECVNDVM IOANNEM.

Ioannes Christi miracula pauca recenset:
At quæ diuino mort alibus edidit ore,
Plurima verba refert: Primum mirabile Cana
Vendicat, ex liquidis cùm vinum expromitur vndis.
Dixit, & extemplo curatur regia proles.
Panibus hinc quinis satiat laudabile vulgus.
Atq; per iratos figit vestigia fluctus:
Discipulósq; suos fulcit, saluósque tuetur.
Póst verò hunc curat, qui matris cæcus ab aluo
Exierat, simul ac cœno conspersit ocellos.
Quarto à morte die deuictâ morte resurgit
Lazarus, Ipse etiam pro nostro crimine Christus
Cæditur, & vinus rediens ad lumina vitæ
Sæpe suos inter fidos versatur amicos.

PARABOLAE QVATVOR EVANGELISTARVM.

Prò superi, quantùm vereor, ne fortè salutis
Fundamenta meæ tenui iaciens in arena
Dissiper à pluuijs fluuijsq; & turbine venti:
Aut velut in siccam venientia semina terram,
Protinus ipse quidem exoriar: sed Solis acutis
Percussus radijs siccer, moriárque repente.
Aut etiam placido recreanti membra sopore
Inserat impurum semen mihi liuidus hostis,
Pinguia zizanium qui fundit in æuua nocium,
Neu prius in præclara manum vitios áque mittens
Semina, q̃ meßem veniens clamauerit æstus,
Cum tristi lolio semen laudabile perdam.
Pauci nanque manus norunt adhibere peritas,
Hîc vbi vicina est vitio pulcherrima virtus.
Quineriam sinapis semen laudabile duco:
Quod licet exiguum primò, tamen arboris instar
Crescit, & in tantum latissima brachia fundit,
Vt volucres in ea soleant sibi fingere nidos,
Margarе mirifici precij, mirèque refulgens,
Quis det, vt ipse tui magno succensus amore
Mercator bonus ille siem, rebúsque caducis
Omnibus hanc animam redimam, sedésque beatas:
Diuitijsq; omnes, qui vitæ luce fruuntur,
Exuperem. aut etiam defoßum nactus in agro
Thesaurum, cursu properato mercer agellum.
Quineriam mundum inc ludens mihi nota sagena est,
Quam circum, atherei dum Regis iußa capeßunt
Expiscatores hominum, suaretia tendunt,
Exq; trahunt fundo pelagi tradiuntque Tonanti
Fluctuaga falso lapsantes gurgite vitæ.
At tu cùm bina capturam parte secabis,
Ne velut insipidum bone me Pater abijce piscem:
Quin potius vasis cœlestibus injce, magno
Seruandum Regi. Simul vt lucescere cœpit,
In Domini vitem summo regnantis olympo
Sim licet ingreßus, plures tulerimque labores:
Præmia postremi referant tamen æqua laborum.
Nanq;, quid inuidia stimuler, si iudice Christo,
Corporis æquatur laudanda cupido labori?
Ad vitis cultum natos pater ire iubebat:
Annuerat senior, verùm promißa fefellit:
Abnuit inferior, verùm meliore recepta
Mente sui promptus genitoris iußa peregit.
At, nisi fallor, erit iucundior ille parenti,
Qui simul & sese promißo obstrinxit, & omni
Id quod promisit studio præstare laborat,
Hæredem iugulent, quos vindex flamma peruret.
Nati connubium celebrat pater, atq; profusas
Regalésque omninò epulas festiuus adornat.
His vtinam interßm, cunctisque accumbere detur,
Queis mea chara salus. Ille excludatur ab aula,
Qui vel agrum geminósue boues, thalamiue iugatam
Fœdere, non epulis dubitat præponere sanctis.
Atq; etiam grauiter metuo, cum cætera turba

Universidad de Deusto
Biblioteca

Connubijs digno decoretur corpus amictu,
Ne,quoniam laceris obuelem corpora artus
Vestibus,abripiat manibus pedibusque reuinctis,
Et thalamo atque epulis charisque extrudat amicis.
At cùm casta decas priuans sua lumina somno
Ardentesque faces gestans,persuasáque luce
Aethereà Christum venientem exarce manebit,
Vt splendens claro,sicut decet,obuia fiat,
Adnumerer stultæ classi tenuemq; micantem
E facibus lucem cernens iam fortè propinqua
Principis æterni sobole,languente lucerna
Tum seró infelix oleum vitale requiram,
Et foribus clausis thalamo miser arcear illo,
In quo pectoribus puris commixtus amore
Christus splendoreu tribuit,decus atq; perenne.
At cùm grex omnis nigris drimetur ab hircis,
Horrendoque die tandem consistet vtrinque
Iustorum cœtus perdendaque turba malorum:
Hircorum in numero ne me Deus optime quæso
Pone,sed inter oues,manuique adiungito dextræ.
Lauarelinquatur miseris,qui numinis iram
Criminibus meruere suis,flammasque perennes.
Luceat exterius modio non tecta lucerna.
Nec tamen humanos quisquam sibi quærat honores,
Laudarique velit.satis est,vt cognita nostra
Sint benefacta Deo,totum qui perspicit orbem.
O vtinam Christi magis ac magis vrat amore,
Seu latos rerum successus,seu quid acerbi
Miserit. Est etenim quicquid manus illa superne
Humano generi mittit fausumq; bonumq;.
Quòd si Christicola forsan digressus ab vrbe
Vulnerer insanda manibus spoliorq; latronum.
Ne fine sacrilegis miserum procumbere dextris.
Quòd si etiam gravibus Satanæ tua gratia vinclis
Soluerit hanc animam,ne rursus nactus inertem
Depopuletur atrox magna comitante caterua.
Ne sterilem ficum eruulsam radicibus imis
Perde Pater,sed adhuc spera meliora,tuaq;
Erige labentem cura,sterilq; medere.
Tum drachmam nactus pecudemque in montibus altis
Errantem,natumque suas qui turpiter omnes
Consumpsit fugitiuus opes,in tecta paterna
Christe reduc,matiq; iterum drachmisque ouibusque
Annumerare velis,primaq; in sede locare.
Cumq; mihi dominus debenti plurima sese
Præbuerit facilem,nomenq; remiserit omne,
Non sinat Omnipotens,vt saua mente reposcam
Debita,quæ conserua mihi est obstricta caterua.
Atq; vtinam Domino prudenti debita mente
Imminuam,& duris quæram solatia rebus.
Lazarus in terris,supero sim Lazarus orbe
Turgeat hic alius fastu,frontemq; superbam
Tollat,& æterno viuat contemptus in euo
Pro luxu flammæ subiens tormenta perennis.
Néve meæ vanus texam præconia laudis,
Cùm vitijs scateam,cùm sim miser ille Telonet.
Sed lachrymis moueam Dominum,veniamque rogando
Obtineam,miserèq; cadat Pharisæus inanis.
Quòd si cassa viro scribus mulierc ula nostris
In vanum adiaceat,vel cùm cerealia supplex
Munera vel piscem poscat,crudelis in illam
Haud dubitem durum lapidem iactare,vel anguem.
Non aliter mecum faciat dominator Olympi.
Quòd si nostra grauis partim sint obdita claue
Horrea,venturis partim noua frugibus amens
Aedificem,nox hæc meq; & mea somnia perdat.
Nec mihi quod bonitas tribuit diuina talentum,
(Plura licet dederit reliquis) tellure profunda
Occultem:verùm sortem cum fœnore reddam:
Méque Deus magno cœli dignetur honore,
Non autem probrum subeam pœnasq; futuras.

GREGORII NAZIANZENI CARMEN Virginitatis.

ARGVMENTVM.

Hoc tractatu disputatur,vtra vita sit præstantior cœlebs an cõiugata. Quod vt magis perspicuum fia, postquam Virginitatis laudes altius repetiuit Gregorius,per prosopopœiam vtranque vitam inducit causam suam agentem. Tandem vincit cœlibatus.

Expu-

Expertem thalami nostri ornare coronis
Vitam fert animus, puroq; ex pectore puros
Hymnos & laudis meritos effundere versus.
Hoc etiam nostra donum est memorabile vitæ
(Electro atq; ebore & claro fulgentibus auro)
Quippe quibus vitam terrenam deiecit ardens
Virginitatis amor,mentes ad sidera tollens.
Laudis & exorsum vestro mea gaudia plausu
Excipite ô puræ mentes & corpora pura.
Nanq; omnes æque laus hæc pietatis alumnos
Afficit,At quisquis misero liuore teneris,
Esto procul,nostrisq; tuas ne versibus aures
Arrige. Quòd si quis patulas arrexerit, ille
Mente prius curet fœdas abstergere sordes.
Salue Virginitas,diuino tradita dono,
Mater inoffensæ vitæ,bonæ maxima fundens,
Christi pars & spiritibus sociata supernis,
Ignaru thalami.nam magnus coniugis expers
Est Deus,atq; Dei rutilans chorus omnipotentis.
Luminis ille quidem fons est lumenq; perenne,
Quod verbis nequit efferri,manibusve teneri.
Sed celeri mentem cursu fugit,atq; propinquis
Ex oculis hominum semper subducitur,vt nos
In magis atq; magis crescens sublime cupido
Attrahat. Hi verò sunt proxima lumina primo
A Triadis sanctæ lumen fulgore trahentes,
Quæ lumen splendore suo superemineat omne.
Prima Trias virgo est. Siquidè Patre natus Anarcho
Filius est,nec enim Pater ortum traxit ab vllo,
(Vtpote principium rerum,& vitalis origo)
More nec humano genuit sanguine natum:
Sed velut igniculos videas extingue micantes.
At verò ex Nato non tam progignetur alter
Filius,æqualem qui patri carpat honorem.
Nam totus manet ille Pater, manet hic pariterque
Filius,ex solo solus,cum Pneumate sacro,
(Quod patris æterni gremio non numine dispar
Progreditur) iunctis natura.nam Deus vnus
Vnumq; in triplici colluet lumine numen.
Ac talis Triadis natura est vndique pura,
Ex illa porrò certissima lucis origo
Cœlibus angelicis,mortali lumine cerni
Qui nequeunt,sedemq; Dei solumq; supernum
Cingentes(leuius nil nanq; est mentibus illis,
Pneumata sunt etenim, flammaq; per æra parum
Currentes)prompte sublimia iussa capessunt.
Illi neq; connubium,nec cura,ægriq; dolores,
Non motus turbas miseras in corde cientes.
Non etiam membris dirimuntur,& ædibus.omnes
Inter se mirò iungit concordia nexu.
Idem quisq; sibi: natura est omnibus vna
Vnáq; mens,similiq; Dei rapiuntur amore.
Nec verò natis charisq; vxoribus illi
Gaudent,ac dulci exercent sua membra labore.
Non illos inflammat opum vesana cupido,
Nec quæcunq; mali parit irritamina tellus.
Non pelagus sulcant ratibus,nec vomere terram
Proscindunt ventris causa,mortalibus ægris
Primigena qui fraude mali genus omne creauit.
Optimus hic cunctis cibus est,vt numine summo
Exsatient mentem,Triadisque ex lumine lucem
Immensam excipiant. Sunt porrò coniugis omnes
Expertes,puri regis purique ministri.
His mens & simplex natura est,atq; cerusica.
Non à carne fluunt (nanq; omnis carnea moles
Postq; concreuit,certæ est obnoxia morti:)
Nec rursus carnem subeunt nec corpora crassa,
Sed tales remanent,quales sunt ante creati.
Huius Virginitas classis,promptissima cœli
Semita,consiliisq; Dei sapientibus hæret,
Qui claua egregie spatiosum temperat orbem,
Humaniumq; genus,cœlo terràq; profectum,
Magnanimũ,rerumq; ferens,laudemq; decusque
Principis æterei. Sed iam mysteria magni
Carminibus veneranda Dei nunc persequar, vtq;
Candida Virginitas postremis fulserit annis.
Omnia nox quondam tenebris horrenda regebat,
Non erat aurora splendor,non Phœbus Eois
Partibus exoriens curru agitabat equorum,
Gloria nec noctu radiabat in æthere Phœbe.
Sed confusa simul temerarius omnia motus
Volvebat,grauibus tenebrarum vincta catenis,
Quas chaos antiquum toto diffuderat orbe.
At tu consilio parens bone Christe paterno
Singula sede sua rebus discreta locasti.
Condita principio lux est,vt gratior esset
Tota operum moles iucundo lumine fulgens.
Post eat ornatis (facinus mirabile) cœlum,
Perspicuum solis radijs lunæque rubentis.
Nanq; illum immensa inssisti luce profusa
Fulgere humano generi,cursúque notare
Horas,atq; sic distinguere tempora motu.
Hanc itidem iusso teneras splendore fugare,
Et proferre diem repetita luce secundam,
Quin inssisti etiam terram subsidere cœlo,
Finibus & terra furibundas æquoris vndas
Iunxisti,terrámque mari. nam maxima illam
Oceanus cingens gelidu circumfluit vndu.
Atq; ita mundus erant hæc omnia,florida tellus
Et cœlum,& pelagus,cœlum fulgentibus astris
Exultans,tellus animantibus,& mare vastum
Piscibus immensi sulcantibus æquoris vndas:
Quæ Pater excelsa postq; conspexit ab arce,
Charigaudebat Nati concordibus actu,
Quærebátque aliquem regeret qui terrea sceptra,
Nosceret ac summam Sophiam,rerumq; parentem.
Talia debine fatur. iam puri quoque perennes
Cultores habitant excelsa palatia cœli
Angelici egregy cœtus mentésq; beatæ,
Atq; meam celebrant mansuram in sæcula laudem.
Insuper & brutis animantibus arida gestit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunc mihi compositum genus ex vtrisq; creare
Fixum animo est hominem, rationis lumine clarum
Inter mortales medium, mentésque supernas,
Qui lato mea facta animo consideret, atq;
Ardua siderei discat mysteria cœli,
Terreáq; imperio teneat, sitque angelus alter.
Et terra mentemq; meam dextramq; potentem
Laudibus assiduis celebrans, cantuq; sonoro.
Hæc ait, & terra, quam paulo struxerat antè,
Particulam quandam capiens, limumq; tepentem
Aeternis manibus corpus mortale creauit,
Exiguamq; suæ vitæ partem indidit illi:
Pneuma etenim infudit, qd' numine fluxit ab alto.
Sic partim terra partim spiramine molli
Primus homo efficitur, Patris immortalis imago.
Nam principiorum natura in vtroq; relucet.
Quo sit vt ex duplici vita mihi corporis ergò
Altera perplaceat; magnaq; cupidine rursus
Propter diuinam me vulneret altera partem.
Ast vbi figmentum in terra cœleste videri,
Et viridi pulchro Paradisi cœpit in horto
(Nec dum etenim similis referens vestigia formæ
Vlla erat adiutrix vitæ consorsq; laboris)
Protinus aggreditur facinus mirabile Verbum.
Nanq; hominem primum, quem latum vt cerneret orbem
Condiderat, vitæ semen genitale, meique
Radicem generis, partes discindit in ambas,
Et tenerum costa truncat latus illius vna,
Fœmineúmque manu format genus omnipotente:
Ambobúsque parem miscens in pectora flammam
Iussit in amplexus inq; oscula mutua ferri.
Nec confusa tamen permisit corpora iungi,
Concubitúq; vago: sed frenum iniecit amori
Coniugium, carnis temerè immodicéque vagantis
Vincula: ne petulans atq; effrenata libido,
Nobis inter nos nullo discrimine iunctis,
Ex libito coitu, thalami nec lege iugato
Rumperet humani generis consortia sacra,
Ac temerè fluit éque ruens incerta voluptas
Innumeras turbas atq; horrida bella moueret.
Ergo dum generis tellus erat indiga nostri,
Nec decus illa suum mundúmque acceperat omnem,
Atq; etiam culpáque sua sauique draconis
Inuidia, vetitum ligni exitiale ob esum
Infelix Adamus Paradiso pulsus amœno
Pellicèo in terram cecidit depressus amictu:
Tantisper quoq; mollis erat coniunctio carnis
Optima, connubiumq; ferax, lectúsq; iugalis.
Nanq; alijs morti iugulum præbentibus atræ,
Vitalésq; alijs rursus carpentibus auras,
Vita trahebatur violenti fluminis instar,
Labilis ob duræ fatalia spicula mortis,
Fixáque perpetuo numerosa semine proli.
At postq; terra gremium, finésq; remoti,
Ortúsque Occiduúmque latus, quáque humidus Auster
Et boreas flatu glaciali concutit orbem,
Impletum est genere humano, vitiisq; nefandis
Corporea cœpit massa feruescere cœnum
Pluribus atq; modis domitum genus antè rebelle,
(Diuectis linguis, & aquis & vindice flamma
Et scripta legis documentis atq; Prophetis,)
Excutere antiquæ renuebat vincula noxæ.
Quin potius soliduş carni complexibus harens
In Bacchum & Venerem simulacráq; muta ruebat.
Consilio tandem magno Patris omnipotentis
Atq; opera Nati talem sortitur honorem.
Nanq; Deus quicquid cœleste in carne locarat,
Totum pestifero lacerari crimine cernens,
Obliquúmq; hominum generi dare iura draconem:
Vt nos afflictos vitijs miserèq; iacentes
Erigeret, non iam morbi committere cutem
Sustinuit medicis alijs (nam parua medella
Pellendis grauibus non est accommoda morbis)
Sed sese euacuans (licet immutabilis esset
Et cœli dominus Patris & cœlestis imago)
More hominum simul, & mortali lege reuulsa,
Virginis in casto conceptus ventre puellæ
(Res mira infirmis animis, terræque volutis
Non factura fidem) Deus & mortalis in orbem
Venit, naturam duplicem complexus in vnum:
Altera mortales hominum fugiebat ocellos:
Altera perspicuo feriebat lumina sensu.
Illa Deus sublimis erat, dominator olympi:
Hac nostræ causa tandem producta salutis,
Tunc cùm mortali Deus est in corpore iunctus
Vnus vtrinq; Deus. Deitati nanq; superna
Iunctus homo, deitásq; homini simul addita Christus
Hac porrò ratione noua est commixtio facta:
Quòd prior à nobis fœdè calcata fuisset.
Primùm ego diuinæ traxi spiracula vitæ:
Pòst animam Christus suscepit, & omnia membra
Corporis, atq; Adamum subijt, sed qualis in ortu,
Cùm nondum vitijs infectum pectus haberet,
Nec dulci alloquio diri serpentis & astu
Pellectus, fructum, Stygiámq; in viscera mortem
Misisset, supera sed mentem pasceret esca,
Simplicibúsq; cibis meditans cœlestia, clarus
Discipulúsq; Dei, diuináque sola voluptans.
Hunc renouare volens humanum Christus in euum
Prodijt, vt pugnans, & acerba morte latronem
Crudelem superans, & gustu fellis amari
Pestiferum ligni gustum, dextrásq; nefandas
Clauis, & dulcem sancta crucis arbore plantam,
Atq; salutiferæ crucis alto stipite terram,
Vitæ Adamum antiquæ reddat, luciq; priori.
Quinetiam expandens sacrati corporis artus
In fines orbis, mortale ex finibus orbis
Collegit genus, atq; hominem contraxit in vnum.
Et medijs magnæ posuit deitatis in vnis,
Expurgans fœdas agnino sanguine sordes,
Ac scelus è medio tollens quod clauserat astra.
Quis reperire tuæ, bone Rex, queat abdita mētis,

Cui pluuiæ gutta, cui cognitus omnis arenæ
Est numerus, ventique via? Quis noscere magni
Ardua consilij rursus vestigia possit?
Omnipotens qui cuncta vides & cuncta gubernas,
Quacunque hic mundus claudit latissimus, inte
Mens hominum defixa breui splendore refulget:
Non secus ac fulgur rapidum, quod protinus ortum
Protinus emoritur, perstrictáq; lumina linquit.
Nec tamen hoc dubium est, quin per tua vulnera nobis
Reddita libertas fuerit, vitæque prioris
Sordibus excussis auo meliore fruamur.
Ac prius in terra spargebat semina mundus,
Atque ingens mundi cingebat turba tyrannum,
Quam vafer à magno distractam rege tenebat:
Nunc autem fœdo vitiorum gurgite Christus
Extractam, Regi meliorique asserit auo
Illud connubium, contrà hoc mortalibus assert
Splendida virginitas. terræ decus illud: at ista
Numinis est summi, lateque patentis olympi
Vt verò in tabulis pictor dum corpora fingit,
Obscuris primùm ora notis leuibusque figurat,
Mox formis studet omnigenos adhibere colores,
Atque opus inceptum numeris polit omnibus artis:
Sic quoque virginitas, magni pars inclyta Christi,
Antè quidem vmbroso in paucis splendore micabat,
Dum lex iura daret terris, & in orbe vigeret,
Exiguis spectanda notis, paucisque liceret
Lucis ad interna radios penetrare coruscos.
At postquam Christus per casta viscera matris,
Absque patre & tedis vitæ progressus in auras
Lustrauit muliebre genus, primámque parentem
Depulit, & carnis leges abscedere iussit,
Spiritui qui nouo submisit littera fasces,
Gratiáque in medium venit: tum denique nostro
Virginitas generi præclaro lumine fulsit,
Inhabilem mundū abrumpens, abruptáque mūdo,
Connubium tantùm exuperans, & vincula vitæ,
Quantùm animus carni præstat, cœlúmque rotundū
Telluri pretio vincit, quantóque fugaci
Illud in æternum durans præstantius æuum est,
Quantò mortali melior Deus. Ac chorus ingens,
Carpere quem nequeas, regem latissimus ambit,
Cœlestis, studioq; omni Deus esse laborans,
Christifer, atq; crucis seruus, mundíq; ruentis
Contemptor, tota meditans cœlestia mente,
Perspicuum lucis speculum, lux fulgida mundi,
Quiq; Dei, cuiusq; Deus, quem cernit apertè.
Vos quibus est cordi thalamus, tedæq; iugales,
Quæ sublime caput geritis, vultuq; procaces,
Intextumq; aurum gemmis, quæ mollibus artus
Vestibus integitis, prodite, & dicite primæ,
Quæ bona coniugium pariat, quæ commoda portet:
Pòst autem innuptæ pro se quoq; dicere parti
Fas erit. Ergo illæ tumido sic ore loquentur.
Audite ô dulcis thalami charissima proles,
Qui terram imperio terrenaq; cuncta gubernat
Nos quibus est cura thalamus thalamiq; voluptas.
Legem, quam generi humano nostroq; cruori
Numinis æterni soboles sanctissima fixit,
(Inde ex quo primùm lateri coniunxit amico
Primigenum illum Adamum, & costæ sociauit ademptæ,
Nempe hoīem vt producat homo, natosq; creando,
Mortalis licet ipse, tamen sibi proroget auum,
Vt solet in viridi reuirescere semen aristis:)
Hanc legem & thalami genialia iura colentes
Viuimus inter nos iunctim, terráque creatæ
Antiq; sequimur legem terraq; Deique.
Nam mentes quæ cœlum habitant, sedésq; beatas,
Coniugis expertes viuunt, motúsq;, grauésq;
Ignorant curas. Mortali sanguine cretis
Vtile coniugium est, vanorum certáq; radix
Pulchrorum, dulcis vitæ columenq; decusq;.
Ac primùm Deus est rerum generator & author:
Mox amor & thalamus. siquidem mare, tellus & aër,
Munera connubij producta prole virescunt.
Quin si vera ferunt, nec palma cupidinis expers.
Nanq; maritatæ sub verni temporis horam,
Egregios tum deinde solent producere fructus.
Quòd si etiam excoitu saxorum saxa creantur,
Vt memorant, lapidum quibus est perspecta facultas
Res quoq; tangit Amor rigidas, vitáq; carentes,
Sed quid ego externos verbis complector amores?
Perspice iucundæ quænam sint munera tedæ.
Quis Sophiam docuit? quis repperit abdita cuncta,
Quæ mare, quæ tellus, cœlumq; volubile claudit?
Quis grauibus claras instruxit legibus vrbes:
Oppida quis struxit? quis doctas repperit artes?
Quis fora, quisue domos implenit, quisue palæstras,
Conuiuiis epulas, armata bella cohorte,
Quis cœtúsq;, Dei præconia magna canentes?
Quis sine connubio vitam morésq; ferinos
Depulit, & docuit proscindere vomere terram?
Quis plantas serere, & nauem committere ponto,
Sulcantem gelidas rapidis Aquilonibus vndas?
Quis mare cum terris vndoso tramite vinxit,
Et multùm inter se disiuncta elementa ligauit?
Ac ne præsentis tantùm prodesse putetur
Coniugium vitæ, non hic sua commoda sistit.
Nam merita illius multo maiora supersunt.
Præstat enim vt nobis aurésq; manusq; vicissim
Atq; pedes simus: languentes corporis artus
Roborat, ingentíque hostilia corda dolore
Angit, lætitia contrà diffundit amicos,
Afflictis animis communis cura medetur:
Delectátq; magis communis vtrunq; voluptas.
Gratior in thalamo concordi copia rerum:
Rursusq; in thalamo melius toleratur egestas.
Tuta pudicitiæ, Veneris quoque clauis vtriq;
Coniugium, obsignans violenti fœdus amoris.
Vnus amicitiæ pullus, qui pectora saltu
Exhilaret, propriíq; sint vnica pocula fontis,
Quinec cuiq; alij pateat, nec diffluat extrà.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In thalamo concors animus, concordia membra,
Inq; vices acuunt solidæ pietatis amorem.
Nam neq; coniugium à Christo veraq; salute
Abducit: verùm stimulos quoq; subdit & vrget.
Vtq; perexiguam venti vis parvula puppim
Incitat, expansis velis maria alta secantem,
Aut etiam remis impulsa, per æquora cursu
Fertur: at ingentem non fert leuis aura carinam,
Quæ nisi pergrauibus ventis agitata quiescit.
Sic etiam innupti, quoniam leuioribus æuum
Traijciunt pedibus, leuiore videntur egere
Numinis æterni auxilio, afflatuq; minore.
At qui consortem thalami, qui pignora chara
Curat, opésq; suas, & vastum nauigat æquor,
Arctius ille Deo, quia pluribus indiget, hæret.
Hæc thalamus. Contrà manca est sine coniuge vita,
Dura, petens montes, improuidáque, & laris expers,
Non animi morbis adhibet seniq; medelam,
Non facit vt primos vitæ renouentur ad annos,
Atq; repubescant suscepta prole parentes:
Non dulcem in terra contendit figere vitam.
Non sera delectant miseram, non prodiga mensa,
Non epulæ: verùm in lachrymis luctuq; perenni
Versatur, fluxique horret contagia mundi,
Et cùm sit vitæ, tamen odit semina vitæ.
Deniq; cum reliquis animo non vivit eodem.
Ac ne fortè thoro, virtutis amore, iugali
Abstineat quisq; thalamo contermina virtus:
Non modò quòd sanctis thalamus mortalibus olim
Cunctis charus erat, contempta cœlibe vita,
Verùm etiam thalamo quia sunt genitore creati
Vates, sacrifici, doctores & Patriarchæ,
Laurigeri reges, omni virtute graués q;.
Non etenim egregios homines, vt vasta gigantum
Corpora commemorent, luci dedit arida tellus,
Omnes sunt sacra fœtúsq; & gloria tedæ.
Quis generi humano numen patefecit Olympi
Omnipotens, supera quamuis procul absit ab arce?
Quis mentes hominum diuino impleuit amore,
Et terra abstractas tulit ad præstantius æuum?
Quis claras animas purgauit sordibus atris?
Alma fides pietásq; ad sidera vexit Enochum.
Noë perexiguo numero & semente natante
Mortiferis orbem totum seruauit ab vndis.
Inclytus Abrahamus, numerosæ gentis origo,
Haud trepidus natum mactandum admouit ad aram.
Quinetiam Moses miracula magna patrauit,
Dum populum ærumnis, duráq; tyrannide pressum
Extrahit, & sanctas leges, mandata æque saxis
Iura capit, numénq; aduerso lumine cernit.
Inter sacrificos veteres fulgebat Aaron.
Et Phœbæ & Phœbo cursum produxit Iesus,
Dum sequitur fractas fusásq; per arua cohortes.
Tu quoq; fidus eras, Anna prognate, sacerdos,
Et Domini Christus cornúq; oleúmq; ferebas.
Quid Dauid? quo non regum præstantior vllus.
Quid Solomon sophiæ vertex, omnésq; propheta,
Ardentiq; Elias abreptus ad æthera curru?
Quis non suspiciat veterisq; nouiq; sequestrum
Fœderis, & qui mox ventura luce suprema,
Nuncia læta ferens mortalibus antè cucurrit?
Quis non discipulos Christi, fidósq; sequaces?
Quis non cœlipetæ robur mirabile Pauli?
Atq; omnes alios, quorum clarissima virtus
Vel prius illuxit, vel nostro tempore fulget,
Præsidium fidei, plebis columen, decus orbis,
Quos omnes nobis Christus thalamisq; dedere?
Sed neq; fœmineo in sexu, quotcunq; potentem
Egregia pietate Deum coluere, fidéq;,
(Quarum non paruum numerum Scriptura recenset)
Sunt sine coniugio tam magna laude potitæ.
Vtq; etiam in thalami quiddam genialis honorem
Altius adijciam, licet omni labe carenti,
Attamen humano Christus se corpore iunxit,
Et desponsatæ per viscera casta parenti
Fluxit, coniugiq; humani cum deitate
Dimidium iunxit. Sed & hic quoq; maxima nobis
Vis posita est, quòd si superet pars coniugis expers,
Huic tamen à nobis genus & vitalis origo est.
Non etenim ex agamis ortum traxere iugati:
Verùm illi contrà nexu fluxere iugali.
Quocirca nati quamprimùm sistite pugnam.
Quanquam etenim patrum minimè vos nomen habetis:
Attamen à patribus traxistis semina vitæ.
Hæc vbi verba dedit, siluit pars coniuge gaudens.
Tum mœsto vultu, atq; hirsutis horrida pannis,
Infirmis membris, macie confecta, pedésq;
Nuda, solo fixis oculis immobilis hærens
Virginitas, paulùm diducens labra pudore,
Purpureoq; suam perfundens sanguine frontem
E capite extracto clàm sese obuelet amictu.
Hanc igitur tali pauidam sermone cohortans
Alloquar. O celsi proles generosa parentis
Interno splendore nitens, ô cœtibus adstans
Angelicis, regem laudantibus vsq; supernum,
In terra licet ac mortali corpore versans:
Huc age, depositóq; metu sancta ora resolue.
Ipse tibi patronus ero: nam tu mihi sanè
Tu mihi cœlesti venisti munere diua.
Sæpius atq; vtinam veniæ, veniásq; benignæ.
Protinus hæc tales emittit pectore voces.
Quis verò inuitam me sedibus admonet istis?
Quis vitæ probitate Deo seruire parantem,
Nocturnisq; hymnis, sudoribus atque diurnis,
Atque pijs lustris, lachrymarum & fonte perenni,
Ad pugnam & rixas verborum adducit inanes?
Non apud humanos vis nostra est atque facultas.
Non lingua valeo, strepitus nec quæro forenses.
Non animos etiam mihi gratia iudicis effert. Iu-

Iudicibus siquidem velli tenuissima cura est,
Perpaucisq; viris. Nam partem in vtranq; scelesti
Iustitiæ persæpe solent inflectere libram.
Sint alijs huius dulcissima commoda vitæ:
Hæc lex vna mihi, scopus hic est vnus, amore
Vt correpta Dei terris excedere possim.
Cætera, queis vanè vanissima pectora turgent,
Quaq; citò veniunt, subitæ pereuntq; ruinæ,
Non magis afficiunt animum, q̃ fumus inanis,
Quàm vapor & ventus, concussaq; turbine venti,
Et passim dilapsa effusaq; mollis arena,
Aut etiam in lato puppis vestigia ponto.
Atq; apud humanos ingloria viuere malim,
Inter cœlicolas dum sit mihi gloria quædam:
Quàm terræ imperio fulgens procul arce superna
Excidere, atq; Deo per sæcula cuncta carere,
At vereor ne quis non firma Virginitatis
Aetherea percutiens ala, sermonibus istis
Concidat in terram pronus, solumq; relinquat.
Quocirca vt vobis, Christo donante periclum
Submoueam, vestram aggrediar defendere causam.
Ac primùm dicam, quæ sunt dicenda parenti
Vera quidem fateor, carnis coniunctio, nauem,
Mirificeq; probo (nanq; hinc exordiar, vnde
Dicere cessasti) quòd radix Virginitatis
Coniugium. Radix nanq; est & origo perennis.
(Ecquis enim sana genitores mente negarit?)
Attamen haud verè dixisti cuncta, sed aqua
Aure precor genitrix cordatum percipe dictum.
Ortuq; in nostro sophiæ mysteria magna,
Abdita cœlestis mihi quam doctrina retexit.
Non homo totum hominẽ, veluti de more loquũtur,
Progignit: verùm crassæ tantummodo carnis
Est pater, & calidi dat semina prima cruoris:
Quorum vtrumq;, grauis corruptum morte peribit.
Ast anima in corpus diuino condita flatu
Immeat externè (nouit rex ille supernus,
Quo primùm pacto flauit, terræq; iunxit
Augustam effigiem.) Porrò ne dicere falsa
Censear ipsa tuo locuples mihi teste amore
Esse potes: nec enim perfectus & integer ille est.
Non etenim natorum animas, sed corpora sola
Diligis, & magno, cùm sunt malè sana, dolore
Afficeris, vnde gaudes florentibus illis.
Nam multò grauius mentes vtriusq; parentis
Excruciat vel parua lues quæ membra suorum
Inficiat, q̃ magna animi labesq; luésq;.
Cur? quia non animas illi, sed corpora gignunt.
Quòd si cùm mihi pars duntaxat vilior abste
Nascatur, nomen tibi non inuita parentis
Ipsa tamen tribuo, quisnam tua pectora liuor
Occupat, vt priues natos meliore parente?
Ergo patri magno genitrix iam cede libenter,
Virgineæ meritos vitæ iam defer honores,
Vtpote quæ superum complectitur vsq; parentem.
Hæc mihi sufficiat charæ dixisse parenti.
Ast ego, cœlicolæ soboles dulcissima Patris,
Hanc legem venerans humili tellure relicta
Tota immortalis Domini succendor amore,
Quam satus æterno genitore ac cœlibe Christus
Instituit, tunc cùm paradisi in sede locauit
Primigenum illum Adamum, thalami consorte carentem.
Dehinc legem tribuens veneris præcepit ab vsu
Vt se plebs certis cohiberet tota diebus.
Quinetiam partus purgari lege recentes
Iussit, sacrificisq; ornauit nobile templum,
Corpore qui puro diuinum munus obibant
Pro vice quisq; sua. Testis mihi prodeat ille
Zacharias. nec enim, quem sacra accepit in æde
Luminis immensi mundo iucunda ferentem
Nuncia, produxit natum, diuina priusq;
Omnia virgineis celebrasset festa diebus.
Iam verò Christus, quo Lex veniente sepulta est,
Humano generi mixtus de Virgine fluxit:
Vergeret vt posthac in terram vxoria vita.
Ac sic illa quidem cessit, mundusq; repentè
Exoriens melior terris lucescere cœpit.
Et per primigenam gradiens mors aspera carnem,
Atq; homines fluido nascentes semine patrum,
Ac prole edicta linquentes lumina vitæ,
Virgineam in vitam miseram incidit, atq; necata est.
Qualis in abruptos scopulos insana procella
Incidit, aut in aquas rapidissima flamma niuales.
Quis porrò latas vrbes infirmaq; iura,
Atq; forum latus sequitur, fluctúsq; feroces?
Publica quis magnis certamina laudibus effert,
Quæ propter iuuenes properata morte cadentes
Fabula confinxit? quis lautæ fercula mensæ
Prædicat & sophiæ præconia pandit inania,
Quæ partim in manibus, partim in sermone caduco
Est sita, qui subito natus vanescit in auras?
His inguam, quisnam gaudet, plantísq; serendis
Incubat, & pelagus gestit sulcare carina?
Noua ea connubium docuit, sed parvula pars sunt
Huius supplicij, quo primi noxa parentis
Iudicio est mulctata Dei, quibus anguis acerbus
Obrepit, plantamq; meam peruertere tentat.
Quòd si connubio cuiq̃ hæc tribuenda videntur.
Iam valeant, nec enim, mihi dum migrare necesse est
Evita atq; hominum cœtu, comitantur euntem.
Sed quæcunq; suo complexu terra coërcet,
Vel nunc, vel tandem mundo labente peribunt.
Fluxus enim fluxæ tu traijcis æquora vitæ,
Hanc leniter tangens, celeri cursuque fluentem
Prætereas. Quòd si claros probitate fideq;
Ex te progenitos gaudes, atq; inde tumescis,
Quin tu consimili vitium ratione malorum
Accipis? horum etenim radix es, certa parénsq;
Ex te profluxitque Cain, Sodomæq; coloni.
Quósq; etiam aggressos scelerata condere turrim
Dimisit Christus, quósq; imber missus ab alto
Extinxit, terras simul atq; animantia purgans,

Quis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quisnam vipereum Pharaonem, Achabúmq; furentem,
Et regum Assyriæ rabiem nutriuit & iram,
Et sæuum Herodem, pueros qui cæde nefanda
Sustulit, ac natæ lasciuæ membra mouenti
Baptistæ caput ille dedit, instúmq; cruorem.
Quis Christi regis summi, vitæque parentis
Carnifices, aliósq; omnes qui tempore primo,
Qui póst, quíque etiam extremis crudeliter annis
Insigni pietate Deum studióq; colentes
Vexarunt? quorum in numero Iulianus habendus,
Vltimus ille quidem serie, sed crimine primus,
Perspicuum Sathanæ barathrum, pestísque animarum.
Quo, quia sacrilegis Christi tentauerat armis
Expugnare fidem, diuino vulnere cæso,
Feruet adhuc ciuis ipse, timor non paruus iniquis.
Quis reliquos memoret, quos iam dedit atque daturum est
Connubium mundo, mendacia verba loquentes,
Versutos, fœdæ maculatos crimine cædis,
Ore venenato periuria dira vomentes,
Raptores, thalamique alieni iura terentes?
Perspicuum siquidem est cunctis, quòd puluis vt aurum
Excedit numero, sic iustos turba malorum
Exuperat, nec enim similis calcatur vtrisq;
Semita, nanq; malis prona est atq; vndiq; fusa:
Difficilis contrà iustis, salebrosa, molesta.
Quò sit vt egregios homines manus impia multùm
Exuperet. Quòd si de te sentire superbè
Ob soboles tandem cesses, vitamq; superno
Coniunctam regi mancam infirmámq; vocare,
Hic finem faciam. dubiam tibi carpere laudem
Iam liceat. nec enim terreno filia patri
Inuideo. Verùm si summo nata parente,
Vilia mirificis præfers, primisq; secunda,
Vera quidem tibi dicta dabo, sed acerba. Quis vnquam
Hoc animo voluit, iustum producere natum?
Quæ rursus quisq; possit ratione creare
Deformem vitijs? ab imagine pictor eadem
Picturam ducit: plasles non dissimilis forma
Propositam reddit formam, manibúsq; peritis,
Quoquo mens tulerit, tractatum ducitur aurum.
Exque bono segetem telluris cultor opimam
Semine ferre solet, nec spem deplorat inanem.
Sit homini, quidnam iacta semente creabit,
Non liquet, & prolis quænam natura futura est.
Nescius est etenim, qui Paulum laudibus æquat,
Carnificémne suo producet semine Christi,
Aut Annam, aut Caipham, vel crimine proditionis
Consimilem Iudæ, quisq; in scelus omne feratur.
Rursus qui vitijs, vt proditor ille nefandus,
Tinctum pectus habet, quis scit Paulumne beatum
Proferet aut Petrum gignet, petrámq; perennem,
Cui fuit à Christo clauis concredita cœli?
Nescit enim genitor natum natámue creabit:
Sed coitura biem tantùm restinguere carnis
Cogitat. Ex vno siquidem fluxere parente
Immitisq; Cain, zelóq; accensus Abelus,
Gratáque sacra Deo faciens. Esau scelerato,
Et Iacob pietate graui pater extitit idem.
Quòdq; etiam matris, quòd eodem patre gemelli
Moribus aduersis prorsus studijsq; fuere.
Quinetiam Solomon, quo non sapientior alter
Extiterat, tandem thalamis illectus iniquis
Addixit vitijs animum virtute relicta.
At contrà Paulus Christum, quem spreuerat antè,
Postq; ardorem animi zelus laudabilis acrem
Excepit, toto notum nox reddidit orbe.
Horum quid thalamo tribuemus? nil ego certè.
Non enim tedæ coëuntes dulcis imago
Consequitur, virtúsq; animi, vitiúmq; profanum.
Sed veluti fallax recreat quem tessera, talos
Ille quidem mittit, reclum tamen aut superantes
Non manus adducit numerum, sed fortè volutæ
Id faciunt lapides inopina sorte cadentes:
Sic neque connubium prudentes atq; scelestos
Produxit, verùm docuit natura vel vsus.
Quin si vera cupis cognoscere, quisquis honestè
Corripitur studio, rectique tenetur amore,
Talis ab æterno formatur Pneumate, talis
Vi verbi efficitur, pietatis nanq; sepulta
In nobis scintilla latet, velut igneus ardor
Inclusus saxis. Vt porrò sæpe terendo.
Deriguo tandem ferrum silice excutit ignem:
Haud aliter pietas latitans sermone salutis
Attrita in medium prodit, clarèque refulget.
At quì perfricta facie scelus omne sequuntur,
Sunt magè coniuges. nanq; hoc plus gignit in æuo,
Et mundi fragilis clauus sociúsque comésque,
Clauus humi carnè stringens, animámque deorsum
Plumbi more trahens atque omnis census ijsdem
Partibus ad natos hæredes morte parentum
Delabens, vitæ nec limite longior huius.
Verùm age, sic tecum mater veneranda paciscar,
Vt neque tu iustos homines producere pergas,
Ipsa nec iniustos memorem, fileantur vtrique.
Ast alijs rebus facile est cognoscere quantò
Præstet Virginitas, si crassæ carnis amorem,
Atq; Dei spectes, naturam si bene mundi
Excutias, æquo duplicémque examine finem
Perpendas. nam si nubem tenebrásque molestas
Tantillum ex oculis discusserit, atque micantes
Ad Solis radios pateant tua lumina nostri,
Et bene purgata lustraueris omnia mente:
Inuentes vitam thalami consorte carentem
Totam cœlesti, vice muneris esse parenti
Appensam, sacrámque, electrum, aurúmq; nitore
Vincentem, pennis celerem, mitéq; serenam
Prudentémque leuémque, excelsam vertice, elatam
Vndique, non terræ fixam, immersámque profundo:
Ætherea sed in vrbe procúlque à carne manentem,
Dextra

Dextra amplexantem cœlum, vitámq; senectæ
Ignaram, lænaq; manu decus, atq; perennes
Diuitias, non testaceo sub pondere lentis.
Passibus in morem domiporta membra trahentem.
Non carnis Christíq; simul mandata sequentem,
Non, velut amphibijs mos est, in mollibus vndis
Degentem, atq; etiam in terra noctúq; diúq;,
Ardua sed totam mittentem ad sidera mentem:
Et spe, cui prolis generatio carnea cedit,
Cœlitus inuectæ lætam, semperq; virentem,
Ac puris animi conceptibus, æthere ab alto
Largiter immissis, puróq; à numine fusis.
Contrà connubium à Christo vel prorsus aberrat,
Aestibus abstractum carnis, varijsq; caduci
Immersum curis mundi, vel numen olympi
Exiguè attingit, leuibusq; amplexibus vrget.
Nanq; duplex veluti cernens caput, oraq; bina,
Aut etiam geminas spectans in codice chartas,
Non totam verè poterit comprendere formam,
Id licet obnixè studeat, sed parte retenta
Effugiet sparsum & tenuem pars altera visum:
Sic Christo & mundo quisquis partitur amorem,
Huius amor planè leuis est & frigidus: at qui
Totam animi flammam penitus defixit in vno,
Ille procul dubio constans & certus amator.
Nanq; vel ardenti Christi succensus amore,
Coniugis amplexus spernit tædasq; iugales:
Vel Christum ex animo, carnem dum deperit, arcet.
Quinetiam Latomi sobolem, quiq; fabrilem
In lignis artem exercent, cùm linea recta
Quæritur, exactaq; opera captatur amussis,
Ex oculis vnum claudunt, & lumine toto
In socium fusa, visus aciéq; coacta,
Recta sequente tenent duro vestigia ferro:
Sic collectus amor propius coniungit amantem
Pectora casta Deo, cupientem qui cupit atq;
Cernentem cernit, sicq; obuius aduenienti.
Quem quò plus quisquam cupit, hoc magè cernit eundem:
Quòq; magis cernit, tantò magis expetit illum
Cernere, sicq; bonus semper conuoluitur orbis.
Hunc ego deperiens, præsentis commoda vitæ
Deserui, nec quoq; aliò mea lumina quiui
Flectere, sed dulci teneor iam compede victa,
Eximiæ illius succensa cupidine formæ,
Vulnere quæ dulci mentem transfixit, & acres
Clarásq; in medio fudit mihi pectore flammas,
Et totam pulchram effecit, totamq; corusam.
Nanque hic solus amor formosum reddit amantem,
Quódq; magis mirum est, ab amato nascitur illis
Gratia, quam quisquis susceperit, ille beatus.
At tibi cùm medijs etiam altera flamma medullis
Insideat, tumidam tamen audes tollere frontem,
Vt magis ad cœlum accedens, sedésq; beatas,
Ob natos, & opes, grandésque atate parentes,
Tanq; sint lætitia hæc. verùm sapientis amores
Non leuia aspiciunt, sed dura & acerba sequuntur,
Paruaratis, paruus tractus, nec commoda magna
Rerum, quæ pereunt, nec habent durabile quicquam.
Ast immensa tibi est huius traiectio ponti.
An freta parua secans, sinuatis te quoq; velis
Posse per Ionium pelagus ductare carinam
Iactanter dices? hac vento flante mouentur,
Ac tantò melius, quantò præstantior ille
Extiterit. quòd si fuerint contraria venti
Flamina, non liquidis genus est graue mortis in vndis.
Ast animus contrà spatiosum nauigat æquor,
Indiget atq; bono flatu, quem spiritus edit.
Huius ego tota metuo dum mente saluti,
Arctius amplector Christum, rebusq; secundis
Non minus hunc cupio, qui nunq; fallit amantes.
At quem pauperies rerumq; penuria cogit
Implorare Deum, simulatq; penuria tristis
Fugerit, extemplo diuinum linquet amorem,
Quòd si te supera Christus transfigat ab arce,
Atq; salutifera penetret tua corda sagitta,
Seiunctí imq; duos bene contemperis amores,
Perspicies facilè, quantò rex summus amantis
Dulcius extimulet pectus, mentemq; beatam.
Quid sequitur? natis senium curantibus ægrum
Canicie posita rursus florere parentes
Incipiunt, vxorq; viro, contrà q; maritus
Subsidio vxoris primos renouatur ad annos.
Communis porrò magis est iucunda voluptas.
Communes curæ minus angunt, atq; dolores,
Et rectè gradiens titubantem fulcit amicum.
Hæc ait. at contrà ipsa meos ego iudico patres,
Virtutis quicunq; mihi documenta dedere.
Rursus pro natis habeo, quoscunq; salutis
Instruxi monitis: demum pro coniuge Christum.
(Præteriquis adamat qui Virginitatis alumnos:
Sit licet ob cunctos natus, crucis atq; dolores
Pertulerit) qui me, licet aspera durágq; mittat,
Expleat lætitia, leuiorem mole dolorum
Efficiens instar vitiari fordibus auri,
Ignea quod fornax purgat, reddítq; nitori.
Atq; pudicitiæ, cuius tibi septa coërcet
Coniugij vinclum, Christus mihi, non cæca tutrix,
Et diuinus amor superans, qui depulit omnem
Flammam aliam, celeríque fuga decedere iussit,
Non secus atque feris leuibus leo feruidus adstans.
Concordes etenim affectu motúsque caduca
Corpora habent: ideoque sciunt sibi mutua ferre
Gaudia, quæ veneris parit illecebrosa voluptas.
Mensa tibi grauis est epulis, me fenitula pascunt,
Per loca sola velut numerosa millia turbæ
Multa Dei quondam pauit clarissima proles.
Pocula læta tibi vitis fœcunda ministrat:
At fontes fluuijsque sitim puteísque perennes
Nostram depellunt, effusáque pocula præbent.
Est tibi præpinguis facies, ornatáque vestitu:
Sordida cæsaries decor est mihi, vilis amictus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vestiu, q̃ mirè mouet aurea fimbria, Christus
Est mihi, tectum animæ decus, ornatúsq; refulgens.
Te iuuat in molli noctem consumere lecto:
At saccus mea membra tegit, mihi stragula præbet
Lectulus, únque solo, lachrymis perfusaque terra.
In precio est auri tibi vis: mihi puluis amori.
Est tua, q̃ vituli teneri lasciuia maior:
Tristis ego in terram mœrentia lumina flecto.
Rides at que genas soluis petulante cachinno:
In mollem risum minimè gena nostra soluta est.
Te misera incendit famæ laudisq; cupido:
At mea non humilem quærit sibi gloria terram.
At que animo post q̃ lustraueris ista fugaci,
Perspice quanta premant seruos incommoda carnis.
Fœmina non parua mercatur dote maritum,
Quòdque etiam grauius, vitiosum sæpe & inertem.
Rursus emenda viro coniux, nec moribus illa
Prædita sæpe bonis, quæsita, accersita pestis,
Quam nulla valeas ætate fugare.
Nam si concordes animis iustique coirent
Iure thori, leuius sulcarent æquora vitæ,
Nimirum duplici vento impellente carinam.
At vitijs fœdos thalamus cùm fœdere iungit,
Immanis labor est, dolor hic præcordia rodit.
Omnia dissidijs flagrant: nec enim inter iniquos
Firma coire potest concordia, certus amorq;.
Aspera quinetiam thalamos persæpe recentes
Fata subiuerunt: nunc sponsu, deinde cadauer.
Nunc thalamus, tumulus, latè iunguntur acerba.
Exiguum cantum sequitur mox nænia tristis,
Connubij tedas alias succendit eadem
Extinxit manus alterius, fœdúsq; iugale
Sultulit. Hic tenera pater est à prole vocatus:
Ille repente rogo sobolem dedit, ac sterilescit,
Non secus ac ramus ventorum turbine fractus.
Nunc virgo, coniux demum, mox orba marito:
Vna hæc sæpe die, sunt vna hæc nocte frequenter,
Dilaniatq; comas, sponsalémq; eijcit à se
Ornatum, lacerátq; genas, sauóq; dolore
Perdita virgineum pellit de corde pudorem,
Extinctúmq; vocat miseranda morte maritum,
Desertámq; domum luget, viduumq; cubile
Et præmaturo sublatum funere deflet.
Nec verò partus pergam memorare dolores,
Atq; onera in matrum vuluis extincta referre,
Et tristes fructus, & fœtus matre carentes.
Quæ prius est tumulus nati, ac deniq; mater,
Infœtóq; et tam fœtus, partúq; priores
Interitu. Taceo eductos ad lumina vitæ
Ante diem, mentísq; inopes, atq; horrida monstra,
Dedecus humani generis, ludibria carnis.
Quæ si cui vera libeat perpendere lance,
Perspiciet facilè, quantò mea vita feratur
Altius ad regni moderantem sceptra superni,
Cunctis nota viris, decorat quos inclita virtus.
Quinetiam partûs labes verinsq; silebo.
Virginitati enim decet os conuitia castum
Effugere. At mihi si tentes aspergere labem,
Si quis forte meam maculauit crimine vitam
Et probro Christi tunicam, quæ nescia sordis,
Iunxerit, ídque bonum, quo non præstantius vllum
Est tibi, complexus fuerit cum crimine fœdo,
Vxorem serò accipiens, vitamq; beatam
Effugiens, blandæ qua restitit oscula carnis:
Ipsa quoq; obscœnum contrà memorabo cubile,
Quod furtim rapiunt calcata lege, minisq;,
Quæ Deus intentat, mœchorum perdita turba.
Rebus in humanis etenim mage noxia pestis
Nulla est, nec grauius quæ mollia pectora rodat,
Quàm cùm non proprio lecto versutus adulter
Iungitur, & dubio fœcundat semine mœcham.
An cùm te minimè remoretur adultera turba,
Impediátq;, thoro quin subdas colla tugali,
Immò etiam vxorem ducat, qui vindice dextra
Lethiferum mœchi demisit in ilia ferrum,
Totus adhuc stillans admissa sanguine cædis,
Quiq; fuga celeri minitantia spicula fugit,
Me contrà à Christo quorundam insana libido
Distrahet, atque meum de corde fugabit amorem,
Et lapis exiguus latissima flumina sistet?
Haud decet, haud fas est: nam multò præstat vt, ingens
Dum numerus leuibus petit ardua sidera pennis,
Aethere labantur quidam, si dicere fas est,
Quam fixi in terra maneant, taceántq; supini,
Dum metuunt, ne penna nimis sublata liquescat,
In terrámq; cadant, temerè dum sidera quærunt.
Nanq; homines virtute graues sunt gloria Christi:
Contrà qui vitijs animum immersere nefandis,
Non aliter q̃ qui coniecit in aëra saxum,
Vertícibus vitium capiunt sordésq; malignas.
Angelus ante fuit miro splendore coruscus
Lucifer: ast illo cœlesti ex arce ruente,
Cœlitibus tamen incolumis sua gloria mansit.
Sic neq; discipulis scelerati casus Iudæ
Opprobrio fuit, ille quidem de sede bonorum
Protinus ejectus, nigrum detrusus in Orcum est.
At reliqui cursum recti tenuere priorem
Sic posth q̃ æquorea quendam rapuere procellæ,
Vela alius pandens vento tumefacta furenti
Nauigat, extincti prospectans triste sepulchrum.
Aut etiam à tumulo puppis retinacula soluit.
Linquere méne iubes vitam sic alta petentem
Chara parens, verbísne meis imponere finem
Incipiam, quoniam obtinuit tua filia causam?
Vicisti ego, dilectíq; itidem vicere parentes.
Quod si, te quoniam cœlebs prognata parente
Vita est, lætitia tanta diffunderis: inde
Colligitur facilè, quantò mea gloria maior.
Nónne vides omnes, quorum à te mentio facta est,
Præstantes virtute viros à coniuge vita
Productos superasse tamen virtute parentes?
Christus enim quamuis Maria de virgine natus,
Partibus innumeris vincit tamen ille parentem,

Et quoscunq; alios obuolait carnea moles,
Quáq; tegit mentes conuexi regia cœli.
Quinetiam tenui de semine crescit arista,
Eximiúmq; aurum vili profertur arena,
Ad summam à nobis quadam statuetur imago,
Qua velut in tabula vitam pingemus vtramq;:
Atq; ita tu nostri finem sermonis habebis.
Bruma niues profert, flores sunt veris amœni:
Dat senium rugas, vires generosa iuuentus.
Sed tamen & bruma spectantur tempore flores,
Atq; niues gelidæ vernis quandoq; diebus:
Protulit & canos iuuenis, viridémq; senectam
Vidi, & vincentem iuuenilia robore membra.
Haud aliter, quamuis sit terræ vxoria vita,
Castáque virginitas decoretur coniuge Christo:
Interdum tamen in terram depressa recumbit
Virginitas, contrà thalamus ferit æthera pennis.
Vtraq; sic simulans, specie mentitur inani,
Illa quidem tedas, hæc contrà Virginitatem.
At vos ò patres & Virginitatis alumni
Quantisper tarda quæso testudinis instar,
Aut velut obliquo gradientes tramite cancri,
Aut velut oblongi sinuosè membra trahentes
Angues, viuetis depressi pondere carnis?
Huc agite, atq; aures Christo præbete monenti.
Formam splendorem, censum, genus, omnia terræ
Commoda, & horrendo de crimine gaudia nata
Pellentes procul à nobis, tendamus in altum,
Et leue sectemur vitæ genus, atq; beatis
Cœtibus angelicis æqualiter associamur,
Et nos coniungat puris purissima vita
Mentibus æternum vt Regem Dominumq; sequentes
Lætis ipsi animis carmen solenne canamus.
Vtq; in coniugium, paradisi sede beata
Pulsi, desijsmus, terrámq; labore refertam,
Atq; ea quæ rigida perfunctos morte sequuntur:
Sic decus ad primum nos innuba vita reducat,
Et nemus egregium, mihi quod vecordia clausit.
Hæc quoq; Virginitas diuino protuli ore.
At qui iudicio præsunt, licet vrat eorum
Pectus hymen & amor tedæ, thalamiq; cupido,
Non tamen ideò facient, quin candida vita
Tempora virgineæ cingant victrice corona.
Ac statuens etiam sua præmia Christus vtriq;,
Hanc mage condecorans in dextra parte locabit:
Illam autem à læua considere parte iubebit.
Nã nec honor leuis hic, nec gloria parua putanda est.

SCHOLIA IN PRECED. TRACT.

Vers. 155. Vetitum ligni exitialis) Gr. ἀπὸ ξύλου φθόριου φυτὸν. Ab effectu arborem hanc pestiferam vocat, non quòd naturâ exitiosa esset. Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

197. Vnus vtrinq; Deus) οὐ διὰ ἀμφοτέρων, non quòd ex vtraq; natura sit Deus: sed quia Deus & homo vnus est Christus, ac proinde Deus.

219. Atq; hominem contraxit in vnum) Alludere videtur ad id quod ait Apostolus Ephes. 2. Christum ideò mortem pertulisse, vt duos homines conderet in semetipso in vnum nouum hominem.

264. Ac chorus ingens) Descriptio est eorum, qui contemptis mundi huius illecebris, carnisq; lenocinijs, totos se pietati colendæ studio deuouerunt.

270. Quiq; Dei, cuiusq; Deus) Quamuis οἷοι à Deo creati sint, ac proinde sint Dei: hi tamen potissimum Dei sunt, qui ad ipsius præcepta actus vitæ suæ rationes exigunt. Eodem modo quamuis Deus omnium in vniuersum sit Deus: præcipuè tamen optimi cuiusq; Deus est. Sic se Deum Abrahæ & Isaac & Iacob appellat.

296. Ac primùm Deus est) In Græco,

πρῶτος θεὸς πάντων γένετο, καὶ ἴλαθι χριστὲ,
Τῶν νόμοις καθαροῖσι παρεὶς τὰ παροίθεν. Quid autem significent hæc verba, καὶ ἴλαθι χριστὲ, cum sequenti versu, quíve commodus sensus ex his erui possit, non video. Itaq; expungenda ea in versione mea iudicaui, idq; non sine doctissimi cuiusdam viri consilio, qui hæc plane obrepticia temereq; inserta censet, Aliquin ita hæc per parenthesim extulissem,

Tuque mihi quæso fis optimè Christe benignus,
Si tua lex, mundo tandem mage pura refulsit. Sed hæc verba sensu carent, & vt ille ait, dant sine mente sonum.

299. Palma cupidinis expers) Plin. lib. 13. Nat. Hist. cap. 4. de palmarum natura tractans in hæc verba loquitur: Cæterùm non sine maribus gignere fœminas sponte edito nemore confirmant, &c.

302. Ex coitu saxorum) Theophrastus & Mutianus, vt est apud eundem Plin. lib. 36. cap. 18. esse aliquos lapides, qui pariant, credunt. Solinus cap. 56. Concha, inquit, in quibus hoc lapidum genus reperitur, quæ certo anni tempore luxuriante conceptu fœtum rorem velut maritum, cuius desiderio hiant. Et cùm lunares maximè liquuntur aspergines, ofcitatione quadam hauriunt humorem concupitum. Sic concipiunt grauidæq; fiunt, &c.

328. Communis voluptas) Gr. κἄρμα μίγ' ὠφελέοντε, καὶ ἀλλήλοισι νοήσαι. Alludit autem ad illud Homeri Odyss. ζ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

-Ἢ μὲν γὰρ τὸ γε κρεῖσσον καὶ ἄρσεν
Ἢ ἔτι εὐφρονέοντι νόημασιν εἰκαθέν χθόν
Ἀνὴρ κλέϊ γυνὰ πρὸ δ' ἔλαχε δυσμενίῃσι.
χάρμαισίν' εὐφήμησαν δ' ἄχθ' ἄρα δυσμενίῃσι. *Quæ verba hoc loco transferre nihil attinet, cùm ea fere ad verbum ex Gregorio traduxerim.*

332. *Obsignans violenti fœdus amoris.*) *i. efficit vt vterq; matrimonij finibus se contineat, nec venereo æstui medicinam foris quærat, cùm libidinis ardorẽ domi sedare possit. Quod autem seq. versu ait. Pullus amicitiæ, videtur alludere ad id, quod habetur Pro. 5. Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ: cerua charissima, & gratissimus hinnulus, &c.*

335. *Vnus amicitiæ pullus*) *Videtur alludere ad eundem locum. Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Cerua charissima, & gratissimus hinnulus, quemadmodum & sequenti versu ad illud eod. cap. In plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.*

369. *Vasta Gigantum*) *Gigantes à Poëtis singuntur fuisse filij Terræ & Titanis.* γηγενεῖς *Græci vocant.*

519. *Zacharias. nec enim.*) *Id colligit ex verbis Lucæ, qui cap. 1. de Zacharia loquens his verbis vtitur. Et factum est, vt impleti sint dies officij eius, abijt in domum suam.*

551. *Quin tu consimili*) *si tu idcircò tibi præstantissimorum virorum gloriam vendicas, quia ex matrimonio procreati sunt: eodem quoq; modo sceleratorum hominum crimina in te recidant, necesse est, quandoquidem ipsi etiam ex coniugio nati sunt.*

566. *Iulianus habendus.*) *Vide secundam inuectiuam aduersus Iulianum Imperatorem.*

580. *Nanq; malis prona est*) *Alludit, vt opinor, ad illud peruulgatissimum Hesiodi, qui in libro cui titulus est Opera & Dies, virtutem in arduo positam esse ait, vitium autem in procliui:*

τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστι λαχέσθαι

589. *Si summo nata parenti.*) Gr. ἢ δὲ θυγάτηρ λαχέσθαι, *&c. vbi* λαχέσθαι *filiam interpretor, (quemadmodum &* ἀρχὴ *sæpe pro filio accipitur.) non autem sortitam, vt Aldus, repugnante sensu.*

649. *Vt neq; tu inflos homines*) Gr. ἀλλὰ τιμᾶν πλείων, *&c. In quibus verbis si Heruagius correctioni Aldinæ oculos adiecisset,* ζηλῶν *posuisset, non* πλείων. *Sensus enim hic Virginitatis est, Quoniam vides te bonorum virorum, qui ex te prognati sunt, laudes vendicare non posse, quin eadem ratione sceleratorum hominum probra in te recidere necesse sit: age, hoc inter nos paciscamur, vt nec tu bonos viros in medium proferas, nec ego sceleratos tibi obijciam.*

658. *Lustraueris omnia mente.*) *Hîc etiam refragantibus & Heruagiano & Aldino codicibus,* λελωκὼς *lego, non* λύσας. *Hoc enim vult Virginitas, coniugatam vitam, si bene purgato mentis oculo rem perspexerit, compertùm esse, quantis partibus superior sit coniugio cœlibatus.*

671. *Velut amphibijs mos est*) *Amphibia animalia sunt, ideò dicta authore Columella lib. 8. cap. 19. quòd nõ tantùm terrestria, sed & aquatilia desiderant pabula, nec magis humo q. stagno & mari consuescant: cuius generis Suidas vult esse Hippopotamum, crocodilum, & etiam hominem. Ranis etiam* ἀμφιβίοις νομὸν, *i. ambiguum pastum esse ait Homerus in sua Batrachom.*

806. *Sequitur mox nænia*) *In vtroq; exemplari legitur,* μιμῆλον ἄεισμα παροίτερον τὸ θόλον ἀνιηρὸν. *vbi carmen ipsum corruptum se clamat, nimirum vna syllaba resultans. Itaq; pro* ὀθόλον, *quod sensui absurditatem affert, lego* ὑ' ἀνιηρὸν.

837. *Idq; bonum, quo non præstantius*) Gr. σῶν ἀγαθῶν τὸ πρῶτον. *Venereum autem congressum significat.*

900. *Quandoq; diebus*) *Legendum enim* πότε, *non* ὁπότε.

909. *At vos ô patres*) Gr. ἀλλὰ φίλοι ἥλικες. *Hîc nihil temerè mutare ausus sum. Id tamen admonebo mihi probabile,* πατὴρ *substituendum videri, coniecturam faciens ex eo quod inferius subijcit,* ἄμοσον δὲ μοὶ ἐλθεῖν ἐς πρῶτα κῦδος ἰωκὴν, *quod nullo modo coniugati quadrare potest.*

911. *Gradientes tramite cancri.*) Gr. πάγχυρον. *Paguros enim cancrorum genus esse scribit Plin. lib. 9. cap. 31. Quòd autem cancros λοξοβάμους & ὀκταπόδους vocat Theologus, conuenit cum eodem Plinio, qui cancris omnibus pedes octonos in obliquum flexos esse ait.*

913. *Viuet is depressi*) *(*ὡσιτες *enim vnico verbo lego, nõ* ἴωσιτες, *vt in impressis codicibus.*

918. *Et leue sectemur vitæ genus*) *i. facilè & expeditum, nec vitæ huiusce curis depressum.*

GRE-

GREGORII NAZIANZENI PRAECEPTA AD VIRGINES.

ARGVMENTVM.

QVoniam præcedenti tractatu Virginitatem laudibus extulit, commodè nunc ad Virgines orationem confert, easq; salutiferis præceptis instruit, atque ad veræ & præcipuæ virginitatis studium cohortatur. Nec verò quisquam miretur, quòd cùm prima frõte ad sacras duntaxat Virgines hic tractatus spectare videatur, masculino tamen genere aliquoties vtamur. Græca enim secuti sumus, quæ nunc ad viros, nunc ad sacrosanctas puellas orationem conuertunt. Atque ipsa quoque inscriptio satis ostendit hoc opusculum ad omnes vtriusque sexus pertinere, qui virginitatis studium profitentur. Nec enim fœmineum articulum affixum habet: sed absolutè ac citra vllam distinctionem Virginibus consilium pollicetur.

EST tua non dubiè victrix sententia causæ:
Sicq; vel in tenera quisquis desixit amorem
Carne suum, statuet. sed enim clarissima Virgo,
Consilioq; valens nostris sermonibus aures
Arrige quæso tuas, mediòq; in pectore fige.
Optima sunt etenim curuæ præcepta senectæ.
Motibus immodicis ne mens elata cruento
Vulnere te feriat, vigilanti prospice curæ.
Nanq; hominem haud rarò casus prouexit in altum.
Atq; iridem fœdæ est sublatio causa ruinæ.
Nam lex ista Dei est, dulci gemibunda fauore
Pectora complecti, & mentes calcare superbas.
Neue tuam exiguo librans examine vitam,
Si quosdam errones vel aperta fronte scelestos
Prætereas, ideò esse putes virtutis in arce.
Non etenim summæ est paruos præcellere laudis.
Sit tibi lex diuina modus, sit rector Olympi,
Qui, quamuis alios cursu præcedere possis,
Te tamen immensè exuperat, retròq; relinquit.
Nec, cùm non impar numerus virtutis honore
Te superet, q. qui laudis tibi porrigit herbam,
Sic animos tollas, quasi non sit par tibi quiq.
Te supra excelsi latissima regia cœli:
Tu verò inter humi fusos pronósq; iacentes
Altius assurgens quid laude efferris inani?
Vt Sol in nitidis Phœbéq; & sidera lymphis
Piscibus irradiant, quamq. non illa, sed vmbras
Vanáq; prospiciunt veri simulachra remoti,
Lætanturq; vmbris & imagine lucis inani.
(Non ab aquis etenim caput erexere profundis,
Perspicere vt vere splendentia corpora possint.
Nanq; aliàs illis esset dignoscere promptum,
Quodnam sit verum lumen, quæ ludicra lucis.)
Haud aliter quidam, quia magni culmina regni
Nunq. lustrarunt oculi nec imagine mentis,
Si paulum assurgant fastigia laudis habere
Cuncta putant. At tu complexu condita quædam
Iam retines, quædam speras, ad cætera magno
Tende gradu semper scandens spectansque priora.
Stare loco malares. Ergo torpore relicto
Vt capias, propera: donec virtutis ad arcem,
Supremumque gradum perueneris auspice Christo.
Aduigila, ne te Momus, sceleratáq; lingua
Atergo incautam feriat, famámq; veneno
Inficiat laudésq; tuas, carpátq; maligné.
Nanq; duplex duplici vita est obnoxia probro:
Altera criminibus grauis est, nec dispare fine
Clauditur: egregium contrà tenet altera cursum,
Tandémq; optatus, sicut decet, exitus illam
Excipit. At Momus petulans arrodit vtramq;
Dente pari. Quid enim lingua præstantius esset,
Pectora si tantùm morsu vitiosa proteruo
Impeteret? Verùm nullo discrimine in omnes
Euomit hæc rabiem. Quare prudenter vtramq;
Explorare tuum est, ac toti viribus illam.
Effugere, in sceleratâ suum quæ pectora virus
Diffundit, puramq; tueri à crimine mentem,
Commoda quod linguis furialibus arma ministrat.
Altera, qua recti lacerat malus hostis alumnos,
Non mage te turbet, q. vis asperrima venti
Aequoreos agitat scopulos, vndaq; minaces,
Quas facilè infringit petræ firmissima moles.
Nec verò turbæ captans popularis amorem
Turpe quid admittas: nec recti desere curam.
Sit licet hoc illis odio, quos improba vita
Delectat, cura quæ sunt dignissima laude:
Si tamen illa tuis meritis comes esse recuset,
Non te discruciet mendax oratio: verùm
Prompta per assuetos vestigia figito gressus:
Quamlibet oblatrent, atq; ora impura resoluant,
(Ladere nil vnq, quod sit cœleste, valebunt)

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ipsorumq; oculos liuor instißimus vrat.
Nec verò Sodomam fugiens mundiq; fauillas,
Horribilésq; minas labentis ab æthere flammæ,
Ad Sodomam flectas oculos: ne fortè repentè
Concrescas salis in statuam, cunctisq; columna
Publica tum vitij prostes, tum mortis acerbæ.
Nec Sodomam liquisse fuga contentus, in aruis
Vicinis defige gradum, flammaq; propinquis:
Sed celer in montem propera, ne te igneus imber
Obruat, & sæuos pariat mora longa dolores.
Nec tibi sit nimio carnis natura pauori,
Tanq̃ illam nequeas vlla ratione domare.
(Non etenim timor hic diuina manat ab arce,
Qui mentes hominum tam dura compede nectit)
Nec rursus carni plus æquo frena relaxa:
Ne te insperatò abripiat, terraq; voluter.
Durum iter & salebris infestum carpe libenter,
Conscendénsq; vide, ne quid vestigia fallat:
Vt tibi propositam pedibus contingere metam
Detur inoffensis, arctáq; incedere porta
Ad sedes superas: vbi gloria luxq; perennis,
Et iucunda quies nullo interrupta dolore.
Si metuis stipulam quia paruulus excitat ignis:
Pone metum, flammam ingentem tibi cœlicus imber
Sopiet, atq; preces, gemitus, lachrymæq; diurnæ,
Atq; graues curis noctes, totúsq; supernum
Ad regem contensus amor, sedésq; beatas.
Talia virgineæ sunt optima pharmaca vitæ,
Queis neq; tu nudas species curabis amoris
Corporei miscere animo: sed mente pudica
Esse laborabis, velut alti numinis ædes
Pneumatis & radius supero demissus ab axe.
Virgo sis oculis, sis ore atq; auribus ipsis
Virgo. nam tribus his facile est decedere recto.
Egregijs tantùm pateant sermonibus aures:
Turpibus & fatuis claudatur ianua verbis.
Quinetiam velut in thalamo tua lumina claude
Inuolucris deuincta suis: nec motibus illa
Lasciuis stimulent vasano pectus amore.
Vtq; latet rosa verna suo pulcra amine clausa,
Sic os vincla ferat, validisq; arcteturque habenis,
Indicatq; suis prolixa silentia labris.
Iam verò terram pedibus calcare superbis
Quisquis amat, graditurq; ferox: ita virginitatem
Mentitur, fœdatq; suum quodammodo corpus.
Detrita etiam lacerásq; amplectere vestes,
Delicijs vacuumq; caput, non serica fila.
Ornentur gemmis aliæ, decorentur & auro,
Quod fulgore suo collustrat corporis artus,
Hæc inquam his placeant, quarum depicta colore
Multiplici est facies, mortalique arte manúq;
Condita, cœlestiq; ab imagine turpis imago
Dißita, calcatum prodens sine voce pudorem.
Viuentes tabulæ, mysteria noctis opacæ
Externéq; nitens labes, pulchrúmq; sepulchrum
Interno fœtore madens & sordibus atris.
A quibus ô virgo Christum sortita maritum,
Quam decor occultus decorat, quam tecta venustas,
Esto procul, turpémq; ornatum à corpore pelle.
Lumina luminibus, verbis coniungito verba,
Pura tamen puris: non risus risibus autem,
Audacésq; animos audacibus atq; proteruis.
Hinc etenim humanos vestigia lubrica fallunt.
Cúmq; viros omnes, tum nullos ocyus illis
Effuge, quos inducti tios de nomine dicunt.
Crede mihi Virgo, Merrhæ salsißimus amnis,
Firmior ille licet sit saxo, purior auro.
Nanq; duplex metus est, si te fiducia carnis
Efficit intrepidam (quis enim confidere membris
Ausit, quæ tecto semper claudantur eodem?)
Ne tibi pura quidem sit mens, oculiq; pudici,
Sed versuta tegat quicq̃ mens altera carnis,
Spiritui q; neget pacem dulcémq; quietem.
Ex humili ad superam migrasti corpore mentem:
Cur rursus teneræ laudans consortia carnis,
Sacrum dedecoras Sponsum, qui téque tuámq;
Mirificè affectat formam, nec sustinet vllum
Ritualem adiungi: nec te timor occupat ille,
Ne tandem iratus sacro te priuet amore:
Vt pote quam duplici conspectet poplite claudam?
Christus amore tui flagrat: ne forma virilis
Te premat, & medio sedem sibi pectore figat:
Illius auxilio quid opus tibi (dic age) qui non
Sufficit ipse sibi, sed opem conquirit amicam?
Charus equo quamuis sit equus, ceruo quoq; cerua,
Et sturni sturnis, & vir pius egregiúsq;
Egregia pietate viris: tamen ipsa caueto,
Ne te, quantumuis prudentem animoq; sagacem,
Artibus atq; dolis in fraudem pertrahat hostis.
Nam grauiore animos bello insectatur acutos,
Exq; bono persæpe bonis mala subdolus affert.
Nunc splendet, tenebris nunc est adopertus opacis:
Mors grauis interius, dulcißimáq; esca superné:
Blanditijs mulcet, tecto perimitq; veneno.
Sæpe animis & mente pares collegit in vnum,
Et lucis speciem præ se tulit, atq; decorum
Cognomentum Agapes subijt: mox callidus omnem
Ex animo ad carnes vicinas flexit amorem.
Et flammam aut flammæ tristißima signa reliquit.
Vtq; etiam flammæ non signa impresserit vlla:
At celer ipsa tamen lethali pectus eorum
Vulnere concutiet, in te qui lumina torquent.
Ad vitium siquidem ferimur procliuius omnes:
Non secus ac per prona solet rapidißimus amnis.
At domus & mensa & vestis, tristísq; senectus
Corpusq; inualidum labi præ te exitur isti.
Maxima cum minimis permutas, aurea ferro:
Si vitæ claro perfusa lumine paruæ
Ipsa voluptates præfers minimémq; decentes.
Non mihi si grandes auri donáris aceruos,
Electrúmq; nitens, immensaq; iugera terræ,
Et latas vestes, & splendida tecta, simulq;

Alcinoi

Alcinoi regis mensam, non deniq; vita
Altera si detur rugosæ ignara senectæ.
Sic tamen amplectar deformem crimine vitam,
Turpiter atq; velim deserto viuere Christo.
Exiguus mihi sit panis, sint pocula lymphæ,
Et ficus solijs, primos velut antè parentes,
Me tegat, & vili corpus conuoluat amictu,
Ac mihi sit quædam tecti vice concaua rupes,
Aut fagi latebræ: sit simplex vita leuisq;
Atq; feris prorsus similis, vel ad atria quædam
Diuitis ipse iacens, incommoda sarcina terræ,
Pauper & vlceribus plenus languentia membra
Mœrentémq; trahàm vitam, luctúq; refertam.
Ista quidem in terris: pòst verò chasma profundum:
Atq; voluptates vindex vorago excipit omnes.
Sis saturo tu ventre, meos dolor occupet artus:
Omnia pòst paulò memori de mente recedent.
Vnum omnes eximus tumulato corpore, puluis
Vnus, & æqualis locus est, sedésq; parata
Regibus & seruis: terram properamus ad vnam.
Quocirca nec te præsentis commoda vitæ
Immodicè oblectent, nec rursus tristia frangant.
Tristia quippe tibi simul & iucunda necesse est
Linquere cuncta breui, quidenim, mihi dicito, longũ
Hæc mortalis habet fatoq; obnixa vita?
Hospes es in misera peregrinus & incola terra:
Pòst verò ad patriam diuina potentia sedem
Te vehet, in fragili post quam certaueris æuo.
Præmia sunt porrò longè maiora labore.
Túq; etiam Ionadab sublimi prædite mente,
Vitam, qua nulla est homini felicior vsquam,
Accelerans natis hanc legem & verba dedisti.
O nati, quas nec genitor mihi præbuit vnquam,
Nec soboli pater vllus opes sine fine manentes,
Percipite, ac lati cœlestia carpite regna.
Vos primùm nullis concludite corpora tectis,
Vomere nec terram perstringite, vineaq; vobis
Nulla sit, atque vicem tecti tentoria præstent.
Nec verò dulci guttur perfunde Lyæo,
O mea progenies, sed regi viue superno,
Diuitiásq; omnes in eo censúmque repone,
Censum, qui cunctos stabilis perdurat in annos.
Hæc, ait, atq; patris nati pia iussa facessunt.
Quid memorem populum Iacobo patre creatum,
Pergentem ad sedes diuina voce dicatas?
Cui flammæ monstrauit iter nubisq; columna
Per deserta trahens, quæ nemo triuerat antè,
Cui cessit pelagus, cui dulcia pabula cœlum,
Duráq; petra dedit latices, gelidúsq; retrorsum
Territus abscessit fluuius, cursúque represso
Longior in terris fixit sua lumina Titan?
Et manibus tensis hostilia castra fugauit
Vnus homo, Crucis in formam pia brachia fingens,
Ac gladios ferrúmq; fides hostile retudit.
Eximiúmque Eliam corui pauere rapaces:
Vsque etiam viduam fractámq; senilibus annis
Sidomà haud magnis epulis nutriuit in vrbe.
Pauper enim dulcem semper dabat arca farinam,
Atq; olei tantùm pleno manabat ab vtre,
Quantùm de dolio detraxerat hospitis altrix.
Quid dicam Hebræos pueros alimenta scorsim
Poscentes: ne fi regis mensaq; cibisque
Implerent ventrem, fœda se labe notarent?
Quique etiam lato Chaldæis pectore flammis
Insiliunt, redeunt q; domum non corpore læso?
Ipse feris Daniel rabidis proiectus in escam,
Non aluit sæuos lacerata carne leones:
Sed postq̃ fudit que preces, palmasque tetendit,
Aera per medium delata est esca prophetæ.
Quinetiam æquoreus medio de pectore piscis
Euomuit Ionam (dictu mirabile) qualem
Miserat in vastas fauces tribus ante diebus.
Nanque fides in ventre feræ comes extitit illi,
Melle famem agresti repulit vilique locusta
Zacharia genitore satus, texitque camelo
Membra pilis, habuitque domum versatile cœlum,
Atque in humo dura corpus dabat ipse sopori.
Quis Theclam necis eripuit flammaque periclo?
Quis validos vngues vinxit rabiémque ferarum?
Virginitas (ô res omni mirabilis æuo,)
Virginitas fluuios potuit sopire leonis.
Dente nec impuro generosos virginis artus
Ausi sunt premere, & rigida discerpere morsu.
Nec verò præclara mihi Susanna tacenda est,
Iure licet thalami fuerit sociata marito,
Illa pudicitiæ tanto flagrauit amore,
Vt vetitam fugiens venerem dextrasque nefandas,
Iudicio iniusto decretæ proximà morti
Consilio iuuenis tanto discrimine vitæ
Erepta sit, animi mentem, ingeniúque sagacis,
Ore suo qui Presbyteros Babylonis iniquos
Comicit, dulcique orbauit lumine vitæ,
Ipse tibi Paulus longo sermone recenset,
Quot mala, quot tristes curas durósque labores
Externis pressus simul & ciuilibus armis
Sustinuit pelago & terra: tum deinde coruscì
Tertia peruenit gaudens ad culmina cœli:
Dulcibus & totum laqueis innexuit orbem.
Tristibus ille magis gestit, quàm rebus opimis
Cætera turba hominum soleat, flatuque secundo.
In medio porrò virtus est fixa malorum.
Haud secus ac spinas inter rosa mollis acutas.
Hæc memori volues animo pulcherrima Virgo,
Spe comitata bona, te vitæ semper ab omni
Parte Deo studeas puram sanctámque tueri.
Nec quæ vel facilè prudentia pectora fraugit,
Vnq̃ te fallat duris in rebus egestas.
Quippe etiam Christum dum tentat callidus hostis
Esurie pressum cernens, durißima saxa
Protinus in dulces iubet illum vertere panes:
Vt sic pestiferis laqueis inuoluat egentem.
Vanus at in Christo fuit illius impetus omnis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ergo mortiferis, Christum velut ante salutis
Aut horem, illecebris homines mulcere laborat.
Sed te iunge Deo, procul hostem pelle malignum,
Christi tota manens, tenera nec subdita carni.
Nec velut in lepidæ curuo solet orbe choreæ,
Hunc dextra, hunc læua teneas, quantumq; propinqua,
Tantùm etiam à Christo sis Omnipotente remota:
Et simul addicas animum carniq; Deoq;.
Aequora vel celeri sulcans infida carina,
Non nimiùm tumidas Aquilone agitante procellas,
Committe vt cursum ratis anchora iacta retardet:
Aut etiam à terra trahito hanc segnémq; per vndas
Carpe viam æquoreæ similem similemq; pedestri.
Nec vitæ ipsa tuæ iacias Echeneida carnem,
Quæ velut iniecta properantem compede puppim
Detinet, ac tantam cogit subsistere molem.
Vtq; arcto nimium decurrens vnda meatu,
Plumbeus vt primùm lympha labente canalis
Plenus aquas vltrà nullas capit, illico victa
Accliuiúq; salit vi propulsante retrorsum.
Non secus ipse tuum, qui mente arctatur, amorem
Te iubeo ad Christum sublato tollere fluctu,
Aut pulchram quandam pinguemque obducere ternam.
Nam si huc atq; illuc liquidas diffuderis vndas,
In rupes, in prata, in torrentes, in arenas:
Optimus haud dubiè fluxus tibi, Virgo, peribit:
Dispersis quoniam lentis deuoluitur vndis.
Aetherea quanq; genitor charissimus aura
Si fruitur qui te donauit lumine vitæ,
Aut dulcis genitrix: amor hic à crimine tutus.
Atq; itidem fratrum si tu fulciris amore,
Si defixus amor tuus est in vtroq; parente,
Qui vel opem natis possint afferre, vel horum
Auxilijs egeant, illis conuiuere nulla
Inuidia est, oculos nec ob id tibi Momus acerbos
Inijciet, soleas non rarò stridere dicens.
Hoc quoq; non fuerit mediocriter vtile, Virgo,
Cùm malus hostiles in te conforquet ocellos:
Inuidus ille licet iaciat, tu pectore firmo
Semper eris, nec te liuor maculabit iniquus.
Nil alienus amor tibi sit, nil extera flamma.
Aut si quosdam alios casto amplexaris amore,
Saltem ne tecti ius sit commune caueto.
Corporibúsq; nocens sanis fiducia fallax,
Quin potius pressu manibus complectere Christum,
Aeternúsq; illi te iungat nexus amoris.
Nec tibi virginea quicq; clarescere laude
Profuerit, vitijs habeas si pectus apertum
Virginitate tumens. Grauius scelus istud habendum est,
Nascitur ex virtute malum cùm dæmonis astu.
Non tam etenim vt dulces thalamos nexúmq; iugalem,
Quo genus humanum Deus immortalis adauget,
Effugiam, q̃ vt criminibus mentiq; medelam
Quæram, virgineæ vitæ delector amore.
Quæ si forte meam purgarit crimine mentem,
Egregiè de me merita est gratéque rependo.
At si cùm valdùs conclusa sit area septis,
Porta seris pateat rabidis, pateantque fenestræ:
Aut cùm parte aliqua sepes molimine magno
Condita vim nullam metuat, pars altera rursus
Tota viatrici teneatur aperta cateruæ:
Quid mihi profuerit? nec enim minus area sæuum
Latronem excipiet, qui parte irrumpit ab omni,
Et mea peruigili circunspicit omnia mentè,
Sedulus obseruans, quonam mea vulnere membra
Sauciet, externo telúmque in corpore figat,
Quidque etiam interius raptat. Nunc sæuus apertis
Marte furit: nunc insidijs adoritur inermem.
Quis nisi præsidio Christi subnixus acerbum
Effugiat Satanam, & turpis contagia vitæ?
Nec verò in vitijs quicq; paruúque leuisque
Ponderis esse putes. Qui paruis obnius ibit,
Is nunq; præceps scelera in grauiora feretur.
Optima quæque libens audi: loquere optima quæq;,
Pauca tamen Visus facilis prompt úsque feratur,
Verùm ad opus celer extimulet. Iungantur amicè
Visus & auditus, sermo finísque loquendi.
Vtque bonam messem facias bona semina funde.
Sed neque furtiuos mundi fecteris amores,
Atq; fidem Christo iuratam perfida fallas.
Hanc porrò fallit, sacrat æque fœdera rumpit,
Quisquis vel tenuem radicem criminis in se
Excipit. Innumeros nam paruo tempore ramos
Hinc atque hinc obscura solet diffundere radix.
Et succo exiguo densatur copia lactis,
Et lapidem si quis tranquillas iactet in vndas,
Egregios turbat latices, vitiátque colorem,
Multi pliciséque orbes summa nascuntur in vnda:
Qui simul ac pacantur aquæ, soluuntur inanes,
Quinetiam paruo liuescit vulnere totum
Corpus, & ingentes subeunt cruciántque dolores.
Exiguúsque cibus mihi mortem inuexit acerbam.
Nam scelus hoc scelerũ densissima turba secuta est:
Non aliter q̃ cùm perruptis mœnibus vrbem
Ingreditur miles, sequitúrque exercitus omnis.
Aspidis haud grande est vulnus: tamen illa soporem
Mortiferum extemplo inducit, vaculsque dolore
Interit, excepit qui tetrum corpore virus.
Ergo caue, ne vel labes tenuissima mentem
Inficiat, minimáque etiam procul abiice noxa.
Venter claustra ferens vitij contagia forsan
Euitare queat: sed si laxentur habenæ,
Ianuaque huic omnis pateat, metus imminet ingẽs,
Ne furtim obrepat carnis lasciuia quædam.
Corpore cum domito facilè Cytheræa domatur.
Vinum virginibus probrum est obscœnius ira:
Turpius ira malum grauiúsque in virgine crimen,
Quàm furor in reliquis: iter hoc ad tartara ducit.

Nec

Nec verò quia membra tegit tibi sordida vestis,
Inde supercilium tollas. Nam gloria vana
Interdum tacitè in viles irrepit amictus.
Nec gena pestiferum fœdis subsultibus hostem
Excitet. Hîc etiam petulantes lmque cachinnos
Latitiamq; vagam, faciunt quæ corpore quæstum.
At tibi soluatur leni gena candida risu,
Purpureusq; rubor confestim gaudia fallat.
Nam qui virgineæ cernunt in fronte ruborem,
Hîc cadit exorto petulantia victa rubore.
Fœmina pauca loqui de summo numine debet,
Hactenus vt Triadis naturam intelligat vnam
In tribus. haud etenim pietatis verba tacere
Veilitus fuerit: sed plura admittat in aures.
Atque vtrunque pio faciat tremefacta pauore,
Et nimei externè velum ferat vsque pudoris,
Pugnet docta cohors, aduersaque verba profundat,
Sternat, & hæreticam cogat dare terga cohortem.
Ne tibi curarum moles densissima Christum
Eriptat, quæ vel mentem in sublime volantem
Detrahit, atque humili cogit subsidere terra,
Nec velut indomitus solet in certamine pullus
Currere calce procul: sic in diuersa feratur
Mens tua, & à Christo procul excidat omnipotente.
Fraude tamen Belię simens fortasse vagetur,
Flecte celer cursum, dubioq; errore relicto
Protinus extremam studeas contingere metam.
In manibus tibi sint radij, sit candida lana,
Inq; super tibi sint diuina oracula curæ,
Cœlestisq; etiam sapientia, cantica sancta,
Et tenuis vocis prudens sonus, atq; susurrum
Tam leue, vt admotas haudquaq̃ verberet aures:
Quod minus in labris habeat, q̃ pectore fixum.
Sæpe etiam in surdas hostis malus insilit aures.
Sed neq; cùm redas sis aspernata iugales,
Et quæ fœmineos animos incommoda vexant,
Diuinisq; semel virgo castissima flammis
Arseris: externos thalamos male sana sequaris,
Et quæ sunt thalamo coniuncta negotia, queras:
Coniugis & sanctæ referas pro virgine nomen.
Aut etiam aspideas altenis improba tectis,
Atque epulis, interque greges versetis ineptè
Seruorum, turbasque domus strepitumque molestos,
Proque fame expleta verba obsequiosa rependas.
Hospitibus porrò tibi sit modus excipiendi:
Si procul à turba, si quis virtutis amicus,
Huic facito, vt pateant anguSti limina tecti.
Ducetur tibi parua domus desertaque laudi.
Hospite prælitterit siquidem tibi Virgo cauere,
Quàm sine delectu cunctos admittere tecto.
Nam cœtu in magno facilis iactura pudoris,
Atque hinc virginea in vita grauis dedecus hæret.
Colligere ergo fidem caueas à finibus orbis.
Quinetiam canos hominis seniumq; verere,
Et mores imitare graues. Cordata senecta
Commoda plura feret, quam stulta lenisque iuuentus,
Nec verò ardenti pietatis concita zelo
Cum leuibus discurre viris, oblita decori,
Adque sacras ædes procul à te perge remotas.
In cuiusque domo Deus est, cunctisq; propinquus
Pectoreq; in medio semper versatur amantis.
In primis venerare Deum, tum deinde sacratum
Pontificem, in terris fungentem munere Christi:
Quo duce certa teris fluxæ vestigia vitæ.
Huic tu præpetibus comitem te adiungito pennis,
Huic taciturna tuum Virgo submittito collum,
Hoc gaude alta tenens, hinc labens cede doleque:
Te pauor vt rursus tractam subducat in altum,
Mortua sis cunctis aliis, velutiq; sepulta.
Nanque hoc virginibus melius, quàm ducere vitam
Expositam cunctorum oculis fœdeq; retectam.
Illa mihi mulier, quam nescit turba virilis,
Quæ procul à mundo viuit, quæque abdita Christo
Cernitur, illa mihi dignissima laude videtur.
Magna quidem tua sit pietas, præclaraque virtus.
Nec tamen ideirco pietatis laude tumescat.
Laudem etenim captans hominum famámque caducam.
Egregiam laudem amittes nomenq; perenne.
Fœmineo è sexu fastus tollatur inanis.
Quem tu virtutis meritis fulgere videbis,
Hunc feruenter ama, & tota complectere mente:
Contrà quem vitijs tinctum perspexeris, illum
Insectare odio. Non est in dispare culpa,
Qui premit inuidia motus virtutis alumnos,
Quàm vitio addictis qui se profitetur amicum.
Nec tranquilla malis cùm prospicis omnia, rectum
Desere iter: iustos nec cùm mala plurima vexant,
Te scelus dolor excruciet, mentémque perurat.
Hi vitæ lusus, hæc fallax alea mundi.
Quocirca extremos rerum vigil inspice fines.
Dum mare cæruleum arridet, fluctúsque quiescunt,
Lætitiæ moderare tuæ nam forte propinqua
Tempestas puppim quatiet, mergétque profundo.
Aut igitur timeas instantem Virgo procellam,
Aut dubios casus incertáque tempora vitæ.
Certius iniusto vestigia fige cadente:
Quòd si etiam iusti studium cõplexus & æqui
Corruat, ipsa tuæ tantò magè prospice vitæ.
Nam cùm etiam insignes homines titubéntque cadántque,
Ardua inoffensam res est traducere vitam.
Vt pedibus carbo, tota hæc tibi vita caduca est:
Per medios graderis laqueos, per mille pericla.
Ac timor incessit mentem, ne forte salutis
Fundamenta meæ molli iaciens in arena,
Obruar à pluuijs fluuijsq; & turbine venti:
Aut velut in siccam labentia flumina terram,
Protinus ipse quidem exoriar, sed Solis acutis
Arescam radijs tactus, moriárque repente,
Aut etiam placido recreanti membra sopore
Inserat impurum semen mihi liuidus hostis,
Pinguia vt arua animum qui fundit in arua nocium.

Aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aut cùm casta decas priuans sua lumina, somno,
Ardentémq; faces gestans, perfusáq; luce,
Aetherea Christum venientem ex arce manebit,
Vt splendens rutilo, veluti decet, obuia fiat,
Annumerer stultæ classi, tenuémq; micantem
E facibus lucem cernens, iam sorte propinqua
Principio aterni sobole: languente lucerna
Tum serò infelix oleum vitale requiram,
Et foribus clausis thalamo miser arcear illo,
In quo pectoribus puris commixtus amore
Christus splendorem tribuit famámq; perennem.
Nati connubium celebrat pater, atq; profusas
Regaléq; omnino epulas festiuus adornat.
His vtinam interfim, cunctisq; accumbere detur,
Queis mea chara salus. Ille excludatur ab aula,
Qui villam gemmósue boues, thalamúmue ingalem
Non epulis stultis dubitat præponere sanctis.
Atq; etiam grauiter metuo, cùm cætera turba
Connubijs digno decoretur corpus amictu,
Ne quoniam laceris obuelem corporis artus
Vestibus, abripiar manibus pedibúsq; reuinctis,
Et thalamo atq; epulis charisque excludar amicis.
Cùmq; meus dominus thalamo thalamiq; relictis
Delicijs tandem cœlesti ex arce redibit,
Ac subitò aduenies toto spect abitur orbe,
O vtinam inter eos numerer, qui mente parata
Illius aduentum expectant: laudetq; timorem
Ipse meum, famulumq; bonum vocet atq; fidelem:
Vt qui conserua lenem facilémq; caterna
Me præstem, fideíq; illis alimenta ministrem,
Sedulus & partes frumenti partiar æquas.
Hæc veluti natu genitor charissimus, ipse
Virginibus mando: vos charum audite parentem
Et dulces nati & natæ, pulcherrima proles,
Gratia si qua mihi affulget. (nam fortè refulget)
Nec velut Helidæ contemnite iussa parentis:
Ne scelus horrendum non dispar pœna sequatur.
Nunc alios demum verbis affabor apertis,
Aequa vtrisq; tenens exactæ pondera libræ
Cœlibibus, thalamiq; iugo quæ colla dedere:
Ac mihi sit tellus magnus moderator Olympi.
Quantò Virginitas melior q̃ vita iugalis,
Tanto etiam dubiam præcedit virginitatem
Coniugij sancti nexus castumq; cubile.
Ergo virgineam vel prorsus dilige vitam,
Si genus hoc vitæ arridet, vel membra domare
Si nequeas, thalamo ceruicem inflecte iugali.
Vtq; is, qui ratibus secat æquora vasta, secundum
Sic teneas cursum, primo & meliore negato.
Aft fœdam vitæ mixturam vtriusq; caueto,
Nec cœnum vino, nec felli dulcia mella,
Nec sacris Samaram Solymis misceto nefandam.
Non etenim vi vano torquet sua membra labore,
Qui relegit gressu, pedibus quos triuerat antè,
Vel ferit emissa stultus loca densa sagitta,
Aut illam ante pedes laxato proijcit arcu,
Nec quò tendebat, temere volitantia fixit
Spicula: sic etiam qui Christo virginitatem,
Spirituale velut sacrum vacuumq; cruore,
Obtulit, atq; pedem referens connubia quærit.
Non illi hoc facinus tantùm iactura futurum est,
Sed casus grauis & mortis vicina ruina,
Et probrum ac labes omni durabilis æuo.
Non secus ac si quis prærupto è vertice montis,
Quem sudore graui reptans ascenderat, aurum
Vt foderet, cursúue feras agitaret atroces,
In terram subita lapsus cadat ille ruina.
Quis porrò pœnam Ananiæ Saphiraéque tremendam
Cùm legit, occultos nummos qui morte luerunt:
Non, etiam leuiter metuit perfringere vota?
Isq; etiam in linguam efficitur qui sustulit aurum.
Vestésq;, & paucos ignaro principe nummos,
Sacrilego totam constrinxit crimine gentem.
Virginis haud leuius crimen, quæ perfida cursum
Egregium linquens, miserè in contraria fertur.
Immò etiam quantò melior res prædita vita,
Tantò etiam furto grauiori astricta tenetur.
Ac pereat thalamus, pereat coniunctio vitæ,
Quam non lex thalami, non connubialia iura
Sanxerunt: verùm illo animas qui recta tenentes
Inuidus obtorto collo in diuersa reuorquet,
Vt premat imperij maiorem compede turbam.
Primus ab æthereo ad terram splendore volutus,
Ac tumidæ mentis pœnam, graue dedecus, atq;
Immortale tulit probrum. quem nocte diéque
Obserua, stimulum tibi ne defigat acerbum.
Vos ego conuersa iam nunc sermone parentes
Alloquar, in quorum manibus iacet arbitrioque
Gloria virgineæ vel fœda infamia prolis.
Ac simul ad charos etiam dabo dicta propinquos.
Et quibus ætatis commissa est cura tenellæ.
Haud decet, haud fas est magni figmenta Parentis
Cogere. nanque omnes aborigine fluximus vna,
Et rex & regi qui vectigalia pendit,
Diues, inops, alti qui thronis insidet, & qui
Vergit humi, florensque annis fractúsque senecta,
Omnes eiusdem soboles patris, omnibus idem
Spiritus, ad regem cuncti properamus eundem.
Omnibus est natus, mortem tulit omnibus æquè
Christus, & ad vitam rediit, vitámque beatam
Obtulit & rutili conuexa palatia cœli.
Nemò igitur stolidæ vanissima gaudia carnis
Dum sequitur, Christi quæ flagret amore, puellam
Innitam ad thalamos reuocet, Venerémq; molestam:
Ac velut hærentem saxo affixumque vetusto
Pulspon, aut volucrem tentet depellere nido.
Quin tua si potius transfixus pectora Christus,
Atque ea diuino Pater immortalis amore
Impleuit, Christo ne sit graue fistere nympham,
Aut puerum, vt quondam gremio quem fuderat,
Anna.
Quo nullum semen sacratius, hostia viua
Primigenis cuncti præstantior, omnibus vnis,
Et spicis, manus agricolæ quas sedula carpit,

Primitijs frugum dum cœli numen adorat.
Quòd si inter Christum mundíq; incendia amorem,
Lance pari studeas vtranq; expendere vitam,
Quæque bona, & quæ sint vtriusque incommoda partis,
Egregijs verbis referens, quémq; vtraq; finem
Spectet: tum demum tulerit quocumq; voluntas
Illius, huc sequere, ac thalamo vel porrige dextram
Auxilij, vel diuinæ succurrito flammæ.
At quæ maturis iam vitæ adoleuerit annis,
Vt vel mortali possit, vel nubere Christo:
(Vt vir enim vxori, sic natæ vincla parentes:
Atq; vtriq; Deum metuunt, sed Virgo timore
Depulso, flammis cœlestibus ardet in illo.)
Hanc neq; connubij cupidam cætúsq; virilis
Reprime: nec rursus cupientem nubere Christo,
In thalamos compelle graues, & trade marito.
Nec tamen impedio, quin tentes nonnihil illam,
Quámque habeat mentem, explores, faciásque periclum.
At verò totam si tu mentémq; manúmq;
Connubio dederis, thalamos epuláſq;, chorósq;
Inflituens, animo lætus, curísq; molestum
Talibus excutiens senium, miserémq; fugata
Virginitas cœlos repetat, Christóque querelas
Deferat, vt quondam terris Astræa relictis
In cœlum redijt, cùm bos est cæsus arator,
Quàm vereor ne iudicijs Pater almus iniquis
Offensus iustæ facinus graue vindicet iræ.
Cui natura omnis cedit terrena, pauétq;,
Cera velut rapidis flammis admota liquescit,
Et mentes hominum terret, versatq; tremore.
In terris porrò qui sanctè numen adorat,
Hic similis superis, hic diuûm proximus adi.
Is verò haud dubiè fœdo se crimine vinxit,
Qui tenera carni naturam carne vacantem
Miscuit, angelicósq; eduxit amore gigantes,
Crimimibúsq; Deum purgauit atrocibus orbem.
Hæc Græci fingant, quorum vasania diuos
Condidit aut hores vitijs scelerumq; patronos,
Fures, androgynos, mœchos, pestésq; virorum,
Carnifices, natos tollentes morte patrésque.
Quòdq; etiam multò grauius, templisq; sacrisq;
Crimina non puduit miseros ornare nefanda.
Perspice, q̃ varias proles Saturnia formas
Sumpserit, insanæ veneri dum laxat habenas.
Nunc auis efficitur, nunc serpens atque maritus,
Nunc taurus niue candidior, nunc cygnus & aurum:
Et quascunque iubet natus Cythereide formas
Arripit, & pueri q̃ primùm iussa facessit.
His sanè dulcis, carnis domitrixque teratur
Virginitas, illis nullo celebretur honore:
Hi sieri non posse putent, vt carnea massa
Fulgeat, expendunt propríjs qui sordibus omnes.
Aft agri est oculi nigrantia cernere cœli
Sidera, sic tellus, quamuis immota quiescat,
Voluitur ipsa tamen cæca vertigine captiu.
At nos virgineam probris conscindere vitam
Haud decet, & duris insontem carpere verbis.
Quid mirum in medio si fixus corpore Christus
Humanos omnes pellat violentus amores?
Sanguineum ægrotæ solo velut antè repressit
Profluuium tactu (Nanq; est furata salutem
Illa volente Deo, siccat áq; vena cruoris.)
Aut gladios vndásq; graues flammásque feroces
Immanésque feras laniantes corpora sancta.
Christicolis animus circum præcordia maior
Exilit, infestus quoties mouet arma tyrannus,
Persequiturque fidem Christi, bellóque lacessit.
Tum vitam insomnem ducunt tectóque carentem:
Tum gemitu lachrymáq; fluunt, tum vota precésque,
Tum dulces hymnos noctúque diúque canentes
Sidera summa petunt, mundoq; & carne relicti,
Tum tenui victu sustentant corporis artus:
Antra vicem tecti præbent vastæque cauernæ,
Strata lapis, mollésque herbæ, ramique virorís
Expertes: situsque truces atque inuia quærunt,
Cúmque feris habitant, fugientes vincula carnis.
Vt Phœnix moriens primos reuiresci ad annos,
In medijs flammis post plurima lustra renascens,
Atque nouum veteri surgit de corpore corpus:
Haud secus egregia redduntur morte perennes,
Dum pia diuinis ardescunt pectora flammis.
Viribus afflictis vis est subnixa bonorum.
Hæc quisquis bene perspiciet, cum corpore fœdus
Non feriet, posthæc meliore exarserit igni.
O verum natura parens, ô maxime diuûm,
Arbitrio qui cuncta regis, miracula pandam
Iam tua, quæ terris lucent vastóque per æquor.
Vt semel est dulci turtur viduata marito,
Extinctum gemit assiduè, luctúque requirit.
O verè sapiens volucris! Mortalibus autem
Quantò Virginitas tandem præstare putanda est?
Garrula quinetiam cornix orbata marito
Tristis agit vitam, cunctósque exhorret amores.
Nec verò multi circum connubia pisces
Finibus excedunt legum, temeréque feruntur
In venerem: vitam sed magna ex parte pudicam
Traducunt, thalamósque & iura vxoria curant.
Nanque etiam in magno legis viget æquore regnum.
Sunt quibus est vno partu contenta libido:
Sunt quæ dant axat sub verni temporis horam
Fœmineo coitu gaudere, natura modumque
Imposuit veneri, & rabidos frenauit amores.
Omnibus ac rursus coëundi tempora certa,
Aerijs, quæque in terra versantur, & alto.
Nanque animal nullum fines excedit amoris,
Sed tempestiuâ stimulata libidine cuncta
In venerem exorto turgentia vere feruntur.
Ac quædam mixtim coëunt discrimine nullo.
Cætera legitimo coitu desinit amorem
Turba, suis rabidos sedans vxoribus ignes.
Sunt etiam quibus est vnum satis edere fœtum,

Vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt scriptū retulere suis, quos nescere iussit,
Quótque & q̄. varios pariant animantia fœtus.
Ergo pudicitiæ cùm quandam animantia curam
Bruta gerant: tu quem summus Dominator Olympi
Omnipotente manu finxit, non compede totam
Astringes carnem, modò sit tibi prompta voluntas.
Sic etenim es factus rationi vt cedere rectæ
Non minus ipse queas, q̄. ferrum cedere flammis.
Quòd si vt me diuum effecit cœlestis imago,
Non itidem teuet imperio mens optima carnem:
Dic mihi, quid tandem nobis animlia cedunt,
Motibus omnino si nos agitamur ijsdem?
Quanquam autem multi affectus rapiuntur in omnes:
Communis tamen haud dubiè natura frequenter
Vincitur, & mandata lubens diuina faceßit.
Nam mihi nec corpus dispar, nec carneæ moles:
Et tamen extractum mundo crux compede firma
Vinxit, eique meos affixi corporis artus.
Nanque ego cum Christo cupio decedere vita,
Vt simul ad vitam redeam, simul æthera tangam,
Cuncta ferens Christi, Verbum, carnemque caducā,
Clauos, & mortem, & rediuiuæ lumina vitæ
Sponte domant alij carnem, non cœlite flamma
Incensi. quare nec Virginitatis honore,
Nec titulo digna est talis compreßio carnis.
Nec tamen æterni venit hoc sine numine Patris,
Vt quisq̄ veneris fœdæque libidinis expers
Viuat, & hoc fragili maneat tranquillus in æuo.
Inuenies etiam, qui dulcia vina cibósque
Quos alij quærunt, exhorreat, atque liquores.
Sunt alij rursus generis consortia nostri
Qui fugiant, hominúmq; odio loca sola sequantur.
Est in cœlibibus tu tantùm incredulus hæres.
Quanq̄ incredulitas, nisi fallit opinio mentem,
Non adeò in causa est, quàm quòd timor occupat artus:
Nec memor es, thalamus quot secum incōmoda portet.
Parvula flammigeros currit Salamandra per ignes,
Ac velut in gelida figit vestigia terra.
Empyrus est piscis, qui nunq̄ absumitur igne:
Verùm ardens medijs effulget in aquoris vndis.
Nónne etiam cogit magnes assurgere ferrum?
Nónne adamas manet indomitus, nec viribus vllis
Frangitur? in saxis quadam tam dura videbis,
Vt illis vt nequeat ferrum his extundere flammam.
Infusis aliud lymphis citò concipit ignem:
Quásq; etiam saxo flammas expreßerit vnda,
Protinus infusus liquor has extinguet oliui.
Cætera de genere hoc, nam plurima dicere promptū est,
Quis tandem numerare queat miracula Verbi?
Mens etenim sapiens ludit, speciésq; creatas
Temperat arbitrio, & toto commiscet in orbe.
Ex multis nunc pauca tamen referenda videntur,
Quæ partim his oculis vidi, partim auribus hausi,
Partim etiam monumēta fidem mihi priscæ dedēre.
An non decliui labuntur flumina cursu?
An non lixtoribus sæuum constringitur æquor?
An non flamma leuis naturā fertur in altum?
Et tamen est fluuius, qui salsas permeet vndas,
Nec quicq̄ miscetur aquis aqua dulcis amaris.
Ac licet è pelago nautis haurire fluenta
Dulcia, si fluuium ratis admoueatur ad amnem.
Iam verò Euboicum vidi tractúmq; fretúmq;.
Quod furit insanis crebrò redeuntibus vndis:
Vnda fluit refluitque, & cursum versa reuertit,
Ac modò desertā repetit citus æquora terrā
Oceanus, rapido nunc verberat impete terram.
Cimmeriáque itidem in ripa nunc humida tellus
Cernitur, æquoreis nunc contrà obducitur vndis.
Est alius rursus flammis ardentibus amnis,
Si modò vera ferunt, Aetnæo vertice manans.
Mirum profluuium. nexu sociatur amico
Ignis aqua, coëunt Christi contraria iussu.
Quinetiam in paruis eadem miracula lucent.
Esse ferunt semen, quod solum ex omnibus illis,
Vbere quæ gremio tellus largißima fundit,
Corpus habet rigidum, nec terra soluitur vnq̄.
Imbre nec æthereo pinguet, sed tempus in omne
Defixum, siccúmque manet, nec cornibus vllis
Duritie quicq̄ cedit, quod scilicet ictum est
Cornibus obduris validi bouis, arua colonus
Dum serit, & certo Cererem committit agello.
Atque hinc naturam cum nomine traxit eandem:
Nitamen est doctis præstantior altera causa
Nota viris, nostræ quæ fallit mentis acumen.
Hæc natura facit. Iam verò perspice, quantum
Ars hominum efficiat, naturæ iura resoluens.
Sturnus enim nostras condiscit reddere voces,
Atque aliena suo garritu verba profari,
Quæ visa in speculo Vrni depicta figura
Edocuit, virque ingenio præclarus & arte
Stans retro, sturnum sturnúque in imagine fallens,
Dum sua furtiua modulatur carmina voce.
Nec minus humanum videas effingere coruos
Eloquium, ac nostris crebrò sermonibus vti.
Sic etiam in caua pulcher canit ore recuruo
Psittacus, & voces hominum mentitur, & aures
Cantu sæpe suo nostras auis improba fallit.
Pendulus est etiam funis plerunque caballis,
Per quem, non aliter q̄ lato tramite terra
Fortia membra trahunt: liquidúmq; per æra fertur
Vrsa. sedénsq; grauis velut ad subsellia iudex,
Iuris, vt appareat, rectißima pondera librat
Anteriore pede, & simulat fera bellua mentem.
Arsque hominum docuit, quod ei natura negarat.
Quinetiam hærentem specularī sæpe leonis
Dorso hominem, sanámque feram manus vna domabat.
Ille quidem aurigæ ritu tractabat habenas:
At fera pestiferum linquens asperrima flatum
Parebat, dominúmq; suum mulcebat amicè

Insuper horribiles ducit manus Indica barrhos,
Exiguisq; puer stimulis mitescere cogit,
Sessorque intrepidus validissima membra gubernat:
Non secus ac clauo regitur latissima puppis
Audax qui rabiem primus mollire ferinam
Tentauit, duróq; iugum grane nectere collo,
Nec portent osum trepidauit ducere currum.
Ergo hominum generi vitam præferre ferinam
Non dubitas: si cum naturam inflectat earum
Vis hominum, labor assiduus doctrináq; longa:
Hi contrà indociles perlent, nec flectere mentem
Ad meliora queant, quantumuis sermo propinquus
Insonet, & recti præcepta instillet in aures.
Barbare quid tantùm regis figmenta superni
Deprimis, & tantà pergis conspergere labe?
Tàmne suo generi quis barbarus extitit hostis?
At mihi non animus, non est sententia talis,
Nec cuiusquam alij, ratio quem recta gubernet.
Noui ego cœlestes animis, & corpore puros
Vtroq; in sexu multos. nam fœmina solùm
Robore membrorum cedit: communis vtrosq;
Inflammat virtutis amor: communis vtrisq;
Est via, fidei quæ cœli tendit ad axem.
Is porrò melior, cuius mage prompta voluntas,
Quiq; manus agiles habet addictas q̄. labori.
Ast in cœlibibus tu tantùm incredulus hæres:
Quanq̄ incredulitas (nisi fallit opinio mentem)
Non adeò in causa est, quàm quòd pauor obsidet artus:
Nec memor es, thalamus quot secum incommoda portet.
Hæc ego cognatis nunc impero cœlipetarum.
At tu Virginitas flagranti admittere cura,
Vndiq; præsidio septa vt sis, & pede recto
Incedas, placeásq; Deo, perfectáq; vivat.
Margaris in saxis, atq; inter sidera cœli
Lucifer, in siluis frondosæ ramus oliuæ,
Lilium in herbosis campis, auibúsq; columba,
Tranquillósq; secans fluctus turrißima puppis.

Virgo mundum omnem fugitiuāq; gaudia vitæ
Abiciens, claro celeri pede iungere Christo.
Et manibus complexa manus inducito lætum
In thalamum, grato perfusāq; tota liquore:
Vt tum infuso cœlesti exarce liquori
Iungatur liquor, & sancto societur amori
Sanctus amor, rectúsq; decor mirēq; refulgens
Attrahit occultum plenum radijsq; decorem:
Atq; tuæ Christus formæ correptus amore
Te sibi despondet, velóq; à fronte remoto
Obstupeat, forma cernens elegante puellam,
Sanctam, gemmatam, caput in sublime ferentem:
Amplificétq; tuæ largissima munera formæ
Dulcis amans, lariúmq; suas perducat ad ædes
Inque choris sanctis, in cœtibus atq; supernis
Magnificis thalamiq; epulis sibi fœdere iungat,
Atq; venustatis cingat tua tempora serto,
Nectaris ætherei fœcundáq; pocula fundat,
Abditáq; ostendat sophiæ mysteria summæ,
(Cuius vt in speculo tenues nunc cernimus vmbras)
Lumina vera animi radia cernentis aperto.
Spiritui nam tum crassissima corpora cedent,
Ac leuia æternæ potentur munere vitæ.
At nos ô chari iuuenes charæq; puellæ,
Quarum sanctus amor Christi pia pectora cepit,
Connubium Patris æterni celebremus ouantes:
Atque suas omnes accensas vsque lucernas
In manibus teneant, diuina inita amina lucis.
Quas sermo & morum vitæque elegantia semper
Excitet, in cœlos, vt lucida flamma feratur.
Tu quoque sancta Trias nobis accede benigna,
Tu bona quæso veni nobis, quæ semper in vnum
Ex vno cois, & claras hic lumine mentes
Perstringis, radios at verò splendidiores
Nobis æthereā tandem tactabis in aula:
Queis Deus effulges vnus, Genitor, Genitúsque
Spiritus atque sacer. Deitas nanque integra sese
Sistit in integræ Triadis numeróque fidéque.

SCHOLIA.

Vers. 13. Nóue tuam exiguo) Exiguo modulo ac pede se metiuntur, qui ad sceleratorum hominum vitam tanq̄ ad certum examen, vitæ suæ rationes exigunt, sibique mirificè gratulantur, si à grauissimis quibusdam crimnibus, quæ in alijs perspiciant, immunes se esse arbitrentur. At qui non est hac verè libra, ad quam verus Christianus se expendere debet, sed doctrina illa, quam nobis sequendam Christus proposuit.

38. Ad cætera magno) Alludit ad illud Pauli Coloss. 3. Non quòd iam acceperim, aut iā perfectus sim: sequor tamen, si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Et paulò pòst, Vnum autem, quæ quidem retro sunt, obliuiscens, ad ea autem quæ sunt priora, meipsum extendens, ad destinatum persequor.

63. Nec verò turbæ) His verbis locum eum attingere videtur, qui Exod. 23. habetur. Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies.

76. Cunctísque columnæ) Quam enim nos salis statuam vocamus in quam vxor Loth concreuit, Genes. 19. Septuaginta interpretes στήλην, i. columnam appellant.

91. Arctáque incedere porta) Matth. 7. Contendite intrare per angustam portam. In Graco pro πλατεῖαν hoc loco legendum στενὴν.

108. Velut in thalamo) Lego ὡς νυμφῶν, non ὃν νυμφῶν. sic enim locus hic restituendus est, vel Niceta ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudice, qui in Comment. Orat. de Dominica noua hæc verba pœticis numeris soluens in hunc modum loquitur, τὰ μὲν οὖν ὄμματ' αὔτω σωφρονίζεθω, ὥστε μὴ ἐκ νυμφῶνι τῆς ἐλευθερίης παρθενικῶς θαλαμεύεθαι, significans coërcendes esse oculos, vt palpebris quasi cubiculo quodam nuptiali teneantur.

116. Fœdat quę suum) Vnicæ literulæ iactura densissimam huic loco caligimem offudit. Quis enim vel ex ipsa metri ratione non videat, non πέρην (tametsi ita legatur in vtroq; exemplari & Aldino & Nerusiano) sed περὶν legendum esse? Hoc enim vult Gregorius ei castitatis pudicitiæq; laudem constare non posse, qua superbè & arroganter incedat: quamuis alioqui reipsa nullas libidinis sordes contraxerit. Virginitatem enim non in eo solùm consistere, vt corpus castum inuiolatumq; seruetur, sed potissimùm in animi virtute mentisq; puritate. Consimilis error in Monosticbis obrepsit: Vbi enim legitur, μηδὲ πορίνου γλῶσσαν, reponendum est πρίνου. Loquitur enim de obscœno ac petulanti risu. Alioqui enim quis vnquam Actiuum verbum πορίνειν apud vllum authorem legit?

122. Multiplici est facies) Picta, inquit, & fucata facies argumentum certissimum est impuri & flagitiosi animi, tacitiq; indicijs libidinem prodit: atq; idcirco eas, quæ huiusmodi fucis oblectantur, κιννάβεως πίνακας ἐπιτρίβειν ad differentiam τῶν ἀκινήτων, hoc est vinas tabulas vocat, quemadmodum & alijs quibusdam locis, vt in Gorgoniana.

136. Quos inducitios) Hi à Græcis ἀνυπέκτους dicuntur: qui autem sint, quamque huiusmodi hominum genus detestati sint optimi Patres, alibi iam diximus. Hoc verò loco Virginib. earum excusationum laruam detrahi, quæ turpissimæ suæ probriq; plenissimæ cum viris consuetudini vitæ contubernioque prætexere solebant.

168. Cognomentum Agapes) Ita rei turpissimæ honestissimum nomen imponebant. ἀγάπη enim charitatem significat, ac pro Christiano & sancto amore olim accipiebatur. Agaparum meminit Clemens lib. 2. Const. Apost. cap. 32. eoq; nomine appellabantur illa conuiuia, quæ olim in Ecclesia celebrabantur. Meminit et iam Tertul. lib. 2. ad Vxorem.

170. Et flammam aut flammæ) Hoc est, Ex illo turpi atq; infami contubernio vel in libidinem prorues: vel animum ipsum stupri cogitatione voluptatiúque titillatione commaculabis, vel hominibus certè ostendiculi ansam porriges.

176. At domus) In Græco vitiosè legitur δὲ μοι, legendum enim δόμοι, vt & carminis lex poscit, & sensus. Atq; etiam tacitæ huic obiectioni respondens Theologus ait, κοὐδὲν δόμων ἀτελεῖν.

178. Aurea ferro) Alludit ad Homericum Glaucum, qui per vaecordiam aurea arma æreis cum Diomede permutauit. Vide Iliad. ζ.

184. Alcinoi regia mẽsam) De Alcinoi mẽsa, & quo modo abierit in prouerbium, diximus in Annot. in Epist.

227. Quid memorem populum) Quoniam λαοδάμειαι illæ virgines hoc quoq; prætendebant se obsequia vitæ necessarios, variosq; incommoda subinde occurrentia contubernales viros asciscere: idcirco plurimis exemplis à Scriptura petitis ostẽdit Gregorius, vs qui cum pietate & iustitia viuunt, Deum nunq; deesse: sed omnia quæ ad vitam ducendam necessaria sunt, benignè suppeditare.

284. In medio porrò virtus) Aristot. Ethic. lib. 2. cap. 6. Virtutem mediocritatem esse definiuit. Vnde Horat.

Virtus est medium vitiorum vtrinque reductum.

309. Echeneida carnem) Eleganter carnem Echeneida vocat. Quemadmodum enim Echeneis piscis cursum nauis inhibere ac remorari dicitur (ab eóq; etiam & Græcè ἐχενηὶς & Latinè Remora vocatur) ita etiã corpus velut iniecti compedibus animam premit, nec eam in cœlum sese efferre sinit. De Echeneide autem, vt hoc obiter admoneam, in ea sententia est Plutarchus Problem. Sympos. decade 2. cap. 7. eam non tam causam esse, cur nauis tardè feratur, q̃ additamentum & consectarium esse principis causæ, quæ tarditatem inuexit nimirum humiditatem. Remoram porrò magnitudinis cubitum habere, fusco colore, similémque anguillis, scribit Oppianus lib. 1. de Piscibus,

331. Soleæ non rarò) Apud Lilium Gyraldum Syntagm. 1. de Dijs Gentium, Momus dicitur conuicij, maledicentiæ, ac reprehensionis Deus, quem ex Nocte natum dixerit Hesiodus: qui tam a libertatis fuerit in reprehendendo, vt & sandalia & crepidas Veneris reprehenderit. De illius mordacitate passim vide apud Lucianum.

346. Non tam etenim) Qui virginitatem amplectitur, non matrimonij odio & execratione eam colere debet, sed vt plus virium habeat ad comprimendas animi perturbationes vitiaq; propellenda ac profliganda, quibus si nihilominus scateat, quid tandem illi virginitatis studium profuerit?

391. Aspidis haud grandis) Mors quæ aspidis ictu infertur, lenissima est, quemadmodum Cleopatra ipsa periclitatione percepit. Nam cũ in conuiuio à quibusdam exquireret, quodnã mortis genus doloris acerbo sensu careret, responsum est tam eam quæ gladio q̃ quæ veneno inferretur, grauem & acerbam esse: eam verò quæ aspidum morsu conflatur, lenitudinis plenam esse. Ac proinde id quoq; mortis genus præcæteris elegit, vt est apud Suetonium in Augusto, & Gillium Aeliani excerptorem. Non tamen omnes aspides hanc vim habent, sed ea tantùm quæ obid Hypnale vocatur, quòd somno necet. Vide Solynum cap 35.

In di-

426. In diuersa feratur) In vtroq; exemplari & Ald. & Nerusag. legitur πολλάκις: ego verò lego πολλάκι. Loquitur enim de mente, quæ veluti compressa manu est retinenda & coërcenda: ne vanis erroribus hac illacq; distracta feratur.

456. Colligere ergo fidem) Virgines eas percilringit, quæ sine delectu exteros omnes hospitio excipiebant: idque eo se facere causabantur, vt fidei Christianæ pietatem ipsorum doctrina alerent.

462. Vtq; is, qui ratibus) Quemadmodum, inquit, qui mari iter faciunt, cùm eum quem maximè optant, nequeunt, proximum illi tamen, quanquam non adeò commodum, cursum tenere conantur: ita quibus ad virginitatis laudem aspirare per carnis infirmitatem non licet, matrimonium contrahant. Nam hunc quoq; vitæ generi sua laus est. Atque illis coniugalem vitam præstat amplecti, quàm in virginitatis professione publicis cœtibus hominumque frequentia delectari, vitæque huius fluxæ fragilisque curu perinde immergi, ac si non virginitatis sed matrimonio nomen dedissent. Hoc enim quid aliud fuerit, quàm vel mel cum felle, vel vinum cum cœno, vel demq; Hierosolymam, quæ verum Dei cultum studiosè constanterq; retinebat, cum impia, & ad idolorum cultum prouoluta Samaria commiscere, &, vt cum Synesio loquar, τὰ ἀσύγκριτα κεκρᾶσθαι.

767. Non etenim vt vano) Qui, inquit, iter quod fecerit, velut relegit ac retexit, aut quis scopum ad quem collimabat, non est assecutus, nil aliud q̃ operam lusit. At virginis longè alia est ratio. Quisquis enim virginitatis, quam Deo vouerat, abiecto studio ad coniugatam vitam regreditur, non modò priorem operam luam sit, sed grauissimo crimine sese obstringit. Pro autem hic legendum vnica dictione ἀπρακτῶν, vt iungatur cum substantiuo πόνων: aut certè non πάντων, sed πάντως legendum.

785. Isq; etiam, qui linguam) Hunc locum explicuimus in Schol. orat. de Aegyptiorum appulsu. sensus autẽ Gregorij talis est. Si Achan ob surreptum aurum & vestes quasdam Deo consecratas grauissimo supplicio affectus est: quantò grauioribus pœnis dignus est, qui Virginem sacram Deo surripuerit?

792. Ac pereat thalamus) Pereat, inquit, sceleratum illud & nefarium sacrarum Virginum introductitiorumq; virorum contubernium, imò coniugium, quod speciosa virginitatis titulo sese venditare solet.

820. Polypon) De Polypo pisce alio loco à nobis dictum est.

851. Terris Astræa relicta) Ouid. 1. Metamorph. Vltima cœlestum terras Astræa reliquit. Quod autem de bone ratore ait Theologus, ad Pythagoreos alludere videtur, qui summum nefas existimabant animantiũ carne vitam propagare.

863. Criminibusq; Deum) Quis enim facinorosos homines accusare, ac supplicio afficere audeat, cùm eorundem criminum dij conuicti teneantur? Rectè itaq; Fulgentius, Mytholog. in fab. Mercurij, Si furtis præfuere dij, non erat opus criminibus iudice, ex quo culpæ habuere cœlestem authorem.

865. Condidit authores) Gentiles enim, vt vitijs suis patrocinium quærerent, Deos finxerunt flagitiorum & scelerum antistites, vt Bacchum, Venerem, Priapum, &c. De quo in Orat. in sancta Lumina, & 1. Inuect. in Iulianum.

866. Fures, Androgynos) Furtorum antistitem Mercurium superstitiosa fingit antiquitas, Androgynum, Hermaphrodytũ, vel si mauis Dionysium (n.τ. ἀνδρόγυνον & de eimædo dici potest) Martẽ, Iouem, & fere omnes adulteros, hominumq; carnifices, Saturnum filiorum deuoratorem, Cælumq; parentis exectorem, quemadmodum & ipso ursus à Ioue filio cœlesti principatu deturbatus est, cœloq; pulsus & eiectus. De Iouis amoribus satis à nobis dictum opinor in priorem Orat. aduersus Iulianum: quibus si placet, addere pores, pulchrè à Romano martyre apud Asclepiadem iudicem non solùm adulteria sed & masculinos & infandos Iouis concubitus notari. Sic enim ille apud Aurelium Prudentium.

Sed, credo, magni limen amplectar Iouis:
Qui si citetur legibus vestris, reus
Laqueis minacis implicatus Iuliæ
Luet seueram vltus & Scantiniam,
Te cognitore dignus ire in carcerem.

Lege enim Iulia apud Romanos puniebantur adulteri, vt Scantinia pædicones & cinædi Iuuenali Satyr. 2.

673. Hi fieri non posse putant) Qui, inquit, totos se corporis voluptatibus dedidерunt, in ijsque felicitatis summam positam esse arbitrantur, hi cæteros mortales ex se metientes, fieri posse non putant, vt huius vitæ curriculum cum castimonia & puritate à quoquam confici possit. At qui Christum ex animo amant, cœlestiumque & sempiternarum rerum desiderio inflammantur, hi nimirum intelligunt nihil esse tam altum tamque arduum, ad quod pij homines Deiq; amore præditi eniti ac peruenire non possint. Idq; etiam comparatq; confirmat. Si inquit, veri Christiani ac Dei æmulatione flagrantes pro Christi nomine fideiq; defensione atrocissimos quosq; cruciatus ac mortem etiam contemnunt, quanto magis oblectamenta mundi carnisque voluptates?

704. Vt Phœnix moriens) Clemens libr. 5. constit. Apostol. cap. 8. de hac aue in hunc modum verba facit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aiunt autem quandam esse soligenam vberem præbentem resurrectionis demonstrationem, quam dicunt comparem non habere, solémq; in mundo reperiri: Phœnicem appellant, narrantq; eam post quingentesimum annum in Aegyptum aduolantem, secumq; copiam cinnamomi, casiæ, xylobalsami adducentem, in loco qui dicitur Solis ara, consistere, ibiq; conuersam ad aspectum Solis, ei vt aiunt supplicem conflagrare, redigiq; in puluerem. Ex cineribus autem vermen exilire, eúmq; concalefactum in nouum Phœnicem formari, alitemque factum in Arabiam, quæ est vltra Aegyptiacum saltum aduolare. Idemq; ex eo libro refert Cyrillus Hierosol. lib. Cateches. Cateches. 18. Plin. lib. 10. cap. 2. Phœnicem scribit viuere annos 660. Senescentem casia thuriſq; surculis construere nidum, replere odoribus, & super emori. Ex ossibus deinde & medullis eius primò cen vermiculū nasci, inde fieri pullum, principioq; iustā funeri priori reddere, &c. De eo Herodot. lib. 2. S. autem Aurelius Victor Claudij Tiberij imperatoris temporibus apud Aegyptum visum esse Phœnicem narrat. Quod ante eum P. Fabio & Luc. Vitellio Coss. euenisse narrat. Corn. Tacitus lib. 5. Annalium, qui alia quadam à Plinio commemorat. In Phœnicis descriptione lusit Claudianus.

709. Viribus afflictis) Hoc est quod ait Paulus 2. Cor. 12. se intestini belli compressionem obnixis precibus à Deo petentem, responsum hoc tulisse, sufficit tibi Paule gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur.

715. Turtur viduata marito) Basilius Magnus hom. 8. in Hexamerou, Turturem scribit seiunctam à coniuge nunq; societatem inire cum alio, sed sine coniuge vitam cœlibem degere, recordatione amissi consortij, coniugium alterius abnuentem.

719. Cornix orbata) Tantam continentiæ laudem cornicibus tribuunt, qui de auium natura pertractarunt, vt extincto coniuge non paruo tempore, sed nouem etiam ætates in summa castimonia viduæ perseuerent.

721. Circum connubia pisces) Quales esse scribit Sargos & Merulam Oppianus 1. lib. de piscibus. Pleroſq; enim vnicat antùm fœmina acquiescere refertur, vt Cantharum, Aetnæum, aliósque complures. Huius hæc sunt verba.

Καὶ ζι μὲν πλείοσιν ἑταιρείαις ἀλέχοιτο
Τίμενος, καρχῶντι γένυς, κεφαλῆφι δ' ἄλωαι,
Τοὶ δὲ μόνοι τέρπουσι, καὶ ἀμφιπόλοισι μάχονται.
Κάνθαροι Αἰτναῖοί τε, καὶ ἀκλείοισι κάνναις.
Plurima nonnulli quærunt connubia pisces,
Quales esse ferunt Merulas, Sargósq; salaces,
Vna alij tantùm captant ex coniuge prolem,
Cantharus, Aetnæus, thalami nec iura resoluunt.

727. Sunt qui dant taxat) Quanq; enim alij alijs anni temporibus ad coitum impellantur, tamen maxima ex parte non nisi verno tempore in venerem effundi solent. Vnde ad hunc modum scribit Oppianus lib. 1.

Εἴαρος ἀλλ' ὅτε νῶτα θερεσσάμενοι φιλέωνται.
Καὶ γάμου ἐκδώωσι, καὶ ἀλλήλοισι μιγῆναι.
Vere nono pisces veneris rapiuntur amore,
Discussoque algore hiemis connubia iungunt.

742. Quem summus dominator Olympi) Cum animalia ipsa rationis expertia aliqua temperantiæ pudicitiæq; curatangantur, absurdum est profectò existimare hominem à Deo ad ipsius imaginem effictum rationeq; ornatum toto vitæ curriculo puram atq; integram castitatem tueri atq; conseruare non posse. Alioquin si vt diuinæ imaginis decus & excellentia mihi diuinitatem attulit, ita ratio carnem imperij freno coercere nequit, quatandem in re brutis animantibus antecellimus?

775. Salamandra per ignes) Salamandra animal quadrupes lacertæ simile, stellatum, cauda breui, propter exuperantem quandam humoris copiam in igne viuere dicitur. Contraque illius flammam tanq; aduersus hostem venire, atq; eum expugnare conari. De illa vide Plin. lib. 10. cap. 67.

777. Empyrus est piscis) Ex his verbis colligere est Ἔμπυρον, quem nos igneū vertere possumus, nomen esse piscis cuiusdam flammei atq; ardentis in mari vicitantis. Nec tamen adhuc mihi in omnibus libris, quos de piscibus conscriptos legerim, piscem eo nomine reperire contigit. Illud quidem apud Gillium Aeliani excerptorem legi in Africa feruentis aquæ lacum esse, in quo pisces & viuere & natare dicuntur, & ad obiectum cibum exilire: ac siquidem in frigidam eos quispiam iniecerit, interire. Sed diuersum est quod ait Gregorius. Nec enim hunc piscem in feruenti aqua viuere, sed contrà fernidum atq; ardentem in frigida illa sum atque incolumem saltitare. Citat quidem Lærtius in Pythagoræ vita carmen quoddam ipsius, quo se inter alia, Empyrum quoq; piscem aliquando fuisse affirmat. Sed quisnam sit hic piscis hinc colligi non potest. Græca carmina hæc sunt,

Ἤδη μὲν γάρ ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε, κόρη τε,
Θάμνος τε, οἰωνός τε, καὶ ἔξαλος ἔμπυρός τ' ἰχθύς.
Ipse etenim quandoq; fui puer atque puella,
Empyrus & tumidi piscis maris, ales & arbor.

779. Nonne etiam cogit Magnes) Quamuis Magnes suapte natura ferrum attrahat, tamen eam vim amittit, si alij succo tingatur, quemadmodū ait Plutarchus in Sympos. Decad. 2. cap. 7. Et Plin. in proœmio lib. 25. Scribit etiam Solinus cap. 55. inter Adamantem & Magnetem occultā naturæ dissensionem esse, vt iuxtà positus non sinat eum ferrum trahere. Eodem capite quoddam Adamantium genus esse ait, quod nec ferro vinci, nec igne domari queat, sed solo Hirci sanguine.

783. Infusis aliud lymphis) In Britannia Gagates plurimus, optimúsq; est lapis. Si decorem requiras, nigro gemmeus: si qualitatem, nullius fere ponderis: si naturam, aquā ardet, oleo restinguitur: si potestatem, attritu calfactus applicita detinet, aquè vt succinum. Solynus in Polybist. cap. 25. qui hoc quoq; vt alia fere omnia, Plinio suffuratus est lib. 36. cap. 19.

796. Et tamen est fluuius) Alpheum significat, de quo in Basiliana, & priore inuectiua aduersus Iulianum verba fecimus.

800. Iam verò Euboicum) Eurypum intelligit, eiusq; reciprocationem describit, de quo nos alio iam loco diximus, quemadmodum & de Aetnæo igne.

812. Esse ferunt semen) Quòd semina boum cornibus obuia incolilem quandā duritiem contrahant, Theophrastus asserit: sed causam eius rei perobscuram esse ait. Hanc rimans Plutarchus in Conuiualibus quæst. decad. 7. quæst. 2. Incolilem contumaciam frugibus leguminibusq; à frigore inuehi censet: ex eoque fieri vt semina illa, quæ in boum cornua inciderint, quia non assequuntur conuenientissimam illam, vt Hesiodus inquit, positionem, sed potius neglectim proiectorum, ēq; seminatorum similitudinem habeant, à frigore aut in vniuersum aboleantur, & intereant, aut egrè augeantur, atq; exucca & lignosa euadant. Horum seminum meminit. Greg. Nyssenus ad finem libri de immortalitate animæ.

IACOB. BILLIVS CANDIDO LECTORI. S.

VM versio hæc nostra superiore anno postridie assumptæ Virginis excudi cœpta, diuq; postea, contrà quàm opinabar, ob Gallicos tumultus intermissa, tandem aliquando sub incudem reuocata fuisset, libenter equidē fecissem, vt quicquid ex Gregorij carminibus supererat, carmine quoque redditum in lucem efferrem, si mihi non tam extincto, vt nunc videmus & experimur, quàm vtcunque sopito belli incendio, ex hac vrbe, inquam, multis variisque calamitatibus, velut grauissima tempestate iactatus, tanquam in portum confugeram, excedere, meque ad meos recipere, ac iusto studiorum otio frui contigisset. Quod quoniam mihi per eos minimè licuit, quibus non dulce pacis nomen, non fides data, non denique regis imperia, nec de animis odia, nec de manibus arma vnquam extorquere potuerunt: nihil me à publicis commodis alienum facturum putaui, si in tam exiguo otio, quod mihi suppetebat, ea quæ vertenda restabant, oratione soluta transferrem. Id quod profectò nemini mirum atque insolens videri debet. Vetus enim hæc est stili exercendi ratio, vt, quemadmodū ea, quæ oratione prosa conscripta sunt, interdum carmine reddantur, ita etiam vicissim ea, quæ versibus mandata sunt, solutis numeris efferantur. Atque hoc exemplum memoria nostra Vitus Amerbachius non sine laude renouauit: quippe qui aduersarias Iliacis & Vlyssis orationes poëticis numeris solutas adeò feliciter expressérit, vt qui authorem Ouidium ignoret, sic existimaturus sit, eas non à Poëta quodam, sed ab Oratore primùm fluxisse. Quod mihi eo magis in Nazianzeno concedendum est, quòd carminum ipsius tale argumentum est, vt non minus commodè prosa, quàm versibus tractari possit. Nam si numeros ipsos, carminisq; leges exceperis, nihil hic omnino poëticum inuenies, hoc est, nihil vanum & inane, nihil absurdum ac fabulosum. Omnia grauitatis, pietatis, philosophiæque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christianæ plena sunt. Nunc hominis naturam fragilem & inconstantem graphicè depingit: nunc ardentissimas ad Deum preces mittit: nunc optima & saluberrima vitæ præcepta regulasque tradit. Accipies ergo hæc æquo animo, candide Lector, tantisperque his frueris, quoad aliquis meliora in communem vtilitatē attulerit. Vale. Nannetibus 3. Non. Decembr. 1568.

ANIMAE SVAE CALAMITATES deplorat.

ME miserum, quàm grauia patior: qui luctus, qui lachrymarum fontes, q̃ carmina tãtæ calamitati paria esse poterunt? Nemo vnq̃ filiorum aut parentum aut charissimæ vxoris interitum, aut dulcis patriæ conflagrationē & vastitatē, aut corporis morbos pari animi dolore deplorauit atq; ego animā meā graui calamitate affectā lugeo (proh me miserum:) pereunte in me imagine cœlesti. Nā profectò Dei magni figmentum atque imago est homo diuinitus ad deum proficiscens, quisquis sursum tendens, carnemq; spiritus vinculis coercens, Christū benignum ac placidum vitæ suę ducem habet, seq; ita comparauit, vt facultates oēs suas, & linguam, & aures, mentemq; adeò ipsam, atq; omne corporis robur futuræ vitæ addicat, mundoq; quicquid aduersārius Belial [1] alienorum raptor occupabat, extorqueat, atq; in horrea ferat terrenis longē præstantiora, quæ vel à furibus compilantur, vel vi aliqua maiore subuertuntur. Ex eo enim hoc assequetur, vt Deum ipsum cernat, immò etiam ipse exuta dura illa & renitente carnis crassitie in Deum ac Spiritum euadat, atq; ad [2] angelorum classem ordinemque prouehatur, multoque maiora quamlibet magnis grauibusque laboribus præmia ferat, nō iam, vt prius, leuem, [3] veteris tabernaculi figuram, nec pictam, ac fluxam & perituram legis imaginem spectans, sed veritatem ipsam puræ mentis oculis perspiciens, [4] cantumque lætum & festiuum edens. Hic vitæ humanę finis est: huc acerbissima Christi passio mortales tollit: qui cùm Deus, vitæque arbiter, ac sæculis omnibus sublimior, exactissimaq; sempiterni patris imago esset, serui tamen formam induere, mortisque periculum facere non dubitauit, posteaq; ad vitam redijt, vt seruile iugum à me depelleret, meque à mortis vinculis ad præstantiorem vitam vindicaret. At verò sacrosancta Dei mysteria minimè custodiui, idque cùm animam haberem cœlestis ascensus cognitione præditam atq; imbutam. Sed me carnis moles deprimit, nec è luto emergere, oculosque in lucem conijcere finit. Quanquam equidem conieci: verum intersusa nubes, hoc est caro cum terreno spiritu in salutem meam insurgens, oculos meos obtexit, prospectumque omnem ademit. Nam dum animus incassum vagatur, multiplices curæ hinc atq; illinc pectus versant, Christum, Deū Verbum procul pellentes. Nec enim sponsus ille cum anima alienis amoribus irretita consuetudinem habere sustinet. Multa deinde in lingua perniciosa venena sita sunt. Lingua enim dimidium humanorum vitiorum partem sibi vendicat: vtpote quæ iram, nudum malum, euomat. Ira porrò, si vehementius inflammetur hominem de mentis gradu deijcit atque exturbat. quòd si in apertam iram non prorumpit, versutam certè ac subdolam cogitationē in imò pectore occultat: atque interim molles & suaues ore sermones fundit. Quod vt inā ianua quædā oculis auribusq; meis haud rectè apertis impositā esset, vt ea duntaxat, quę bona sunt oculis & auribus exciperem, malis autem vtrunq; sponte sua clauderetur. Iam verò præclarissimum manuum officium est, vt eas puras semper in cælum attollamus legibusq; diuinis addictas habeamus. Pedes deniq; munere suo probè funguntur, cū plana rectaque via incedunt, non super spinas & scopulos, callemque iniquum ac prophanum. At enimuerò Deus bona quidem omnia membra mihi ob [5] opera bona concessit: sed vitium ex ijs [6] arma mortis in me comparauit. Heu qua lege vrgeor: quo modo carnis vinculis in terra constringor? quomodo corpus leui spiritui adiunctum est? nec totus mens sum, hoc est pura natura, nec totus rursum caro, natura deterior: verum ex vtraque conflatus aliud tamen quiddam sum & vtrunque. Quo etiam fit, vt perpetuos belli tumultus patiar, carne nimirum & anima castra ex aduerso habentibus. Imago sum Dei, & in vitium obtorto collo trahor, deteriore parte aduersus præstantiorē iniquè decertante: aut non sine magno labore ac diuturna col-

Quòd verè imaginem Dei gerat.

Piorū præmiū quale.

Caro animæ materia.

Lingua mala.

Ira hominem ex mentis gradu deijcit.

1. Tim. 3

Pugnare cum carne.

Carnis interitus.

luctatione Deiq; manu atq; auxilio vitium fugio & resisto. Est enim, est mihi mens duplex, altera bona & boni sequax: altera mala & mali consectatrix. Illa Christo impigrè ac libenter paret lucemq; petit: hæc contrà carni & sanguini dedita est Beliamq; ad tenebras pertrahentem exicere parata. Ita fit, vt hęc quidem terrenis rebus tanquam bonis, fluxisq; & fragilibus huius vitæ commodis oblectetur, comessationesque & odia & inguium tenebrarumq; actionum obscœnitatem & versutias amet, lataq; via ingrediatur, tantaque stultitiæ caligine circunfusa sit, vt ex pernicie sua voluptatem sibi fingat. Illa autē cœlestibus rebus atq; in spe positis exultet, spemq; vitæ in solo Deo positam habeat, mundiq; huius commoda alijs atq; alijs casibus subinde obnoxia pro vili atque abiecto fumo ducat, paupertatem & labores & laudabiles curas amet, angustumque vitæ iter carpat: his porrò inter se confligentibus inspector Dei oculus cœlitus spiritui adiumento fuit, corporis molesti tumultum sedans, perturbationum insurgentes fluctus consopiens. Sic quoque tamen furibundo quodam robore sæuit caro, nec vnquam à bello conquiescit, anceps est huius belli alea. Interdum enim caro à spiritu edomatur: interdum rursus mens inuita carnem sequitur. Et quamuis id quod melius est, concupiscat: id tamen quod odit, facit, grauemque seruitutem, primigeni parentis errorem, ac matris ex qua libido nostra nata est, deceptionem mœrore prosequitur: obliqui etiam serpentis, qui peccatis hominum gaudet, imposturam, ac lignum illud pestiferumque generi humano arboris fructum, & gustum exitialem, & mortis portas, atque adeò turpem & obscœnam membrorum nuditatem, ignominiosamque à paradiso & vitæ ligno expulsionem luget. hæc inquam mens ægra luget ac quiritatur. At verò extra ad generis nostri authores plantamque homicidam oculos cōfert, ac dulces omnes escas amplexatur, quas amarulentus ille pernicioseque serpens, vt hac illecebra me in fraudem impellat, mihi ostendit. Quamobrem in luctu & squalore versor, cœlestemque illum Regem, qui omnia imperio tenet, ac veluti lance perpendit, supplex obtestor, vt corporis animæque controuersiam benignè discepter, bellumque comprimat. Nimirum præstabiliori parti deteriorem (vt æquum est) subijciens (hoc enim vtrique parti longè melius atque vtilius est) ne alioqui anima corporis pondere degrauata, non secus ac plumbum in profundum sidens, in terrā vergit, quin potius caro spiritui leui, atque imagini diuinę sasces submittat, vitio scilicet, ceræ instar, ad ignē liquescente. Has ego preces fundo, permultaque medicamenta carni affero, vt grauē hunc morbum à mē depellam, eiusque robur, nō aliter ac periculosissimæ atque insidiosissimæ cuiusdā belluæ firmissimis vinculis compescam, pernicioſos fluctus extimescens. ventri claustra impono, animum mœrore conficio, lachrymarumque vim profundo, sempiterno regi fracta & debilitata genua flecto, ac sordidatus incedo. Atq; alij quidem epulis totos se tradunt, choreas agunt, rident, comessantur, floretis ætatis lusus consectantur. Alij rursus vxorib. ac liberis, fluxaq; & caduca diuitiarum gloria exultant. Alij deniq; foro & negotijs & balneis gaudent, incredibiliq; voluptate afficiuntur, cùm superbum quiddā in vrbib. spirant, ingentiq; caterua stipati procedunt, atq; è mollibus [8] & delicatis vehiculis *fastum* præ se ferunt, hominumq; laudibus & acclamationibus celebrantur. Multæ siquidem multiplicis huius vitæ sunt voluptates: malisq; iucunditas admixta est. At ego huic vitę mortuus sum, ac perexiguum quiddā in terra spiritum duco. vrbes enim hominumque cœtus fugio, atque inter feras & scopulos versans, & ab omni hominum frequētia remot [9] in aspera quadā & impolita rupe habito, vnā tantummodo vestem habens calceisq; ac foco carens, solaq; spe viuens, atq; eò redactus, vt omnium mortalium [9] probris pateam. Pro lecto mihi torus est, pro linteis cilicium & pauimentum lachrymis persusum. Ac plerique sub ferreis vinculis ingemiscunt. Alij rursus pro cibo cineres habent. sunt etiā, quibus potus lachrymis tepefieret. Alij hibernis niuibus impetiti quadraginta dies, totidemq; noctes, velut arbores quædam perstant, corde nempe à terra migrantes, deumque solum in mente habentes. nec deest, qui labra sua vinculis premat, linguæque frenū injiciat. Qui tamen haudquaquam ad omnia constrictam ac freno compressam linguam habet. Solis quippe Dei laudibus capatet non aliter ac viua quædam cithara à Spiritu sancto pulsata. Nam quid de his dicam, qui caput suum Christo consecrarunt, pijque voti causa intonsum seruant? Quid eos denique commemorem, qui oculos claudunt, & aures velut pessulo quodam obdunt, ne aculeus quispiam mortis furtim irrepat? Atque hæc medicamenta carni hosti meo propino. Quibus etiam ad profligandas animi perturbationes senectutis auxilium accedit. Ne quid interim

Corporis rebellio quibus refrenetur.

Nazaræi.

Pugnare cum carne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rim dicam de calamitatum procellis,quæ nec opinantem animum versant, grauisi misq; doloribus excrutiant. Nec quicquã tamen hæc omnia adhibentur. Nec enim illa sermonibus vllis obtemperat, laboribus vllis frangitur, vlla temporis longinquitate flectitur & emollitur. Sed semper aduersus vitam cæcis oculis properat, ac præcipitia legionis illius in morem concupiscit. Quod si nonnunquam aut Dei timori,aut laboribus aut oraculis diuinitus inspiratis vel tantillum cedere sibi imperarit,rursus tamen,non secus ac plãta quedam consitoris manibus detorta, in pristinum vitium rursus curuatur. O nos mortis huius nomine miseros. O nos absurdos ac præposteros,qui,cùm vitijs laceremur, nostro tamen furore atque amentia oblectamur:vtpote qui nec internam eam rationem veremur,quam Deus,vitæ semen asserẽs, nascentibus nobis inseuit, nec legẽ eam reformidamus, quã Christus, prius quidem lapideis tabulis cùm veritatẽ obuelaret & adumbraret pòst autem in cordibus quoque nostris, Spiritus sancti fulgore prolustratis,insculpsit:ac deniq; contraria Christi passionibus consilia inimus quibus ille nos ex turbidis animi motibus extraxit,cùm carnem assumpsit crucique affixus est,simulque hominum peccatum Beliæque imperium fixit, vt nos rediuiui ac è tumulo profilientes, Christi gloriæ in cœlo participes simus. Ac multa quidẽ mortalibus omnibus à Deo beneficia contigerunt,& sanè tot ac tãta,vt nemo ea oratione complecti queat:Siue enim me flagitiosè ac nefariè viuentem verberibus afficiat,siue[10] amicè ac leniter arrideat vtroque modo me ad vitam trahit. Omnia etenim humana amico ac beneuolo animo gubernat:tametsi altissima ipsius sapiẽtia nobis obscura atq; incognita sit.[11] Densa quippe caligo inter genus humanum ac Deum interiecta est,quam pauci perspicacissima oculorum acie prædĩti,traijciunt, ac puri spuram sapientiam attingunt. At mihi Christus eximiam gloriam asserens, primum quidem matri meæ obnixis precibus atque intimo corde filium à se petenti,me dono dedit, viciſsimque à parentibus accepit:quandoquidem in omnibus opibus suis,nihil filio præstantius habebãt. Deinde verò per nocturnum visum castioris vitæ me amore inflammauit. Quod quoniam commemoratione dignum censeo,arrigite aures,quicunque pietatis studio flagratis. Qui autem prophanis animis estis eas sermoni nostro obserite. Puer eram,nec tamen admodum puer, verùm ea ætate,qua virtutum ac vitiorum imagines in animo inscribuntur, mensque nondum firmam & solidam cogitationũ formam habet,sed alienis primùm institutis ac moribus informatur. Et quidem parentes mei eam haudquaquam malis coloribus depingebant, nimirum ad optimum quodque me virtutis genus erudiẽtes. Eximia enim illi atque omnibus hominibus admirabili virtutis laude florebant,[12] cõcordibusque animis pietatẽ colebant, ac non minus morũ integritate,quã senectute atq; annis humanæ vitæ modum excedebant:hic quidem olim ab Ecclesiæ ouili cui nunc præest,longo interuallo disitus primùm non ouis,deinde præstantissima ouis,mox ex oue pastor, ac nunc demum pater pastorumq; Ecclesiæ pastor.[13] Qui tametsi ad vberrimã illam aream non adeò manè accesserit,priores tamẽ laboris magnitudine admodũ obscurauit ac superauit. Hęc aũt sacrorum parentum sacra soboles,atq; à sancta radice sanctorumq; ramorum stirpe exorta,nihiloque illis inferior,quæ Christum susceperunt, ac resurgentem conspexerunt: Ambo exiguum quiddam in terra,carneita cogente,spirantes: cæterùm maiorem vitæ partem in cœlo habentes. Ab his nouus ac rudis animus meus effictus est,caleiq; recẽtis instar quasi formam statim accepit. Ac mihi in somnis aliquando huiusmodi quiddam videre visus sum ex quo facilè in virginitatis amorem exarsi. Virgines duæ in propinquo stabant cãdidis vestibus indutæ,ambæ formosæ,atq; eiusdem ætatis,ambæ incõptæ, atque inornatæ, ac proinde ornatæ. Ornatus enim contemptio mulieribus elegantiam decusque conciliat. non auro, non hyacintho collum earum decorabatur, non fericæ illis vestes, non tenui ac molli lino textæ erant: non fuco imbuti oculi sublucebant,non quicquam eorum, quæ libidinis ciendæ artifices in mulierum formis excogitarunt. Non flauæ comæ humeris diffusæ cum lenissima aura colludebant. Quin potius egregiæ vestes zona substringebantur, seque ad talos vsque demittebant. Ad hæc ipsæ capitis velo non modo caput,sed genas quoque ipsas obtexerant,oculosque in terram defixos tenebant. Quin vtrique non parum verecundiæ afferebat oris verecundia, rubore que tincta facies,quantum quidem trãs earum vestes mihi prospicere licebat. Atque insuper,vt rosa folliculis suis, sic vtri usque labra silentio premebantur. Quarum ex aspectu mira sanè voluptate perfusus sum. Sic enim mihi persuadebam, eas humana conditione multò maiores atque augustiores esse. Hæ porrò quoniam me aspectu sui exhilaratum senserunt, ergà me quoque beneuolentia afficiebant,meq; perinde ac filium suum amplecti cœperunt. Percunctantique mihi quænam essent, & vnde venissent,altera castitatem sibi nomen esse dixit,altera temperantiam: quæ Christo Regi assistentes cœlestium virginum pulchritudine delectarentur. Atque ad me conuersæ,Age,inquiebant,fili,mentibus nostris mentem tuam, & facibus facem iunge:ita futurum est, vt exiguo quodam ac singulari splendore præditum in cœlum feramus,ac iuxta immortalis Trinitatis fulgorem collocemus. Hac oratione habita per cœlum ferebantur, oculisq; ipse volantes insequebar. sed hæ non nisi in somnijs mihi conspicuæ erant. Diu verò animus meus graui huiusmodi & præclaro noctis simulacro, candidæque virginitatis imagine oblectabatur. Ac mihi iam tum earum sermo in mente colligebatur,cùm virtutum ac vitiorum cognitio hominibus verè planeque imprimitur:ac mens cupiditati ducẽ se præbebat,nocturnæque visionis pulchritudo obscurior aliquantò cernebatur. Quemadmodum autem occulta quædam ignis scintilla stipulam aridam interne depascens, statim collucet,flammaque exigua in magnum deinde incendium crescit:sic ego, cùm nocturno viso incensus essem, confestim amor splenduit,atque in omnium oculis emicuit,vtpote qui in intimis animi recessibus occultari iam non posset. Primùm itaque cum his hominibus vitæ consuetudinem contraxi,qui matrimonij vincula fugerunt,seque à mundi contagione abruperunt,vt Christum Regem animi pennis sequantur,hinc non sine magna gloria pedem efferentes. hos ego singulari amore ac toto pectore complectens,spei cœlestis duces habebam. Ac postea graue matrimonij iugum à me submoui, ad excelsam videlicet eorum,qui perpetua virginitate florent,classem ordinemque aspirans. Cœlestes enim omnes naturæ coniugij perturbationumque animi expertes viuunt. Deus primùm,deinde angeli prope eum stantes, qui primis puri Dei radijs penitus collustrati,mortalibus postea lucem suppeditant. At qui duplici[14] natura, nempe ex animo & corpore constãt, ij carne cum imagine diuina pugnante,coniugium expetunt atque ad corporum sationem procliues sunt. Cæterùm Christus præstantiorem partem ducens,longe à carne eam remouit,& ab impostore mundo abstractã cum immortalibus mentibus,quæ à matrimonij vinculis liberę sunt, adiunxit. Ergo amoris ego desiderijque stimulis incitatus eò tendebam,nec vestigium in terra figere iam sustinebam:mihique idem accidebat,quod ijs qui lactis vel mellis dulcedinem,quoquomodo degustarunt. Sic enim ipse quoq; degustata chori illius suauitate,nullo iam modo adduci poteram, vt ad acerbum illum cibum,hoc est pestiferum animæ vitium,quod in hac vita nascitur,accederem. Non iã conuiuia,& quæ iuuenili ætati curæ esse solent,non mollis vestis,non delicata coma,non turpium atque obscœnorum verborum inuenustus lepos,non petulantes risus,nõ inimici carnis æstus mihi arridebant. Quinetiam scopulos & mõtes, & hinnientes equos,& canũ venaticorum greges alijs missos feci, excussaque omni huius vitæ beatitudine,tẽperantiæ ac frugalitati collũ subieci. Quæ quidem mei curam gerebat, me amabat, me ad amplissimam gloriam prouehebat, me denique in Christi manibus accuratè collocabat. Ah Pater summe, atque Verbum,& splendide Spiritus,infirmæ & fragilis vitæ nostræ subsidium, ne me quæso finas hostis mei,qui spei in te positæ aduersatur,manibus opprimi. Nec verò permitte,vt instar nauis rectum ac prosperũ cursum tenentis iamque nõ longè à portu remotæ,in expansa vela repente procellæ irruat,ventique permolesti me rursus in vitam retroagant, varijs grauibusque calamitatibus æstuantẽ:ne alioqui salutis meæ ratis ad occultos quosdam scopulos allisa perfringatur. Talis enim inuidi Beliæ mens est,nec vnquam aliud ingenium induet. Semper enim humano generi infensus atque infestus est,nec,cùm ipse ob nefarium consilium suum è cœlo in terrã præceps actus sit,ex terra cœlites fieri pati potest:miserrimus sanè,[15] qui primariæ excellentissimæq; pulchritudinis gloriam, summumque ac regium Dei honorem asfectans, nihil aliud est consecutus, quàm vt pro luce tenebris obtegeretur. Eoque fit vt tenebrosis actionibus continenter oblectetur, tetriq; & caliginosi vitij principatum in terra teneat. Duplicis porrò ille formæ est,atque obliquo & versipelli consilio alios aliosque subinde laqueos nectit. Est quidem ille caligo obscurissima. Sed si tenebras suas cognitas ac deprehensas intelligat,confestim se in angelum lucis conuertit,licque leuiter arridẽs animum demulcet. Ac tum demum maxima circunspectio est adhibenda, ne alioqui dum ad lucem accedere studemus, ad morte impingamus. Perspicuum etenim vitium fugere potest etiam homo inferioris notæ:vitium etenim apertum plerisq; odio esse solet. At magna cum laude dignum

Carnis contumacia.

Marc.5.

Cur Christus passus sit.

Simil.

Diaboli peruersitas

2.Cor.11.

Gregorij somnium.

Mulierum ornatus ornatum asserunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnum censeo qui perspicacissimis spiritus oculis velut in sylua latitantem & insidiantem hostem prospicit, ac deprehendit. Verùm senectutem quæso meam, optime Deus, canumque hoc caput serua, vitæq; finem optatum concede: quemadmodum me prius sedulò fouebas, continuoque & prosperos rerum successus dabas, spem meliorem mihi præferens. Ac me tum ex importunis hostium insultibus, tum ex grauibus curis in tranquillum regni tui portum ducito: vt te cum illustribus illis & immortalibus mentibus celebrans, in cœlestis Regni partem ipse quoque veniam.

SCHOLIA IN CARMEN PRECEDENS.

1. *Alienorum raptor*) Alludere videtur ad illud quod est apud Luc. cap. 4. diabolus ad Christum dicebat. Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illarum: quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Hoc enim falsò affirmabat.

2. *Ad angelorum classem*) Hoc est quod aiebat Christus ad Sadducæos Matthei 22. In Resurrectione neque nubent, neq; nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in cœlo.

3. *Veteris tabernaculi figuram*) Huic enim tabernaculo Paulus Hebræor. 8. verum tabernaculum opponit, quod non homo, sed Deus fixit. Et cap. seq. Manufacta sancta cœlestium exemplaria, hoc est figuras appellat.

4. *Cantúmque lætum & festiuum*) Alludit ad illud Dauidis Psal. 88. Sicut omnium lætantium habitatio est in te.

5. *Ob opera bona*) Vt ait Paulus Ephes. 2. Creati in Christo Iesu ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς.

6. *Arma mortis*) Hæc à Paulo mutuatus, qui Rom. 7. his verbis vtitur: peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem.

7. *Est enim mihi duplex mens*) Hoc est, quod ait Apost. Rom. 7. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

8. *Delicatis vehiculis.*) ἁβρόπλοις ὀχήμασι. hoc enim loco ὀχήματα per Synecdochen pro toto vehiculo accipi puto: nisi forte, vt vir quidam doctissimus legendum censet, pro ὀχήμασι σκεύεσι reponamus: quæ voce pro vehiculo delicato Homerus in hymnis vtitur, aliíq; cõplures: cui quidem coniectura si locus detur, σκεύεσι quoque vir idem legendum existimat. Quanquam mihi nihil necesse esse videtur, quicquam in hac dictione immutare.

9. *Probris parentes*) ὀνείδη apud Græcos interdum extremum contemptum ac dedecus notat. Sic apud Homerum Hector Paridem turpiter ex acie fugientem λώβην ἀνδρῶν vocat. i. omnium probris expositum. Hoc ergo vult Gregorius, eôres suas recidisse, vt omnes eum iam quasi lepra laborantem, immò tanq; infaustum quoddam & inauspicatum omen auersentur. Vt Dauid Christum loquentem inducit, Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. i. λώβη.

10. *Siue amicè ac leniter irrideat*) Hoc loco cum Aldi emendatione μειδιῶν lego potius q. μυκτίων, vt πληγῇσι respondeat. Quanq. altera quoq; lectio non incommodum sensum habet.

11. *Densa quippe caligo*) Posuit enim Deus tenebras Latibulum suum, vt habetur Psal. 17.

12. *Concordibusq; animis*) In Græco pro ἐμῶν, ἐμοῖν legendum est.

13. *Qui tametsi*) De hoc vide pag. 134. 40. & 50. Hic porrò alludit ad parabolam illam de qua Matth. 20.

14. *Duplici natura*) Gr. κρᾶσις ἀνὴρ κοὐκ ἄνηνορ μακρομιξία. quo loco nihil equidem dubito, quin mendum irrepserit. Alioquin velim mihi quispiam dicat, quomodo homo ἀνὴρ κοὐκ dici possit, quémq; commodum sensum vox ἄνανορ habere queat. Itaq; haud dubiè sic legendum est, κρᾶσις ἀνὴρ ἐνὶ, κοὐκ ἐπάνω μακρομιξία. hic autem sensus est. Quoniam homo duplici natura constat, carne cum mente adimaginem Dei creata bellum gerente. Idcirco coniugij cupiditate gestit atq; incitatur.

15. *Qui primaria*) Vera enim Aldini codicis emendatio est, qui πρώτα non πρῶτ' habet.

IN-

INSOMNIVM DE ANASTASIAE ECCLESIA, quam ipse Constantinopoli fixit.

SVauiter equidem dormiebam cum repente Anastasia cuius ego desiderio interdiu languebam, sese mihi in somnis obtulit. Quæ prima summum Dei verbũ, quod prius in radicibus manebat, ad supremum mentis cacumen euexit, ob idq; Anastasię nomen adepta est: Anastasia inquam illa, laboriosæ manus meæ insigne opus. Ergo sublimi quidem throno, sed non item elato aut supercilioso animo (ne que enim, ne per somnum quidem, superbiam vnquam & arrogantiam colui) insidere mihi videbar: vtrinque porrò inferioribus tamen subsellijs, presbyteri, hoc est gregis Christiani duces, considebant. At verò Diaconi candidis vestibus ornati ibant, angelici splendoris speciem præ se ferentes. Plebs autem partim circum cancellos apum more fusa erat (certatim enim omnes incumbebãt, vt proximum quemque suggesto nostro locum obtinerẽt) partim ad me audiendum confluens, vestibuli angustia premebatur, auribus nimirum ac pedibus æquè festinans: partim ex foro vicisque vrbis ad sermones meos accurrebat. At verò sanctæ virgines vnà cum grauibus matronis, è sublimi tecto castissimas sermonibus meis aures inclinabant. Nam hunc quoque mihi ludum nox fingebat. Distinctim autem plebs stabat, sermonis nostri audiendi cupiditate flagrans. Alij humilem facilemque exposcebant, ij nempe qui sursum tendere vel nolebãt vel certè nesciebant. Alij contrà excelsum ac volubile dicendi genus flagitabant, hi nimirum quibus altissima quæque tam sacræ quàm profanæ sapientiæ dogmata inuestigare ac perscrutari curæ erat. Ita fiebat, vt distracta pugnantibus inter se desiderijs oratio magnos vtrinque clamores excitaret. Mihi verò sola adoranda Trinitas triplici pulchritudine splendens ex ore fluebat: idque & robusta voce sirmisque lateribus & vehementi aduersariorum dogmatum insectatione faciebam. Atque alij quidem sermonem nostrum miris laudibus efferebãt: Alij silentio atq; admiratione defixi tenebant: Alij partim verbis, partim [1]aïo solo stridebant, muta videlicet emoriente loquendi cupiditate, atque vt ita dicam parturigine: Alij denique, velut fluctus quidam vento excitati pugnabãt. Omnes tam diserros hoïes q̃ doctrinæ sacræ peritos, tam nostrates q̃ exteros, eosque qui longè ab ouili Christiano diffuncti simulachra imbecillia colunt, orationis suauitate demulcebã. Ac quemadmodũ vua solis radijs colorata, nec prius acerba est, nec prius matura, sed partim nigra, partim purpurea, partim suliginosa, partim acerba: ad eundem modum ipsi quoque matureſcente vitio diuersa inter se cõditione erant. Iamque etiam torcularium latitudine gestiebam. Hac ego voluptate perfruebar, cùm subitò mihi gallorum cantus somnum simulque cum somno Anastasiam ex oculis excussit. Atque aliquantisper quidem visio hæc visione alia mihi repræsentata est: Sed & ipsa quoque confestim marcescens ex animo effugit, ac solus dolor cum tristi senectute mihi reliquus fuit. O Trinitas mea: ô proles mea, ô liuor, quo me malo affecisti? tantas acerbitates mihi intulisti: ne quæso grauius quicquam in miseram hanc vitam statuas. Nam cùm multa & præclara Imperatricis vrbis decora atque ornamenta sint: tum verò ea egregijs potissimum tẽplis exultat, templis (inquam) quondam meis, nunc verò alienis. Quorum in numero templum quoque est [2] Christi dissipulis dicatum & consecratum, lateribus crucis pictura insignitis quadrifariam infectum. Nec tamen tanto huius templi, quã toto nouæ illius [3] Bethlehem, hoc est Anastasiæ desiderio excrucior. Quamuis enim multos & terra & mari labores pertulerim, cum amicis & hostibus, cum pastoribus & lupis, cum grauissimo morbo & cum senectute pugnans: Nunquam tamen ante hoc tempus in tantum dolorem incidi. Non victi Israelitæ cùm è patrijs sedibus in longinquam terram ab Assyrijs captiui ducerentur, excisum atq; diruta templum, non arcam diuinam à Philisteis captam, non Iacob charissimum filium furto ablatum, non leo catulos à venatoribus interemptos, non bubulcus pereuntes boues, nõ auis nidũ, quem inuita liquit: Nõ deniq; polypus cubile suũ tanto animi dolore deplorauit: quãto ego nunc quoq; templũ recens extructũ, quo alius, laborũ meorũ fructũ metens, fruĩ, lugeo atq; deploro: O dulcissima Anastasia si vnq̃ me tui obliuio capiat, aut si quid vnq̃ prius in ore habuero, mei velim, obliuiscatur Christus. Sepenumero etiam sine magnis

Simile.

Templum dicatum Christi discipulis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis sacrificijs & sacrosancta mensa Anastasiæ plebem, quamuis corpore ab ea lõge remotus, lustraui, incorporeum scilicet templum in animo mihi fingens, visisque diuinitus mihi occurrentibus lachrymas libans. O virgines, ô sacri cantores, ô iucũdi atq; amabiles tam exterorum quàm nostratum chori, ô viduæ, orphani, mendici de meis tanquam de Dei manibus pendentes, ô dulces domus ac senectutis altrices, nunquam ego, ne si velim quidem, amicitiæ vestræ obliuiscar. Quod si quid adhuc mei ærumnosi in animis vestris memoriæ reliquum est, Trinitati gratiam habeo. Nã pleriq; animo ita comparati sunt, vt quò tempus inclinat, eò quoq; ipsi propendeãt leuesque homines & inconstantes in oculis duntaxat pudorem habent. Illud autẽ supplex à te peto, ô adoranda Trinitas, vt in teneris recensque pietati insitis animis diuinum numen tuum perpetua memoria colatur. Valete Imperatores, qui plerunq; calamitoso mihi opem attulistis. Valete Oriens & Occasus, mutuo bello inter vos grassantes. Valete Sacerdotes, intestinis dissidijs conflagrantes. Vale præfecturæ status. Vale ciuitas magna. Ego quidem terrenis subsellijs superior sum, nec quicquã præter immortalem gloriam expeto. Tu verò me, charissima Trinitas serua. Postremò autẽ, vbi puræ & sanctæ Anastasiæ sedes sit, videbimus. Hic Gregorij luctus est Anastasiæ, qua per inuidiam orbatus est, desiderio languentis.

SCHOLIA.

1. Animo solo stridebant) Triplici modo inquit, fidei aduersarij, cùm me concionantem audirent, afficiebantur. Alij enim animo solo murmurabant: Alij verbis quoque indignationem animi testebantur: alij denique aperte repugnabant.

2. Christi discipulorum) Vide paginam 313. Schol. 87.

3. Bethlehem) Anastasiam aptissime Bethlehem vocat quoniã vt Christus in ea ciuitate natus est, sic etiã salutifera ipsius doctrina ab hæreticis oppressa ac velut extincta in Anastasiæ templo Gregorij labore atque industria in lucem est reuocata.

4. Leuesque homines & inconstantes) Vulgatum est prouerbium, pudor in oculis, de quo Erasm. in Chil. Alio tamen sensu hoc adagium vsurpat Gregor per pudorem quippe hoc loco omnia humanitatis officia intelligit. Quod enim ait eum in leuium hominum oculis situm esse, non hoc vult, eum in huiusmodi hominibus elucere (in nullis enim minus elucet:) Verum hoc significat, homines leuitate & inconstantia laborantes simulatque ij quibuscum amicitiam contraxerunt, ex eorum oculis excesserint, amorem omnem beneuolentiamque ex animo eijcere solere. In eandem significationem hoc prouerbium vsurpat infra in carmine ad Nemes.

DE VITAE DIFFERENTIIS, ET CONTRA FALSOS SACERDOTES.

OPtimus ille pictor habendus est non qui multiplices & egregios colores frustra miscens, pictum in tabula pratum ostendit, sed qui veras formas ac viuum quiddã intuentes in tabulis pingit. Nauem rursus eam laudo, non quæ adulterina pulchritudine aut puppi floribus picturata splendet sed quæ clauis optimè compacta est, fluctibusque tutò committi potest. Fortissimus itidem exercitus pulchro, & domus firma claraque atque eleganti domui anteferri debet. Ad eundem modum ex duplici mortalium vita, altera præclarissima est, nimirum ea quam timor ad Christum ducit, quæque à vitio abhorret, firmaque ac certa est, luctusque expers: Altera sceleratissima, internè imbecilla, externis viribus, sed breui perituris prædita, furentibusque similis, qui præ animi iactatione omnia vere ti accircumagi putant. Haud dispar profectò Christi sacerdotibus est animus. Alij quippe mortalibus potentia atque authoritate florentibus se in seruitutem addicũt ac pro temporibus, non secus atque arundo quæ variè à ventis inflectitur, aliter aliterq; se gerunt, vitiorumque omnium exemplum, nedum medicina sunt. Alij contrà tremulis pipsq; manibus dona offerunt Christique carni magnisq; supplicijs, quæ ipse vt nos ab inueteratis animi perturbationibus liberaret, in terra pertulit, grati animi significationem edunt, ipsique soli viuunt, voluptates omnes suas in ipso positas habent, animum suum à rebus terrenis abstractum & erectũ ipsi mancipant, hominibus probis & honestis mentem suam tradunt,[1] calamitatibusque nihilo magis inflectuntur, quàm rigidus adamas ad ferri duritiẽ. Nec verò diuitias altaq; subsellia gloriamque humanam fluxam humique reptantem curant:[2] non etiã Regiam leonis pellem prætendentes, vulpinã seruitutẽ intus celant, cadauerũ voraces callidi ac versipelles, impij & nefarij apud alios aliosq; alij, atq; alij omnigenisq; vitij generibus homines fallẽtes. Quin potius mentem puris cogitationibus quotidie augentes, iam ipsam quoque Trinitatem attingunt, cuius formam & effigiem in animis suis fixerunt, vnã in triplici pulchritudine gloriam cernentes, plebemq; puris sacrificijs deiformem efficientes, ac postremò incruentas animorum suorum victimas Deo offerẽtes. Quo ego in nutu ro quin esse concupierim, non inficias ibo, quipqe qui pedem iam intra vestibulum haberem. Posteaquam autẽ infanda flagitia, grauemque ac veteratoriam malitiam perspexi: pedẽ statim retuli ac recessi. Et quidẽ inter alios etiam ab orthodoxa fide alienos, quorum aures vocibus adhuc nostris personãnt multas ærumnas exantlaui. 3 Lapides mei erant: illorum autẽ Trinitatis numen recens fixum ac fundatum. Huiusmodi muneribus nos inuicem complexi sumus, sic quoq; tamen cessi: sed ita, vt fidei doctrinam haud iam dubiam atq; incertam relinquerem: Cessi inquã cum à nostratibus, quasi fluctibus quibusdã vndique iactarer. Iaceo, insulta, insulta male liuor: vtique fortasse extremis orbis finibus absconsus impetum tuum compescam, vel etiam tenebrosis ceti marini visceribus, instar Ionæ illius, incluſus. Coerceatur sanè belluinis visceribus corpus: mens certè ipsa quamlibet pressa; atque impedita, libero tamen impetu, quò volet perrectura est. Hoc enim vnum probi homines virtuteq; præstantes habent, quod nec vinculis ac seruitute premi, nec vi vlla teneri atq; arripi potest, nimirum mentẽ ad Christum sublatam & erectam. Esto autem, non iam Imperatori vt prius contubernalis erit Gregorius, 4 vtri suo nonnihil gratificans, atq; inter medios epulones tristis & tacitus accumbens, ægreq; anhelitum ducẽs, ac seruilem in modum edens. 5 Non me subsellio iudex honorabit, nimirum, vel æquo, vel humiliori spiritui modum imponẽs: nec verò, vt leue aliquod beneficium impetrẽ, crudeles & sanguinarias manus osculabor, ac barbã supplex prehendã. Non insuper ad sacrum aliquod epulum, vel natalitium, vel funebre vel cõnubiale cum pluribus currẽs, omnia partim ipse comedam partim asseclis, hoc est rapacibus[6] Briarei manibus obijciam, seroq; cibis onustus, ac[7] viuum quoddam sepulchrum trahens, aqualiculo miserè distento atque vexato, domum redibo, vix præ saturitate spiritum ducens, & tamen ad alias epulas nondum exhalata ac discussa priore crapula festinans. Nec verò in sacris locis aut solus, aut multis in vnum coactis honoratiore subsellio sedẽs, proiecta spirituali doctrina, in hoc tantum elaborabo, vt auribus grata proloquar, easque ratione comitatis laudem vulgique beneuolentiam mihi conciliem plausibus gaudẽs ac velut in[8] theatris tripudians, funambulisque, vt ita dicam, in verbis athletarũ more colluctantibus, insanisq; aurigis Circensi certamine inter se contendentibus haud quaquam absimilis, nihil minus curans, quàm[9] vt iracundiam ex auditorum animis euellam, corporis æstuãtis rabiem sedem, manum aliena omnia furiosè rapientem sermone cõerceam atque constringam, inanem gloriam è corde excutiam, in tumescentem fastum salubribus documẽtis in terrã prosternam, vberrima lachrymarum profusione lachrymas alijs exprimam. Verùm ipse potius venenum vnum grauissimum habeam, animum nempe honoris cupiditate flagrantem, eumque modis omnibus aucupãtem: venenum, inquã, sanè pestiferum ac præsentissimum. Mihi enim nunquam verò certum est deliberatumque, nũquam posthac[10] anserum aut gruum temerè inter se pugnantium synodis interesse: in quibus omnia contentione ac bello ardent, flagitiaque prius obscura atque incognita in vnum collecta ab inimicis in lucẽ proferuntur. horum enim causa inter humiles ac plebeios sedeo. Proindeque nihil absurdi facio, qui morbi expers, aliorum morbis mederi studeam. Non enim canæ meæ senectutis est lusitare, turpiterq; me obthronos in seruitutem dare: de quibus ipsi conflictantes scinduntur, orbemq; vniuersum nefariè scindunt. O graues & acerbos nostros dolores: hæc quidẽ faciant qui volẽt: ac penes[11] Cercopes victoria sit. Ego autem quietus ac tranquillus Christo explebor. Quòd si qui piæ plebis habenas abijcere malum esse periculosumq; dicãt, sint sanè illi eorum, à quibus excussus sum, capita: vt animi furor non aliter ac celere mequm, freniq; excussorem in præcipitia vel scopulos trahat. Equidem ipse votis omnibus opto, quæ Deo grata sunt, ea ipsis curæ esse. Sin autem deteriora his placent, auras procul ab ijs remotas habere.

Anserũ & gruũ concilia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLIA.

1. Calamitatibusque) κηκιστοι. quod etiam in masculino genere pro malis & sceleratis hominibus accipipotest, nisi quod verbum κάκιστος non satis aptè iungitur cum nomine personæ, nisi præpositio accedat.

2. Nec leoninam pellem) His verbis eos insectatur, qui ad altum dignitatis Ecclesiasticæ gradum euecti, subdolo tamen animo in seruitutem sese hominibus addicebant, vel lucrum inde, vel auram popularem captantes. Leoninam pellem prætendere, prouerbiali locutione idem est, quod aperta vi grassari. vulpinam autē prætexere, idem quod astu atq; ex insidijs rem gerere. Vnde Horatius de versutis ac simulatis hominibus, Nunq̄ te fallant animi sub vulpe latentes. Alludit autem, vt opinor, Gregorius ad illud Lysandri, qui cùm leonina pellis nihil proficeret, tum demum assuendam esse vulpinam dicit ait. i. cùm aperta vis nihil posset, ad artem fraudémq; confugiendum esse.

3. Lapides mei) ab hæreticis enim saxis impetitus est. vide pag. 314, Scho. vlt. & Greg. in eius vita.

4. Vtri suo) δυάνω. sic ventrem vel etiam corpus totum vocat, Anaxarchi philosophi exemplo, qui cùm à Nicocreonte Cypriorum tyranno in pila saxea ferreis malleis contunderetur, tunde, inquit, Anaxarchi vtrē (corpus videlicet significans) nam Anaxarchum non tundu.

5. Non me subsellio) Potest hic locus ad hunc quoq; modum transferri. Non me iudex vel æquo, vel inferiore subsellio honorabit, spiritui videlicet meo modum imponens.

6. Briarei manibus) Vide pag. 151. Schol. 6.

7. Viuum sepulchrum) Viuum sepulchrum circumfert, qui corpus cibo meróq; distentum atque obrutum gestat.

8. In theatrù tripudians) His verbis eos graphicè depinxit, qui ad ostentationem solam ac gloriam, non aūt ad auditorum vtilitatem conciones suas conferebant.

9. Vt iracundiam) In Heruagiano, & Aldino codicibus corruptè legitur ὀχλαν. legendum enim à χόλον quēadmodum quiuis facilè iudicare potest.

10. Anserum aut gruum) Concilia anserum & gruum vocat ea, in quibus nihil rectè atque ordine, nihil grauiter agebatur: sed confusis pugnantium inter se hominum clamoribus omnia perstrepebant. Vide Epist. ad Procopium.

11. Cercopes) Cercopes vocat astutos & veteratorios cuiusdam improbitatis Episcopos, qui artibus suis ac dolis concilia omnia perturbabant. Vide prouerbium, cercopum cœtus, apud Eras. in Chiliad.

AD EPISCOPOS.

ARGVMENTVM.

GRegorius quanquam plerisque locis in eos acerrimè inuehitur, qui præcipiti ac temerario impetu ad ecclesiasticas dignitates prosiliebant, publicamq; pacem priuatis suis odijs contentionibusq; nefariè perturbabant: nusquam tamen id pari verborum amarulentia hoc facit, quàm in hoc Carmine. Ex eoq; facilè perspici potest, quanto erga ecclesiæ pacem ordinemq; zelo vir optimus æstuaret.

O Sacerdotes incruēta sacrificia mittentes, ô illustres animarum custodes, ô magni Dei figmentum in manibus vestris gestantes, ô Deum hominibus conciliantes. O mundi fundamenta, vitæ lumina, Christianæ fidei columina, immortalis vitæ doctores, Christi seriī, claris subsellijs insidentes, sublimes, [2] speciosis theatris gaudentes, scenici ludiones, [3] ligneis pedibus insidētes, sub alieni personis imbecilliter hiscentes: quod autem ad internā pietatem sanctimoniamque attinet, nihilo reliquis hominibus superiores, vobis quidem per me tāquam in scena ludere liceat, vt ipsi quoque turpiter sanè atque indecorè facitis, grauique & superbo oratio nis genere vti, cùm interim admodum leuia sint, quæ geritis. Ego verò etsi me sceleratum & impium omnes vno consensu existimetis, crebrisque ac densis verborum telis partim apertè partim tectè & obscurè (id quod libentius facitis) impetitum atque confixum procul à vestro cœtu arceatis, ea tamē ad quæ me animus impellit adigitque, proloquar. Non libenter id quidem, sed tamen ex animo hic sermo prorumpet, non secus atq; vnda quędam acerrimo vento externè compressa, subterraneosque specus subiens obscurum strepitum edit, alicubi etiā æstu quodā in altum effertur. Idem enim mihi quoq; accidit. Tanta quippe doloris mei vis & magnitudo est, vt per os iā erumpat, nec irā animo inclusam tenere ac coercere queā. Quòd si quid fortasse, quod vos suboffendat ac mordeat mihi præ mœrore exciderit, equis hoc quę so placidisq; animis excipite. Nonnullā enim consolationem affert, vel aeri ipsi dolores nostros exponere atq; impertire. Eramus quondā Christi corpus, eximiumque Regis immortalis decus, populus vniuersæ terræ rex, [4] gens præstātissima. At nunc mutatis rerum vicibus, Dei peculium, non aliter ac maris fluctus aut planta grauissimis ventis agitata, huc illuecq; concutitur, populus inquā ille, ob quem è cœlestibus sedibus Deus venit, gloriamq; suam in viscēribus humanis exinaniuit, mortalibusque iunctus est, ac diuinam naturā cum humana copulauit, magnumq; precium acerbissimos toto corpore dolores ferens, persoluit, & sacrosanctum cruorem suum, vt nos à peccati labe expiatos in libertatem asseret, effudit: multasq; præterea victimas alias addidit, hoc est eos, qui post ipsius in cœlum ascensum pietatis Christianæ doctrinam mortalium omnium animis inseuerunt, dulciq; morti vt & verbis verbum & sanguinis profusione sanginē fusum honorarent, ire obuiā non dubitarunt. Quisnam porrò hoc corpus agitat atq; perturbat? vnde mihi tantum oneris molestiæq; illatum est? Quonammodo aper ille solitarius vineam meā peruastauit. Quonammodo nox illunis tantā gloriam obscurauit? Quonam, inq̄ modo sceleratus ille & insanus hostis tantā perturbationem inuexit? quādoquidem iam inde ab eo tempore generi nostro inuidere cœpit quo Adamum pernicioso ac pestifero cibo delinitum & circunuentum è paradiso, vitaq; immortali exturbauit. Quanquā autem nunquam postea homines multis grauibusq; impulsibus perturbare destitit: non tamen, quod summopere cupiebat, vniuersum genus nostrum artib. suis deijcere ac profligare potuit. Quin potius orthodoxæ fidei scintilla in iuculentam flammā aucta vniuersum orbem peruagata est. Nam tyrāni Ecclesiā insectando, firmiorem etiā ipsām reddiderunt, martyrum videlicet triumphis magis magisq; compactam & corroboratam. Quod cùm versipellis ille animaduertisset, exercitumq; fortem ac strenuum esse perspexisset, aliā fraudē excogitauit, inimicitiasq; & funesta dissidia inter duces ipsos excitauit. Duce em̄ cadēte vniuersus exercitus languet animisq; cōcidit, ventusq; aduersus nauē gubernatore carentē facilè deprimit, aut scopulis allisam frāgit ac deniq; ducis impitia domos, vrbes, choros, boues, currus, ouiū greges magnis grauibusq; detrimētis afficit. Ad eos loquor, quibus nostra, id est populi præfectorum & antistitum, improbitas perspecta est & explorata. Atque olim quidē his qui cędem per petrassent, certæ vrbes ad exulandum constitutæ erant. Eodē modo ijs quoq; sacrificijs, quæ auertendorum malorum causa fiebant, suus locus lege prescriptus erat. Postremis etiā diebus [5] acerbitatis, & sanguinis locus erat, illius iniquā Christi sanguinis, quem scelerati homines ac nefarij, nō quidem pter ipsius voluntatē, (Deus quippe nullis manibus, nisi ita velit, comprehendi potest) sed tamē mercede parua & iniqua effuderunt. Nunc verò (proh deum immortalem!) vnum oēs tam Christiani, quā externi ac prophani sceleris mortisq; locum norunt, angustam nempe ac quondam sapientia duntaxat virtuteque præstantium virorum sedem, sacrarium angelicis choris florens, [6] cancellos inter duos mundos, hoc est inter fluxum & sempiternum interiectos, diuosq; à mortalibus dirimentes. Verum sedes illa grauitatis antè plenissima, ridicula iam effecta est posteaquā omnibus promiscuè apertis foribus ad eam cursus patet, ob idq; præconem quendam mihi audire videor, in medio improborum cœtu ad hunc modum clamantē. 7 Huc accedite sceleratissimi quiq;, atque hominum probra & dedecora, helluones, lata ceruice prædīti, proterui, arrogantes, ebriosi, impostores, cauillatores, molliter vestiti, mendaces, cōtumelioſi, facilè peierantes, plebiuori, rapaces, manus in aliena bona inijcientes, inuidi, subdoli, infidi, [8] potentibus hominibus assentantes, humiles & abiecti, atq; interim humilibus leones, dubij atq; ancipites temporisq; serui, polypi propinquæ petræ colorem imitantes, recens coniugio mancipati, libidinis æstu perciti, adhuc primam lanuginem proferentes, [9] aut naturalis ignis fures, obscuram libidinem oculis fouentes, cùm ab aperto scelere abstinetis, cœlestis doctrinæ rudes & ignari, nuperrimè baptismi splendore collustrati, immò potius ob improbitatem simul cum pclaro spiritu ingredientem suliginosi. Huc inquam magno atq; intrepido animo accedite, ac iuueniles poplites [10] dextris submittite: quibus suis enim illæ, etiā minimè cupientibus porrectæ sunt. En [11] manna rursus, noua, inquam, illa miranda pluuia cadit: hanc suo quisq; sinu partim vberius,

Num. 35. Leuit. 16.

Cancelli Ecclesia quid significēt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

partim minori copia colligite. Quod si ita videatur ne sabbato quidem parcite. Quãquam verendum, ne in manibus inexplebilibus putrescat. Quemadmodum aer omnibus est communis, terra etiam & cœlum, quæque cœlum oculis nostris ostentat, communis insuper maris vtilitas: sic ecclesiastica quoque subsellia omnibus cõmunia sunt. Res mira: ne Saul quidem à gratia alienus est: verum prophetæ nomine obit. Nullus ergo iam sit agricola, nullus architectus, nullus coriarius, nullus venator aut faber ferrarius procul maneat nec ducem alium in rebus sacris & diuinis habere sustineat. Præclarius enim est imperare, quàm imperatoris iussa exequi. quin potius hic securim, ille stiuam, alius pellem alius ligna, alius denique forcipem abijciat, teque huc conferat, alius que alium circum mensam hanc sacrosanctam protrudat, atque comprimat: qui viribus valet proximum quẽque propellat, sæpe etiam optimum virum omnique genere virtutis excellẽtem, quique diu multumque thronis insudarit, prouectæque admodum ætatis sit, corporeq; fractus & exhaustus, cœlitum vitam in terris imitãs mundi contemptor, partem cum Deo habens, inter viuos mortuus, egregius denique Dei sacerdos. Et quidem qui [12] imaginem aliquam pingendam susceperunt, exemplar ipsum sibi ante oculos ponunt, indeque formam in tabula exprimunt. Ac quisquis me inspexerit, contraria omnino via incedendum sibi censeat. Hæc enim vna vtilitas ex vitio nostro percipi potest. Atque ad hunc sanè modum Stentorea quadam voce præco clamet. Mihi verò maximum terrorem illud injicit, quod de Mose scriptura sacra commemorat, qui solus Deum intra nubem aduersa facie perspexit: reliqui autem ad montis radices manere iussi sunt, atque ita se comparare, vt perpurgatis non solùm animis, sed etiam vestibus cum magno tremore diuinam vocem duntaxat audirent. Alioqui non modo ipsis, sed brutis etiam animantibus pro calcato monte, hoc est diuino solo lapidationis pœnã certo expectandam esse. Quin me filiorum Aaronis interitus exterret, qui ob alienum ignem diuinis sacrificijs adhibitum, nouo quoque & inusitato mortis genere de medio subla ti sunt, protinusque sacrificiorum locus mortis locus effectus est. Nec eos magnus ille pater Aaron ab extremi supplicij acerbitate vindicare potuit. Quid de filijs Heli dicam? quibus ingluuies pestem & exitium accersiuit, quòd prophanas manus sacris ollis iniecissent? Quin ne ipse quidem Heli mortem effugit. Nam huic quoque tametsi alioqui viro bono ac iusto impia filiorum ingluuies perniciem inuexit, quamlibet eos asperioribus verbis, probrisque insectari non destitisset. Quòd si tantula peccata tam grauis ira Dei subsecuta est, quanto tandem eam in pluribus maioribusq; flagitijs grauiorem acerbioremque fore existimandum est? Nec verò Arca illa silentio præteriri debet, quam qui labantem manu Uzphana fulcire tentauit, subita morte oppressus est. Denique Dei templum externis parietum subsidijs sultum legimus, ne manibus hominum tangeretur. Quocirca lugeo & ingemisco, atque ad pedes tuos Christe supplex aduoluor, teque rogo & obsecro, ne secedentem me in molestiam vllam incurrere sinas. Animo & corpore fractus confectusque sum, dum & cum lupis gregem iugulantibus, & cum pastoribus ipsis diuturnum bellum habeo. Animus ipse è curuis senioque contractis mẽbris iam euolauit: Laboribusq; ac probris nostri ordinis vexatus perexiguum quiddam spiro. Alij enim pro sacris sedibus inter se digladiantur, mutuosque fluctus excitant, ac densissimis malis conuitijsq; se mutuò incessunt, tantoque belli ardore flagrant, vt nulla vi frangi domarique; possint. Nil aliud quàm pacem crepant, & interim de sanguine gloriãtur. Qui vtinam eodem quo [13] Gethæi cruciatu doloris an gerentur, sedentariaque pœna afficerentur: vt insana eorum præsidendi cupiditas corgueuti supplicio vindicaretur. Alij rursus in vtranque partem diuisi, Orientem & Occasum perturbant, Deoque relicto ad carnem deuoluuntur. A quibus sceleratissimè inter se dimicantibus, alij nuncupari volunt. Paulus meus est Deus, Petrus tuus, illius autem Apollo. Ita Christus, frustra clauis confixus est. non enim à Christo, cuius beneficio, sanguinisq; profusione gloriam adepti sumus, sed ab hominibus iam censemur, & appellamur. Tãtas vel inanis gloriæ, vel opum amor, vel denique tabidus liuor ac malis gaudens, mentemque iusto dolore conficiens, oculis nostris tenebras offudit. Idq; hoc quidẽ prætextu facimus, quasi Trinitatis causa moueamur. Reuera autem infestissimis odijs incitamur. Fuco ac simulationi quisque studet, subque oue lupum celat, æri vtique non absimilis, sub pabulo illecebra piscibus mortem occultanti. Atque hæc duces & antistites admittunt: populus autem eos à tergo sequitur, vtpote qui, etiãsi dux desit, in vitium tamen sponte sua feratur. Non iam boni & mali, non cordatę

Omnes Ecclesiæ præesse affectant. Saul inter prophetas.

Exod. 19.

Leuit. 10.

1. Reg. 2. 4.

2. Reg. 6.

Sacra disdiu.

1. Reg. 4.

Homines natura ad malũ procliues.

datæ senectutis & stultę iuuentutis, non laboriosæ, eximiæque vitæ & mollis ac dissolutæ delectus vllus habetur. Hæc lex vna est, vt sceleratissimus quisq; superiora omnia habeat. Vtinam miserè ille pereat, qui flagitiosos ac nefarios homines ad Ecclesiæ thronum primus euexit. Sed enim horum sit mundus, horum Deus, eaq; omnia, quæ pro honestissimæ sanctissimeque actæ vitæ præmio optimi ac præstantissimi viri consequentur. Boni contrà inanibus laboribus se conficiant. Ita iudices nostri censuerunt: ius omne hinc exulet, omnia in vnum coeant, Christus & homo, sol & stella, lux & tenebræ, Angelus bonus & iam lucis expers Lucifer. Nihilo inferiore conditione sit Iudas Christi necis author q̃ Petrus, nec scelesta atq; impia Samaria quã Hierusalem. Eodem pretio sit aurum quo argentum, ac ferrum: eodem margaritum, quo silex, eodẽ fontes quo torrentes. Et, ne longior sim, omnia inter se permisceantur & confundantur, vt quondam rerum status erat, cùm primigena materia mundum adhuc parturiret, nec vlla rebus distinctio adhibita esset. Ac Moabitis quidem & Ammonitis, quòd Israeliticum exercitum afflixissent, aditus templi pclusus erat. Alios etiã Iosue quòd ab ipsis deceptus ac circunscriptus fuisset, in eorum qui aquam ac ligna ferebant, numerum ascripsit. Sic cum improbis hominibus actum est. At verò Leuitis hic honor habitus est, vt cœlestis tabernaculi ministri constituerentur. Atq; hic quoq; sacrificijs & limini ac labori sua lex, suusque ordo constabat. Alij enim alij cuipiã operi manus admouebant, & tam ea quę templi erant, quam quę externa procurabant. Huiusmodi illi legibus virtutem tuebantur. Nos cõtrà vitio præmia constituimus. O grauem mortem & horrendã: quis luctuum ciendorum artem ita callet, vt hec pro rei atrocitate deplorare queat? Eia ô amici impetum istum cohibeamus, improbitatis studio nosmetipsos fatigare desinamus: Deũ aliquando tãdem pijs sacrificijs colamus. Quòd si animos vestros hęc oratio permouerit, consilioq; nostro parendum vobis esse statueritis, maxima vtiq; vtilitas consequetur. Sin autẽ iuuenum vel potius graculorum stultè temereq; cocitantium impudentia, velut pernicioſa quadã nube circunfusa, sermonem meum caniemq; contexerit, immortalis Dei manum, atrumque illum Diem, qui leuem omnẽ mare riam igni depasturus est, testor, me nec sedis, nec operis, nec consilij, nec nauigationis, nec postremò itineris vllius sotietatem cum illis initurum. Qua via illi cœperunt, pergant sanè si volent. Ego autem Noe arcã quæro, vt grauem mortem euitem, ac deinde longè à malis remotus acerbum illum atq; igneum Sodomorum imbrem fugiam, cum ijsq; consuetudinẽ habeam, qui vagam mentẽ velut cõpedibus quibusdam astrictã intus collegerũt, mundiq; procellas, quę etiam prudentum hominum ora turpiter inficiunt, quasiq; obiecto puluere sordidant, totam oculorum aciem in animo defixam habent. Ex quo hoc assequar, vt diuina sensa pellucida, nec deterioribus cogitationibus permixta semper in mente insculpens, festinantiq; desiderio ad triplici splendore radiãtem deitatem accedẽs, ad immortalis Dei sedem, vbi omnia clara & perspicua futura sunt, tandem peruenia. Tum verò pro merito quisque, vel præmijs, vel pœnis afficietur, cùm iustissimã lancem Deus manibus versare cœperit.

SCHOLIA.

1. *Figmentum Dei*) Id est generis humani gubernacula tenentes.

2. *Speciosis Theatris*) Sic malos Episcopos coloribus suis pingit, qui scenicorum more, pietatis sanctimoniaq; laruam præferunt, cùm interim ipsorum animus fœdissimis quibusque flagitijs criminibusq; scateat.

3. *Ligneis pedibus insistentes*) Grallas Nonius vocat, nos gal. echasses. Perstitit enim Gregorius in sua descriptione, qua malos Episcopos falsissimè perstringit, obscœnissimis suis moribus inanem pietatis speciem prætexentes.

4. *Gens præstantissima*) ἔτι γὰρ enim in Græco legendũ est, non ἀπὸ τοῦ. Alludit enim ad illud. 1. Pet. 2. Vos autem genus electum, Regale sacerdotium, gens sancta. Id quod etiã ex antithesi sequenti clarissimè patet.

5. *Acerbitatis & sanguinis*) Agrum illũ significat qui triginta argẽteis, quos impij sacerdotes Iudæ pro nefariæ proditionis præmio persoluerant, in sepulturã peregrinorum emptus fuit.

6. *Cancellos*) Exponit quid cãcelli illi templorũ, quibus plebs à clericis arcetur, mystice designãt, nimirũ distinctionem mundi huius fluxi ac perituri, & alterius certi, atque æterni.

7. *Huc accedite*) Tota hæc fermocinatio amarulentis ironijs constat: fingit enim se sceleratissimos quosque ad obeundos episcopatus inuitare, cũ tamẽ huiusmodi homines à tanti muneris susceptione quã longissimè auertere conetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8. Potentibus hominibus) Cõmodius fortaſſe fuerit in Græco inciſum non poſt ἐμπτώτων, ſed poſt χλευασμὸν ponere: vt ſic legamus, ὠθισμὸν ἐμπτώτων χλευασμὸν, χλευασμὸν ἐλόντας, ita enim plus gratiæ habitura eſt hæc antithesis. cui ſimilis eſt illa Saluſtij, inimicis blandus, amicis contumelioſus. Item illa in bello cerni, in pace leones.

9. Aut naturalis ignis fures) Naturalis ignis fures eos vocat, qui tametſi ab ipſo libidinis opere abſtineãt animo tamen flagitium admittunt, libidinisq; ſimulachrum ſibi fingunt, aut etiam procaces atque impudicos oculos habent. Ac fortaſſe his verbis quodammodo alludit ad Promotheum, quem cœleſtem ignem furripuiſſe, hominibusq; attuliſſe Poëtæ fingunt.

10. Dextris) Corpus etenim in humilitatis argumentum curuant, qui ad ſacros ordines prouehuntur. Actum Epiſcopi manu extenſa ipſis bene precari ſolent.

11. Manna rurſus) Vt, inquit, manna olim omnibus æquè fundebatur: ſic nunc tanta rerum perturbatio eſt vt omnes ſibi æquè licere putent Eccleſiæ gubernacula tractare.

12. Imaginem) Nihil aculeatius acerbiusq; hac collatione dici potuit. Paucis enim verbis quanta eßet cõplurium ſui temporis Epiſcoporum improbitas, luculẽter expreßit. Nam ſi is qui vitã eorum intuetur, contraria omnino via incedere debet, nemini dubium eße poteſt, quin turpißima & flagitioſißima ſit eorum vitæ ratio. Fabius figurã hanc, ratiocinationẽ vocat. Atq; vtinã tota hæc oratio non in nos quoq; & quidẽ aptißimè conqueri poßet. Hic enim profectò locum habet illud Horatij, Tantalus à labris ſitiens fugientia captat Flumina, quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur.

13. Gethæi) Gethæi, vt habetur. 1. Reg. cap. 5. Cùm vt cæteri quoq; Philiſtæi, ob captã Deiarcã in ſecretioris natiũ partẽ percußi fuiſſent, vt huic malo quoquomodo mederentur, inito conſilio pelliceas ſedes ſibi fecerunt. Ait igitur Gregorius, nullo modo congruentius in malos Epiſcopos ſibiq; Eccleſiæ clauum tã impudenter temereq; deposcentes, animaduerti poße, quã ſi ob adeò impotentem & effrenatã thronorũ cupiditatẽ, eadem qua Gethæi pœna mulctentur. vulgatum enim eſt illud ſcripturæ, Per quæ quis peccat, per hæc etiam punietur.

AD CONSTANTINOPOLITANOS.
Sacerdotes, & Vrbem ipſam.

Sacerdotes incruenta ſacrificia mittentes vnitatiſq; magnæ in Trinitate cultores, ô leges, ô imperatores pietatis gloria florentes, ô illuſtris Conſtantini magni ſedes, noua Roma, tãtum vrbes omnes antecellens, quantùm cœlum terrę præſtat, vos, inquam, pietatis ſtudioſos, veſtramq; fidem obteſtor. Heu quã acerbè mecum egit inuidia: quam longè me à ſpiritualibus filijs abſtraxit. Idq; poſt longa certamina exhauſta, poſt probatã doctrinæ cœleſtis facẽ, profuſamq; de petra vndam.[1] Quam autẽ æquitatem habet, vt ipſe quidẽ in imbuenda pietatis orthodoxæ rudimentis ciuitate labores omnes terroresq; ſubierim: alius autẽ ad alienam ſedẽ, ad quã me Deus, Deiq; egregij cultores euexerant, repẽtè ſublatus laboribus meis oblectetur? Hæc mihi morbus permoleſtus, hæc miniſtri Dei cõflarunt, qui triſti cõtentione inter ſe decertãtes, non aliam ob cauſam alieno à me animo ac voluntate ſunt, quã quod neutri parti memet adiunxi, nec Chriſto quicquã anteferre ſuſtinui. Ita peccatum hoc meum eſt, quòd nõ eodem cũ alijs peccato me obſtrinxi, nec velut parua ratis cum oneraria naue cõlidendum duxi. Eodẽ modo in leuium quoque hominum odium atq; offenſionem incurri, qui temporis amicis ſacrariũ nefariè impieq; aperuerunt. Verùm hęc quidẽ ſempiterna obliuione obruantur. Ego autem hinc excedens, animi tranquillitate oblectabor, aulã, vrbes, & ſacerdotes aliaq; omnia, nõ minus libenti an imo fugiens, q̃ cùm expetebã, cùm Deus per nocturna inſomnia, mariſq; terrores me ad munus ſacrũ euocauit. Quocirca lætiſſimo animo inuidiã effugi, ac velut ex magna & graui tempeſtate in ſtabili portu rudentem fixi: vbi puris cogitationibus animum efferes, vt priſ ſermonis, ita poſtea ſilẽtij victimã Deo cõſecrabo. Hęc Gregorij verba ſunt quẽ Cappadocia aluit, quicq; ſe facultatib. omnib. ſuis orbauit, vt eas Chriſto offerat.

SCHOLIVM.

1. Quam autem æquitatem habet) Acrius enim hæc verba afficiunt cũ per interrogationem efferuntur. Et certè Aldus in emend. legit πῶς λόγου, non ζῶσα ſoluta oratione Graci dicunt, ζῶσα δὲ λόγου ἕξις, quod Cicero quodã loco ad verbum tranſfert, quam rationem habet. Gal. quelle raiſon y a t il.

DE HV-

DE HVMANA NATVRA.

HEſterno die dolorib. fractus ac debilitat[a] in imbroſo quodam atque ab arbitris remoto nemore ſedebã [1] animum mœrore paſcens. Hanc enim mihi medicinam in calamitatibus adhibere ſoleo: nẽ pe vt cum animo ipſe meo colloquium habeam. Ac dulcis quidam ventus ſuſurrabat, ſimulq; canoræ aues, mihi licet grauiſſimo mœrore ꝓſligato, egregium ex arborum ramis ſomnum largientes. Porrò cicadæ tantum ſtridorem edebãt, vt earũ cãtu totũ nemus vndiq; perſonaret. Quin etiam gelida aqua iuxta erat, quæ leniter per nemus fluens pedes meos abluebat. Ac ego toto corpore atq; animo in dolore fixus huiuſmodi oblectamenta nihil morabar. mens etenim multiplici ægritudine oppreſſa, voluptates oẽs repudiat & auerſatur: verùm ipſe animo cogitationibus ſeſe volutante, talem aduerſariorum verborũ pugnã experiebar. Quis fuerim, quis ſim, quid deniq; futurus ſim, haud quaquã exploratum habeo, ac nec is quidem, qui me ſapientia longè antecellit: Quin potius velut denſiſſima nube circunfuſus huc atq; illuc oberro, nihil, nec ꝑ ſomnium quidem, habens eorum q̃ concupiſco. Omnes enim quibus carnis nubes incumbit, abiecti ſunt atq; errones. Ei verò ſapientiæ laude non grauatim cedo, qui cordis ſui [2] ſcipitem ad loquendum impoſturã plus aliis refellit. Sum: dic quidnam hoc? Pars enim mei iam effluxit. Aliud nunc ſum: aliud autem ero. Si tamen ero, nihil in me fixum & certum eſt: ſed turbidi cuiuſdã amnis inſtar perpetuo curſu feror, nec firmum & ſtabile quicquã habeo. Quidauté hæc ex me ꝓcontaris? quid tibi ſupereſt? Sum dices, hoc doce. Immò verò etiã atq; etiam vide, ne dum hic maneo, te effugiam. Quemadmodum enim fieri nequit, vt bis eãdem fluuij vndam traijcias: ſic nec etiam fieri poteſt, vt hominem quem prius videris, eundem poſtea conſpicias. [3] In patris corpore prius erã: poſtea me mater excepit: tum cõmunis vtriuſq; caro extiti & quidem conſuſa humanitatisq; expers, atque informis quædam fœditas, nec mentis nec rationis particeps, matremq; tumuli vice habens. O nos duplicis ſepulturę nomine miſeros, atque in corruptionem interitumq; viuentes: vita enim quam traducimus, annos noſtros abſumit, mihiq; ſenectutem inuexit. Quod ſi me confecto huius vitæ curriculo, immortale æuum, vt ſcriptura pollicetur, excepturum eſt, [4] haud ſcio an hæc vita noſtra mors potius dicenda ſit, ac mors contrà vitæ nomine appellanda: tametſi aliter vulgò videatur. Inaniter immò nihil planè ſum: quid ergo calamitatib. vexor, tanq; aliquid firmũ ac validum? hoc enim vnum eſt in mortali vita certũ nobisq; ingenitum, nec vnq; conſeneſcens: iam inde ex quo matris ſinu lapſus primam lachrymã emiſi. Tanquã ſcilicet diuinarem in quot quamq; graues & acerbas calamitates incurſurus erã, priuſquam vitam attingerem, illachrymãs. Ferunt regionẽ quandam ſerarum omnino expertem eſſe: nam id ſ de Creta memoriæ proditum eſt. Aliã rurſus eſſe, q̃ [6] nullis niuibus cõſpergatur. Ac nemo eſt mortalium, q̃ gloriari poſſit, ſe huius vitę laborum & ærumnarum expertem è vita diſceſſiſſe. Imbecillitas, egeſtas, partus, mors, inimicitia, impij ac facinoroſi homines, maris terræq; belluæ, corporis dolores, omnia, inquã hæc mortalis vita fert. Ac pmultas quidẽ calamitates nulla omnino delectatione mitigatas comperi: ac nullã vnquã proſperitatem mihi videre contigit, quæ non dolore aliquo diluta & vitiata eſſet: Indeadeò ex quo mihi perniciоſus primorum parentum guſtus, Satanęque inuidia velut Erinnym quandam mihi impreſſit. Ac tibi quidem, caro, hæc à nobis dicta ſint, tibi, inquam graui & difficili morbo laboranti, blando hoſti, perpetuoque bello me laceſſãti: tibi, inquam, immaniſſimæ ferę, & tamen me blandè demulcenti, igni, quod valde mirandum eſt, frigus afferenti. Et verò admodum mirabor, ſi extrema ſaltẽ ætate beneuolentia erga me affici cœperis. Age iã ô anima (nã te quoq; cõgruenti oratione affabor) Quænã es? q̃ tua origo? quid etiã ipſaes? Quis tibi tã durã neceſſitatẽ impoſuit, [7] vt cadauer paſſim circunferas? quis ꝓmoleſtis vitæ cõpedib. ita te aſtrinxit, vt ꝓpetuo nutu in terrã propẽdeas? Quo tandẽ modo ſpiritus craſſitiei mẽs carni: lenis graui mixta es? hęc eñ inter ſe velut ex diametro pugnant. [7] Nam ſi vnà cum carne ſata, in vitam lucemque prodidiſti, heu quàm pridem exitioſa eſt huiuſmodi commixtio: Imago enim ſum Dei, & [8] obſcœnitatis filius factus ſum. Eſt itaque cur me pudeat, libidinem honoris mei dignitatiſq; matrem habere. Genitali quippe profluuio ſatus ſum: quodque cor-

Vita hæc mors potius dicenda & contrà. Sibi in hac vita certũ præter calamitates.

Creta ſera rũ expers.

Vitæ huius miſeriæ.

Caro hoſtis blandus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruptum erat,nunc homo est:rursus autem non homo,sed puluis erit. En spes nostras postremas. Sin autem cœlestis es,quæ tandem atq; vnde originem traxeris, ex te scire aueo: Si Dei spiraculum & pars es, vt existimas, quin tu improbitatem abijcis, vt idem verbis tuis adhibeã? nec enim vel leuissima labe aspersam esse cõuenit quę de puro authore gloriatur. Nec enim caligo à sole vnquã ortum habuit: nec contrà spiritus illustris & splendidus à malo spiritu originem duxit. Quî verò fit, vt cum cœlesti spiritu coniuncta, Beliq tamen impulsibus tam grauiter exagiteris & percellaris Nam si cùm tibi tale auxilium præsto sit, in terram tamẽ vergis, heu quàm effusam quamq; perditã ac deploratã improbitatẽ tuam esse necesse est: Sin aũt diuinitus minimè, extitisti, quę tandem natura tua est? Quàm vereor, ne falsa quadam & inani gloria intumescam: hinc Dei figmentum, paradisus, Eden, gloria, spes, mandatum. Altera ex parte pluuia orbem delens, igneusque imber. Lex deinde, hoc est scripta medicina, secuta est. Pòst autem Christus, formam suam nostræ adiungens, vt passione sua vitijs meis mederetur, ac per formam suam mortalem mihi diuinitatem afferret. Sed quid tum? Nec enim propterea frangitur atque emollitur animi mei cõtumacia: sed præcipiti quodam furore, velut aper in ferrum ruo, mihiq; necis meæ author sum. Ecquid vitæ humanę bonum est? Dei lumen. at ab hoc quoque inuidus & tenebrosus ille spiritus me excludit. Nihilo melius ob virtutis studium mecum agitur. Quin potius mali meliora omnia & secundiora habent. Vtinam enim in tot tantisq; laboribus, quibus pene cõficior, pari saltẽ cum illis conditione mihi vti liceret. Imbecillis & languidus iaceo, diuino timore perculsus atq; inflexus. Diurnis noctúrnisque curis opprimor. Atque superbus ille dæmon me etiam supinum retrò impulit, calcibusque impetiuit. Iam quid horrida omnia pœnarum genera cõmemorem, Tartarum tenebrosum, ardentia flagra, & dæmones, qui pœnas ab animabus nostris expetunt? Hæc omnia pernicioſi homines pro fabulis ducunt, atque id solum, quod ad pedes est, optimum censent, nec cruciatus, & tormentorum acerbitates quicquam curant. 9 Melius porrò ac præstabilius esset sceleratis hominibus in altero æuo scelerum pœnas minimè expendere, quàm mihi nunc vitij damna lugere ac deplorare. Verùm quid mortalium ærumnas ac dolores tantopere cano atque exaggero? nullæ huius vitæ res sunt, quæ non incommodo aliquo laborent. non mihi tremoris expers est terra: quippe quæ à ventis moueatur & infestetur. Anni partes sibi inuicem loco cedunt. Nox diei finem imponit, tempestas nubibus cœlum obducit: sol siderum nubes, Solis pulchritudinem obscurat: luna subinde lumen amissum recipit: Cœlum denique media tantum sui parte oculis nostris patet: Quin tu quoque obtrectator & inuide hostis, lucifer quondam angelicis choris eras: verùm postea à cœlestium illarum & beatarum mentium cœtu turpiter excidisti. In optimam partem hoc accipe quæso Trinitas sancta, ne ipsa quidem stultorum hominum linguam prorsus effugisti. Pater primùm, deinde Filius, ac denique Spiritus sanctus contumelioſis verbis incessuntur. Sed quò tandem me, ô inconsulta cura, hinc abreptum feres? Siste gradum, omnia Deo inferiora sunt: Verbo cede. Non me Deus temere in lucem produxit. (Orationem enim iàm sub finem retexo) stulta est hæc nostra cogitatio. Nunc quidem omnia caligine inuoluta sunt: Et postea ratio ipsa eluceſcet, cunctaque intelliges, vel Deum cernens, vel igne æstuans. Hęc postea quam mens chara mihi accinuit, cecidit dolor: sicq; ab vmbroso nemore serò domum me recepi, alias risu, alias pugnãte videlicet secum animo, luctu lachrymisq; diuersa sentientes prosequens.

Cur Christus passus.

Mortis ipsi nostræ authores sumus.

Impij homines pœnas aeternas pro scelerum pœnis cunctantur.

SCHOLIA.

1. *Animum mœrore pascens)* Ad verbum, animum edens. Alludit enim ad illud Homericũ de Bellerophõte, ὃν θυμὸν κατὰ ἦδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλέεινων. quod Cicero ita transtulit, Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

2. *Præcipitẽ ad loquendum)* Gr. ἀλόγιστον. Ille cordis sui impostura refellit, qui rectè atq; incorruptè de rebus iudicat, nec falsis & inanibus cogitationibus animum pascit. Veriloquum Aldus interpretatur, quasi in græco esset ἀτυμολόγον. Et sanè satis cõmoda esset sententia si in participio legeremus ἀτυμολογέε, & secunda syllaba produceretur.

3. *In patrũ corpore)* Alludit ad id quod ait Apostol. Hebr. 7. Adhuc Leui erat in lumbis Abrahæ (id est nõdum natus erat) cùm obuiauit ei Melchisedech.

4. *Haud scio)* Hoc est, quod apud Ciceronẽ in somnio Scip. dicebat Aphricanus, vita hæc q̃ dicitur, mors est.

5. *De Creta)* Nullum in Creta animal noxium, serpens ibi nulla, nulla noctua: aut si inuenitur, statim moritur. Vide Ioan. Ioẽm. lib. 3. de moribus.

6. *Nullis niuibus)* Alludere videtur ad cãpos illos Elysios, quos Hom. libr. 4. Odyss. niuiũ expertes esse scribit.

7. *Nam (i vnà) Si, inquit, anima vnà cum corpore scritur est, profectò cur nos pudeat, parentum libidinem honoris illius, quem ex eo quod ad Dei imaginem procreamur, sumus consecuti, causam existere. sed prior hæc pars falsa est: quemadmodum ex sequentibus patet.*

8. *Obscœnitatis filius)* Id est, ex venereo congressu natus sum.

9. *Melius porrò ac præst.)* Id est, vt apertius loquar, Tametsi impij & nefarij homines de huiusce vitæ prosperitate sibi gratulentur, me contrà miserum existimare soleant, qui multis in hoc vitæ curriculo calamitatibus afficiar: reuera tamen præstabilius est magisq; expetendum, in hac vita excruciari, q̃ scelerum pœnas in altero æuo expendere.

10. *Cecidit dolor)* Potest etiam non minus commodè verti πάντως concoxit, vt sic sensus, mens mea huiusmodi meditatione prementem dolorem concoxit ac depulit.

DE VITAE ITINERIBVS.

ARGVMENTVM.

Ostendit in hoc carmine nullum esse vitæ humanæ genus ab ærumnis molestijsque liberum. Ac videtur certare cum illo Epigrammate Græco, quod Posidippo, vel Crateti ascribitur, in quo cuiusque vitæ generis incommoda breuiter describuntur Cui tamen alterum ex diametro oppositum subiũgitur, in quo vita humana ab huiusmodi obtrectatione vindicatur.

QVis sum? vnde in vitam veni? quis rursus, posteaquã aliquantisper terræ gremio retentus, à puluere ad vitã rediero, futurus sum? Vbinam tandem me Deus collocabit; an me scilicet hinc subuectum in tranquillũ portum ducet? Multæ quippe ærumnosæ vitæ huius viæ sunt, aliusq; cum alijs rerum difficultatibus calamitatibusq; conflictatur: nec vllum apud homines bonum est, quod nõ aliquid vitij admixtum habeat. Atq; vtinã non maiorem quoq; partem mala sibi vendicarent. Infidæ sunt opes, sublimiumq; thronorũ & dignitatum fastus mera sunt insomnia. Imperio alterius subesse, graue ac molestum, paupertas pedica. Pulchritudo porrò breuis atq; fulgetri gratię similis, iuuentus nihil aliud q̃ temporis feruor, canities tristis vitæ occasus: Sermones verè alati, gloria aër, nobilitas vetus sanguis, robur cum apris cõmune, satietas petulãs, matrimonium vinculum, liberorũ copia curæ necessariæ mater, orbitas morbus, forum vitiorum schola, quies imbecillitas, artes abiectorum hominum, angustus alienus panis, agricultura labor, nauigantium maior pars in Orco, patria proprium barathrum, externa regio probrum: omnia denique mortalibus laboriosa sunt, omnia humana metus, risus, lanugo, vmbra, ros, flatus, volatus, vapor, insomnium, fluctus, nauis vestigium, aura, puluis, orbis quidã perpetua conuersione similia omnia voluens, nunc stabilis, nunc rotãs, nunc labilis, nunc fixus, anni temporibus, diebus, noctibus, laboribus, morte, mœroribus, voluptatibus, morbis, calamitatibus, secundisque rerum successibus. Nec verò sine magna sapientia hoc à te, Christe, constitutum est, vt res omnes huius vitæ incertæ atque instabiles sint: Nempe vt rerum firmarum stabiliumque amore ac desiderio inardescamus. Omnia enim nuerò tam prisca quàm recentia animi pennis perlustraui: nec tamen quicquam hominibus imbecillius vsquam inueni. Vnum hoc hominibus bonum ac firmum est, nimirũ sublata cruce hinc pedem efferre, lachrymas etiam fundere atque ingemiscere, mentẽ diuinarum rerum studio mancipare, cœlestium bonorum spem pectore fouere, ita se comparare, vt Trinitatis splendor, qui puris animis impertiri solet, nobis illucescat: à stultæ insuper carnis cõtagione mentem abrumpere, imaginemque illam, quã diuinitus accepimus, puram atque integrã conseruare, vitã ab hac vita alienam ducere, ac deniq; cum altero mundo mundum hunc commutando difficultates omnes huius vitæ molestiasque forti animo perferre.

Quid hæc humana metus, risus, lanugo, vmbra, ros, vita.

Cur res huius vitæ instabiles.

SCHO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLIA.

1. Pulchritudo) Cõiungẽdus est enim genit. ἀναφορικῶς cũ eo quod sequitur τυτθὸν χρόνον, vt sensus ipse indicat.
2. Sermones alati) Hoc epitheti ũ sermonibus passim tribuit Homerus, vel quòd nihil ijs leuius sit, vel quod semel emissum voler irreuocabile verbum.
3. Angustus alienus) Prouerbium elegans de ijs qui duriore fortuna conflictantur facultatibusque suis lapsi sunt, qui sanè aliorũ mensam admodũ angustã experiuntur, hospitibusq; suis in fastidium citò veniũt.
4. Nauigantium) Alludit ad illud, quod de quodam circunfertur, qui percunctante quopiam maior ne viuorum an mortuorum numerus esset, quæsiuit ipse, quo in numero ponendos censeret eos, qui nauigarent. quibus verbis apertè ostendebat eos in grauissimo vitæ discrimine versari.

DE EXTERNI HOMINIS VILITATE.

QVis fui? quis sum quid aliquanto pòst ero? quoque tandem loco figmentum magnum (si modo quicquã in rebus magnum est) Deus immortalis collocabis? quã inaniter, mea quidem sententia, cùm nihil omninò simus, supercilium efferimus, si quidem hoc solùm essemus quod plerisq; apparet, nec vita hac flua & caduca amplius aliquid haberemus. Nam si cum animantibus rationis expertibus in cõtentionem veniamus, primùm bos vt è parentis vtero prodierit, cõfestim exilit, dulcesq; ipsius mamillas exagitat, & exprimit: tertioq; vitæ anno iugum induit, grauecque plaustri pondus trahit, ac ceruicem collari supponit. Hinnulus dein de vix è materno ventre in terram lapsus est, cùm illico pedẽ suum matris pedibus iungit, canesq; fœuos, ac celeres equos cursu fugit atq; in cunis densissimæ syluæ latebris occultatur. Vrsi verò & capri, leones, tigrides & pardi ad ferri conspectum iuba protinus ac setis inhorrescunt, atque in venatores impetum faciunt. Iã verò auicula ea, quæ pennis nuperrimè carebat, nõ ita multò pòst pulcherrimis alis prædit, altissimeq; supra nidum euecta aërem pererrat. Quinetiam apis relicto specu domum cõstruit, amœnisq; floribus eã implet. Omnia autem ipsis vnius anni labore conficiuntur & absoluuntur: cibus omnibus sponte, ac solius terræ beneficio cõtingit. Non truculentum mare sulcãt, non terrã excolunt: nulli illis promi condi sunt, nulli pincernæ. Et auem pennæ celeritas, & valles ferã paruo ac breui labore nutriunt nec victus curam vltra diei spacium porrigunt. Nam quid de leone dicam, qui vt mihi narratum est, postquã de fera ea q̃ interimit, tantum comedit, quantum depellendæ fami satis fuerit, pdę suę reliquias sastidit & auersatur? De quo etiã illud commoratur, quòd alternis interdum diebus cibo, alternis item potione vtitur, ventrique ita moderatur. Adeò illis facilior [1] minusq; ærumnosa viuendi ratio cõcessa est: In rupib. & dumetis paratas semper ex tẽpore domos habent, Integra corporis valetudine viribusq; ac pulchritudine, quãdiu viuunt, fruuntur. Quòd si morbi grauitate opprimantur, sine mœrore vllo animã exhalant. Non ad eorum interitum alij aliunde cadauer circunstãt atq; in luctu & mœrore versantur, nec amici pdolore crinẽ vellunt. Atq; vt quod maioris momenti est, dicã, nullo metu in morte perterrentur. Neq; enim bellua vlla quicquã mali pòst mortẽ extimescit. Perspice iam quoq; altera ex parte atq; expende hominum genus, atq; haud dubiè cum poeta, [2] nihil hominibus imbecillius esse affirmabis. Primò genitali semine editus sum: deinde me [3] non sine magno labore mater mea in lucẽ eduxit eductumq; aluit. Atq; in illis vitę rudimentis, vlnis ego primũ maternis, dulcis nimirũ sarcina, gestabar: postea aũt terrã non sine magna corporis vexatione radebam: mox quadrupedum more pstolum incedebã. Hinc demum tremulis incessib. manibusq; alienis furtim fultus in pedes steti. Ac cũ exiguis quibusdam inarticulatæ vocis vestigijs mens mea sublucere cœpit. Pòst autem sub doctrinæ artiumque magistris diu mihi collachrymandum fuit. Vicesimo ætatis anno robur collegi, in multas tñ calamitates, athletæ instar antè prolapsus. Hæciã effluxerũt: nunc me alia vrgẽt: ad alia aũt ô anima mea, minimè tibi dubitandũ est, quin hãc vitã, hoc est tractũ admodum infidum, ac periculosum, torrentem rapidum & agrestem maris fluctum hinc inde frequentibus vẽtis æstuantẽ traijciens, in multos labores & ærumnas incurras. Prętter id eũ qd mea me stultitia exagitat, Satanas quoque vitę nostrę hostis multas nobis calamitates importauit. Etenim si omnes huius vitæ iucunditates cum eiusdem ærumnis molestijsq; perpenderis, lanx certè illa, qua mala continentur, multis partibus præponderabit: Ac contrà lanx ea, in qua vitæ commoda existunt, leuitate sua sursum tendet. Prælia, mare, terra, mors, latrocinia, opes, vectigalium impositores, [4] clamosi exactores, rhetores, libri, iudices, principes, pernicioſi homines, vniuersa in quam ista vitæ nostræ ludibria sunt. Vide amus iam si lubet ea quoq;, quæ comitem habere voluptatem videtur. Saturitas, corporis grauitas, cantus, risus, sepulchrũ fœtidis cadaueribus perpetuò refectum, spõsalia, nuptiæ, iterum nuptiæ prioribus videlicet solutis, adulteri adultericidæ: [5] filiorum procreatio, suspectus dolor: pulchritudo, infida amoris illecebra: suspitionis ac metus expers malum, deformitas: Egrẽgij atq; honesti filij parẽtibus curã, nequã & improbi dolorem afferunt. Diuitiæ & paupertates duplex malum: ex altero insolentia contumeliaq; oritur, ex altero ægritudo, vtrunq; [6] pilæ instar est, quam iuuenes inter se mittunt, ac remittunt. Quæ cùm ita se habeãt, diserucior animo, siquis præstantissimum id existimat, quod plus incommodi quàm commodi habet. Non ribi lachrymę fluunt, cùm priscorum quoq; hominum calamitates audis? Haud equidẽ scio earũ cõmemoratio lachrimasne poti? an risum tibi exprssura sit. Duo em hæc dubbus sapientibus viris cõueniſſe me moriæ proditum est: quorum [7] alteri lachrymas, alteri risum res huiusce vitę mouebant. Quidni autem? cùm secum vterq; cogitaret, quẽadmodum Græci & Troiani mutuo impetu sese meretricis causa cõ[8] trucidarint: Curetes etiã & rei militaris arte prestantes Aetoli de apri capite & setis graui prelio decertarint. Nam quid de [9] Aeacidis dicam, quorum alter inter hostes furioſę manus telo cõfectus occubuit, alter impudicæ vxoris dolo circunuentus perijt. Sed & ipse [10] Hercules vir summa gloria summoq; splendore, qui omnia mõstra delebat, acerbissimam mortem ex vistra delebat, acerbissimam mortem ex vitulenta veste contraxit. Nec verò Cyrus & Crœsus vim mortis effugerunt, nec tot Imperatores nostri, qui heri adhuc, vt dici solet, & nudiustertius imperio fungebãtur. Quin tibi quoq; [11] anguigena, atq; inuicto quodã animi corporisq; robore præditę Alexander, vniuersum terrarum orbem peragrãti vinum exitium attulit. Ecquid porrò inter mortuos est, quo alius alium antecellat? Idem puluis, eadem ossa sunt heros Agamemnon & Irus mendicus

Cõstantinus Imperator & famulus meus, pauper & diues: idem sepulchrum multos excipit. Atq; ad hunc modum res huiusce vitæ habent. Quod verò tantum ingenij flumen reperiri potest, vt sequentis æui ista tum oratione complecti queat, quæq; extremus dies impijs & sceleratis hominibus allaturus est? Ignis crepitans, graues tenebræ, procul q; à luce disitæ, vermis scelerum nobis memoriam sine vlla intermissione refricans. Melius itaq; tecum, quisquis nequiter & flagitiosè viuis, ageretur, si aut vitæ portas nunquã traiecisses, aut si omnino traijciendę erãt, totus certè, ferarum instar, in morte extinguereris: quippe qui præter tot tantosq; dolores quibus hìc afficeris, multò adhuc grauiores acerbioresq; posteà subiturus sis. Vbi tandẽ magna illa primigeni parẽtis gloria est? Interdicti cibi esu perijt. Quis inficias ire possit, quin Solomon sapientiæ laude multum hominibus omnibus' pstiterit, & tamen à mulier culis superatus est. Vbi Iudas ille, qui duodecim apostolorum numerum explebat? perexigui quæstus causa tenebris circunfusus est. O rex Christe, oro te atq; obsecro, vt me famulum tuũ hinc sublatum malis liberes, auxilioq; mihi præsto sis. Ac prosectò nullum aliud hominis firmum ac soli dum est bonum, quàm spes cœlestes, quibus nonnihil spiro. Nam aliorum omniũ bonorum, q̃ in tera voluuntur, magna me satietas tenet. Hominibus omnia relinquere gestio, patriã & externam regionem sublimes thronos & humilioris subsellij gloriã, propinquos & alienos, pios & impios, apertos homines & tectos atq; insidiosos, inuidiæ expertes & vitio parentis sui carnifice interne contabescentes. Fruantur sanè alij vitæ huius oblectamentis: ego verò ea prompto animo vitabo. Heu me, quàm longas ac diuturnas hæc vita calamitates habet. Quem ad vsq; finem stercoribus animum adijciã? Verè profectò omnia vitæ nostræ bona ancipitem voluptatem habent. Demensum in diem nunc capere, nunc eijcere necesse est. Paruum quiddam guttur habet: [13] alia autem omnia cloaca. Hyems ac rursus æstas, ver vicissim & autumnus: [14] dies & noctes duplicia vitæ insomnia sunt. Nec cœlũ, nec terra nec mare nouitate sua me afficiunt: nec q̃ fixa sunt, nec quæ in orbem voluuntur. Horum fastidio iam teneor: aliam proinde mihi vitam alitumque mundum dato, eum nimirum cuius adipiscendi causa calamitates omnes prompto atque alacri animo fero. Vtinã verò tum extinctus fuissem, cũ me maternis viscẽribus tanq̃ vinculis quibusdã astrinxisti: quippe cui & statim offusę tene-

Homo quod ad hãc vitam attinet, animantiũ omniũ miserrimus.

Animãtia omnia in diẽ viuunt præter hominem. Leonis mor.

Errores animi malis plenissimi. Hesiodus confutatio.

Inuidia parentis sui carnifex.

Dubia & anceps bonorum huius vitæ voluptas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenebræ,& in lucem prodeunti obortæ lachrimæ fuerunt. Quę(malum)hęc vita eſt è tumulo proſiliens ad tumulum iterum contendo:à ſepulchro autem rediuiuus acerbiſsimo rurſus [15] igne obruar. Quin illud etiã ipſum quod ſpiro,inſtar rapidiſſimæ vndæ eſt,ſemper effluentis ac retrorſum influentis,nec firmum ac ſtabile quicquam habentis:nihilq; prorſus aliud quã puluis [16] oculos meos feriens,vt à Dei ſplẽdore procul excidam, parietesq́ cæcorum more palpans atque huc illucq́ue oberrans,vita illa excelſa & immortali caream. Audacius quidem fortaſſe,ſed verè tamen hoc dicam:Dei ludus eſt homo,ludus inquam cuipiam eorum nõ abſimilis, qui in vrbibus ſpectari ſolent. Larua enim quędam,manu atque arte fabricata, externè conſpicitur:qua ſublata, pudore iam ſuffundor,vt qui repente non idem qui prius apparearn. Talis vniuerſa miſerorum mortalium vita eſt, qui ſpes vanas ſomnijsq́ue ſimiles curant. His ergo ad breue tempus fruantur,quibus ita collibebit. Ego verò Chriſtum ſemel amplexus,nunquã ab huius mortalis vitæ contagione animam abrumpere deſinam. Duplici quippe natura conſto:Corpus è terra procreatum eſt, ob idq́ue in terram ſuapte natura vergit. At anima Dei ſpiraculum eſt:eoq́ue fit,vt perpetua cupiditate ad præſtantiorem illam cœleſtium bonorum partem aſpiret. Sic nimirum fontis quidem vnda pronum ac declíuem curſum habet:ignis contrà ad ſuperiores duntaxat partes tendit. Papæ quàm magnus eſt homo: immò angelus potius quàm homo dicendus eſt,ſi [17] ſerpentis in morem exuta ſenectute hinc ſeſe in altum extulerit. Exilite iam gaudio ſacerdotes, exultate etiam ſcelerati vicini:nam ego iã è viuis exceſſi: non iam me, vt antè,pertimeſcetis. Vobis quidem ipſis Dei immortalis templum aſſerite atq; affirmate:ego autem relictis omnibus rebus crucem vnã habeo,quæ tanquam [18] clariſsima quædam columna vitę meę perluceat. Quòd ſi hinc ſublatus fuero,cœleſtia quoque (ad quæ inuidiæ hoc eſt inteſtino atq; occulto malo, aditus omnis pcluſus eſt) ſacrificia obibo. Ac tum demum pro inuidis etiam meis ipſe inuidiæ expers, orationes fundam.

Homo Dei ludus.

SCHOLIA.

1. *Minus ærumnoſa vita eſt)* βίος enim legendum,non vt Aldus in emend. πόνος.
2. *Hominibus nihil imbecillius)* Alludit ad illud Hom. Odyſſ. 6.

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο
Ἕρπετὸν ὅσσά τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει.
Nullum animal toto ſpiratq́ue & ſerpit in orbe,
Quo mortale genus non imbecillius exter.

3. *Non ſine magno dolore* μετὰ πολλῆς ὠδῖνος γένηται μόχθος. *Deus enim mulieri ob violatum præceptum hanc pœnam inſtixit,vt non ſine magnis grauibusq́ue doloribus partu defungeretur. Quanquam poteſt hic quoque dativus* μόχθῳ. *verti ad laborem,iuxta illud Iobi, Homo naſcitur ad laborem.*
4. *Clamoſi exactores)* In Græco malè diſiungitur adiectiuum πρακτόρων, *cùm epithetum ſit* πραικτόρων. *de quo vide pag. 295. Schol. 4.*
5. *Filiorum procreatio ſuſpectus dolor)* ὑποπτον ἔχει. *niſi fortaſſe ἔχει, legendum ſit.* ὑποπτον *enim, quod nos ſuſpectum dicimus,vix fere iungitur niſi cum his rebus, quæ boni ſpeciẽ habent, vt* ὑποπτος φιλία, λογίου *& ſimil. Senſus autem auctoris eſt: Qui liberos procrearunt, de vxoris pudicitia nonnunquam in ſuſpicionẽ veniunt, vel etiam interdum extimeſcunt, ne illi inſidias vitæ ſuæ ſternant, patriosq́;, vt Ouidij verbo vtar, in annos inquirant.*
6. *Pilæ inſtar)* Nec enim hic agit Gregorius de hominum ſtudijs, atque oblectamentis: ſed ſimilitudine à pilæ ludo ductã oſtendit rerum humanarum varietatem & inconſtantiam: vt qui heſterno die opibus copijsq́; omnibus circunfluebant, hodie in ſumma egeſtate verſentur, & contrà.
7. *Alteri lachrymat)* Democritum & Heraclitum intelligit, quorum alter perpetuo riſu, alter perpetuis lachrymis vitã humanæ inconſtantiam, fortunæq́ue ludibria proſequebatur.
8. *Curetes)* Κουρῆτ' ἰμάχοντο καὶ αἰτωλοὶ μενεχάρμαι. *qui verſus ab Homero ſumptus eſt, Iliad. 10. vbi Phœnix narrat, quemadmodum circa Apri Calcidonij caput inter Curetes & Aetolos grauiſſimum prælium commiſsum ſit.*
9. *Aeacidæ)* Achillem & Agamemnonem intelligit. Ille enim à Paride interfectus eſt: Hic confecto bello Troiano domum reuerſus ab Aegiſto, Clytemneſtra vxore per adulterium abutente, trucidatus eſt.
10. *Herculeꝰ)* de morte Herculis iam à nobis dictum eſt.
11. *Augigenæ)* Hiſtoriæ proditum eſt, viſum fuiſſe draconem cum Olympiade Alexandri matre congreſſum. Vnde etiam Iouis Hammonis filius haberi voluit de quo vide Lucian. in dialog. mort.

12. *Humi*

12. *Humilioris ſubſellij gloriam)* χθαμαλόθρονον κῦδος. *quæ tamen ſit huiuſmodi gloria, non ſatis intelligo. Ex quo etiam factum eſt, vt Aldus verterit, ex ſedibus gloriã, quaſi in Græco eſſet* ἀπὸ θρόνων: *cũ tamen Græca vox* ἀποθρόνιος *eum ſignificet, qui throno exturbatus eſt. Præpoſitio enim* ἀπὸ, *cum nominibus cõſtructa plerunque priuationis vim habet, vt* ἀπόπατος, ἀπόστατος, ἀπόμαχος, ἀπόξυρος, *&c. Præterea quis non videt* ἀπόθρονον θρόνοις opponi, quemadmodũ & terrã exteram patriæ, & Propinquos alienis, & pios impijs? *Quare pro* κῦδος, κῆδος *legendum cenſuerim. Videtur enim hæc eò dixiſſe, ne quis putaret eum animo diſcruciari, quòd Conſtantinopolitana ſede per ſummam contumeliam eiectus fuiſſet. Ait igitur ſe ab omnibus rebus humanis animo ac voluntate migraſſe, vt iam eodem loco patriam & externam regionẽ, ſublimes throno & infimas ſedes habeat.*
13. *Alia autem omnia cloaca)* Id eſt pars corporis excipiendis facibus à natura deſtinata.
14. *Dies & noctes)* Vitæ vanitatem pauciſſimis verbis apertiſſimè deſcribit, cùm ait non modò noctu, ſed etiam interdiu nos quaſdam duntaxat rerum vmbras amplecti, nec quicquam certò tenere.
15. *Igne obruar)* Ignem illum vindicem, qui ſceleratos homines manet, mihi ſignificare videtur. Loquitur enim in perſona peccatoris ſcelerum pœnas poſt hanc vitam ſubituri.
16. *Oculos feriens)* In Græco legendum βάλλων᾽, *non vt hactenus* βάλλων᾽.
17. *Serpentis in morem)* Senectus ea quam ſerpentes exuunt eſt cutis vltima & primi ortus operculum. Hanc porrò quomodo exuunt ſerpentes, vide Ariſtotel. libro octauo de Hiſtoria animal. cap. 17. & Eraſm. in Chiliad.
18. *Clariſſima columna)* Alludit ad illam nubis columnã, quæ Iſraëlitis olim ex Aegypto egreſſis iter præmonſtrabat. Vide 13. cap. Exod.

DIVERSORVM VITAE. generum beatitudines.

BEatus ille eſt,qui ſolitariam vitam & ab hominum humi repentium commercio ac ſocietate ſemotam agit, mentiq́ue quaſi diuinitatem quandam comparauit. Beatus etiam, qui in frequenti hominum cœtu verſans,non tamen multis negotijs volutatur, ſed pectus totum Deo tranſmiſit. Beatus qui facultatibus omnibus copijsq́ue ſuis Chriſtum emit,ac pro omnibus opibus crucem habet, eamq́ue ſublimiter geſtat. Beatus itidem,qui facultatibus ſuis honeſta ratione quæſitis imperat,egentibusq́ue opem & adiumentum affert. Beatus qui cœlibem vitam ducit,excuſſaq́ue carne, diuinitati puræ atque incorruptæ iungitur. Beatus etiam qui matrimonij legibus paulum obſequẽs maiorem amoris ſui partem Chriſto conſecrauit. Beatus ille qui plebis curam & imperium gerens magnis pijsque ſacrificijs Chriſtum mortalibus conciliat. [1] Beatus quoque, qui cœleſtis gregis ouis exiſtens,ſuo loco ac ſorte acquieſcit, ſeq́; perfectiſsimam pecudem Chriſto exhibet. Beatus ille qui ſublimi puræ mentis agitatione cœleſtium luminum ſplendorem intuetur:ſed ne ille quidem à beatitudine alienus eſt,qui manuum labore atque opificio Deum honorat, vulgóque legis inſtar eſt. His quippe omnibus cœleſtia illa horrea,quę animarum noſtrarum fruges ſuſcipiunt,cumulantur:alia nimirum virtute ad aliam ſedem ducente. Varia quippe ac multipliciavarijs multiplicibusq́; vitę generib. domicilia in cœlo ſunt conſtituta. Beatus qui magnum & excelſum animũ [2] perturbationum inopẽ oſtẽdit,qui cũ luctu & mœrore vitę huius curriculum cõficit, qui tanta cœleſtis cibi auiditate correptus tenetur, vt eo animam explere nequeat:qui lenitate atque clemẽtia magnorum bonorum hæreditatẽ adipiſci ſtudet,qui humanitate & cõmiſeratione ſua Dei miſericordiam ſibi conciliat,qui pacis amicus eſt, puroq; pectore pdĩtus, qui etiã acerbiſsimos dolores Chriſti cauſa perpetitur, obidq́; magna quoq; gloria perfruetur. Ex multis his vijs quas voles ingredere. liquidẽ omnes, præſtantiſſimũ id ſanè:ſi aũt paucas, præſtantiſsimo proximum: ſi verò vnã duntaxat, modò egregie,hoc quoq; gratum,atq; iucundũ. Stationes quidem pro cuiuſque dignitate omnibus,tã perfectioribus quã inferioribus cõtingent. Nam ipſa quoq; Raab,aliqui parũ honeſtæ vitę mulier,tñ ex numeris omnib. abſoluto hoſpitalitatis officio ſum mã gloriã aſſecuta eſt. Eodẽ modo Publicanꝰ ille hoc duntaxat nomine,ſuperbo illo Phariſæo ſuperior extitit,qđ de ſe humiliter abiecteq; ſentiret. Præſtatior virginitas,inquies. vtiq; præſtatior,verũ ea,q̃ mundo ac terræ adiuncta eſt, cõiugio caſto inferior exiſtimari debet. Excellã qui dem eorum qui abiectis atq; contẽptis omnibus opibus mõtes colunt, vita eſt: verũm hos quoq; faſtus humi ſępe in terrã pſtrauit. Quam in fraudem non ob aliud inci-

Virtus vna numeris omnibus ab ſoluta pleriſque ſalutiſuit. Hebr. 11. Luc. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur qui ex cellentißimũ vitæ genus profitẽtur, interdũ corruũt Simil.

dunt, quam quod virtutem suam ad excellentissimorum hominum normam non exigentes, in discreto fastu sese nonnunquã extollunt. Atq; etiam sępenumero immodico quodam animi feruore, nõ secus ac præceruidi quidam equulei, procul à curriculo præcipites feruntur. Proinde vel pennis omnino leuibus in altum tende: vel vt periculi expers tibi cursus sit inferiori loco mane: ne alioqui pondere suo pennę deprimãtur, tuq; altiùs quã par erat elatus, miserrimo tandẽ casu corruas. Exigua etenim raris densissimis clauis cõpacta onus grauius gestat, quã vt amplissima nauis, q̃quidem reuulsas cõpages habeat. Angusta quidẽ diuinæ portæ est via: cęterùm multæ semitę ad eam vnam ducunt. Quocirca ad quod quisq; viæ genus natura sua procliuior est, hoc sanè suscipiat: modò hoc omnibus curæ sit, vt angustum capessant. Vt em̃ non omnibus idẽ cibi genus arridet: ita nec Christianis omnibus vnum idemq; vitę institutum conuenit. Quanq̃ omnibus in vniuersum optimę vtilissimæque sunt lachrymę, vigiliq, labores, optimum item affectuum rabiem coercere, ingluuiem profligare, sub potẽti Christi manu humiles animos gerere, diemq; aduentantem extimescere. Quod si callem illum summè excellentem sine vlla offensione teneas, non iã te mortalium, sed in cœlitum numerum aggregãdum censeo.

Simil.

Non idem omnibus vitæ instituta conuenit.

1. Pet. 5.

SCHOLIA.

1. Beatus qui cœlestis gregis) Nemo est adeò obtuso iudicio qui non facile perspiciat pro ἰὼν, legendũ esse ἰὼν. Ilic enim præfecturæ ecclesiasticæ priuati hominis vitam opponit, atque in vtraq; vita salutis negotiũ cõmode procurari posse affirmat. Quod autem sequitur in pentametro Græco, χώρην ἀγγίχυτον, existimo post verbum collocandã virgulam. Quanquam neutro modo satis mihi cohærere videtur hæc constructio: namque χώρην ἀγγὺν, idem est quod ἐγγὺς χώρην ὄφειν, vel vt Aristoph. in Ranis, ἐγγὺς χώρην ἔχειν: nec ἀγγὺν idẽ quod pergere. vos tamen eam sententiam quæ authoris proposito magis cõuenire videbatur, secuti sumus. Pastorem nim Ecclesiæ priuatum hominem opponit, eúmq; beatum prædicat, si in ea vocatione qua vocatus est, maneat, suòque loco consistat.

2. Perturbationũ inopem) Hoc versu exprimit id quod ait Christus Matth. 5. Beati pauperes spiritu &c. quemadmodum & reli qua beatitudinum genera sequentibus versibus prosequitur.

IVSIVRANDVM GREGORII VEL potius votum iusiurandi forma conceptum.

VErbum ipsum iurauí (qui mihi maximus est Deus, principium ex principio, ex Patre genitus, exemplaris sui imago, eiusdemq; cum patre naturæ, qui è cœlo ad mortales venit) verbum, inq̃, ipsum iurauí, me nec sublimem illã & sempiternam: Mentem hostili mente & cogitatione, nec verbum alieno atq; inimico sermone proiecturum. Si temporum nutum secutus sanctissimum Trinitatis numen incidero: si excelsi cuiuspiã throni cupiditate aliquando exarsero, aut etiam alijs huiusmodi cupiditate flagrantibus, suppetias tulero: Si hominum potius opem atq; adiumentum q̃ Dei præsidium quæsiuero, imbecilli fragilique rupi vitæ meæ rudentes alligans: Si vel in secundis rebus superbo atque insolenti, vel rursus in aduersis & grauibus demisso abiectoque animo fuero: Si in disceptandis controuersijs ab æquitatis norma deflexero: Si superstitiosos & arrogantes homines pijs viris pluris fecero: Si vel malorũ tranquillitatem, vel bonorum scopulos tempestatemq; perspiciens dextrum propterea iter tenere destitero: Si liuore infectum pectus habuero, si vel ex nefariorum hominum calamitate risum mihi finxero, perinde atq; ipse extra casus aleã positus, si ira obrutus animus corruerit, si effrenato impetu lingua cucurrerit, si impudico animo mulierem inspexero, si quenquam immeritò odero, si iniuriam mihi ab inimico illatam vel occultè vel apertè vindicauero, si pauperis manum à domo mea inanem remisero, si animæ diuini verbi siti confectę cupiditatem frustratus fuero, si quid, inquam, horum admisero, non equidem recuso, quin exorabilem se Christus alijs præbeat, mihi verò labores omnes, quos ab ineunte ætate ad extremam vsque senectutem tuli, cassos irritosque reddat. His legibus vitam meam obstrinxi. Quod si mihi votis meis potiri liceat, tibi Deus immortalis gratia habenda erit.

SCHO-

1. Mentem hostili) Id est interposito iureiurando affirmaui, me omni studio curaturũ vt nec in sermonem, nec in mentem quicquam admittam, quod cum Dei legibus & præceptis pugnet. Appositè autem cũ de cogitatione sua loquitur, daturum se operam ostendit, ne magnam illam mentem offendat (Deus enim pater vũr appellari solet:) cum autem de sermone, studio sibi fore polliceatur, ne in τὸν λόγον, id est Filij offensionem incurrat.

2. Aut etiam alijs) Vide pag. 93. 20. 30. Hic enim eos notat, qui amicos etiam in rebus iniquis & flagitiosis iuuãt. Amicus enim amicitiæ munera præstare debet, sed vsque ad aras.

ADVERSVS CARNEM.

Variæ descriptiones

CAro pnicioſa maligni Beliæ fluctus, caro pernicioſa multiplicium vitiorum radix, caro pnicioſa fluxi abiectiq; huius mundi ſodalis, caro pernicioſa cœleſtis vitæ hoſtis, caro noſtis ſimul & amica, dulce bellum, & infidum bonum, homicidam plantam nunquam nõ guſtans: Cœnum, lutea pedica, plumbum deorſum vergens, fera indomita, pugnantis materiæ proles, feruor male, tuęque heræ ac cœleſtis imaginis, quam à Deo accepimus, vinculum & ſepulchrum, non improbitati tãdem tuæ impudentiæque finem impones, non ſpiritui ac ſenectuti iam canæ ſtulta miſeraq; te ſubmittes? Idq; cùm te ſolam Chriſtus (quo tempore rudem illam, & in conditam materiam verbo ſuo exornabat) ſuiſmet manibus effinxerit, ac poſtremò cum diuinitate cõiunxerit, vt chariſsimo figmento grauiſsimis modis à Belia vexato ſalutem, vitęq; beatæ hæreditatem afferret, morteq; ſua ex morte extraheret. Quo circa verere me tandem, ac libidinem iſtã petulantiam q̃; cõpeſce, nec in animæ meæ perniciem perpetuo furore debacchare. Alioqui niſi quam primùm apprehẽſa Chriſti fimbria peſtiferum improbitatis tuæ profluuium cõpreſſeris, immortalis Dei manum diemq̃ illum, qui omnia hominum dicta factaq̃ in vnum collecturus eſt, teſtor, fore vt te acerrimè oppugnam, omniq̃ dolorum genere frangam, atque cadauere imbecilliorem reddam. Venite iam & quidem magna copia ſcelerum expiatrices lachrymæ, veni laborioſum tam mentis quàm corporis peruigilium: vt flammæ meæ ardorem minuatis, fœtidamq̃ue vitiorum putredinem abſtergatis, venter ſatietatem ableget, genua humi flexa obrigeſcant, puluis cibi loco ſit, aſperrimus ſaccus mollia membra vndique regat, vexaræq̃ue animæ meæ ſuppetias ferat. Veni triſtis cura, carnis domitrix futura ſupplicia mihi ſemper ob oculos ponens. Atque hæc quidem ſtoliditati meę vecordiæque medicamenta ipſe adhibeo. Tua verò Chriſte eſt & vita pura, & reditus ad vitam. Quis primum vitij generisque noſtri parentem, poſteaquam interdicti ligni eſum atque impoſturam luxit, miſeratione complexus eſt? Quis Manaſsis Regis flagitia vitæque ſordes lachrymis purgauit? Quis Dauidem grauiſsimi criminis vinculo liberauit? Quis ſqualentem luctuq̃ue confectam atque proſtratam Niniuem impendenti periculo eripuit? Quis ob filium illum natu minorem ac decoctorem collachrymauit? Quis tametſi hominum puritate vitæq̃ue innocentia gaudens, tanta tũ facilitate clementiaq; fuit, vt ne publicanos quidẽ procul à ſe ſub moueret? Quis errantem oué humeris ſuſtulit? Quis homines lepra laborãtes ſanauit, ſingulariq; beneficio grauiſsimos tã à corporibus quã ab animis morbos depulit? Tua, ô beatiſsime Chriſte, ac mortaliũ lumẽ, dona hęc ſunt. Velim ergo ſup mare noſtrũ ambules: & ſtatim iactari deſinem.

Pſal. 101.

2. Reg. 12. Ion. 4. Luc. 15.

Ibid.

Matth. 14.

Matt. 9.

DIABOLVM A SE AVERTIT. Chriſtique opem implorat.

FVge à meo pectore, hoſtis verſute, fuge quam primùm: fuge à meis membris, fuge à mea vita. Fur, ſerpens, ignis, Belial, ſcelus, mors, hiatus, draco, bellua, nox, inſidiæ, rabies, chaos, inuide, homicida. Qui primis etiam generis mei authoribus perniciem inuexiſti, in mentem vi delicet ipſis immittens, vt vitium ac mortẽ deguſtarent. Chriſtus te vel in mare, vel in ſcopulos vel denique in porcorum gregem, quemadmodum illam dæmonum legionem, fugam corripere iubet. Proinde cede, ne te cruce, ad quam omnia contremiſcunt, feriam. Crucem in membris meis fero, crucem in inceſſu, crucem in pectore: in cruce demum gloria mea omnis ſita eſt. Non mihi tandem malè feriate

Diaboli deſcriptio.

Marc. 5.

Crucẽ vbique geſtat Gregorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

feriate insidias parare desines? non præcipitia, non Sodomam, non impiorum hominum, diuinitatem nefariè concidentium, greges potius, quàm canitiem meá animumque obseruabis? Sempérne me caliginosis cogitationibus inficies, nec Dei numé, nec sacrificia nostra pertimescens? Non te mouet, quod [1] Trinitatis quoque ipsius vocalissimus præco extiterim nuncque metam prospiciam? Quocirca cœnosæ spiritus etiam atque etiam caue, ne me inficias: vt purus, puris illis & clarissimis angelis occurram, [2] cùm cœlestis splendor vitæ meæ illucescere cœperit. En manus protendo: cœlites me suscipite. Vale tu munde, vale ærumnarum ferax, remissiusque cum posteris meis age.

SCHOLIA.

1. Trinitatis quoq;) In Græcis codicibus legitur καὶ Τριάδος νίος ὑπάρχω, &c. Ego tamen pro νίος, legendũ puto νίος vt hoc velut Gregorius se ab ipsa iuuentute Trinitatis præconem extitisse.

2. Puris illis & clarissimis angelis) Φῶτα enim apud hunc authorem quemadmodum & apud omnes ferè Theologos Christianos in plurali numero sæpe pro angelis accipitur.

LAMENTATIO.

HEu me miserum: quem in cœlum Deique sedem omni celeritate properantem corpus hoc moratur ac retinet. Nec verò mihi ex vaga hac & instabili vita, infestoq; vitio, quod me per improbas curas animi pulchritudinem ac venustatem exedentes, vndique tumultuans, humi astrinxit, exitus vsquam patet. At me Rex omnipotens terrenis hisce vinculis solue, atque in chorum illum cœlestem ascribe.

AD SVVM ANIMVM.

ANime oculos in cœlum erige, terrenaque omnia obliuiscere: nec cõmitte, vt te corpus ad vitium trahat. Breuis & exigua hæc vita est: ac qui opibus circunfluit, inanè certè ex illis, velut in somnis voluptatem capit, alijq; in aliã calamitatem incidunt. At sola ea vita, quæ puritatẽ colit, firma & sempiterna est, proindeq; magis expetenda.

DE HVMANAE NATVRAE fragilitate.

MVnde amice, non tamen omnino amice, quid me in contrarium proficisci contendentem trochi cuiuspiam instar versas, nec profectò aliter quàm paruam quandã formicam, iactationem hanc permolestè ferentem: & tamen [1] tantum me tantulus fers, non quidem me fugit, te à Deo procreatum esse, Deique gloriam in te elucere. At ipse quoque Dei manu conditus sum, ex cœlestibus terrenisque conflatus. Corpus quippe ex terra constat: anima autem præstantissimæ illius mentis est spiraculum. Nec propterea tamen multis hinc inde calamitatibus vrgeri, partimq; à meipso, partim ab hoste meo exagitari desino. Sic, perinde ac [2] delphinus in terram delatus, vi aëris opprimor, atque extingor. Munde ego præterij: plebem à vulneribus immunem transmitte.

SCHOLIA.

1. Tantum me tantulus fers) Hoc nimirum est quod apertius dicit in orationibus Paneg. vbi hominem nõ vt Democritus, μικρὸν κόσμον, sed μέγαν κόσμον, id est, non paruum, sed magnum mundum appellat.

2. Delphinus) Et tamen Aristoteles lib. 8. cap. 2. De Histor. Animal. ait Delphinum diutius in terra viuere posse. quòd spirandi facultate præditus sit. Itaq; hîc videtur Gregorius Delphini nomine pisces omnes in genere intelligere.

ALIVD CARMEN EIVSDEM. Argumenti.

EGo & tempus, non secus atque aues aut naues in mari, nos inuicem præterimus, firmum ac stabile nihil habentes. Ac non item illud quod peccaui, præterit

Gregorius addubitat an vitam an mortẽ potius optatam debeat.

terit, sed manet: quo quidem in vita nihil est calamitosius. Nec sanè quid potius optem satis constitutum habeo, vitam nimirum an mortem: vtrinque enim periculum impendet. Sic enim velim consideres. Vitam mihi grauem & molestam peccata efficiunt. Sin autem mortem obeam, heu heu, nulla iam prioribus vitijs medendi ratio mihi reliqua erit. Proinde cùm & vita peccatorum sarcina grauis nihil mihi lęti portendat, ac ne ipsa quidem animi corporisque separatio finem ęrumnarum afferat, sed vtraque ex parte præcipitia sint, quid tandem faciam? nihil vtique melius ac consultius, quã ex te vno Deus optime maxime, benignitatisq; tuæ præsidio pendere.

GREGORII DEI DESIDERIO. æstuantis carmen.

MAter mea, quid me tam ærumnosum in lucem extulisti? Quid me in hanc vitam spinarum plenam edidisti? Nam si eam, velut carnis expers, omni molestia vacuã transmisisti, est sanè quod vehementer admirer. Si autem tu quoque huiusce vitæ calamitates experta es, profectò parum amicè erga me affecta eras, cùm pareres. Alius enimuerò aliud quoddam vitæ iter capescit, alius terram aratro paoscindit, alius nauibus maria transmittit, alius venationi dat operam, alius hastam manu vibrat, alius musicam, alius palæstram callet. At mihi Deus pars est, doloresque multiplices, & vita grauissimo morbo pene confecta & extincta. Lacera me, lacera ô scelerate ad breue tempus: Statim enim te vnà cum calamitatibus omnibus lætus relinquam. Mater mea cur me miserum peperisti, vtpote qui Deum nec intelligentia percipere, nec eloqui prout animus gestit, queo. Exiguus quidem Trinitatis splendor mentis meæ aciem perstrinxit: maior autem pars non sine meo graui dolore dilapsa est, non secus ac fulgetrum quoddam, priusquam me lumine satiarit, confestim auolãs. Quòd si te in alio æuo, Trinitas mihi longè charissima, tenuero, non iam matris meæ vtero fuccensebo: faustissimo enim omine progenitus ero. At serua me, serua me, Dei Verbum, lutoque extractum ad aliam vitam ducito: in qua mens pura circa te lucidissimum choreas agit, non iam vmbrosa nube occultata.

LAMENTATIONES.

HEu heu graues meas calamitates. Quod tandem facinus admisi? An ego solus pura tua sacrificia impurè attingo? Ob eámne causam me excrucias, vt vitiorum meorum sordes tanquam adhibito igne deleas? An vt aliorum fastum hac ratione coerceas? An denique hoc agis, vt me tanquam athletam vestibus exutum, aduersus hostem in arenam producas? hæc tu quidem Christe, pro arbitrio moderaris. Ego autem exiguum ac propemodum extremum spiritum in terra duco. Iachrymas omnes effudi: tota vita mea in luctu consumitur. Quousque tandem impiorum manibus ac potestati subijciar? At tu me beate, quamuis malum, sacerdotem tamen, quęso fulci: ne cuiuspiam alioqui animus ob calamitates nostras offendatur. Perijt mihi gloria: vtinam carnis quoque dolores pereant. Periit Anastasia: finem quoque peccatum habeat. Heu me miserum: Lachrymæ mihi ex oculis fluunt, interno dolore pectus cõficitur: duplicem morbum, Christe, depelle, depelle inquam, aut de nobis actum est. An verò soli famulo tuo Gregorio misericordia præclusa est? Aut ergo miseriarum cursum mihi siste, seruoq; tuo propitius esto: aut mihi certè has vires affer, quibus æquo fortique animo incommoda omnia feram.

CARMEN SVPPLEX.

CHriste mortalium lumen, ignea columna, Gregorij animæ per huius vitæ desertum oberranti prælucens, malignum Pharaonem & sæuos atque inhumanos operum exactores coërce, hostibusque meis grauissimis verberibus affectis & profligatis, è luto grauique Aegypto me extrahe, leueque ac planum iter cõcede. Quòd si me quoque celerrimè insequens hostis assequutus fuerit, rubrum mare mihi scinde, vt durum siccumque mare traijciam, ad terram sanctam, quam mihi partem fore pollicitus es, omni celeritate contendens: ac fluminum immensorum cursum cohibe, furentemque Philistæorum hastam inflecte. Quòd si terram sanctam ingredi mihi contigerit, perpetuis hymnis nomen tuum celebrabo. Christe Rex cur me carnis huius re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus vinxisti? cur huic vitæ, ac cœnoso barathro astrinxisti? si modò verè Deus sum parsque tua, vt ex scriptura audiui. Mihi iam omnium membrorum robur perijt, nó me genua sequuntur, quippe & vitæ diuturnitate & morbo tabem corpori afferente, & curarum mole (ne quid de amicis parum amicè erga me affectis dicam) fracta & dissoluta. At verò tantum abest vt peccata cedant, vt leuius etiam perniciusque quàm antè gradiantur, meque vt leporem aut ceruum auidissimi canes in orbem cingant. O Deus vel vitium fiste, mihique propitium te & exorabilem præbe: aut me post longa certamina suscipe, doloribusque modum constitue: aut denique obliuionis nubem animo meo offunde.

EPITAPHIVM ET COMPENDIVM VITÆ GREGORIJ.

CHriste Rex, cur me huius vitæ laqueis astrinxisti? Cur me aduersariæ huic vitæ subiecisti? Eximio patre ac diuina quadam virtute prædito natus sum, nec parua & ignobili matre: cuius etiam precibus in huius vitæ lucem veni. Me porrò ipsa, vt votum suum persolueret, ab incunabulis ipsis cultui tuo consecrauit. Mihi insuper noctuna quædam visio ardentissimum virginitatis desiderium iniecit. Atque hæc quidem Christi beneficio mihi contigerunt. Quid autẽ postea accidit? calamitatum fluctibus æstuaui, rapidissimis manibus præda fui, corporis morbis oppressus sum. Cum pastoribus minimè amicis commercium habui, ea offendi quibus vix à quoquam fides adhiberi posit. Filijs orbatus sum, calamitatibus cedens, pedemque referens. Hæc Gregorij vita est. Quæ autem deinceps sequentur, Christo vitæ authori curæ erunt. Saxis hæc insculpite.

POENITENTIS CARMEN. & exhortantis.

EXtremum vitæ certamen imminet: malam nauigationem exegi. Iam ipsam quoq; scelerum pœnam cerno, tartarum caligine horrendum, ignis flammam, altissimá noctem, rerumque earum fœditatem, quæ nunc tectæ atque incognitæ, in lucem postea proferentur. At Deus beate, mei quæso te miserescat: ac pro benignitate tua effice, vt hoc saltem quod superest vitæ, mihi faustum ac felix sit. Multa perpessus sum, atque animo vereor, ne iustitiæ tuæ libra insectari iam me incipiat. Feram quidem ipse quoque mortem meam, ex hac vita migrans: promptéq; & alacriter calamitatibus cedens. Vobis autem posteris meis hoc mando. Nulla huius vitæ est vtilitas: quamlibet enim ea prorogetur, finem tamen est habitura.

ADVERSVS DIABOLVM.

FVge ab hac linea, ô barbare, ac mihi molestus esse desine: fugite improbi oés: Christus mihi describitur. Fugite, inquam, ne mihi cogitatio animo collecta elabatur. Abite in malam rem omnes quos Christus à rebus terrenis procul non abducit.

DE VERIS AC GENVINIS SCRIPTVRÆ DIVINITVS INSPIRATÆ LIBRIS.

IN diuinis oraculis animo & lingua dies noctesque versare. Aut enim Deus hanc laboribus nostris mercedem rependit, vt occultum quoddã lumen in ipsis cernamus: Aut, quod præstantissimum est, vt salutiferis ipsius legibus ac præceptis ad virtutem incitemur: aut postremò huiusce modi cura & moderatione mens nostra à terrenarum rerum studijs auocetur. Cæterum ne te alieni ac peregrini libri fallant, (multi quippe erronei libri obiter inserti sunt) verum & legitimum librorum numerum accipe. Historici antiquioris Hæbræorum, sapientiæ libri sunt duodecim, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudices, Ruth, [1] Regum duo, Paralipomenon vnus, Esdras postremus. Quinque versibus constant, Iob, Dauidis psalmi, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes & Cantica canticorum. Atque hi quinque æquè spiritus prophetici sunt. Iam verò vno volumine duodecim continentur, Osee, Amos, Michæas,

ehæas, Ioel, Ionas, Abdias, Naum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Vno itidem volumine comprehenduntur, Esaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Sic veteris Testamenti viginti duo libri sunt, totidem videlicet, quot apud Hebræos elementa. Numeremus iam noui quoque testamenti libros. Mathæus Christi miracula Hebræis conscripsit. Marcus Italis, Lucas Græcis, Magnus autem ille & cœlipeta præco Ioannes vniuersis. Post Euangelia autem deinceps sequuntur Apostolorum Acta, deinde Pauli Epistolæ quatuordecim, tum septem catholicæ, Iacobi vna, Petri duæ, Ioannis rursus tres, Iudæ vna, quæ & catholicorum septima ac postrema est. Omnes sacræ scripturæ libros habes. Si quid extra hæc inuenitur, [2] inter adulterinos libros numerandum est.

SCHOLIA.

1. *Regum duo) Ad verbum, Nonus & decimus acta Regum. Vbi per nonum duos priores libros Regũ, qui Samuélis ab Hebræis inscribuntur, intelligi necesse est. Per decimum autem duos posteriores.*

2. *Inter adulterinos) Multi libri hic à verorum & genuinorũ catalogo excluduntur, quos tamen Ecclesia sancta veros ac legitimos esse pronunciauit, ac velut natalibus suis restituit. Sed scilicet Gregorij tẽpestate, nondum quicquam certi de hac re pronunciatum fuerat.*

AEGYPTI PLAGAE.

AEgypti plagæ nunquam tibi è memoria discedant. Ita enim fiet, vt ad inuictissimum Dei robur contremiscas. Aqua primum cruore tincta est: pestiferas deinde ranas velut æstu quodã extulit. Tertiò aër & terra culicibus cooperta sunt. Quartò Cynomia repente extitit. Quintò quadupedes oppressæ sunt. Sextò vesicę hominum corpora infecerunt. Septimò grando igneo imbre permixta cecidit. Octauò quicquid virebat, locusta depasta est. Nonò caliginosa nox Aegyptum obruit. Decimum ac postremum supplicium primogenitorum mors fuit.

DE DVODECIM APOSTOLIS.

DVodecim Christi discipuli extiterunt. Petrus, Andreas, Ioannes, Iacobus, Philippus, Bartholomæus, Mathæus, Thomas, Iacobus, Alphæi, Iudas, Simon & nefandus alter Iudas.

AD MONACHOS COENOBITAS.

SI vitę sodalitium & contubernium viri iuxta ac mulieres sub vnius eiusdemque voluntatis vinculis comprobare atque amplecti voluerint, concordem paremque circa benignum illum & sempiternum Regem, chorique cœlestis principem, gloriam habentes: præstabilius id quidem fuerit. Nullum quippe bonum seorsum spectari vult. Neque enim quicquam optimum dici potest, nisi habita ad aliquod minus bonum comparatione. Atque angustæ exiguisque finibus conscriptæ amicitiæ parua est gratia: quem admodum contrà promiscua amicitia turpis & cœnosa est. Cæterùm chaos maximum interijci iubeo, hoc est vt viri ac mulieres, quæ se colendæ pietatis studio deuouerunt, distinctis sedibus habitent, gloriamque solum communem habeant. Neque enim eos tantùm, qui ab omni hominũ frequentia se remouerunt, inuidia vexat: sed multò etiã magis eos, qui in sodalitio viuunt. [1] Nam ipsis infestior hostis imminet Satan. Quòd si solitariam vitam agere, nec vllum alium, præter Christum, hospitem habere concupiscas, id quoque præclarum ac laude dignum censeo. Cæterùm vt mihi, sic omnibus quoque simul tum ab hostis colluctatione, tum à pernicioso casu periculum imminere non est dubitandum,

SCHOLIA.

1. *Nam ipsis) Gr. πλέων ἀλκὴ μάστ. Hoc loco κακὸν pro acerbissimo illo & atrocissimo generis nostri hoste accipiendum puto. Quemadmodum etiam linea proximè præcedenti, inuidia pro eodem non incommodè accipi potest. Vide pag. 286. Schol. 4 fortasse etiam sine vlla distinctionis nota ita in Græco legendum est,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἀλλ' ἔτι μᾶλλον παμπληθεῖς πλάνων τυφλοῦ μέθου, vt sit sensus: Non est quod quisquã existimet inuidiã, vel potius inuidiæ parentẽ, eos tantùm qui solitariam vitam profitentur, appetere: nãeos quoque, qui vitæ societatem cum alijs coiuerunt, & quidem acriore impetu aggreditur.

AD HELLENIVM DE MONACHIS.

exhortatorium Carmen.

ARGVMENTVM.

Idem ab Hellenio petit, quod à Iuliano tributis imponendis præfecto postulabat. De quo vide pag. 48.

QVæris tu quidem vim dicendi meã quæ ab eo tempore nulla in me est quo huic mundo languere ac prope modũ emori cœpi, dulcemq; crucis sarcinam, qua mihi salus allata est, humeris ferre, Christumque cum rebus omnibus humanis cõmutare. At verò sermones mei nec admodum molles sunt, nec aures illecebris suis blanditijsque mulcent. Nam ne præstanti ori quidem Verbo hoc gratum est. Proinde non genus tuum, nõ opes & copias, quę stultis hominibus supercilium attollunt, nõ igneam eloquentię vim ac facultatem, non denique magnam illam & illustrem tuam fratrisque tui, quorum vtriusque cõ filio & prudentia vrbes gubernantur, gloriam prædicabunt. Sint hæc sanè inanium orationum argumenta. Nam meorum sermonum longè alia est ratio. Necenim eò tendunt, vt amicorum animos voluptate aliqua deliniant: verùm vt eos potius egregijs sanctissimisq; præceptis meliores reddant. Proinde benignas mihi aures præbe. Ac fortasse præclaram verbis meis mercedem rependes, nimirum vt de compluribus hominibus optimè mereari, nedum de ijs decem opem tuã implorantibus quos mihi hesterno die, vir eximie, promisisti, magnus scilicet vir homunculum vilem magno atque insigni beneficio cõplectens. Ergo sermones hos meos, quos ex cœlestibus libris haustos ex intimo corde ad te habiturus sum, nõ negligenter ausculta. Alij aurũ & argentũ, alij sericas telas Deo offerunt. Alij seipsos, hoc est purissimas victimas christo cõsecrant. Alij sanctas lachrymas eidem libant. Abs te verò Deus hoc munus cõsequatur. Sunt Dei serui, qui trãquilla mente perfectisque animis ingentẽ hominum multitudinem in altum subuehunt cœlestibusque rebus initiant. His tu plenissimam libertatem velim, concedas, atque omnibus Christum gestantibus, qui supra terram assurgunt, coniugijq; expertes viuunt, commercijque quàm minimũ cum mundo habent, ac vitæ rationem ita compararũt, vt Deum pijs hymnis noctes diesque celebrent, atque à terrenis opibus, quibus mundi huius princeps miserorum mortalium animos eludere, quasq; ad alios aliosq; subinde trãsferre solet, omnino abhorreant, spemq; bonorum eorum, quæ nec vnquã dominos suos deserunt, instar omnium opum habeant, nec [1] costam illã corpus suum adamantem desiderent, nec nouæ liberorum manui innitantur, nec in fratribus socijsq; hoc est in sanguine & cinere iam iamq; perituro fiduciam suam collocent, nec ob vrbes ciuiumque frequentiã, id est infirmorum ventorum robur, sese efferant, nec denique gloriam humanam celerrimè auolantem voluptãtique nocturnæ non dissimilem, concupiscant: quin potius mentem suam Deo penitus addicant, eique tanquam firmissimæ petræ rudentes suos alligent, vitęque in Christo absconditæ initientur: vt cùm illa illuxerit, ipsi quoque vndique colluceant, purum trinitatis in vnũ collectę rursusque purissimis oculis sese aperientis lumen, magnamque cœlestis exercitus gloriam, non iam obscura quadam specie, nec exiguis veritatis vestigijs, sed purè ac liquidò intuentes. Sed hæc quidem postea: nunc autem vilis quidam fumus aut puluis sunt, qui cœlestem vitam in honore ac precio habent. Ipsi enim partim antris, solitarijsq; & ad terrã stratis rudibusque cubilibus delectantur, à domibus abhorrẽt, vrbium frequentiam fugiunt, cognatamque cœlestis sapientiæ quietẽ amplectuntur: partim ferreis compedibus sese exercuiant, vt vitium vnà cum corpore conficiant. Alij rursus ferarum ritu paruis angustisque domibus inclusi, ne mortalis quidem cuiusdam vultum inspiciunt: ac sæpe etiam toros viginti dies totidemque noctes à cibo abstinent, dimidiaque ex parte Christi ieiunium imitantur. Vtque nonnihil ipse gloriosè prædicem, quidam illorum gregis meis mei ouis erat, hinc paruo quodam oppido egressus. Sunt insuper, qui garrulam linguam quasi vinculis quibusdam astringant, labraque silentio comprimant, summæque illi menti laudis sacrificium sola mente offerant. Est etiam qui annos integros in templo stans, puras ad Deum manus expanderit, nec, quod vix cuiquam fidem facturum est, vel tantillum obdormierit, sed viui lapidis instar, Christo defixus steterit, ac velut obrigueritus tole- rit. Huic porrò exigui cibi reliquias [2] vicinus coruus impertiebat, panemq; integrũ si fortè duo simul essent, asserebat. Quinetiam quo tempore Christus salutifero illo supplicio perfunctus, mortales reliquit, in uentus est quidã, qui hinc in diuinum montem ascenderet, ibique & sermone & mente & membris immotus stans, ventis niuibusque iactaretur, nec, quanquam alioqui complures pij viri eum circunstarent, ab eoque obnixè cõtenderent, vt aliquam corporis sui rationem haberet, precibus tamẽ vllis moueretur: sed Christum Regem fortissimè, confertisque, vt dici solet manibus retineret, mentem suam ab hominibus abstractam in sublime attollens, quoadusque domum nouã moriẽti circunstruxit, cum ne pollinctoris quidẽ manum ipse vllo modo curaret. Mihi enimuerò animum horror subit, cùm pijs monachis, quos tametsi quamplurimis hominibus notos, nonnulli tamen vt feruentiores, quàm piorum hominum ratio postulare videatur, aspernari ac fugillare non dubitant, hãc legem vitæq; consuetudinem esse audio. Cum vir quidã pius ad eos accesit, nostræ legis institutiq; nostri prorsus ignarus, primùm eum tecto perhumanè honorificeque accipiunt, omnique beneuolentiæ genere complectuntur, atqui ipsius animum diuinis & à spiritu sculptis sermonibus in altum efferunt, luculentas epulas ipsi apponentes. Tum verò in medio cœtu quispiã durę acerbæq; legis mentionem facit, quæstionemq; huiusmodi profert: An honestum ac laudabile sit pijs hominibus pro Deo mortẽ oppetere? hac videlicet oratione occultè id agens, vt amarulentum aliquod verbum ab eo eliciat. Quòd si ille præ imperitia mortem huiusmodi laudandam esse respondeat, Atqui subiũget quæstionis author, multas ipsi partim sua manu, partim fame atq; inedia mortes & quidem alacri animo ferunt, atq; in scopulis & rupibus, in profundis ac reconditis cauernis, medijsque pluuijs veritati testimonium dicunt, mortaliq; hac vita non secus ac tristi & luctuoso bello defungi, alioque migrare gestiunt. At ô Christe animis illis propitius esto, pijs quidem fateor, cæterùm non satis consultis & circunspectis, perindeque affectis, vt equi illi in decursionibus militaribus, qui perniciate pedum fretiextra curriculum ferantur, nec freno vllo coerceri possunt. Iam verò alius alio virtutis genere gaudet: nec mirum, cum multę sint in cælo mansiones multa quoque esse in terris vitæ genera & instituta. Quid autem singula recẽsere per go? angustam enim illam viam, quam perpauci in hac vita sequuntur, ipsi conficiunt atque ad bonorum portam multis grauibusque laboribus grassantur. Talis est Christi pars, talis passionum Christi fructus, quem ipse è terra ad Patrem defert: religionis, inquam, Christianæ columen, populi decus, mundi fundamentum, [3] cum cœlesti bus pulchritudinibus elegantia propemodum certans. Quorum mihi quoque genus splẽdidissimum est: facessat enim inuidia. Hos tu quæso beneuolentia tua & fauore prosequere, [4] Cledoniũ primum, qui paudeinde facultates suas omnes consecrauit, nec terrenæ huic vitæ quicquam reliqui fe cit, Cledonium inquam, [5] Margaritum inter gemmas, inter sidera luciferum, ver inter anni partes, rosam inter flores. qui cum summam quondam in terreni principis aula gloriam obtinuerit, maiore nunc tamen atque illustriore gloria nominisque splendore in caulis nostris fruitur, vtpote Christo regi astans. [6] Eulalium deinde, æquali um omnium longè præstantissimum. Qué quidem haud ita pridẽ velut dimidia sui parte truncatum relinquens magnus ille ac potẽs frater Helladius, ad cœtum eum, quem omnibus vobis exoptabat, auolauit: solusque hic relictus est Eulalius, & quidẽ eò redactus, vt quoquo oculos vertat, nihil Helladio melius excellentiusque perspicere queat. Ac præterea matrem suam grauissimo morbo vexatam, mortique proximã sedulò curauit. Quam autem fœminam di co? Vix enim vllo quantumuis prolixo sermone laudes illi cõplecti possem: proinde vno verbo dicere satis fuerit, dignam talibus filijs parentem. Iam verò Carterium tametsi alij à Deo donatum, tu tamen, ô amice, in sociorum fauorem beneuolentia tua comprehendes Carterium inquam, cuius gloria inter cœlites viros maxima est, quippe qui animum à carnis contagione abstractum in cœlum perpetuò efferat. Indulgentius quoque cum Nicomede agas velim (si modo eius nomen ad tuas aures peruenit) qui mortalem vitam cœlesti addixit, veterisque illius patris Abrahæ sacrificij exemplum retulit, vtramque videlicet prolem ad spi-

Piorum Monachorum vita.

Quies ve- teſtu ſepul- tia cogno- ta.

Admirãda inedia hor- gitudo.

Laus Cledonij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad ſpirituale ſacrificium properanté, ſanctificans. Ita quamuis ipſe matrimonium contraxerit, palmam tamen coronæque decus virginitati tribuit, nec ſurculos vllos terræ reliquit: hoc nimirum agens, vt totus huiuſce vitæ vinculis ſolutus, ad ſublimem terram proficiſceretur. Et ſanè præcellentem tum inter viros tum mulieres fructum obtulit: inter viros quidem chariſsimum filium, inter mulieres autem filiam, duplicem nimirum ſpicam ſuam, cœleſtibus horreis, niſi me ſpes fallit, dignam, florentiſsimosq; ramos à ſuauiſsima ſtirpe productos choro noſtro ad iungens. An autem parentibus quoque præſtantiores aliquando futuri ſint, hoc ſcilicet in manibus Dei poſitũ ſit, qui ſpes magnas & exceſſas magno quoque & excelſo fine concludit. Nunc quidem pater liberis ſuis non ſecus ac perniciſsima quædam aquila pullis ſuis aduolitans, recèns enatas, timideque adhuc ſeſe per aerem agitantes eorum pennas dirigit. Quibus cùm permulta rectè honeſteque viuendi præcepta tradat: tum verò nullum melius commodiusque virtutis documentum ipſis præbere poteſt, quàm ſi virtutem eis ſuam ad imitandum proponat, quippe qui liberos ſuos diuinis verbis ſanctiſsimisque moribus iam inde à teneris, vt dicitur, vnguiculis conſecrarit, egregieque fulcierit, ipſisque maximæ cuiuſdam hæreditatis inſtar pauperta-
tem ſacram, velut cõmodiſsimum virtutis organum reliquerit. Habes qualis hæc domus ſit, meum meiq; ouilis decus & ornamentum, hæc inquam domus, mihi ſanguine coniuncta. Sed nec inter poſtremos habendus eſt Theognius, qui tametſi corpore in terra verſetur, cœlum tamen animo attingit, blandus, dicendi ſuauitate præditus ex vultu perpetuò virenti perſpicuum omnibus faciens, quę ſit animi ipſius benignitas ac pulchritudo. Nec verò fictum quendam velutque fuco in ſuperficiẽ illitum, vt mulierculis mos eſt, virtutis colorem oſtentat (nam huiuſmodi elegãtia facilè ſe prodit) verùm Dei timorem intimo animo coërcet, ei ſoli cui res occultæ cognitæ atque exploratæ ſunt, perſpicuum. Res certe admiratione cumprimis digna. Poſtremus enim virtutis ſtadium ingreſſus, heu quanto interuallo priores celerrimis pedib. anteuertit, deguſtataq; ſapientia, vtra vitæ ratio alteri præſtaret, filijs indicauit, conſcenſaque, vt Deum ſummum cœleſtium luminum fontem cerneret, ſcala ea, quam è terra in cœlum porrectam Iacob olim aſpexit, ita ſe comparauit, vt ex illius gradibus alium iam ſcanderit, alium pedibus terat alij manu hæreat, ad alium denique aſpiret, oculorumque aciem intendat. Huiuſmodi quippe mortalibus via eſt, talesque gentiles meos nobiliſsimus pater ad Chriſtum euehit. Multos etiam Euander, non tam ſenectute quàm prudentia canus, virtutis theſauros in animo conditos habet. Iam verò quis, niſi planè mentis impos, Aſterij, fratrumque ipſius ſacræ, inquam, illius Triadis obliuiſcatur? quos communis ſapientia, communisque vitæ ratio in vnum iungit: tametſi corporibus ob ſempiterni regni ſpem inter ſe diſiungantur. Philadelphum interim, corculum meum illuſtri genere ortum, tacebo. Quis Macrobium gregis noſtri ouem, amicumque meum ſilentio prætereat? quem Chriſtus pro ſua erga eum beneuolentia magnis alijs ſuis ambit, ac fouet, quemque in tot tantisque virtutibus nullus omnino faſtus, qui alioqui omnibus fere mortalibus dominatur, inflauit. Quis Rheginum Leontium, Heliodorum, q; ſummum Chriſtianæ ſapientiæ verticem attigerunt, per obliuionem tranſmittat? quis reliquos omnes inter agreſtes homines clariſsima ſidera, tametſi pleriſque mortali ignota atque obſcura, ſtantiſsima Chriſti membra? Quis autem immortalis Dei ſigilla, quis aſtra carne conueſtita enumerando recenſere queat? Omnes enim illi, ſuo quiſque pietatis genere perfecti, numerisque omnibus abſoluti, potẽtiſsimi Dei famuli ſunt, leuiſsimis pedũ veſtigijs terrã calcãtes, egregiæq; pecudes dextræ manui deſtinatę, magnique templi lapides, quos Chriſtus iucunda ſpiritus compage inter ſe coagmentauit. Qui huic vitæ per exiguè viuunt, ac ventri malorum autheri minimum indulgent, grauemque perturbationum animi tumultum, atroſque inſurgentis Beliæ fluctus compeſcunt: ſer moni lancem, ſilentio modum adhibent: riſui auribus atque oculis vincula injiciũt: Excalciati, aridi, triſtes, vnam veſtem habentes, terræ mortui, animis in cœlo viuẽtes, maiuſque Dei lumen, cœleſtemque piarum animarum chorum ſibi ante oculos perpetuò proponentes. Quin tu prudentiſsimas etiã illas virgines, quæ Regium ſponſum, puriſsimis cordibus ſeſe miſcentem, laudibus celebrant, Chriſtumque cum lucernis nunquam emorientibus peruigiles expectant, honore afficiendas duxiſti, poſteaquam eximium illud meum decus noſtri: ſi modo illuſtriſsimum illud caulæ noſtræ lumen honore complexus es.[8] Cùm enim bonorum quiſpiam beneficio aliquo afficitur, communem omnes ex ea

Paupert as cõmodiſsimũ virtutis organũ

Scala Iacob Gen. 28

Pij homines ſunt ſtellæ cœleſtes.

Virtus mea in infirmitate perficitur.

Chriſtiana

ex ea re voluptatem capiunt: nimirum amicitiæ lege communia omnia inter amicos eſſe iubente. Ac profectò hæ quoque magna & generoſa mente præditæ ſunt, vtpote quæ ſorti ac verè maſculo animo ſubdolam illam Euam è pectore abiiciãt. Quòd ſi earũ vitæ rationem quæris, ipſis etiam cilicium carni hæret, humusq; pro lecto eſt, optima ſcilicet tuẽdę caſtitati medicamenta. his preces & gemitus, & noctes inſomnes, & fontes lachrymarum ex intimo pectore fluentes grati ſunt. Genua porrò ſua corroborarunt, atque ex fimbriæ Chriſti contactu priſtinæ omnis imbecillitatis obliuionem contraxerunt. Adhæc tenere carnes præclarę que veſtes, ac verna illa corporis pulchitudo quàm celerrimè marceſcens, tam natiua, quàm fucata & aſcititia, mentis ſapiẽtię ceſſerunt. Nec verò mulieribus nimiùm tribuo, cùm eas vt ſapientiæ laude, ita corporis etiam robore viris æquales facio. Nam ipſæ Chriſtum cum carne humana in terram venientem maximo mortalium omnium bono in lucem extulerunt, per virginem nimirum matrem, vt legem humanam, citra omnẽ tamen corruptionem, expleret, prodeuntem. Eundem etiam triduo poſtquã mortem obiiſſet, è tumulo proſilientem, acriribus deſiderij ſtimulis incitatæ, ante omnes conſpexerunt, lætiſsimumque de ipſius ad vitam reditu nuntium ad diſcipulos pertulerunt, Chriſti videlicet guſtatione priorem illum guſtatum ſanantes. Ac multas quidem in omnibus illis regionibus, quas ſalutifera Chriſti doctrina peragrauit, inuenire eſt, quæ partim in ſodalitio viuunt, eandemque cœleſtis vitæ cupiditatem fouent, atque eidem vitæ inſtitutum ſequuntur: partim infirmis ſuis parẽtibus, aut fratribus, quos caſtitatis ſuæ teſtes habent, ſedulæ aſſident. Mihi quidẽ erſi parvus eſt huiuſmodi mulierum numerus: cœleſtibus tamen pulcherrimisq; Chriſti ſideribus adeò geſtio atque exultò, vt pro paucis his meis de virtutis præſtantia cum multò pluribus in contentionem venire non dubitem.[10] Lydios olim ramentis aureis abundaſſe, opesq; illis fluminis cuiuſdã beneficio affluxiſſe poëtæ fabulantur. Auriferas etiam formicas [11] Indis è caua arena diuitias haurire ſolitas tradunt. Nilus itidem fertilibus campis tempeſtiuè illabens opulentiſimã Aegyptum reddidit. Vtque rem in pauca contraham, alius auibus, alius ſtirpibus, alius iucundis internoque ſplendore prędi tis gemmis maiorem in modum delectatur. At me Chriſtus excellentiſsimo omnium honore cumulauit, vtpote cuius munere hoc mihi conceſſum eſt, vt multorũ hominum pietatis laude florentium coronã gloriari queam. Et certè vera eſt vetus illa Dei pollicitatio, qua ſe facturum recepit, vt gratiam ſuam paruis & abiectis hominibus impertiret. Quamobrem non immeritò exigua hæc mea ciuitas, Bethlehẽ eſt nuncupata. Vt enim antiquior, illa ex Chriſti natiuitate nominis celebritatem accepit: ſic hæc noſtra ab amicis Dei maximum ſplendorem eſt conſecuta. En chorum alium è terra mea elucentem, ei vtique ſimilem, quem Armenia patria tua, egregia ſobole beata, procreauit. Quæ cũ omnibus nominibus omnes terræ regiones antecellat: tum verò cœlibum copia opibuſque potiſsimum gloriatur. Quibus ſi gratificari in animum induxeris, nõ tã hercle mihi, quàm tibi ipſi benignè facies, vitæque eternæ ſpem, cum qua nullæ huius mundi opes comparandę ſunt, liberis tuis chariſsimęq; vxori cõparabis. Quòd ſi forte veteris quoque amicitiæ, ò ſodalium omnium ſuauiſsime ac facilline, vlla apud te eſt memoria (non enim in ſanctorum ac pietate inſignium virorum numerum nomen vnquam meum referam) preces meas quæſo ne aſperneris. Hoc enim ab amici officio abhorret. Quin potius in gratiam meam ſodales meos honore ac beneficio affice. Nam nos quoq; apud multos loco aliquo ac numero ſumus. Quòd ſi etiam non apud ita multos eſſemus, te tamen præ cæteris amicitia noſtra moueri oporteret. Id ſi feceris, cùm amicis omnib. meis quib. honor pijs hominibus habitus æquè ac mihi gratus ac iucundus eſt, rem gratiſsimam feceris, tum Baſilio præſertim, quem Chriſtus primo honore cumulauit: quique velut ſequeſter inter nos exiſtens, exremos amicos diſitos in vnum iungit, nosque communi deſiderio multò melius aſtrinxit. Cui tu in omnibus rebus gratificari optimo iure debes, ad idque moueri, tum patriæ ipſius amore tum ſtudiorum ſocietate tum denique ſacrificiorum puritate, vitæque ſublimitate. Quorum vtrunque ſecundo illi Aaroni hoc pſtat, vt intra tabernaculũ aliorum omnium pedib. inacceſſum, ſtans, Deumque aduerſis oculis cernens, precibus ſuis mortales immortali Deo conciliet. Qui quidem ſanè, quicquid in me contulerit, expenſum ſibi feret: quicquid rurſus in eũ id Chriſtus in ſe collatum interpretabitur: quicquid autem in Chriſtum, perinde erit, ac ſi in Patrem ipſum contuliſſes. Pro animabus, & cœleſti vita te obſecro: pro membris quę à ſpiritu lacerantur rogo atque obſecro. Da hoc diurnis labo-

Amicitia ex, omnia inter amicos communia eſſe debẽt.

Virgines ſacræ, earumq; virtutis.

Lact. 4.

Baſilij laus.

ribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus hymnisque nocturnis. Da lectulo ad terram strato, da luctibus & lachrymis. Da hoc laceris pannis, oculisque tabe confectis. Da purg mentis da sacris sermonibus: ita fiet, vt dum virtuti honorem habes, pluribus iter ad virtutem munias, maioremque virtutem diuinitus consequaris: ac stabilem minimeq; diffluentem in hac vita sementem facies, immortalem quoque cœlestium bonorum fructum metas, multò vtique seméte ampliorem. Moueat te quoque augusta patris mei, non capitis magis, quàm morum canicies: cuius si laudes oratione prosequi vellem, historia proculdubiò admiratione plena existeret. Postremò corporis imbecillitate fractus ita tecum agã. Gregi nostro parce, gregi inq nostro, cui' ouis es, parce: p quo nõ sine causa cõtremisco. multos quippe in eo pascendo labores pertuli: ciusq; curam Deus mihi in multas annorum decades commisit. Tibi verò Deus, cũ alia omnia quæ pijs hominibus impertiri solet, tum hoc etiam concedat, vt ad extremam vsque senectutem vita tua porrigatur. Atque hæc quidem patris mei nomine dicta sint. Ego verò ex scriptura sacra adhunc modum loquar. Dei mensuræ mensuris nostris æquãtur: qualiaque inter nos in hac vita mensi fuerimus, eadem Deus quoq; vicissim nobis rependit. Vtinam autem erga alios eiusmodi mensuram adhibeamus, vt nobis à Deo quoq;, & nunc, & in altera vita melior mensura expectanda sit. Nunc vitę huius caducæ vel bonum vel malum fundamentum hominibus iacituri ac magnæ cœli opes ad paruam trutinam expendũtur, atque huc subinde illucque libra propendet. Quinetiam Christus indicti tributi tempore hominibus iunctus est: tum videlicet cùm Cæsar vniuersum orbẽ in tabulas referret. Atque adeò ipse, hoc est sempiternus Deus, mortali tributum persoluit: vt hac ratione hominibus consolationem seruitutis afferret. Proinde Christi gratiam venerare, ac cum populo indulgenter age: venerare, inquam, atque humanissimo lenissimoque descriptionis genere erga alios vtens, hoc assequere, vt ipse quoque in eximio illo cœli libro describaris. Sin contrà agere decreuisti, quid inde sequetur, dicere supersedeo: ne quid animosum hic sermo habeat. Hoc vnum dicam consultius te facturum, si piè sanctèque alios descripseris. An non satis superque est, quòd primum Adami vitium & exitiosa planta, & serpentis inuidia & mulieris facinus perniciosusque aduersariæ scientiæ gustatus (qui mihi moriendi necessitatem attulit atque in terram ex qua creatus sum, denuo redigens, tristem omnino mihi molestamque vitam effecit, eoque me adduxit, vt varij multiplicesque dolores præliaque mihi subeunda sint, ipsèque laboribus oppressus curuo corpore in terram vergam) an non inquam satis superque est, quod hæc omnia graue morta libus iugum inuexerunt: nisi me quoque frater meus, hoc est idem puluis, ac subeo dem peccato positus, pluribus me doloribus cumulet? Non decet, non fas est, multò quippe satius æquiusque est, medicinã ægrotis, quàm laborem afferre. Atque hospitale hoc munus, vir omnibus virtutibus ornatissime, à sodalitio nostro habes, & quidẽ eiusmodi, quod nulla tẽporis vetustas delebit: habes inquam Helleni Armeniæ decus: cui sorte obtigit, vt regioni nostræ tributa constituas. Atque vtinam cum Dei ope atque adiumento sanctè, integreq; in hoc munere verseris, nec te turpiac nefario quæstu vinci patiaris. Nam si perspicacissimum illum Dei oculũ metuens, æquam omnibus lancem proposueris, paruæ quidem vrbis hoc est Diocæsareæ ciues sumus: cæterùm haud paruum nomini tuo apud homines splendorem afferemus: tabulisque hæc verba inscribemus. Hic est ille vir, hic ille est qui equiorem lancem habet, quàm vt ei vel ipse Momus obtrectare possit.

Dei mensuræ mẽsuræ nostræ æquantur. Matth. 7.

Matth. 17.

SCHOLIA.

1. Costam illam) Mulierem intelligit, quòd ea ex viri latere sumpta sit. Genes. 2.

2. Cornus vicinus) De Paulo prima Eremita verba facere videtur, quem cùm Antonius inuisisset, corum integrum panem ante eos deposuit. Tunc Paulus: sexaginta, inquit, anni sunt, quibus dimidiatũ semper panem accipio: nunc ad aduentum tuum militibus suis Christus duplicauit annonam. Hieronim. in ipsius vita.

3. Cum cœlestibus pulchritudinibus) Per cœlestes pulchritudines, quemadmodũ etiam in Nicobuli respõso per ἀδελφὰς ἀγκύρας angelos intelligit. Eodem modo infrà ἀδελφὰς σαρκοφόρους, id est, angelos carnigeros, vel certe astra carne conuelita, homines sanctos, & in terra Diuorum vitam imitantes appellat.

4. Cledonium) Sic enim corrigit Aldus in emendationibus. Cledonium enim illum intelligit, ad quem duas Epistolas scripsit.

5. Mar-

5. Margaritum) Quatuor similitudinibus conglobatis eximiam quandam & singularem Cledonij gloriam posteris testatã reliquit Gregorius.

6. Eulalium) Hic fuit fortasse, quem Gregorius ætate iam admodum prouectus Nazianzenæ Ecclesiæ præfecit. Helladius autem, ni fallor, fuit ille, qui demortuo Basilio, Cæsarienſi Archiepiscopo successit.

7. Caulæ lumen) Id est præclarissimam atque omnibus virtutis partibus perfectam & expletã. Hoc enim luminis, vel oculi potius vox interdum significat, quemadmodum infrà ostendemus in Scholijs Carminis illius, quo Nicobulus pater filio respondet.

8. Cum enim bonorum) Hoc est quod præcipit Apostolus, vt cum gaudentibus gaudeamus, cum flentibus lugeamus.

9. Priorem) Gustum interdicti pomi intelligit, de quo Genes. 3.

10. Lydius) Lydia regio est minoris Asiæ, Cræso rege & Pactulo aurifero flumine nobilis. Vnde etiam χρυσορρόας amnis ille dictus est. De quo vide Fulgent. lib. 2. Mythолog. cap. de Mida rege & Pactulo.

11. Indis) Indicæ formicæ, vt scribit Plin. lib. 11. cap. 31. aurum ex cauernis terræ egerunt. in regione Septentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur. Erutum hoc ab ijs tempore hyberno, Indi furantur æstiuo feruore, conditis propter vaporem in cuniculos formicis.

AD IVLIANVM.

1. Reg. 17. cap. 1.

Psal. 16.

Sitibundam terrã pluuia perfudit idem Propheta, q eam constrinxerat. Alius orbem vniuersum ex diluuio eripuit. Alius morbos à corporibus depulit. Alius ex belli periculo exercitum liberauit. Alius ingentem populum cœlitus demisso cibo aluit. Tibi autem clarissime Iuliane, vt priùs æquam atque incorruptam iustitiæ libram, ita nunc vectigalium lancem tradidit. At, vir optime, parce calamo tuo, pauperib. quæso parce: quos morbus miseris carnibus exetis grauissimè sauciauit. Parce, inquam, & da operam, vt cœlestibus paginis ipse inscribaris. Qualia enim nos hominibus in hac vita metimur, eadem etiam Deus nobis vicissim rependit. Proinde mortalib. fer opem, ipse quoque mortalis, corporeque conuestitus. En Lazarus pro foribus tuis iacet: alienas miseras dato: Hoc quoque tecum reputes, velim, Christum eo tempore, quo tributa cõstituebãtur, mortalem formam induisse. Quocirca te moueat æqualis Christi descriptio. Moueat te mater tua pauperum alendorum studiosissima, pijsque parẽtibus nata. Moueat te domus, q̃ miseros homines omni benignitatis genere complecti consueuit. Moueant te quoque, ô amice, opes meæ, quas omnes crucis ferendæ desiderio pauperibus erogaui. Quemadmodum enim portus omnibus nauigantibus communes sunt: ita hęc bonorum ac facultatum pars egentibus omnibus commune est auxilium. Opes nostræ sunt, tua autem descriptio. Cura igitur vt studij erga pauperes alendos mercedem eandem vterque consequamur. Multis quidem te Deus tam internis quàm externis dotibus ornauit, totque ac tanta in te cõtulit, vt pauci paribus beneficijs ab ipso affecti sint. Sacrosancto genere natus es: doctrina & eloquentia flores: opibus ac potentia corporisque forma excellis: Romanarumque legum peritia in iure dicendo polles. Nihil tamen horum tibi ad gloriam tam amplum atque illustre existimare debes, quàm si auxiliarem Dei manum * insepultis cadaueribus afferas.

SCHOLIA.

1. Quos morbus) Hinc colligere licet, metum quendam incessisse Gregorio, ne Iulianus, cui tributorum imponendorum cura à principe mandata fuerat, Diocæsarienſe valetudinarium, in quod opes suas & facultates omnes effuderat, tributo aliquo premeret. Quod ne faciat, hoc carmine ab eo contendit.

2. Insepultũ) Insepulta cadauera vocat homines diuturnis grauibusq; ac deploratis morbis intabescẽtes magnaq; iam ex parte mortuos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD NICOBVLVM PATREM.

Nicobuli filij nomine

ARGVMENTVM.

Nicobulus vir clarus atque apud imperatorem gratia & authoritate florens, Gregorij consobrinam (nisi αἰκίλως in 2. Epist. ad Nectar. neptē potius significet, vt τῷ μητρῳ respondeat. Nā ita in hoc carmine Gregorius appellatur) vxorē duxerat. Ab eo sub filij persona obtinere Theologus conatur, vt ipsum doctrinæ cupiditate flagrantē in celebrē quandam Academiā mittat, quò literarum studijs cōmodiùs operam impendere, ac disciplinarū orbem feliciùs obire atque absoluere possit.

OPater quòd me ℘ crearis, nō ita magnum beneficium cēseri debet. Omnium etenim iam inde à prima rerū origine tam hominum quàm mutorum animalium natura hoc fert, vt venereę voluptatis illecebris inflectantur. Idq; non sine summo sapientissimi illius Verbi consilio, nimirum vt animantibus nunc nascentibus nunc gignentibus mortalis hæc vita propagetur, morientesque vt [1] semen in spica sua viuant. At postea aluisti? Quid tum? nonne vituli fortissimis etiam bobus vbera capite succutiunt, ipsis interim iucunda quadā vi ac dulci necessitate laborem ferentibus? Auis itidem supra nidum suū volitans, circum pullos suos adhuc implumes stridorem edit, nec sine magna vexatione hinc atq; hinc escā illis qnærit, ipsa licet inanis ac ieiuna. Parentes enim ac liberos arctissimo amoris vinculo natura inter se deuinxit, atque hoc parētibus medicamentum ac solatium excogitauit, vt graues acerbosque dolores amoris lenitate mollirent. Quò fit, vt & bos pro iuuenca sua, & canis pro teneris catulis, & aues pro pullis suis acerrimum certamē suscipiant, & panthera magno animi impetu è sylua prorūpat, & aper incredibili furore inflāmetur, horrescant iubę, ardeant oculi, dentes sese inuicem acuentes vaporem edant, spuma genas obruat, dum proli suæ opē ferre vel mortē oppetere contendūt. Amoris quippe stimulus hoc ipsis sine vllius legis magisterio persuasit. Vespæ in super rupibus insidentes, si quem propius conspexerint, etiam si alioqui teneræ suæ soboli nihil mali moliatur, protinus tamē è petris sese effundunt, confertoque exercitu circa eum bombilant, transeuntemque acerbissimis aculeis incessunt. Quin huiusmodi amori lex quoq; sua in mari constat: si modo verum est, quod de piscium rege [2] Delphino quidam scriptis prodidere. ferunt enim eum, si quando cetum quendam tenerę atq; imbecilli proli suę adnantem perspexerit, confestim eam genis expansis rursum accipere, cibiq; cuiusdam instar, ne piscibus prædę sit, in fauces admittere, nec mirabilē illam, ac pene incredibilem sarcinā prius egerere, quàm valentissimi ceti minas effugerit: tum aūt leni illo enixu defungi ac prolem euomere. Proinde nihil est, quod mihi procreationem, exiguamq; admoniam quā seruis quoq; tuis bobusq; impertiris, tanquā insigne aliquod beneficium proferas. Prestantius quippiā à te, vir omnibus virtutis numeris absolute, requiro, vrpote homo, optimiq; patris filius. Tu verò ignoscas velim, si quid fortasse dixero, quod animū tuū suboffendat; ac mordeat. Nec volentē me progenuisti, nec ℘genitum, nisi vi naturæ compulsus, aluisti. Quòd si ℘ereatum me relinquas, mortalē vtiq; mortalis loco genuisti. Nō aurum, nō argentum nō fericas vestes, no pspicuas & illustres gemmas, nō vberrima latifundia, Aegyptiorūque aruorum feracitatē adequātia non fa mulorum & quadrupedū greges cōcupisco. Sublime porrò matrimonium, herā lecum, hoc est honoratum onus, agēs, excelsusq; thronus, [3] qui paucos homines calcans à pleriſq; & quidem deterioribus hominibus, id qđ iniquiore animo fero, calcatur, alijs curæ sint. Quanq enim alij alijs rebus insolenter exultent: reuera tamē humiles omnes atq; abiecti sumus: Nihil, qđ in crastinum nobis certum sit, habentes, externis atque alienis voluptatibus celerimē auolantibus intumescētes. Valeat ergo quicquid acerbius huiusce vitæ turbo fert puluerē omnibus insidum & incertū hucatque illuc agitans. Hæc etenim etsi imbe

Naturalis omniū animantiū erga prolem amor.

Memorabilis de Delphino historia.

Vxor bona rarū est.

Humana omnia dubia & incerta

cillliori adhuc mente præditus, iam tamen animaduerti atq; ex sapientibus hominibus audiui: ac tempus etiam, quod magistri vice hominibus esse omnes dictitāt, amplius aliquid allaturum est. O pater vnum est quod expeto, nimirum eloquentiam atque doctrinam, Præclara est tum in foro, tum in iudicijs, tum in celebrandis hominum laudibus rhetoricæ vis atq; facultas. Præclarum est mentem historiarū cognitione instructam ac refertam habere. Historia enim conglobata quædam & coaceruata sapientia est, hominumq; multorum mens in vnum collecta. Nec verò paruam laudem Grammatica meretur, q̄ sermonem barbarosque vocum sonos expolit, Græcæque linguæ nobilitati maximum adiumentum affert. Præclara quoque Logicæ disciplinæ certamina sunt, quibus veritas primùm occultatur: disputatione deinde trita in lucem profertur. Præclara itidem ea philosophiæ pars, quæ de moribus pertractat, hominesq;, non secus ac caseum textilis quali notas referentem, ad virtutem informat. Ad hæc ea omnia quæ sapientes & eruditi viri sublimi mente subtilibusq; curis rerum omnium profunda perscrutantes animaduerterūt, memoriæq; prodiderunt, atq; tam eorum quæ aere, quàm quæ terra ac mari viuunt animantium naturam indagarunt. Insuper Dei mentem, nempe quomodo vniuersam hanc rerum molem gubernet, quam progressionem, quemq; tandem finem totus hic mundus multiplici ornatu internè decoratus, habiturus est, hæc inquam vel didicerunt, vel in cogitationem admiserunt, quæ cogitare atque intelligere supra humanum modum erat. Quæ posteaquā iuuenili ætate percurrero, tum diuiniori spiritui animum tradam, sacrarumque literarum studio incumbam, pulchritudines eas omnes, quas ipse non omnibus patere voluit, inuestigans, semperq; ad lucem contendens, diuinosque afflatus pro vitæ norma ac regula habens. Sic enim futurū est, vt opitulatorem, comitem, ducemque Christum habens, leuissima spe, tanquam alis quibusdam, instructus, à terra in altū erigar, puramque & immortalem vitam adipiscar, non iam adumbrata quędam veritatis simulachra, quasi per speculum & aquam eminus cernens, sed veritatem ipsam, cuius Trinitas, vna adoratione colenda, lumenq; vnum triplici splendore constans, principem postremumq; locum tenet, pura oculorum acie perspiciens. Magnum illum matris meæ auunculum tibi ob oculos pone, qui multiplici disciplinarum cognitione supra omnes homines ornatus, quam in multis ijsque non vnius eiusdem linguæ regionibus commoratus, tam in Oriente quàm Occidente collegit, eruditioni tādem suæ Christum vitamq; illam excelsam & sempiternam colophonis cuiusdam instar apposuit. Ad hunc, mi pater, oculos meos conuerto. Quòd si humiliùs aliquantò mihi subsidendum sit: prudentis tamen & cordati viri est, magna mensura vitam suam metiri: atque ad excellentium virorum imitationem sese componere. Prestat quippe secundas inter homines magnos & locupleres ferre, quàm primas inter pauperes & abiectos. Quemadmodum vtique maioris gloriæ est, paulò infra aquilam quàm supra humiles alaudas volare. Hæc mi pater, cupiditatis meæ summa est, quam vt expleas, te rogo atque obsecro. En tibi hoc nomine supplex sum, barbam tuam prehendo, fidem tuam imploro atque obtestor: occasionem arripiamus, quæ vt accedens capi ac teneri potest, ita semel lapsa, frustra postea conquiretur. Consitio suum tempus habet, suum agricultura, suum nauigatio, suum venatio: suum etiam bello, suum floribus tempus est. Eundem in modum literarum doctrinæque studijs nullum aliud accommodatius tempus singi potest, quàm cum animorum amor maximè viget, nec multiplicibus formis pectus [4] adhuc impressum est, sed egregijs duntaxat recensque depictis imaginibus floret: vitæq; in terra fundamentum siue bonum siue malum ac pestiferum adolescentes iaciunt. Id quod sanè etiam atque etiam considerare operæpretium est. Mouentne te, mi pater, quæ diximus? an maius meliusque aliquid adiungemus? Doctrinam tuam facundiamq; admiror ac veneror, qua, versatili lingua, aure ac mente, tam soluta quàm numeris astricta oratione insigniter excellis, idq; non magno admodum labore, quod perquàm mirum videri debet. Nec verò me fugit, te imperatorum latus in bello cinxisse, atque in hominum rei militaris peritissimorum numero habitum fuisse, cùm furentem hastam aduersus Achæmenidas intorqueres. Quin opibus quoque & generis nobilitate prudentiaq; laude flores. Nam quod ad formæ elegantiam, corporisque magnitudinem attinet, veteres illos Aeacidas, aut Aetolum Meleagrum refers. Nec tamē quicquam horum tantum nomini tuo splendoris attulit, quantum doctrina dicendique facultas, quæ tibi firmam, ac solidam nec vnquam intermoriturā, sed in singulos annos auctiorem futuram gloriam peperit. Quocirca vt Spartani quondam paternam lanceam, vt [5] Pe-

Prudentis est sese ad optimorū quorumq; vitam exigere.

Occasio cal ua.

Iuuenilis ætas literarum studijs aptissima. Simil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lopidę Pelopis humerum, vt Reges paternum ſceptrum, vt denique [6] Cecropidæ indigenæ cicadam capillis intextam fere bant: ſic ipſe quoque doctrinæ tuæ patrimonium affecto. Nec mirum cùm vel ore ſolo patrē referre amplum ac glorioſum haberi ſoleat. Indulge quæſo huic meo tam honeſto deſiderio. Vidi ipſe quoſdā patres, qui flagitioſis etiam ac nefarijs filiorum cupiditatibus morem interdum gererent, [7] (vt quidam olim, dum filij morbo mederetur) ac iucunda ſalutiferis admiſcerent, vt bonarum rerum acerbitatē ſuauitate aliqua temperarent, nonnihilque noxij ipſis cōcederent, vt hac ratione vim morbi propulſarent. Vidi etiā qui tametſi doctrinæ rudis & expers eſſet, filij tamē literarum amore flagrantis, cupiditati cederet, eumque deſiderij, à quò ipſe abhorrebat, compotem faceret, ſobolisque ſuæ bono delectaretur. At ego, chariſsime pater, à te hoc peto, vt cupiditati meæ ita demum obſequaris opemq; feras, ſi optima quæque concupiſcam. ſin autem me malis rebus ſtudijsq; delectari perſpexeris, cauſam haud dico, quin me è liberorum numero expungas, procul ableges: non ſecus ac ſi ad [8] Rheni aquas nothus, ac ſpurius, aut, ad Solis radios falſus & adulterinus [9] aquilę fœtus iudicatus eſſem. Ac profectò non minus tua quā mea intereſt, me abs te id quod peto, impetrare: quippe quum huiuſmodi beneficium à filio in patrem reuoluatur. Vt enim parentum gloria filijs honori ac gloriæ eſt: ita rurſus filiorū gloria parentibus gloriam nominisque ſplendorem affert. Communis vtrorumque eſt gratia, commune probrum & dedecus. Ac nonnulli quidem inanes ſanè homines in ſtadijs opes omnes ſuas conſumpſerunt, dum flagitioſas ſaltationes, hominumque ac belluarum cædē amant, vt ſibi ciuium ſuorum gratiam beneuolentiamque concilient, cæterosque gloria antecellāt, vulgique ore non in multum tempus celebrētur. Alij in athletas, inani labore circa pulverem ſeſe fatigantes, & in aurigas ſubſpectatoribus in contraria ſtudia diſtrictis, atque aërem vtrinq; verberantibus, certatim inſanientes, facultates omnes ſuas & copias effuderunt. Alijs flagitioſa virorū ac muliercularum obſcœnitas atque adumbratæ mimorum alapę (quibus detecta gena pro triſti ridiculum ſtrepitum edit) oblectamentum ac voluptatem afferunt. Hæc enim ſtulti ac vecordes homines perpetrant, ſceleratam vitam ſuam in medio hominum cœtu per ludum repræſentantes. Nec mirum, ſi ea docent, quæ didicerunt. Hoc verò grauiſsimum & indigniſ-

Vel ore ſolo patrem referre glorioſum.

ſimum eſt, quòd ipſi ſoli pro ſceleris mercede non modò pœnas capite non expendunt, ſed opes etiam & copias idcircò ſeruant, quia vitia ſouent atque adiuuant. Facilè eſt porrò nefarijs perditisque hominibus inter ſtultos & dementes excellere, munereque ſuo præclarè fungi. Atque illi quidem huiuſmodi rebus ſtudijsque dediti ſunt, eaque quæ iniuſtiſsimis artibus quæſierunt, iuſto Dei iudicio ſceleratiùs profundunt, ac dilapidant. Tibi verò Deus, id quod ipſe quoq;, nimirum vir optimus, cupis, concedat, vt filijs tuis, ijsque, in quos beneficia meliùs cōferuntur, auxiliarem manum porrigas. Alijs itaque ſuperfluas opes, nobis autem eximias, easque quæ ad bene beateque viuendum conducunt, præbe. Nec enim hoc ambio, vt opibus circunfluam: verùm hoc potius, vt quam optimus ipſe ac præſtantiſsimus ex iſtam, nec à parentum virtute lōgè abſimiſsimam, animal homini quidem ſimile, cæterùm turpe ac fœdum, habeas, quamlibet alioqui aureis funibus redimitā? Nec enim tantum ei afferre poteſt hic ornatus vt ridiculam leuitatisque plenam ipſius formam immutet. Quid gratiæ aſino inde accedit, quod maximum auri pondus ferat? Aſinus quippe non ideò rudere atq; ingratiſsimum ſonum edere deſinit, quāmultiplici auro exornetur. Quid denique attiner, plumbeos enſes, quorum nullus in bello vſus eſt, argenteis vaginis condere atque occultare? Nec enim his diſſimilis eſt, qui externis duntaxat bonis effertur ac gloriatur. Vt finem faciam, hoc audi: Deus autē teſtis ſit. Nam Deus quoque Verbum eſt, mortalium principatum tenens. Hæc ſunt, quæ à me conferri atque impendi oportet, natura, mores, maximus labor, tanta denique ſtudiorum aſſiduitas, vt dies cum noctibus coniungantur. Reliqua beneficio tuo mihi contingent, Deus videlicet, tempus, ſpes melior, ſalutiferæq; ſodalium admonitiones, qui bus animum meum acuere ac inflammare non intermittas. Nam & lignorum exciſori maximum robur addit ſecuris. Ne te mare, ne vię longitudo terreat. Nec opibus tuis, nec alij cuiquam rei parcas, vnde mortalium virtuti cumulus aliquis accedat. Multis enim diuitijs, vt de me nonnihil glorioſē prædicem, melior excellentiorque tibi eſſe debeo. Omnium enim filiorum tuorum maximus natu ſum: mihiq; primò (ſi tamen hoc cuiuſdam apud parētes momenti eſſe debet, quemadmodum exiſtimo) paternum nomen impoſitum eſt. Quòd ſi vel opū cupiditate teneris, vel mulie-

Similitudines egregiæ.

Cohortationes plurimū valent.

muliebri quodam & molli ac materno planè affectu filij deſiderium, quod tamē vt citò accenditur, ita etiam quàm citiſsimè, non ſecus ac ſtipulæ flamma emoritur, ferre non potes: inuitus quidem, ſed tamen, quando me hucadigis, dicā. Nunquam tibi, pater, boni atque indulgentis parentis nomen tribuam. At, ò pater, Deum te mihi pro homine præbe. Noli committere, vt [11] fons magnum fluuium parturiens, obſtruatur, vt lucernę lumen olei penuria extinguatur, vt deniq; humoris inopia planta marceſcat. Fontem aperi, lumen ale, plantam riga: vt in iuſtam magnitudinem excreſcant. Mater mea, precibus meis ipſa quoque ſer opem: vt ſit, quamobrem vtrique veſtrum gratias habeam. Sic fiet, vt vos non [12] luti ſolùm (vt nonnullis loqui placuit, quòd parentes carni ſoli metuere conſultumq; velle perſpicerent) ſed immortalium etiam animarum parentes appellem.

SCHOLIA IN CARMEN PRAECEDENS.

1. Vt ſemen in ſpica) Vt enim ſemen terræ mandatum mortuumq;, in exoriente ſpica quodāmodo viuit: ita homines per liberorum procreationem vitam ſuam propagare, ac ſpeciem quandam immortalitatis aſſequi videntur.

2. Delphinus) De eximio quodam delphini erga fœtus ſuos amore quædam Ariſt. lib. 6. cap. 12. de hiſtor. anim. Plinius multa commemorat. De eo tamen quod hic ait Gregorius, nullum vtere; verbum facit.

3. Qui paucos calcans) Hoc de ijs intelligendum exiſtimo, quorum virtus illuſtriſsimas quaſq; dignitates promeretur, quique ſedes eas in quibus collocati ſunt, pulcherrimè implent. Liber enim Plutarcho verbo vti: alioqui non thronus homines calcat, ſed ab hominibus calcatur.

4. Adhuc impreſſum eſt) In emendationibus Aldinis pro κατεπάτουν reponitur κατεπ'ἰσχίου, ſed vitioſè, prior enim lectio vera eſt.

5. Vt Pelopidæ Pelopis humerum) Hic locus explicatur à Niceta in Orat. in ſanctā lumina. pag. 405. C.

6. Vt deniq; Cecropidæ) Cecropidas Athenienſes vocat, quòd à Cecrope generis originem traxiſſent, eosq; γηγενεῖς appellat, hoc eſt αὐτόχθονας, nos indigenas dicimus, quòd aduenæ non eſſent. eosq; nomine veteres Athenienſes (vt teſtatur Thucyd. lib. 1. quanuis in Latino Cycladas legatur, ſed corrupte) cicadas capillis implicatas de more geſtabant, quòd velut è terra extitiſſent, vt cicadæ, ob idq; αὐτόχθονες dicebantur. Senſus ergo eſt: Doctrinæ tuæ atque eruditionis hæres eſſe cupio, vt Lacedemonij paternæ lanceæ, vt Pelopidæ humeri eburnei, vt Reges paterni ſceptri, & antiqui Athenienſes paternæ cicadæ.

7. Vt quidam olim dū filij morbo) Antiochus inſano Stratonicæ nouercæ amore correptus, cùm nō modò nefariam cupiditatē explere, ſed ne eam quidem cuiquā patefacere præ pudore auderet, in grauiſsimū ac periculoſiſsimū morbum incidit. Cuius cauſam cùm tandē aliquando Seleucus pater Eraſiſtrati medici artę ac ſolertia comperiſſet, quamlibet adamatæ vxoris complexu carere maluit, quàm filio orbari. Itaque eā ipſi matrimonio iunxit. vide Plutarch. in vita Demetrij.

8. Rheni) Rhenus nobilis fluuius Germaniā à Gallia Belgica diſtinguit. In hunc ſcribit Galenus lib. 1. de ſanit. tuend. morū fuiſſe Germanis infantulos ſuos ſtatim vt in lucem prodijſſent, deferre, atque in vndas, contrahendi ſcilicet maiorū roboris cauſa, inijcere. Atq; eum morem vt barbarū & crudelem grauiſsimis verbis inſectatur. At verò Strabo & noſter Gregorius, immò etiam & Iulianus apoſtata, in epiſt. aliam Germanis cauſam fuiſſe tradunt, cur infantes in flumen proijcerēt. Hoc enim monumētis ſuis prodidērūt, quod quiſquis adulterij ſuſpecti à vxorem habebat, editos in lucem infantes fluminis vndis exponebat. Ac ſi quidem crimine mater vacabat, nullum ipſis à flumine periculum imminebat: ſin autē adulterij ſcelus admiſſiſſet, confeſtim peſſum ibant. Ad eundem ergo modū ſe explorari vult Nicobulus filius, vt ſi optimis quibusque ſtudijs animū addicat, pro vero ac legitimo cenſeatur: ſin autem vitiorum ac turpium voluptatum illecebris ſeſe dedat, vt ſpurius abdicetur.

9. Aquilę fœtus) Aquilarum genus illud quod marinū appellatur, ita pullos ſuos pro legitimis agnoſcit, ſi Solis radios incōniuentibus oculis cernant. Quòd ſi ob oculorū imbecillitatem hoc nequeunt, tanquā adulterinos abijciunt: immò etiam eum qui primus lachrymarit, occidunt. Vide Ariſt. lib. 9. cap. 34. de hiſt. animal.

10. Si ſimians) Vetus eſt paræmia. Simia eſt ſemper ſimia, etiāſi purpura veſtiatur. eiuſdem formæ eſt ea quæ proxime ſequitur, Aſinus etiā auro onuſtus rudere propterea non deſinit.

11. Fons magnū fluuiū) Fons magnum fluuium parturiens obſtruendus non eſt, prouerbialis locutio, q. d. animus ingentem eruditionem parturiens impediri non debet.

12. Luti ſolum) Appoſitè patres luti dici poſſunt, qui tantùm corporis filiorum, quod è limo terræ coagmentatū eſt, rationem habent, interim in exornandis tum eruditione, tum virtute animis eorū nihil laboris operæque ſuſcipientes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NICOBVLI AD FILIVM.

IN tituli nomine apertissimum mendum est. Nicobuli enim legendum, non Nicocli (neque enim Græci dicunt ὁ νικοκλὰς sed νικοκλῆς κλέος) vt apparet ex præcedenti Carmine, in quo Nicobulus filius paternũ sibi nomen impositum fuisse ait.

FIli mi doctrinam eloquentiamque expetens, optimã proculdubio rem expetis. Nam ipse quoque doctrina sermonibusq; oblector, quos Christus, vitæ lumẽ ex imio ac planè cœlesti beneficio mortalib. dedit. Nec enim ille, cùm tot alioqui nomina habeat, vllo tamẽ alio perinde gaudet, quàm cùm Verbum appellatur. At verò sermonem meum audi. Patris enim admonitio longè optima & saluberrima est, ac senectus plus aliquid habet, quã iuuenilis ætas. Vt enim tempus historiã genuit: sic rursus historia sapientiam procreauit. Quocirca verba mea (id enim è re tua fuerit) diligenter audi. Quod ad alia quidem attinet, mi fili, sis sanè patre tuo melior ac pstantior. Volupe est enim patri abegregio filio superari: maioremq; ex ea re voluptatẽ capit, quã si inter alios omnes virtutis principatum obtineret. Ita enim leges diuinę tulerunt, quibus quasi vinculis quibusdam parens ille maximus vniuersum astrinxit, Verboq; suo (tantus est ipsius erga possessionem suam amor) confirmauit ac stabiliuit. Cæterùm hoc nomine fili mi parentum tuum expresiùs referas velim: nimirum vt plus aliquãtò in te pudoris eluceat, quã cuius nunc specimen parentibus edidisti. Nam & ipse optimo patre ortus sum nec tamen vnquã huiusmodi verbum, vtpote ipsi quoq; Deo ingratũ mihi ore excidit, immò ne tacitè quidem tale quicq̃ immurmuraui. O Pater, quòd me in lucem produxeris, non magno æstimandum duco: non enim vt mihi, sed vt cupiditati tuę carnisq; libidini indulgeres abs te sum procreatus. At aluisti postea? quidni enim, quem procrearas? Proh Deũ immortalem, quam ingratitudinis plena vox ista est, talisq;, vt & mundum ipsum, & magnam illam sublimemq; generationem euertat. Est quidem ita, quòd natura parẽtes ac filios arctissimo amore deuinxerit: ne alioqui labor ille quem filiorum causa suscipimus, nos prorsus opprimat & cõficiat, atque in mortem duntaxat gignamus, curam videlicet omnẽ prolis nostrę abijciẽtes. Quo efficitur, vt acerrimũ quoque bellum parẽtes omnes pro liberis suis ineant, atq; ad extremum vsque spiritum (hoc enim verissimè abs te dictum est) vespæ, pătheræ, boues, apri, pisces, aues, ac potissimum homines decertent. Quòd si huiusmodi lex abrogata fuerit, de vita humana prorsus actum erit. Quis enim iam vel filium exosculabitur, vel optima quæque ipsi precabitur, vel doctrinæ, aut cuiuspiã alius rei cupiditate flagranti morem geret? Quis ei bonorum partem, vt æquum est, tribuet, si quod filius à patre accipit, non beneficium, sed debitum appellandum est? ac nihil quidem à patre consecutus, pudoris legẽ valere iubeat, frontemq; perfricet, beneficio autem affectus, ingratum se & animo & lingua præbeat? Tu verò etiam atq; etiam vide, ne quis prudens & cordatus vir tibi in hunc modũ occurrat. Non hominum tantùm sed Dei quoque, immò Dei prius q̃ hominum filij sumus. Patres quippe secundas duntaxat in gignendo partes tenent, diuinæq; generationis velut organa quædam sunt. Terrã ille sumpsit, eiq; mentem indidit: genusq; vnum ex duplici natura conflatum, in lucem extulit, terrenum regem, nihil nisi corpus, cùm animum vitijs affectũ habet, Deum adoptiuum, cùm pietatis studium colit, multis malis calamitatibusque hinc inde iactatum: vt inter multiplices rerum acerbitates animi firmitatem constantiamq; teneamus. Nec tñ quisquam ita vnq̃ mente excidit, tantumque iuuenili animi impetu abreptus est, vt in impiã hanc vocẽ aduersus eum erumperet. Non me volentẽ procreasti: postq̃ autem procreasti, non mirum, si me charum habeas. Quòd si post creationem me pro derelicto habueris, quid aliud feceris, q̃ quod pro mortali mortalem finxeris? Da sapientiã, da opes: cõpluribus enim dedisti. Da corporis proceritatem, formæq; elegantiã. Da vt primarium honoris authoritatisq; gradum in vrbibus teneã. Da vt furentem hastã in hostem vibrẽ. Da corpus morbis minimè obnoxium, cæteraq;, quibus homines vulgò beatitudinem metiuntur. quòd nisi feceris, sacrificijs precibusq; te honorare desinã. Nec enim alioqui persuaderi mihi poterit, te commodi mei causa animã meam corpo-

Patri iucũdum est à filio superari.

Non hominũ tantum sed etiam Dei filij sumus.

Patres Dei tantum organa sunt.

pori alligasse, sed gloriæ tantùm tuæ rationẽ habuisse, atq; vt cætera omnia, sic me quoq; nõ aliã ob causam in lucẽ produxisse, quã vt inter terrenas animantes clarum ac celebre nomẽ tuum esset. Verùm huiusmodi oratio ad stultos, Deoque inuisos homines, qui diuitias pro Deo habent, vitijq; fictori se in seruitutẽ addixerunt, reijciatur. At nos omnibus in reb. tam prosperis, q̃ aduersis neum, vt probos filios decet, ac post primũ illum regem terrenos parentes celebremus: q̃ me luce perfuderunt, quorumq; beneficio atq; opera Trinitas animo meo illuxit, omnibusq; conspicua facta est. Magnum illũ mundi orbẽ tacebo, cœlumq; clarissimo lumine collucens: mare etiã ipsum quod nõ sine magna mea admiratione inter tot fluctus ac procellas suo loco stat. Nihil de terra dicã, nihil de fluminis cursu, nihil de spirabili aere, nihil de anni partibus, amœnisi misfloribus, mortalium aëreorumq; natura, cæterisq; omnibus reb. quas oculis meis velut mensam quandã apposuit. Hæc eñ omnia pater meus à summo illo & immortali patre accepta mihi tradidit. Proinde nunq̃ tibi in mentem veniat, parenti tuo pro suis erga te beneficijs huiusmodi gratiam referre, tantumq; fidentię p̃ te ferre: fidentia quippe nisi modus adsit, in audaciã impudentiamq; desciscit. Alioqui verendum tibi est, ne p̃seruidus quispiam pater hæc tibi nomine nostro ingerat. Quẽadmodum natura hoc cõparatum est, vt patres filios suos ament charosq; habeant: sic eiusdem quoq; naturæ interdicto cauetur, ne nos qui alieno à nobis animo ac voluntate sunt, amemus. Honestius est filio patrem, durius iniquiusq; cum eo agentẽ placidè ferre, ex eoq; solo pendere, quã aliorum beneficijs vti. Quid eñ? si pauper, si mente captus essem, si corporis membris nõ satis cõsisterem, quid faceres? nõ mihi scipionis vicem p̃beres, non humeris tuis sublatum, vt Aeneas patrem Anchisen, p̃cul efferres? an his verbis vtereris? Quid me procreasti? Quid mihi seruile mun⁹ iungis? Quòd si piscibus, auibus, terrenisq; animalib. loquendi facultas cõcedatur, ne ũmne his verbis alloquetur delphinus? Quid me, ô Rex summe, ita cõdidisti, vt mihi vita in mari traducenda sit? Nolebã salsum vitæ iter sulcare, semperq; in mari oberrare, aeremque & humidũ haurire, & obscurum intueri. Bouis opera, & mõtes, & latos humeros, & eandem, vt equi, cum hominibus vitã malo, quã piscib. omnibus imperare. Sed nec boues marini itineris desiderio anguntur: nec serpens sinuosis ventris nexib. laborans in hęc verba prorumpet: Quid me in terrã prostrauisti, eãque mihi cibum esse voluisti? Quid me, cũ recto corpore esse cuperẽ, toto ventre volutasti? Nec verò coruus eodem cũ aquilis modo p aërem volitare ac circunferri q̃rit formãque suã cum forma auium omnium principe cõmutare. Verùm animãtes omnes, qd⁹ cuique vitæ gen⁹ datum est, eò acquiescunt. Nec denique figlinum vas fictori vnquã suo dicet, Quid me, ô scelerate, tã turpiter fœdeque tornasti? Atq; hæc mihi, charissime fili, ad inflectendum animum tuum dicta sufficiãt: vt sermones tuos ad lancem expendere, eosq; velut fune tenere cõdiscas, atq; ita te cõparare, vt qd⁹ superfluum est, abijcias ac reseces, qd⁹ autem sufficit, retineas: nec iuuenilis ætatis impetui nimium indulgeas, quin eum potius cõprimas & coërceas. Multò eñ satius est magnã eorum q̃ cõmodè dici possunt, partem año includere, quã vt aliquid, qd⁹ taceri p̃stiterat, in aërem effundatur. Nullus eñ labor ad hoc impendendus est vt sermo sub labris maneat. Neque eñ est, quod verearis, ne idem tibi accidat, quod ǒ viperino fœtui, matris ventrem in paternæ necis vltionem dirumpenti & corrodenti. Enimuerò vt huic tuę cupiditati terrorem inijciam, paternaque lenitate te meritatem tuã insolentiamque compescã, his verbis vti libet. Non vna tantũ ac simplex vitę semita est, ô nate, quemadmodum nec vna eademq; omnium natura atque indoles. Alia eñ insignis & egregia est alia flagitiosa & belluina, alia ex vtraque cõflata ac pmixta. Sic nimirum triplicem quoque agricolæ terrã norunt. Alia enim feracissima & vberrima est: alia prorsus in frugifera: alia denique fruges simul ac spinas profert. Ad eundem ergo modum triplex via est, triplexque terminus. Prima humilis est, vulgique vestigijs trita, lata etiã ac mollis, atque ad tristem & miserum finem, & p̃cipitia, tenebrososque recessus ac grauem tartarum ducens: vbi ignei fluuij sunt, & dęmones sæui ac truculenti, & vbi p̃nicioſi homines sempiternas scelerũ pœnas pendunt. Altera aspera, ardua, arida, angusta atq; obliqua est, omniq; ex parte p̃ceps & abrupta, paucisque p̃uia, ad lętum tñ faustumq; finem ducẽs, sydereum nempe cœlum, magnã gloriã pulchritudinesque corpore vacãtes, immò ad veritatem ipsam purã, nullisq; vmbris inuolutã eoque 4 hominem virtute præstãtem sub uehens, vt non ante ascendendi finem faciat, quàm ad summum illud præstantissimumque lumen puenerit. 5 Tertia media via est, proindeque in mercedis ratione medium quendã locum tenet, vt q̃ nec ad-

Deus est speciãtũ vel splendoris nullius tam nõ mensuram quam rebus ap tus.

Plus æquo tacere satius est, quã immodicè loqui.

Inclusus fermo animum non arrodit.

Triplex vita via.

Dan. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Media & communis vita noctis subluſtri ſimilis.

modum ærumnoſa ſit, nec rurſus admodum ſplẽdida & glorioſa, quemadmodũ ſi noctis obſcuritas matutina luce diluatur: quod quidem mixtionis genus ἀμφιλύκην, hoc eſt ſubluſtrem noctem, qualis antelucano tempore eſſe ſolet, eruditi appellant.

Qui via facili incedant.

Ac facilem quidem viã ſceleratiſſimi quique traijciunt, mendaces, homicidę, adulteri, periuri, cinædi, parricidę, raptores, lurcones, paludibusque inexplebilibus ſimiles, qui morti viuunt, ſuoq; interitu exitioque delectantur. Quod vitæ genus vtinam non niſi inimicis contingat. Contrà

Qui optima via incedant.

præclara via ij omnes incedunt, quibus iã vita minimè in terra eſt: ter certè quaterque beati homines, in terra ſublimiorem terra vitam agentes, cœlibes, mundi contemptores, cœlipetæ, pauperes, triſtes,, humi cubantes, vnam veſtẽ habentes, exiguum quiddã ſpirantes, macilenti, tecto carentes, vnam hanc gloriam agnoſcentes, vt omnem huius vitę gloriam cõtemnant ac pro nihilo putent: omnes item opes in eo poſitas arbitrentur, vt paupertatem colant, oculoſq; ad Deum vnum erectos habeant. Hos ego deorſum vergens extimeſco, ac velut Deum ipſum, cùm ad homines accedit, perhorreſco: vt qui lõgè ſupra mortales omnes aſſurrexerint. At verò

Qui media via ingrediantur.

nos medium quodammodo iter tenemus vtpote qui nec vitijs oblectemur, & leuiter duntaxat Deum attingamus, nos inquam quibus & vxores, & liberi, & gloria & facultates curę ſunt, charumq; id omne

Mediæ vitæ primaria laus eruditio.

eſt, quod in manus venerit. Huius porrò vitæ primaria laus, meo quidem iudicio, doctrinæ eloquentiæque tribuenda eſt, quippe quæ egregias opes habeat, atque eiuſmodi, vt nec furto intercipi, nec latrocinio extorqueri poſſint: etiã ſi mihi per omnia doctrinæ genera, vt cupiebã, graſſari, ac velis expanſis totum literarij laboris pelagus emetiri minimè cõtigerit. Nõ enim verbis tuis aſſentior: nec laudibus quas mihi tribuiſti deliniri me ac decipi ſinam. Nec enim me fugit, laudes eas, quæ

Laus à propinquis generęq; conciũctis proficiſcẽs ſuſpicione nõ caret.

à propinquis & cõſanguineis proficiſcuntur, eius eſſe generis, vt ijs parum fidei adhiberi debeat. Sed tamen, ô illuſtris eloquentia, præcæteris omnibus rebus te colo. Eloquentia nanq; vitę veluti fundamẽta iecit, meque à feris ſeparauit. Huius opera vrbes conditæ, leges inuentæ ſunt. Hac Dei laudes celebro: hac virtutem laudib. in cœlum fero: hac vitij robur frango: hac mundos diuido, cœleſtem nimirum, & eũ qui ad interitum tendit: hac, etiamnum

Eloquẽtiæ laudes.

hîc verſans, animum à corpore diſiungo, vtq; à formis imagines, ſic ego alterius vitæ naturam ab altera, finemq; beatum ab exitioſo fine diſtinguo. Quę eñ Deus docuit, hæc & ſapientium virorum ſermo cõfirmauit, & fides ipſa fulciuit: nempe ex literarum monumentis oſtendens, quomodo & boni pro virtutis ſtudio cultuq; immortalem poſtremis diebus gloriam conſequentur, & malis ſempiterna ignominię nota inuretur. Erudita eloquentia & ei, qui ſolitariam vitam agit, hoc præſtat, vt nulla re, quæ ad degendam vitam neceſſaria ſit, indigeat: & ei, qui in hominum luce ac ſplendore viuit, ſublimesque ſpiritus gerit, corona eſt, & quidem vernis floribus, qui ſub aurorã decerpuntur, ac poſtea ante ſolis occaſum marceſcunt, longè excellentior. Erudita eloquentia perturbationibus animi ſedãdis eximia medicina eſt. Hac vehementiùs æſtuantẽ iram, q̃ menti nebulas offundit, emollio: hac mœrorem conſopio, lætitiæque modum impono: ſic videlicet me regens, vt nec aduerſis rebus immodicè angar & excrucier, nec rurſus lætis ac ſecundis rerum ſucceſſibus nimium extollar: verùm vtriq; ab altero adiumentum aſſeram, in acerbis nimirum rebus ſpe animum muniens, in tranquillis autem timorẽ adhibens. Erudita eloquentia & Reges, quò vult, ducit, & populos trahit. In foro ac concionibus floret, in epulis regnat, bella comprimit, ſęuos & crudeles homines clemẽtes reddit, coſq; quamlibet robuſtos, non aliter quàm ignis ferrum, emollit. Nec verò [6] Orphica illa cithara, mea quidem ſententia, quicquam aliud erat, quàm eloquentia, quę tam bonos quã malos homines carminis ſuauitate ducebat. Nec etiã illa Amphionis lyra, quæ lapides, hoc eſt contumaces & ſaxeos homines permouebat. Quin illud quoque perſpectum habeo, nihil aliud quàm diſertã quandam & elegantem orationem fuiſſe medicamentum illud, quod Mercurius Vlyßi ad Circen ſe conferenti porrexit, tum vt ſocijs ſuis in porcos mutatis opem ferret, tum ne ipſe quoq; in porcum verteretur. Nam quid aliud fuiſſe dicam. Nepenthes illud, malorum omnium oblitionem inducens, quod Polydamna Aegyptia Thonis vxor tẽperauit, Heleneq; hoſpitalis cuiuſdam muneris loco dedit, quam facundam orationem egregieque perpolitam? Quinetiam ſæpe accidit, vt quiſpiã è grauiſſimo ſplio acerbiſſimaq; tẽpeſtate Deo propitio ereptus, ſolas has opes vnà cũ corpore ſuo incolumes ſeruet, hisq; impẽſiùs, quã alius quiſpiã plurimis opibus, delectetur. Eloquẽtia enim alumnis ſuis venerandam quandam maieſtatẽ apud homines conciliat. Huius rei [7] coniecturam ex Vlyſſe facere licet, quem denſiſſima

Iracundiæ nebulis offundit.

Eloquẽtia Amphionis lyra.

Eloquẽtia Molÿ Hermetium.

Eloquẽtia Nepenthes Homerũ.

Eloquẽtia venerandũ nõ amicis ſuis conciliat.

ſiſſima tempeſtate iactatum, acnudum in littus eiectum, membriſque lacerum & mendicum, egregia tamen ac regia virgo, quòd prudenti oratione ipſius opem imploraſſet, veneratione perſecuta eſt, Phæacibusque & Alcinoo regi hoſpitem naufragum alijs omnibus auguſtiorem oſtendit. Eloquentia liuore quoque ipſo, quia alioqui infeſtiſſimis oculis pleroſque mortalium aſpicit, ſuperior exiſtit. Non enim cum præſtantiſſimis viris, ſed cum his qui repentina quadam felicitate intumeſcunt conflictari ſolet. O eloquentia, ad cuius laudes prædicandas eloquẽtia mihi opus foret, quàm cuperem parem facundię tuæ orationem afferre poſſe: Verùm quæ ad laudem tuam faciebant, partim arripui, partim arripere nequeo: partim denique chariſſima filij mei lingua in hac iuuenili ætate iam cana, vrgente deſiderio recens fuit. Id quod acriores quoque animo meo ſtimulos addit. Proinde & parentum & tuis ipſius ad Deum precibus fretus, quò tua te voluntas feret, perge, & quidem prõptus & incolumis, ſpeque optima ſubnixus: optimusque patris tui dux te vtinam ducat: neque enim apud me dubium eſt, quin Deus vitam noſtram inſpiciat ac moderetur. Ergo ſiue te [8] Attica luſcinia, ſiue [9] clariſſima Phœniciæ ciuitas, in qua ſibi Romanæ leges domicilium fixerunt, ſiue denique Alexandria, ex qua [10] mercibus onuſti permulti homines domum redeunt, magis oblectat, faxit Deus, vt & quouis terra celeberrimis pedibus tuis planam curſilemq; ſe prębeat, amœniſimoſque flores producat: & fluuij dulci quodã ſtrepitu decurrant, & maria omnia leuiſſimis ventis nauẽ in portum ducant: Delphinus etiam ſuper extrema trãquilli maris vnda ſinuoſis orbibus volutetur, viamque ſubſultando commonſtret: quemadmodum olim [11] nobilem quendam citharœdum dorſo exceptum tulit. Faxit Dereũm dorſo exceptum tulit. Faxit Deus, vt te [12] eloquentiæ doctrinæque velut oculum præceptores habeãt, ac primo quoque tempore inter claſsicos aſſcribant, teque æquè ac liberos ſuos ament. Faxit, inquam, vt doctrinæ poculum & quidẽ merum auidiſsima mente ad fundum vſque ipſum haurias. Faxit denique, vt aureæ literæ manu tua in plicatilibus tabulis conſcribantur, atque è libro tuo mel fluat. Quòd ſi verna temperie, qua tenues auræ mortales dulciùs afflare cõſueuerunt, aut Sole ardentibus radijs ſuis caput feriente, ſub arborum ramis ſedens, tota mente in literarum ſtudio elabores, animoque fati ſcas, vtinam garrulæ cicadæ cum reliquo auium grege ſuauiſſimis cantibus ſuis afflictum corpus tuum recreent ac reficiant teque garritu ſuo velut ad certamen prouocent. Ego autem te, non aliter ac equũ ſuapte natura acrem celeriterq; currentem amicis quibuſdam ſibilis acrius adhuc ad curſum incitabo, victoriæque cupiditate incendam: aut etiam ſenes athletas imitabor, qui fortiſſimos luctatores [13] in Piſæo puluere ad palæſtram ſcita oratione inhortantur. Nihil enim eſt quod malim, quã filium meum in amplifsimo hominum cœtu oleaſtro inſignitum videre. Nec verò opibus vllis, vt mones, nec labori vlli, quem à parentibus ſuſcipi par ſit nec denique rei cuiquam alij parcam, ex qua virtus mortalibus cõparetur. Sapientem enim doctamque pauperratem ſceleratis opibus antepono. Non fontem fluuium magnum continentem obſtruam. Nõ committam vt olei penuria lucernæ lumen emoriatur, humoriſq; inopia ingenij tui planta exareſcat. At verò ne nullo munere diſcedentem te proſequar, hæc tibi præcepta dabo. Primùm igitur hoc cura, vt Chriſtum vitæ ſtudiorumque ducẽ habeas, viuum inquã illud verbum, quod fermones omnes dignitate longè antecellit. Caue deinde, ne malum vllum flagitioſumq; hominem ſodalem tibi aſciſcas. Peſtis quippe etiam validiſsima ac robuſtiſſima membra inuadit. Non modò enim virtutem ipſi tuam non imperties: ſed ipſius etiam obſcœnitatem vitæque ſordes contrahes. Da operam, vt pudicitiam ſociam ac familiarem habeas, eaque vna delectẽris: ne alioqui optimum amorem ſceleratus amor extrudat. Vnum denique eſt, quod doctrinæ anteferre debes, nimirum morum ſapientiam ac probitatẽ. Quòd ſi expleto tandem ſperata eruditione animo ad nos reditum pares, vtinam idem tibi dux itineris præſto ſit, qui diſcedenti comitem vię ſe adiunxerit. Parentibus porrò pro mercede gratia rependatur, nomenque optimum. Atque hæc ô filiè me habeto. Quòd ſi etiam [14] vltra Gades nauigare libeat, eò quoque dux tibi Deus ſit. Neque enim incredibile haberi debet, ſapientẽ hominem altiſsimos doctrinæ gurgites ſub doctiſsimis magiſtris, qualem tu quẽdam nobis generis neceſsitudine coniunctum nominaſti, aſſiduè cõquirentem ad ipſum tandem ſummi boni fundum peruenire.

Chriſtus et vitæ & ſtu dioru̇ dux eſſe debet.

Vitanda improborũ hominũ ſocietas.

Vitæ probitas doctrinæ præferẽda.

SCHO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLIA.

1. *Nihil nisi corpus*) Ea, inquit, est hominis conditio, vt si quidem flagitiosè ac nefariè vitam instituat, nihil iam nisi caro sit: si autem piè atq; ex virtutis præscripto viuat, in Deum euadat, non quidem natura, sed gratia & adoptione.

2. *Non me volentem*) His verbis inducitur impius quidam & ingratus Deum communem omnium parentem alloquens.

3. *Viperino fœtui*) Vipera, inquit Plinius lib. 10. cap. 62. tertia die intra vterũ catulos excludit. Deinde singulis diebus singulos parit, viginti ferè numero. Itaq; cæteræ tarditatis impatientes perrumpunt latera, occisa parente. hac ille. Negat ergo Nicobulus verendum filio esse, ne sermo pectore diutius aliquanto compressus ipsi exitium afferat. Quod autem sequitur, in paternæ necis &c. hoc eò dicit, quòd viperæ mas, vt eodem loco Plinius narrat, caput inserit in os fœminæ, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

4. *Hominem virtute præstantem* (Post ἄνδρα in Græco distinctio ponenda est, ac pro accusatiuo ἀοιδὸν, ἀοιδὸν legendum. Alioqui genitiuus sequens ἔχειν & ad quid referretur?

5. *Tertia media via est*) Eos, medium vitæ iter tenere dicit, qui matrimonium contraxerunt, variisque huius vitæ curis distracti non ita commodè pietati operam dare possunt, vt qui se totos, suaq; omnia Deo deuouerunt. Itaq; eleganter huiusmodi vitam nocti ἀμφιλύκῃ, i. sublustri, qualis sub auroræ exortum esse solet, comparandam censet.

6. *Orphica illa cithara*) Orpheus citharæ pulsu feras etiam ipsas atq; arbores post se traxisse fertur. Amphionem etiam testudine sua suaues adeò sonos edidisse narrant, vt saxa quoq; moueret, vnde Horat. in arte: Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis Saxa mouere sono testudinis & prece blanda Ducere quò vellet. Quod autem subdit Nicobulus de eo munere quo Mercurius aduersus Circes veneficia Vlyssem præmunuit, moly illud intelligit de quo Homerus Odyss. 11. Eiusdem poëtæ est Nepenthes illud, quod conuiuis inter epulas collachrymantibus ad discutiendam mœstitiam Helena temperauit. vide Odyss. 4. Hæc autem omnia allegorico sensu ita explicat Nicobulus, vt per ea nihil aliud significari existimet, q. eruditam atq; omnibus elegantiæ numeris absolutam orationem, cuius tanta vis facultasq; sit, vt & ferinos saxeosq; ipso duriores hominum animos mitiget atq; emolliat, & ab impura sordidaq; viuendi ratione ad meliorem honestioremq; traducat, & eos deniq; mœrore fractos ac debilitatos ita recreet, vt nulla in eis calamitatum suarum memoria resideat.

7. *Coniecturam ex Vlysse*) Vide 5. & 6. homerica Odysseæ.

8. *Attica luscinia*) Per Atticam luscinian Athenas ipsas intelligit, doctrinæ, eloquentiæque nomine celeberrimas.

9. *Clarissima Phœniciæ ciuitas*) Phœniciæ metropolis Tyrus fuit, de qua vix adduci possum vt credam hoc loco Nicobulum loqui. neq; enim in ea vnq; literarũ studia floruisse legi: cùm tota eius nobilitas (vt Plinij verbis vtar lib. 5. cap. 9.) conchilio ac purpura constet.

10. *Mercibus onusti*) Vitiosa est Aldi emendatio, pro φορτίδα reponentis φορτίδα.

11. *Nobilem citharedum*) Arionem intelligit, de quo elegantem fabulam habes apud Herodot. lib. 1.

12. *Eloquentiæ oculum*) Oculus tam apud Græcos, q. apud Latinos præstantiæ interdum significationem habet: vt hoc loco eloquentiæ doctrinæq; oculus pro viro eximia eloquentia doctrinaq; prædito accipitur. Et supra in carmine ad Hellen. virginem quandam singulari virtute ac pietate ornatam caulæ suæ oculum vocat. Et infra Nemesium insultiæ oculum appellat. vnde Lysander cùm Athenas vi atq; armis cepisset, multisque eam vrbem excidendam ac delendam censerent, negauit committendum esse, vt è duobus Græciæ oculis (hoc est Lacedæmone atq; Athenis) alter erueretur.

13. *In Pisæo puluere*) Id est in Olympico certamine. Pisa enim ciuitas erat in Elide, Peloponnesi regione, iuxta Alpheum amnem, circa quam quinto quoq; anno celebrabantur certamina Ioui sacra, quæ Olympia dicebantur. vnde etiam hanc vrbem Olympiam postea appellatam Stephanus tradit. Qui autem in hoc certamine victor extitisset, oleæ ramum ferebat. vide pag. 163. schol. vlt.

14. *Vltra Gades*) Hoc prouerbium explicatum est in scholijs Orat. in Basilium.

AD VITALIANVM FILIORVM ipsius nomine.

ARGVMENTVM.

Vitalianus leues quasdam ob causas tanto filiorum suorum odio tenebatur, vt eos nec alloqui nec videre sustineret. Huius igitur animum sub eorum persona placare nititur Gregorius.

O Pater

Pater[1] quem Deus increatus atque immortalis creatum ac mortalem meum mihi hic dedit, vt homines honore & gloria afficeret (quemadmodum enim Christus vniuersarum rerum procreator est optimusq; gubernator, magnoque & sapienti consilio suo mundum volutat: sic liberis quoque suis pater Dei vice est) verba mea paternis hoc est diuinis visceribus accipe.[2] Nam ne Deus quidem, ipse, mortalium, quorum causa mortem oppetijt, quos secum à morte ad vitã reuocauit, ad quos denique extremo die, vt omnium dicta factaque expendat, venturus est, sermones reijcit & aspernatur. Quid tu adeò grauem & acerbum filijs tuis dentem iniecisti? Quæ infesta atque inuida furia in domum tuam insilijt? quæ Erinnys felicitatem tantam excusit & euertit? Certè & bonis parentibus ortus es, & tuum ipsius nomen inter homines illustre est: omninoque tui curam Deus gerit, qui eos à quibus amatur vicissim amat sceleratosque odio insectatur. At hęc quidem prius Dei lex erat. Vehementer itaq; miror te in easdem,[3] in quas impij ac Deo inuisi homines, calamitates incidisse,[4] nimirum vt tua ipse manu te vulneres ac cõficias. Alijs improuisos natura dolores infert, mortalium genus huc illucque agitans: nec cuiquam exploratum esse potest quem procellosa hęc vita finem habitura, quoque nauis mea tandem appulsura sit. Alium mare oppressit, aut ita in terram viuum eiecit, vt qui prius opibus affluebat idem nunc omnibus suis facultatibus naufragio amissis, ne vestem quidem ac pannum vllum habeat, miserèque oberrare ac stipem querere cogatur. Alius ab hostibus in prelio interemptus est, vel captiuus abductus. Alium reges bonis omnibus spoliarunt, eodemque die felicem abiectumque reddiderunt. Idem alij à latronibus furibusque vel aperto scelere, vel nocturna fraude accidit. Aliorum membra depastus est morbus. Tibi verò ab his omnibus quæ enumeraui, summa tranquillitas. Dei munere concessa est: atque vtinam in posterum quoque ipsius benignitate concedatur: tibique ipse tam animi corporisque, quàm externa bona sulcit atque[5] obfirmat, nulla te calamitate vexari sinit, insigni robore te donauit. Cæterùm hoc vnum tibi negauit, nempe vt filijs tuis auxilium feras, in hacque vna re te vt pupillam oculi minimè custodiuit: credo, ne quis vitæ pelagus traijciens his verbis vtatur, Mihi vni vitæ mala & acerbitates effugere contigit. [6]O Polycrates quondam Samiorum rex, quale concilium inieras. Perpetuum felicitatis cursum metuens, annulum tibi charissimum in mare conieceras, vt inuidiam hac ratione placares. Recepisti porrò tu quidem illum: sed mortem haudquaquã[7] effugisti. At verò nullum pro calamitatis auersione munus à nobis habet inuidia. Quo minus mirandum est, si nostræ quoque domui nonnihil nebularum offuderit. Verè enim hoc aprecque nebula appellari potest, aut obscuritas quędam inter liberos optimumque patrem interfusa. Ecquis cantor luctus ciendi artem adeò callet, vt hæc pro rei atrocitate satis deplorare queat? [8]quomodo calamitatibus nostris fabulæ materiam veteribus porreximus? [9]Formæ suæ amore quidam olim exarsit, atque in fontem insilijt, causamque mortis ex pulchritudine sua in speculo perspecta contraxit. At qui carnes suas odio haberet, nemo vnquam inuentus est. Ferunt etiam[10] matrem quandam væfania correptam, filium, quem vnicè amabat, quasi feram aliquam (nam feram sibi cernere videbatur) interfecisse. Quæ simulatque errorem suum intellexit, non iam feram, sed filium à se interemptum lachrymis luctuque prosecuta est. Quin alia quoque mater aduersus virum suum ob pellicatum nouosque ipsius amores iræ æstro percita, filiorum pectora gladio trãsfixit. Ac postremò[12] venator quidam à canibus suis, quos magnopere diligebat, instar cerui laniatus est. Ne committe, mi pater, vt cantor aliquis parentum vitia commemorans, bellique ciuilis & interstini clades, atque hominum genere propinquorum dissidia conflictationesque decantans, in eorum numero nomen quoque tuum reponat. Vereor ego: nam culpa quidem mea est, sed culpa etiam patris: immò eo quoq; maiore in culpa est, quod & ætate & morum honestate filios antecedit. Atque vt nulla omnino ipsius culpa sit, graue tamen est sinistra fama laborare, quæ bonos etiam viros sæpe perculit humique prostrauit. Tamesi enim plerisque rei veritas nota sit: plerique tamen opinionem hominum spectant. Id quod etiam atque etiam vt consideres, moneo. Cupio siquidem, ita iubente natura (etsi alioqui graui ira commotus) patrem omnibus virtutum ornamẽtis homines omnes superare, atque insigni & eximia quadam gloria florentem, in sublime ferri. Ecquis, pater, adduci vnquam poterit, vt te externo atque ignoto homini

Nemo in hac vita calamitatũ expers.

Sinistra fama laborare graue. Pleriq; opinionis publicæ præiudicijs sequũtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini benignum ac facilem fore exiſtimet cùm tuiſmet filijs tam acerbè ſuccenſeas? filijs inquam tuis, quos procreaſti, quos quondam ſupplex à Deo poſtulaſti, quos denique in lucem editos illuſtribus nominibus exornaſti? Petrus enim ipſe vocor: frater meus [13] Phocas: quibus nominibus duo Chriſti diſcipuli appellati ſunt. Indignatio autem poſtea ſecuta, omnia neceſsitudinis ac beneuolentiæ pignora obliuione deleuit. Ecquis, pater optime, pari benignitate ac ſuauitate filios ſuos recèns natos complexus, adultis poſtea tam ſeuum acerbumque ſe præſtitit; Quòd ſi fas eſſet, vel mortales cum Deo, vel filios cum patribus in contentionem venire, oratione quadam fortaſſe calamitatibus noſtris patrocinium inueniſſem. Quoniam autem id ſine ſcelere fieri non poteſt, hoc duntaxat orationis genere vtemur. Siue boni ſiue mali ſimus, ô pater, tui ſumus. [14] Aequum eſt enim ſementi ſpicam aſcribi. Tua gloria, tuum dedecus ſum, ſiue probitate præſtem, ſiue ſceleribus omnibus coopertus ſim. Illud autem apud omnes cõſtat, eum qui virtute præditus ſit, amandum & complectendum: malum contrà ſuppoſita manu fulciendum ac ſubleuandum eſſe. Neque enim qui medicinæ artem profitentur, ſanis & incolumi valetudine hominibus, ſed his, qui morbo vexantur adhibere medicamenta conſueuerunt. Nec quiſquam auem arboris ramo infidétem, aut per aërem volitantem miſeratur: verum eam, quæ ex alto nido procidit, aut curuis accipitris vnguibus transfixa, triſtem quendam pedibus ſtridorem edit. In hoc beneficium tuum & gratia lucet, cùm filium licet flagitioſiſsimum paterno tamen affectu complecteris. Nam ſi ergà bonum duntaxat, egregijque filij officio fungentem, te talem præbeas, nil aliud facis, [15] quàm quod lex patribus præſcribit. Etenim præſtantiſsimi quique exteris etiam & alienis ſuaues ac iucundi eſſe ſolent. Nec verò in hoc potiſsimum Dei gratia cõſiſtit, vt optimos homines ac virtute præſtantes ſibi adiungat, ſed vt ſceleratiſsimo cuique benignum facilemque ſe præbeat, manibuſq; à terra erectum in ſublime attollat. Neque enim Chriſtus, cùm in terram venit, humanamque naturam cum diuina coniunxit, pro iuſtis, ijſq; qui minimè prolapſi ſunt, mortem obijt: ſed pro abiectis, humique prouolutis, quique ab Adamo mortem contraxerunt. An te fugit filium illum natu minorem relicto patre in exteram terram ſeſe contuliſſe, ibique luxu & ganea paternas omnes opes dilapidaſſe? At idem tamen grauiſsima fame oppreſſus, ſimulatque domum rediit, genibuſque patris ſeſe aduoluit, ſtatim improbum ac decoctorem filium miſeratus, ipſius collũ manibus ſtrinxit, lachrymasque ſudit, eumque lautiſsimo conuiuio excepit. Eodem modo paſtor ille bonus oue vna à grege ſeparata, cæteras omnes relinquit, eamque è veſtigio ſequitur. Quòd ſi eam vel in montium verticibus, vel in ſyluis oberrantem inuenerit, humeris ſublatam gregi lętiſsimus adiungit. Hęc Chriſti mei lex eſt, qui contẽptis ſup bis hominibus, benignè clementerq; cum humilibus omnibus agere ſolet. Peccati quippe vel ſola confeſsio hominibus ſæpe ſalúti fuit, acerbiſsimisque lachrymis gra ues noxas abluit, animamq; vitio tetram obſcœnamque purgauit. Septuagies ſepties Deum peccatoribus noxam remittere, oracula ipſius teſtãtur, ac Spiritus ſanctus docuit. Quis in toto mortalium genere Manaſſe ſceleratior? Quæ vrbs Nini vrbe flagitioſior? quæ manus publicanorum manu ad rem auidior, minusque pecunia explebilis? At hos quoque tamen Chriſtus, cùm peccata lugerent, miſeratione proſecutus eſt. Sed quid ego Chriſtũ, quid humanum amorem, quę natura parentibus erga prolem ſuam inſeuit, commemoro? Nónne ipſe quoque ſere fœtus ſuos arctiſsimè amant? Nihil ne fando vnquam de pardis, apris, boumque armentis audiſti, quanto cum tremore eorum ſaluti conſulant, proijſque & in belluas, & in homines inimicos impetum faciant? Ira tibi quã hominibus, quàm ferís etiam ipſis perniciоſior ac virulentior ira eſt. At tu, quæſo, animum iſtum magnum doma & coërce: alioqui haud dubiè te rupes aluerunt, aut mare: vtpote qui adamante ipſo duriorem in pectore iram habeas. Alij opibus tuis delectantur, noſtrates, exteri, Dei timore prędi ti, ſtulti etiam & dementes. Domus etenim tua egenis bus omnibus cõmunis portus eſt. Menſa tua [16] Alcinoi quoque nemore amœnior & iucundior eſt, amicis abundans, cibis affluens, tã qui ab aere, quàm qui à terra atq; aquis petuntur. At nos quotidie ad alienas fores auidi algore confecti, nudique paſsim oberramus, nec vlla mœroris medicina affertur. Tanta enim eſt noſtra calamitas, vt tanto iam tempore, quo te iratum experimur, ne paternum quidem vultum tuum nobis etſi id auidiſsimè cupientibus, conſpicere licuerit: quem tamen ſeruis quoque tuis, licet iratus, oſtendis. Verùm rudibus mẽ ſis miſeri infidemus, ne exiguas quidem, vt Lazarus ille apud ſuperbum epulonem micas è menſa ſublegentes, ſimilemq; ſaltem

Mali cũ omni animi lenitate in vi am reducendi.

Simil.

In quo potiſsimum Dei gratia conſiſtat.

Chriſtus pro peccatoribus humanam formã aſsumpſit.

Solà peccati confeſsione mali ſalúti fuit, acerbiſsimisque lachrymis gratiues noxas abluit, animamq; vitio tetram tẽ atque.

tem canibus cibum auferentes. Ac multi quidẽ tua cauſa nos auerſantur: multi rurſus in gratiam tui honorem nobis habent. Res mira, pater contemptu filiorum honoratur, quos in luctu & ſquallore verſantes, exiguum quoddam poculum recrearet ac reficeret. [17] Nam qui dolorem noſtrum conſolatione aliqua mitigare ſtudent, hi vtriq; noſtrum dolore ipſo acerbiores ſunt. Alij porrò nec qui, nec quo parente nati ſumus, ſciunt. quandoquidem ne patris quidem nomen proferre præ pudore ſuſtinemus. Sunt tamen duo qui nos beneuolentia ſua & benignitate complecti non grauentur, alienamque vicem ac miſeriam dolentes, ſuæ ipſi miſeriæ proſpiciãt hunc videlicet cõmiſerationis ſuæ fructũ ferentes, vt vel in calamitatẽ minimè incidant, vel certè in calamitate ſua, ſiquando aduerſos illis fluctus dęmon excitarit, alio rum ope ſubſidioq; fulciantur. Atque, vt maiora proferam, (tu verò pater ignoſce, quæſo, dolorique noſtro hactenus ſaltem medere, vt ne ſermonem noſtrum coërceas) filiabus quidem tuis patrem te ac facilem ſuauemque præbes, vt decet eum qui Deum parentem agnoſcat. Non equidem inuidemus: nec enim æquum eſt fratres [18] ſororum commodis inuidere. Has domi teneras aluiſti, has opera, quæ puellas decent, edocuiſti: has ſub matrimonij radicibus nobilis matronæ ac [19] fœmineæ cuiuſdam Chironis manibus ad virtutem morumque grauitatem informaſti: egregijs viris eas matrimonio iunxiſti: in vrbibus ſplendidas ornatasque eſſe voluiſti: bona denique tua prolixa manu ipſis impertijſti. At nos, quos ex vna eademque optima, pietatisque laude clariſsima, atque omnibus hominibus admiranda matre genuiſti, cuius te interitum lachrymis etiamnum proſequentem videre videor, nos inquã maiores natu filios (quod apud patres plurimum valere ſolet) non minore odio inſectaris, domoq; ejcis, quàm erga illos clementis & benigni animi ſpecimen edidiſti. Inuitus quidem dicam, ſed dicam tamen: ne me ſermo animo incluſus conſtrictusque dirumpat. Magnifico conuiuio ſororis nuptiæ celebrantur, læta omnia erant, munera ſponſalia, coniugales ſermones, iucundi matrimonij luſus. Multi tam generis neceſsitudine nobiſcũ coniuncti, quàm vicini atque apud Imperatorem gloria & authoritate florentes, præſentia ſua conuiuium honeſtabant: illuſtres etiam ſacerdotes atque antiſtites pro coniugali animorum concordia vota faciebant, coronasque adhibebant. Ac ſodales quidem circa formoſum & elegan tem maritum ſaliebant, eumque pulcherrimo ramo ſimilem prædicabant: [20] mulieres autem ſponſam ad nuptias adornabant, patre interim maximã ex liberis voluptatem capiente. Nos verò tanquam ferę quædam aut ſues, aut perinde acſi crudeli quodam dæmonis fato corporis formam amiſiſſemus, ſororis domo incluſi, acerbum in hanc vitam ingreſſum execrabamur. Atque vtinam, dicebamus, in matris viſceribus nunquam compacti eſſemus, aut certè inter ipſos partus dolores extincti fuiſſemus. Quòd ſi vitæ portę omninò traijciendæ erant, peſtiferque ſpiritus hauriendus, Deus vtinam feciſſet, vt primus ille fletus noſter, mortis quoque fletus extitiſſet. Non enim in tot tantasq; vitæ moleſtias & rerum acerbitates incidiſſemus. Illud autem me incredibili luctu conficit, quòd cùm cantillandi artem tenerem, ſororisque nuptias lectumq; genialem canere, epithalamijque carminis ſuauitate paternam iram ſanare percuperem, hoc quoque voto meo, ô omnium pernicioſiſsime dęmõ quaſi facinoroſus quiſpiam & impius excidi. Alius [21] pulchritudinem meam, nigrumque ſub flauis crinibus ſupercilium, argenteasque genas cecinit. [22] Veſperũ alius, luciferum alius, ac neis quidem ſatis peritus cantor, decantauit. Ego autem contemptus & vocis expers, luctuſque nube contectus, iacebam: ac nec ſaltem, vt [23] Echo illa, Pane carmina paſtoralia in montibus modulante, extrema è ſcopulis verba repetebam. Primigenorum itaque carminum meorum interitum deplorabo. Non iam vltrà canam. Valete mihi libri, Muſæ valete: Quid verſus cudere iuuat, ſi ad patris aures non veniant? ſi non, vt Orpheus ille in Odryſijs ſcopulis, lapides, feras, & volucres procul attrahãt. Hoc quoque tibi, infeſtiſsima inuidia dabo: ceſſate cantus. Abſit autem, optime pater, vt tibi Deus, vel ſodalis quiſpiam talia rependat. Quin hic quoque metus animum meum agitat. Nec enim nos amas, vir præſtantiſsime, nec filias ipſas: tametſi eas [24] manibus geras, altiſsimeque proueheas. Vt enim tuas nobis ædes tuumque conſpectum præcluſiſti: ita eas viciſsim omnibus in offenſionem & odium adduxiſti. Non enim Deo gratum eſt, patrem animo ita comparatum eſſe, vt alteri liberorum lenem, alteri grauem acerbumque ſe præbeat. Ob eamque præſertim cauſam ſæpe accidit, vt Chriſtus lance in contrariũ propendente, filios eos, quos patres in delicijs habent, calamitate deprimat, iramque à parentibus in liberos transferat. Sed hæc [25] in maris profundum cadant, proculque

Universidad de Deusto
Biblioteca

à domo nostra sint: nec doloribus dolor accedat. Satis enim superque est, quòd in filios natu grandiores Erinnys sæuijt. Cæterùm, ô pater, ita velim existimes, parentes omnes ac filios tibi sæuitię huius acerbitatisque nomine succensere. Vitæ enim abruptio certissimaque pestis est patris indignatio, quem matrimonio atq; amore cõiunctum, pernicioſa Bellona diuisit. Porrò cùm omnes, qui dignum aliquid Deo vel fecerunt vel perpessi sunt tum sacerdotes imprimis maxima calamitatis nostræ miseratione commouentur. Quos tu etiãsi muneribus ornas, domoque honorificè excipis: absentes tamen, atque interdum etiam presentes ob eam causam aspernaris, ignominiaque afficis, quod te non modo leni admonitione, blandoque vultu, sed asperioribus quoque nõnunquam verbis insectantur. Gregorius primùm nomini suo [26] vigilantia vitę respondens, vnamque in tribus personis naturam diuinitatemque prædicans: Bosporius deinde & Amphilochius egregia animi magnitudine præditus. Qui precibus suis Trinitatisque cultu ac sacrificijs morborum molestiam frangunt, ac propulsant. Tu contrà ita animo obduruisti, vt nec precib. nec sacrificijs flecti & emolliri queas. Necverò [27] martyribus ipsis hoc beneficium concedis, quos tu profusissima manu quotannis, & sacrario, & donis, & epulis, & choris, multisque fragrantissimi vini poculis, magnisque thoris honorans, Dei legem hac in parte contemnis ac pro nihilo ducis. Atqui præstat Deo cum exiguo munere victimam cordis offerre, quàm cum impuro ac sordido animo sacrificijs omnibus eum honorare: Nullum profectò Deo satis dignum munus offerri potest, ne si omnia quidem in vnum congesseris, quæ terra hæc & mare ac cœlum hominibus ferunt. Omnia quippe Dei sunt, quid autem est quod homo extra hæc inuenire possit? At verò solius animę purum est sacrificium, quo plerunque vsu venit, vt pauper aliquis copiosum hominem apprimeque locupletem antecellat. Nec verò me, pater, magnanimum illud consilium leuiter afficit, quo multos homines diuino consilio superasti. Non vnum ac simplex est hominibus natiuitatis genus, nimirum id quod à carne ac sanguine manat, eamque conditionem habet, vt postquam huius vitæ lucem ingressi sumus, quàm celerrimè sit nobis è vita discedendum. Primum quidem est hoc genus. Alterum illud est, quo ex spiritu sancto nascimur, tum videlicet, cùm ablutis aqua salutifera sordibus diuinitus illustramur. Postremum in lachrymis animique dolore situm est, quibus imago diuina vitijs maculis obscurata pristino splendori restituitur. Harum natiuitatum primam à parentibus habes, alteram à Deo: postremę parẽs ipse es, facemque egregiam vitæ humanæ præfers. Perruptis enim huius vitæ vinculis, pedeque è luto extracto, atque igne cõflagrantibus Sodomis, humilibusque campis fuga relictis, Segor ingressus es, non iã ad vrbes concrematas & in cinerem redactas oculos referens. Omnes tuas opes & facultates cum vna illa præclara margarita commutasti: Christumque atque animi puritatem in solitudine collegisti. Ad hęc nubem supernè induisti, teque velut intermedio quodam muro extructo à terreni huius mundi contagione abrupisti: vẽtris hoc est inexplebilis barathri petulantiam libidinemq; cõpressisti: superciliosos thronos contẽpsisti, inanemq; superbi animi tumorẽ abiecisti: omnẽ gloriam tuam in Christo positã habes, pietatisq; nobilitatẽ [28] generis nobilitati longè multumq; anteponis. Cruci omnia cedere iussisti, eiq; latronem mundum affixisti. Nocturnis hymnis diurnisque cantibus Dei splendorẽ triplici luce fulgentem concelebras. Egregia hæc sunt, pater, nec lõgè ab optima meta remota ac dissita. Meta nanque est Deus, non iam in speculo, sed perspicua specie sese spectandum præbens. Sola ira, hoc est iucunda pernicies, in pręcordijs ad huc hæret, animumque tuum, non secus ac rubigo ferrum, abrodit. Id quod equidem facilè asscribo versuti illius serpentis iræ, qui primos etiam parentes nostros exiguo cibo inescatos paradiso expulit, ac diuinitate, qua ipse exciderat, spoliauit. At, ô pater grauem istam iracundiam frãge. Regem quoque Christum habemus: cuius ne tu quidem beneuolentia carere potes. quocirca, talem te, licet parum prudentes, filij erga se experiantur: qualem ipse Deum in calamitatibus tuis, si quando in grauissimũ aliquem mœrorem incideris, experiri cupis. Non solus liberos procreasti: nec te vnum filiorum contumacia excruciat. Vidi ego sæpe, pertinacibus etiam grauibusque filijs flagitijs patrem cedẽtem & indulgentem. Alius immodico aleæ studio, alius pernicioſis compotationibus, obscœnisque amoribus totam suam domum euertérat. Alius cum patre etiam corrixari, eumque aspera oratione incessere, immò furioſam quoq; manum aduersus eum intentare minimè dubitarat. Et tamen ipsis benignus pater noxam remisit, iramque ex animo eiecit. [30] Regina enim necessitas, ac violentia scriptarum legum ignara parentes filijs placat. Quo fit vt multa quę vident,

Vitæ abruptio patris ira.

Deus cordis victimam muneribus omnibus et sacrificijs anteponit.

Triplex natiuitatis genus.

Ventris inexplebile barathrũ.

Meta est rectis humanis. Ira incũda pernicies.

Ignoscere et ad quę errata conuiuere interdum expedit.

vident, videre se dissimulent: multa se minimè audijsse fingant, quæ auribus infixa habent. Verendum enim sibi esse intelligunt, ne si ob quæuis errata filios coarguant, frontem tandem ipsi perfricent, absterſoque omni pudore, [31] qui non leue parentibus adiumentum affert, temerè in scelus omne prorumpant. Cõtumaciam enim impudentiam atque audaciam parit: [32] clementia contrà hoc efficit, vt hi, quibus noxa condonata est, parciùs in postremum peccent. Quod cum in omnibus hominibus locum habeat, tum prẹsertim in filijs, qui cùm propinquum paternæ gloriæ exemplum habeant, non tam violenta manu coercendi sunt, quàm beneuolẽtiæ vinculis constringendi, ac retinendi. Nec sanè cuiquam rei commodiùs, quàm flammæ stipulæ patris ira celerrimè desinens comparari potest. Lingua ad iram exarsit statim miseratio subsecuta, flammam extinguit. Pater filium ore execratus est, dirisque omnibus deuouit? animus interim nihil præter auxilium loquitur. Onus aliquod humeris ipsius imposuit? confestim ad eius dolorem illachrymat, eumque amplexatur. Sic nimirum Dauid Israeliticorum Regum illustrissimus cùm erga omnes mirè facilis & clemens erat, tum verò filios suos tanta animi mansuetudine prosequebatur, vt ijs etiam à quibus vita ipsius ferro atque armis appetita fuerat, placaretur, iramque concoqueret. Huius rei cõiecturam hinc facere potes, quòd [33] Regẽ eum, qui aduersa acie instructa, mulo vectus, arbori cuidam in dẽsissima sylua implicitus perierat, non modò velut optimũ quẽdam virum acerbissimè luxit: sed eum etiam, qui mortis nuncium ad se pertulerat, extremo supplicio affici iussit. Tu verò parum sano hac quidem in parte consilio vteris. Quodnam enim tam graue, immò quodnam omnino crimen in te admisimus, vt indomita ista ira tantas in animo tuo radices agat? Non te paterno honore spoliauimus, non in terræ tuæ fruges, aut boum armenta, aut ouium greges, aut in equos impetum fecimus. Non lectũ, à quo tuus animus abhorreret, conscendimus: non denique cum inimicis tuis versutum aliquod consilium iniuimus. Nam si quid horum perpetratum à nobis esset, verbum haud vllum diceremus, quin iustam irascendi causam haberes. Vnum filiorum tuorum crimen est: pulcherrimo patre (neque enim cuiquam vel formæ elegãtia, vel corporis proceritate cedis) deteriores extitimus. Nec satis rectè volubilis ac disertus nobis sermo est, verùm lingua velut vinculis quibusdam astringitur, & coërcetur. Vtris tandem hoc peccatum imputari debet? nobisne, an tibi? vt qui meliores nobis naturæ dotes cõcedere nolueris? Atque vt hic orationi nostræ finem imponamus, ô Pater summe, ô Fili maxime, da manum, precibusque nostris exoratus patrem nobis clementem placidumque redde. En tuam tanquam, ipsius Dei barbam, en genua manibus contingimus. Sine nos Dei cõspectu frui. Non nuptias, non opes, non amplam domum petimus. Hoc tantum poscimus, vt nobis manum porrigas, benignumque vultum ostendas. Mater mea, quam mihi in somnis videre videor patri adstantem, precibusque iram admiscentem, eisque genialis thalami, iucundique coniugij memoriam renouantem, supplici quæso oratione hoc à marito contende, vt filijs suis facilis clemensq; sit. [34] Et cantus enim, & molesti belli satietas oboriri debet. Quòd si animum tuum hoc carmine fleximus, satis malorum exhaustum est: sin te nihil sermo noster mouit, hoc habeto, vt parentibus, sic [35] suum quoque filium Deum esse. Incertis sedibus, vt prius, vagabimur. Gloria tua hęc erit, siue omni cura tua vacui deseramur, siue etiã è vita migremus. Vtinam saltem patris benignius erga nos affecti lachrymas, si non in vita, post mortem saltem habeamus.

Nimia in colligendo facta ad impudentiam parit.

Patris ira celeriter desinit.

Facilis ad ignoscẽdum facilis.

Omniũ rebus sanctitas.

SCHOLIA.

1. *Quem mihi Deus Deum)* Patrem honoris causa Deum appellant, quòd parentes in procreando Deum quodammodo imitentur. Deum autem progenitum ac mortalem vocant, vt eum à sempiterno Deo distinguant.

2. *Nam ne Deus quidem)* Quasi dicat, Non est quod alienum à tua dignitate atque authoritate putes, aurem nobis præbere. Nam ne ipse quidem Christus Deus verus, supplices hominum preces aspernatur.

3. *Calamitates)* Recta est Aldini codicis emendatio. Pro κάδια enim legendum κάδια, quemadmodum etiam paulò inferius.

4. *Vt tua ipsius)* Prouerbiali figura se conuulnerat, ac suo se gladio iugulat, quisquis sibi ipsi malum accersit, ac velut architectus est suæ miseriæ.

5. *Nulla te)* Lego enim ἀλλ' οὐδὲ πάλιν, vt legendum apparet ex eo quod sequitur ἐν ἀλ, &c. Quòd si quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab impressorũ codicum lectione recedere nolit, vt inendumq; putat ὃ μὴ, *ita transferenda hæc erunt: Quod si te aliquando dolor quispiã premat, insigni animi robore te Deus aduersus eum obsepsit.*

6. O Polycrates) De hoc vide infra in carmine de silentio.

7. Nullũ pro calamitatis) Gr. ὑμῶν δ' ὀλίγ' ἄπεστιν ἐχθρὸν φθόνῳ. *Hic quoq; φθόνος ἀντὶ τοῦ φθονερὸς λοιμὸς accipi debet. Sensus est: Polycrates ille Samiorũ tyrannus olim inuidiam placare summo studio contendit: nec tamen propterea ignominiosæ & calamitosæ mortis periculum effugit. Non est itaque mirandum, nos quoque, qui nullo munere inuidiam placare studuimus, ipsius quoque spiculum sensisse.*

8. Quomodo calamitatibus) Quasi dicat, *Res profectò lachrymis digna, cõmissum à nobis esse, vt veteres poetæ sub fabularum inuoluerũ veram nostram calamitatem tantò ante decantarint.*

9. Formæ suæ) Narcissum intelligit, qui cũ formæ suæ elegantiã in purissimo fonte cõspexisset, confestim sui ipsius amore exarsit, miserèque periit.

10. Matrem quandã) Agaue Bacchico furore afflata Pentheum filium, quem in illo mentis errore aprum esse existimabat, crudelissima morte affecit. Ouid. Metam. 3.

11. Alta quoque mater) De Medea loquitur, quæ cùm Iasonem maritũ nouis amoribus animũ addixisse perspexisset, vt iniuriã suam vlciscereturin audita feritate cõmunes liberos obtruncauit.

12. Venator) Notissima est Actæonis fabula, qui à canibus suis sub cerui specie ob Dianã nudam conspectam immanissimè discerptus est. Ouid. Metam. 3.

13. Phocas) Cum Phocas hoc loco discipulus Christi vocatur, discipuli vox generali significatione accipiẽda est pro quouis Christiano. Neq; enim Dorotheus, qui de 12. Apostolorũ & 70. discipulorum vita synopsin edidit, vllam Phocæ mentionem facit. In Græco quidem Horologio hieromartyr dicitur, festumq; ipsius 10. Cal. Octob. celebratur.

14. Æquũ est enim) Hoc est filiorũ gloria vel dedecus in patrẽ redundat. Vt enim egregia spica argumento est, bonũ semen terræ mandatũ fuisse, & contrà: sic liberorũ virtus parentibus gloriã conciliat, contrà q; ex eorũ vitio nonnulla labes patrum nomini aspergitur.

15. Quã quod lex patribus præscribit.) Hr. τὸ πατρὶ ὑμοῖ νόμιμον, id est, Si ita demũ, ac non aliàs, mecũ beniguè agere meéque charum habere instituisti, si virtutis studium amplectar, quid faciã, quod non alienissimi quoque faciant? Nã boni viri, ijs etiam, quibuscum nulla ipsis necessitudo intercedit, chari esse solẽt. Ex quo perspicuè patet, in eo quod sequitur in Gr. εἰ γὰρ ἄριστον καὶ ξένοισι τιμᾶσθαι, πρόσκτησις πρόσκτησις passiuè accipiendum esse, cùm tamen actiuam significationem habere soleat.

16. Alcinoi nemore) Hic locus in Epistolarum annotationibus explicatur.

17. Nam qui dolorẽ nostrum) Græca sic habẽt Οὐκ κατὰν βακὴν τὸν ἀναβλύσαντα λογοποιὸν ἀρήγοιεν ἐκ χθονός. *Vbi & constructionis & carminis ipsius ratio apertissimè mendum irrepsisse ostendunt. Quis enim vnquã γοᾶν nisi absolutã significatione legit? Trochæus autem ἀρήγοι nonne carminis vitiũ perspicuè demonstrat? Quod si post γοᾶν τοὺς punctum statuatur, & pro ἀρήγοι ἀρήγοιεν reponatur, nec in constructione nec in carmine vitium exiliet, & commodissima inde sententia colligetur. Hoc enim volunt Vitallianum filij dolorem, quẽ ex abalienato à se patrũ animo capiunt, tantum esse, vt qui eum consolatione aliqua lenire studeant, cum potius exulcerent, quam mitigent. Quo etiam modo Iob amicos suos* παρηγορητὰς *appellabat.*

18. Sororum commodis inuidere) Hoc loco προσωποποιΐαν fœmineũ subsistere non dubitaui. Satis enim apparet ex his, quæ sequuntur, de sororibus sermonẽ haberi, quarum cõmodis cùm tanto studio consuluerit pater, miquũ esse filij affirmant tã durè acerbeque secũ agi. Emendationem nostrã comprobat id quod interiecto aliquot versibus sequitur ἀντίον κλίνοι. *Quod etiã in causa fuit, cur paulo superius* κλίνοι *filiabus verterim, vt perspicuitati studerem.*

19. Fœminea cuiusdã Chironis) θηλυτέρου χέρωνος; *Aldus vertit fœminæ deteriori, quasi in Gr. sit* χείρονος. *Alludit autẽ Gregorius ad centaurum illum Chironem Heroum suæ tempestatis magistrum. Proinde matronam eã quæ puellas ad virtutem informaret, opificiaq; mulieribus dignæ doceret, aptissimo nomine fœmineam Chironẽ appellauit.*

20. Mulieres autem) ἃ enim legendum non ἅ. *Mulierum enim semper officium fuit, sponsas in nuptias adornare.*

21. Pulchritudinem meã) Id est, pulchritudinem sororis meæ.

22. Vesperum) Vesperus & Lucifer (quem etiã Phosphorum Græca voce Martialis appellat) vna eademque stella est, numirum Veneris sidus. Quod quidem si sero luceat, Vesperus dicitur: si mane, Lucifer. Quoniam autem clarissima hæc stella est, idcirco duplici eius nomine sororis pulchritudinem ornat.

23. Echo) De Echus amoribus vide Ouidij Metam. Quod autem ad huius loci explicationem attinet, vide pag. 204. Schol. 101.

24. Manibus gerit) Manibus gerere, id est arctissimo amore complecti, quemadmodũ etiam ἐν ὀφθαλμοῖς φέρειν, quod pari elegantia Latini dicunt, in oculis ferre.

25. In maris profundum cadant) Prouerbiale est hoc apud Græcos loquendi genus, quo euentũ eius rei, de qua verba fecerunt, deprecantur. Huic simile est illud, quo etiã interdum Gregorius vtitur, ὥσπερ καὶ νῦν φέροιεν, id est, hæc in ventos abeant.

26. Vigilantia vitæ) Gregorij nomen ἀπὸ τοῦ γρηγορεῖν ducitur, id est vigilare. Hic autem multiplex est cõstructionis vitium in Græcis exemplaribus. Nos tamen sententiam fideliter, vt puto reddidimus.

27. Nec verò martyribus) Quid, inquit, prodest in martyrũ honorẽ tot sumptus facere, si interim animus tuus perpetua ira aduersus filios tuos æstuet? Nihil enim hoc aliud est quã culicẽ colare, & camelũ deglutire.

28. Generis nobilitatis) ἀνδρομὸς ἄμικτος. *Potest etiam his verbis generis propinquitas & cõsanguinitas significari.*

29. Iucunda pernicies) Alludit, vt opinor, ad eam descriptionem, qua Homerus iram naturã eleganter explicat lib. Iliad. 18.

Οἳ τε πολὺ γλυκίων μέλιτος κατακηκεδαῖσι
Ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται ἠύτε καπνός. *Iram ait liquido melle dulciorem in hominum pectoribus fumi instar augeri.*

30. Regina enim necessitas) Gr. γραπτῶν καὶ βασιλικῶν νόμων ἀλλάττουσι ἀνάγκη. *Potest etiã hic locus sic exponi, vt βασιλικὰ regat genitiuũ γραπτῶν, sitq; hic sensus, Necessitas, id est necessarius, atq; non cuiusquam magisterio, sed naturæ instituti amor scriptis legibus est superior. Nã cũ scriptæ leges vindicãda maximè peccata ea censeant, quæ filij aduersus parentes admittunt: tanta tamen vis est paterni amoris (φίλτρον Græci significantius dicunt) vt nullum tã graue filiorum scelus esse possit, cuius non facilè veniam à parentibus filij obtineant.*

31. Qui non leue adiumentum) Quandiu enim incolumis filijs pudor manet, facilè paterna ira ab ijs parentes obtinent. Quò magis cauere debẽt, ne nimium crebris obiurgationibus eos irritare incipiant, atq; obtundãt, vt ad omnem tandem castigationẽ obdurescant, callumq; impudentiæ ducant. Præclarè enim Gregorius noster infrà in Panegyrico ad Olympiadem.

Λοιδωρεῖ δ' εἰ χρὴ βίον πάντ' ἀναιδείᾳ κακῶν. *Id est, Protinus extincto subeunt mala cuncta pudore.*

32. Clementia contrà hoc efficit) Sic per periphrasim extuli Græca ἡνιόχου δίκην φιλῶ. *Videndum tamen, num simplicior, immò rectior futurus sit sensus si* ἡνιόχην *legamus, & φιλῶ nominãdi casu accipiatur, actiuamq; significationem, vt ferme semper, habeat. Talis enim esset sententia. Vt patrũ acerbitas & importunitas audaciam filijs parit: ita contrà indulgentia mansuetudinem ipsis persæpe ingenerat.*

33. Regem eũ) Hic non satis animum aduertisse videtur Gregorius. Neq; enim is qui Absalonis cædem Dauidi nũciauit, capitali supplicio affectus esse scribitur: verùm bi duo qui Saulẽ & filium Isboseth interẽptos nunciarunt. Nã quòd hoc loco de Absalone verba faciat, ex eo constat, quòd multis ipsius meminit, acta mi, cui in filia caput eius adhæsit. Vide Reg. 2. cap. 18.

34. Et cantus) Nam cùm nulla in hac vita sit res adeò suauis atque iucunda, quin huius tandẽ fastidium contrahamus: multò profectò æquius est nobis in rebus odiosis & acerbis idem fastidium oboriri. *Ad Homerum autem his verbis alludi ostendimus pag. 101. Schol. 5.*

35. Suum quoq; filijs Deum esse) Hoc est Deum non parentum duntaxat curam gerere, sed filiorum quoque rationem habere, atque ipsorum saluti amantissimè consulere.

IN NOBILEM MALE moratum.

QVidam olim probis quidem parẽtibus natus, verũ omni vitiorum genere infamis, alij cuipiam, vt genere non admodum claro aesplẽdido, ita eximia virtute prædito maiores suos insolentiùs proferebat. Ille autem perq̃ suauiter arridens, verbum memoria dignum pronunciauit. Mihi, inquit, probro genus meum est: tu autem generi tuo. Quod dictum, ne tibi, ex animo effluat, caue. Ita enim fiet, vt nihil vnquam virtuti anteponas. Etenim si quis tibi oris deformitatem aut odoris fœditatem per contumeliam obiiceret, nihilne aliud respõderes, quàm quòd pater tuus formæ pulchritudine excelluisset, aut suauissimè olere solitus esset? Age verò si quis te vt timidum & ignauum cauillis incesseret, nihilne aliud dicturus esses, quã quòd maiores tui sæpenumero in Olympia vicissent? Proinde si quis te improbitatis & amentiæ conuincat, ne mihi parentes tuos, ne cadauera proferas. Accidit eñ haud rarò, vt quis pulcherrimã auroq; vndique tectam citharã habens, pessimè fides pulset: alius contrà à vili ac vul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gari egregios modulos fundat. Vtrũ porrò horum meliorem citharœdum esse censes? nónne eum qui eruditis pulsibus concentum seruat? Ergo aureis tu quidem, vt dici solet, parentibus natus sis: si tamen ipse improbus es, quid nobilitatis titulo gloriaris? Hoccine adeò clarum atq; illustre genus existimas, nimirum proauos mortuos & fabulosa atque anilia figmenta? ludisne? Ipse equidem te vnum intueor atque exploro, num iustus sis, an iniustus. Nam quod ad generis nostri originem attinet, lutum idem omnes sumus, ijsdem omnes pellibus contecti: atq; interim opibus, gloria, patriæque splendore intumescimus. Quare quid mihi patrem, quid generis claritatem, quid, inquam, hæc inania profers non fabulis, non sepulchris delector: te ipsum specto & excutio. Puluis vnus omnes sumus: ab eodem fictore genus omnes ducimus. In duas partes non natura, sed tyrannis homines secuit ac distinxit. Mihi seruus est, quisquis turpiter ac flagitiosè viuit: mihi liber est, quisquis virtute vitæq; integritate præstat. Quod si tu fastu laboras, quid hoc ad genus? Ecquid quæso ignominiæ mulis ex eo affertur, quòd ex asinis orti sint? nihil sanè. Quid contrà gloriæ asinis ex eo accedit, quòd mulos genuerunt? nónne etiam [1] aquilæ pullos, quos in lucem ediderunt, abijciunt. Quid est igitur quòd teipso relicto patres tantùm cómemoras? Præstat in obscuritate generis virtute, quàm in maiorum claritate vitiis cumulari. Nã & rosa, licet ex aspera planta nascatur, fragrantissimum tamen odorem afflat. Tu contrà si è molli terra nihil aliud quàm spina existas, ignem vtiq; promereris. Qui fit itaque, ô [2] asine molarie, equi fastum atque insolentiam habens, vt in hac pessima ac profligatissima vita ob maiores tantopere glorieris?

Homines omnes idẽ lutũ sunt.

Quia verè seruus aut liber.

Simil.

Simil.

SCHOLIA.

1. Aquila) *Quod de aquilis ait, simpliciter accipiendum non est: sed ita demùm, si fœtu adulterinos cognoscant. Quonam autem modo id agnoscant, à nobis iam dictum est.*

2. O asine molarie.) *Prouerbium de ijs qui ob quasdam corporis vel fortunæ dotes insolescunt, verorũ interim bonorum, quæ in animo sitæ sunt, prorsus expertes.*

GREGORII PEREGRE PROfecturi Oratio ad Christum.

CHriste Rex, qui quoduis bonum hominibus existis, atque in omnibus rebus via recta es, q per ignem ac nubẽ amplissimis copijs iter cõmonstrasti, qui inciso mari aquisque obruto Pharaone, viam amicis tuis patefecisti, nouũ panem cœlitus porrexisti, aquam è durissima petra (ô insigne miraculum:) in deserto expressisti, qui trophæum de hominibus tum demum erexisti, cùm Moses manus in crucis, hoc est opis meæ, formam cõposuisset: qui Solis Lunæq; cursum repressisti: Itidemque vt fluuius ipsis festinantibus cederet, ad eamque terram, quam illis te daturum receperas, facilem ipsis viam præberet, effecisti: qui etiam postremò hominibus iter ad cœlum ostendisti, veterisque semitæ nouam adiunxisti, cùm videlicet Deus idemque homo huc ad nos profectus, ac deinde hinc in cœlum euectus, manifestior, quàm prius, nobis id auidissimè cupientibus, apparuisti: qui præterea & mare conscendisti, & pedum tuorum contactu fluctus grauissimis ventis excitatos sedasti, Christe, inquam, beate mihi quoque opem tuam imploranti hodierno die comitem viæ te adiunge, prosperumq; iter, ac bonum angelum ducem, malorum depulsorem, adiutoremque concede, vt me ab omnibus diurnis nocturnisq; malis procul remouens, faustumque viæ finem laboranti præstans, domum tãdem me sanum & incolumem reducat, propinquisq; meis & amicis, idem vitæ genus colentibus, reddat: vbi animo libero ac tranquillo noctes diesque preces tibi fundam, vitam à scelerum contagione puram ducens, celeremque mentem perpetuò ad teattollens: quoadusque tãdem extremam illam omnibusque communem viam confecero atque ad domicilium illud peruenero, in quo pij homines laborum omnium finem facturi sunt. Tibi viuo, tibi loquor, tibi Christe, sedeo, tibi incedo: Quando quidẽ me manu tegis. Te igitur oro atque obsecro, vt me ad lætum ac prosperum viæ finem perducas.

IN

IN QVADRAGESIMI IEIVNII silentium.

ARGVMENTVM.

Gregorius toto Quadragesimæ tempore silentium indixerat. Hic itaque cum filij sui causam exponit, quantaq; mala è lingua oriantur, docet: vt ad eam summo studio frenandam excitemur.

COmprime te charissima lingua atq; obmutesce: tu verò calame silentij verba cõscribe, animiq; mei sensa [1] scripto eloquere. Quo tempore christi passionibus mysticũ sacrificium agens vt vitę huic morerer, carnem meam vinxi, totosq;, vt Christi legibus inseruirem, quadraginta dies in corporis afflictione consumpsi, non videlicet ignorans quãta corporum purgationem medicina consequatur: eo inquã tempore primùm vt animã obfirmarem ab hominum cœtu ac frequẽtia me in solitudinẽ asserui, doloribusque nube contectus palantem mentẽ domum reuocaui, atq; ita collegi, vt nulla ei ab externis rebus impostura fieri posset. Tum deinde piorum virorum præscriptis obtẽperans, labra mea quasi pessulo quodã obdidi. Cuius facti mei si causam quæris, idcircò à sermone prorsus abstinui, vt sermonibus meis moderari discã. Etenim, vt res similitudine illustrior fiat, is qui in ingẽtem hominum numerum furibundã hastam vibrarit, idẽ haud dubiè paucos quoque facilè profligabit: & qui ex longo interuallo sagittã mittens, scopum tũ attigerit, ille vtique propius collimans, à scopo haud quaquã aberrabit: ac deniq; is qui amplissima maria naui trãsmiserit idem quoque [2] vicina littora legere minimè dubitabit. Nã qui res paruas assequitur, haud satis certum est, an magnas quoq;, etiã si admodum cupiat, assecuturus sit. At qui in maioribus rebus superior existit, perspicuum sanè est, eum minores quoq; si ita libeat, egregiè confecturum. Atq; hæc mihi causa fuit, cur sermonis vim omnino constringerem. Sic eñ fore speraui, vt non iã ex ore meo immodicus sermo exundet. Ac certè nulla res est, q̃ maiorem hominibus pniciem asferat, quã lingua. Equus est perpetuo cursu mentẽ anteuertens telum prõptissimum ac paratissimũ. Omnia quidẽ oculi cernunt: manus ea duntaxat, q̃ ad pedes sunt, idq; haud admodum, tenent: pedes demum vniuersam terrã haudquaquã percurrunt. Labor sicarios vrget, adulteris rabies sua [3] terrorem injicit, diem fures horrent: opes ipsæ labore non carent. Vix enim eas teneo, cùm statim mihi non secus atq; aqua cõpressa, de manibus effluunt. [4] Nunc maris, nũc terræ pericula subeunda sunt, nunc fortunis meis vitęq; insesti pdones imminent. Alius inexplebili auaritia æstuans acerbum ac virulentum oculum in alienas facultates iacit. Hæc eñ incõmoda eos oẽs, qui auri cupiditate flagrant, sequuntur. Vtq; rem breui complectar, tam bonos quã malos suus labor exercet. At linguam loqui properantem non homo, non nix, non torrens, nõ scopulus, non deniq; res vlla coercere potest. In propinquo est sagittarius, pestifera sagitta in arcu est: nerui ipsi quàm maximè intensi. Protinus vt mens tela emiserit, statim peruolant, omniaque feriunt, cœlites, terrestres, viuentes, posteros. non minus eos qui ab huiusmodi sagittis sibi cauent, easq; sedulò obseruant, quã qui nihil mali suspicantur, non minus bonos quã malos, non minus amicos quàm hostes, non minus exteros longeq; disitos, q̃ propinquos, deniq; nihil est, quod à linguæ sagitta tutum atq; immune sit. Quã quisquis domuerit, is nimirum sapientiæ arcem & principatũ tenet. Hac quippe libidinosi homines fœda multa eructant: vt ridiculi ipsi procacem risum hominibus moueant, tum subsultantes ipsi tum alios ad eundem modũ afficientes, diuinæq; imagini dedecus afferentes. Hac multa, q̃ tecta atq; occulta esse oportebat in hominũ aures euomuntur. hæc sæpè ex animo perturbato grauiq; ira percito, cõuitiorum omnis generis velut spumã quãdam extrà diffundit. Sæpe rursus insidioso animo suauitatem beneuolentiamq; præfert, eaq; labijs gerit, à quibus animus abhorret, ac sub sermonis illecebris, sub fraude & mendacio cædes occultat. Quis aũt quot mala ex ea oriantur, oratione cõsequi possit? Domum cum domo, si ita voluerit, vrbem cum vrbe, principem cũ populo, populum rursus cũ principe statim ac sine vllo negotio cõmittit, non aliter atq; igniculus stipulę admotus in magnum incendium citò excrescens.

Simil.

Linguã nihil coercere potest.

Simil.

Nihil à lingua tutum.

Sapientia arcẽ tenet qui linguã domuit.

Linguæ malè descriptio.

Simil.

Nulla res maiorẽ hominib. perniciẽ affert lingua quã peruersa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simil. Conuectores, filios, parentes, fratres, amicos, vxores, maritos, omnes denique perfacile in mutuam perniciem armat. Sceleratum hominem bonum asserit: bonum contrà calculo suo perdit: subindeq; sententiã suam retexit atq; inuertit. Quis parẽ linguæ vim habet? Quãuis eñ ea tenuis & exigua sit: nulli tñ rei tantum roboris inest. Quæ vtinã improbis ac flagitiosis hominibus cõfestim interiret. Sed cùm stultis omnibus mala & pnicioſa lingua sit: tũ potissimum ijs, quib. cœlestis sacrificij mysterium cõmissum est. Organum Dei sum ac bene modulatis carminibus, Dei, quem omnia cõtremiscunt, laudes cano. Cano in quã non Troiã, non [5]Argonautas, nõ [6] aprinum caput, non celebré Herculẽ, non quomodo aptissima cõpage terra cum mari cohæreat, non gẽmarum splendorem, non cœlestium orbium cursum, nõ furiosos amores, non eximiã iuuenum, lyrã pri oribus digitis molliter pulsantium, formam: verùm Deum illum magnum Trinitatisque lumen cano, magnosque angelorum hymnos, quibus propius stantes certatim Deum celebrãt. Cano etiã mundi cõcentum, & quidé presentis vitæ concentu longè pstantiorem: quẽ omnibus rebus ad vnum finem properantib. auidè expecto. Cano insuper immortalem Christi passionum gloriã, quibus me humanã formã cœlesti admiscens, diuinitate affecit. Mixtionem meã & temperationem cano: neq; eñ creationis meæ ratio vllo sermone pro dignitate explicari potest, quòque pacto ex cœlesti & terrena natura concinnatus sim. Hominibus postremò Dei legẽ mundiq; facinora & consilia, reiq; vtriusque fidem cano: vt nimirum & illã animo tuo cõdas, & ab his q̃ longissimè fugias, diemq; aduentantem extimescas. Hæc sunt q̃ lingua mea citharæ cuiusdã instar modulatur. quo magis nobis, q̃ sacerdotij munus obimus prouidendum est, ne quem vllum sonum edamus, qui ab huiusmodi cõcentu discrepet. Equidem ipse puris sacrificijs, quib. magnum illum Regẽ mortalibus concilio, purã linguam seruabo. Neq; enim committã, vt ab aliena lingua, fœdaque atq; obscœna mente viuificum illud sacrificium purissimo Deo mittã. Ex vno eodemq; fonte nõ simul & dulcis & amarulenta aqua scaturiet: purpureæ vesti cœnum minimè cõuenit. Quid enim? nónne sacerdotis filijs ignis alien⁹ olim exitium attulit, quòd sacrificio manus suos impurè admouissent? Nónne sacrosancta Dei arca mortẽ et accersiuit, qui labantẽ & inclinatã contrectaret? His exemplis cõmoueor, grauissimeq; vereor, ne quid mihi male-

Nihil lingua fortius

Quod facer dotalis linguæ munus sit.

Simil. Iac. 3. Leu. 10.

2. Reg. 6.

li purã Trinitatem impurè attingenti diuinitus accidat. Atq; vtinã sceleratã quoque mentem, dies multos huc illucque temerè vagantẽ, velut freno quodã propius ad metã cogere atq; inflectere, aut certè à fraude & impostura omnino liberã in pectore retinere liceret. Nã si haud procul à Christo ipsa cursu efferretur, magni vtiq; illius luminis fulgore colluceret. Sed tũ ea, quia intus manet, nõ tantum mali ppetrat: etiã si lõgè à Deo interdum aberret. Neq; enim ignis, si firmissimis petris compressus atq; coërcitus internè æstuet, densam syluã vel areã populatur verùm intus clausus & obstructus imbecilliter tãtum dimidiaq; ex parte viuit. At verò sermo simulatq; è lingua eruperit, effrenato quodã impetu furit, nec iam vnq̃ regreditur. Proinde quẽadmodum si quis obliquam plantã manu paulatim in contrariã partẽ inflectat, hoc assequitur, vt q̃primùm violentã ab ea manum subduxerit, rigida stet, nec iã pristino obliquitatis vitio laboret: [7] sic ego cum p̃cipitis sermonis impetum mediocritatis regulã excessisse pspicerem (mihi eñ quõdam tota vita in sermone dicendiq; studio posita erat) nullum melius remedium inueni, q̃ vt eum excelso pecto re pmerem: vt lingua mea & q̃ dicenda & q̃ tacenda sunt, addisceret. Ob eam itaq; causam silentio prorsus acquieuit: vt bene tantùm commodeq; posthac loquatur. Omni eã loquendi facultate ad certum tẽpus orbaui: sic fiet, vt mediocritatẽ postea minimè aspnetur. Hæc lex omnib. immodicè erga rem aliq̃ affectis posita sit. O quantum vtilitatis fructum affert, pulsato int⁹ atq; incitato pectore linguã loqui gestientem cohibere. Sermone domito ac repsso, iræ quoq; fluctus nõ quidem facilè, sed tñ domatur. Nã si eum in mœrore atq; iracũ diu tumentem ac ferocientem cõpresseris, iniuriam vtiq; disijcies ac dissipabis. Duce extincto pturbatio omnium grauissima cõfestim cedet: atq; hac ratione à pmo lesta animi iactatione & tempestate inspirabis. Quæ quidem omnia Christi primũ ductu ac auspicijs, post autem mentis quoque nostræ clauo indigent. Nã si tibi dux ille defuerit, nec è silentio, [8] nec ex maiore vllo alio tolerantiæ genere fructum vllũ feres. Quod nisi tu linguæ frenũ inieceris idem tibi accidet, q̃p ei, q̃ angustum stagni cuiusdam os manu clausum atq; obstructũ rursus aperit. statim enim cõfertim aquã omnis effluit. Quocirca clarissimum Dei verbum hinc tibi auspicãdum p̃cipit: si modo vitiorũ omniũ fluctus inhibere studes. Habes, clarissime Lector, quæ silentij nostri meditatio fuerit: quã nunc manus, fuscepta mẽte, proloquitur. [9] Hæc mea nauigatio est. tu sanè, si lubet, aliam nauigationẽ ineas: alius etiam alio vento perflatus ad portùm tendat. Quod si vos omnes, tam qui mihi infensi estis, quàm qui amicum erga me animum geritis, aliã adhuc silentij nostri causam audire vultis, hanc quoque in medium proponam. Fuit quondam illud tempus, cùm inter iuuenes & q̃ales meos nullus mihi robore par erat. Ac me Christus & fide adamante ipso duriore præditum, & validissimis armis vndique septum, atq; munitum aduersus hostem in certamen educebat. Et quidẽ ego diuinis oraculis euoluendis mentis puritatẽ collegi, ex sacris nimirum literis spiritum exprimens. Quarum lectio hoc mihi præstitit, vt amaram prophanorum librorũ, qui antea fucata, ac nõ nisi fictis coloribus inducta pulchritudine animũ meum demulcebant, sallsuginẽ expuerem. Ad hæc carnem meam ætatis flore lasciuientẽ & æstuantem multis & crebris laboribus attriui. Ventris satietatem [10] vicinamque rabiem sustuli: oculos temperantiæ adiumento palpebris infixi: [11] iram abrupi, mẽbra deuinxi, risum deploraui. Omnia christo cesserunt, priora omnia conciderunt. Terra mihi lectus fuit: [12] asperrima vestis membra contexit: peruigilia etiam & lachrymarum imbres adhibui. Interdiu laborì humeros subiunxi: hymnis tota nocte cõcinendis corpus, instar statuę, defixi nullã omnino humanã voluptatem ne in animum quidem & cogitationẽ admittés. Atque hoc quondam mihi vitæ institutũ erat: caro quippe seruebat, cuius cura omnis in hoc verlatur, vt hominem cœlesti ascensu prohibeat. Quinetiã grauem diutiarum molẽ abieci: vt onere omni excusso seuis ad Deum ferar. Nunc verò & morbo affectus & senectute fractus ac debilitatus in aliã calamitatem incidi, indomitã linguam præcipitique loquendi celeritate volubilẽ habens, q̃ me inuidi hostis mei manibus semper tradidit, innumerisq; incõmodis affecit. Nec verò in cuiusquã sedem impetum feci, nec quenquã patria expuli, aut fraudé ei struxi: neminem male-

Sermonem domito, iræ domitæ.

Simil.

Simil.

Simil.

dica lingua insectat⁹ sum, nec sacrificijs nostris quicquã indignum admisi (scit hoc Christus) nulli denique homini, nedum Episcopo iniuriæ quicquam intuli. Quandoquidem omnibus populi ducibus ac prẽsectis succenseo, de quibus talia prædicantur, qualia nunc & terrã, & mare, idque nõ sine acerbissimo animi mei dolore compleuerunt. Verùm pernicioſus sermo mihi fraudi fuit: non id quidem primò existimabam, sed me tamen in fraudẽ impulit: vtpote cui amicorum omnium inuidiam cõflarit. Quamobrem vt liuor quoq; à me aliquid habeat ô lingua mea mihi chara, comprime te quæso: parumper, inquam te ô lingua comprime: non enim perpetuis vinculis te astringam: nõ tantum à me ille Verbi inimicus accepturus est. Ferunt quendã [13] Samiorum regem, cum ei perpetuus & inoffensus felicitatis cursus suspicionem ac metum iniecisset, placandæ inuidiæ causã [14] huiusmodi doloris materiam sibi excogitasse. Paternum annulum, quẽ plurimi faciebat, in mare proiecit. Ita autem tulit casus, vt à pisce quodam excideretur, piscisq; ipse postea in piscatoris cuiusdam rete incideret. Ac piscator capturam suam principi obtulit: Princeps rursus coquo suo tradidit: à quo in piscis præcordijs annulus est inuentus. Ita & venter piscem & manus, etiam nolens, (ô rem miram) annulum excepit. Ex quo in grauissimam tandem calamitatem prolapsus est. Eadem mea est ratio. Nam quia perpetuus liuor sermones meos inimico atque infesto oculo perspectat, idcircò faciendũ mihi cẽsui, vt silentio acquiescerẽ. [15] Hactenus q̃; Samium illum refero. Quænã aũt deinceps fors mea futura sit, haud certum habeo: uum scilicet bonus ac iucundus, an mal⁹ & infaustus mihi vitæ finis cõtinget. At ô Christe, certissime hominum medice, liuorem quæso compesce: meque ab acerbis & virulentis linguis extractum, ad splẽdorem tuum perducito: vbi te [16] cum immortalibus luminibus honorans, concinnum ore sonum edam. Tu verò, Lector tacita hæc manus verba accipe: vt vocale silentij mei monimentum habeas,

Polycratis historia.

SCHOLIA.

1. *Scripto eloquere*) In vtroq; codice impresso legitur κῷ φθέγγου ἔμμακτα τὰ πρὸ λίπι. Vbi apertissimum est mendum: πρόμακτα enim legendũ, non ἔμμακτα.

2. *Vicina littora*) βαιὰ aduerbialiter lego, non βαιῶν, reclamante carminis lege.

3. *Terroré injecit*) Hic quoq; in Graco mendũ obrepsit, μαιχοὶ δ' ἐκ τρομέοντι λυσανέμῳ. Pro τρομέοντι enim τρομέοντα legendum est. Hoc enim vult Gregorius fieri non posse, quin adulteri, dũ nefariæ libidini indulgẽt, magno timore discruciẽtur, metuẽtes videlicet, ne à marito deprehẽsi iustas sceleris pœnas persoluãt.

4. *Nunc mariti*) Δαιτρεῦσι legendum sensus enim Gregorij est, ijs, qui congerendis opibus incumbunt, labores in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ves innumeros terra mariq; subeundos esse, nec eas tanto studio ac diligentia conseruari posse, quin sepe vel latrocinio, vel hominum inuidia ipsis eripiantur.

5. Argonautas) Argo nauis ea fuit, qua Iason ad vellus aureum rapiendum cum multis clarissimis viris vectus est. Vnde etiam Argonautæ dicti sunt. Quorum expeditionem Apollonius poeta conscripsit.

6. Aprinum caput) Aprum Calydonium intelligit, de quo quædam annotauimus in tractatu De externa hominis vilitate.

7. Sic ego cum) Hic versus sic in Græco imperfectus legitur, ὡς ἐγὼ, &c. ὡς ἐγὼ μόλις ἐυδιχάλκοιο ῥύμην. Explebitur aliter versus si post ὡς, coniunctio ponatur. ὡς καὶ ἐγὼ, &c.

8. Nec ex maiore) In Græcis codicibus manifestum est mendum, αὖτι τηκερτέρης ἀμένου & ἐς ὄρια. Pro ἀμένου enim μάλλον legendum. Hoc autem loco per κερτέρια ea omnia intelligit, quæ domando corpori à pijs hominibus adhibentur, vt silentiũ, ieiuniũ, chameunia, lachrymæ, cæteraque asperioris vitæ genera.

9. Hæc mea nauigatio) His verbis prouerbiali figura vti licet ad eos qui illud vitæ genus, quo..' sibi delegerũt, miris laudibus efferũt: cætera omnia damnãt: quasi nõ in omni vitæ genere salutis negociũ agi possit.

10. Vicinamq; rabiem) Per rabiem, ingluuiei vicinam veneream voluptatem intelligit: quòd venter cibis distentus in libidinem, vt ait scriptura, facilè despumet.

11. Iram abrupi) Quod genus loquendi sit in Græco βρύξαι χόλον alij viderint. Ego certè nõ βρύξαι sed ἔτυξα legendum censeo.

12. Aspertima vestis) Græca sic habẽt, πλυρῶν ἄχος. ἄμακτα λυπρὰ φάρμακα ἀγρυπνίης χῶρος ἐμῶν δακρύων. Vbi primò neminem fore confido, qui non mihi hoc facilè asseutiatur, pro ἄμακτα reponendũ esse ἐμακτα. Alioqui vt de sensu, qui hoc apertissimè postulat, nihil dicam: quid attineret sequenti versu dicere ἄμακτοι νῶτα ἐκκλιθέντα, &c. Atque haud scio an pro ἄχος. ἄμοι quoque legi debeat, vt cum eo conueniat, quod postea sequitur, φάρμακον ἀγρυπνίης. atque hæc ita distinguenda sint, χαλίη κοῖτος ἐμοὶ πλυρῶν ἄχος ἐμακτα λυπρὰ φάρμακον ἀγρυπνίης. hoc est vt lateribus meis, quæ molliter habita, lasciuire solent, medear, humi cubo: vt perui-gilem noctem traducere queam, sacco corpus tego. Saccus enim asperitate sua, quo minus corpus somno acquiescat, impedimento est. Quod autem sequitur χῶρος ἐμῶν δακρύων, hûc sensum habet, Gregorium tantã vim copiamq; lachrymarum profundere consueuisse, vt cubiculi solum ijs prorsus commaderet. Quemadmodum dicebat Dauid, lauabo per singulas noctes lectum meum, vel secundum Hebr. natare facio omni nocte lectum meum.

13. Samiorum regem) Polycratem intelligit, cui, vt perpetuum atque inoffensum felicitatis cursum motestia aliqua interrumperet, author fuerat Amasis Rex Aegypti, immodicas vitæ prosperitates, vt corporũ habitudines ad extremum bonitatis perductas, admodum periculosas esse censens, quemadmodum in ipso Polycrate apparuit, de cuius miserrimo vitæ fine vide Herodotum. Præclarè itaque Philippus rex Macedonũ, cui cũ vno eodemq; die tres lætissimæ res nunciatæ fuissẽt, O Fortuna, inquit, leui aliquo malo me multa.

14. Huiusmodi doloris) μόσσοτο ὅτον ἄχος. Potest quidem hæc lectio defendi. satis enim cõmodum sensum habet: fortasse tamen hic quoque legendum κῆρ, vt sit sensus, Polycratem placandæ inuidiæ causa hoc remedium excogitasse.

15. Hactenusque) Gr. τόσσον ἐμοὶ ζῆλος. Vbi legendum existimo σάμιος. Hæc enim est sententia. Polycrates ad placandam inuidiam egregium annulum in mare abiecit. Post tamen eum recepit, ac tandem ignominiosa morte affectus est. Ego itidem leniendæ inuidiæ causa sermonem, qui mihi hominum inuidiam cõflauit, premendum duxi, ac Polycratem hactenus imitatus sum. An autem vt illi, sic mihi quoque calamitosus vitæ finis futurus sit, incertum habeo.

16. Cum immortalibus) Id est cum angelis.

HYMNI AD CHRISTVM POST silentium die Paschæ habiti.

CHriste Rex, posteaquam sermonem diu animo retentum, in aerẽ emisi, te primũ eloquor, verba hęc è mente mea, tanquã victimam sanctã à sanctissimo sacrificio profundẽs. O patris lux, magnæ mentis Verbũ, omni sermone prestantius, lucis summæ lux summa, vnigenite, patris immortalis effigies, ortu carẽtis sigillũ, cum spiritu magno lucens, sæculorũ finis, illustrissime, opum dator, sublimi throno insidens, cœlestis, omnipotens, valentissime, sempiternæ mentis anhelitus, mũdi gubernator, vitalem vim rebus afferens, omnium quæ sunt ac futura sunt, effector (tibi quippe res omnes curæ sunt) qui orbis fundamenta, & quæcunque in rerum natura sunt, quasi vinculis quibusdam astricta, nutu tuo sine vllo

vllo errore fers. Tibi Christe tribuendum, quòd sol igneum orbem supereminens, sidera omnia, vt tu beatas illas mentes, splendore suo obscurat. Tibi asscribẽdum, quod luna, hoc est noctis lumen viuit, viciśimq; moritur, ac rursus pleno lumine perfusa cursum suum conficit. Tibi assignandum, quòd circulus ille, quem [1] signiferum dicimus, choreæque cœlestis moderata ratio partibus anni benignè ac sensim inter se tẽperatis atque commixtis modum præscribit. Stellæ etiam tam fixæ quàm errantes retrorsum currentes, admirabilem sapientiam tuam prædicant. Lux tua sunt omnes illæ cœlestes mentes, quæ Trinitatis gloriam decantant. Tua rursus gloria homo est, qué angelum in terra collocasti, splendoris tui, ô clarissimũ lumen, cantorẽ, ac præconem. O immortalis, ac mea causa mortalis bis genite, sublimitas carnis expers, quiq; postremò ad profligandã hominum mala carnem gestasti, tibi viuo, tibi loquor, tibi viua sum victima, quæ sola ex omnibus facultatibus meis mihi reliqua est. Tibi & Linguam meam deuinxi, & eam nunc soluo: quod vtrunque vt piè faciam, te supplex rogo atque obsecro. Loquar quæ loqui cõuenit: quæ autem nefas est loqui, ne animo quidem & cogitatione complectar. [2] Depulso cœno margaritam fundam: ab arena aurũ ab asperrima spina rosam, ab aristis denique relicta stipula triticum legam. Atq; has tibi laboris nostri primitias lingua primùm eructat & consecrat. Hodierno die Christus à mortuis, quibus mixtus est, reuixit, mortisque aculeum obtudit ac disipauit: perruptisque tenebrosis inferni portis animas in libertatem asseruit. Hodierna luce è tumulo prosiliens, hominibus, quorum causa natus est, mortemque obijt ac resurrexit, conspiciendum se præbuit: vt nos regeniti atque à morte profugi cum eo hinc in cœlum ascendamus. Hodie splendidus angelorum chorus lætissimus te, Christe circunstat, Epiniciumque carmen tibi canit. Hodie abiecto silentio sonum edidi, tuasque laudes citharæ cuiusdam instar [3] personui. Interna mente Mentem illam magnã sonui, sermone Verbum: pòst autem magni quoque Spiritus laudes, siquidem hoc ipsi gratum fuerit, crepabo.

SCHOLIA.

1. Signiferum) Vel vt iam protrito vocabulo Græco dicimus, Zodiacum, qui quidem obliquus ille circulus est, qui duodecim signa cœlestia continet.

2. Depulso cœno) Proiecto cœno, margaritum fundere, ex arena aurum, ex spinis rosam, è spicis triticum relicto culmo legere, prouerbiali genere loquendi idem significant quod relictis deterioribus meliora complecti.

3. Personui) Hîc in Græco vitiose legitur ῥῆξα, quemadmodum & sequenti versu ἔῆξω ἔῆξα enim & κρῆξω legendum. Nam hoc verbum citharæ proprium est. Mente ergo, inquit, mentem id est Deum patrẽ sonui; Verbum etiam, hoc est Filium sermone celebraui. Posteà autem Spiritum sanctum canam.

PARAENETICVM CARMEN ad Olympiadem.

ARGVMENTVM.

PAræneticum hoc carmen simpliciter in Græco inscribitur. Ego autem perspicuitatis causa, ad quam scribat Gregorius adyciendum censui. Scribit autem ad Olympiadem Amysij, vt opinor filiam. Nam in secunda epistola, quam ad eum scribit, petit ab eo, ne molestè ferat, quòd aureæ filiæ suæ Olympiadis nuptijs minimè interfuerit. Hoc porrò carmine regulas ei ac præcepta tradit, quibus honestè sanctèque in matrimonio viuat.

Nata

Universidad de Deusto
Biblioteca

NAta mea Olympias, munus hocà Gregorio patre tuo accipe. nã patris admonitio lõgè optima ac salu berrima est. Non aurum nobilibus gemmis immixtum mulieribus ornamentum affert:[1] nec regia facies turpiter iucũdis coloribus tincta, pernicioſaque alia facie obducta. Purpureæ porrò & aureę eximiæque & ſplendidæ veſtes his demum conueniunt, quibus nullus vitæ ſplendor, nullum virtutis decus ſuppetit. At tibi pudicitia curæ ſit, pulchritudoq; etiam clauſis oculis admiranda. Mores autem præclaramq; famam optimum certiſsimumque florem exiſtima. Deum quidem primò, deinde autem maritum, vitæ tuæ oculum, conſilijq; tui arbitrum ac ducem cole, ac venerare. Hũc vnum ama, huic placare ſtude: idq; eo impenſius, quò perfectiori arctiorique amoris nexu eum erga te deuinctum perſpexeris. Atq; illud tibi prouidendum eſt,[2] ne tantum fiducię libertatisque capias, quantum tibi viri cupiditas offert: ſed quãtum honeſtas ipſa concedit. Quandoquidẽ omnium rerum ſatietas & faſtidium oboritur: omnium, inquam, rerum, ſed potiſsimum amoris, à quo ſatietatem omni ratione arceri expedit. Caue ne cùm fœminã te natura produxerit, in virilem tumorẽ faſtumque prorumpas: ne generis tui nobilitatem proferas: ne ob veſtium elegantiam ſupercilium tollas: ne ſapientiæ nomine glorieris. Sapientia mulieris eſt, matrimonij legibus obtemperare. Omnia etenim matrimonij vinculum communia inter virum & vxorem facit. Excandeſcẽti marito cede: laboranti fer opem, eumq; & molli oratione, & optimis admonitionibus iuua. Nam nec is, cui leonum cura commiſſa eſt, ira æſtuantis ac rugiẽtis belluæ robur corporis viribus frangit: ſed eã blanda manu molliq; verborum ſono permulſam domat. Nunquam tibi accidat, vt detrimentum vllum iacturamque, etiam grauiſsima ira percita, viro exprobres. Nã ipſe multò pluris tibi eſſe debet, quàm omnes facultates. Nec ſi qua res contrà ei ceſſerit, quàm ipſe ſibi propoſuerat, id ei obijcias. nec enim æquum eſt te eum hoc nomine inſectari. Sæpe enim dæmonis malitia hoc vſu venit, 4 vt ea etiam quæ prudentiſsimè cogitata ſint, teterrimè cadãt. Corporis etiam imbecillitatem ei probro ne vertas. 5 Enſis quippe ſatis virium habet. Illud quoq; tibi cauendum cenſeo, ne quẽ quam marito tuo parum amicum laudes, vt per comparationem verſuta eum oratione perſtringas. Nam etiam alioqui nobiles viros ac mulieres,[6] præſertim tamẽ mulieres morum ſimplicitas decet. Voluptates eius omnes, dolores, eius denique curas tuas etiam ducito: nihil enim eſt, quod rẽ familiarem auctiorem reddat, quòd ſi res aliqua occurrat, quæ conſilio opus habeat quin ipſa quoque quid cenſeas dicas minimè prohibeo: ſed viri tui ſententiam vim maiorem ſemper obtinere volo. Mœrente marito nonnullo ipſa etiam mœrore afficere. (Nam amicorum mœror ad 7 doloris leuationem plurimum momenti habet.) cæterum ſtatim frontis ſerenitate recepta, animi illius anxietatem ægritudinemque depelle. Marito enim in mœrorem aliquem prolapſo cõmodiſsimus portus eſt vxor. Iam quod ad vitæ occupationes attinet, radio & lanæ operam da, atq; in oraculorum ſacrorũ meditatione verſare. Externa negotia viro committe. Noli pedem tuum limine crebrò efferre, nec ad publicos ludos, turbamque inconditã proficiſci. Id enim pudorem verecundis etiam excutit, [8] oculosque oculis iungit. Pudoris autem iactura flagitiorum omnium certiſsima eſt parens. Ad honeſtos autem & laudabiles cœtus cum prudentibus fœminis te conferas, iubeo: vt egregium aliquem ſermonem in animo tuo inſculpas quo vel vitia tua deleas, vel virtutes arctiùs amplectaris. Domus tibi vrbis ac nemorum inſtar ſit. Ne aſpectus tui copiã alijs facias, quàm propinquis tuis, ijsq; grauibus & honeſtis, & ſacerdoti, ac ſenectuti iuuentute præſtantiori. Nec verò earũ mulierum conſuetudine vtere, quibus & procerum ac delicatum collum eſt, & forma popularis & meretricia: immò nec impiorum virorum, quos tamen maritus tuus à domo ſua arceat, conſpectum prodeas, quamlibet alioqui eos charos habeas, honoreque proſequaris. Quid enim tantum vtilitatis afferre poteſt, quantum probus maritus, ſi in eo ſolo amorem deſixeris? Iam verò per me quidem tibi licet animo alto atque excelſo eſſe, modò ab inſolentia ſuperbiaque abhorreas. 9 Fœminas eas laudo, quę maribus prorſus incognitæ ſunt. Sed & illud te admonitam velim, vt nec ad nuptiale, nec ad natalitium conuiuium properes, vbi & perpotatur, & ſaltatur, & ridetur, ac denique inſacetis ſacetiis indulgetur. Hæc enim eiuſmodi ſunt, vt vel pudicum pectus delinire ac demulcere queant, non ſecus ac ſolis radius cerã quàm citiſsimè penetrans. Nec verò vel præſente, vel abſente marito compotationes

Quibus egregia veſtes cõueniant.

Virtutis flos optimus.

Satietas in amore poriſsimũ arcenda.

Quæ ſapiẽtia mulieris.

Simil.

Dæmonis malitia ſæpe ea quæ rectiſsimè cogitata ſunt, teterrimè cadũt

Mulieres potiſsimũ morum ſimplicitas decet.

Condolentia amicorum nimia in dolore ſolatio.

Viro in mœrore portus eſt vxor.

Pudoris iactura flagitiorum omnium mater.

Simil.

nes domi excita. Venter quippe modum tenens perturbationibus animi fortaſſe ac libidini dominari queat: helluonem autẽ ingluieque laborantem, non ego ſolum, ſed maritus quoq; ipſe pertimeſcit. Quin illud quoque cauere operæprecium eſt, ne vel laſciuis ſubſultationibus, vel iræ æſtu genæ tuæ palpitent. Hoc enim cùm omnibus hominibus, tum præcipuè mulieribus turpe ac fœdum eſt, formæque venuſtatem labefactat. Aurium tuarum ornatus non in margaritis, ſed in eo ſitus ſit, vt optima quæque verba excipiant: malis autẽ & pernicioſis, animi clauis imponatur, ſicque tam clauſis, quàm apertis auribus ſua pudicitia conſtet. Cura præterea, vt virgineus pudor egregium ſub palpebris tuis ruborem marito fundat: vtque etiam ad hominum aſpectum erubeſcas, oculos cæcos, ſuperciliumque humi depreſſum habens. Hoc inſuper tibi ſummo ſtudio cauendum, ne lingua tua præcipiti atque effrenato impetu ſeratur, eamq; ob cauſam tibi mariti odium confles. Linguæ enim procacitas innocentibus etiam hominibus noxam ſæpe inuexit. Tacere itaq; præſtat, cùm loqui vtile eſt: quàm loqui, cùm tempus indecoro atque inhoneſto ſermoni ſilentium indicit. Quo magis tibi in eo elaborandum eſt, vt rarò loquendo, ſermonis tui deſiderium ſemper in hominũ animis infixum relinquas.[10] Pedes porrò ſuperbè incedentes, pudicitiam mentiuntur: greſsibusque etiam ipſis libido ineſſe poteſt. Ad hæc ita te compara, vt carnis impetum minimè indomitum habeas, lectoque geniali tibi quouis tempore indulgendum putes. Maritum eo abducito,[11] vt ſanctorum dierum rationem habeat. Aequum eſt enim Dei imaginem diuinis legibus obſecundare: tametſi Chriſtus coniugalem legem generi noſtro dederit, vt videlicet partim abeuntibus, partim in lucem prodeuntibus hominibus genus noſtrum fluuij cuiuſdam inſtar decurrat ac propagetur, vt per mortem fluxum ac fragile, ita per filiorum procreationem ſtabile ac perenne. Sed quid ego hęc ſigillatim perſequor? Eſt in pröptu admonitio vna multis partibus noſtra præſtantior.[12] The odoſiam, ô elegantiſsima mulier habes: hæc tibi & ſermonis omnis, & actionis vel luce quædã imago ad imitandum propoſita ſit: fœminea inquã illa [13] Chironis ſub matrimonii radicibus. Quæ te à parre acceptam, optimis moribus imbuit, [14] Amphilochij Epiſcopi ſoror quem vnà cum ſancta Thecla ad Deum miſi, veræ atque orthodoxæ doctrinæ præconem, decusq; meum & ornamentum. Quòd ſi quando ſermonem aliquem meum excepiſti, hũc animo tuo condas, omnique ſtudio retineas, velim.[15] Sic enim fiet, vt mariti, vrbis patroni, gratiã tibi concilies. Ac nunc hoc dono te afficio. ſi autẽ optimum hoc futurum eſt, à Deo quoque ſupplex peto, vt luculentam prolem in lucem edas: vt Deus, cui & naſcimur, & è vita migramus, à pluribus celebretur.

Simil.

Cur expetẽ da proles.

SCHOLIA.

1. *Nec regia facies*) Id eſt imago diuina.

2. *Ne tantum fiducia*) Sunt quidam homines adeò obſcœni ac belluini, vt nullum alium fructũ matrimonij, quàm effrenatam quandam ac porcinam voluptatem agnoſcant: vſque adeo vt vxoribus quoque ſuis, niſi meretricio more laſciuiant, iraſcantur. Qualis erat impurus ille poeta qui dicebat, Lucretia toto Sit licet vſque die, Thaida nocte volo. Admonet itaque Gregorius Olympiadem, vt etiamſi pluſculum aliquando licentiæ ipſi maritus afferat, pudoris tamen fines ne excedat, nec committat, vt expleta ipſius auiditas in faſtidium tandẽ deſinat. Obiter autẽ hic quoque admonebo in Græco ἀνδρῶν legendum non ἀνδρῶν in plurali.

3. *Omnium rerum*) Græcũ prouerbium eſt, πλησμονὴ πάντων. Id eſt, omniũ rerum ſatietas oritur. De quo vide Eraſmum in Adagijs. Proinde ſummo ſtudio cauendum eſſe mulieribus cenſet Gregorius, ne faſtidiũ ſui marito obrepere ſinant. Quod quidem omnino accidet, ſi ipſis expetita voluptate ad ſatietatem vſque frui contingat.

4. *Vt ea etiam*) Hoc loco ad explendum carmen poſt φύσει ponenda coniunctio.

5. *Enſis quippe*) Hic quoque pro κρατεῖ τοῦτο παρασκευάζει τι legendum. Eſt enim ſenſus, Nihil eſſe, cur vxor maritum ob corporis imbecillitatem contemnat. Gladium enim, quo ipſe cinctus eſt, infirmitatem illã facilè compenſare. Ab hoc non multum abludit elegans illa ſimilitudo, quã affert Cicero in Oratione pro Seſtio: vbi fortiſsimum etiam virum ipſa acie ferri à quamlibet imbecilli puero vulnerari poſſe ait, ſi ad nudum pectus acceſſerit.

6. *Præſertim tamen*) In Græco poſt μάλιστα addendum δὲ, vt carmini ſuus numerus conſtet.

7. *Doloris leuationem*) Hic in Græco pro ἄλγους, ἄχος reponendum eſt, vt ex præcedenti verſu patet. Vult enim Gregorius nullam eſſe iucundiorem doloris medicinam, quã amicorum condolentiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8. Oculosq; oculis) Id est efficit vt mulieres virorum oram iam non erubescant. Recta autem est Aldi emendatio. Pro μίσγει enim μίσγεται tertia persona legendum.

9. Fœminas eas) Præclara est inquit, earum matronarum laus, quæ hominum cœtus ita fugiunt, vt ne illud quidem mares sciant, an vitæ huius luce fruantur. Insigne enim pudicitiæ argumentum hoc est.

10. Pedes porrò) Hunc locum expositimus in Præceptis ad Virgines.

11. Vt sanctorum) Alludit ad Paulum qui coniugatis suadet, vt orationis causa interdum à re vxoria abstineant.

12. Theodosiam) Gr. ἐξ τοῦ χαρίσασθαι Θεῷ δόξαν quod vno verbo Theodosiam reddidimus, quemadmodũ vnica dictione Constantinopolim dicimus, quam Graeci πάλιν duabus vocibus dicunt.

13. Chironis) De fœminea Chirone vide in Scholijs poematis ad Vitalianum.

14. Amphilochij) Amphilochius hic Iconij Episcopus erat: ad quem egregium de Spiritu sancto opus scripsit Basilius.

15. Sic enim fiet) In Graeco pro ὧν δ' ἀν, legendum ὡς δ' ἀν.

DE SE IPSO POSTQVAM CONstantinopoli in patriam redijsset.

VEniola relictis magnis maris huius vitæ fluctibus, grauissimis vētis hīc inde iactatus.[2] Atque ita venio, vt ea quæ perpetraui habeã, quę autem cum labore gessi reliquerim: quorum alterum mihi terrorem, alterum voluptatem affert. Nihil iucundi reliqui, cuius desiderio excruciari queã. Ab illis nolens, ab his volens domitus ac victus sum. Sola mihi hæc possessio, solæ hæ opes iucundissimæ mihi erant, solum mihi hoc fomentum laborum obliuionẽ inducebat, nimirum cõmunis magnæ Trinitatis splendor, q̃ ego indicans atque exponens, vsq; etiam ad exteros patritios perrexi. Nõ id quidẽ omnino citra vulnera, (quandoquidem sacinorosi cuiusdã hominis instar saxis exceptus sum: quo nomine gratiã tibi ô Trinitas habeo) sed tamen patefeci ac declaraui, velutq; circulus circa centrum, omnes pietatis verbis atq; doctrina tornaui. Atq; egregio quidẽ cursu ferebar: sed me & labor & morbus percelerunt, inuido dæmoni, qui sanctum partus mei fœtum recens cõpactum atq; in vitæ vestibulo stantem excussit, grauiter succẽsentem. Et nunc Trinitas mea rursus & in foro & in choris ab impuris & nefarijs linguis scinditur: ac meretricij sermones superiores sunt. Proh Deum immortalem, quis Phineestã requàm nomine zelator, scortũ hoc gladio transfiget? quis Moses Hæbræis dogmatibus iniquè exagitatis & conculcatis suppetias ferat, doctrinaq; Aegyptiaca quam primũ extincta, ingentem gloriã apud amplissimum populum reportabit? Quis totam diuinitatem animo suo ita infiget, vt nihil ex tota Trinitate imminuat? Aut quis prudenti mente validissimisq; argumentis cõtrariam doctrinã dissijciet ac profligabit? Quis belli tempore firmam & stabilem fidẽ habebit atq; in mutabilibus imperijs idem semper suiq; similis manebit, ac non Euripi in morem variè sese inflectet? Quis horridum sacerdotum bellum cõprimet,[3] charitatisq; propugnatores inter se conciliabit? huius quidem rei summã cupiditate flagrabam: quidni autem, cùm Christus hominũ medicus passioni suæ legibus hoc sanxerit, vtpote qui per crucem suam tam bonos quã malos, tam eos qui à cœlesti regno procul dissiuncti, quàm qui propinqui erant, amoris nexu copularit? Ob idq; lapis angularis vtrisq; superiectus est, ambos videlicet populos amoris beneuolentiæque compage in vnum iungens. huius inquam rei miro desiderio tenebar. Verùm ij, qui me antea infenso animo oderant, cõ temptui me habuerunt, nec consilio nostro vllo modo permoti sunt. Atque vtinam Trinitas ipsa belli expers esset: nam eam quoque impij homines crebris sagittis incessunt. O Trinitas 4 bellum hoc siste. Da quæso, vt pernicioſum hoc bellum 5 neminem vulneret: laboribusq; nostris commodum finem concede: Tuque vale, ô illustris Anastasiæ sedes, quę oppressam & extinctam fidem sermonum meorum opera in lucem reuocasti. Tui certe ne mortuus quidem obliuiscar: sed cum præstantissimis quibusque te collocabo, Trinitati sanctę pro filiorum meorum salute supplicans.

SCHO-

1. Venio) In primo verbo Graeco error obrepsit. Legendũ enim ἔρχομαι non ἄρχομαι. Verba enim sunt hominis ex longa peregrinatione in patriam reuertentis. Idem verbum repetit sequenti distichо.

2. Atque ita venio) Gr. ἔρχομ' ἴχων ὅτ' ἔρξα, &c. Quibus verbis tacitè alludit ad ea carmina quæ Sardanapalus, homo ventris ac libidinum omnium seruus, sepulchro suo insculpenda mandauit. Ταῦτ' ἴχω ὅσ' ἔφαγον καὶ ἐφυβρισα καὶ σὺν ἕρωτι τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται. Quæ Tullius ad hunc modũ Latina fecit: Haec habeo, quæ edi, quæque exaturata libido Hausit, at illa manẽt multa & præclara relicta.

3. Charitatisque propugn.) Absurdũ est eos, qui Dei, hoc est ipsissimæ charitatis propugnatores se profitentur, simultates inter se exercere.

4. Bellum hoc siste) In Graeco pro ἴστα legendum ἴστα.

5. Neminem vulneret) Hic quoque in Greco manifestus est error. Vt enim carminis vitium taceam, quis horum verborum sensus est, μηδὲν ἀνθρώπους κακὸν μάθοι? At si legamus μηδὲν δὲ τρώσῃς, &c. & ex carmine vitium & ex sensu absurditas tolletur.

DE SE IPSO.

VIrtutis quidem summa cupiditate tenebar: verùm ipsa, cuiusmodi sit, quoque modo ea potiri queã me tametsi id auidissimè expetẽtem, naudquaquã edo cuit.[1] Cupiditas porrò quæ nõ expletur, animũ angit & excruciat. Nã si virtutis latex purus est, nec hybernis aquis aut torrentibus ex pluuia collectis permixtus, quæro quis eum in terra inuenerit? Aut enim cœnum animus ipse egerit: aut certe excipit, vtpote qui grauẽ corporis molem trahat, externeq; etiã à teterrimo vitæ nostræ hoste ac luculento barathro turbetur. Neq; enim cõueniebat vt qui è genitalis seminis profluuio coagmentatus esset, ac per vitam fluxã decurreret, fluxionis ipse expers esset. Sin autẽ virtus non pura omnino ac liquida vnda est, cum deterioribus cõmiscetur, fœdeq; confunditur, quonã modo virtutis nomen sustinere ac retinere queat, etiã atq; etiam expende. Quod eñ ad me attinet, ancipitem in vtranq; partem animum voluo. Nam nix quidem natura sua frigida & candida est, ignis rursus calidus ac rubore fulgens: nec ea inter se vnq; miscentur. Priusenim per vim dissoluuntur, quã quisquam ea commiscere possit. Qui fit ergo vt peccati labes ac turpitudo superueniens, virtutem inficiat, Dei que magni imaginem labefactet, si modò verè Deus sum, atque hoc nomine gloriari possum, quòd ipsius pars sim? Ferunt[2] Alpheum amnẽ per mare, id quod maxima admiratione dignum est, fluentem, dulcedinem tñ suã retinere, nec salsuginis quicquã & corruptelæ inde contrahere. Corruptela porrò, vt aeris nubes & corporis morbus, ita virtutis quoque nox nostra & caligo est. Sæpe pedem in cœlũ sustuli: sed me grauis & tabida cura in terram deiecit. Sæpe hoc mihi accidit, vt sancto diuinitatis lumine perstringerer: sed protinus inter fusa quadã nube splendor ille se subduxit, meq; iã luci propinquũ effugit, incredibili q; mœrore confecit. Quam tandem huius rei causam esse dicã? An hoc lex mortalium poscit, vt perpetuo ipsius desiderio ardeãm? an potius, quia hoc mihi melius cõducibiliusq; est, vt quod magno studio & labore adeptus fuerim, magno quoq; studio ac labore coseruem: hoc quippe fixum ac stabile esse solet, in quo mens admodum elaborauit. Sæpe etiam, vt calli dissima quædam fera vestigia vestigijs inducit, sic impurus ille hostis boni malique delectũ mihi ademit: vt huiusmodi fraude virtutis venatorem in errorem induceret. Huc accedit, quod aliud mihi caro prescribit, id nempe quod mihi suauitate aliqua arridet, aliud lex, aliud Deus, aliud liuor: aliud tempus, aliud æuum. Quo fit, vt ea, q̃ odi, perpetrem, malisq; oblectẽr, risuq; plane Sardonio conceptam in præcordijs mortem rideã, mihiq; ex pernicie mea voluptatẽ fingã. Nunc humilis sum, nũc sublimis & excelsus. Hodie ab insolentia & cõtumelia abhorreo, crastino die in solens & cõtumelioſus futurus: ac pro temporis varietate subinde immutor, non aliter ac Polypus petræ, cui ad hæsit, colorem referens. Calentes lachrymas fundo: sed peccatum nõ simul fluit. Et quamuis lachrymas omnes effuderim: nouis tñ peccatis admittendis nouas in pectore 4 lachrymas accumulo, ac medicinæ pharmaca proijcio. Corpore virgo sum: an autem etiã animo, haud certum habeo. Pudor plerunq; oculos obtegit: sed mens impudens se effert. Ad aliena vitia perspicax, in meis prorsus cæcus sum: sermone cœlestis, animo terrenus. Trãquillus ac pacatus sum: verùm si vel leuissimus ventus flare cœperit, tumidis statim fluctibus attollor, nec

Hominis conditio.

Cupiditas & repleta animũ excruciat. Simile.

Hoc fixum & stabile esse solet, in quo mens elaborauit Simil.

Humanæ vitæ inconstantia.

Polypus.

Simil. Quæ virtutis corruptela.

Virginitatis cultor Gregorius

Universidad de Deusto
Biblioteca

nili sedata tempestate[1] æstus ille cõquiescit. tum verò iram cadere non admodum mirum videri debet. Sæpe rectè & cum optima spe currentem iamq; vltra mediã ac popularem virtutem omni animi nixu cõtendentẽ, cõfestim pestifer ille hostis resupinum ad imas radices ac præcipitem egit, non vtiq; aliter, atq; ijs accidit, qui lubrico pede per arenam incedunt, ac subinde fallente vestigio cadunt. Rursus ascendo & rursus in tergum cado, fœdiusq;, quàm antè, miser corruo. Semper incedens, semper trepidus, vix passus aliquot progredior: at celerrimè prolabor. Lõga vitæ spatia confeci: nec tamen è vita exire cupio, medicinã videlicet expetens. Verùm à medicina procul absum, vtpote qui diutius viuendo nihil aliud assequar, quàm vt[6] maiorem vitiorum aceruum colligã. Quo circa generi nostro dogma hoc fixũ sit. prima Trinitatis natura pura est: secunda etiam, hoc est euangelica: tertia verò, nempe mortalium, dubia atq; anceps inter vitam ac mortem posita, opulẽtum illa quidem finem habẽs, cæterùm ærumnosum, etiam si perniciosæ vitæ ianuam nonnihil aperui: hoc enim certamen Deus menti meæ propositum esse voluit. Quamobrẽ[7] optimus ille censendus est, qui inter plurimos malos paucioribus vitijs obnoxius est,[8] virtutemq; à tergo sequitur, perinde ac fluuius aliquis, fluuio alteri aspero turbido ac sæuo vim afferẽs: aut si ei admisceatur, maiore puritatis copia lutulentam vndam occultans.[9] Talis hominum animo & corpore constantiũ virtus est. Nã maior puritas mortaliũ modulũ excedit, cælitumq; tantum est. quod si quis apud mortales adhuc agens, vel oculis Deum pspexit, vel graui carne hinc in cœlum sublata, ad Deum euolauit[10] hic honor Dei est: mortalibus interim modus impositus sit. Age verò hunc quoq; sermonem animo tuo infigam, nempe quo modo ad virtutis, q̃ sola puro Deo pura victima est, summum culmen peruenire queas. Nõ quòd in hac vita te hoc assequi posse putem (multiplex emẽ hic fumus oculis incumbit) sed bene mecum agi putabo, si vitia vnà cũ hac vita reliquero. Virtus itaq; non Dei solum, tametsi imaginẽ suã eximio amore cõplectat, beneficio contingit. (Nam tua quoq; cura accedat necesse est) nec rursus solius hominis studio atque industria cõparatur (maiores emẽ vires ea requirit) quemadmodum nec oculus solùm meus, quãlibet acutus & perspicax, ea q̃ in aspectum cadunt, cernit, nisi Solis lumen accedat, quod simul & oculos collustrat, & oculis illucet. Verũ ad virtutis adeptionem, Dei partes duæ sunt, prima & postrema:[11] vnã aũt à me quoq; præstari necesse est. Ille siquidem & boni capacem me fecit, & vires mihi ad id suppeditat: at ego intermedius, tãquam in stadio cursor, nõ admodum leuis incedo, nec sine pmij spe pedes distendo, Christum p̃ afflatu, Christum pro robore atq;[12] amplissimis opib. habens, cuius beneficio & oculorum acie valeo, & recto cursu feror. Nã sine ipsius ope oẽs nos inania ludibria sumus, & viua, vt ita dicam, cadauera sceleribusq; fœtida. Vt enim nec auis sine aere volat, nec delphinus sine aqua natat: ita nec homo sine Christi adminiculo pedẽ terra efferre potest. Quãobrem nihil est, cur magni aliqd de te existimes, aut sapientiæ tuæ, quãtumuis eximię atq; excellentis, virib. fretus sis: aut, si abiectiorem aliquem tibiq; virtute imparem videas, animum protinus tollas perinde ac palmam omnib. p̃ripueris, nec à meta procul absis.[13] Intra metam etenim ille haud dubiè subsistet, qui curriculi metam nõ prospexerit.[14] Animo quidem sublimis & excelsus, cæterùm ab insolentia superbiaq; alienus esto. Vt emẽ animi magnitudo & sublimitas hominem in cœlũ tollit: sic rursus animi elatio atq; arrogantia eundem in terram deijcit: ac Deus perpetua ira superbos insectatur. Iã verò in rebus honestis ac laude dignis ita te cõpara, vt alias iam manu arripias ac teneas, alias speres, alijs deniq; cedas. Nam id quoque temperantis animi est: Par quodammodo malum est, virtutis spem abijcere animũque desponere: & nimiam securitatem fiduciamque p̃ se ferre, tanquam cuiuis prõptum & facile sit virtutẽ adipisci[15]. Vtrouis enim modo affectus fueris, perniciosè vtiq; in via subsistes. Da operam vt sagittam ita semper manu teneas, vt ad destinatum scopum tendat: sic quidem, vt nec vltra Christi mandatum, nec citra eiusdem p̃cepta eam mittas. Neutro emẽ modo virtutis album series. Sæpe etiam accidit, vt immodici studij nullus fructus extet: nempe cùm nouæ cuiusdam ac singularis gloriæ cupiditate incensi, supra modum intento arcu sagittam emittimus. Si nimis elato animo fueris, in memoriam tibi reducam, vnde in vitam veneris,[16] quidnam antè eras, quid etiam tum, cùm in maternis visceribus conditus iaceres, quid denique postea futurus sis, nimirũ puluis, vermiumque pabulum, nihil amplius tecum in Orcum ferens, quàm vel tenuissimus atque imbecillissimus quisque. Sin autem nimis demissè abiectèque de te senseris, hoc tibi proponam, te Christi figmentum, spiraculum,[17] augustam partem esse, ex eoq; cœlestem simul & terrenum,[18] Deumq; factitium extitisse (opus certè nullis obliuionis tenebris obruendum) ac per Christi passiones ad immortalem gloriam eniti. Quocirca carnis voluptatibus ne indulgeas, nec superflua commoda huius vitæ amens: sed in excellentiori templo extruendo elabora. Homo etenim Dei magni templum est, quod quidem tum ædificat, cùm pedem terra effert, perpetuoque motu ad cœlum fertur. Hoc igitur templum ita custodi, vt suauissimis actionibus sermonibusque perpetuo fragret, Deusque in eo semper habitet. Illud etiam moneo, vt reipsa semper, non hominum opinione quam optimus esse studeas, nec rubricatam tantùm elegantibusque coloribus tinctam, aut adulterina pulchritudine nitentem nauim, sed clauis optimè compactam egregieque ad nauigandum accommodatam, ac fluctus celerrimè sulcantem, mari committas. Omnes quidem procedere ac progredi satagant: cæterùm Deo, tanquam certissimo funi, omnes tam sapientes quàm fortes, tam diuites quàm paupères hæreant. Illic suos quisque rudentes appendat: ac potissimum ego, qui per sacrificia plebem ad cœlum ducens, sublimi throno insideo, in eaque causa sum, vt mihi non minus oneris molestiæque incumbat, Christum animo atro atque impuro contemnenti, quàm gloriæ ac splendoris, ad Deum[19] per sacerdotij munus accedenti. Vt enim Dei mensuram vitæ nostræ mensura sequitur: ita vitæ quoque nostræ mensuræ Dei mensura respondet. Hoc si animo fueris, tum vitæ huius curriculum certò conficies: tum etiam postea cum meliori Dei pompa, solutis videlicet ad Dei splendorem huius vitæ vmbris, ad alterã vitam migrabis.

Simil.

Quia vir optimus.

Virtus quo modo comparetur.

Deum pœna tua ira sua, verbo ingeminat.

Simil. Virtutis mediocritatem optimam.

Homo post mortẽ vermiũ pabulum.

Homo Dei templum.

Sine Deo nihil esse hominẽ, & ludibriũ ac vanum cadauer.

Quadratum vt optimi finem non videatur.

SCHOLIA.

1. *Cupiditas porrò)* Alludit, vt opinor, ad illud Scripturæ, *spes quæ differtur affligit hominem.*
2. *Alpheum)* Vide pag. 199. schol. 35.
3. *Risúque plane Sardonio)* Sardonium risum videre, est voluptatem exprimere pestiferam atque exitiosa aliqua re capere. Vide Erasmum in Chiliad.
4. *Lachrymas accumulo)* Probabilius enim est, legendũ esse in Græco ἀχλύσω quàm ἀχλύω, vt respõdeat verbo ἐπιλύσωσα.
5. *Æstus conquiescit)* In Græco vitiosè legitur ἐκπίπτοντος pro ἐκλιποῦς.
6. *Maiorem vitiorum aceruum)* In Græco pro κεκμάτηκα legendum κεκόμικα.
7. *Optimus ille est)* Eodẽ modo Horat. Nã vitijs nemo sine nascitur: optimus ille est, Qui minimis vrgetur.
8. *Virtutemq;)* Claudicat vno pede versus Græcus ἅπαξ φέρεσχαλίνη, ἀλλ' ἐν τοῦτο μόνον. Integritati autẽ suæ restituetur, si post κεχαλινωμένος collocemus: id quod sensus apertissimè postulat.
9. *Talis hominum)* Sic enim mihi reddendum videtur quod est in Græco ἀρετὴ πλακτοῦ, vt cœlitibus opponatur.
10. *Hic honor Dei est* ὑγιὲς ὄνομα θεοῦ. Videtur loqui de his, quorum animus in cœlum vnà cũ corpore raptus est, vt Enoch & Elias. Nam Paulus de se non audet affirmare.
11. *Vnam autem à me quoque)* Vide pag. 526. schol. 6.
12. *Amplissimis opibus)* Gr. κἄλλων ἀγκαλῶν vbi tamen ἄγκιστον legendum puto.
13. *Intra metam ille)* Gr. τέρματος ἐντὸς ἵμασεν, ὃς ἂν εἰδὼς τέρμα πορέσῃ, vbi satis apparet pro οἶδε legendum esse ἴδῃ, tum quia non patitur lex carminis vt prior syllaba verbi οἶδε breuietur: tũ quia ex huiusmodi cõmutatione clarior mihi sensus fuisse videtur. Erit enim hæc sententia. Tametsi non lõge absis à meta, inanis tamen erit tibi omnis labor, nisi metam ipsam attigeris. Quid enim prodeit hominis in aquis periclitanti, ad ripam vsque propemodum enatasse, si intra ripam tamen subsistat, ac pessum eat?
14. *Animo quidẽ excelsus)* κἂν μὴ τρομέων. Hoc quoque loco quamuis repugnãtibus Græcis codicibus, pro τρομέων, φρονέων reponere non dubitaui. Nãita etiã legitur hic versus sup. in Paranet. ad Olymp. & in Præceptis ad Virg. κἂν τύχῃς ἔσθλ', κἂν δὲ πὰν ἐλαττόνων. Alioquin quid attineret opponere τὸ τρομέειν τῷ μὴ βλασφημεῖν cùm idem significẽt. At quo modo hunc locũ restituimus, sensus erit: Velim quidem te magno atq; excelso animo esse, non tamen superbo atq; arroganti, idq; non modò huic carmini, sed etiã proximè sequenti lucẽ afferet: quod ita habet. Εἰ γὰρ ὄλβος ἕποιτο, μὴ ὑπερφίαλον φέροι θυμόν. Hic enim explicãs id quod prima fronte absurdum fortasse videri poterat, nimirum ad animi magnitudinem simul & humilitatẽ aliquem adhortari, ait duplicem esse animi elationem, alterã præclaram & cum laude coniunctam, qua homines omnes fluxas & fragiles despiciens in cœlum sic effert: alterã turpem ac vitiosam quæ hominem tãdem in terram deijcit.
15. *Vtrouis enim)* Nam si desperes te virtutem adipisci posse, profectò nec ad eam adipiscendam quicquã laboris suscipies, si autem opinionis errore adeptu facilem tibi virtutem finxeris, remissiore ac languidiore animo in eius studium incumbes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

16. *Quidnam ante erat*) carmen Græcum it a legi debet, τίς μοι ἦν ὑπάρχουσα, τί δ' ἂν ἀπολαύσαιμι ἐκείνου.

17. *Augustamque partē*) σεβάσμιος in Græco legendum, non αἰδέσιμον. quemadmodum sequenti versu προτέρου ἄμεινον, ἄριστον reponendum puto: tametsi impressorum codicū lectionem in versione secutus sim: ne quis me nimiū in emendando curiosum existimet.

18. *Deum factitium*) Id est procreatum. Improprie enim hic Dei nomen vsurpatur.

19. *Per sacerdotij munus*) Hæc verba addidi, vt perspicuitati consulerem. Hoc enim loco accedere ad Deū idem est, quod sacerdotis munere fungi.

IN MONACHOS HYPOCRITAS.

NVper quidam stultus, delicijsque ditus, diuesque at que insolens delicias mihi vitęque mollitiem obiectabat, cū aliamulta dicens, tum etiam illud, me diuitem & copiosum esse, vt qui & hortum, & otium, & mediocrem fontem habeā. Quid verò inquam, ô miser, lachrymásne taces, & ventris frenum, & genuum vulnera, noctesque insomnes, quibus monachi (de veris loquor: nam stulti ac pręposteri ad coruos proijciantur) corpora sua conficiunt atque enecant? Quantum porrò laboris molestiæque animas eorum subire existimas, cum corpore bellum gerentes, castraque e regione mundi habentes? Audite verò ô mundi amici quique supercilium magnum illud quidem, sed breui perituru attollitis, quid monachi dicant. Amplissima prædia possidetis, opibus affluitis: matrimonium, liberi, omnes denique vitæ iucunditates & oblectamenta, tam quæ terra quā quæ mare fert, vestra sunt. Nos cótrà, si fontem vel hortulum vel exiguam auram, vel vmbrosum quoddam nemusculum, res vtique leuissimas, possideamus, protinus id delicias interpretamini. Quid? an ne respirare quidem Christianis licet, hocque vno nomine vobis iniuriam fieri contenditis? vna lex est, vnus Deus, vnum nomen: omnes ęquè Christus exuta carne salutem consequi vult. At nos in Christianæ perfectionis, angustias à vobis compellimur, [1] perinde ac nihil hominibus debeamus. Nam quid deo, scit ipse: minimeque æquum est, te grauioribus vulneribus affectum in vitia mea inquirere, iudicisque munus vsurpare. At enimuerò quàm mœstus es, ô iuuenis, quā pallidus, calceisque carens, quā squalet coma, quàm ægrè loqueris. Tunica etiam ipsa per zonam effluit, vestisque atra ad talos vsque pender. Ad hæc ego: siquidem ista ob fidei ardorem fiunt, tota vita indexac testis est: Si autem per fucum & simulationem, laudet sanè qui volet: nam ego nunquam laudabo. Alioqui non iam quisquam aratrum, non ligonem curet: non tributa pendat, non parentes alat. Modò tibi barba densa sit, & cilicina vestis [2] collum obterat, nihil iam supereſt, nisi vt noua dogmata per orbem seras. Quòd si solœcismum admittas, omnesque simul [3] lapidibus insecteris, angeli nomen obtinebis, nec exiguam crines tui vim habebūt. Si quis nunc flagitiosè atq; impurè viuit, si plus habendi cupiditate flagrat, si sanguinarias manus aut etiam legionem illā magnam habet: si nec corporis extenuatione, nec lachrymis, [4] nec laboribus vitæ sordes abstergat, hæc iam omnia pro meris fabulis habentur. [5] libros tantum euoluat, verbisque hinc inde collectis hæresin quandam inducat: hac vna re vitia sua omnia delebit. Non quidem nego, quin omnibus vtilissimum ac saluberrimum sit, obesam carnem ieiunijs, curis, peruigilijs, omni denique ratione tundere ac domare. Hinc enim verisimile est fore, vt & qui purus est, puritatis accessionem faciat, & qui malus est, de vitijs suis aliquid deterat. Sed si quis est, qui simulatè tantùm ac non ex animo hoc faciat, [6] mihi quoque non displicet, eum ad hunc modum sese excruciare: vt imposturæ suæ pœnas luat. Crassas verò carnes & tumidum ventrem, ac prominentem angusta illa porta capere nequit.

SCHO-

1. *Perinde ac nihil hominibus debeamus*) Id est, perinde atque humana omnia à nobis aliena existimare debeamus: nec fas sit monacho quicquam oblectamenti capere.

2. *Collū obterat*) Lego enim λιπτερίπλων, non vt in impressis codicibus, λιπτερίπλων. quid enim hoc ad fucatam vitæ asperitatem?

3. *Lapidibus insecteris*) Id est, conuitijs obruas. Hæc autem ironicè dicuntur.

4. *Nec laboribus*) Vera enim est Aldi emendatio, pro πόνοισιν, πόνοισιν substituentis. Loquitur non de benignitate atque humanitate in pauperibus complectendis, sed de vitæ asperitate, quæ in carnis macerationē, lachrymis, laboribusque consistit.

5. *Libros tantū euoluat*) Βίβλοις enim lego non βίοις. Loquitur enim de eo, qui hinc inde sententias quasdam excerpit, quibus hæresim instituat.

6. *Mihi quidem non displicet*) Quis enim non videt hic ἀρίστου legendum, non ἀρίστων. Ait enim Gregorius sibi gratum ac iucundū esse, quod hypocritæ omni asperitatis genere se conficiant, vt hypocrisis suæ à seipsis pœnas expetant.

IN MORBVM.

Frustra tentasse sanari conatus.

RVrsus ad me veni sti ô astute ac versipellis: sed nō ita callidè atq; obscurè, quin fraudem tuā satis animaduerterim. Totus enim conatus tuus eò tendit, vt intimum pectus meum depascaris, ac multis validissimisque huius vitæ impulsionibus tanquam ariete quodam sacrosanctā Dei imaginem labefactes ac deijcias. In robustas carnes impetum fecisti, meq; à capite ad pedes vsque lacerasti, [1] solutis nimirum humoris illius vinculis, quo Deus sapientia sua mundi procreatrice, siccam naturam madefecit, quemadmodum calidam quoque naturam frigida temperauit: vt [2] æquabilitatis nexus integrum atq; incolume corpus cōseruaret, nosq; hinc vitæ dissidium & inæquabilitatem fugere disceremus. Pestifera mente venisti, atq; in me ô miser, totū malitiæ tuę virus effudisti. Parum erat, credo me tristissimos senectutis dolores, onusque [3] Siculis scopulis grauius perferre, nisi me quoque acerbissimus morbus absumeret, membraque mea tabe quotannis recurrente conficeret. Proinde non aliter lugeo, & ingemisco, ac fortissimus quidam leo venatorum retib. implicitus. Nec verò ea mihi luctus causa est, q vel sermonum lasciuiam, vel æqualium cō suetudinem omnibus iucundam & amabilē, vel conuiuia, vel vrbium fora, vel nemora, vel balnea, vel deniq; quicquā eorum, quæ pro dolosæ huius vitæ floribus habētur, desiderem. Hæc em iā inde mihi grata esse desierunt, ex quo memet à terrenis rebus longissimè abducens, Christum vnis cōplexus sum. Verùm ob id ingemisco quòd vitalis Dei oculus, cui olim curæ eram, quiq; me in maternis etiam viscerib. illustrauit, & maris periculo grauibusque perturbationibus liberauit, me tādem deseruit. Hoc inquā, nomine ingemisco quia populi habenas [4] non quidem proieci, sed tñ iecī: nec enim iam eas manu foro. Qui prius quidem sermonibus nostris, quos de Trinitate habebamus, exultabat: nunc verò, vt puerulus à lacte auulsus in vlnis parentis suæ, siccam mammam arentibus labris incassum sugit: sic ipse quoq; à lingua mea pendet, fontis illius nostri, multis antè fluentis, desiderio æstuans, cuius nunc nec per exiguam auribus guttā haurit. Alij quidem dulcem vndam fundunt: interim tamen auditores paterna voce orbati animo discruciantur. Vbi mihi nocturnarum cantionum statio, quibus vel solus cum Christo commercium habens, vel in hominum cœtu alternatim cantillandis hymnis mentem oblectans pedes sustentabam, ac viui cuiusdam lapidis instar obrigebam? Vbi flexorum genuum dulcis labor, quo calentes lachrymas prius fundens, caliginosam mentem colligebam? Vbi pauperum altrices manus, morbum confouentes? Quò tandem infirmorum membrorum maceratio abijt? [5] Non iam ad sancta sacrificia manus attollo, magnis Christi passionibus meipsum immiscens. Nō iam gratam martyribus choream statuo, atque oratione in eorum laudem instituta præclarū sanguinem veneror. Situ carieque libri mei obsiti sunt: lucubrationes meæ rudes adhuc & inchoatę: quibus quis tandem amicorum extremā manum apponet? Omnia etiamnum viuenti mortua sunt: vitaque etiam mea naue ea imbecillior est, quam compages liquerūt. Vtcunque tamen me grauissime dæmon, insecteris, nunquam coram te cordis mei genua flectam: verùm illæsus & infractus

Similis.

Nulla vox ouibus grātior pastoris voce.

Similis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terram,matrem meam subibo.habeat sanè vermis quod serpens consumpsit: pellé pro arbitrio tuo ac libidine tunde: anima quippe nullis vulneribus affici potest. Imaginem diuinam,quam accepi, Christo fistam.Nam tu quoque prius magnum illum Iob multiplici calamitatum genere constrinxisti:sed tamen victus recessisti. Ipsum enim magnus ille certaminis arbiter corona donauit, luculentoque præconio victorem pronunciauit, eique omnia quæ diseceras conduplicauit. Talis enim clementiæ Christi lex est. At mequæso, aliquando tandem incolumem esse iube. Nam solo sermone morbo meo mederi potes.Ego inter mortuos Lazarus alter sum: clama,obsecro, Surge: Et sermonis tui vi mortuus ad vitam redibit.Paralyticus nouus ego sum,lectoque teneor:clama, Consolidare:Et protinus lecto humeris sublato incedam. Recuperandæ sanitatis causa fimbriam tuam manu furtim tãgo: Tu marcescentibus carnibus [6]sanguinis profluuium consestim siste. Tibi ego, hoc est tua sors,vt Chananæa illa curua, totoque corpore contracta, inclinor:tu me erige. Furit mare,tu somno dulci acquiescis: atquàm celerrimè expergiscere,tuoque sermone tempestatem seda. Est quidem mihi dolori corporis morbus:nec enim humanorum affectuum prorsus expers sum nec quisquam alius.Quandoquidem Deus ita iubet,ne quis in mortali conditione velut cœlestis sese efferat: verũ omnes ad Dei auxilium coniectos oculos habeamus necessitateque & vgestate compulsi acrius ad pietatem extimulemur. Non tamen tã graui me luctu morbus afficit (morbus quippe prudenti homini nonnullam etiam labis absterſionem habet,qua vel fortissimi quique homines indigent.Corporis enim animæque vinculum mortalibus caliginis aliquid vehit) quantum in hoc meo dolore humilium atque infirmorum rationem habeo,hoc nimirum metuens, ne quis calamitatibus nostris offendatur. Pauci enim homines animi firmitate præditi sunt, qui videlicet tam iucunda, quã aduersa æquo ac libenti animo à Deo accipiunt:nec dubitant, quin omnia ille cum ratione faciat,etiamsi sapientiæ suæ altitudinem occultam esse velit. At verò plerique pijs quidem, cæterum non firmis insultant,perinde ac nullum pietatis suę premium ferentibus: aut etiam turpem omnino fœdamque cognitionem animo suscipiũt,nimirum vniuersam rerum molem temerè ferri,nec Dei prouidentia res humanas administrari:Neque enim alioqui eum rerum nostrarum clauum ita gubernaturum. Horum Christe memor esto, famuloque tuo feropem. Nec fœdo atque ignominioso fine vitam meam claude. Tuus cultor ego sum,tuis donis manus immitto,capitique eorum,qui mihi sese substernunt, morborumque suorum depulsorem me profitentur. Propitius esto Christe:aut si medicinam negas,eas saltẽ mihi vires suppedita,quibus morbum sortiter feram.Ne me penitus infamem & ęrumnosum esse sine:sed ita me rege,vt nec freni omnino expers sim, nec rursus omni calamitatum genere conflicter.Aculeo me,ò beate,non lancea punge,atq; ita de me statue,vt nauis cuiusdam instar,nec nimis leuis,nec rursus [7]nimis onustus huiusce vitæ mari committar. Nã & nimia prosperitas insolentiam parit:& dolor animi lumen obscurat.Quare hocà te peto vt pœnam indulgentia temperes, atque compenies. Compescuisti me superbũ & arrogantem:nunc grauiter laborantis te misereat.Nam adhuc clementiæ tempus est,ò optimè iudex.Canitiẽ meam & mẽbra spontaneo cruciatu confecta, ac denique sacrificia ipsa vereor,tot tantisq; calamitatibus vexatus:idque diuinitus. Sed quid ego hæc superflua. Quid legem Deo præscribere aggredior? Tu me, Christe, seruum tuum,quò voles,feras.

Multi ad pietatem ex calamitatibus animũ demittũt, atque offendiculũ patiuntur.

Simil.

SCHOLIA.

1. *Solutù nimirũ ἐλύματι λυσιμελὲς λύεται.* Nõ enim defluuio,sed siccitate potius ac tabe laborabat Gregor.
2. *Aequabilitatù nexus)* ἰσοσυνάλλακτον enim lego,non ἰσοσυνάλλακτα, quemadmodum satù ostẽdit carminis sensus.
3. *Siculis scopulis grauius)* Sic Cicero in lib.de Senect.onus Aetna grauius senectutem vocat.
4. *Non quidem proieci)* Proiycere hoc loco sponte abiycere significat.Nec enim Constantinopolitanæ Archiepiscopatu idcircoſe abdicauit, quòd eũ huiusmodi Ecclesiæ clauũ tenere pigeret:sed quia multorũ hominum inuidia hac ratione occurendum,corporisque iam effœti rationem habendam existimaret.
5. *Non iam ad sancta sacrificia)* Periphrasis elegans sacrosanctæ liturgiæ.
6. *Sanguinis profluuium)* αἱμορροοῦσαν in Græco legendum,non αἱμάσσουσαν.
7. *Nimis onustus)* ὑπερχοῦσθαι legendum,vt respondeat τῷ κλύζεσθαι.

AD

AD NEMESIVM.

ARGVMENTVM.

Nemesius vir cætera clarus,atq; in multis Reip.muneribus magna cum laude versatus, adhuc tamen in Ethnicismi cœno hærebat.Hunc igitur,vt abiectis impijs erroribus,pietatis Christianæ cultum suscipiat,Gregorius hortatur.

NEmesi iustitię doctrinæq; lumen, qui ob tuã in iure dicendo fidem & integritatẽ,summa apud Imperatorem gloria florens,[1]omanis primùm legibus,aduersaria voce [1] malam causam refutando, magnũ robur conciliasti,nunc verò apud Cappadoces prętura munere fungeris,iustitiæq; tuę primitias tanquã radios quosdam effundis,alij quidem fidibus &carminibus,igneaq; dicendi vi & facultate,qua tu mortales omnes longissimè post te reliquisti,laudes tuas prædicent.quandoquidem virtus tua,non aliter ac magni cuiusdã amnis [2]alue in multas partes dissectus, satis vberem & copiosam pluribus oratoribus materiã suppeditare potest, si laudes tuas inter se partiri ac distinctè sigillatim que recensere voluerint. Alij rursus mutũ Nemesium,licet alioqui facundum imprimis & eloquentem vel in sublimi tabulã pictum,vel ære exsculptum in sublimi loco collocantes,vrbem ornent & illustrẽt. Nam egregiorum ducum ac prefectorum statuæ quoque ipsę ciuitatibus apud posteros gloriæ atq; ornamẽto esse solent. Ego autem(me etenim Deus cœlestium & humanarum rerum cognitione donauit : ac mens per omnia fertur,[2]altissima ac recõditissima quæq; cum Spititus sancti luce splendoreq; peruestigans)ea proloquar,q̃ proloqui decet hominem sacerdotij munus obeuntem,veritatisq; prẽconem,ac discipulum eorum,qui orbe vniuersum dulci Dei sagena constrinxerunt,non eloquẽtiæ præsidio freti, non opum robore inflati,non denique prius clari atque illustres: nimirũ vt omnes apertè confiteantur,totam huius victoriæ gloriã ad Deum Verbum esse referendam. Age igitur attenta mente orationem nostrã accipe:& qui sermonibus illis,qui inani quadam voluptate animum deliniant,fictaque duntaxat, vt adulterarum facies, pulchritudine nitent,aures tandiu præbuisti,easdem quoque parumper ad verba mea attentas habe quorum pulchritudo,& quidem eiusmodi,vt nec deleri, nec vi aliqua labefactari queat,mens eorũ ac sententia est, purissimis oculis clarissimũ lumẽ infundens.Etenim si Christus mentem tuã cœlitus feriret,mediamq; salutifera sagitta cõfigeret: vtrunq; amorem seorsim cõsiderans atq; expendens,scires vtiq; quãtò dulciorẽ Deus aculeum infigat.Mihi quidem canis iã caput obsitum est, & rugis arata membra ad vitæ vesperum occasumq; vergunt. Atque in tam longo vitæ curriculo, vt in multas ærumnas & acerbitates incidi, ita vicissim,breues quidẽ illas, multas tñ vitæ iucunditates mihi experiri contigit. Nullã porrò tantã talemque gloriã vidi, quanta quamq; eximia eius hominis gloria est,q̃ sanctissimo Dei numini ꝓpius se adiungit.Sola mihi doctrinæ eloquentiæque gloria chara erat,quã ortus & occasus & Græciæ decus Athęnę mihi collegerũt, cuiusq; studio multos diuturnosq; labores exhausi.Sed & hanc quoq; ad Christi pedes prostraui, magno Dei verbo cedentem,quod quidem sinuosos omnes mentis humanæ sermones nõ minùs q̃ sol syderaliaobscurat atq; obruit.Quocirca vermeũ melius tibi conducibiliusq; futurum est.Iniquum ac nefas est,hominem à Deo procreatum,quiq; cœlestis verbi ꝓclara & immortalis imago est, & quidẽ intelligẽtia ꝓdita,rerumq; earum,q̃ ratione sola atque animo capiuntur,perita,atq; in sublime tendens,inanib.piscium belluarum animiq; simulachris subijci ac ꝓclinari, vilissimisq; figuris ex fluxa fragilique materia cõfectis,hoc est,man humanæ ludibrijs,rubigini tineisq; laborãtis.3Quæ quidẽ materia, partim in cultu ac veneratione est,partim ignobilis &ingloria iacet. Sed ne cœlestib. quidem corporibus (nec eũ dijs sunt,quantalibergloria prædita sint, verùm Dei rerum omnium effectoris opificia)animus sine summo scelere prosterni potest:Lunæ inquã,& Soli,ac syderibus cœlum exornantibus, immò ne ipsi quidem cœlo,in orbem licet volubili,varijsque internè rebus decorato atq; illustrato.Quod quidem etsi muto,admodum tamen exaudibili præconio artem illã decantat,qua vniuersa hæc rerũ moles coagmen

Dulcis diuini amoris aculeus.

Verbũ Dei sermones omnes humanos superat.

Quo Christus indoctos homines q; alios discipulos elegerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentata,miroque concentu connexa est: vt rerum aspectabilium adiumento,ad ea rum rerum,quæ oculorum aspectum fugiunt,cognitionem mortales perueniãt. Nã que & qui amplissimam aliquam domum cernit,protinus ipsius quoque architectũ animo intuetur:& nauis tacita voce extructorem suum prædicat. At tu deorum fictor,nouorumq; cœlitum pater,eò quoq; iam prorusti,vt impio & execrando cultu dæmonbus inanimis genua flecteres, bonosque ac malos appellares: Cùm tamen omnes mali sint, [4] egregijque figmẽti hostes,inuidi,dæmonum amantes,fœui ac feroces,carnibus sacrificiorumque nidore gaudentes, luculenti. Quos Christus magni Dei Verbum,inuictusque Deus,tum cùm carne assumpta apud homines versaretur,diuturna tyrãnide,qua orbem oppressum tenuerant,exturbatos fudit ac profligauit: cruoreque sacrosanctos nefarium cruorem sustulit,mentisque sacrificium aperuit,quod prius nõ nisi perpaucis hominibus cognitum erat. Nec verò tantas Christi vires extitisse mirãdum est. Nam ipse quoque qui Christo nomen dedi,augustum illud nomen vix pleruque pronunciaui,cùm statim dæmon non sine stridore grauissimoq; dolore longissimè se proripit dei immortalis vim ac potentiã clamans. Quod etiã ipsum mihi sæpe vsu venit, [6] cùm crucẽ ne in tabula quidem,sed in medio tantùm aere descriptissem. Nã sola figura trophæum erexit: quẽadmodum olim accidisse legimus, cùm Moses manus in crucis formam composuisset. Vellem equidem mihi liceret ex altissima quadam specula vniuerso hominum generi hæc verba intonare. Homines mortales,atq; eorum,quę nihil sunt effectores,quousq; tandem diurnis & falsis rerum insomniis falsi,vicissim fallentesq; temere in terra errabitis? Stulti idolorum cultores,qui hoc vitijs vestris subsidium excogitastis,vt flagitiosos,mendaces,fucarios,versutos & flexuosos,periuros,raptores,cinædos,adulteros,pdicones deos vobis fingeretis. Perspice,qso,quot in formas princeps eorum Iuppiter libidinis œstro percitus subinde se immutarit. Nunc taurus,nũc cygnus,nunc aurum,serpens,marit', vrsus efficitur,ac deniq; [7] in omnia, q̃ Cupido puer imbecillis iusserit, statí vertitur: vt ipsimet dictitant,qui deos condiderunt. Nec eò contenti,vitijs etiam ipsis sacra instituistis,alios nimirum atq; alios alijs alijsq; sceleribus flagitijsq; nobiles ac præpotentes diuinis honorib. afficientes. Ex quo illud efficitur, vt non solum impunitum maneat quoduis crimen,sed etiam laudabile atque honestum habeatur, velut Deo,qui id coluit gratum ac iucundum. Alium iam mihi præclarorum defensorum exercitum animo perpende, [8] Ithyphallos cornutos,colli expertes, media corporis parte dracones, belluas,multiplicesq; feras in vnum corpus cõpactas, aspectuque ridiculas huiusmodi monstrorum cultoribus quid aliud imprecer,quã vt qualia numina tales quoque filios habeant,qualesq; vitijs suis patronos asciscunt tali ipsi amicis suis præsidio sint, taleque vicissim in amicis siquod bellum ingruat præsidium collocatum habeant. Sed quid ego hæc sigillatim recensere,atq; ex ore sacro spurcitiem tantam effundere pergo? Vt igitur ad id quod omnium maximum est veniam (modò verbum orationem me am claui instar fulciat) nos quidem sacrosanctis libris,diuinisque prophetis,ac postremo internuncij Christi doctrina informati,spiritusque splendore perfusi,purisque animis Deum magnum intuentes (qua vna ratione deitas alioqui inuisibilis cerni ac percipi potest) cœlestium rerum scientiam callemus, diuinitusq; collustra tiad supera contendimus, quantum quidem nobis in hac mortali vita Deum cognitione assequi datum est. (Nõ enim vel perspicacissima oculi acies nubem aspectu facile penetrare potest) vberior autem pleniorq; cognitio nobis postremò concedetur. Hæc enim acerrimi desiderij nostri merces erit, vt quod summa animi auiditate expetiuimus cõsequamur. quòd siqui vestrum pari animorum attentione [9] nobis auscultãdum duxerint, ac prius fabulis vestris,pestiferisq; cultibus solebant, ô terq́; quaterq́; beatos homines: vtpote qui nec malis consentiunt,& iusto ac cõgruenti vltionis genere vtuntur. Quales enim à vobis tam aris, quã publicis hymnis & sacrificijs honorantur: tales ipsi [10] rapacibus coruis sæpenumero in pdam obiecerunt. Quòd si, vt Theologis vestris placuit. (Nam sunt quoque apud vos,qui diuinos cantus interpretentur) hęc quidem inanem tantùm cantilenam esse,atq;, vt suauis musicæ leges ferunt, carnem cum iocosa fabula coniunctã fatemini: cæterùm illud cõtenditis,grauem quẽdam sensum prudentibus duntaxat viris,ingenijq; acumine præditis cõspicuum, sub obscœna & meretricia verborum specie abstrusum latere,quasiq; duplici facie cõstare, ac, quod de [11] Mercurio aiunt,alium à frõte, alium à tergo esse: vide quàm inuicta hoc quoq; te ratione ineluctabiliq; argumento constringam. Est etiam in scripturis nostris duplex sensus,alter intern' ac spiritualis, alter externus, nec literæ corticem excedens. Ille à paucis perspicitur: hic à plerisque intelligi potest. Quod ea ratione factum puto, [12] vt sapientes meliori quã cæteri conditione sint,aut quod non sine labore ac negotio acceperunt,studiose quoque conseruent ac retineant. Quod enim aliquis celeriter facileque adeptus est, id ne retinere quidem magnopere curat. Verũ hanc sermones nostri rationem habẽt, quòd & corpus ipsis illustre est, & anima præclara atque diuina: aptissimè vt conferi cum duplici veste possint, externè nimirum purpurea, internè aũt eximio candore pellucida. Nullius omnino turpitudinis, nullius obscœnitatis velo Deus mihi regitur atq; occultatur. Puderet enim me sanè fabulæ adiumento ad diuinitatis cognitionẽ niti. Quis tibi hanc necessitatem affert, vt [13] per Scyllæos scopulos, per crudelem Charybdim, vbi fortasse naufragiũ facturus es, ad Ithacam properes? Quis te cogit, vt ad purissimum diuinitatis fontem pergens, cœno immoreris? Sic enim fier, vt dum luto adhæresis, limpidissima interim aqua dilabatur. Quin hoc etiam quęso animaduerte. Multò maxima hominum pars vitijs addicta est, atq; etiã si dux desit, sponte tamẽ sua in scelus fertur. Pauci omnino ad virtutem tendunt. Fluminis porrò rapidum cursum sistere, magni laboris mihi res esse videtur. In pronũ autem ac decliue ferri, perfacile. Quocirca si deos sceleris principes antistites q; constituas, priusquã obscurę fabulæ caligine prudẽti oratione discusseris, fabulę cultorem ad lucem cõtendentem opprimes. Quid plurib. verbis opus est? Age iã, licet alioqui ea sis ingenij solertia, vt alios quoque coarguere ac disputandi arte superare queas, vide [14] num ex hoc dilemmate te ex tricare atq; elabi possis. Si dij illi, quibus statuas erexisti, fabulæ sunt, quin tu hos disturbas, humique proijcis? Quid enim tam absurdum ac prępostерum, [15] quam obscœnitatem eam, quam ipse non credis, opibus tuis honorare, atq; interea Deum patrem vitęque authorem aspernari? Sin autem nullum doctrinę vestræ inuolucrũ nullamque calignem fabula offundit (ne alioqui æquè ac vetulæ, quæ poculis nocti busque insomnibus delectantur, ac fabulas cõminiscí videamini) prodigiosa hęc omnis superstitio in profundissimum maris gurgitẽ demergatur, quemadmodum magna quoque iam ex parte deleta atque extincta est. Christus enim ab orbis finibus omnia occupauit, posteaquàm manibus suis, quas quondam in cruce expandit terræ fines in vnum coniunxit. Quòd si quoniam meus etiam Deus è virgine matre nouo atque inaudito generationis modo prodierit, atque vt passionibus meis vitioq;, quod me in terram postrauerat, mederetur, mortem oppetierit, mortuisque iunctus fuerit, ac deinde reuixerit, hoc tibi parum graue atque honestum videtur. Age, quandoquidem, ó mundi amice, puros deos ex puris procreatos colis, hodierno die, quod antehac minimè fecisti, verbis meis, quæ Christus Deus meus mihi inspirauit, aurem accommoda. [16] In multorum hominũ ore hic sermo versatur Dei hominem [17] ex virginis sinu ortum esse, quem spiritus sanctus cum Dei magni tẽplo coagmentauit, [18] templum sanctum extruens: mater etenim virgo templum Christi fuit: Christus autem Verbi. Hoc quippe fixum & cõstitutũ erat, vt quoniã pestifer ille serpens naturã nostrã sub trãsgressione tenebat, diuinioris hominis pro creatione vitium pelleretur, grauissimumque nefarij draconis imperium quasi vinculis quibusdã premeretur. Quocirca virginis ventrem subijt, [19] dimidiaque generationis nostræ parte relicta, dimidiã honorauit: quatenus nimirum eum virgo mater peperit. Postquã autem Spiritus sanct' eum cõdidit, atq; in ipsis viscerib. [20] diuinitate affecit: expleto eo tẽporis spatio quo aluo gestãdus erat, in lucẽ produxit. Tum verò Christus crassam carnem induit, tẽplumq; pura diuinitate cõpleuit. Duplex enim natura Deus vnus erat, vt quidem ipse certissima fide teneo. Neque enim pars mortalis immortali parti implẽti cesisit. Volens porrò mortem oppetijt, ad breue quoddã tempus tumulo corpus suum commendans, vt ea ratione à morte ad vitam excitatus, mortuos ad vitam reuocaret, durissimum ferrum instar Magnetis sursum trahens. Me namq; totum cum humanis omnibus conditionibus Christus assumpsit, carnem, partum, formam, contumeliam, sepulturam, gloriam, resurrectionem arripiens. Proinde effrenatum istum orationis impetum coërcere, qui cùm tanta turpitudine ac fœditate scateatis grauissimum tamẽ aduersus me bellum geritis: & cùm cœnum quototi obliti estis, minimè perspiciatis guttulas tamen meas solicitè ac diligẽter obseruatis. Quòd si verum sermonẽ attẽta aure audire cupis, & si nõ dubito quin plerisque parum grata hęc oratio futura sit (neque eẽ in plerisq; ratio integra est, qui vanis opinionib. hærentes nullã veritatis curã tanguntur) apertè tĩ id quod certissimum est, dicam, licet alioqui purissimã cãdidissimamque vitam in primis cõcupiscam.

Quis fructus ex mũdi pulchritudine capiendus. Simil.

Piorum hominum vis ac potẽtia.

Signi crucis vis.

Gentilium vecordia.

Cur spiritualia scripturæ sensa obscurata sint.

Cur rẽ sacras figmẽtis scripturas asperas.

Dæmones magna ex parte mali

Dilemma alterius generis.

Maria virgo Christi templum.

Simil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nihil præter vitium turpe.

cam. Nihil præter vitium turpe atque inhonestum est: præter virtutem nihil bonum & eximium. Alia omnia in bonorum ac malorum medio posita sunt, atque à nostra voluntate pendent. Ex quo efficitur, vt ea & bonis commoda & præclara sint, & malis turpia & inconcinna. Quo in genere illud quoque materiæ meæ mysterium ponendum est, membris nimirum accedente immortalis Dei figura. Neque enim ille odio impulsus hominem diuinitatis suæ testem, regemque terræ, regisq; sempiterni decus, procreauit. Nec verò hominem amans,[21] tristem & miseram ei generationem præbuisset: Alioqui loquendi finem fac, mentemque tuam & cogitationem à Deo auerte. Nam si per purum atque incorruptum ventrem in lucē Christus minimè prodijt, purus vtique non fuit: quod enim purum est impuro corpore capi nequit. Sed fuerit sanè, si ita lubet, impuro partu editus. Illud tamen apud omnes, qui quidem sana mente sunt, perspicuè constat, solem ijs omnibus ad quos accesserit lucem afferre, omnesque, qui suaui quodam optimeque fragranti vnguento delibuti fuerint, statim optimè redolere: tantùm abest vt vel sol, vel vnguẽtum fordes vllas spurcitiemq; contrahat. Ad eundem quoque modum Deus per puram matrem prodiens, adeò ipsius viscèribus nihil fœdatus ac conspurcatus est, vt ea etiã perpurgarit. Eodem modo cùm mortis imperium morte sua sustulit, ac deleuit, nec ipse, quantum ad diuinitatem attinet, aliquid à morte perpessus est, & ipsam oppressit atque extinxit. Ac talis quidem oratio mea est. Tu verò linguam tuam antea indomitam atque effrenatam, nunc tãdem coerce ac doma. En sic Christus meus loquitur (vide autem, vt lingua faueas, ac bene ominosa verba loquaris:) Hyems præterijt, ver aduenit, luculenta est cœli serenitas. Agedum, igitur, immenso lumine vosmetipsos explete. Quousque tandé in caliginosis speculis vincti tenebimini? En tempus illud adest, quod Spiritus sanctus vobis olim affuturum promisit. Huc agite, & viuite, nouumq; expiationis modum suscipite. Cessate cantores, cessate, inquam, & insani dæmones nefarios cantus miseris inspirantes. [22] Orpheus feras ducat: Ascræus [23] Hesiodus Persi suo canat: Troiã & dolores Homerus cantet: [24] Musæus & Linus poëtices antiquissimæ laude celebres, carmina sua, quibus deorum laudes complectuntur, secum efferãt. Ter maximus ille [25] Mercurius inuitus etiam ac repugnans orationi meæ opem ferat, crucemque carminibus suis [26] Sibylla colat ac veneretur. Ita nimirum vtrunq; horum spiculis suis incitante maximo illo Dei numine atque afflatu. Nec verò me quicquam hoc mouet, quòd propius aliquando, quàm nonnulli alij, ad veritatem interdum accedant. Non enim id diuinitus ipsis cõtingit: sed quia [27] libros nostros velut limis oculis inspexerunt. Ipsi enim partim luminis omnis expertes fuerunt: partim quasi micanti quodã fulgore perstricti, eo statim orbati sunt. Quocirca dogtrinę nostræ tandem aliquando cedite, melioremque mẽtem induite. Apollo extinctorum deorum mortem vaticinetur. [28] Sibi enim pater, matrisque ac conceptionis expers est ille, qui postremo suo cãtu pernicioſum meum robur euertit. [29] Castalia, Daphne, quercus oracula iacẽt, nec iam apud stolidos & vęcordes homines vigeant. Iaceat Ammon, [30] vaniloquus ille dæmon, quẽ Aegyptij pro Deo colunt. Iaceant insuper [31] Branchidæ, & [32] supercilioſus Epidaurius. Iaceant sacra & cereboniæ tam occultæ, quàm perspicuę. Atque inprimis nocturna [33] Eleusiniorum sacrorum obscœnitas, furioſusq; in sacerdotum exectione Phrygiarum tibiarum sonus submoueantur. [34] Dictæi deinde Corybantes cum armis insanientes, ac Bacchantium agmen Semeles prolem circunstans atque in mõtibus versans, procul ablegentur. Iaceant nocturna eaque pernicioſa [35] Hecatæ spectra, itidemque scelerata Mithrei templi facinora, atque orgia nulli iam ignota. Iaceant [36] Gallę Cybeles vlulatus, ijque omnes honores, quibus turpissimi atq; effœminatissimi homines Nilum frugum datorem prosequuntur. Isidis & Osiridis mugitus tristes, & Serapis, lignum aridum, cum pestifera sua fabula explodantur. Iaceat Apis vitulus obesissimus à stultis Memphitibus adoratus. Nã quid te [37] Lacæna misera commemorem, ad cuius aram adolescentes verberibus se se inuicem proscindebant? Quid te Getice [38] Zamolxis, per turbam sagittas mittens? Quid etiam hospitibus pernicioſum Tauroscytharum sacrificium referam? Quid Deum illum, [39] Prosymni, formosi adolescentis, ligneum veretrum adamantem? Quid lasciuum illud & impudicum, quæ stuosum tamen festum, quod in Cypriæ veneris honorem celebrabatur? Quid denique de Lindijs illis sacris, quę acerbissimis quibusdã conuitijs, verborumq; contumelijs magna ex parte constabant? Omnia Christus verus simul ac nouus (id qd maximè mirandum est) sacrosancto suo cruore sustulit. Te quidem empedocle, inanis gloriæ studio inflatum, ignis Aetnæi cra-

Similitudo.

Tauroscytharum in hospites crudelitas.

Lindia sacra.

Empedocles vanitas.

crateres, æreis leuissimi ac stultissimi Dei calceis flammæ æstu sursum iectis, mortalem prodiderunt: ac per funestum saltum ad immortalem gloriam aspirantem, sempiterna apud homines infamia notarunt. Vos quoq; ô Hercule, Empedotime, Trophoni, inanisque ac fastuose Aristææ, fabulis vestris finem imponite. Ipsi quidem non diuos, sed mortales vos esse, per ea quę perpessi estis, ostendistis: atque aliquandiu ab hominum oculis conspectuque vosipsos subducẽtes, diuturna fraude, vestratium mque commentis & fabulis adulterinam gloriam arripuistis. At Christus nec paucorum hominũ vocibus circunscriptus fuit: nec illius fama temporis longinquitate imminuta atque obscurata est, quemadmodum fumus qui in aere confestim euanescit. Hæc enim inanis & infirmæ gloriæ natura est, vt statim decidat. Quin potius celebrior in dies apud homines futurus est, ipsiusque nominis splendor in omnem posteritatẽ crescet. Ex eoque tandem fore confido, vt orbem vniuersum vinculis suis astrictũ teneat. [40] Sic enim diuinitus constitutum ac decretum est: ac iam oraculum illud in opus prodit. Sed [41] hęc in Dei arbitrio posita sint. Ego autem, quæ me Deus, lumẽ meum, edocuit, narro, ac doctrinæ nostræ fundamenta omnibus refero: Deitatem nempe, orbisque creationem, quoque modo clauum mundi Christus, magni Dei Verbum, gubernet, resque omnes administret. Atque hęc cursim paucisque, vt mei moris est, versibus perstrinxi: quæ autem [42] vltra Gades sunt, proiecti. At, ô amicorum præstantissime Nemesi, hoc à me amoris erga te mei pignus, donumque omnium iucundissimum, quod mihi ex omnibus facultatibus meis vnũ supereſt, quæ so accipe. Accipe, inquam, nó Cygni, cùm in seniles pennas ventus inciderit, morte suam deplorantis, cantum, nec tristes hyemis tempore, quo canorę omnes aues obmutescunt, Luscinię modulos: verum cantionem eiusmodi, quę diuinitatem hominibus afferat, ex Christi sero ore manantem. Quocirca hoc tibi pro his omnibus beneficijs rependo, quæ in me & senecture fractum & morbo laborantem contulisti, quibusque me eruditionis ergò, cuius ipse laude excellis, supra alios omnes affecisti, idque quod valde mirum videri debet priusquã tibi de facie notus essem. [43] Vulgus enim hominum pudorem fere non nisi in oculis habet. Quòd si tu admonitioni huic nostræ parueris, velisque nostris nauigationẽ dederis, ô te & ductus & metæ nomine mirè fortunatum. Sinautem verbis nostris minimè obtemperandum duxeris, teque inuidus ille spiritus, vnum hominem omnes felicitatis numeros explere nõ sustinens, vsque adeò fallat accirconscribat: præclarum hoc certè Gregorij monimentum te vtinam consectetur. Postea enim futurum fortasse est, vt orationem meam comprobes, ex paruo nimirum igniculo ingentem flammam in aerem attollens. Quod si contingat, ad hunc modum quispiam loquetur: Nemesius excelléti animi magnitudine ꝓditus, iudicis munere apud Cappadoces integerrimè fũctus, nõ aurũ non argentũ, non generosos & pernicitatis gloria florẽtissimos equos (nec enim opibus vllis virtus ipsius labefactari ac vulnerari potest) è prouincia decedens, abstulit. Sed pro omnibus rebus Christum compilauit, magnam, inquam, illam splendidamque Margaritam, qua Cappadoces prouinciales mei (verè hoc nomine gloriabor) mortales omnes antecellunt. Atque vtinam, ô Nemesi, vt nunc nostris, sic cœlestibus quoque paginis nobiscum inscribaris.

Inanis gloria flatum euanescit.

SCHOLIA.

1. *Malam causam*) Gr. κακὴν μοῖραν, id est inferiorem orationem, de quo vide Scholia in priorem inuectiuam aduersus Iulianum.

2. *Altissima ac*) Alludit ad illud Pauli. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

3. *Quæ quidem materia*) Gr. Ξύλον μὲν δὴ εἰκαιότατον, &c. Absurditatem Ethnicorũ ex eo ostendit, quòd idẽ lignum partim in Deum effingerent, partim in ignem conijcerent, aut etiam prorsus vt inutile abijcerent, sic Horatius: Olim truncus eram ficulnus inutile lignum, Cùm faber ignarus, scamnum facerétne Priapum, Maluit esse Deum.

4. *Egregij figmenti*) Hominis scilicet.

5. *Nefarium cruorem*) Victimarum cruorem intelligit, quas homines amentes dæmonibus mactabant.

6. *Cum crucem*) Et tamen audent impij homines, & verè Christi crucis inimici sacrilego ore in eos debacchari, qui pium illum signandæ frontis ritum ab ipsis Apostolorum temporibus ad nos vsque perpetua successione transmissum, retinere malunt, quàm cum ipsis diuina omnia susque deque miscere. Vide Schol. prioris inuect. aduer. Iul.

Universidad de Deusto
Biblioteca

7. In omnia quæ Cupido) Vide Lucian. in Dial. Iouis & Cupid.

8. Ithyphallos &c.) De Ithyphallo à nobis dictum est. Per cornutos Panem fortasse intelligit, qui cornutus ab antiquis pingebatur, vt est apud Albricum in libello de Deorum imaginibus. Atq; etiã Hyginus in libro Fabularum cap. 196. eum Aegoceron, id est, capricornum dictum fuisse scribit, quòd se in capram aliquã do conuertisset.

9. Nobis auscultandum) ἡμῖν enim legendum esse sensus ipse ostendit: quemadmodum & præcedenti versu pro μοὶ μοῖβε.

10. Rapacibus coluis) Id est, extremo supplicio affecerunt. Sensus est: Quæ hac absurditas ac vecordia est, adulteros atque impios in parentes vt Iouem, fures vt Mercurium, &c. pro dijs colere: cum in optima quaque Rep. homines huiusmodi criminibus constricti acerbissimis pœnis excrucientur.

12. Vt sapientes) Lego enim cum Aldina emendatione ὡς κυν, non vt in impressis codicibus ὃ κυν.

13. Per Scyllæos scopulos) Per Scyllæos scopulos & Charybdim ad Ithacam properare, & per cœnũ ad fontem sese conferre, prouerbiali locutione dici posſunt. qui rem aliquam honestam & egregiam parum honesta ratione persequuntur.

14. Num ex hoc dilemmate) Locus est in Græco corruptus, à me vt opinor restitutus: Græca sic habẽt, ἀλλὰ τί μοι πιθόμην, οὐ δὲ μαλλον ἔντοσθε δύοιμι ἀμφὶ δὲ τὸν πίνυτὸν πρόϊων. ἐξ ἄλλον ἐλίσσων. Quæ verba quid significent, alij viderint. Ego post ἄμφὶ δύοιμι vnicæ dictione ἄμφίβιον lego, commodissima, nisi me multũ opinio fallit, sententia. λόγον enim ἄμφίβιον vocat argumentum ex vtraque parte aduersarium ita vrgens, vt ex eo se se explicare nullo modo possit.

15. Quã obscœnitatem eam) Verbi gratia, si Nemesio Phallos & Phallagogiam, aut Deorum coitus, atque incestas nuptias probri loco obiecero, ille statim occinet, se non ita hardum ac stolidum esse, vt res huiusmodi veras esse existimet. Tum ego, Si his rebus fidem nullam adhibes, quid ergo afferre potes, cur in hac tam turpitudinis cultu facultates tuas expendas?

16. In multorum hominum ore) Quoniam hæc & quæ sequuntur in Græco ita obscurè ponuntur, vt non admodum facile sit ex ijs authoris sententiam assequi: non alienũ erit paucis verbis ipsius sensum indicare. Obiiciebat Nemesius turpe & Deo indignum esse, eodem modo, quo cæteri mortales, ex matris aluo in lucẽ prodire. Hoc vt refutet Gregorius, primò quorundam opinionem profert, qui Christum non per matris vterum, sed per sinum in lucẽ editum fuisse asserebant. Quam tamen opinionẽ sibi parum probari aperte ostendit. Aliã ergo rationem & quidem verissimam ac firmissimã affert, cur Gentilibus turpe videri minimè debeat, Christum è matris vtero prodijsse: ait que præter vitiũ nihil turpe atque inhonestum existimandũ esse proinde nec modum eum quo mortales in lucem educuntur, fœdũ atque impurũ censeri debere. Et hæc omnibus hominibus in genere conueniunt. Ad tuendam autem salutiferi partus puritatem validissimã rationem duplicemq; similitudinem adduxit. Ad hunc enim modum argumentatur: Si per impurum ventrem Christus fluxit, impurus quoq; ipse fit necesse est. Prob. Quod enim impurum est, puri capax esse non potest. Consequens est falsum. Ergo & antecedens. Postea optima causæ fiducia hoc quoque τὰ πρὸς τὸν aduersarijs cõcedit, non purum fuisse pariendi modum. Ac duplici similitudine ostendit, quod etiamsi hoc ipsis detur, nihil tamen inde diuinæ maiestati decessurum.

17. Ex virginis sinu) Hæc non simpliciter idem significant, quod ex virgine nasci. Alioqui cur hoc diceret, in multorum, ac non potius in omnium ore versari? Quis enim Christianorum dubitat, immò non apertè profitetur Christum nostræ salutis authorem ex virgine natum esse? Cur etiam aliquot post versibus his vtetur, Quòd si verum, &c. An enim verius est illud quòd eo loco ait, quàm quod Christus à virgine in lucem editus fuit? Ita igitur omnino hic locus intelligendus est, quemadmodum proxima annotatione demonstrauimus.

18. Templum sanctum extruens) ἐγείρων enim lego non ἀγείρων, vt quatuor versibus interiectis ἔκτισαι pro ἔκτισαι.

19. Dimidiaque generationis nostræ parte) Hic verbũ significat in humanitatis Christi procreatione nullam viri operam intercessisse: sed eum ex purissimis virginis sanguinibus obumbrante spiritu sancto extitisse.

20. Diuinitate affecit) De humana Christi parte hæc intelligenda sunt.

21. Tristem ac miseram ei generationem) Cum inquit, constet, Deum amore non odio adductum esse, vt hominem in lucem proferret: verisimile non est, ab eo hanc illis conditionem impositã fuisse, vt sine peccati labe in lucem edi non posset.

22. Orpheus) De Orphica cithara iam alibi diximus. Eleganter autem ait, Orpheus feras ducat, q. d. impius ille poeta, ac nefariorum sacrorum author de manibus hominum ponatur, atque ad belluas relegetur, vel certè à belluinis tantùm hominibus legatur.

23. Hesiodus) Hesiodus libellum, cui titulus est, Opera & dies, ad Persem fratrem scripsit. Ascræus autem dicitur ab Ascra vico suo natali, qui est in Bœotia.

24. Mu-

24. Musæus & Linus) Musæus antiquissimus poëta Leandri & Eus amores versibus heroicis mandauit, qui adhuc extant. Huius honorificam mentionem facit Vergil. lib. 6. Aeneid. Linus Orphei præceptor fuit, primusque, vt multi tradunt, à Phœnice ad Græcos literas attulit. Hermodotus Platonicus lib. 1. discipl. operum eius catalogum texit.

25. Mercurius) Hermes Trimegistus, quem Latinè Mercurium ter maximum dicimus, in dialogo eo vbi Æsculapius introducitur, Deum vnum omnino opinatur verum omnium conditorem, erroremque fatetur patrum suorum, qui superstitiones Idolorum inuenerunt.

26. Sibylla) Sibyllas decem fuisse scribit Varro, & post eum Suidas: qui etiã, quod ad vaticinia de Christo attinet, primam laudem Chaldææ nomine Sambetæ tribuit.

27. Libros nostros) Christianis olim ab Ethnicis quibusdam obiectum est, multa in libris diuinitus inspiratis inueniri, quæ à Platone aliisque authoribus accepta immò surrepta essent. Sed falsum hoc plagij crimẽ iuste in eosdem retorquent cum alij multi, tum in primis Clemens Alexãdrinus, qui in libris Stromat. innumera loca scripturæ sacræ producit, quæ Ethnici scriptores in volumina sua transtulerunt.

28. Sibi enim pater) Christus si humanam ipsius naturam consideremus, αὐτοπάτωρ est, vel potius, vt cũ Paulo dicam Heb. 7. ἀπάτωρ si autem eiusdem diuinitatẽ spectemus, ἀμήτωρ & ἀμήτωρ, id est, matris expers, conceptionisque nescius.

29. Castalia) De his vide Scholia in priorem Inuect.

30. Vaticinatus Ammon) Iupiter Ammon in deserto Libyæ sub arietis forma colebatur: eoq; stultissimi homines consulendi oraculi causa vndique confluebant. Hunc Ammonium Iouem Gregorius Aegypti dæmonem vocat, qui Alexandrum Regem gloriæ cupiditate flagrantem falsa diuinitatis opinione imbuit.

31. Branchidæ) Branchidæ Didymæi Apollinis sacerdotes erant apud Posidium promontorium & oppidum Ioniæ, qui locus prius oraculum Branchidarum dicebatur, nunc Didymæ Apollinis. Plin. lib. 5. cap. 29. Huius meminit Strab. lib. 4. Hos Milesium templũ Xerxi prodidisse, nepotesq; eorum sacrilegi sceleris pœnas exoluisse scribit Suidas.

32. Superciliosus Epidaurius) Per superciliosum Epidaurium Æsculapium intelligere videtur, qui ob artis medicinæ præstantiam Deorum numero adscriptus est. Epidaurius autẽ dicitur, quòd illic summa religione vel potius superstitione coleretur.

33. Eleusiniorum sacrorum) De his vide Scholia in priorem Inuect. quemadmodum & de tibijs Phrygijs.

34. Dicti Corybantes) Corybantes & Curetes eosdem facit, quemadmodum & plerique alij. Hi sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitaque inter saltandum iactantes, alios in similem rabiem agebant.

35. Nocturnæ Hecatæ) Hecate, vt est apud Suidam, hic qui imprecationibus quibusdam eam euocabant, prodigiosa & absurda specie apparebat. Ipsorum enim oculis homines draconum capita habentes atque insolita corporis magnitudine præditos obijciebat: vt huiusmodi spectaculo terrorem illis afferret. Quod de Mithra sequitur, iam exposuimus.

36. Gallæ Cybeles) Galla Cybeles dicitur à Gallo Phrygiæ flunio. De ea ritu alibi diximus, quemadmodũ & de his quæ quatuor versibus sequentibus continentur.

37. Lacænam miseram) Dianam Orthiam intelligit, eamq; ideò Lacænam vocat, quòd apud Lacedæmonios summa totius populi veneratione coleretur. Ad eius aram adolescentes verberibus sese mutuò lacerabant vt iam alibi dictum est. Qui in eo certamine vicissent, βωμονίκαι appellabantur.

38. Zamolxis) Zamolxis vnicus Getarum Deus erat: ad quem proficisci existimabant eos qui è vita decederent. Nonnunquã etiã sorte ex viris aliquot deligebant, quos de rebus suis Zamolxidi nuntios mitterẽt: quos post mandata quæ illi nuntiata cupiebant, in sublime iactatos gladijs excipiebant, atque ita interfectos recta ad Zamolxin proficisci credebãt. Zamolxin autem quidam Pythagoræ seruum fuisse existimant, qui quòd Getas ad cultiorem vitam reduxisset, ab ijs habitus est pro numine. Vide Herodot. lib. 4

39. Prosymni) Hæc & omnia quæ sequuntur iam exposuimus: nihil vt necesse sit eadem nunc repetere.

40. Sic enim diuinitus) In omnem enim terram Apostolorum sonum diffundendum esse prædixit Dauid. Et Christus ipse Matth. 24. prædicatum iri affirmat Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus.

41. Hæc in Dei arbitrio posita sunt) Ad verbum in genibus Dei sita sint. quæ verba sunt hominis diuinæ prouidentiæ se submittentis.

42. Vltra Gades) Vide Schol. in Basil.

43. Vulgus enim hominum) Vide Schol. in Insomnium de Anabasia, Schol. vlt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORII SENTENTIAE

Distichis versibus comprehensæ.

NVdus omnino vitæ pelagus sulca: nec nauis cuiusquam instar, nimis onustus mari te cõmitte alioqui iam iamque pessum iturus. Mortem velut præsentem semper tibi ob oculos pone: [1]ita eñ fiet vt cũ ipsi occurrendum erit, superior existas. Perpetuum tibi sit hoc studium, vt mentem tuam templum Deo extruas. Hinc enim assequeris, vt eum pro spirituali statua in intimo corde habeas. Nosce teipsum, vir præstantissime, hoc est & vnde originem duxeris, & qua dignitate præditus sis. Sic enim facile primarium illud pulchritudinis exemplar consequeris. Dies ad diem te transmittit, leuissimeq; volutur: At constantis hominis sententia sempiternum diem habet. Quisquis venientibus vicissimque abeuntibus rebus cõfidit, ille vtique fluuio perẽnè labenti confidit. Par meo quidem iudicio malum est, vita & oratio scelerata: vtram earum habueris, alteram quoq; profecto es habiturus. Flagitium est, hominem impurum sacrificijs adstare: Flagitiosius autem [2]omnes mortuorum reliquias venerari. Caue vnquam in virtutis via subsistas. Tibi enim, qui à vitiosa vita excessisti, perinde esse puto cõsistere, [3]ac si in imum vitij gurgite labereris. Videns cæcus est qui vitij sui exitium minimè intuetur: Contrà qui belluę vestigia sedulò indagat, hunc perspicacissimũ esse iudico. Cùm ad vitiorum profligationem medici opera indigeas, si vitia celes, pernicios am certè putredinem nunquam effugies. Tuus sermo est opus meum: qui facinus haudquaquam honestũ admiserit ex honesta oratione nihil aliud commodi feret, [4]quàm vt pro socia aduersariam habeat. Contumeliæ atque insolentiæ parẽs est satietas: tu verò, me quidem authore, in hoc elaborabis, vt animus natura sua perpetuò volubilis in te fixus & constans sit. Curabis etiã, vt solas diuinitatis opes tibi compares, mundumq; vniuersum aranearum telis similem semper arbitreris. Cætera omnia, quæ homines possident, aliena ab hac vita sunt. Nam, si verè dicendum est, sola vita virtus, dicenda est. Venite igitur (omnibus Verbum inclamat) atque ad Trinitatis cognitionem properate. Animis vestris hoc infigite, quicunque matrimonium contraxistis vt vberiorem atq; [5]ampliorem frugem in cœlestia horrea inferatis. Quæcunque rursus pro sponso Christum complexę estis, virginitatisque studium profitemini omnia Deo offerte. Splendor præclarus est Monachus verùm animum à mundo abducat, atque à mulieribus quàm longissimè absit. Contumelia est fidem in corporis superficie ac non in corde habere. Quod enim altè impressum non est, facilè obliterari potest. Id demum mihi placet, quod altissimas in animo radices egit. Caue ne vel nimis rigidam iustitiam, vel incuruam ac versutam prudentiam habeas. Optimus enim omnibus in rebus est modus. Animi præsidentiam rege, ne alioqui à fortitudine ad temeritatem desciscat. Nã temperantis animi est, nonnihil quoque serenitatis præ se ferre. Diuinis oraculis mentem assiduè patere vtilissimum est: hac enim ratione diuinarum legum scientia comparatur. Optimus esse contende: dissplice his, quibus displicere quàm placere præstat. Fœda enim est gloria, vitio delectari. Turpe est eum, qui virtute excellit, nefariorum hominum patronum se profiteri: quod perinde esse puto, ac si pedem ipse tuum intra vitium habeas. Quẽ admodum aurum fornace, ita vir bonus afflictione exploratur: ac plerunque dolor incolumitate leuior est, magisque expetendus. Deum ille facilè abiurarit, qui parentem suum negat. Scito autem pietatis quoque magistrum patris loco tibi colendum esse. Tineæ omnia abrodunt: Sepulchris opes tuas ne relinquas. Nullus enim funebris honor cum præclara fama comparari potest. Hospitibus nostra tibus parce, potissimum autem mortuis, qui humana omnia morte reliquerunt. Age verò deserto vniuerso hoc mundo, mundique sarcinis excussis, ad vitam cœlestem vela pande. Atque omnia quidem egregia opera, vt Deo dignum est, exequere: sed præsertim Trinitas tibi curę sit. Amens est ille, qui sempiternum Dei Verbum non æquè ac Patrem adorat. Amẽs itidem, qui Verbum hominem hic visum nõ æquè ac cœleste Verbum colit: verùm aut Verbum à Patre, aut formam humanam crassitiemque nostram à Verbo disiungit. Deus erat, sed compactus est. Patris Verbum est, homo noster: vt huiusmodi mixtione Deũ hominibus misceat. Vnus vtrinque Deus est, [6]hactenus homo esse-

Simil.

Mundus aranearum telis similis

ctus vt me ex mortali Deum efficiat. (Parce quæso primarie Deus hoc verbo vtenti.) Atque hæc nobis dixisse sufficiat. Quid enim genus, mixtionemque omni oratione sublimiorem indagare aggrediar? O mortales cùm de Deo agitur, sermonis mediocritate contenti estote. Ac siquidem tibi fidem nostra oratio fecit, bene se res habet: Sin tu multis versuum millibus chartam inficere obstinasti, huc age, in tabulis tuis paucos hos versus calamo meo 7 atroris omnis experti, conscribam. * Virgo & oculis, & abditis corporis partibus, virgo esto, nec marem vllum curatorem tibi asciscas. Christũ amicum habes, viros omnes aspernare. Quid tibi mortiferum toxicum intus habere opus est? Equidem in hac canitie corpus lanio, oculos premo, diurnis nocturnisque curis ter miseram animam conficio, vt eam à flamma extraham: ne sic quidem tamen nisi admodum ægrè corpus in potestate teneo. [8]Quanam ergo fronte tu & ætate florens, & carnes elephante ipso latiores excitans, postea nihil delicias facis, perinde atque egregia quadam puritate præditus, atque [9]amasiam tuam spirituali duntaxat amore complectẽs? O auersandum amorem, quẽ Christus fastidit. Monachi monasticam vitam ducite. Nam si cum amasijs vitæ cõsuetudinem habeatis, non iam monachi estis. [10] Societas enim à monachismo abhorret. Angelicæ gloriæ imago est vnitas: quòd si amasiis oblectamini, mortalis vtique dualitatis amici estis. Virgo Christum habes immortalem adiutorem, spõsum desiderabilem, erga cœlestem formã tuam zelotypum. Proinde caue, ne carnem rursus, [11]carnisque scelus accipias, flagitiosarumque rerum curatorem fuge. Immaculatam Christi tunicam turpitudini miscere noli: ne alioqui virginibus omnibus probrum ignominiæque notam inuras. Quàm difficile est ei, quæ carnes propinquas habet, libidinis tumultus effugere: Quocirca monachi procul à fœminis vos remouete: [12] multa quippe matrimonij, etiam ante contractum matrimonium, arcana sunt, quibus mulier animam suam conspurcat, soloque aspectu semen trahit. Ignis stipulæ propinquus parum tuta res: nihilo tutius, ô monache, tibi fuerit, mulierem virginem contubernalem habere. Marem & fœminam spes melior seiunxit. At natura occultum morbum intus habet. Si procul à fœmina abfueris, manet scintilla: si autem vitæ commercium cum ea habeas, ex parvo vento incendium magnum excitabis. Inter album & nigrum fuscus color interiectus est: inter vitam & mortem nihil est tertium, [13] ζῶν ἀποθανόντων autem, sic enim omnes appellant, haud satis certum habeo, inter coniugatos, an inter cœlibes numerare debeamus an eos medium quiddam inter vtrosque esse statuemus. Quamlibet enim me male dictis incessatis, nunquam tamen rem huiusmodi comprobabo. Marem omnem fuge, imprimis autem ἀνθρακωτὸν: [14] Merræ, mihi crede virgo, amarulenta est aqua. Alij aurum, alij argentum, alij opiparè instructas mensas, hoc est, vitæ ludibria, alij sericas telas, alij frugiferas terras, alij denique quadrupedũ greges in pretio habent. Ego verò Christum amplissimarum opũ instar duco: quem vtinam aliquando nuda mente purè mihi intueri contingat: cætera autem mundus habeat.

Simil.

SCHOLIA.

A eo loco, quem nos asteriſco notauimus, omnia vſque ad finem temerè ac nullo cum iudicio quiſpiam ſuperioribus attexuit. Fit enim ſubita & quidem perpetua digreſſio, vel potius aberratio ab eo quod titulus in fronte pollicetur. Relictis enim ſententijs ſuis in alio prorſus alieno argumento verſatur, nimirũ in turpibus illis contubernijs inſectandũ, quæ nonnulli pſeudomonachi cum ſororculis quibuſdam, quas, ſpecioſo videlicet nomine ἀγαπητὰς vocabant, non ſine magno omnium offendiculo contrahebant. De quo vide gag. 317. Scholia. 4. In hac porrò digreſſione poſt aliquot Elegiacos Heroici verſus inſeruntur, ſemelque atque iterum carminis genus immutatum reperitur. Id quod perſpicuo argumento eſt, Gregorium hæc, vt forte in animum veniebant, in charta quadam ſcripſiſſe, quæ poſtea quidam, quoniam eandem materiam complectebantur, vt coniuncta reperit, ita coniuncta quoque primo cuique tractatui aſſuere non dubitauit.

1. Ita enim fiet) Quid enim morti tantas aduerſus hominem vires ſuppeditat, quàm quòd nunquam nobis moriendum eſſe cogitamus? Quare non mirandum ſi improuiſus ipſius impetus animos noſtros frangat, metuque debilitet. fortaſſe etiã alludit Gregorius ad illud ſcripturæ, Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

2. Omnes mortuorum reliquias) De falſis dijs hæc accipienda ſunt. Neque enim hic habẽt hæretici quod arrodant. Tantùm enim ab eo abeſt Gregorius vt eum honorem, qui ſanctorum corporum reliquijs à pijs hominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

minibus habere solet, exagitandum putet, vt Cypriani cineres innumera miracula edere solitos scribat, ἃ πάντα, inquit, ἀδύνατα κυπριανῷ ἢ, ἐὰν εἰς μὴ τὰς πίστεις. Id est, vt exponit Nicetas ἐκτὸς πραγμάτων ἐστὶ πρὸς τὰς πίστεις. Quæ omnia, inquit, efficere possent ipsi et iam Cypriani cineres, dum taxat si quis cum fide accedat.

3. *Ac si in imum*) In Græco legendum κακῶς ἐν βυθῷ πρᾶξαι τὰ σκέλη. Hoc est enim quod vulgò dicitur, in virtutis via non progredi, regredi est.

4. *Quàm vt pro socia aduersarium habeat*) ἀντὶ δίκτυον lego, non ἀμφίβολον. Hoc enim vult Gregorius eum, qui in flagitiosa vitæ ratione præclaros interim sermones habet, de ore suo, vt Christus dicebat, seipsum iudicare, atque condemnare. Quòd si quis erit, cui ἀμφίβολον retinere libeat, honesta & grauis oratio homini scelerate viuenti ἀνωμάλῳ ἀμφίβολος erit, id est, dubiam opem afferet. Quatenus enim pulchra ea & laudabilia est, ipsius partes tueri videtur. Quatenus autem à vitæ moribusque discrepat, eidem aduersatur.

5. *Ampliorem frugem*) Hic verbis coniugatos admonet, vt nihil aliud in liberorum procreatione sibi proponant, quàm vt maior sit eorum copia, qui Dei sempiternum numen laudent. Quemadmodum & in Parænet. ad Olymp. Hunc præclari matrimonij finem esse debere ostendit. Potest tamen ad hunc quoque modum hic locus explicari, vt his verbis, eos qui in matrimonio viuunt admoneat, vt non tam curent filios multos in lucem edere, quàm vt ipsi virtutibus augeantur atque egregios animi fœtus in lucem proferant.

6. *Hactenus homo effectus*) Corruptus est haud dubiè hic locus in Græcis codicibus, ὡς ἂν ἀμφοτέρωθεν ἄμφιτον sic, vt opinor restituendus, ὡς ἂν ἀμφοτέρωθεν, ὅπως βροτὸν, &c. Quemadmodum ait in carmine de Human. nat. Christum ideirco carnem induisse, ὅπως μὴ ἄνθρωπος ἄνθρωπον τὸ βροτὸν. sententia ergo Gregorij talis est, vt Christus homo factus est: ita nos quoque dy efficiamur. Et oratione de Filio, causam naturæ Christi afferens, ἵνα, inquit, γένωμαι τοιοῦτον ἄνθρωπον, ὁποῖος ἀλλήλους ἀνθρώπους. id est, vt tantum efficiar Deus, quantum ille homo. nec enim aliam ob causam humanam naturam assumpsit, quàm vt nos diuinitate afficeret.

7. *Atrorij omnis experti*) Vox Græca μέλαν & nigrorem significat, & atramentum. hic autē metaphorice per nigrorem, atram ac virulentam hæreticorum doctrinam intelligit.

8. *Quanam ergo fronte*) Hic repente mutata persona mares alloquitur.

9. *Amasiam tuam* (Gr. ἀγαπητὴν.) Nec enim aliud aptius verbum in præsentia occurrit, quod Græco respondere queat. ἀγαπητοὶ sororcula erant, quæ cum monachis quibusdam, non libidinis explendæ causa, vt quidem præ se ferebant, sed ad solitudinis solatium, vitæ consuetudinem habebant.

10. *Societas enim*) Ad verbum dualitas, quæ à monachismo abhorret, vt nomen ipsum apertè declarat. μοναχὸς enim est, qui solus viuit.

11. *Carnisque scelus*) Gr. καὶ σάρκωσιν ἐσχὲ τὸ τερπνὸν λέγω. Quo loco quid significet τερπνὸν, alij viderint. Ego pro τερπνὸν lego τὸ μῶρον. si cui hæc emendatio non placet, meliorem afferat, & ei gratiam habituri sumus.

12. *Multa quippe matrimonij*) q. d. Non est quod tibi virginitatis laudem arroges, etiamsi corpori tuo copiam nulli viro feceris: nisi animo quoque & oculo sensibusque omnibus castitatem colas.

13. ὀνειατάκτους.) De hac voce vide pag. 713. Schol. 4.

14. *Merræ*) Mara vocatur hic fluuius Exod. 15. Sensus Gregorij talis est, Vt fluuius ille licet pulchras ac limpidas, amaras tamen aquas habebat: sic monachus ille contubernalis tuus, ex cuius consuetudine pluri ma tibi vitæ solatia atque oblectamenta proponis, magnæ tandem acerbitati tibi futurus est. q. d. sub sancti ac spiritualis contubernij specie te in fraudem inducet, tibique tandem, id quod vitæ ipsa charius esse debet, eripiet.

ADVERSVS MVLIERES AMBITIOsius sese ornantes & excolentes.

CAuete, ô mulieres, ne caput vestrum nothis & adulterinis crinibus, tanquam turribus quibusdam muniatis, mollia colla è scopulis delicatè ostentantes: neu Dei formas fœdis coloribus inúgatis, sic vt iam nō facies, sed larvas gestetis. Neque enim mulieri nudum caput viro conspiciendū præbere fas est, dum vel coma auro stringitur, vel certe omnino soluta, humerisq; hinc atq; illinc pendens, mollibusq; ventis agitata, Mænadis cuiusdam instar, subsultat. Nec verò criſtam illi, galeis similem, supernè ferre licet, proculque conspicuam speculam viris collucentem, cæsariem nimirum tenuissimo lino pellucidam, simulque occultam ac perspicuam, quaque parte velo minimè obtegitur, flauum quiddam coruscantem: ita vt manus opus & labor appareat: tum videlicet cùm formæ [2] magistram oculorum sensu carentem, hoc est, imaginem vitæ expertem sibi constituens, pulchritudinis exemplum illinc petit. Quin potius, ô mulieres, si naturæ beneficio formæ elegantia vobis concessa est, pigmentis eam [3] ne occultate: verùm puram eam solis maritis vestris conseruate, nec procaces & impudicos oculos alijs quibusquam inijcite. 4 Oculos quippe cor nefariè sequi solet. Sinautem pulchritudo vobis à natura negata est, secundum desormitatem fugite. Sic enim pulchritudinem eam voco, quæ manibus atque arte, comparatur: pulchritudinem, inquam, eam, quæ à terra producitur, atque à triui alibus mulierculis, & quidem paucis obolis emi potest. Pulchritudinem, inquam, quæ abstersa, in terram fluit, nec ad risum consistere potest, si mulatque effusior lætitia genas totas soluerit: quæ etiā lachrymarum riuulis proditur, & humido timore, guttisque exiguis adeò labefactatur atque deletur, vt gena, quæ prius gratissimo quodam nitore prædita erat, eadem repente nō sine magno hominum risu bicolor, subatra, marmorea, nigra, minioque tincta appareat. Non ergo te pudet, pulchritudinem, quæ tam facilè prodi atque obliterari potest, retinere? Atqui hæc nō ratuis viuis motuque præditis conueniunt: ob idque turpe & flagitiosum tibi est, [5] portabilem formam multisque modis debilem habere. Sic [6] alterum corpus Dei est, alterum manus: illud vetus, hoc nouū ac recens. Dicas pratum quoddam esse, duplices flores, iucundos nimirum, vicissimque ingratos & inamœnos ferens, aut vestem quandam bicolorem, pluribus zonis tractam. quocirca pictum ac fucatum corpus, vel fuge, vel conserua: nec turpe atque obscœnum tibi formæ adiumentum ascisce. Quid enim alioqui agis, quàm quòd 7 Penelopes instar telam noctu soluis, interdiu texis, [8] interneque Hecubam externè Helenam refers. Enimuero si qua arte hoc consequi potes, vt fucum maritus minimè persentiat, non tamen ferendum est, te formam diuinam mortali forma obducere atque occultare. Verendum enim est, ne Deus iratus te huiusmodi verbis alloquatur. Die, age, ô aliena mulier, ecquis tandem & vndenam est tuus fictor & procreator? Non te depinxi, canis: sed imaginem mei finxi. Qui fit igitur, vt pro chara imagine idolum habeam? Verum huic morbo aliquid sanè concedamus. Sinautem efficere non potes, quin homines te, velut tabulam quandam pictorum formam formæ superiectam habere facilè perspiciant, hisce pigmētis nihil aliud mihi crede, consequeris, quàm vt forma illa, quam tu [9] ingenij viribus viuam depingis, apertissimam tibi apud homines contumeliæ notam inurat. Venustas hæc [10] Adonidis hortus est, citò marcescens, [11] Polypi color, literæ in arena conscriptæ. An tu cùm [12] graculi formam habeas, non times, ne detractis tibi alienis pennis, risum tandem moueas? Non postremam deformitatem curas, cùm pulchritudo tua vnà cum ætatis flore extincta fuerit? An verò elegantiam hanc tibi cōstantem ac perpetuam fore existimas? Breui perspicies, quantus ex aliena atque adulterina pulchritudine mœror existat. Nam si vera sunt quæ audio, hoc commodi fucus habet, quòd posteaquam senilis ætas formā prius florentem rugis contraxerit, tum demum, cùm iam fucus ac pigmenta mēbris adhiberi desierunt, carnis reliquias velut igni adustas relinqui. Tumque, sed nimis serò, anus illas fraudem suam impo sturamque deplorare, cùm id quod super est carnis denissimis rugis [13] simiam propulerit. Talis commentitia corporis venustas est. Ac nunc, ô præstantissima mulier, formæ speculum vt prius solebas, statue. Vix equidē verum speculum esse credo: Tu certè priusquam ei faciem admoueas, ne vnum quidem ex ijs oculos habere optabis, qui te antea superbis gressibus huc illuc que procedentem laudibus in cœlum ferebant, oculosque in te defixos habebant. Iam quàm ridiculum illud est, quòd fucum tuum viris minimè subolere cupis, cùm tamē viros formæ tuæ mystas asciueris. Viri etenim pharmaca hæc, quibus gaudes, contriuerunt, domorum prædones [14] insaniæque ipsi suæ fabri & architecti. Hæc artificia non pudicitiæ sunt, sed lasciuiæ ac libidinis. Quicquid enim in virorum gratiam comminisceris, corporis libidinē prodit. [15] Ferunt insolentē pauonem, cū curuato collo, pennisq; gemmantibus circulum efficit, fœminas clangore suo ad venerem inuitare. Eodē modo admodum mirabor, si tu aliam ob causam formam pingas, quàm vt nitidorum & salacium virorum oculos ad te conuertas. Etenim si mariti amore flagras, vt ille tui, iam inde ex quo te florentem puellam matrimonio sibi sociauit: id gratissimum habet. Sinautem alijs oculis placere studes, hoc iā maritus execratur. [16] Mē brorū elegantiā domi occultare præstat,

Oculos cor sequitur.

Fucata pulchritudinis descriptio.

Similit.

Oratio De ad fucatas mulieres. Mulier fucata idolū.

Similit.

Fucata pulchritudo cuti tudo cui similis.

Pauonis mos.

Similit.

Libido fulcimater.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm commentitiam & adulterinam pulchritudinem nefariè proferre. Marito sufficit natiua tua pulchritudo: si autem ea pluribus viris, non secus ac rete auium gregibus prostat, quid inde accidet? Delectabit te ille, qui tua forma delectatur: aspectumque aspectui rependes. Mox risus mutuumque colloquium, idq; furtiuum primò, deinde liberum atque intrepidum: caue porrò loquax lingua, ne quæ deinceps sequuntur, eloquaris. Cæterùm hoc verè dicam, nihil ex omnibus ijs, quæ mulieres cum iuuenibus ioco dicunt, vel faciũt, aculeo caret. Omnia enim inter se cohærent, non aliter ac ferrum à magnete tractum, alia multa deinceps ducit. Atque vtinam stolidi viri, mulierum loco, ceruſſa & fuco, & quidem abunde, renidèrent. Qui tãtam turpitudinem contubernalem oculos habentes, tantas sibijpsis nebulas offuderunt, vt vitio suo delectentur. Et cũ alias fuco nitentes sannis ac dicterijs incessant, ipsi tamen in propria labe atque obscœnitate porci sint. Atque etiam fortasse in tenebrosas haras decideret, [17] feriparis Circes vnctionibus inclusi: quippe qui huiusmodi fucos adeò non auersantur, vt eiam tanquam aridam materiam flammis injciant, quam extrahere vtique satius esset, quàm inferre. Etenim de vxorum ornatu inter se contendunt, quaque amentia præditi sunt, in ea re quisque superior esse gestit. Plerunque etiam tenues homines abiectæque fortunæ, vt vxorum suarũ libidinem vehementius excitent, labores multos suscipiunt. Quid porrò tam stultum atque absurdum, quàm [18] hosti gladium, quo tibi necem afferat, porrigere, aut torrenti facilem ad segetes tuas aditum aperire? [19] Pandoram aiunt, cum ignis à prometheo furtim sublatus fuisset vindicandi huius sceleris causa mortalibus aduenisse, pro bono videlicet atque vtili igne, ignem alium malum ac pestiferum. Quoque ardentius hominum animos inflammaret, omni eam pulchritudinis genere à dijs instructam & exornatam fuisse. Ita, cùm suum quisque illecebræ ac fraudis genus in vnum cõtulisset, tum verò confertam & cumulatam imposturam hominibus inuectam esse, versutam nempe mulierculam, impudentem, dicẽdi suauitate præditam perniciosum oblectamẽtum, [20] facẽ perpetuò ardentem. Non quidem fabulis fidem adhibere: sed si tamen ita iubes, etiã atque etiã vide, ne tu varia illa Pandora existas. Pandoræ quippe filiæ sunt procaces omnes mulierculæ, perfrictæque frontis. At tu Christi imago, da operam, vt pudicitia prudentiaque clare-

Simil.

Simil.

Stupidos maritos insectatur.

Simil.

Pandora.

Pãdoræ filiæ quæ.

as. Sed iam missis fabulis verba mea audi, quæ ex diuinis oraculis tibi depromam. An te fugit, quemadmodum primo genitum parentem tuum exitiosæ atque homicidæ arboris pulchritudo in fraudẽ impulerit, eumque hostis dolo, vxorisque consilio circunuentum, ex virenti paradiso præcipitem statim ejecerit? Ab eo tempore, ô filia mea, tibi paterna lege cautum est, ne pulchritudini tuæ vnquam confidas. Omnem formæ elegantiam mihi breue ver affert: eamque hyemis asperitas protinus extinguit. Aut enim eam præmaturè morbus frãgit ac debilitat: aut ipsa cerrè senectus delet atque obliterat. Hoc verò magis adhuc ridiculum. Videas enim mulierem in deformitatis suæ cõscientia adeò insolentem, vt turpitudine sua glorietur, [21] Danaenq; præse contemnat. Quod autem turpius (vt quidem aiunt peruersi huius artificij periti: mihi eñ hoc minimè exploratum est) cõmuni morbo laborãt, & eum inter se celatum volunt. Quid hoc morbo grauius excogitari potest? Faber fabri opus scit, cãtor musicę peritum, fur furem nouit: at hæc ea, quæ in alijs deprehendunt, in se deprehendi nolunt. Quàm verum est illud, quod dici solet, vitium oculis cæcitatem afferre. Consimilem in modum viri, facies eas, quas rident honore cultuque prosequuntur, viuarum tabularũ coloribus sese oblectantes. Quanquam non tam eos tabulis huiusmodi delectari existimo, quàm virorum arte atq; ingenio, cuius colores testes sunt. quidam olim, vt poetæ fingunt, inanis & informis. [22] Echus amore captus, per montes ac scopulos oberrabat. Alius [23] formam suam deperiens, ad amplexandum pulchritudinis exitiosæ simulachrum in fontem insilijt. Alius rursus perdito quodam atq; insano fluminis cuiusplam amore flagrabat, nec pedem vnquam ab adamata ripa referebat. Aquam lambebat, manibus hauriebat, spumam arripiebat: nec tamen vndis vllis amoris ardor extingui poterat. Tam cæca & præpostera res est amor: Quamobrem nihil est, cur quispiã magnopere miretur, si tu quoque ita nitens molliterque vestita, tamque roseis digitis, excelsoque capite, iuuenum aliquem mentis errore afficias. Quid autem vnum aliquem dico? Immò omnes eos, quorum causa faciem pingis. Iam mihi fidem illud facit, quod de insigni quodam pictore commemoratur, qui ligneam iuuencam omnibus artis coloribus ita depinxit, vt [24] taurus elusus ad eam tanquam ad veram iuuencam accurrerit. [25] ô nouum & inauditum amoris genus: viua animantia ad inani-

Pulchritudini minimè confidendum.

Mulieres fuci inter se studiosæ celant.

Vitium celatè differt.

Cæcus amor.

animas formas currunt) quandoquidem tu quoque iuuenibus tale scelus moliris. Atque Orpheus quidem feras flectebat: tu autem viros eos, qui belluina mente sunt, insanoque mulierum amore precipites feruntur. quòd si non vt carnis libidini, sed vt oculis tantùm obsequaris, atque à viris specteris, fuco tibi vtendum putas aereum quoque amorem in morbo ac vitio esse scito. At prorsus à vulneribus tuta es? credo equidem: sed ne hoc quidem pulchrum atque honestum mihi videtur, [26] inanis vitij suspicione laborare. Sic enim quamlibet alioqui prudens & cordata, plerisque tamen mulierculis turpem & indecoram legem institues. Ad vitium quippe facilis cursus patet. Aliarum est vitę sordes ac spurcitiem arte occultare: [27] tuæ autẽ pudicitiæ conuenit, nonnihil quoque nigri ferre. Nam si pudicæ mulieres nitida & renidenti facie esse studeant: nunquam profectò mulieres aliæ adduci poterunt, vt pudicitiam amplectantur. Præclara est itaque lex hæc nostra, qua cauetur, ne quis adultero animo [28] in alienam vxorem oculos injciat. Impudentis enim amoris origo, impudens aspectus est: quem si quis fugerit, idem proculdubiò scelus quoque fugiet. Qui porrò fieri potest, ô mulier, vt tantùm [29] amoris cestum ad illiciẽdos viros tecum circunferens, ab adulterij crimine procul absis? Age verò, fabulam quoque vestræ turpitudini congruentẽ referam. Ignoscetis autem, nam senectus natura sua loquax esse consueuit. Tanta olim, vt fama fert, inter homines erat perturbatio, vt optimi à sceleratissimis nullo modo internosci possent. Ac multi quidem præstantissimi homines iniusti ac nefarij habebantur: multi contrà, cum stulti ac vecordes essent, probitatis tamen existimatione florebant. Infimos ac abiectissimos homunciones gloria, excellentissimos quosque contemptus sequebatur: vtrisque nimirum iniquam vitij virtutisq; mercedem ferentibus. At Deus improbi tatem meliori conditione esse, principatumq; obtinere perspiciens, eamq; rem ægrè ferens tandẽ aliquãdo his verbis vsus est. Haudquaquam æquum est bonos ac malos eadem gloria frui: sic enim vitium in dies augeretur. Quocirca præclarum signum ipsis imponam, quo perspicuè cognosci queat, quis bonus, quis malus sit. Hac oratione habita bonorum quidem genas rubore tinxit, suffuso scilicet pelli sanguine, quoties turpitudo aliqua animum adoriri pararet. Quem etiam ipsum mulieribus, quia & rariori cute, & molli pectore sunt, vberius infudit. At vero malis sanguinem condensauit, immotumque intus tenuit: eoque efficitur, vt ad nullam turpitudinem erubescãt. Quo in numero te pono quæcunque varijs coloribus tincta es. Nec enim tuus iste rubor me mouet: quamlibet copiosus in superficiem luceat. Ex impudentia enim oritur hic rubor, quem pristinus ille Sodomorum imber obruit. Proinde ne faciem tuam pingas, ô improba mulier nec cuti tuæ impostura facias. Nullam enim ipse aliam pulchritudinem agnosco, quàm eã quæ naturæ dono contingit. Nam & præstantiores eas opes esse iudico, quas pater mihi reliquit, quàm quas manus mea iniustis artibus collegit, tametsi alioqui multis partibus illas superent. Eodem modo mulierem quoque marito suo acquiescentem, adulteræ longè antepono. Itidemque liberi illi, quos aliquis procreauit, pictis liberis longè præferendi sunt: etiamsi picti illi veris elegantiores in tabula videantur. Hæc tu memori animo volues, corpus tuum quale creatum est, custodi, nec alia prò alia videri affecta. Vt [30] cali ad Rheni vndas fœtus in lucem editos explorant, vt ignis de auri puritate certissimus index est: sic ego animi tui pudicitiam ad incomptam fucique expertem formæ elegantiam expendo. Verendum enim alioqui, ne te fuliginosus ille Belial pingat. Aut enim totam in cineres rediget: aut certè nomini tuo fumum offundet: ac pro exigua voluptate miserè te deformabit. Non nobilibus fœminis clarissimum aurum gemmis intextum, suoque splendore oculorum aciem perstringens, non collare aureum pectus ambiens, auremque gemmea sarcina deprimens, nõ etiam aurum illud, quod adornando capiti adhibetur, non auro abundans vestis, non opera tenuissimo filo scitè & elegantèr elaborata, tam purpurea, quàm aurea, ac pellucida, eximiaque arte confecta, non pernicioſa genarum pigmenta, non purpurea labra mulieribus ornatum asserunt. Nihil etiam tibi venustatis ex eo accedit, quòd pictarum palpebrarum supercilium attollas, humidasque pupillas intus voluas, quòd lasciua voce beneuolas aures allicias, quòd manus, ac pedes aureo vinculo constringas, [31] seruilique gloria fruaris, quòd mollibus vnguentis corpus tum, aut caput vngas (cadauera enim [32] vultures curant) [33] quod cibum abesu alienum mandas, atque huc illucque mentũ agites, perinde ac pudicas & graues fœminas contemnas, quòd dentibus humidoque ore spumã emittas. Nec verò eam rem tibi ornamentò fore existimes, si lecticarum

Amens quo quis amor in vitio est.

Impudens amor eum videri affert origine trahit.

Senectutis natura loquacitas.

Pudor viris fœminis aduersor datus.

Nulla alia pulchritudo quàm naturalis. Simil.

Corpus tale custodiendũ quale creatum est. Simil.

Ornamẽtũ mulierum in quo consistat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum fulgore geſtias,atque per varias elegantesque feneſtras formam tuam obiter oſtendas ſpectantesque conſpicias. Nihil eſt inſuper,cur tibi famulorũ greges, aut 34 imagines tui pectoris ancillæ animos tollant. Vt enim hirundines veris,flores fructuum nuncij ſunt: Sic de heræ moribus ex ancillis iudicari poteſt. Id quod tibi diligenter expendendum puto. Hæc enim tametſi ſingula non graue dedecus aferant:omnia tamen in vnum coacta certiſſimum exitium accerſunt. Vnicus color in mulieribus amabilis eſt,nimirũ rubor ille,quem pudor gignit:qui quidem à 35 pictore noſtro pingitur. Dabimus etiã ſi ita lubet,& altrrum:nempe vt pulchritudini tuæ pallorem aſciſcas, Chriſtique laboribus intabeſcas,atque & precibus, & lachrymis,& diurnis nocturnisque perui gilijs teipſam maceres.Nam hæc remedia non virginibus tantùm,ſed etiam coniugatis proſunt.Colores verò parietibus relinquamus,ijſque mulierculis,quæ cœno ſuo iuuenes in rabiem agunt. Illæ ſanè & impudenter ſaltent,& rideant.At nos meretrices ne intueri quidem ſine ſcelere poſſumus. Mulierum ornamentum eſt, morum probitate & elegantia florere, domi vt plurimum manere,colloquium cũ diuinis oraculis habere,fuſo ac lanę operam dare(hoc em fœminarum munus eſt) ancillis opera mandare,ac ſeruos vitare,labiis,oculis,ac genis vinculum inijcere, pedẽ limine non admodum ſiequenter efferre, pudicis quidem omnibus mulieribus oblectari,cæterùm eo duntaxat viro,qui tibi legitimo matrimonio virgineam zonã ſoluit.[36] Quin ipſi quoque licentiæ audaciæque modus imponendus eſt. Sic enim ipſi fidem facies,te ab alienis oculis & amoribus abhorrere. Enimuero quis primus Dei figmentum illinere aggreſſus eſt? Pereat quiſquis ille fuit, qui primus coloribus atque pigmentis impudentiam adiunxit. Vt enim impudentes vrinatores,viro rumq; nomine indigni,larua primum faciem tegunt,atque ita deinde ſequuntur, quæ inhoneſtæ rei conueniunt,ſaltitationes videlicet,ac turpis membrorum ſolutio ſtultis hominibus gratiſſima:ad eundem modum hæ quoque, poſtquam alienam formam externè induerint, (ſcenicum nempe, non ſacrum pudoris integumentum) ita demum vt picta illa & fucata forma dignum eſt,mouentur. His fores laborant,his claues,ſpecula, pigmenta pictrices:ne tectum quidem ipſum tremoris eſt expers. Atque hæc affert inanis formæ pictura. Pudica autem & incompta pulchritudine nihil minus laborioſum. Quòd ſi ob aſcititiã pulchritudinẽ adeò inſoleſcis, nunquam certè pudicum ergaeum,qui fucum auerſatur,animum habebis.[37] Eſther quidem elegantiam formæ ſibi arte conciliauit.Sed quis huius elegantiæ fructus extitit?totius Iudęorum gentis ſalus. Fornicaria quoque ac ferox[38] Iezabel oculos pinxit: cæterùm meretricio cruore meretrices perfudit. Tibi autẽ nec regiæ iræ ſedandæ negotium incumbit, nec inter meretrices pars eſt. Itaque nihil obſtat quominus pudicitiæ tuę parcas.Nõ ſacerdotes extimeſcis,dum caput, tanquã laruam quãdam oppoſitis inter ſe formis lucentem illis ſubmittis?Non horreſcunt manus,cùm eas ad [39] myſticum cibum extendis,quibus tu [40] luctuoſam pulchritudinem pingis ? Iam quomodo martyribus quibus populus, in pretioſi ſanguinis honorem & venerationem choreas agminatim inſtituit, faciem vulgus ineſcantem geris,non ſecus ac forum quoddam in medio vrbium populares attrahẽs, aut velut ferarum oſtenſores, qui ſerpentes è tenebroſis cubilibus ſuis trepida manu proferunt. At mulier ſermonibus noſtris obtempera:[41] nec tibi mens manus ad faciem ducens vulnus infligat. Caueò filia,necum talibus mulieribus vel nauiges, vel conſilium ineas,vel denique contubernij neceſsitudinem contrahas. Alijs ſuperuacanea relinque: tu verò etiam virorum ore celebrari erubeſce. Nam in hoc mulierum gloria ſita eſt.Si tibi vita à matrimonij vinculis libera eſt, omnibus huius vitæ negotijs excuſsis,vni Deo viue,ſplendida virgo, prudens, conſilio clara,animæ tuæ ſponſum Verbum habens.[42] Sinautem te lateris illius, à quo ſecta es, cupiditas cepit, vnicum ſaltem illud latus tuum complectere, ac præclarum & laudabilem amorem ſoue : alijs autem affectibus ne per ſomnium quidem indulge. At tu ,quæ Deo magno aſtas,non eſt, quod obſcurum & occultum id fore exiſtimes, ſi humili atque abiecto vitæ genĕri fœmineum quiddã admiſceas. Sunt enim, ſunt quoque interdum in ſordidis veſtibus deliciæ : contrà in mollibus grauitas nonnunquam inuenitur,quẽ admodum multi norunt. Atque illud quoque velim ne ignores, rugam vnam tibi turpiorem eſſe , quàm maxima & grauiſſima vulnera ijs , qui in mundo viuunt. Quo maiore ſtudio tibi proſpiciendum eſt, ne quid profeſſione tua indignum admittas . Neque enim tam notabilem ac conſpicuam in ſordidis, quàm in puris vniusque & eiuſdem coloris veſtibus , labes aliqua fœditatem ha-

Ancillæ pectoris domi narũ imagines. Simil.

Vnicus ille rubor qui ex pudore naſcitur amabilis eſt. Pallor egre gius color.

Meretrices neaſpici quidem ſine ſcelere poſſunt.

Egregia ſimilitudo.

Mulieres ſua cogaudentes vt plurimum impudicæ.

Simil.

Inter ſordida quæque veſtes deliciæ ſunt, & contra.

Eũ qui ſe Deo vouerunt vnica turpior eſt ij alijs grauiſſima vulnera.

tem habet.Hęc ſi tibi oratio noſtra perſuaſit,vtilitatem allatura eſſe confido.Sin tu faciem obfirmare decreuiſti,per me ſanè tibi licet,ſi ita vis,tãto adhuc magis,& auro & electro & argento & ebore collucere. Talia enim nouis iſtis elegantiæ pictricibus largior.Columna parata eſt:ego autẽ hæc verba inſculpam.Huc quiſquis volet, ſe conferat, [43] pulchritudineque oblectetur.

SCHOLIA.

1. Vt iam non facies)Perit hîc interpreti agnominationis gratia. πρόσωπον *enim faciem ſignificat:* προσωπεῖον *autem laruam.*

2. Magiſtram oculorum ſenſu carentem)Simulacrum quoddam intelligere videtur omnibus elegãtiæ numeris abſolutum,ad cuius imitationem laſciuiores mulierculæ formam ſuam componere ſolebant.Neque enim hæc de ſpeculo commodè intelligi poſſe exiſtimo.non enim ab eo pulchritudinis exemplum peti ſolet. Vnde etiam inſcitus non formæ ἄγαλμα *dicitur, ſed* ἄκτυπον *quemadmodum* ἔκτυπον, *ſeu* ἔκμαγεῖον *annuli, eſt forma in cera impreſſa.*

3. Ne occultate κρύπτετ' *enim legendũ ex emendatione codicis Aldini.*

4. Oculos enim) Difficile eſt enim,vt ſi oculi conſpectu alicuius viri delectentur, non itidem pectus ipſum delectetur.

5. Portatilem formam) Φορητὴν μορφὴν opponit κινουμένῳ, *id eſt,* κίνησιν ἔχοντι, *quemadmodum à nobis oſtẽ ſum eſt,cũ quid ſit* κινούμενον ἀλλοῖ *explicaremus. Φορητὴ μορφὴ eſt non natura, ſed arte quæſita pulchritudo.*

6. Alteram corpus Dei eſt) Dei corpus vel potius formam, eam vocat,quæ talis cõſeruatur,qualis à Deo creata eſt.corpus autem manus,externum illum fucum quo facies oblinitur.

7. Penelopes telam) Penelopes telam retexere proverbium eſt de his qui manem operã ſumunt,& rurſus deſtruunt,quod effecerunt. Vide Eraſ.in Chiliad.Gregorius autem faciem fuco imbutam ac nitentem eleganter Penelopes telam vocat:quòd,tela illius inſtar ſubinde retexatur, nec quicquam certi ac ſolidi habeat.

8. Interneque Hecubam) Id eſt, interne deformem,externe autem formoſam & elegantem.Neq; enim hîc de pudicitia aut impudicitia Gregorius loquitur,ſed de vera aut ficta fluxaque pulchritudine. Appoſitè itaque mulierem parum honeſta forma præditam,interim tamẽ pigmentis pulchritudinem ſibi conciliare ſtudentem,interne Hecubam, externe Helenam referre ait.

9. Ingenij viribus) Gr. μορφὴν, ἣν οὐ γέφυρα ξαντοῦ Ἀλκηστιν. *Vbi pro* Ἀλκηστιν *haud dubiè mihi legendũ videtur* Ἀλκηστιν. *Neque enim de vxore Alcinoi forma vſquãme quicquam legiſſe memini.*

10. Adonidis hortus) Proverbium de rebus leuiculis,parumq; frugiferis breuemque voluptatẽ habentibus. De quo Eraſm.in Chiliad. Eleganter autem ita vocat Gregorius formas fucatas,vtpote quarum pulchritudo breui marceſcat & intereat.

11. Polypi color) De Polypi natura ſuperius diximus. Polypi autem color, & literæ in aquis conſcriptæ, proverbia ſunt de rebus fluxis & inconſtantibus. Aptiſſime autem hæc ad fucatam pulchritudinem tranſfert,quòd vt nihil inanius eſt literis in aqua ſcriptis:vt nihil mutabilius Polypo,ita nihil citius diffluit,ac diſſoluitur quàm picta pulchritudo.

12. Graculi formam) Ita vocat pulchritudinem fuco ac pigmentis contractam. q.d.vt Aeſopi graculus alienis plumis,quibus inſoleſcebat,ſibi detractis riſum omnibus auibus excitauit:ſic tibi quoque videndũ ne ſi quis varia illa formæ artificia atque pigmenta tibi detraxerit,omnibus poſtea riſui ac ludibrio ſis.Hoc ratius in Epiſtolã graculi loco cornicularn poſuit.

13. Simiã propulerit) Id eſt, ementitam pulchritudinem,quæ vera pulchritudo videri volebat.Vt enim ſimia hominũ geſtus imitari geſtit,ſic fucatæ mulieres pigmentu ſuũ facieique medicationibus hoc agunt vt verè pulchræ videantur.

14. Infamiæ ipſi ſuæ) Medicamenta enim illa conficiunt,quæ mulierum faciei adhibita elegantiores eas reddant.Ex eoq; efficitur, vt in amoris laqueos incidant.

15. Ferunt pauonem) Elegantiſſima ſimilitudine oſtendit,quo aĩo corporis ornatum mulieres affectẽt, Vt,inquit pauo cũ gemmas ſuas ambitioſe oſtentat,fœminas ad Venerem prouocare ſertur:ita nullã aliã ob cauſam fucatæ huiuſmodi elegantiæ ſtudere mulieres videntur quã vt viros ad congreſſum inuitent.

16. Membrorum elegantiam μελῶν *enim legendum non* βιῶν, *ſicq; ex ſecundo codice reſtituit Aldus.*

16. Alia multa deinceps ducit) Ἄγω *enim lego cum Aldini codicis emendatione,non* ἄγει.

17. Feriparis Circes) Stoïdes maritos,qui vxoribus ſuis fucũ faciei ſuæ adhibere permittũt, falſiſſimè perſtringit.Tanta eſt,inquit,eorum vecordia,vt idem propemodum illis ab vxoribus ſuis accidat quod Vlyſſis ſocijs à Circe: Quemadmodũ enim illa veneficijs ſuis Vlyſſis ſoctos in ſues mutauit:ſic laſciuæ mulierculæ ſuco ſuo ac pigmentis maritos adeò dementant,vt pene ex hominum natura migraſſe,ac belluinam

formam

Universidad de Deusto
Biblioteca

formam induisse videantur. De Circæa fabula vide Homer. lib. 11. Odiss.

18. Hosti gladium porrigere) Hosti gladiū porrigere, & torrenti in proprias segetes iter aperire, prouerbia sunt, quæ in eos commodè torqueri possunt, qui sibipsis malum quoddam accersunt.

19. Pandoræ) Pandora puella nomen est apud Hesiodum in libro qui inscribitur Opera & dies, sic dicta, quòd dij omnes donum aliquod in eam contulissent. Hanc ob cœlestem ignem à Prometheo surreptū è cœlo in terram demissam fuisse poëta ille fingit, vt homines philtris suis ac fucis in exitiū impelleret. De ea enim hæc Iouis ad Prometheum verba sunt.

Σοὶ δέ τοι ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν, ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κ' ἦτορ, ὃν μόρον ἀμφαγαπῶντες.

At tibi pro flamma dabitur vir subdole pestis,
Grata tamen miseris, proprium qui pectore cæco
Exitium, & mortem male sana mente fouebunt.

Commodè itaque fucatas mulieres, atque vnguentis delibutas Pandoræ confert: vt potè quæ philtris suis & mentita pulchritudine ita stultos homines capiant, vt scientes & videntes, quod dici solet, in perniciem suam ruant, eaque, quasi boues ad victimam ducti sequantur. Huiusmodi Pandoratum egregiam descriptionem habes apud Solomonem prou. 7.

20. Facē perpetuò ardentem) Alludit ad Hesiodum, qui de mala vxore loquēs, ait, ἔνεστιν πῦρ δαλοῦ, ὑμὴν γήρᾳ λώιων, fine face, inquit, hominem inflammat, eique præmaturam mortem accersit.

21. Danaenque) Danae Acrisij filia pulchritudinis suæ præstantia Iouem ad sui amorē allexit, ab eoque sub aureo imbre tandem compressa est. Ait ergo Gregorius: Quid tam ridiculum, quàm quod mulieres quædam, licet fœdissimæ ipsa facie præditæ sint, elegantissimas tamen fugillare atque obterere non dubitāt seque illis anteferre?

22. Echo) Narrat quidē Ouid. 3. Met. am. quemadmodum Echo Narcissi amore correpta fuerit, sed quisnam ipsam Echo deperierit non addit.

23. Formam suam) Narcissum intelligit, de quo iam dictum est.

24. Vt taurus elusus) Simile quiddam de Parrhasio pictore cōmemoratur, qui arte sua atq; industria pictas vuas ita ad viuum expressit, vt aues ad eas tanquam ad veras vuas aduolarint.

25. Onouum & inauditum amoris genus) Gr. ξένος ἔρως. Fortasse tamen legendum ξυνὸς, vt præcedentis distichi ratio reddatur, negetque Gregorius mirandum si taurus præstantia artis deceptus in picta iuuencam impetum fecerit. Hoc enim ipsi commune esse cum stultis viris, qui fucatæ formæ elegantia plerunque inescati, in luculentam fraudem incidant.

26. Inanis vitij suspicione) Neque enim ansam cuiquam dare debemus, famæ nostræ obtrectandi. Vnde sapienter nos admonet Paulus vt bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus prouideamus.

27. Tuæ autem pudicitiæ) σωφροσύνη nominandi casu legi debet.

28. In alienam vxorem) Vera enim est lectio ἔνστιν ἐπ' ἀλλοτρίην, vt cunq; in emendatione Aldina legatur ἔνεστιν ἐπ' ἀλλοτρίῃ, vt patet ex Matthæo cap. 5. Qui viderit mulierem, &c.

29. Amoris cestum) Cestus cingulum erat Veneris, conciliandæ gratiæ vim habēs, quod quidē Iuno apud Homerum Iliad. 14. à Venere mutuata est, vt Iouem amore sui inflammatum in fraudē induceret.

30. Galli) Vide scholia in carmen Nicobuli ad Patrem.

31. Seruiliq; gloria fruatur) Vt enim malæ fidei mancipia vinculis ferreis coerceri solēt: sic huiusmodi mulierculæ catenis, licet aureis, corpus suum constringunt.

32. Cadauera enim vultures curant) Non satis perspicio, quàm rectè conueniant hæc verba cum his quæ præcedunt. Hoc tamen mihi significare videtur Gregorius, vnguenta non viuorum sed mortuorum potius corporibus adhiberi debere.

33. Quod cibum ab esu alienum) Moris erat hoc quoq; lasciuis mulieribus, vt ciendæ saliuæ causa vel lignum aliquod vel aliquid eiusmodi dentibus premerent: credo, vt humoris illius emissione vegetius os redderetur. Ad hunc igitur morem exagitandum ita hæc describit, quasi de equis verba faciat. Equorum enim proprium est ἄβρωτον ἐλαύνειν μαλάσσειν, G. ronger son frein, ac maxillas huc illucque distorquere, spumam que ore emittere

34. Imagines tui pectoris) Eleganter ancillas heraru suarum imagines vocat, quod quales heræ, tales quoque ancillæ esse soleant. Vnde prouerbium Qualis domina, talis ancilla.

35. A pictore nostro) Per pictorem nostrum vel Christum ipsum, vel Scripturam sacram, vel quēlibet pietatis magistrum intelligit.

36. Quin ipsi quoque licentiæ) Vide schol. paræn. ad Olymp. schol. 2.

37. Est her) Vide cap. 2. Esth. sic etiā iudith cap. 10. myrto optimo se vnxisse legitur. Sed vtraque earum non libidinis, sed conseruandæ patriæ causa hoc faciebat.

38. Me-

38. Meretrix Iesabel) Quemadmodum Iesabel introitu Iehu audito depinxerit oculos suos stibio, caputq; suum ornauerit, atq; ab Eunuchis præcipitata fuerit, habes lib. 4. Reg. cap. 9. Meretricem porrò eā vocat Gregorius, quòd à Dei cultu & religione ad idololatriam desciuisset. Huiusmodi enim nomine tales homines appellare, Scripturæ familiare est, vide pag. 202. schol. 68. Quod autē ait eam sanguine suo meretrices imbuisse, allusio est ad id quod quidam de impudente homine dicebat, eum non habere in oculis κόρας sed πόρνας. κόρη enim significat & puellam, & nitidum illud quod est in oculo. Hoc itaque vult Gregorius impiam Iezabelem impudens os suum oculosque cædendo cruentasse.

39. At mysticum cibum) Id est, ad sacrosanctam Eucharistiam, quæ olim manibus accipi solebat, vt alio loco à nobis dictum est.

40. Luctuosam pulchritudinem) Id est, luctificam, quemadmodū pallida mors dicitur, quod pallidos homines reddat.

41. Ne tibi mens) Ita vertit Gr. habent μή σε νόος τρώσῃ χέρσι λιπ' ἠιθέι κῶμον, fortasse tamē pro νόος νόον legendum, vt sit sensus, cauendum esse mulieri, ne eius animum iuuenis quoque quispiam vulneret, vnguentis quibusdam faciem suam illinens.

42. Sin autem telaterij) Id est, costæ. vide scholia in carmen ad Helen schol. 1.

43. Pulchritudineque oblectetur) Hoc est veniat tanquam ad cupidinis forum. Omnes enim penè mulierculæ quæ ascititia pulchritudine delectantur, longam pudicitiæ salutem dixisse, amatoresque velut euo care videntur.

BASILII MAGNI
Epitaphia.

O Basili, Christi serue, prius equidē ante hac fore existimabam, vt corpus sine anima viueret, quàm vt ego sine te viuere possem. Et tamen hoc tuli, ac mansi: quid iam in terris moror? non me hinc sublatum in tuo aliorumq; cœlitum choro collocabis? Ne me, ne me, inquam, linquas: tumulum tuum restor, nunquam, ne si cupiam quidem, tui obliuiscar. Gregorij hoc dictum est. Quo tempore Trinitas Basilij, hinc libentissimè excedentis, spiritum rapuit, totus quidem cœlestis exercitus ad eius profectionem gaudio exilijt: omnes autem Cappadociæ vrbes ingemuerunt. Necverò Cappadocia sola luctum excitauit: sed orbis quoque vniuersus alta voce inclamauit. Obijt præco, obijt pulcherrimæ pacis vinculum. Mundus totus potentissimæ Trinitatis pars contrarijs doctrinis turpissimè concutitur ac labefactatur. Ah verò, ah silentio clausa Basilij labia sunt. Excitare, quæso, tuisque sermonibus & sacrificijs tempestatem seda. Tu quippe solus & vitam doctrinæ, & vitæ doctrinam æquasti. Vt vnus est Deus altè regnans: ita vnum te, Basili, dignum pontificem nostra ætas vidit, veritatis vocalissimum nuncium, clarissimum Christianorum oculum, animæ multiplici pulchritudine lucentem, Pontique & Cappadocum etiam illustre decus & ornamentum. Te supplex oro, vt pro mundo stes, et donaque offeras. Atque etiam ipsum epitaphij sui authorem inducamus. Hic me Basilium Archiepiscopum, Basilij filium Cæsarienses condiderunt, Gregorij amicum, quem ego toto pectore amaui: cui vtinam Deus tum prospera omnia alia concedat, tum hoc etiam, vt quam primùm vita beata atque immortali fruatur. Quid profuerit, diutius in terra morantem angi, ac cœlestis amicitiæ recordatione contabescere? O Basili paulum adhuc in terra spirabas: omnia Christo dono obtuleras, animam, corpus, sermonē, manus. Basili magna Christi gloria, sacerdotum veritatisq;, nunc in multas partes dissectæ columen. O doctrinæ & eloquentiæ studia. O amicitiæ contuberniū, ô charæ Athenæ: O vitæ piè sanctèque instituendæ pacta iam olim inita: Notum hoc vobis sit, quòd Basilius in cœlum, vt cupiebat, euolauit: Gregorius autem in terra versatur, labijs vinculum ferens. O clarissime Basili, maximique apud Cæsarienses nominis tonitruum erat oratio tua, fulgur vita. Nihilominus tamē sedem sacram reliquisti: ita visum est Christo, vt te cœlitibus quàm celerrimè iungeret. Omnia spiritus profunda noras: prophanam omnem eruditionem perceperas: viua etiam victima existebas. Octo annos pij populi habenas tenuisti: hoc vnum Basili, in tuis rebus parum ac breue fuit. Vale, ô Basili, etiamsi nos reliquisti: à Gregorio epitaphium habes, sermonemque quem charissimum habebas. Amicitiæ debitum tibi persolutum est: tuisque cineribus donum, mihi sanè triste, funebre hoc carmen obtuli.

Egregium præconiū.

Vt clara Latina. Nauiit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Donaque offeras) Alludit ad illud Pauli Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.

2. Tonitruum erat) Paucissimis verbis excellentem Basilij virtutem complexus est. Vt, inquit, nec tonitruo quicquam exaudibilius est, nec fulgore splendidius: Ita Basilius tum dicendi sublimitate, tum vitæ puritate & claritate omnibus mortalibus præstitit.

GREGORII SENTENTIAE DISTIchis elegiacis comprehensæ.

PRæclari principij præclarũ quoque finem esse, rerum exitus rectè probant. Principium porrò illud, quod egregium mortalib⁹ finem parit, vitæ puritas est, pio studio exculta.[1] Verborum pẽnis fretus, ne sine pẽnis vola. Nam neaues quidem ipsæ absq; pennis volant. Eruditio[2] maximum est hominibus in hac vita decus atque ornamentum: cæterum his qui ea abutuntur, perniciosa. Caue ne te in anis gloriæ cupiditas vllo modo abripiat: ea enim simplicioribus animis callidè insidiari solet. Cùm rectè atq; ex virtute aliquid facies, da operam, vt in eo perstes: celer enim ad vitium cursus est. Risus cõpescatur, ira finem capiat: otiosus autem sermo prorsus arceatur. Deũ primum time, parentes cole, sacerdotes lauda, senes reuerere.[3] Ne fili⁹ cum patre quoquo modo expostulet, cum lex interdixit, tum ante leges ipsa natura. Quæcunq; tibi ab alio fieri non vis, eadem nec ipse alij facere in animum inducas. Nõ grauis ira ijs videri debet, q̃ grauia perpetrarunt: vindex enim numen eadem ijsdẽ rependit. E sapientis labijs iucundissimi sermones fluunt: amarulentũ autẽ guttur pugnas eructat: è facũda linguasuauissimi latices manãt: sermones malos pceps iudicijq; exps os gignit.[4] Amici ea quoq; q̃ amicis chara sunt amãt: inimici aũt amicos turpiter conténunt. Diuitũ fores pauperib. amicis clausæ sunt: luculentę autem aulę diuitib.[5] sẽp amicę sunt. Aqua, potio optima,[6] menti bonã temperiem & habitudinem comparat: cerapula contrà, arreptam mentem turbat atque inficit. vinum natura sua sobrietatẽm nescit: quin potius voluptates ciet atque irritat.[7] Mentis subtilitatem crassus venter expellit: contraria enim contrarijs aduersãtur. Melior est mediocris cibus, modo suppediteť: quã delicata cœna, quam sibi quis insomnij errore confinxit. Stulti maiorib. opibus p somniũ affluunt, q̃ qui infinitã pecuniaru vim habent. Liberis carere pstat, q̃ stultos ac vecordes filios procreare. Ille em̃ liberorũ quidẽ expers est: hi aũt multi ac mali. Cuiuis homini morienti terra q̃libet sepulchrum est: nam quicquid ex terra ortum est, terra quoque est, atque in terram redibit.[8] Pastor hircos etiam, si velit, mulgeat: verum pro lacte cruoris duntaxat fontem exprimet. Susepulas inspectans, mensæ fines minime confundit: eodem quoque tu modo præcipites & temerarios homines coerce, ne decorum ordinem legibusque compositum euertant. Quisquis leges tuendas suscepisti, timorem omnem ex animo pelle: omnis enim cui legum custodia mandata est, metu vacare debet. Vt peritus gubernator rempestates, quoad eius fieri potest, vitat: sic sapientis animus grauia omnia & periculosa. Nihil in animum admitte, quod cum optima vitæ ratione pugnet: periicuẽ enim ⁹ in vitio est omnis error. Vt[10] incus maxima ictus non pertimescit: sic mens sapiens omne detrimentum extrudit. Vt[11] foliorum strepitus lepores exterrent: ira rerum vmbræ timidos homines atque ignauos. Odi pauperem diuiti donantem: nec minus eum qui bona quidem verba dat, interim tamen egentem alere obliuiscitur. Orator improbus leges labefactat, bonus autem atq; innocens apta & cõcinna est harmonia. Rident locupletes orphanorum probra, atq; adeò[12] Dei animaduersionem risu prosequuntur. Legibus inuoluetur ac miserè peribit qui leges nõ legitimè sancit. Pauperibus hoc à natura cõparatum est, vt minimè magnificè de se sentiãt:[13] at diuitib. & copiosis ne curę quidem est, vnde viuant. Stultos pro naturæ ipsorum captu institue: prẽter spem eñ tuã fortasse prudentiã colligent.[14] Vt ferrum attritu suo lapides quoque accendit: sic durum & asperum pectus coërcere virga solet. Iusiurandum dare & accipere pessimum est: vtroque enim modo iustitiam æquè offenderis. In sempiternum æuum thesauriza: Nã huius vitæ thesauri, plerunque etiam ante mortem nos deserunt. Opes eas ne ama quas tempus delet: nã quicquid tempus extruxit, idem etiã euertet. Turpe est mulieribus

ribus, masculos mores præ se ferte: honestis enim & grauibus hominibus ordo in pudore consistit. Voluptati indulgentibus, procliuis est voluptas: quæ protinus vt accessit, lapidis instar cadens, perit. Nullæ opes his, qui in dolore versantur, sanitate sunt potiores: sapienter hanc quoq; natura semper appetit. Sonitus maris viri stulti sermones sunt: Ita enim ripas præmunt, vt meliora interim ac[15] pinguiora prata non reddant. Munera faciunt, vt sapientes quoq; viri hallucinentur: atq;, vt aues laqueo, sic homines auro capiuntur. Mœrores præcocem senectutem mortalibus pariunt. Neq; enim ea vnquam temp⁹ instaurabit, quæ moribus diruta fuerint ac prostrata. Opum copia malis celerrimè inseruit: potentia quippe ad flagitium prõpta est & expedita. Nullæ facultates amico præstantiores sunt: improbum autem hominem nunquam tibi amicum asciscas. Ordo colatur, roborìq; præeat: Robur enim in se est perpetuusq; roboris custos.[16] Mens solicita tiniæ instar ossa corrodit: corpus autem curas omnes valere iubens, eximiè floret. Quemadmodum hoc fert ignis natura, vt ad subiectam materiam ardeat: sic etiam natura comparatum est, vt immodicam satietatem libido comitetur. Vt influens materia flammæ vires addit: ita vinum languentem libidinem excitat.[17] Fugiunt iras, qui in lites incidere timẽt. Iram enim sæpenumero lites accendunt. Graue est laboribus vexato labores addere: sed tamen labor labores plerunq; sedat. Sunt qui aliorum labores reformidant, atq; interim ipsi alijs laboribus non sine periculo conflictantur. Perpetuam sempiternæ gloriæ curam habe: Nam hæc præsens quotidie homines fallit. Nemo iratus tutò deliberationes habet. Quæ enim cum ira geruntur, consilio adhuc carent. Horrendi sunt dracones, subdolæ aspides: vtri usq; feræ vim mulier complexa est. Ossa nuda spectata nos admonẽt, ne quid huius vitæ nobis proprium ac certum esse credamus.[18] An cancrorum fœtus obliq; gradiantur, ex maternis incessibus experimẽtum capere licet. Quòd si[19] naturæ tuæ vim attuleris, bonos proculdubiò ex malis magistris discipulos edes. Præclaris[20] virtutum dotibus teipsum exorna: nec interim pauperem orphanum contemne. Deo dante nihil potest liuor: eodem abnuente nihil potest labor.[21] Paris vipera? partus dolores ne time: materni quippe partus experimentũ habes. Nemo apertè ignauus bellica vnquam laude floruit: victorię enim suo quodam iure laudes exposcunt. Vir somno atq; inertię deditus somnia inuenit: somnus enim non res ipsas, sed inania rerum simulachra oculis obijcit. Nolentibus vis persuadet: ea enim gigantes etiam sæpe cogit ac premit.[22] Populo decepto atq; in errorem abducto circulator quiuis incipit.[23] porrò ex perturbato rerum ordine malorum agmen oritur. Opus nihil ad rem faciens, nullo modo opus voco: quæ enim nihil ad rem faciunt, contemni quoq; debent.[24] Canini cœtus erga mortua abiectorum, humicq; prouolutorum hominum membra, ordo laudatur. Auro loquente iners est omnis oratio: persuadet enim illud, etiamsi vocem nullam edat.[25] Desinent nunc quoque pacis tranquillitatisq; commodo frui, qui in sana quadam fluxorum & caducorum huius vitæ bonorum cupiditate flagrant. Rota est incertè fixa, breuis hæc & multiplex vita. Sursum mouetur ac deorsum trahitur: neq; enim stabilis est, quantumuis ita videatur, fugiens tenetur & manens effugit: saltat plerunq;, nec tamen fugere potest.[26] Stationem suam motu trahit ac retrahit. Quocirca ipsius inanitas nullo modo rectiùs describi potest, quàm si vel fumus, vel insomnium, vel herbæ flos appelletur. Atq; olim quidem auarus quispiam his verbis vsus esse fertur: fortunæ guttam malo,[27] quàm mentis dolium. Sed ei præclarè sapiens quidam hoc opposuit, Mẽtis guttã pluris facio, quàm fortunę dolium.

SCHOLIA.

1 Verborum pennis) Admonet Gregorius ne vanis adulatorum sermonibus nos decipi finamus, dumq; illis de nobis (vt Flacci verbis vtar) plus quam nobis credimus, eiusmodi res aggrediamur, quas perficere nequeamus. Quod autem ait Gregorius, λόγοις πτερωθέντες, &c. non dissimile est Horatiano illi, crescentem tumidis inflant sermonibus vtrem.

2 Maximum est hominibus) (βροτοῖς legendum, vt & Aldus in emendationibus.

3 Ne filius cum patre expostulet) δίκαια λέγει· hoc loco idem est quod δίκαιος γίνεσθαι, hoc est, ius suum defendere. Ait igitur Gregorius ex filij officio esse, ne in optima quidem causa cum patre contendere: verum eum, iniquius etiam interdum & asperius agentem patienter ferre.

4 Amici ea quoque) Gr. φίλοι φιλοῦσι ἃ, καὶ τοῖς φίλοις φίλα. In emendationibus tamen Aldinis aliter legitur hic versus φίλοις λαλοῦσι τοῖς φίλοις ἅπερ φίλα: hoc est, Amici amicis ea dicunt, quæ ipsis grata sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Semper amicæ sunt*) hoc est, *semper patent*. Respondet enim hic versus præcedenti.

6 *Menti bonam temperiem*) Gr. ἐυκρασίαν φρένας, sicque legendum, non vt in Aldinis emendationibus κύριτον φρένας, vt patet ex antithesi sequente.

7 *Mentis subtilitatem*) Gr. νοὸς λεπτὸν ὄγκον ἀπαμβλύνει γαστήρ. Aliter tamen hoc carmen legitur in Ald. emend. νοῦν λεπτὸν ὄγκος etc. Verùm vtraq; lectio eodem recidit. Vt enim mens tenuis molem & crassitiem corporis expellit: ita corporis moles & crassities mentis tenuitatem & acumen exturbat.

8 *Pastor hircos*) Mulgens hircum sanguinem exprimet, prouerbium est, quo admonemur, etiam atque etiam videndum esse, in quorum gratiam labores suscipiamus: ne pro spe ratis vuis nihil præter labruscas colligamus. Hoc etiam adagio non ineptè quispiam admoneri poterit, ne fidei pietatem ab hæreticis fugat, quippe qui pro lacte, id est, salutifera doctrina, non nisi cruentos ac pestiferos errores proferunt.

9 *Error in vitio est*) Hoc vult Gregorius, eum qui à recta viuendi ratione aberrat sine vlla dubitatione in vitio esse. Itaq; προδήλως lego in aduerb.

10 *Maximam incus ictus non pertimescit*) Prouerbium de homine firmo atq; constanti, aduersáq; & grauia omnia forti animo perferente.

11 *Filiorum strepitus lepores exterrent*) Aliud prouerbium superiori contrarium, quod in eos torquere licebit, qui sine causa pericula fingunt, & vt ait Psalmista, trepidant timore, vbi non est timor.

12 *Ipsam Dei animaduersionem rident*) οὐκ ἐῶσι lego, vt Aldus in emend. vt sit sensus, malos diuites Dei minas, propositáq; pœnarum acerbitates in risum materiam trahere, tantum abest, vt eas reformident. Quòd si quis impressorum codicum fidem sequi atq; οὐκ ἐῶν legere malit, sic explicandus erit hic locus, vt hoc significare velit Theologus, tantam quorundam diuitum crudelitatem atque amentiam esse, vt non modò humanitatis ac beneficentiæ officia pauperibus negent, sed paupertatem etiam ipsis exprobent, perinde atque pœnam illis à Deo immissam. Atq; hac sententia non abhorrebit ab eo quod ait Gregorius in Orat. de pauperum amore, pag. 136. 20.

13 *At diuitibus*) τοῖς πλουσίοις γὰρ ἄλλο φρονεῖν τοῦ βίου. Non mirum est, inquit, homines maximis opibus præditos animo efferri, vt quibus in amplissima diuitiarum copia, nullum etiam laborem nullamq; curã subeuntibus, vitæ tamen degendæ facultates abundè supperant. Βίος enim hoc loco ita exponi debet. Alioqui absurdum esset dicere, homines opibus affluentes hanc vitam nihil curare, cùm illi magna ex parte huic vitæ addicti affixiq; esse soleant.

14 *Vt ferrum*) Pulchra hac similitudine admonemur, ne de vllis ingenijs quamlibet tardis atq; obtusis desperemus. In sequenti versu pro σκληρὰ, σκληρὰν legendum cum Aldi emend.

15 *Herbas pingues non reddunt*) χόρτους enim legendum, vt in Ald. emend. πῶ χρῆσι. Vt, inquit Gregorius, mare non sine fragore ripam alluens, propinquis herbis nullam vtilitatem affert: ita stulti hominis quamlibet clamosa, inutilis tamen est omnis oratio.

16 *Mens solicita*) Quod Solomon μεριμνίας ἀνθρωπίνας vocat, hoc Gregorius νοῦν ἀμέριμνον. hoc est, animũ varijs curis distractum ac solicitum.

17 *Fugiunt iras*) Hoc, inquit, compendij faciunt, qui à litibus forensibusq; controuersijs abhorrent, quòd simul quoq; animorum suorum lenitati tranquillitatiq; consuluunt.

18 *An obliq;*) Vix enim fieri potest, vt ij quibus mali vitæ magistri contigerunt, non ipsi quoq; mali & flagitiosi existant. Vnde illud, Mali corui malum ouum.

19 *Si naturæ tuæ*) Nam cùm homo natura sua iam inde ab ipsa adolescentia ad malum pronus sit, profectò qui natiuæ ad vitium procliuitati vim afferens, præclarè vitam instituit, bonos discipulos ex malo magistro, hoc est, bonum ouum ex malo coruo edit. Itaq; rectior est vulgata lectio, ἢ ὡς προδήλως ἐκδιδάσκοι φύσις quàm vt emendat Aldus, ἢ ὡς προδήλως ἐκδιδάσκοι φύσις.

20 *Virtutum dotibus*) Græca sic habent κόσμει σεαυτὸν τοῖς καλοῖς τικμηρίοις. Quid autem sit, ornare seipsum τικμηρίοις, alij viderint. Mihi pro τικμηρίοις, κτιμασιν legendum videtur, aut aliquid eiusmodi.

21 *Parùs vipera*) De viperæ partu supra iam diximus. Hic autem verbis obscurè hoc ostendit, non esse quod quisquam queratur, si eodem modo alij cum ipso agant, quo ipse cum alijs prius egit. Vt si quis eodẽ supplicio quo alios afficere solebat, postea excrucietur: aut si quis in parentes contumax filios quoque in se contumaces experiatur.

22 *Populo decepto*) Gre. λάθον σφαλέντες πᾶς ἀγύρτης ἀρχιτε. quid autem incipiat, non subijcitur. Quare pro ἀρχιτε fortasse ἔρχιτε legendum, id est, in medium prodit, vt sit sensus: simulatq; miscellaneum vulgus in fraudem aliquam inciderit, statim honestorum grauiumq; rhetorum loco præstigiatores atq; impostores in medium prodire.

23 *Populus porrò ex perturbato*) Græca ita habebant, λῶιος δὲ πάντα πρὸς κακῶν ἀταξίαν. Quàm autem recte dici possit ἀταξία κακῶν ἀρετῶν. est enim hoc loco neutrius generis, velim mihi quispiam explicet. Dicimus quidẽ ἀταξίαν simpliciter, vel πόλιν ἀταξίαν, sed ἀρετῶν ἀταξίαν nusquã legere me memini. At si pro κακῶν legamus, commodissimus profectò sensus existet. Perturbatio, inquit, ac temeritas populus est malorum, id

rum, id est, confertissimum quoddam agmen malorum, quemadmodum alibi orthodoxos idcirco à tripliciu essentiæ, in Trinitate, assertione abhorrere ait, ἵνα μὴ δόξωμεν δύο θεοὺς εἰσαγαγεῖν. Gallice qu'ils n'introduisent vng monde de dieux, sic versus hic cum superiori optimè cohærebit, docens videlicet, quantum mali secum afferat vulgi imperium, Græci ὀχλοκρατίαν vocant.

24 *Canum canivicætus*) Verba Græca fideliter, vt puto, reddidi. Quid tamen his verbis sibi velit Gregorius, quemq; congregatorum canum ordinem intelligat, ingenuè fateor mihi non liquere: suspicor tamen eum de canibus Lazari vlcera lingentibus hoc loco agere.

25 *Desinent nunc quoq;*) Tantum, inquit, abest, vt qui fluxis & fragilibus huius vitæ oblectamentis totos se tradiderunt, quicquam in posterum eum sibi polliceri debeant, vt ne in hac quidem vita veram ac solidam pacem sint habituri. ἴξεται enim hoc loco ἥξουσι exponо, sensu ita postulante.

26 *Stationem suam*) Versiculus integer hoc loco in Græcis desideratur: eoq; fit vt ne in versione quidem nostra satis integra sit sententia.

27 *Quàm mentis dolium*) Hoc loco perspicuum est, In Græco pro βοῦς πίθος legendum, tum vt ἀκόλουθος respondeat, tum quia hoc poscit antistrophes ratio, cui omnis gratia perit, nisi eadem verba, nonnihil tamen inuersa, repetantur. Versus autem Græcos, quia memoria digni sunt, ascribere hic libuit,

Auari versus, Οἷον τὸν ψυχῆς σκαιωτάτου, ἀφρενῶν πίθον.

Sapientis antistrophe, Ἐκεῖνο φρενῶν μοι μᾶλλον ἀπίθου τύχης.

SENTENTIAE TETRASTICHIS
versibus constantes.

VTram alteri præferendam censes, actionem an contemplationem? Illa plurium est: hæc perfectorum. Atq; ambæ quidem commodæ sunt, & amicæ.

2 Tu verò ad quam naturà comparatus es, ei magis incumbe: Spiritualem quandam quæstionem mihi nuper quispiam proponebat. At ego, Ita demum tibi satisfaciam, inquam, si prius animum perpurgaris. Tum ille, Mente, inquit, valeo. Ego verò rursus, Si prius animum perpurgaris. Nam nunc lustratione tibi opus esse video. 1 Fœtido porrò atq; impuro vasculo vnguentum minimè committi solet. *Putrido vasculo vnguentum non committendum.*

3 Omnibus sermonibus nec reluctare, nec assentire: sed ijs demum quos scias: quatenusq; & quando id expedit. A Deo autem magis pende, 2 quàm eius causam defendendam suscipe. Sermoni quippe omni sermo alius aduersari potest: vitæ autem egregiæ quis tandem erit, qui aduersetur? *Melius persuadet vita quàm oratio.*

4 Aut à 3 docendi munere abstine, aut moribus vitęq; probitate doceine alioqui discipulos 4 altera manu trahas, altera repellas. Minus tibi sermone opus erit, quæ facto opus sunt, facienti. Pictor non tam sermone, quàm penicillo atq; exemplo docet. *Non bene loquentes sed bene viuentes Deo grati sunt.*

5 Vobis potissimum, qui Ecclesiæ gubernacula tenetis, prouidendum censeo, ne oculis tenebris plenis sitis: ne alioqui vitij antistites existatis. Nam si lumen ipsum obscurum fuerit, quanta tandem tenebrarum caligo futura est. *Impiorum munera Deus repudiat.*

6. Mutum opus ocioso atq; inerti sermone præstantius habendũ est. Nam sine vita nemo vnquam in altum subuectus est: sine diserto autem elegantemq; sonum edente sermone, permulti. 5 Non enim loquentibus sed bene viuentibus gratiam suam Deus impertit.

7 Præclarissimum Deo munus est morum integritas. Etiam si facultates omnes tuas obtuleris, nihil tamen satis dignum obtuleris. Itaq; 6 hoc offer, quod pauper quoq; porrigere potest. 7. Meretriciæ mercedis purus Deus particeps esse non vult. *Mercatus vita hæc.*

8 Nihil 8 vnquam quamlibet exiguum Deo voue. Dei nanque est, prius etiam quàm accipiat: Quid ergo dico? furti crimine obstrictus teneris, quum quæ tua sunt, non das. O nouum & inauditum debiti genus, inquies. Ananias & Saphira hoc tibi persuadeãt.

9 Mercatum hanc vitam existima. Si negotiatus fueris, quæstum facies. Vt enim pars magnis, sic sempiterna fluxis fragilibusq; rebus commutantur. Quòd si nundinarũ tempus tibi fluere sinas, nullum aliud postea es habiturus.

10 Ingens quidem nobis cursus propositus est: cæterùm ingentius præmium. Tibi itaque cauendum, ne curriculum totum simul aspiciens, à toto excidas, totamque

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamque nauigationem simul obeas. Nam hoc quoque sæpe ab hostis nostri tentatione nobis accidit.

11. Nec supra modum confide, nec rursus nimis animum desponde. Illud enim te-mollit, ac dissoluit: hoc prorsus euertit. Quare aliud consequere atque omnibus numeris absolue: in aliud incumbe: aliud si assequi nequis, non tamen est quòd verearis, [9] ne id quod superest viæ, præteritum laborem irritum atque inanem reddat.

12. Noli præcipiti animi impetu res aggredi: sed in his quæ semel tibi statuta sunt, persta. [10] Paulatim progredi satius est, quàm virtutis aliquid incidere. Malos etenim vocamus, non humiles atque abiectos homines, sed eos qui posteaquam sublimè euecti sunt, grauissimè corruunt.

Etiam à leuissimis peccatis cauendum.

13. Ingentem flammam perexigua quoque scintilla excitat: & viperæ semen homini sæpe exitium inuexit. Proinde cura vt leuissimam quoque noxam effugias. Tametsi enim ea primò exigua & minuta sit: postea tamen in ingentem magnitudinem excrescit.

14. Accuratiori studio in teipsum, quàm in aliorum vitam inquire: illo enim modo fructus ad te redierit: hoc verò ad alios. Melius est vitæ morum & actionum, quàm pecuniarum rationem subducere. Hæ quippe caducæ corruptionique obnoxiæ sunt: illæ firmæ & stabiles.

15. Perpetua ea tibi cura sit, vt mens tua diuinis cogitationibus salutiferisq; sermonibus informetur. Linguam autem coerce. Ipsa enim & ad lædendum procliuior est, & quamlibet egregiè moueatur, minorem tamen vtilitatem parit.

16. Aspectus me abripuit, inquies: Verùm eum statim compescui, nec peccati simulachrum mihi finxi. Sed esto, [11] simulachrum animus finxerit: abactione tamen ac scelere abstinui. Quid tum? hæc enim velut quidam gradus sunt, quibus tibi fraudem hostis molitur.

17. Ad turpes & vitiosos sermones, atque ineoncinnos iucundarum cantionum modulos [12] aures velut cera obstructas habe: bonis contrà & præclaris semper pateant. Inter sermonem, auditionem, & actionem, haud magnum interuallum est.

18. Nec odorum muliebres lasciuiæ, nec leuium & politarum rerũ contactus, nec denique ciborum suauitas cupediæque admodum te emolliant. Quid enim vnquam strenuo viro dignum gerere queas, si ab huiusmodi rebus te vinci sinas? Distincta quippe [13] mulierum ac virorum oblectamenta sunt.

19. Da, venter ait. Dabo equidem libenter, si cùm acceperis, temperanter te geras. [14] Sinautem inferioribus partibus dare instituueris, simum, nec eum quidem vberem & copiosum accipies. Si verò retineas, copiosum quoque porrigemus.

20. Prudentibus & cordatis viris, cùm omnis risus, tum præcipue meretricius risu dignus est. Risus solutus ac petulans lachrymas quoque producit. Præstat moribus tristibus & inamœnis esse, quàm lasciuis & delicatis.

21. Pulchritudinem existima mentis elegantiam, nõ quam manus pingunt, aut temporis diuturnitas delet, sed quæ ex prudentis mentis aspectu innotescit. Deformitatẽ contrà [15] mentis dedecus esse censẽ.

22. Mœrores & voluptates prodierunt, fiduciæ & timores, opes & paupertas, gloria & ignominia, throni? fluant vt libuerit. Virum constantia præditum nihil rerum fluxarum ac fragilium attingit.

Nemo legẽ Dei exactè assequitur.

23 Vita potius ac moribus quàm animo te attolle. Illud enim tibi diuinitatem affert: hoc deijcit atque prosternit. Id autem assequeris, si non parua mensura teipsum metiaris, Quamlibet enim altè assurrexeris, infra tamen Dei legem es.

Inanis gloria fugiẽda.

24. Nec quamlibet gloriam, nec magnopere consectare. Præstat bonum esse, quàm videri. Quòd si nimium cupido animo es, at certè nec inanem nec nouam gloriam capta. Quid enim simiæ prodest, si Leo existimetur?

Alij non temerè laudandi.

25. Alios quidem lauda: laudatus autem ipse, ne animos tollas. Metuendum enim est, ne ab ijs laudibus, quæ tibi tribuuntur, absis. Nec verò alium statim laudes, priusquam eius periculum feceris: ne alioqui, si malus ipse comperiatur, erubescas.

26. Malè audire satius est, quàm malè loqui. Quoties apud te quispiam alium dicterijs ac sannis insectatus fuerit, vt animum tuum hac ratione oblectet, te ipsum sugillari existima. Sic enim futurum est, vt huiusmodi sermone grauissimè offendaris.

27. Nequid prospere nauigans, magnificè dicas, antequàm ad portum appuleris. Multis enim hoc accidit, vt cùm secundo cursu nauigassent, in ipso portu naufragium fecerint. Plerique rursus ex grauissima tempestate in portum applicuerunt. Vna securitas est, calamitates aliis non exprobrare.

28. Op-

28. Optabilius est bene viuere, atque inter laborum asperitates [16] liberius aliquanto Deum alloqui: quàm virtutum floribus carentem, pœnis affici: etiamsi omnia summa cum ratione ab eo gubernantur.

29. Omnia tua profunde, Deumque vnum acquire. Alienorum enim bonorum es dispensator. Quòd si non omnia vis, maiorem saltem partem profunde: si ne hoc quidem abs te impetrari potest, superuacaneis certè opibus pietatem exerce.

30. Præclarum est aliquid tineis atque inuidiæ eripere. Debitorem Christum habere præstat, quàm omnia possidere: qui Regnum etiam cœleste pro vnico panis frusto elargitur. Pauperem alens, Christum tegis & alis.

31. Pauper accessit abijtque nihil à me consecutus? Vereor Christe, ne ipse quoque ope tua indigens, iuxta legem eam, quam in me sanxi, egens atq; inanis recedam. Nã quod quis non dedit, nec ipse speret.

32. Paupere verò nihil est tutius. Ad Deum vnum tendit, eum vnum intuetur. Tu verò, qui opibus affluis, obuijs vlnis ipsum complectere. Nam & aquila, vt crebro sermone iactatur, tenuem auiculam nido fouet.

Improbis hominibus improbitas mors est.

33. Vt morbus pernicioſa sanitate melior est: ita paupertas opibus iniusta ratione quæsitis. Vix quisquam fame vnquam interijt. Contrà flagitiosis & consceleratis hominibus improbitas mors est.

34. Quid herus, quid seruus, mala inquam hæc sectio? Vnus omnibus fictor, lex vna iudicium vnum. sit sanè qui tibi ministret: hunc tamen vt conseruum aspice. Cùm autem corporis vinculis solutus fueris, tum denique præstantior apparebis.

Liberos & seruos mores efficiũt.

35. Quid porrò serui, ac præsertim Dei? Heros suos [16] beneuolentia complecti non recusent. Ingenuum ac seruum mores efficiunt. Nam Christus quoque seruus cõspectus est, qui tamen alios in libertatem asserebat.

Nobilitatẽ posteris reliquere præstat, quã à maioribus acceptã labefactare.

36. Malum te non obscurum atque ignobilem vocari pudeat. Generis enim nobilitas ab ijs ortum habet, qui iam olim computruerunt. Nobilitatis authorem posteris esse præstat, quàm à maioribus acceptam labefactare: quemadmodum bonum esse satius est, quàm à bonis originem traxisse.

37. Dei solius rerumque diuinarum inexplebili cupiditate flagra, qui ijs, qui acceperunt, plure in dies impertit, [17] sitiri nimirum sitiens vberrimeque ac perenniter fluens. In reliquis autem rebus superari te æquo animo feras.

Cedere interdum expedit.

38. Nec in omnibus rebus, nec semper victoriam adipisci contende. Rectè vinci præstat, quam malam victoriam obtinere. Nam & in palæstra non is vtique semper vincitur, qui humi iacet: sed plerunque superior existit.

Iniuria nõ referenda.

39. Interdum detrimento aliquo affici sustine. Nam id non raro in lucrum cedit: quemadmodum & plantæ, vt vberiores fructus ferant, putari solent. Quòd si facultatibus tuis aliquid iniustè addideris, perinde sanè feceris, ac si vel lignis ignem, vel corpori morbum asseras.

40. Si nulli supplicio apud Deum obnoxius es, non recuso quò minus his qui tibi debent, misericordiam neges. Si autem debitorem te agnoscis, clementiam priùs eroga. misericordia enim lenitate, ac misericordia apud Deum expenditur.

41. Si quando animus tuus acceptæ iniuriæ dolore exarserit, fac tibi Christus, Christique vulnera in memoriam veniant, quantulaque pars hæc sint eorum, quæ Dominus tuus perpessus est. Hac ratione animi dolorem velut aspersa aqua extinxeris.

42. Libido, ebrietas, inuidia, dæmon, æqualia sunt. Ad quencunque enim, horum aliquid accesserit, mentem obruit. Horum remedia, corporis maceratio, oratio, lachrymæ. Huiusmodi quippe medicamentis morbi mei depelluntur.

43. [18] Iusiurandum omne fuge. Quonam ergo modo quæ volumus persuadebimus? sermone ac moribus sermoni fidem conciliantibus. Periurium Dei abiuratio est. Quid tibi Deum testem adhibere necesse est? mores tantum interpone.

Inimicitiæ modus fit, amicitiæ nullus.

44. Quodnam benignitatis compendiosius præceptum est? Talem te erga amicos ac proximos præbe, quales eos erga te experiri cupis. Quòd si compendiosius adhuc aliquid quæris, Christi passiones habes.

Nemo sibi sufficere potest.

45. Fido ac certo amico nihil par esse existima, quem non poculum, sed ad versa tempestas exploravit, quique amico non ad voluptatem, sed ad vtilitatem obsequitur. Inimicitiæ modus finisque tibi sit, amicitiæ autem nullus.

46. Alia cernens oculus seipsum non cernit: immò ne alia quidem, si lippitudine laboret. Proinde ad omnes res aliquem in consilium adhibe. Nam & manus manu, & pes pedis auxilio indiget.

47. [19] Si bonorum admonitionem sequaris, non te à malis irrideri pudebit. Cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid turpe cogitas, multos tibi adesse existima,[20] teque ipsum verere.

48. Bonos malis semper antepone. Cum malis consuetudinem habens, malus vtique futurus es. A malo homine nunquam beneficium accipe. Huiusmodi enim benignitate nihil aliud, quàm sceleribus suis impunitatem quærit.

49. Ego ex hoste quoque nonnihil vtilitatis capio. Ob id enim, ne ille in me ansam habeat, cautius vitam instituo. Interim tamen & medicinæ huius acerbitatem perhorresco, & suauius medicamentum improbo.

50. Bonis gratiam refer: malos aspernare: vel potius hoc eos beneficio affice, vt nihil mali ipsis inferas. Sic enim ipsos quoque temporis progressu bonos efficies. Homini æquanimitate prædito egregium munus est benignitas & clementia.

51. Omnibus quidem, si fieri potest, benignum te præbe: propinquos autem prolixiori benignitate complectere. Quis enim alioqui adduci poterit vt credat te exteris bonum fore, si erga eos, quibus benignitas iure debetur, iustitiam minimè colas?

In peccatis non dæmones accusandi, sed nosipsi.

52. Quid nos omnibus in rebus miserum hostem accusamus, eique noxas omnes nostras ascribimus, cùm ipsi sceleratæ nostræ viuendi rationi potestatem demus? Tibijpsi vel soli vel potissimum succese.[21] Ignis enim noster est: flamma autem aduersi spiritus.

53. Insomniorum ludibria ne admodum sequaris: nec mens tua quarumlibet rerum cupiditate concitetur: nec denique secundarum rerum specie nimium te attollas. Hæ enim plerunque hostis nostri sunt insidiæ.

54. Finis omnis boni lætissimam tibi spem propone. Nam cùm spes nonnulla improbis quoque adiumento sit: quanto tandem ea magis probos fouere debet? Neque enim ferendum est improbitatem virtute superiorem esse.

55. Prudentiam fortuna tutiorem esse censet. Hęc enim rerum leuis ac temerarius est impetus: illa gubernatrix. Nec rursus quicquam eruditione præstabilius esse iudica: quippe quæ sola dominorum propria sit.

Ladere facile est.

56. Potentiam tuam agendi; facultatem non in inferendo malo, sed in bene merẽdo ostende: si modo Deus esse cupis. Hoc enim eius est,[22] qui cognationem suam explo ratam habet. Facilè autem & [23]pastinaca & scorpius mortem inferunt.

57. Turpe est iuuenem sene imbecilliorem esse, senem autem iuuene stultiorem. Cæterùm ita vterque comparatus sit, vt senex quidem omni sapientiæ genere excellat: iuuenis autem ad corporis vires prudentiam quoque interdum adiungat.

In senectute potissimum pietas colẽda.

58. Cùm semper salutis studio incumbendum est, tum verò eo præsertim tempore, quo vitæ finis impendet. Senectus venit, discessum præco clamat. Quilibet sẽ præparet: iudicium enim propinquum est.

59. Vt finem faciam, duplici modo Deus abiuratur, sermone ac vita. Proinde ne in fraudem incidas circũspice: clandestino enim certamine semper te hostis infectatur: ne alioqui [24]postrema lustratione opus habeas.

SCHOLIA.

1. Fœtido porrò) Gr. Eleganter μύρον ἀγχόου σκηρὸν ὑπισθεν; sic Horatius, Sincerum est nisi vas, quodcũque infundis acescit, Et Christus ipse in Euangelio vetat, ne vinum nouum in vtres veteres condatur.

2. Quàm ego causam) Non hoc vult Gregorius, pietatis Christianæ doctrinã aduersus hæreticos strenuè atque constanter tuendã non esse: sed fideles propugnatores admonet, vt non tam eruditionis suæ, q. rectæ & honestæ vitæ, Deique præsidio nitantur. προστατεῖ enim hoc loco nec præesse nec præire significat, sed tueri ac defendere. Vnde et iam Nicetas ἡ ἐξ ἐχθρῶν exponit πρόξενος (corrupte enim legitur παρὰ τοῦ) ὃς, πρυμά χης ἀνὴρ.

3. Aut docendi) In Græco legendum ἢ μὴ, vt Aldus in emend.

4. Altera manu trahas) Altera manu trahere, altera repellere prouerbium de his qui sibijpsis minimè cõstant, quodque sermone struunt, moribus euertunt. Finit inũ illã Græco τῷ μὲν ὕδωρ φερῶ, τῷ δ' ἑτέρᾳ δ πῦρ. i. altera manu fert aquam, altera ignem.

5. Non enim loquentium) Regnũ enim Dei, vt inquit Paulus, in virtute, non in sermone consistit.

6. Hoc offer quod nuper) hoc est præclarissimas quasque virtutes, quæ pauperibus æquè ac diuitibus in promptu esse possunt: vel, vt exponit Nicetas, fidem per charitatem operantem.

7. Meretricia mercedis) Hoc est, munus ab impuro & scelerato animo proficiscens Deus auersatur. quẽadmodum Psal. 40. non patitur ab homine iniquo & flagitioso laudes suas prædicari. Alludit autem hoc loco Gregorius ad illud Deuter. 23. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini tui, quicquid illud est quod vouerint, &c. Per meretricem autem allegoricè intelligit Theologus vitiosam animam libidinẽque affectam, vt Nicetas exponit, quæ per carnalem & mundanam cupiditatem aliquid elu-

cratur, idq; Deo offert. Quod quidem munus ipsi execrationi est. His autem verbis non hoc agit author noster, vt improbos ac flagitiosos homines à misericordia & liberalitate erga pauperes auertat ac deterreat, sed eos admonet, ne hunc sibi beneficentiæ scopum proponant, vt sibi licere putent, in scelerata vitæ ratione perstare, modò de pauperibus bene mereantur.

8. Nihil vnquã Deo) Sententia huius tetrastichi hæc est, omnes mũdi opes Dei esse, proindeq; nihil ei prius vouerí posse: exeoq; effici vt qui concessas sibi à Deo facultates in pios vsus minimè conuertunt, furti crimen effugere nequeant. In tribus autẽ huius tetrastichi versibus error est in Græco. In primo pro θεῶν θεῷ legendum: in sequenti pro λέγω, λέγω, in tertio pro δοὺς δώσεις. Nimium violenta ac detorta mihi videtur Græca Nicetæ interpretatio, qui post τί δῆτα interrogationis notã ponit, & subaudiendũ esse ait, Polliceris domino quæ sua sunt: quodque sceleratius est, ne ipsa quidem vota præstas, Eodẽ modo sequenti versu duplicem lectionem affert. Ait enim in quibusdam codicibus κρύπτε legi, in nonnullis autem κρυβδ. sed in neutrius lectionis explicatione mihi satisfacit. Illud enimuerò te, Lector, admonendum habeo, Gregoriũ hoc Tetrastícho minimè vota improbare: sed hoc docere velle, ei, qui Deo aliquid vouere in animũ induxerit, cauendum esse, ne hac falsa opinione imbuatur, quasi ipsi aliquid det, quod non prius ipsius fuerit. Domini enim est terra & plenitudo eius. Alioqui non tam literarum sacrarum rudis erat, quin præter innumera alia Scripturæ testimonia, illud quoque Dauidis memoria ipsius insideret, Vouete, & reddite domino, &c. & illud Salomonis Eccles. 5. Quodcunque voueris redde, &c.

9. Ne id quod superest) Ne inquit, idcirco animo concidas, spemq; omnem salutis abijcias, si numeros omnes virtutis explere neque as. Est enim mediocri quoq; virtute præditis in cœlo sua sedes constituta. Multæ quippe sunt apud Patrem mansiones, vt ait Christus in Euangelio. Non enim iter aliquod facientiũ, & ad salutem contendentium eadẽ est ratio. Illis enim, nisi ad eum locum quem sibi proposuerunt, peruenerint irritus est omnis labor: at non item ei qui in honesta viuẽdi ratione versatur, atque, vt Dauidis verbis vtar ascẽsiones in corde suo disponit. Nec enim, si supremum virtutis apicem non attigerit, propterèa desperatione frãgi debet, perinde ac laborũ omniũ quos exhauserit, nullus omnino futurus sit fructus. Ita fere Nicetas.

10. Paulatim progredi.) Perit interpreti allusionis gratia quæ est in verbis Græcis κόπτειν & προκόπτειν. Nicetas τί κόπτειν τὸ κακὸν exponit, διὰ τῆς ἀκροάσεως καὶ σφοδρᾶς ἐπιστροφῆς ὁρμὴν ἐκκόπτειν ἢ, δι' ἐκείνου κακόν, Præstat, inquit, paulatim in virtute progredi, paruasque quotidie accessiones facere, quàm per animi negligentiam & temeritatem hoc quoque bonum, quod labore quæsieras, excidere.

11. Simulachrum animus finxerit) Gr. ἰδωλοτύπει πῆχυν, delendum πῆχυν, vt & sensus & ipsa carminis lex clamat sicque in emend. Ald.

12. Cera obstructas) Alludit ad Vlyssem, qui Odyss. 12. sociorum suorũ aures aduersus Sirenæos cantus, imposita cera præmunuit. Hic autem in Græco pro λιγυσμάτων λιγυσματα legendum est.

13. Mulierum ac.) Allegoricè hoc loco Nicetas per mulierem, animam ignauã & effœminatã intelligit, quæq; eas tantũ voluptates agnoscat, quæ sensibus percipiuntur, nec cõmune quicq; habent cũ forti ac virili anima, ijsq; oblectamentũ, q. in earum rerũ, quæ ab solo & ratione intelliguntur contẽplatione sita sunt.

14. Si autem inferioribus partibus) id est, Si copiosius liberaliusque nutritus in libidinem prorũpas, parcius te alam, nec committam, vt ciborum copia distentus ad Venerem inferuescas q.d. Tantulum à me alimenti accipies quod alui meatu excerni possit, non autẽ quod genitale quoque semen tibi augere, teq; ad libidinem inflammare queat.

15. Mentis dedecus) id est, animi turpitudinẽ morumq; obscœnitatẽ. In Græco pro τῆ ἀκοσμίᾳ τῶν ἀκοσμίων legendum: sicque Ald. in emend.

16. Liberius aliquanto Deum alloqui) De hac piorum libertate, quã Græci παῤῥησίαν vocant, vide pag. 77. Schol. 14.

16. Benevolentia complecti) In Græco pro ἐννοεῖν, ἐνοεῖν lege, pro χρῆσθαι χρῆσαι, & primo versu sequentis tetrastichi pro γνῶναι, γνῶναι. sicque in emend. Ald.

17. Sitiens sitiri) Gr. διψῶν δ' διψᾶσθαι sitiens sitiri, hoc est, vt ait Nicetas, vehementer cupiens se ab hominibus inquiri, quod earte mortalibus salus comparetur. Annotat tamen in quibusdam codicibus scriptũ reperiri διψῶντα διψᾶσθαι. Verùm vtraque lectio eundem sensum habet.

18. Iusiurandum omne) In Græco legendum ὅρκον non ὅρον, quemadmodum infra pro σύμβουλον σύμβολον.

18. Et suauius medicamentum) id est, fucatam ac simulatam benevolentiam.

19. Si bonorum) ἐὰν ἀγαθῶν vtroque modo exponit Nicetas, vt & sit masculini generis & neutrius. Mihi tamen simplicior videtur prior expositio.

20. Teipsum verere) id est, animam tuam, quæ ad imaginem Dei creata est. Animus enim quisque ipse dicitur. Aliud enim ipsi sumus, aliud nostrum, aliud quæ circa nos sunt. Nos enim animus est & mens. Ad imaginem enim Dei conditi sumus: nostrum, autem corpus, sensusq; per ipsum manantes: quæ autem circa nos sunt, pecunia, artes, & reliqua vitæ instrumenta. Hæc ex Basilio Nicetas affert.

21. Ignis noster est) ὁ πῦρ καὶ ἡμῶν ἡ δι' ὀργὴν τὸ πνεῦμα τοῦ. Nunquã enim terribilius hostium noster scelerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lerum flammam in nobis excitare posset, nisi prius ignis à nobis accensus esset. Vnde illud propheta, Ambulate in igne quem vobis accendistis.

22. Qui cognationem suam) hoc est, *qui Deum procreatorem agnoscit. Nam ille vim suam ac potentiã non nocendo, sed bene de omnibus merendo quotidie demonstrat.*

23. Pastinaca) Pastinaca piscis est de numero venenatorũ, Arist. l. 5. de hist. anim. ca. 3. Hoc aũt vult Gregorius, nihil esse, cur quispiam præclarum sibi, atque ad laudem nominisq; splendorẽ amplum esse putet, quòd nocendi facultatem habeat: cùm leuissima quoque animalia mortem afferre possint. Huic aũt simile est illud quod Cicero Tusc. 5. de Theodoro refert, qui Lysimacho mortem ipsi minitanti, Magnum, inquit, effecisti, si chartaridis vim consecutus es: Vel, vt refert Senec. lib. de tranquillit. vitæ, Habes cur tibi placeas, hemina sanguinis in tua potestate est. Et sanè multò difficilius, ac proinde præclarius est prodesse, q̃ nocere. Vnde grauiter quidam olim, cui cùm euersam à Philippo Macedonũ rege Olynthum esset nunciatum, At hercle, inquit, multis annis talem vrbem non extruet.

24. Postrema lustratione) Gr. μέλλω λιτὴν ἐκάστων καθαρσίων, id est, vt exponit Nicetas, τῶν λιτῶν καὶ καθαρσίων, τῶν ἐκάστης, τῶν μέλλοντος τέλους, ἵνα μὴ λίπω ζῶν ἁμαρτωλὸν ἢ ζῶν ἀσεβῆ. *ne opus habeas vltima illa ac sempiterna per ignem purgatione, quæ peccatores & impios exceptura est. Vox tamen καθαρσίου & καθάρσεως improprie hoc loco vsurpatur. Nec enim sempiternus ille ignis impiorum labes & noxas expiat, sed punit.*

MONOSTICHA GREG. NAZIANZENI
secundum ordinem Alphabeti.

1. Ἀρχὴ τέλος πάντων καὶ τέλος ποιοῦ Θεόν.
2. Βίου βραχέος ἐπὶ βιοῦν καὶ ἡμέρα.
3. Γίνωσκε πάντα τὴν καλῶν τὰ δράματα.
4. Δόλιον πνεῦμα, χεῖρον ἢ ψευδορκίας κακῶς.
5. Εὐσέβει τὸν, νόμιζε μιμεῖσθαι Θεόν.
6. Ζήτει Θεὸν σὺ χρηστὸν ὄντα χρηστὸς ὤν.
7. Ἡσυχῇ κράτει σῶν καὶ δαμάζεσθω καλῶς.
8. Θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν ἔξω πέσῃς.
9. Ἰσχὺν λαβὼν ὕβριν, γλῶσσαν δὲ σάθμιον ἔχοι.
10. Κλαῖε ὠδὶ κεἰσθῶ, μᾶλλον πορνεύοι γέλως.
11. Λύχνος βίου σοι πᾶσιν ὑγιαίνων λόγος.
12. Μὴ σὺ γένῃ τῶν δοκίμων πορρέων.
13. Νοῦ τὰ πάντα, πράσσε δ' ἃ πράσσειν θέμις.
14. Ξένον σεαυτὸν ἴσθι, καὶ τίμα ξένους.
15. Οὐ πλοῦτος, μᾶλλον μέμνησο χαλινός.
16. Παύ' εὐχαρίστως χρὴ δέχεσθαι πάντ' ἀπὸ θεοῦ.
17. Ῥᾶβδος δικαίου πλεῖον ἢ μὴ κακόν.
18. Σοφῶν θύρας ὀκτρίβε, πλουσίων δὲ μή.
19. Τὸ μικρὸν, εὖ μικρὸν, ὅταν ἐκφέρῃ μέγα.
20. Ὑβρεμ χαλίνου, καὶ μέγας ἔσῃ φόβος.
21. Φύλασσε σαυτὸν, πᾶσι μᾶλλον δ' ἄλλου μὴ γέλα.
22. Χάσκων φθονεῖσθαι, βούλου φθονῶν δ' εἶναι μέγα.
23. Ψυχὴν θύσειν μᾶλλον ἢ τὸν παῖδα θεῷ.
24. Ὧν φύλασσε πάντων, ὃ σοὶ ἔσθ' ὅσιον.

EADEM LATINE.

1. *Principium tibi sit, tibi finiat omnia Christus.*
2. *Optimus hic vitæ quæstus, decrescere censu.*
3. *Omnia fac tibi sint bene cognita gesta bonorum.*
4. *Paupertas grauis est, grauior mala copia rerum.*
5. *Aemulus ille Dei est, quisquis prodesse laborat.*
6. *Esto bonus, Dominum sic experire benignum.*

7. *Tu*

7. *Tu facito carnem egregiè teneasq́; domesq́.*
8. *Ira tenenda tibi est, ne mentem insania vexet.*
9. *Siste oculum, linguæ lancemq́ adhibere memento.*
10. *Lasciuum cohibe risum, sit clauis in aure.*
11. *Dux tibi totius sit vitæ oratio semper.*
12. *Virtutis famâ virtus tibi charior esto.*
13. *Omnia nosce quidem, sed tantùm amplectere iusta.*
14. *Ipse peregrinos, cùm sis peregrinus honora.*
15. *Turbinis esto memor, dum tuta per æquora ferris.*
16. *Omnia de Domini manibus capienda libenter.*
17. *Virga boni melior, quàm quo malus ornat honore.*
18. *Prudentis portas, non diuitis ostia pulsa.*
19. *Paruum non paruum est, si quid produxerit ingens.*
20. *Esse cupis sapiens? frenanda est dira libido.*
21. *Labentes plora, lapsum tamen ipse caueto.*
22. *Iucundum est liuore premi, luere pudendum.*
23. *Sacrificare Deo mentem, quàm cætera, præstat.*
24. *Huius certa salus quisquis seruauerit ista.*

SCHOLIA.

2. vers. Decrescere censu.) Verbum Gracum ἐκεῖσθαι duplici modo exponit Nicetas. Priore modo quemadmodum vertimus: posteriore vt idem significet, quod ἀποθνήσκειν, id est, mori. Iuxta illud Apostoli, Quotidie morior. Hunc autem Nicetæ commentarium libens tibi, optime lector, Latinum exhibuissem, nisi, dum codicem Gracum à Villierio meo quotidie expectarem, repente, in cœnobij nostri expugnatione, cum omnibus libris meis ipsum quoq; Villierium amisissem, virum præstanti ingenio, doctrina, memoria, atq; eximia quadam vitæ integritate praditum. In cuius impia cæde respub. literaria, immò Dei Ecclesia grauissimum vulnus accepit.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ Ναζιανζηνοῦ Ὠδαί.

GREGORII NAZIanzeni Odæ.

ΩΔΗ Α.

ODA I.

Σὲ τὸν ἄφθαρτον μοναρχίαν,
Δοῦς ἀνυμνῆσαι, δὸς ἀείδειν,
Τὸν ἄνακτα, τὸν δεσπότην,
Δι' οὗ ὕμνοι, δι' οὗ αἶνοι,
Δι' οὗ ἀγγέλων χορεῖαι,
Δι' οὗ αἰῶνες ἄπαυστοι.
Δι' οὗ ἥλιος προλάμπει,
Δι' οὗ ὁ δρόμος σελήνης,
Δι' οὗ ἄστρων μέγα κάλλος,
Δι' οὗ ἄνθρωπος σύμπνους
Ἐλαχεν νοῆσαι τὸ θεῖον,
Λογικὸν ζῷον ὑπάρχων.
Σὺ γὰρ ἔκτισας τὰ πάντα,
Παρέχων πᾶσι ἑκάστῳ,
Συνέχων τε τῇ προνοίᾳ.
Λόγου φάτις, τέλεσε ἔργον,
Ὁ Λόγος σός, θεὸς υἱός.

Te immortalem monarcham,
Da vt celebrem, da vt canam
Regem, dominum,
Per quem hymni, per quem laudes,
Per quem Angelorum choreæ:
Per quem secula æterna,
Per quem sol præfulget,
Per quem cursus lunæ,
Per quem syderum ingens ornatus:
Per quem homo grauis
Sortitus est vt intelligat diuina,
Rationale animal existens.
Tu enim condidisti vniuersum,
Tribuens suum cuiq; rei locum,
Continesq́; tua prouidentia.
Verbum effatus es, sequutum est opus,
Verbum tuum, Deus (est) Filius.

Ὁμοί-

Eiusdem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ομοούσιόν γαρ ἐστιν,
Ομόλιμόν τῷ πνεύματι.
Ος ἐφήρμοσεν τὰ πάντα,
Ινα πάντων βασιλεύσῃ.
Περιλαμβάνουσι δὲ πάντα
Αγιον πνεῦμα τὸ θεῖον
Προνοούμενον φυλάσσει.
Τριάδα ζῶσαν ἐρῶ σε,
Ενα καὶ μόνον μοναρχίαν,
Φύσιν ἀτρεπτον, ἀνάρχου,
Φύσιν οὐσίας ἀφράστου,
Σοφίας νοῦ ἀνεφικτον,
Κράτος οὐρανῶν ἀπαυστον,
Απειρον ἀρχῆς ἀπείρανδρον.
Ακατασκόπτῳ αὐγῇ,
Εφορῶσαν δὲ τὰ πάντα,
Βάθος ἄλλῃ ἀγνοοῦσαν,
Απὸ γῆς μέχρις ἀβύσσου.
Πάτερ ἵλεως γενοῦ μοι.
Διὰ παντὸς θεραπεύειν
Τὸ σέβασμα τὸ σὸν δός μοι.
Τὰ δ' ἁμαρτήματα ῥύψον,
Τὸ συνειδὸς ἐκκαθαίρων
Απὸ πάσης κακονοίας.
Ινα δοξάσω τὸ θεῖον,
Οσίας χεῖρας ἐπαίρων
Ινα Χριστὸν εὐλογήσω.
Γόνυ κάμψων ἱκετεύσω,
Τόπε προσλαβεῖν με δοῦλον
Οταν ἔλθῃ βασιλεύσων.
Πάτερ ἵλεως γενοῦ μοι
Ελεον καὶ χάριν εὕρω.
Οπι δέξα καὶ χάρις σοι
Αχρις αἰῶν ὁ ἀμήτωρ.

Eiusdem enim natura est,
Eiusdem dignitatis atq; parens.
Qui coagmentauit res vniuersas,
Vt omnibus imperaret.
Complexus autem omnia
Sanctus Spiritus diuinus
Prouidens tuetur.
Trinitatem viuentem dicam te,
Vnum & solum Monarcham,
Naturam immutabilẽ, principio carentem,
Naturam substantiæ ineffabilis
Sapientiæ mentem, quæ non potest percipi,
Imperium cœlorum æternum,
Sine principio, sine fine,
Lucem in quam non licet intueri homini,
Inspicientem autem omnia,
Profunditatem nullam ignorantem,
A terra vsq; ad abyssum.
Pater propitius esto mihi.
Perpetuò vt colam
Maiestatem tuam da mihi.
Sordes meas elue,
Conscientiam purgans
Ab omni mala cogitatione.
Vt laudibus cumulem Deum
Sanctas manus attollens,
Vt Christum laudem,
Vt genu flectens supplicíter orem,
Vt sibi asciscat me seruum,
Quum venerit regnaturus.
Pater propitius esto mihi,
Quò misericordiam & gratiam assequar.
Quia laudes & gratiæ tibi habentur
Vsq; ad secula immensa.

ΩΔΗ Β.

Τί σοι θέλεις γενέσθαι;
Ψυχήν ἐμὴν ἐρωτῶ.
Τί σοι μέγ', ἢ τί μικρόν
Τῶν ἐμῶν βροτῶν σῳ;
Ζήτει μόνον τί λῷστον,
Καὶ δώσομέν σοι προθύμως.
Θέλεις τὰ Γύγεω σοι
Τὸ Λυδὸν γενέσθαι;
Καὶ δακτύλῳ τυραννεῖν,
Τὴν σφενδόνην ἐλίσσων;
Κρύπτεσαι, εἰ κρύπτοιο,
Φαίνεσαι, ἢ φαίνοιο;
Θέλεις τὰ Μίδεώ σοι
Τὸ πλουσίως θανόντος;
Ω χρυσὸς ἐμοὶ τὰ πάντα,
Χρυσῷ φέροντα λιμόν,
Εὐχῆς δίκην ἀμήτωρ.
Θέλεις λίθους δ' αὐγεῖς,
Πλάτη τε γῆς λιπαίνους,

ODE II.

Quid tibi vis fieri?
Animam meam interrogo.
Quid tibi magnum, aut quid paruum
Eorum quæ sunt in pretio mortalibus?
Quære modò aliquid elegantius,
Et dabimus lubenter.
Vis tibi quæ Gygæ
Lydio contingere,
Et anulo regnum adipisci,
Palam eius conuertens,
Occultantem si occultetur,
Monstrantem si monstretur?
Vis tibi quæ Midæ
Qui prædiues obiit?
Cui omnia erant aurum,
Aureamq; afferebant famem,
Voti pœnam immodici.
Vis gemmas præfulgentes,
Latosq; campos terræ pinguis,

Καὶ

Et ouis-

Καὶ ποιμνίων ἀριθμὸς,
Βοῶν τε καὶ καμήλων;
Οὐ ταῦτα δώσομέν σοι.
Λαβεῖν γαρ οὐδὲ λῷον.
Αλλ' οὔτ' ἐμοιγ' ἀνυσόν.
Ερρίψαν γαρ μερίμνας,
Αφ' ὧν θεῷ προσῆλθον.
Θέλῃς θρόνους τε καὶ αὐλὰς,
Καιροῦ φρύαγμα πίσῃ;
Ἰν' αὔριον καθεσθῇς
Κάτω βλέπων ταπεινόν,
Αλλ' ὀρθαλιῶντος,
Ος ἦν παρασάτης σοι,
Τυχόν δὲ καὶ κακῶν μις.
Θέλας γάμῳ δὲ ἕπεσθαι,
Βλακευόμασιν ἀνάγνοις,
Καιροῖς δὲ συναφλῶσι;
Θέλεις νόσον γλυκεῖαν,
Εὐτεκνίας μέριμναν;
Εὐτεκνίαν δ' ἂν εἴπω
Δυσεκνίαν, τί φήσῃς;
Θέλῃς λόγοις βοᾶσθαι,
Καὶ συλλέγειν θέατρα;
Ποθεῖς νόμους πιπράσκειν
Οὐκ ἐνδίκοις πλαδαρμοῖς;
Φέρειν τε καὶ φέρεσθαι
Πρὸ βήματος ἀθέσμου;
Αἰχμὴν θέλῃς λικάσσαι,
Πνέοντα ἀρτίου μις;
Καὶ στέμματ' ἐκ ἀγώνων,
Θρασυκῶνον πεσόντος;
Ποθεῖς κρότους ἐμ ἄσῃ;
Καὶ χάλκεον τυπῆσθαι;
Σκιαὶ θέλῃς ὀνείρου,
Μεταῤῥέουσαν αὔραν;
Ροῖζον βέλους ἀνίχνευτον;
Τόφον χερὸς κροτούσης;
Τί γαρ μέγ' οὖ φρονεῖσι
Τῶν σήμερον μὴ ὄντων,
Ες αὔριον δ' ἀπόντων;
Ων καὶ κακοῖς μέτεσι
Ων οὐ συνέρχεταί τις
Ενθεῦθεν ἰόντες.
Τί ἦν; ἐπεὶ πάρεστι,
Τί σοι θέλῃς γενέσθαι;
Θέλῃς θεὸς γενέσθαι,
Θεὸς θεῶν μέγιστος
Παρασάτης φανεὶς,
Σὺν ἀγγέλοις χορεύων;
Ι θι πρόβαινε, πτερύγων
Οξυπέτεσι μκρονῆς
Κυκλουμένη πρὸς ὕψος.
Εγὼ τετρόμ καθαίρω,
Εγὼ λόγοις ἐπαίρω,
Ως οὖ πέρομ ἵν' ὄρνις
Ες αἰθέρα προπέμψω.
Σὺ δ' ἐπεί μοι κάκιστος

Ωναρ-

Et ouium greges plurimos,
Boumq; camelorumq;?
Non dabimus tibi hæc.
Nam neq; tibi satius accipere,
Neq; à me hæc præstari possunt.
Abieci enim [eiusmodi] curas
Ex quo Deo [me] addixi.
Vis solia & imperia,
Temporis fastum decidentem?
Vt die crastino sedeas
In terram intuens demissè,
Altero ceruices erigente
Qui erat vicinus tibi,
Et fortasse malorum aliquis.
Vis matrimonio iungi,
Mollitie impura,
Et [cum] temporibus circumagi?
Vis morbum dulcem,
Solicitudinem quam affert fœcunditas?
Fœcunditatem autem si vocauero
Infelicem fœcunditatem, quid dices?
Vis ob eloquentiam celebrari,
Et cogere theatra?
Cupis leges vendere
Non æquis technis?
Et trahere ac trahi
Ante tribunal iniquum?
Vis lanceam vibrare,
Spirans Mauortium quippiam,
Et coronas ex certamine,
Et belluis cadendis robur?
Cupis vrbanos plausus,
Et æreus effigiari?
Vis vmbram somniorum,
Diffluentem auram?
Fragorẽ teli nullæ vestigia relinquentis?
Strepitum manus plaudentis?
Quid enim magnum [est] sapientibus
Eorum quæ hodie sunt,
Cras verò absunt?
Quorum etiam improbi participes,
Quorum nihil nos comitatur
Hinc excedentes.
Quidigitur? quando hæc non [vis,]
Quid tibi vis fieri?
Vis deus esse,
Deus Dei maximi
Familiaris præfulgens
Cum angelis saltans?
Eia pande alas
Celeribus alis præditæ cogitationis
Rotata sursum versus.
Ego alas expurgem,
Ego verbis attollam,
Vt bene alatam alitem
Ad æthera præmittam.
Tu cedò dic mihi terribile,

Ω σαρκίον δυσῶδες,
Επεί σωζύγλωσοι
Η δεσπότις μαγείρῳ,
Τί σε θέλεις χρυσοῦσθαι,
Πρὸς τὸ πνοὴν κρατεῖσθαι,
Οὐδὲν πλέον χρεωστῶ.
Κἂν πολλ' ἐχεμβιάζῃ
Θελὶς τράπεζαν εὔπνουν
Μύρων τε καὶ μαγείρων
Σοφίσμασιν τρυφῶσαν;
Καὶ βαρβίτων χερῶν τε
Κρότηματ' ἐκ αὐλοῖς τε;
Αβρῶν κλάσεις τε παίδων
Κινουμένων ἀνάνδρων,
Καὶ παρθένων ἑλιγμούς;
Γυμνουμένων ἀθέσμως;
Α τοῖς πότοις τυπεῖσιν
Οσοι φιλοῦσιν ὕβριν,
Τύμμαινόλως ἑτοίμως
Υποφλέγοντες οἶνον.
Ταῦτ' εἰ θέλεις παρ' ἡμῶν,
Εχοις μὲν, ἀγχόνην δέ.
Τοιαῦτα τοῖς ἀπλήστοις
Εγὼ φίλοις ποιῶ.
Οἰκός σε πέτρινός τις
Αὐτόφορος καλύπτοι,
Ημικρὸν ἔργον ὥρας,
Εἰ δεῖ πονεῖσαι.
Τὸ δ' ἔδος, ἢ κωμήλων
Τρίχες, (νόμῳ δικαίων)
Η καὶ δέρος, παλαιᾶς,
γυμνάσεως κάλυμμα.
Στιβὰς μὲν ἡ τυχοῦσα.
Πόαι, κλάδοι τε θάμνων,
Απλωμα πορφυροῦν τι,
Καὶ συμπότης ἀταρβής.
Τράπεζα δ' αὖτ' ἔπειτα
Γλυκὺ πνέουσ' ἀείσθω,
Α γῆ φίλη δίδωσιν
Απυρα δῶρα πᾶσιν.
Επεὶ δ' ἐπήγμεθ', εἶμεν
Καὶ θρέμμεν προθύμως.
Θέλεις φαγεῖν; ἔχ' ἄρτον,
Εχ' ἅλφιτ', εἰ παρεῖη.
Αλες δ' σοι τὸ πέμμα.
Θῦμός δ' ὃν οὐ μετροῦμεν,
Απραγμάτευτον ὄψον.
Ενθα δ' ἄλλο μεῖζον.
Θέλεις πιεῖν; χρύσει σοι
Υδωρ κρατὴρ ἀείρους.
Ποτὸν μέθης ἄποινον,
Ακλήματον γεώμα.
Ζητεῖς δὲ καὶ τρυφᾶν τι,
Μηδ' ὄψινος φθονεῖσθω.
Αλλ' οὐ τὰ δ' ἀρκέσθω σοι,
Τετρημένῳ πιθοῖς δὲ
Πίθῳ κακῶς ἐπαντλεῖν

Τὰς

O male olens caruncula,
Quandoquidem iuncta sum tibi
Domina coquo,
Quid tibi vis fieri,
Quo spiritum retineas?
Nil enim amplius debeo,
Etiamsi multa habere cogis.
Vis mensam fragrantem odoribus
Vnguentorum & coquorum
Inuentis exquisitis?
Et barbiti manuumque
Plausus furore non carentes,
Delicatorumque saltationes puerorum,
Qui moueant se non viriliter,
Et virginum in orbem choreas
Nudatarum nefariè?
Quæ conuiuijs adhibent,
Qui amant petulantiam,
Insanum facilè
Succendentes vinum.
Hæc si vis à nobis,
Habebis, sed laqueum.
Talia insatiabilibus
Ego amicis præbeo.
Domus te aliqua saxea,
Sponte sua contignata, contegat,
Aut exiguum opus horæ,
Si modo opere opus est.
Vestis verò, vel camelorum
Villi, (more piorum virorum)
Vel pelles, antiquæ
Nuditatis operimentum.
Torus autem quilibet,
Herbæ, ac ramuli virgultorum,
Mappa purpurea quæpiam.
Et conuiuis non formidabilis.
Mensa deinde tibi
Dulce spirans sternatur,
Quæ cara tellus fert
Inartificiosa munera omnibus.
Et quando te discumbere fecimus,
Alemus etiam propenso animo.
Vis edere? habeto panem,
Habeto farinam si adsit:
Sal tibi [sit] condimentum,
Et capescui modum non præscribimus,
Paratu facile obsonium.
Aliud verò maius, rerum inopia.
Vis bibere? scatet tibi
Aqua, crater perpetuò fluens,
Potio temulentiæ non effectrix,
Oblectamentum è palmite non prouenieus
Studes etiam nonnihil delitiari?
Ne vappa quidem inuideatur.
At non hæc satis fuerint tibi,
Perforato sed cupis
Dolio malè infundere

Volupta-

Τὰς ἡδονὰς ἀπλήστως,
Αλλον πόθεν πρισίν.
Εμοὶ γὰρ οὐ σχολήσει
Θάλπειν σωϊκὸν ἐχθρόν
Ινὼς ὄφις κρυμωθείς,
Θέρμῃ δ' ἔπειτ' ἀλυθείς
Εγκόλπιός μετρώσῃς,
Θέλεις δόμους ἀμέτρους,
Χρυσορόφους, γραφῆς τε
Καὶ λιθίδος σοφισμούς,
Κινουμένων γε δόνει;
Πλακός τε λάμψιν ἀβρᾶς
Αντίχροον, πολύχροων,
Θέλεις τὸ ῥεῖθρον ὅσον
Εσθῆτα τὴν ἀθίκτων.
Εν δακτύλοις τε πλοῦτον.
Γελώμενόν τε καλὸς
Τοῖς σωφρονεῖν μαθοῦσιν.
Εμοὶ δὲ καὶ μάλιστα,
Ω καλὸς ἔμ' ἔσω.
Τοῖς μὴ κάτω δὴ ταῦτα
Υμῖν λέγω βροτοῖσιν,
Οἳ σπεύδουσι πρὸς ὥραν,
Μηδὲν πλέον βλέποντες.
Τοῖς δ' εὖ ζῶσι βιῶσιν,
Επαξίως τε μοίρας
Τῆς ἐκ θεοῦ δοθείσης
Τῷ πηλίνῳ πάλαι μου,
Σκόπει πένητος ὄγκον,
Οἵαν τροφὴν χορηγῶ.
Δίλιθέ μοι φλογώδη
Ρομφαίαν ὦ θεόφρον.
Θάμνοι γεωῦ γεωργὸς
Φυτῶν, λόγων θαλόντων,
Ὧν μ' ἐσύλησεν ἐχθρός,
Δι' ἡδονῆς συλήσας.
Ξωῆς ἀεὶ μυσήσας.
Ζωῆς ἀεὶ μυσήσας.
Ηδ' ἔστιν, ὡς ἀνεῦρον,
Γνῶσις θεοῦ μεγίστου,
Φάους ἑνὸς τριλαμποῦς,
Πρὸς ὃν τὰ πάντα τένει.
Οὕτω μὲν αὐτὸς αὐτῷ
Πᾶς τις σοφός λαλήσω.
Ος δ' οὐ θέλει λαλῆσαι,
Μάτην βίον παρῆλθεν.
Εἴπερ μάτην παρῆλθε,
Μὴ σὺν κακῷ μέγιστῳ.

ΩΔΗ ΤΡΙΤΗ, Η Υμνος ἑσπερινός.

ODE III. SIVE HYMNus Vespertinus.

Σὲ καὶ νῦν εὐλογοῦμεν
Χριστέ μου, λόγε θεοῦ,
Φῶς ἐκ φωτὸς ἀνάρχου.

Καὶ

TE etiam nunc laudamus
Christe mi sermo Dei,
Lux de luce carente principio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Καὶ πνεῦμα ἐξ, οὐδαρχου,
Τρίτου φωτὸς εἰς μίαν
Δόξαν ἀθροίζοντα.
Ος ἔλυσας τὸ σκότος,
Ος ὑπέσησας τὸ φῶς
Ἵν' εἰ φωτὸς κτίσῃς τὰ πάντα,
Καὶ πλῶ ἄστορ ὕλλω
Στήσῃς, μορφῶν εἰς κόσμου
Καὶ πλῶ νῶ θὐκοσμίαν.
Ος νοῶ ἐφώλισας ἀνθρώπου
Λόγῳ τε καὶ σοφίᾳ,
Λαμπρότητος τ' ἄθω,
Καὶ κάτω θεὸς εἰκόνα.
Ἵνα φωτὶ βλέπωμεν φῶς,
Καὶ χλιήπαι φῶς ὅλον.
Σὺ φῶς ἦρσο μὲ ὐρανόν
Κατηύγασας ποικίλοις.
Σὺ νύκτα καὶ ἡμέραν
Ἀλλήλας εἶκειν ἠπίως
Ἐταξας, νόμον τιμῶν
Ἀδελφότητος καὶ φιλίας.
Καὶ τῇ μὲν ἔπαυσας κόπους
Τῆς πολυμόχθου σαρκὸς,
Τῷδ' ἤγρας εἰς ἔργος
Καὶ πράξεις τὰς σοι φίλας.

Et spiritus ex carente principio.
Terra luce in vnam
Gloriam coeunte:
Qui discussisti tenebras,
Qui produxisti lucem
Vt in luce conderes vniuersa.
Et inconstantem hylen
Statueres, conformans in ordine,
Et istum ornatum.
Qui mentem illustrasti hominis
Ratione & sapientia,
Splendoris & superni
[Eam in terris collocasti imaginem.
Vt luce intueretur lucem,
Et fieret lux tota,
Tu luminibus cœlum
Illustrasti variis:
Tu noctem atque diem
Sibi innicem cedere placida
Constituisti, ius colens
Fraternitatis & amicitiæ,
Et altera sedasti labores
Laboriose carnis,
Altera excitasti ad opera,
Et actiones tibi gratas.

Α τέλης.

De sunt reliqua.

DIVI GREGORII AD REVERENDISSIMOS EPISCOPOS ET SACRVM CLERVM, DE CONFVSIONE ECCLEsiastici ordinis grauis obiurgatio.

Homo sicet.

Scripsit hoc carmen sanctus Gregorius, post discessum suũ ab vrbe Constantinopolitana, cum inuidiæ improborum, bonis omnibus indignantibus, cedens, sedem ibi Archiepiscopalem reliquit: ac deinceps in patria Nazianzi, ruri quietam & solitariam vitam priuatus exegit. Niceph. lib. 12. cap. 11.

In principio orationis homines notantur, qui sub sacrosancta Ecclesiasticæ administrationis persona, & amplissimis spiritualium honorum titulis & ornamentis, profanos & improbos tegunt animos & mores.

O qui sacra Deo offertis sine sanguine Mysta,
O quibus est cõmissa animarum cura piarum
In quorum manibus † diuinum plasma tenetur,
Quique Deum immensum atque homines confertis in vnum.

Fundamenta orbis, morũ lux, culmina verbi
Sacri, perpetuæ famuli vitæque beatæ
Christigeri, qui sublimes considitis altis
Sedibus, eximijs qui gaudetisque theatris,

Scenina

Hypocrisis.

Scenina gt, soleis innixi crura colurnis,
Spirantes modicum sub personis alienis:
Quæ verò interna et veræ sunt religionis,
Cuilibet æquales miscra de sorte popelli.

Ludus est quidquid in Ecclesia agunt falsi interdores.

Ludere perge cohors sacra, sicut ludis ineptè:
Quaq; facu leuiter, grauiter grandi ore sonare.
Vt me cunq; virum dicas leuumq; malumq;,
Atq; tuo longè iubeas decedere cœtu,
Et sortes condensis clamq; palamq; sagittis,
(Quæ res magna tibi solet esse, & grata voluptas)
Ipse tamen, quod vult animus me dicere, dicam,
Ingratis alto depromens pectore verba.
Qualis lympha Noto grauius spirante meatus
Occultos compulsa petens, terraq; sub ima
Exculsis sublata latens, cum murmure feruet,
Et rursum violens superas erumpit ad oras
Flumine diffuso patefacta per ostia campis:
Sic quoq; & ipse meo non iram corde tenere
Conceptam possum. Sed vos tolerate loquentem,
Si quod protulero verbum, quod mordeat agros
In vobis animos, maneris pignus acerbi:
Vel si duntaxat tenues tactetur in auras.
Esse solet sermo præsens medicina doloris.

Exod. 19. 1. Pet. 2. Tit. 2. Psal. 2. Christus Deus homo. Heb. 2. Phil. 2. 1. Pet. 4. Act. 20. & Apostoli & Martyres.

Clonisti ingẽs corp', quam maxima gloria, regis
Omni dispersus populus regalis in orbe,
Olim tempus erat cum gens infida maneret.
Consecrata Deo sed enim possessio, rursum
Hue illuc rapitur: pelago ceu fluctus in alto
Raucisonus, pinuscq; agitata procacibus Euris.
Huic populo venit Deus è cœlestibus oris,
Diminuit q; suum mortali in carne decorem,
Humano mixtus generi, atq; vnitus in vnum,
Et Deus & mortalis homo. Sic vnus & idem
Attulit auxilium nobis in corpore passus,
Diuino nostra pronoxa sanguine suso,
Vt nos seruaret tanta mercede redemptos.
Plurima præterea misit sacra sanguinolenta,
Qui verbum posthac gentem sparsere per omnem,
Et morti sæuæ dextræ occurrere suaui,
Vt sacer ille suum cœtus præstaret honorem
Sermoni sermone Dei, atq; cruore cruori.

Psal. 18. Rom. 10. Ecclesia cõcutitur. Psal. 79. A. Diabolo. Sap. 2. Gen 3.

Istud sed quis nam corpus quatit? vnde malorũ
Nobis pondus adest? Qui nubila luna tenebris
Ipsa suis potuit tantum obscurare nitorem?
Et sylucstris aper nostram pessundare messem,
Vastator rabidus? nostri qui inuidus ardens
Inuidia generis, iamdudum tempore abillo,
Insidijs quando ipse suis felicibus hortis
Frandatum vita aeterna deiecit Adamum
Primum, permulto validoq; elit semper adortus
Impete: non tamen ille suis genus omne dolosis
Perdere consilijs potuit, vel fallere, nostrum.
Igniculus siquidem Verbi, & lucerna, per omnes
Emicuit terras, erecto lumine in aleum.

A Tyrannis.

Amplius has etiam confirmauere feroces,
Fortibus athletis: qui de certamine ferrent
Præmia victores, quoniam impegêre tyranni.

Ab hæresibus.

Militis inuicti cernens in Marte vigorem,
Partiuim struit ille dolum: ductoribus ipsis
Diffidy immittens mala semina pernicosi.
Nam duce sublato, miles mox sternitur omnis:
Vomi nagamq; ratem ventis rectore carentem
Fluctibus immergit, scopulos ve infigit acutis:
Sicq; domos, vrbesq;, choros, pecudesq;, boucsq;,
Et perdit currus ducis ignorantia leui.
Sic, quæcunq; patet nostrorum ærumna malorũ,
Pastores populi vulgo sunt fabula nostri.

Num. 35. Ioſu. 20.

Oppida perfugij olim homicidis certa fuere,
Nec minus & sacris sua condita templa cauendis,
Sanguinis & fusi loca quadam & sortis amaræ:
Temporibus summis quæ fortia pectora pridem
AEquauêre solo, sed non bene conscia Christi,
Mercedemq; proinde malam exiguamq; tulêre.
Non equidẽ multo, qui nullo est dignus honore:
Nam Deus est manibus non comprehẽsibilis vllis.
Cum sibi sit visum versuto: sed tamen illi
AEquauêre solo. Nunc autem tempore nostro,
Exitij & mortis locus est simul omnibus vnus,
Siue illi nostri sint septi, siue alieni.

2. Cor. 4. Deus huius seculi.

Hæretici graues sunt hostes: quippe domestici, spurij, & orthodoxis immixti. (Λύκοι ἐν χρῷ, οἰκεῖοι, νὸθοι ὄντες, καὶ ὁμιλοῦντες.) Epiph. in Ancorat.

Theodosius Magnus primùm constituit, vt simulacrorum delubra vbique locorum in imperio Rom. ex ipsis fundamentis euerterentur: cum à decessoribus eius Rom. principibus, sacrificijs omnibus interdictis, clausa tantùm essent, Iuliano excepto: qui, vt impietas veniuisceret, fecit, haruspilinæ & sacris dæmonum detestandis deditus. Niceph. lib. 12. cap. 25. l. 1. & 2. C. de sacrific. pagan.

Idem Theodosius, sicut & Imperij eius socij & successores, ab omni hæreticos submouerunt Ecclesiarum limine. Id quod ex multis patet legibus, & in primis ex l. 2. de summ. trinit. & l. cuncti hæretici, & ll. sequentibus. C. de hæretic. & Manich.

Hoc factum duo Gregorio improbatur, propter ordinis confusionem in Ecclesiam catholicam introductam. Qui per amaritudinem siue sortem amaram, hæreses designat: sicuti per ἀποκηρύκτους, cauendasq; seu detestandas sacra, & sanguinem sacrificia Paganorum, & forsitan Iudæorum quoq;.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Templum Sophiæ Cõstantinopolitanũ.

Hæc sapientum olim sedes veneranda virorum,
Optimus hoc templum sanctum quod quisque tenebat.
Angelicúq; chorùs suggestus iste refulgens,
Hoc interstitium, geminum quod diuidit orbem,
Illum perpetuò constantem, atque hunc peritrum.
Hunc ipsum finem, medium diuumq; hominumq;.

His versibus augustum sanctæ & æternæ Sophiæ siue Sapientiæ, quæ Christus est, templum denotatur, opus mirificum: quod Constantinus Magnus construxit, & filius eius Constantius absoluit. Niceph. lib.7.cap.49.lib.9.cap.9. Iustinianus verò, quia incendio sub Arcadio fœdatum fuerat, instauravit. Cuius Descriptio ex Procopio, inuenitur apud Nicephor. lib.17.cap.20.

Verùm hoc sic quondam fuit, at nunc ridiculosa
Cancellos templi, foribus iam semper apertis.
Res est: adcursus quando patet omnibus intra
Vnde mihi videor præconem audire sonorum,
Ingenti medio in populo clamore vocantem.

Classicum, & proclamatio, ad licentiam & confusionem Ecclesiasticam, & improbissimorum quorunque ad ministerium sacrum inuadendum euocatio.

Quinquilia hominum sacrum ordinem inuadentes.

Huc, qui conscensis vitijs equitatis, adeste,
Huc hominum macula, ventres, seseq; gerentes
Latium, effrontes, vultuq; supercilioſi,
Potoresq; meri, errones, maledicere prompti,
Mendaces, petulans quibus est iniuria cura,
Lubricitate animi falsò iurare parati,
Mollibus induti, atq; auido plebem ore vorantes,
Quiq; bonis rapidas furtim palmas alienis
Assertu, tecto sibimet liuore nocentes,
Expertes fidei, versutia fraude dolosi,
Assentatores submissa sorte potentum,
Submissu contra saui feritate leones,
Partes ambigua varia leuitate sequentes,
Petrarum polypi referentes voce colorem.
Qui modò nupsistis, iuuenili ardore calentes,
Et tenera roseas sparsi lanugine malas,
Natiuæ fures flamma & genitalis amoris,
Ignem lascuo vernantem in lumine habentes,

Sarcasmus.

Publicitus quando circum cursatis aperte,
Nasades superum, noua lumina, luce coruſci,
Afflatus nitidi, vitio omni concomitante.
Huc, considentes estiu quicunq; venite:
Parta cuiq; patet sedes amplissima templi.

Adsessoris ad sanctius sacrarium.

Ceruicem hic in parte nouam submittite dextra:
Quæ facile est etiam, qui non affectat, aperta.

Exod.17.

Nunc iterum Manna vobis pluit imbre recenti,
Quisq; sinu excipiat nostro de munere gratus:
Hic multum, ille minus. Quòd si cui sorte placebit,
Nec festa sacræ cessarit luce quietis,
Collectum manibus cupidis vrcunq; putrescat.
Aer communis, communis terra quibusq;,
Cõmune est cœlum, communia quæ exhibet astra:
Communis pontus, communes sunt quoq; sedes:

1.Reg.10.

Et (dictu mirum) sua conflat gratia Saulo.

Saul, sutor, faber, vena tor, rusticus.

Vatibus in sacris. Quare non vllus arator,
Non faber, aut sutor, non qui sua retia tendit
Insidiatúq; feris opera aut Vulcania tractat,
Longè absit: non ille alium, qui sacra gubernans
Munia procuret diuino munere, norit.
Iussa dare imperio, quàm iussa capessere, præstat.

Inter Vrphetas.

Hic ergo è manibus stiuam, magnã ille securim,
Proijciens, pellem tu, tu venabula, ferrum
Sed tu & malleolum bisida cum forcipe ponens,
Confertim hic circum sacram consistite mensam,
Atq; premant alios alij, rursumq; premantur:
Firmior infirmum pellat, maiorque minorem,
Nec mimus & sedi multo sudore vocantem:

Veri & Apostolici presbyteri imago.

Optimus ob laudem qui vir pietatis habetur,
Afflictu carnem, senio obsitus, incola cœli,
Contemptor mundi, diuinæ sortis amator,
Mortuus in vitis, & Christi mysta fidelis.
Talis imago alicui picta est ab imagine prima,
Ad quam consiliterat: sic forma impressa tabellæ.
At vos qui inspiciat, diuerso tramite tendat,
Vestrorum potius factorum exempla sequutus:
Hic vitij fuerit vestri quàm maximus vsus.
Hæc sic clamosus praco. Sed enim inclitus ille
Moses, ingenti terret mea corda timore,

Exod. 19. 34.

Vnus qui Christum nebula consexit in atra.
Ast alios imo iussit sub monte morari,
Vestibus ablutis sanctos, atq; inde trementes
Iussa audire Dei tantum, debere necipsas
Calce solum pecudes cœlestis tangere Regis,
Disruptu vellent scopulis nisi sorte perire,
Aut telu lapidum, iaculis vel ponere vitam.

Supplicia, quæ perpetrarunt illegitimi sacerdotes & reprimendi exempli.

Natorum Amrida terrent me fata, alienis
Qui sacra thura ausi flammis adolere, aliena

Leuit.10.

Disperière obtu. Extemplo locus ipse sacrorum,
Est miseris factus mortis locus exitiosa:
Et quamuis essent Aaronis pignora magni,
Hæc tamen illorum finis miseranda virorum.
Tristior Helidis casus quoque morte peremit,
Ventris ob inglumiem fœdam, mentemque procacẽ:

1.Reg.2.4.

Sacrilegas ollis nanque immisere sacratis

1.Reg.24.

Impuri palmas. Quin vindex ira nec ipsem

Helim

Helim præterijt, genitorem prolis iniquæ
Laudatum. Sed & hunc natorum pericula alunt
Improba, quantumuis iustus foret, atque subinde
Illorum dictis facta obiurgaret acerbis.

2.Reg.6. 1.Paral.13.

Sin his criminibus tantum grauis institit iræ,
Flagitijs multis quantum decet esset timoris?

His addendus ex

Protinus & morieus momento concidit vno,
Conscientia virum sanctum in magnam coniecit solicitudinem, quod Constantinopoli, cura ibi animarum periculoso tempore relicta, discesserit. Quapropter eius rei veniam à domino Christo supplex petit.

-duro defessus agone:
Cum grauibus cui pugna lupis, pastoribus inquam
Sæuis, pestegregis, fuit ingens tempore longo.
Dudum animus sublimis inertia membra reliquit
Exiguum spiro ærumnis agitatus apertis,
Et probris nostris. Quorum pars bella gerentes,
De sacris calido inter se certamine pugnant

Cõcertatio de primatu in Ecclesia.

Sedibus, vt referant submisso ex ordine Christi
Primas: inque vicem assiduos sibi quique labores
Pulsi, pulsantes, pariunt. Sic marte procaci
Se bellatores ostendunt esse feroces,
(φιλονεικοτάτους.3.Io. de primatu cõtendẽtes
Pacem iactantes, se sanguine glorificantes.

† Dyssenteria secundũ Iosephum. 1.Reg.5. 1.Cor.1. Schismata. Hæreses.

Impleat hos vtinam Gestæi † plaga doloris,
Sessilis, & vindex ficus in sede gerentes.
Pars verò in sectas dissecti sedítione
Concutiunt orbem Eoum Hesperiumque nocenti,
Ipse Deus quibus in mortales desinit agros.
Nam deus haute Paulus, petrus illi, tertio Apollo:
Censentur q; homines hominũ, nõ nomine Christi.
Sic Christus frustra clauis transfixus acutis,
De cuius manib. decus omne & sanguine habemus.
Tantus amor nebula perstrinxit lumina nostra

Auaricia. Ambitio. Inuidia.

Cimeria: quibus est egris suus insitus algor
Turpis auaricia, vel inanis nominis aura.
Aut grauis inuidiæ liuor, quæ tabida gaudet
Aerumnis, nulla propria vtilitate, alienis.
Sanctam prætexunt Triadem sermonibus omnes,
Ast inimicitias ostendunt rebus apertis.

Matth.7.

Quilibet ancipiti est duplex lingua q; amicóq;;
Et lupus exuuijs rapidus contectus ouillis,
Hamus & insidians letali piscibus esca.
Ductores tales imitatur proxima plebes,
In vitium præceps, etiam doctoribus orba.

Incredibilis & horrenda rerum omnium in Ecclesia confusio.

Nõ aliquad discrimẽ habet prauũne bonũue,
Canicies nullum prudens, & stulta iuuentus:
Nil dura à molli vita, nil sacra profana,
Diuina humana nil consuetudine differt
Lex vna est vt plura habeat, qui pessimus extat.
Dispereat, primus qui nostrum adduxit in orbẽ
Errores. Illi mundus, Deus, omnia cedant
Præmia, suprema quæ rectos luce sequentur:
Spectati incassum verò pietate laborent.
Iudicibus talis placita est sententia nostris.
Iustitia extorris nostris proculexulet oris:
Omnia sint vnũ. Christus, homo, fides a, Phœbus,
Lux, tenebræ, genius bonus, & tam lucifer ater.
Æquas cum Petro deicida reportet Iudas,
Impia cum Solymis sacris partes Samaritis.

Certent & cycnis vlulæ sit Tityrus Orpheus. Virgil.

Sint paria argentũ atque auru, sint æs q; chalybsq;.
Vnio cum scrupo, & liquido cum fonte salebra.
Deniq; cuncta simul mixtum seruantur in vnum:
Materia informis seu quondam condita primum,
Parturiens mundum, nondum digesta manebat.
Ammonitæ olim & Moabitæ non vlla patebant
Templa Dei: populum quoniam lasere fidelem.

Deut.23.

Illum etiam qui lusissent, sacra cædere ligna,

Ios.9.

Et gestare aliis lymphas præcepit Iesus.
Hæc præscripta malis. Sed leuis pignora magni

Solis Leuitis olim cura sacrorũ mandata. Num.1.

Præcipuo supra reliquos sunt aucta decore:
Cœlestis templi nanque hos fecere ministros.
Sacrorum hi, sacrique soli suisque laborum,

Ios.3.

Distinctas operas, diuisaque munia obibant:
Quæ res sacrum intra templum poscebat, & extra.

Deut. 10. 1. Reg. 2. Num. 4.

Has illi leges prisca in pietate colebant:
Nos vitijs (ô mors) magnos præbemus honores:
Quisnam luctificus desleuerit illa Poëtes?

Exhortatio ad pœnitentiam.

State viri, tempus peccatis ponere finem:
Nunc tandem sacris Deus exoretur agendis.
Auxilium aduenies, huc si persuasero, nobis.
Sim canos, verbumq; meum suppresserit audax
Consilium iuuenum, volucrisue agmen crocitantis
(Graculus huic nomen) per stultitiam exitiosum
Admonitus nostros surrepitu superarit acuto:
Numinis æterni dextram, lucémque nigrantem
Testor, materiam flamma quæ summa vorabit,
Non consessorem me illis, sociumque laborum,

Secedendũ ab impijs.

Nec fore prauorum consortem consiliorum.
Non eadem me cymba vehet, non semita ducet.

Non communicandum peccatis alienis, 1.Tim.5. Apoc.18.

Arca Noæ Ecclesiæ catholicæ typus.

Verùm hi quæ cœpere via persistere pergant,
Ipse salutiferam Patriarchæ persequar arcã
Antiqui Noæ, vt fugiam illatabile letum,
Prauorúmque procul posthac à tramite distans,
Infandum, tristem, flammantemq; ignibus imbrẽ

Ad hanc cõ fugiẽdum.

Vitabo Sodomæ: quã vincula corporis huius
Intrase retinent, errantia corda cientem,
Prudentumque etiam fœdantem puluere vultus.

Excutiẽda ex animis Sodoma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hanc penitus spectans, vitæ videbo procellas:
Meq; ipsum exercitiens, atq; intima corda repurgãs.
Sic desiderio nunquam non percitus omni,
Cùm diuina meo formans in pectore sensa,
Lucida quæ prorsus sint, nec communia prauis:
Tum lucem accedens triluminis ad Deitatis,
Tribunal Christi. *Ad Christi sistar placatum (spero) tribunal,*
Hic vbi cuncta simul manifesta in luce patescent:
Inq; manu iusto trutinam Quæstore tenente,
Omnia iudicio lancem pendentur ad æquam.

IN MILITIA CHRIstiana, LVCTA SPIRITVS & Carnis.

Me miserũ, quod cœlũ ipsum cœtuq; petentem
Diuinos, corpus distinet vsq; graue.
Nec variæ est vllum vitæ, vitijque maligni
Effugium, quod humi membra caduca tenet.
Et subitis semper circumstrepit vndique curis,
Depascens nobis pectoris omne decus.
Rom. 7. Phil. 1. *Sed tu solue Deus, tu terrea vincula solue.*
Et me cœlitum colloca in ordinibus.

ASPIRATIO AD Deum.

Mens sursum specta, & terrena hæc despice cuncta,
Ne vinctam sternat crimine corpus humi.
Vita præsens somnium est. *Vita breuis, velut in somnis cui dicitur, illa*
Felix: sors alios sertaque refert que grauis.
Certior at vitæ puræ est & longior vsus,
Decursu præstat quam peragrare suo.

VITAE HVMANAE AERVMna: & extremum morientis Gregorij pro posteritate Votum.

Chare orbis, nec chare satis, cur voluis ad instar
Hinc inde incertum turbinis ambigui?
Formicam vt tenuẽ? quæ quamuis vsque reluctans,
Tantilla à tanto voluitur illa tamen.
Hæc tibi laus venit diuinitus: illicet ortu
Me quoq; terreno Christus, & æthereo
Hominis corpus Anima. *Condidit, hoc corpus namq; est tellure creatum,*
Astanimus magnæ mentis ab ore datus.
Sic tamen hic damnis multis conflictor, & illic,
A me quæ veniunt, quæ vel ab hoste fluunt:
Cura fidelis pastoris de posteritate. *Vt delphinus humi, morior sic aëre in ipso.*
Orbis ego cesti, fer sine fraude gregem.

ADDVBITATIO, MORIneam viuere præstet.

IN CHRISTO CONquiescendum.

Vt volucres cœlo, pelago ceu pontica pinus:
Sic ego, sic contrà tempora prætereunt.
Nil firmi nobis. Sed quod peccauimus, illud
Permanet: hæc vitæ sors miseranda grauis.
Et dubito, solus ne an viuere præstet. Vtrumq;
Terret, quod tali quisque putato modo.
Hanc vitam delicta grauant. Sin cesero satis,
Heu, quæ præteritis sit medicina malis?
Hæc tantæ nobis molis si uita videtur,
Nec si soluaris, soluitur omne malum:
Est metus hic, illic, quid agã? Modus optimus esto,
Christe vt spectaris tu, bonitasq; tua?

SIGNACVLVM crucis.

O cœnum, hoc fugito signum, nec mi esto molestum:
Omnis abesto malus, sic ego pingo Deum.
Omnes, ne fugiat mens me compacta, valete,
Quos procul à terra non agit ipse Deus.

MORTIFICATIO carnis.

Curis, ieiunos, precibus, vigilique labore,
Corporis hanc molem debilitare decet.
Es bonus? vt melior sis vsque atq; vsque labora.
Es malus? esse minus perge subinde malus.
Hypocrisis abijcienda. *At sucum vendit: sed & hunc excindere par est,*
Vt falsa mulctam de pietate luat.
Distentas carnes, & grandi pondere ventres,
Porta perangusta non capit arcta via.

SVMMVM BONVM CHRIstiani, Christus.

Aurum conquirant alij, mensasve sequantur
Lautas, quæ vitæ sunt ioca fluxa breuis:
Frugiferos alij campos, pecuaria, saltus,
Aut Serum teneant mollia texta sibi:
Vnum ego Christum habeã, puro quẽ cernere possim
Pectore: quod reliquũ est, mundus habeto, boni.

QVERELA DE AERVMNIS vitæ, & peccati inquietudine.

Homo Christianus Vsus est. *Cur me Christe huius misisti in vincula carnis?*
In vitam cur horrendam, barathrumq; lutosum?
Si Deus, vt fertur, sum: sum quoque sors tua verè.
Amisere suas genua & membra omnia vires:
Et me longæ dies, infestis morbis, edaces
Curæ soluerunt, & amici inimica volentes.
Necdum peccatum cedit, sed & amplius instat,
Ceu lepori ve canes, trepido cerno ve pauenti,
Carnibus illius cupientes exsatiari.
Vel compesce malum placidus, vel suscipe fessũ,
Militia longa, finemque impone labori,
Obducatue bonis tenebris oblitio mentem.

VITAE PRAESENTIS VANItas, & sancta ad Deum migratio.

Quid mea me genuit mater, genuit que miselli?
Spiniferam quid me protulit inque diem?
Si procul à curis, ceu vinclis libera carnis
Vixit, miratu res ea digna fuit.
Sin mundi variis est conflictata procellis,
In lucem me non edidit illa libens.
Diuersum inter se cœptum plerique sequuntur.
Hic scindit terras, æquor at ille secat.
Est qui venatu indulget que ferásque fatigat,
Est cui militiæ prælia sæua placent.
Artes Pieridum quidam, sacra carmina, discunt:
Ex ludis alij præmia ferre student.
At mea sori Deus est Christus: tristesque labores,
Membraque debilitat qui mea morbus iners.
Tundito me ad tempus, me tundito: mox tibi dicã.
Latus ego, atque dolor, namque valere breui.

NOTIO ET VISIO SANctæ Trinitatis æterna est beatitudo.

Cur mea me genuit mater? non noscere quantum,
Nec possum quantum posco sonare Deum.
Luciparis Triados modicum vix lumina nostri
Perstrinxit splendor pectoris ætherei:
Sed lux ipsa abijt hinc mœreo, fulguris instar
Quòd desiderium diffugit illa meum.
Sin te ibi sancta Trias capiam, non amplius aluum
Culpabo matris: sum bene natus ego.
At me sermo Dei serua, meque exime amaro
Cœno hoc & vita prosperiore bea:
Hic vbi te exultans manifesto in lumine cernat
Mens mea, ne posthac nube tegatur atra.

SVPPLICATIO PRO FACIli per hanc vitã ad Deum & cœlestem patriam migratione.

Lux hominũ rex Christe, colũnaq; flãmea mẽtis
Gregorij, errantis misera per deuia vita,
Et loca sola, precor, seuum cohibe Pharaonem,
Atque exactores operæ grauis vsque malignos:
Nosq; iugo Aegypti duro, & cœno exime spurco:
Et plagæ hostes compescens exitiosis,
Da facilem nobis securo tramite cursum.
Perdere quòd si nos inimicus tentet adurgens.
Tum pelagus trepidis confestim diuide rubrum.
Vt pedibus liceat firmas transire per vndas,
In sanctam rectà terram (patriamque perennem)
In sortem nobis nostram quam Christe dedisti:
Vt tua sunt promissa (quibus spe credimus omni,
Atque fide, nihil his præsentius esse putantes.)
Annes fiste etiam iuges, gentisque alienæ.
Pelle minas omnes, pelle & lachrymabile bellum.
Atque vbi tandem eximus sacra tellure potiti,
Perpetuis semper te collaudabimus hymnis.

POENITENTIA IN VLTImo vitæ actu.

VITAE PRAESENTIS vanitas.

Finis adest vitæ: transmissi nauita pontum,
Vindictam vitij cerno venire mali.
Tartareas tenebras, ignes, noctémque profundam:
In lucem quæ, nunc crimina tecta, ferent.
At vel nunc sero vitæ miseratus in actu,
Reliquias præsta Christe benigne pias.
Multa tuli: atque meo timor hæret pectore, ne me
Carpere iudicij cœperit ira tui.
Aerumnis cedens, facilis, quæ corda peredunt,
Hinc migraturus iam mea fata feram.
Vobis emoriens, quos post mea funera linquo.
Testor, cum certa testificorque fide,
Vtilitas nulla est præsentis (credite) vitæ
Hæc mortem vitæ vita perennis habet.

MALIGNI DAEMONIS repulsio.

Morituri in cœlum migratio.
Mundi valedictio.

Pectore cede meo confestim, cede dolose:
Vita cede mea, corpore cede meo.
Fur, serpens, ignis, Belial, draco, bellua, hiatus:
Mors, vitium, rabies, nox, chaos, insidiæ.
Incantamentis liuoreque noxie, fuso
Humano gaudens sanguine, cæde, nece.
Qui nostros etiam infecisti pelle genarchas,
Cum vitio instillans perniciose necem.
Insluctus fugito, Christus iubet ipse, marinos,
In scopulos sue graues, in pecudes sue suum:
Vt legio quondam impia. Sed tu perdite cede:
Ad quam cuncta tremunt, ne cruce te feriam.
Membra crucẽ gestant mea, crux in pectore fixa.
Crux pedibus præit, crux decus omne meum.
Non mihi fraudator desistes insidiari?
Non solasue petes, præcipitésue plagas?
Ad Sodomam non tu conuertes lumina vastam?
Non ad blasphemos, impia corda, greges?
Qui magnum Triadis numen secuere solutum:
Sed me vexabis, caniciemque meam?
Tu me semper atrox denigras sensibus atris,
Nec numen curans, nec mea sacra timens.
Hæc fuit & Triadis, vocalis præco, voluntas:
Finis adest, cœnum me maculare caue.
Cœlitum vt purus commigrem ad lumina pura,
Luce refulgebit cum mea vita noua.
Sublimes tendo supplex ad sidera palmas
Suscipe me sancti turba beata chori.
Aerumnis orbis grauibus replete valeto:
Quem moriens post me desero, parce gregi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI GREGORII THEOLOGI, EPISCOPI NAZIANZENI, SENTENTIARVM SPIRITVALIVM IN IAMbis tetrastichis Libellus primus.

Vita duplex, actionis & contemplationis.

Operosa præstat vita num theoricæ?
Perfectiorum hæc est, at illa plurium.
Et hæc & illa grata iuxtà & commoda:
At tu, tibi quæ conuenit, complectitor.

Tantum expiati de rebus spiritualibus quærant.

Rem spiritualem me rogabat quispiam,
Lustratus ista? inquam. ille, Sum purus satis.
Lustratus ista quære: Nam secus, nefas.
Vnguenta vasi sordido quis credidit?

Non facilè quidiuis credendum, aut arguendum.

Deo obsecundandum.

Ne crede verbo cuiq;, nec resistito,
Nisi quatenus tempus monebit, & locus.
Deo obsecunda, cui præire non licet.
Contendit ore quisq;, nemo moribus.

Turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum.

Vel non doceto, vel doceto moribus.
Hac ne trahens manu, repellas altera.
Verbis egebit, sanctius viuens minus.
Pictor tabellis comprobatur editis.

Episcopi & præsides sint oculati.

Qui dignitatis obtinetis culmina,
Caliginosa vestra ne sint lumina,
Antistites ne censeamini mali.
Si lux tenebræ, quid tenebræ tandem erunt?

Præstat bene facere, quàm dicere.

Præcellit insectos opus silens logos:
Nemo absq; factis altius sublatus est,
At absq; dictis plurimi elegantibus:
Est quippe agentis, non loquentis gratia.

Oblatio Deo accepta.

Donum Deo gratissimum, mores pij,
Nihil dignius feres, feras vt omnia.
Quod pauper offert, ipse idem sac offeras.
Stipem meretricis Deus non accipit. Mich. 1.

Nihil Deo vouendum.

Nihil voueto vel rei paruæ Deo.
Illius est, quàm des, prius. Iactans tuum,
Fallis, tuum non dans. noui nos debiti
Ananiæ satis admonet, cum coniuge.

Vita nostra mercatus est.

Vitam esse nostram crede veras nundinas.
Mutare lucra, si sequare, nam licet
Aeterna fluxis, vilibusq; maxima.
Sin illa fugit, tempus haud aliud venit.

Vitæ Christianæ stadium.

Est cursus omnibus statutus longior,
Sed præmium maius. Simul totum sequens,
Caue excidas toto, nec expleas simul
Totum: pios tentare sic dæmon solet.

Nec confidendum nimis, nec desperandum.

Ne fide multum, neue despera nimis:
Illud solutos efficit, peßundat hoc.
Hoc corrigens, illud tenens, reliquam sine
Liuore rectius peragrabis viam.

Cursus virtutis tenendus.

Insiste cepto, quæcaue temerè inchoes.
Nam promouere, non mouere bonum decet.
Malum vocamus, non deorsum qui manet.
Sublimè vectus altius, sed qui cadit.

Vel minima peccandi occasio fugienda.

Scintilla magnam paruaflammam concitat.
Semenq; pestem viperæ sæpe attulit.
Id quum scias, & paruulam labem fuge,
Discrimen ingens namq; gignit paruula.

Nosce teipsum.

Benefacta diuitijs præstant,

Magis tuas inquire, quàm res proximi:
Hoc proximo prodest, at ipsi illud tibi.
Benefacta præstant quæstui pecuniæ.
Hic est caducus, certa sunt illa & stata.

Pietati studendum.

Lingua frenanda.

Formato mentem sedulò sacris tuam
Sententijs, vitæque præceptis pia.
Linguæ coerce diffluentis lubricum.
Cui concitatæ lucra præstò sunt mala.

Fuga tentationis per uisum.

Nos visus abripuit, coercitus est tamen:
Statuam locauimus minus Cupidini.
Spectrum dolum tetendit, at nos fugimus:
Seductionis hi gradus sunt dæmonis.

Auditu non abutendum.

Occlude cera orationi aures leui,
Et delicatis mollibusque cantibus.
At res honestas & bonas, discrimine
Audire paruo, dicere & facere decet.

Reliquis item sensibus imperandum.

Effeminato odore fac ne diffluas,

Molliue tactu, dulcibusue saporibus.
Ab hisce victus, quid viriliter geres?
Sua masculo est, sua fœminæ oblectatio.

Ventis coercio.

Præbe, aluus inquit. casta si sumens eris,
Statim feres: sin partibus dabis infimis,
Finum feres ceptum, neque hunc prolixius,
At si tenebis, hunc feres quoque largius.

Risus risu dignus.

Risus sagaci quisque risu ducitur,
Dignus viro, potißimum meretricius.
Risus solutus sæpe lachrimas ciet,
Tristique peior fronte vultus mollior.

Vera forma, & deformitas.

Formam putato mentis ornatum bonæ,
Quem non manus confingit, aut tempus rapit.
Deformitatem mentis inculta quoque,
Vis acrior quem cernit, æstima situm.

Contemptus rerum fluxarum.

Mœror, voluptas, dedecus, penuria,
Opes, honor, ferocitas, metus, throni,
Sicut volunt, eant, fluant: nihil viri
Hæc fluxa constantis mouent solertiam.

Visbonorum operum.

Eorundem summisio.

Deificatio hominis Christiani.

Sublimis esto, non superbo pectore,
Quod deycit: sed moribus, quod deificat.
Supra modum si metiere te, rues.
Vt altius scandas, minus iußis tamen.

Contra vanam gloriã & simulationem.

Nec quamq;, nec nimis sequêre gloriã:
Nam præstat esse, quàm videri, sin modum
Nescis, caue vanam & nouam quæsieris.
Quid simio prodest, leo si creditur?

Laudatus ne efferaris.

Alium ne temere laudes.

Laudatus ipse fortè si superbies,
Egere laudatoribus videbere:
Et alterum laudans priusquam noueris.
Si vir malus sit, turpiter teipsum dabis.

Ne aliorum obtrectationibus delecteris.

Melius malè est audire, quàm malè dicere.
Si comico quis alterum taxet modo,
Gratetur vt tibi, te peti ioco puta:
Sic ludus iste displicebit maximè.

Fortunæ alterius non insultandum.

Caue ante portum vela plena iactites,
Multis ad ipsum fracta littus est ratis:
Terræ appulere sæpe multi ex fluctibus.
Ridere casum nullius, certa est salus.

Melior est conscientia bona in aduersis, quàm metus iudicij in prosperis.

Dum sanctius viuas, & arumnas feras.
Deum inuocare voce præstat libera:
Quam destitutus vt bonis pœnam luas.
Vtcunq; cuncta prosperè affluant tibi.

Eleemosinæ modus.

Spargenda cuncta, dummodo serues Deum:
Aliena namque largiendo das bona.
Si cuncta nolis, fac tamen des plurima.
Sin ne hæc quidem, pius esto de superfluis.

Eleemosynæ retributio.

Tineis & inuidiæ quid abstrahens, Dei
Perpulchrè habebis debitorem filium,
Pro panis ossa regna qui donat sua.
Christum tegis, foues; pauperem fouens.

Quod quisque ius in pauperem statuit, id à Christo feret.

Adijt me inops, abijt; nil ceptum ferens:
O Christe, gratia indigens vacuus tua,
Vereor ne & ipse lege discedam mea:
Quod namque quis dedit minus, speret minus.

Paupertas pia, & secura.

Pauperes fouendi.

Nihil viro indigente securum est magis:
Suspirat ille, spectat & solum Deum.
Hunc excipe vlnis. namque nido (vt dicitur)
Aquila volucrem paruulam complectitur.

Paupertas diuitijs iniquis præstantior.

Opibus iniquis melior est penuria
Vt constitutione roboris mali
Morbus. Repentè nemo disperit fame:
At improbis affert necem peruersitas.

Seruus pro conseruo habendus.

Quid sic herus seruusue dicitur? omnium
Sator vnus, vna lex, & vnus arbiter.
Seruum putabis ergo conseruum tuum:
Solutus ipse sic eris præclarior.

Serui fideliter seruiant.

Serui quid autem, sed potißimum Dei?
Heris benignè velle non cessent suis.
Seruumq; liberumque mores indicant.
Et ipse Christus liberator seruijt.

Vera nobilitas.

Probrum est malum vocare, non ignobilem.
Genus est eorum, qui diu sunt mortui.
Generi præire, non nocere conuenit.
Melius bonum esse, quam crearier bonis.

Cœlestia cupidissimè expetenda.

Cæteris moderatè carendum.

Solum Deum, & diuina concupiscito.
Sumentibus qui & plura largiri solet:
Sitiens sitiri, semper affluens bonis:
In cæteris voto excidens, modum obtine.

Contra pertinax vincendi studium.

Ne vince semper, nec tibi id studio siet:
Plerunque vinci pulchrius, quàm vincere.

Persæpe

Universidad de Deusto
Biblioteca

Persæpe summo vincitur iacens loco,
Non semper ima concidens humo pugil.

Iactura fortunarum quandoque lucrosa.

Perferre damni quippiam, lucrum puta.
Vt fructuosam si repurges arborem.
At si quis addat amplius partis malè,
Sylvæ addat ignem, corpori morbum afferat.

Noxa proximo remittenda.

Si noxiæ nihil Deo debes grauis,
Nec debitori sis benignior tuo.
Sin multa debes, tu prior remiseris.
Sic gratiam pendet Deus pro gratia.

In iniurijs ferendis passionis Christi memineris.

Si quando mentem iniuria incendat tuam,
Christi memento, eius memento vulnerum.
Quota namque pars iniuriarum heri tua est?
His omnis extinguetur imbribus dolor.

Castigatione corporis vitijs medendum.

Vinum, libido, liuor, & dæmon, idem.
Quorum occuparint, opprimunt hæc pectora.
Medentur hisce, lacrymæ, fames, preces.
Sic est meæ curatio ægritudinis.

Omnino non iurandum.

Iurato nunquam. vt ergo persuadebimus?
Dictis, & actis quæ astruant dictis fidem.
Deum negat, quicunq; falso deierat.
Quid est opus Deo? fidem fac moribus.

Compendium legis charitas, & Christi passio.

Benignitatis dogma quod breuissimum?
Talem te amicis exhibe, atq; proximis,
Quales eos ipsi tibi esse peruelis.
Compendiosius ipsa Christi passio.

Nil ego contulerim iucundo sanus amico.

Amicitiæ immortales, inimicitiæ mortales sunt.

Fido nihil putes amico dignius:
Non vina, sed procella quem dat temporum,
Præstabit ille nil nisi quod commodum est.
Sit finis iræ, amoris autem non fiet.

Nil inconsulto agendum.

Oculus videns alia, seipsum non videt.
Sin lippiat nimis, nec hæc videt quidem,
Proinde consultore nobis est opus:
Etenim manus manu, pes indiget pede.

Bonimalorum obtrectationem non metuunt.

Turpe quid ausurus, te sine teste time.

Si qui bonis vitè obsequuti vixerint.
Non erubescent, si mali illos riserint.
Si turpe quidquam cogitas, multos tibi
Adesse credes, teque met vereberis.

Cum bonis ambula.

Malis bonos, & impijs præfer pios.
Si cum malis viues, & ipse eris malus.
Nunquam boni quidquam dabit vir improbus.
Iniuriarum flagitat qui gratiam.

Cõmoditas ex inimico capienda.

Ex hoste & ipso commodum decerpitur.
Illum cauendo, rectius vitam reges.
Metuenda prorsus sunt acerba pharmaca:
Culpanda non minus tamen suauia.

Inimici patiẽtia frãgendi atq; corrigẽdi.

Probis honorem pende, despice improbos,
Queis gratiam minus refer nocentibus:
Reddas & ipsos vt probos patientia,
Dicq; dos benignitatis maxima est.

Benignitatis lex.

Eac sis benignus omnibus quoad potes,
Sed proximis potissimùm: causam hanc habe,
In hospites quis esse te credat pium,
Qui sis, quibus debes, iniquus in tuos?

Nobis ipsis, non diabolo, peccati culpam adscribamus.

Hostem quid accusamus vsq; perditum?
Et moribus permittimus licentiam?
Te crimina re prorsus ipsum, aut maximè.
Nos ignem habemus, spiritus flammam ciet.

Somnia ne cures.

Caue nimis ludos sequare insomnium,
Rebusue mens tua terreatur omnibus,
Nec visionibus superbito bonis:
Persæpe fraudis ista sunt diabolicæ.

Spes bona in rebus omnibus.

Propone cœptis prosperum finem tuis,
Si namq; rebus constat adiutor malis,
Quanto magis tandem adiuuat Deus bonas?
Non est enim vincatur vt malo bonum.

Doctrina & prudentia nihil certius & præstantius.

Ventis secundis tutior prudentia.
Fortuna rebus afflat impetum leuis.
At hac gubernat: literis præstat nihil,
Quæ certius bonis tenentur omnibus.

Declina à malo, & fac bonum.

Procliuis ad perniciem via.

Fac strenuus sis non patrando turpiter,
Bene sit agendo, si voles fieri Deus.
Id quod facit, cui cognitum est genus suum.
Facilè enecat cicuta iuxtà, & scorpius.

Senex sit sapiens:
Iuuenis fortis & temperans.

Res est inepta, infirmior iuuenis sene,
Iuuene simul prudentior minus senex.
Per tempus hic sapiens quidem sit admodum.
Vel ante tempus ille verò temperans.

Salus cuiq; sua operanda.

Vigilandum.

Operanda cuiq; semper est salus sua:

Sed

Sed id requirit terminus vitæ magis.
Senecta præsto est, exitum præco sonat.
Paratus esto quisq;, iudex aduenit.

Diuitijs præstat prudentia.

Quum sic auarus diceret: Sortis bonæ
Stillam vel antefero cado mentis bonæ.
Hunc doctius aduersum inquit: At mentis bonæ
Guttam profundo præfero sortis bonæ.

Duplex Dei negatio.

Matura pœnitentia.

Finis libri, negatio duplex Dei:
Verbis & actis, ne supremis prospice.
(Latente semper instat ille prælio.)
Opus tibi oppressio fiet piaculis.

DIVI GREGORII THEOLOGI, EPISCOPI NAZIANZENI SENTENTIARVM SPIRITVALIVM IN IAMBIS Distichis Libellus secundus.

Principij boni finis bonus.

Cæptis bonis finem bonum succedere,
Negotiorum ritè monstrat exitus.

Principium simul & finis bonus vitæ est purificatio.

Initium finem ferens homini bonum,
Diuina vitæ prorsus est lustratio.

Contra magniloquentiam.

Altum petens verbis, modum vt teneas vide,
Nam nec volucris absq; pennis euolat.

Contra abusum scientiæ.

Est maximum vitæ decus scientia:
Sin ritè non vtare, maximum malum.

Aduersus inanem gloriam.

Ne vana transuersum ferat te gloria:
Subuertit illa namq; fraude simplices.

Cursus bonorum operum tenendus.

Bene faciens cæptum tenere pergito,
Est namq; cursus in malum procliuior.

Contra risum, iram, vaniloquentiam.

Risu abstineto, finis iræ sit celer:
Inane verbum labra nesciant tua.

Deum time:
Honora parentes, sacerdotes, senes.

Deum timeto, honorem habe parentibus:
Laudato mystas, & viros canos cole.

Liberi cum parentibus iure manum non conserant.

Iure experiri cum parente filium,
Quum scripta, tum natiua lex vetat satis.

Quod tibi factum nolis, alteri ne feceris.

Ab altero quod ferre nolis, aut pati,
Id rursus alteri vide ne feceris.

Iusta in malos animaduersio.

Est ira non grauis, patranti quidpiam
Grauius: pari par namq; iura puniunt.

Lingua sapientis.
Lingua stulti.

Sapientis ore suaue verbum profluit:
Fauces amaræ nil nisi rixas sonant.

Oratio concinna.
Oratio inepta.

Nil dulcius linguæ disertæ flumine:
Voces inanes os ineptum procreat.

Fortunæ amici.

Potens amicum pauperem nescit domus.
Amica semper dines aula diuiti.

Temperantia.
Crapula.

Vim mentis acrem potus vndæ temperat:
Obæsus illam verò luxus obruit.

In vino luxuria.

Quis vina credat nosse continentiam?
Quæ sumpta mollem concitant libidinem.

Pinguis venter sensum acrem reijcit.

Excludit alnus vastior mentem bonam:
Contrarijs nam pellitur contrarium.

Mensa frugi.

Paruo parata cœna frugi plus iuuet.
Quàm mensa lauta, quam struas per somnia.

Stulti sibijpsis videntur diuites.

Ditescit amens somnijs proluxius,
Abyssus auri quàm cui sit maxima.

Orbitas stultis liberis præferenda.

Malo orbitatem, quàm pudendos liberos,
Ibi solus: hic cum pluribus sim, sed malis.

Pastor nimium mulgens, elicit sanguinem.

Mulget vel hircos, si velit, pastor malus:
Sed elicit pro lacte sanguinem merum.

Contra turbatores ordinis.

Porcus sibi cibum parari vt videns,
Seruare mensa nouit ordinem suæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ordo seruandus.

Tu dissolutos cege, vt ordinem quoq;
Teneant decorum, & comprobatum legibus.

Contra eosdem.

Pecorù humi iacentiu ad putres dapes,
Canibus coactis ordo seruatur suus.

Commune hominum sepulcrum terra.

Homini sepulcrum est terra quæuis mortuo:
Terra editus, terra ipse, terra redditur.

Legum obseruatio timore caret.

Seruando legem, omnem timorem abiecetis.
Extra timorem nam tenens legem manet.

Sapientia ærumnas vitat.

Fluctus peritus effugit rector graues,
Sapiensq; dura sortis aduersæ omnia.

In via virtutis persistendum.

Vitæ caueto quod repugnat optimæ:
Nam pronus ad vitium error omnibus patet.

Prudentia non reformidat ærumnas.

Grauibus nihil mouetur incus pulsibus:
Infracta casus mens repellit noxios.

Timidi negociorum vmbras metuunt.

Folium sono lepores strepens suo, viros
Effœminatos vmbra rerum territat.

Pauper ditiori donans.

Odi potenti dona dantem pauperem:
Qui multa promittat, nihil præstet tamen.

Orator bonus & malus.

Orator infert legibus damnum malus:
Bene administrat integer rempublicam.

Deus pupillorum vindex.

Ridendo dies orphanorum lachrymas,
Ipsius iram vindicis videt Dei.

Sententiæ magis quàm verba legum spectanda.

Accersit ingens legibus malum sibi,
Qui ritè sensum legis obseruat minus.

Pauperes humilia cogitant.

Sublimius nil cogitat vir indigens:
Non ipse curæ victus est potentibus.

Etiam stulti quandoq; admoniti sapiunt.

Doceto stultum, pro virili, quod potes:
Spem præter omnem fors erit prudentior.

Vis castigationis durioris.

Vis saxa ferri cogit ignem reddere:
Austera pectus corrigit coercio.

Iusiurandum nec offerendum, nec accipiendum.

Siue ipse iures, siue iuretur tibi,
Malum est: vtroq; sors modo ius laserit.

Thesaurus sempiternus parandus.

Opes parato, finis expertes tibi:
Nam quas secundis, & ante finem diffluunt.

Diuitiarum contemptus.

Felicitatem non ames, quam fert dies:
Nam quod dies construxit, id soluit dies.

Pudor fœminas decet.

Mores viriles indecori fœminis:
Quarum modestiam ornat in primis pudor,

Voluptas momentanea.

Prompta est voluptas omnibus fruentibus:
Sed ceu lapis, velut aduenit, sic mox abit.

Valetudo corporis.

Nil sanitate optatius dolentibus:
Sapienter hanc natura nunquam non petit.

Inaniloquentia.

Sonus maris sunt verba dementis viri:
Qui verberant littus quidem, sed nil rigant.

Donis etiam sapientes capiuntur.

Sapiens vt cerret, sæpe suadent munera:
Laqueo volucris, at vir auro prenditur.

Spiritus tristis exsiccat ossa.

Et ante tempus mœror efficit senes:
Mores quod abstulère, non sistit dies.

Ministræ vitiorum diuitiæ.

Vitij ministræ sunt opes celerrimæ,
Et prona prorsus ad malum potentia.

Nil amico fido conferendum.

Non est amico certior possessio:
Amicus improbus tibi ne sit, vide.

Ordinis virtus.

Vt ordinem fac præferas potentiæ:
Custos potentiæ ordo habet potentiam.

Curæ cor & ossa exedunt.

Tinea est adedens ossa pectus anxium:
Curis soluta mens adauget corpora.

In satietate est intemperantia.

Tenere abundans nescit vbertas modum:
Cursumq; flamma per struem tenet suam.

Vinum mentis deliquium affert.

Prolixa mentù vina defectum cient:
Nam & ignis affluente crescit fomite.

Iudiciorum metus multos in officio continet.

Iram fugit, si quis veretur iudicem:
Accenditur nam sæpe iudicij furor.

Afflictio non addenda afflicto.

Durum est, malis presso mali quid addere:
Malum tamen plerunq; sistitur malo.

Alijs metuentes, ipsi quandoq; periclitantur.

Sæpe alteri casu timens ab altero,
Ipse altero premi videbitur malo.

Ad sempiternam gloriam aspirandum.

Aeter-

Aeternæ curæ cuilibet sit gloria:
Præsens enim ista quolibet fallit die.

Pessimus consiliarius ira.

Certi per iram consilij nil ceperis:
Quod namq; consulit ira, consultum est parum.

Fœminæ malæ.

Mali dracones, sunt malignæ & aspides.
Duplex ferarum in fœminis malignitas.

Respice finem.

Nudæ exhibent spectantibus caluariæ,
Hic esse cuiquam proprium nihil rei.

Mali corui, malum ouum.

Si calle cancri fœtus obliquo meat,
At non parentis ille prorepit via?

Eiusdem sententiæ.

Natura victa frena si susceperit,
Erit magistri alumnus improbi bonus.

Ornamenta virtutis.

Commiseratio pauperum.

Pulcherrimis signis teipsum ornaueris:
Nec pauperem orbum spreueris superbius.

Benedictio Domini ditat.

Deo benignè dante, nil luor valet:
Non dante verò, nil labor nanus potest.

Lex Rhadamanthina talionis.

Parcens dolores cur abhorres vipera?
Nixus parentis fac periculum tuæ.

Strenuorum tantùm est gloria.

Timore nemo clarus vnquam prodyt:
Nam gloriam fortes ferunt victoriæ.

Somnolentorum propria sunt somnia.

Somno vacans sibi ipse gignit somnia:
Rem somnus ipsam nesciens, spectrum videt.

Vi rebelles cohibentur.

Apud rebelles vis habet Suadæ locum,
Manus & ipsis afferens gigantibus.

Belua multorum capitum vulgus.

Vulgo furente sæpe agyrtes imperat:
Rerum bonarum vulgus est confusio.

Iustum & otiosum opus.

Opus otiosum quisnam opus iustum uocet?
Quod quuq; prudens rectius contempserit.

Munerum corruptela.

Auro loquente, nil potest oratio:
Persuadet aurum namq;, sit mutum licet.

Pax mundana.

Et hic beata pace perfrui queunt.
Caduca qui mirantur ista perdite?

Amicus. Inimicus.

Amico amicus grata quæ nouit facit:
Inimicus est, ladens amicum turpiter.

GREGORII THEOLOGI
NAZIANZENI EPISCOPI, SENTENTIARVM SPIRITVALIVM IN DISTICHIS Elegiacis Libellus tertius.

Expedita huius vitæ nauigatio.

Nudus in hoc vitæ pelago decurre, grauata
Pondere ne pessum nauis onusta tuas.

Meditatio mortis leuem mortem efficit.

Sis memor instantis semper tibi funere mortis,
Hoc minus horrenda morte fruêre modo.

Mens veluti Templum Deo consecranda.

Aedes ipse Deo sacratas erige mentem,
Vt pia deuotæ numina corde geras.

Eadem aliter:

Vt tecum semper præsentia numina gestes,
Construe sancta tuo pectore Templa Deo.

Nosce teipsum.

Si teipsum noris qui sis, tua quæ sit origo:
Sic ortum possis noscere primigenum.

Eadem aliter:

Quin teipsum nosces, qui sis, atq; vnde profectus:
Tum formæ cernes qua sit origo tuæ.

Mens firma volubilitati vitæ non subiacet.

Lux nos in lucem trudit, voluuntur inanes:
Aeternam lucem mens bene firma tenet.

Rebus fluxis non fidendum.

Quæ veniunt, abeunt rebus, si niteris; amni,
Qui non consistat, fidis amice leui.

Eadem aliter:

Quæ veniunt, rebus si fidis, quæq; recedunt,
Vndis te fluuij credere scito vagi.

Idem est vel verbis vel factis errare.

Idem sermonis lapsus, vitæq; putandus:
Alter vbi fuerit, mox quoq; & alter erit.

A sacris profani absint.

Non cuiusuis mortui cineres colendi.

Sacras pullutum, scelus est, consistere ad aras:
Nec funcli quæuis ossa colenda tibi.

Virtutis viæ insistendum.

In via peccatorum non standum.

Tramite perge boni, ne præcipitere profundo:
Stare volens, extra limina fato mali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vitiorum exitium non cernens,
etiam cernens cæcus est.

Vestigia diaboli acutissimi tantũ vident.

Nil cernit, propria non cernens præmia noxæ:
Signa pedum cernunt lumina summa fera.

Aegrotus morbum suum non celet.

Aeger egens medici, sua si discrimina celet,
Non poterit carie non perüsse graui.

Præstat bene viuere, quàm bene dicere.

Sint tua dicta, meum sit factum, turpia patrãs,
Facundi dubiam vendicet oris opem.

Eadem aliter:

Sis melior dictis, ego factis: impia vita
A docto veniam criminis ore petat.

Ocia dant vitia.

Ocia luxuriant: quod agas, tu semper habeto,
Vt tibi mens erret irrequieta minus.

Thesaurus cœlestis,
Diuitiæ fluxæ.

Esto Deo locuples: quas texit aranea, mundum
Hunc omnem telis esse putato parem.

Præter virtutem nihil humana
vita dignum.

Nil habet, huic etiam vitæ quod congruat, orbis:
Quam virtus tantum scilicet vna decet.

Eadem aliter:

Omnia sunt hominum vita hac indigna caduca,
Extra virtutem: quam coluisse velis.

Fides vera. Fides fucata.

Corde fidem gestare decet, non uendere fuco:
Hæc facilè eluitur, funditus illa manet.

Virtus in mediocritate consistit.

Esse nimis iustus, prudens nimis esse caueto:
Omnia summa nocent, sed moderata iuuant.

Audacia prudentia temperanda.

Ni frenes animum, poterit nihil ille ferocem:
Prudenti constant corda serena viro.

Meditatio legis.
Et diuini iuris consultus.

Pectore fac responsa Dei meditere fideli,
Consultus iuris sic eris atherei.

Malis placere, bonis est displicere.

Sis bonus, & bene quos liceat, spreuisse studeto;
Et placuisse malis turpe putato decus.

Malos ne laudaueris.

Ipse probus, nunquam pravos laudabis honestè:
Tendere namq; via sic videare mali.

Explorant aduersa pios.

Aurum flamma, bonos aduersa dolore probabunt:
Rebus sæpe bonis sunt leuiora mala.

Parentes negans, tanto Deum magis negabit.

Pernegat ille Deum, patrem quicunq; negauit:
Nam patris est pietas progenitoris opus.

Possessio optima est nomen
bonum.

Cuncta vorant tineæ, non importanda sepulchro:
Funeris vnus honor, nomen habere bonum.

Aduenis & mortuis parcendum.

Parce peregrinis: sed manibus æthere casus,
Hic qui liquerunt omnia, parce magis.

Ad vitam cœlestem aspirandum.

Eia age, & hîc omnem mundum fascesque relinquens.
In cœlum cursu dirige vela tuo.

Ad bona opera accedat sanctæ Trinitatis
contemplatio.

Optima quæq; decet diuinitus edere facta,
In primis Triados sed meminisse sacræ.

Vita humana.

Trochus est parum certus, parumq; stabilis,
Fallacis huius cursus & vitæ brevis:
Sursum deorsum voluitur, reuoluitur.
Et quum videtur stare, consistit minus.
Fugiens tenetur, & manens subducitur:
Et subsilit multum, tamen non effugit,
Cursu trahit retrahitq;, mobilem statum:
Vt vita sit (nam ritè sic depinxeris)
Insomnium, fumus ve, flos ve herbæ brevis.

Vita Christiana.

Conueniunt cuiuis lachrymæ, excubiæq;, laboresq;,
Et rabiem in cupido stringere corde feram:
Frenare ingluuiem, Christi dextræq; potenti
Subijci, & ad summam pertrepidare diem.

FINIS.

IN-

INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM QVAE GREGORII NAZIANZENI OPEribus continentur, numeris paginarum adscriptis, ex quibus, quota pagina quęque continuò reperiantur, Lector cognoscere queat.

Aaron & Hur, Mosis manus cur sustentabant. 41.2.
Aaronis & Mosis laus præclara. 35.1.
Aaronis lingua Moses vtebatur. 35.1.
Aaron frater Mosis & corpore, & Spiritu. 165.2.
Abaridis Sagitta. 148.2.
Aberrare à fide veritatis studio. 10.2.
Abiuratio impietatis in Baptismo. 263.2.
Abraham Patriarcham Patrem suum vocat Gregorius. 62.2.
Abrahæ sacrificium, graphicè exaggeratur. 199.1.
Abraham ob fidem iustitiæ laudem assequutus est. 97.2.
Abstinere à vitio arduum est & difficile. 220.2.
Absurdam quæstionem quomodo soluere licet. 280.1.
Academiæ Palestinæ florent studijs. 52.2.
Acetum, fel, sputa, &c. allegoricè quid sint. 353. Schol.1.
Actio sine doctrina & fide imperfecta est. 155.2.
Actio coniuncta contemplationi catena verè aurea. 183.2.
Aculeus diuini amoris dulcis est. 829.2.
Adamantis & Magnetis naturam imitatur Athanasius. 191.2.
Adamas percutientium ictibus non labefactatur. 208.1.
Adami peccatum & pœna describitur. 697.1.
Adam totus peccauit. 634.2.
Adamus cur nudus erat. 344. Schol.1. 446. Schol.1.
Adamus duplex. 355. Schol.1.
Adamus per mulierem & voluptatem est deceptus. 447.2.
Adamus Rex, harum rerum inferiorum. 342.2.
Adamo cur ligni esus fuerit interdictus. 446. Schol.2.
Adonis veneri amatus. 582. Schol.69.
Aduersis quibus rebus, nos consolari debeamus. 221.1
Adulterium spirituale. 283.2.
Aeacidæ vnde dicti. 169.1.
Ἀκδεσίμαχ, vox quid significet. 34.2.
Aegrotare, infirmitatis est humanæ: sanari autem gratiæ diuinæ. 74.2.
Aegyptiæ tenebræ quales fuerint. 259.1.
Aegyptij idololatriæ, primam fenestram aperuere. 243. Schol.3. 359.2. & 612. Schol.80.
Ex Aegypto, quomodo Dei filium vocabimus. 351.1.
Aegyptum spoliare quid sit. 473.1.
Aegyptum fugere quid sit. 462.2.
Aequabilitas & prouidentia Dei in Ecclesiasticis rebus. 32.1.
Aeternitas & immensitas quid sit. 340.1. & 436.1.
Aeternitas duas habet partes. 438. Schol.1.
Aeternitas, sola esse probatur. 432. Scol.2.
Aeterna, non omnia carent principio. 438. Schol.2.
Aethnæus ignis qualis sit. 364.1. & 620. Schol.1.2.
Aeuum quid sit & vnde dictum. 307.2.
varia significat. 436. Schol.2. & 437. Schol.1.2.
Affectare, vel detrectare imperium æquè pernitiosum. 3.2.
Afflictio optimum ad salutem pharmacum est. 76. 2. & 600.1.
Afflictionis tempore quid sit faciendum. 89.1. & 220.2. & 601.2.
Afflictionum causæ, multæ & variæ. 88.2. & 449.1. & 836.1.
Afflictionum causæ occultæ. 107.1.
Afflictione exploratur vir bonus. 836.2.
Agni ossa quid significent, & cur non sint fracta. 408.1.
Agni paschalis esus, & Spiritualis concoctio, qualis. 465.2. & 460. Schol.1. & 469.1.
Agnus legalis Christi figura fuit. 460.2.
Alcmæon Athenas liberas reddidit. 169.2.
Alcmæon parricida furore agitatur. 654. Schol.4.
Alexander in Porum beneficus, vt Constantius in Iulianum. 554.1.
Alexandriæ Laus. 522.207.1.
Alexandrinorum mos in honoribus publicis. 190. 1.2.
Alexandrum vinum perdidit 783.1.
Alexandrinorum in Christianos crudelitas. 564.2.
Alieno periculo, nos erudiri præstat quam alios nostro. 91.1. & 92.2.
Alienorum criminum obseruatores. fo.18.2.
Allegoriæ multarum personarum. 479. & 480 & sequent.
Allegoriæ vbiq; quærere ineptum nusquam iudaicum. 455.1.
Altaribus honorem habendum Deus iubet. 159.2.
Altaria miris modis conspurcata. 222. Schol.4.
Altaris sacra mensa. 70.1. & 250.2.
Amatorium quiddam cum cissibyo cantillare. 5.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ambitio dæmonum sceleratißimus est. 676.1.
ambitionis libidine trucidantur multi. 83.2.
amicitia nihil venerabilius. 33.1.2.
amicitiæ veræ descriptio. 147.2.
amicitiæ fructus. 538.2.
amicitiæ lex inter amicos quæ sit. 795.1.
amicitia inter Basilium & Gregorium. 147 1.
amici fidelis laus. 35.1.
amico fideli, nulla substantia præstantior. 847,1.
amicus fidus, thesaurus vivus est. 37.2.
amicorum aliquot paria. 148.2.
amicorum omnia communia sunt. 690.1.
amicitiæ vinculis, non cum quibusuis iungamur. 78.1.
amicorum mœror, dolorem sæpe leuat. 810.2.
amor Dei quomodo sit declarandus. 32.2.
amor inconstans leuis est & frigidus. 749.1.
amor impudens, ex impudenti aspectu nascitur. 841.1.
amor nostri, ad virtutem plurimum officit. 7.1.
amor pudicus, & Deo gratus, est stabilis. 147.2.
amor cur cæcus & æreus singitur. 840.2.
amor tyrannus dulcis est. 251.1.
amor thæorum mensura quæ sit. 86.2.
amphionis lyra. 804.2.
ἄνοχον, in diuinitatis doctrina quid sit. 271. Schol.53.
ananiæ & zaphiræ, noui pecuniarum interuersores. 242.2.
anastasiam, Templum à se exstructum deplorat Gregorius. 771.1.2.
anaxagoræ opinio refutatur. 171.Schol.30.
anaxarchi, patientia. 559.2. & 687.2. & 580.Schol.48.
ancillæ, pectoris dominarum imagines sunt. 842.1.
angelus secundum Lumen, vt Deus primum, Homo tertium. 378.1.& 491.2.
angeli secundi à Deo. 75.2.
angeli præsides vrbium. 261.2.& Ecclesia 267.2.
angeli nos iuuant. 406.2.
angeli ignis & Spiritus dicuntur. 305.1.& 440. Schol.1. montes aterni.407.Schol.1.
angelorum creatio, prima fuit. 341.1.& 439.2.officium varium. 305.2. imagines & pictura. 206.1.
angeli, ad malũ immobilitatem vnde habeãt. 322.2
angelicum est, in carne, præter carnem viuere. 281.2
angeli post resurrectionem Christi, confirmati sunt vt peccare non possint. 429.Schol.1.
anima morbo affecta, Deo fit propinqua. 179.1.& 659.1.
anima, corpore senio debilitato, iuuenescit. 51.2.
anima pura, diaboli technas facilè detegit. 134.1.
animæ quoq; aliquam partem donare debem⁹. 104.1
animæ, ad infirmæ, tam virtutem quàm ad vitium. languescunt. 225.1
anima ex Deo est, diuinæq; nobilitatis particeps. 6.2.
anima ex nihilo creata, nihil præstantius habemus. 443.Schol.1.
anima duplici de causa corpori adstricta est. 6.2.
anima prius purganda quàm corpus. 386.1.
animæ origo cuius tres partes sunt. 497.Schol.1.& 747.1.& 780.1.
animæ mortuorum Deo commendandæ sunt. 52.2. & 61.1.
anima pia, Deo omnia submittit. 116.1.
animam, quàm corpus purgare præstat. 284.2.
animarum curam suscipere, periculosum est. 13.2. 18. 1.& 235.2.
animarum remigratio, vanum commentum. 285. Schol.7.
animalia Ezechielis quatuor, quid significent. 532.3
animantia omnia in diem viuunt præter homines. 782.1.
animi morbus grauior est quàm corporis. 102.2.
animi candor, & iniuriarũ obliuio. 120.2.
animi acrimonia, cum ad Deum acceßerit Zelum parit. 207.1.
animi postes quomodo vngere debeamus 88.2.
animo quod male est, eijcere quàm premere præstat. 684.1.
animus ager voluptates respuit. 779.1.
animus potißimum flectitur, morum probitate. 117.1.
anniuersarij defunctorum honores. 56.2.
annui martyrum honores. 15.1.
antichristus. 533.2.
anthimus Antiochenus Episcopus, Cypriani conuersionem admiratur. 135.1.
antimachus Poeta meptè prolixus. 652.1.
antiochus Epiphanes. Machabæos occidit. 198.2.
antistes simplex, varius & multiplex sit. 13.2.
antistites impij ad plebis vitia non rectè conniuent
antisthenes. 208.2. 560.2. (16.2.
antitypi vox duplicem habet significationem. 430. Sch.2
D. Antonij vitam Athanasius scripsit. 183.2.
apis, Isis cæteraq; Aegyptiorum portenta conuelluntur. 240.2.& 631.Schol.33.
apollinarij error. 82.1.84.lib. 638.Schol.1. impietas. 639.1.hæresis: 731.1.& 633.2.& 636.2.
apollinaristarũ refutatio. 634.1.2.& 640.1.
apollinarista, Sarcolatra. 635.1.& 637.Schol.2.
apollo Loxia oracula edens. 591. Schol.162.& 627. Schol.94.
apollinis tripes aneus fatidicus. 358.2.
apostoli linguis externis loquuti sunt. 518.1.
apostolorum dispersio neminem sibi natum docet. 220.1.
apostolorum festa. 267.1.
aprorum in acuendo dente nota consuetudo. 206. Schol.16.
ἀφορία καὶ ἀνεμφορία quid sit. 92. Schol.15.

apum sapientia. 502.1
arbitrium hominũ liberum. 6.2.
arbor scientiæ bona erat tempestiuè percepta. 343.1. 445.2
arca Noë Ecclesiæ typus. 863.2
arca Mosis tres partes habebat. fo. 50.1
arcæ veneratio. 20. 2.& 236.1
arcadica quæstio. 560. 2
arcana multa cõtinet obscuritas veteris legis. 106.2
ariadnes corona. 604.Scol.7.& 627.Scol.1
aristæi fabula. 578.Scol.33.
aristoteles ad Euripũ occubuit. 560.2.& 619. Scol.33
aristotelis versutum artificium. 232.1.& 277.1.& 291.2.& 437.Sco.2.
aristotelica felicitas, conuellitur. 687.1
arrius Alexãdrinus 10.1 vnde errorem hausit. 19.Sco. 22.& 647.2
arrij furor. 10.1.& 236.2.& 151.2.& 185.2.& 237.2 Impia diuisio. 118.2.& 129.1.& 364.2. Naturarũ diuersitas. 82.1, mors Iudæ similis. 185.2.
arrij & Sabellij, par impietas. 151.2. 331.1.& 486.1
arius & Sabellius dæmones impietate vincunt. 151.2
arrij & Sabellij errores ex diametro pugnant. 27.1. & 439.Scol.2.
arriani patrem ignominia afficiũt. 82.2. per vim omnia agunt. 218.1.644.1 flagellantur. 80.2
Arriani, suæ impietati scripturam prætexunt. 188.2
arrianorum ambigua fidei professio, factaque impia 188.2.& 217.1.2
arma clericis sunt illicita. 81.2.
arma & præsidia Christianorum, sunt spes in deum. 599.2.
armenij quales fuerint. 147..1
ars artium est hominem regere. 6.1
arsenij manus prodita. 210.1
artes liberales quatenus Christiano cõducant. 145.2
Asia impietatis Scola Iuliano fuit. 552.1
aspectabilium pulchritudinem, tanquam mensam quandam deus nobis apposuit. 803.1
asperitas, simplicitate temperata commendabilior. 121.2
aspides somno necant hominem. 762.2
assyriorum persecutio Alexandrinorum grauior. 210.2
astrologi casligantur. 543.1
astrologia vnde, & quomodo nata. 364.1
astronomia multis periculosa quatenus sit vtilis. 53. 1.& 172.Sco.41.
asylium ad sacram mensam confugientibus. 159.1
in athanasio virtutes omnes fuere. 182.1.& 184.2.
in athanasio, vita & doctrina pulchrè consentiunt. 183.2.
athanasius, columen Ecclesiæ. 189.2. orbis oculus, Sacerdotum antistes. 209.2. omnes ecclesiasticos ordines assequitur. 184.1. falso crimine accusatur. 186.2
athanasius exulat, lateque apud Hieremiam. 187.2. 188.
Secundo in exilium mittitur ac reuocatur. 191. 2. 192. 1. patres inter se dissidentes conciliat, 193.1. de cœlo res nostras nunc magis aspicit quam dum viueret. 240.1.
athanasij reditus cum Christi aduentu collatio. 190.1. 2. mors præclara eiusque Epitaphium. 193.2
atheismus notatur. 10.1
athenæ pernitiosæ aliis: Sed basilio & Gregorio viles. 148.2
athenienſium lex præclara. 685.2
athenienſis Scholæ mos qualis. 146.2
athlanticum pelagus quid significet. 129.1
auari Idololatræ sunt. 91.1. nunquam satiantur. 96. 2.539.1
auaritia quæ sit laudanda. 47.1
auaritiæ radix malorum 700.2. sacri belli causa est 256.1
auarus fortunæ guttam, quam mentis dolium maluit. 847..2.
auarus quis sit. 583.1 ex aliorum calamitatibus messem facit. 153.1.& 537.2
audire minus periculosum est quam loqui. 32.1
inter Auditionem, sermonem & actionem, parum interest. 850.1
auditor qualis eße debeat. 62.1
auditorum varietas, leuitas & inconstantia in periculo sunt. 10.2.11.1
aues, Dei laudes mutis vocibus prædicant. 502.2
aurigo, sideratio & inflammatio quid sit. 94.Sco. 35.
auro loquentem iners est omnis oratio. 847.2
aurum exiguum, grauißimo plumbi ponderi antefe rendum. 17.1
aurum occultus tyrannus est. & 694.1. 240.1
aurigarum factiones quatuor. 286.Sco.10

B.

Babylonica captiuitas deplorata. 77.1
babylonis paruulos ad petram allidere quid sit. 464.1
bacchi temulentia. 357.2.& 627.Sco. 92
bacchus Androgynus. 610. Scol. 68.& 630. Scol. 24.
baculus duplex. 472.2
baptisma multiplex. 371.1
baptisma non differendum. 384.1.& 386.2.& 392.1. ad annum tricesimum exemplo Christi. 400.1.
baptismi vis non sola intentione comparatur. 394. 1.2
baptismo Christi aquæ purificatæ sunt. 384. 1.& 386.2
in baptismo, non pœnæ fuga sola quærenda est. 385.1
Baptismi Christi & ieiunij causa & fructus. 8.1. confertur cum mosis ieiunio. 372.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baptiſmi ignis. 373. 1. pœnitentia 372. 2. Moſis. 371. Scol. 2.
Baptiſmo obruuntur omnia vitia præterita. 403. 1. & 406. 1. 380. 2. & 394. 1. 381. 1.
Baptiſmi vis eadem eſt, à quocunque fideli conferatur. 397. 2. effectus varius 377. 1. 381. 1. & 383. 2. 1. Epitheta. 376. 1. typi. 414. 1. cæremonia. 398. 1. & 418. 1.
Baptiſmum differentium prætextus vanus. 388. 1
poſt Baptiſmum prolapſus difficile reſurgit. 403. 2.
Baptiſmus, dei beneficiorum præſtantiſſimum. 377. Scol. 1. communis omnium gratia. 399. Scol. 2. donum. 377. 1. Secundæ vitæ fundamentum. 67. 2. & 70. 1. Medicina conueniens omni ætati, 388. 2. emitur pretio voluntatis 399. Scol. 1.
Baptiſmus aqua & Spiritu cur conſtet. 381. 1.
Baptiſmus iterari non poteſt: 221. 1. non intelligenti non eſt baptiſmus, 385. Scho. 2. Vitæ puritati tuto committitur. 117. 2.
Baptiſmus Chriſti quid ſignificet & cauſa 368. 369. 1
Baptiſtæ dignitas non eſt excutienda. 367. 2.
Baptizandus paruulus, triennium eſſe expectandum. 399. 2.
Baptizãdi magna ꝑparatione egent. 368. 1. & 416. 1
Baptizandis duplex certamen ineundum. 401. 1.
Baptizati quomodo viuere debeant. 407. 2. & 409. 1
Baptizatorum tria ſunt genera aliorũ plura. 393. 1
Baſilij laus præclara. 37. 1. 113. 1. 125. 2. & 657. 1. & 664. 1. 795. 2. & 845. 1. 2. Virtutes omnes conſequitur 151. 1. 160. 2. & 163. 1.
baſilij parentes quo nomine clari fuerint. 143. 2. & 144. 1.
baſilij doctrina. 149. 1. virtus. 352. 2 In Euſebium obſeruantia. 152. 2. erga Eccleſiam cura 152
baſilio obijcitur, conuulſa diuinitas 665. 1. Succeſſet Gregorius 670. 1. 2.
baſilius à calumnia defenditur. 164. 1
baſilius Athenienſium cõmuni lege ſoluitur. 146. 2
baſilius cum Ioſepho confertur 153. 1. 2. gradatim, ad epiſcopatum aſcendit. 150. 2. & 153. 2. martyr incruentus. 159. 2. publica vtilitatis ſtudioſiſſimus 155. 1.
baſilius & Gregorius, ab oſtentatione alieni. 149. 2. & 154. 2. tota Gracia nobiles Iuliani minis. 603. 2.
baſilius omnem orationis vim laude ſuperauit. 141. 2 Rhetor philoſophus ac Sacerdos ſummus. 145. 2. Nazianzeno celebrior fuit. 666. 1. Athenas à Deo miſſus fuit. 145. 1. 2. Leproſos oſculatur. 162. 1 cum ſole confertur. 163. 1. cum veteris teſtamenti viris cõparatur. 165. 1. hæreſes oppugnat. 155. 2. præfectum ſuperat. 156. 2. & 157. 2. beſeleel erat. 155. 2.
baſilius & Gregorius vna anima in duobus corporibus. 148. 1.
baſilius cur Spiritus ſancti diuinitatem aperte non docuit. 164. 1. 2. In omnibus artibus excelluit. 149. 1.
baſilius paſtor præſtantiſſimus. 74. 1. Monachis præeſt. 151. 1.
baſilij patria & genus. 142. 1. authoritas ſumma. 154. 2. ſimultas cum Euſebio Epiſcopo. 150. 2 & 661. 1. parentes in ſolitudinem fugiunt quos Deus paſcit. 142. 2. & 143. 1. Erga pauperes humanitas. 161. 2. eloquentia & doctrina. 163. 1. continentia parſimonia cæteraque virtutes. 161. 1. 167 1. exiliũ 158. 1. Lib. & ſcripta 163. 2. mors. 167. 1. funus miraculo celeberrimum. 167. 2 Epitaphium. 845. 2.
baſilij multi, imitatione prauа. 167. 1.
beata vita, in quo ſita ſit. 83. 2.
beatus quis ſit dicendus aut miſer. 183. 1. & 707. 2. & 785. 1.
beatiſſimum pro Chriſti nomine pati. 556. 1.
belli & tyrannidis quæ ſint initia. 105. 1..
bellum ciuile & ſacrum, fo. 18. 1, 2
bellum egregium pace impia præſtantius. 19. 1.
bellum interdum præclarè ſuſcipitur. 82, 2.
bellum ſacrum. 265. 1.
bellum quomodo Chriſtianũ gerendum ſit 19. 1. 36. 12. & 83. 1.
bellum inter ſe cur gerant, anima & corpus. 99. 1.
bello inteſtino quomodo quis liberari poſſit. 19. 2.
bene de alijs mereri diuinum eſt. 105. 2. & 180. 2.
benedictio materna, filiorum domos fulcit. 695. 1
beneficentiæ officium. 109 2. & 398. 2.
beneficentia gratia prõptitudine geminatur. 109. 2.
beneficium diuinum latè patet. 46. 1.
beneuolentia vel odio labefactatur veritas. 3. 1.
berenices crines. 604. Scol. 8. & 627. Scol. 2.
βομβητις quid ſignificet, 269. Scol. 24.
bona conſeruare, q. adipiſci difficilius. 402. Scol. 1.
boni totius fons à ſpiritu eſt. 522. Scol. 2.
bona Cæſarij pauperibus erogata ſunt. 58. 1. & 61. 1.
bona vita huius cur incerta eſſe deus voluit. 193. 2.
in bono perſeuerare poſt pœnitentiã magnũ eſt. 601, 1
bonum omne tempore, & ratione confirmatum natura vim obtinet. 80. 2.
bonum in hac vita nullum eſt purum. 781. 1.
bonum naturæ, nullam meretur laudem. 283. 1.
bona quæ ſunt, niſi rectè tractentur, boni gratiam perdunt. 289. 2.
boni nomen obtinere paucis eſt datum. 183. 1. & 270. Scol. 34.
boni pauci, pluribus malis, Deo ſunt pluris 261. 1
bos & aſinus quid ſignificet. 350. Scol. 2
boſor quid ſit. 483. Scol. 1
brutorũ animantiũ, varij mores & conditiones. 301. 1
buthanas deſcribit. 561. 2.
byzantij ſitus 21, 2. totius Europæ tenet principatũ, 53. 2

C.

Cadauera inſepulta quæ ſint, 297. 2

Cadu-

caducũ contemptu ad perpetua aſpirandum. 104. 1. 686. 2. & 735. 2. & 751. 2. & 846. 2. & 858. 2
cælum prapingues ac ventri deditos non capit. 826. 2
cæſarea ad ſeditionem procliuis. 124. 1
cæſarea literarum gloria nobilis 145. 1
cæſar & imperator quid differant. 558. 1
ceſarij cum Iuliano de fide certamen. 55. 1
cæſarij genus & educatio. 51. 2
cæſarij mortem deplorat Gregorius. 726. 2. & orat proco. 59. 2
cæſarius in aulam Imperatoris ſe contulit. 54. 1. & 659. 1
cæſarius medicorum apud Imperatorẽ primus. 54. 1
cæſarius & dici & eſſe Chriſtianus vult. 54. 2
cæſarius bythiniæ quæſtor fuit. 56. 1
caini & Lamech pœna, cur ſeptenario numero expreſſa. 513. Sco. 1
calamitas interdum proſperitate melior. 659. 2
calamitas quæ præſenti ſenſu afficit grauior videtur. 86. 1
calamitas piorum, aliorũ incolumitate beatior. 675. 2. & 836. 2
calamitas noſtri temporis, graphicè depingitur. 12. 2. cum plagis Aegypti confertur. 88. 1.
calamitatum in hac vita expers nemo. 807. 1
calamitatibus piorum offenduntur multi 828. 2
calamitatem ſuam deplorat Gregorius. 771. 1. 2
calceamenta ſoluere quid ſit. 471. 2
calumnia, malum grauiſſimum eſt. 540. 1
cancelli Eccleſiæ quid ſignificent. 775. 2
canticum nouum quale ſit canẽdum. 490. 1.
cantus tẽpli alternatim vſurpatus. 587. Schol. 12. 1
Cappadocia à Valente in tres partes eſt ſciſſa. 129. ſcho. 12.
cappadocum latus. 142. 1. & 152. 1
caput domicilium ſenſuum purgandum eſt. 410. 1
carmelus Heliæ. 98. 1
caro vt nubes quædam, animæ remora eſt. 762. 2. & 766. 2
carnis deſcriptiones & epitheta. 787. 1
carnis & Spiritus pugna grauiſſima 766. 2. & 864. 1
carnis contumacia. 767. 2. & 779. 2. reſurrectio. 58. 1
caro hoſtis blandus eſt. 767. 1. & 779. 1
caſtalij fontis latices ſatidici, quid vaticinari non potuêre. 358. 2
caſtigari à iuſto præſtat, quàm ab improbo laudari. 121. 1.
caſtigatio indulgentia plerunque melior. 89, 2. & 179. 2.
caſtitatis lex, æqua virũ & mulieribus. 280. 1.
caſtrati & montani dicti, & caſtrati. 84. 1
cataphrygæ, cur montani dicti, & caſtrati. 84. 1
cataractæ cœli quid ſint. 613. Scol. 94
catechumeni ſunt in veſtibulo pietatis. 388. 2
cathari notantur. 82. 1
catena aurea quæ ſit. 183. 2
cauſa reditus Gregorij. 22. 1
cauſæ ob quas Adam paradyſo pulſus eſt. 448. Sco. 1.
cauſa, non ſemper antiquior eſt eo cuius eſt cauſa. 307. 2
cecropidæ vnde dicti. 169. Scho. 8
celeritas præceps, cui ſit ſimilis ſecuritate minor. 17. 1. 2
celeuſmata quid ſint. 183. 2
cereris obſcœna ſacra in Eleuſine. 317. 1
ceres frugum inuentrix. 623. Scol. 64.
certamen idem omnibus propoſitum eſt. 45. 1
certaminum gentilitiorum præmia. 137. 2
charitas, doctrinæ Chriſtianæ caput. 79. 1
charitatem à nobis Deus requirit. 104. 1
charitatis potiſſima pars miſericordia erga pauperes eiuſque Encomium. 98. 2
chimæra ad Rhetoricem accommodata. 172. Schol. 40.
chimæra Patarica. 171. 2. & 567. 1. & 621. Scol. 48.
chiron heroum ſui temporis præceptor. 145. 1
chiron femina. 809. 1
chriſti actio non omnis nobis imitanda eſt. 401. 1
chriſti actio noſtra inſtructio eſt. 352. 1. & 279. 2 423. 1
chriſti exinanitio qualis. 643. 2
chriſti lenitas & manſuetudo. 97. 2. deſcenſus ad inferos cauſa. 713. 1. transfiguratio 648. 2. miracula & parabolæ 739. 1. 2. 746. 741. & 742. paſſio medicina infirmantis animæ. 704. 1. 2. Sanguis cur & cui fuſus. 476. 1
chriſti nomina quàm reuerenda. 21. 2. & 29. & 830. 1
chriſti natiuitas 47. 2. Theophania cur dicta. 335. 2
chriſti clementia immenſa erga inimicos. 705. 2
chriſti paſſio omnibus communis. 219. 1
chriſti ad apoſtolos mandata. 16. 2 reſurrectio, à vigilibus prædicata. 720. 1
ad Chriſti nomen dæmones cohorreſcunt. 19. 2
chriſtianam religionem euertere, eſt Romanum imperium conuellere. 561. 1
chriſtianarum ceremoniarum, inimitabilis pulchritudo. 571. 2
chriſtianæ vitæ, & ciuilis ſcopus. 120. 2
chriſtiani, ab vlciſcendi libidine abſint. 602 2. Chriſtiani in afflictione varie afficiuntur. 599. 2
chriſtiani ex martyrio quid expetant. 158. 1
chriſtianiſmum acceptantes, veſtem mutare non debent. 213. Sco. 2
chriſtianiſmus in quo conſiſtat. 157. 1
chriſtianorum, abſtinentia & patientia. 574. 2
chriſtiano, nullum exilium eſſe poteſt. 157. 1
chriſtianorum patria & nobilitas. 136. 1
chriſtiani cur vocemur. 283. 2
chriſtianorum linguæ compedes inũci non poſſunt. 603. 2

chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

christianorum doctrina duplex. 57.11
christus ab impijs etiam nunc patitur. 513.
pro Christo mortem opperere, iter est ad palmam 19.2.& 474.Sco.2
cum Christo ascendente simul ascendendum nobis est. 482.2
christus cur nobiscum versatus sit. 156.1
christus cur post resurrectionem comederit. 478. Scol.1.
christus deus & homo perfectus. 417.Scol.1.& 451. Scol.2.& 744.2
christus cur incarnatus. 47.2.59.1.335.2.703.2. 808. 1.& 837.1.
christus primus martyr. 132.2.*rex & Sacerdos Salomonis & Nathani filius dictus* 738.1. *quomodo honorandus.* 109.1.2.
christus in interiore homine habitat. 644.1
christus quasdam quæstiones soluit, alias premit. 280.1
christus non alio magis quam verbi nomine, delectatur. 802.1
christus Soli iustitiæ multis de causis dictus. 469. Scol.1.
christum deo subijci, quomodo intelligatur. 316.1:2
in Christo vitam nostram abscondi quid sit. 49,2
in Christo duplex natura, vna persona. 649.2
christus nobis, & vitæ & studiorum dux esse debet, 805.2
christus spiritualis legis finis 8.1.*quare sit passus.* 714 2.& 744.2.& 768.1.*cur illi multi sequuti sint* 279.2
chrysippi syllogismorum solutiones. 232.1.
cidaris quid sit, & podér. 34.Sco.7
cimmerij perpetuas tenebras habere dicuntur. 655. Scol.2
ciuitas infelix & beata quæ sit. 542.2
ciuitatem quæ incommoda sequantur. 250,1
cleanthis puteus. 655.Scol.35
cledonij laus. 793.2
clementiâ oppressores vincendi. 602.2
clementia deus maxime delectatur. 180.2
cleombroti præcipitium. 559.2,& 616.Scol.15
cœlibatus laus. 276.2
cœlibatus sacerdotum, 397.1
cœna Euangelica, lauta & magnifica. 31.1
cœnobia virginum vnde sint orta. 161.2
cœnobitæ charitatis legem quomodo colant. 187.1.
Cogitationes hominum incertæ. 535.2
cognitio duplex. 344.Scol.2.*fuijpsius vtilis.* 836.1
colathus quid sit, & quid significet. 353.Scol.1
in columbæ forma, cur spiritus sanctus apparuerit. 370.2
columbæ pennas cur Dauid expetat. 391.Scho.1
columna ignis, & nubis quid sit allegoricè. 475. Scho.1
commessatio quid sit. 397.Scho.1
communia omnibus quæ sint & quæ non. 231.1.2
commune quod est, contemnitur facile. 572.2
comparatio artis medicandi, & curandarum animarum. 6.1
concilij Arianorum impij infectatio. 188.2
concionandi munus, cur difficile sit. 10.2
concionatori triplex impendet periculum. 228.2
concionator frugalitati studere debet. 471.2
concordia post scbisma. 72.2.& 74,2
concordia omnium rerum ornamentum est. 82.2. & 574.1.
condolentia amicorum, in dolore cõsolatio est. 820.2
condolentia humana lege sancita est 101.2
confessio peccati, correctio vitæ, & spes salutis est. 382.1
confessio peccatorum, sola sæpe salutem attulit. 808.2
confessio peccati, muneris loco Deo offertur. 133.2.*Vitiorum medicina est.* 90.2
confidentia, si modus absit, in impudentiam euadit. 803.1.
coniugalis castitas, dubiæ virginitati præstat. 758.1
coniugij molestiæ. 281.1.748.1.2.749.1.& 750.1.*commoda* 745.2.749.2.781.2
in coniugio virtuti commodè operam dare possumus. 745.2
in coniugio etiam, sacris diebus abstinendum 821.
coniugium à Deo institutum est. 744.1
connivere ad quædam errata, interdum expedit. 811. 1.& 9.1.
connivent impij Episcopi, ad plebis errata. 18.2
connivendum non est, ad manifestam impietatem. 79.1
consanguinei præsertim iuuandi. 115.2
conscientia domesticum tribunal, iudicij varietatẽ dedit. 86.2.
conscientiæ iudicium nemo potest effugere. 247.1
consilium salutare 331.2.*Gregorij.* 78.1.*Christianum* 57.2
consilium serum, miserum est. 396.1
consolatio vera dei recordatio est. 178.1
consolatio pernitiosa. 187
constantij indiscretus zelus. 188.1.196. Scol.29. & 578.Scol.31.
in constantij funebri pompa, cantus & luminaria fuere. 547.1
constantij laus, 547.1.& 553.1.& 597.1
constantio & Iuliano Imperante calamitates multæ in Ecclesia. 209.1
constantium morientem, trium pœnituit. 189.2.& 576.Sco.12.
Constantius lata lege ὀμόσιον sustulit. 214 Sco.20
constantinopolitana Ecclesia, sub Gregorio creuit. 260.1
constantinopolis perditis moribus prædita. 183.2
consuetudo & exercitatio, ad virtutem multum prosunt. 761.1
consuetudo vim legis obtinet, 298.2

contemplatio præclara est. 98.1
contendendi nimium studium turpe. 82.1. *Duo gratissima pariit peccata.* 233.1
contentio honesta, prauæ concordia melior. 75.1.
contentio circa vocis sonos, periculosa. 183.2
continentia præclara res est. 98.1
continere non possumus nisi deus dederit. 759.1
contra diabolum nobis pugnandum est. 137.2
contraria, contrarijs curantur. 79.1
contrariæres domino interdum vtiles. 7.2
contentus ob animarum curationem institutus. 101.1
coquorum impostura, plerique comprimuntur. 102.1
coronæ quibus debeantur. 547.2
κορονπλαθὴς, quid sit. 647.2
corpori anima, duplici de causa adstricta est. 6.2
corpori anima est, quod animæ deus. 6.2
corporis expertia, proprio nomine carent: commune tamen vtile impositum illis est. 287.1
corpori quatenus inseruiendum ex Platone. 110.2
corporis rebellio quibus rebus comprimatur. 767. 2.
corporis sanitas interdum nocet. 110.1
corpus animæ sepulchrum, cur dicatur. 691. Schol. 3.
corpus & anima, perpetuum bellum gerunt. 41.2. & 99.1
corpus quando nobile, & quando turpe. 59.1
corpus hostis blandus, & insidiosius amicus. 99.1
cor spirituale quod sit. 419.2
correctio lenis humana esse debet. 233.1.2
corybantes. 356.2
crates philosophus, contemptarum opum gloria clarus. 560.2.& 618.Scho.27
crates, cratetem libertate donat. 161.1
cratetis simplicitas, cum Cæsarij, confertur. 54.1
cratetis de matrimonio sententia. 208.2
creatio rerum cur non simul sed ordine sit facta. 493 Scho.2
creatio rerum spiritui sancto, cum patre & filio communis. 526.1
creatio secunda quæ sit. 375.2
creatorem ex rebus creatis cognosci debere. 830.1
creaturæ, aliæ alijs præstant. 241.2
creatura noua quomodo aliquis fiat. 499.2
credere ad iustitiam & confiteri ad salutem quid sit. 252.1.
credere debemus etiam quæ scripta non sunt. 644.1
credere in aliquid & de aliquo non idem est. 324.2
creta ferarum expers est. 779.2
crux Christi fervenda. 410.1
crucifixus adorandus. 479.2
crucis signaculi vis. 571.1.787.2.830.1.& 865.2
crucis coronatæ miraculum, in extis Iuliano ostensum. 556.2
crucis in cœlo apparitio. 593.2.& *eius effectus.* 594.1
crucis tropheum olim præfiguratum. 475.1
crucis signum in mensa. 563.2
crucis victoria. 477.1
ctesiphon arx valida à Iuliano oppugnatur. 595 1
cupiditas non expleta animum cruciat. 822.1
curetum & Aetolorum bellum vnde sit ortum. 783.1
curetum plausus. 556.Scho.1
curiositas hominum. 540.1.& Scho.95.
custodes dominici sepulchri pecunia corrumpuntur. 721.1
cyclopea dona 613.1.622.Sho.63
cygnorum & hirundinum fabula. 651.1
cynicismus late patet. 207.1
cypriani duo extitere. 139.1
cypriani carthaginensis Episcopi laus. 133.1.135.1
cyprianus à dæmone sibi familiari obsidetur. 134.2
cypriani conuersio. 135.1.*Virtutes, post conuersionem* 135.2.*doctrina & eloquentia.* 132.2.
cyprianus magicos libros incendit. 135.1.*lingua præcisa in exilium mittitur.* 135.2 *suos ad martyrium cohortatur, ac obtruncatur.* 136.1.2
cypriani corpus publicum orbis bonum est. 137.1.
cyrus Parisatis filius. 628.Scho.9

D.

Dæmones subterranei, à Iuliano consulti. 557.1.
dæmones ad Christi nomen cohorrescunt. 19. 2. 56.2.
dæmones, multos sui exitij socios volunt. 134.1
dæmones dei honorem ad se pertrahunt. 360.1
dæmonum malitia optima quaque pessimè cadunt. 820.1
damasus Romanus episcopus hæreticos proscribit. 639.2
damnare facile etiam malum, non est viri probi. 186.2
daniel de pastoribus malis. 16.1
daniel 12. annorum, index per Spiritum sanctum cõstituitur. 527.scho.2
dauid cur columbæ pennas expetat. 177.2
dauid funda bellum gerens. 19.2
dauidis clementia, & ad ignoscendum facilitas. 972. & 811.1.
dauid & Ioannes quorum typus fuerint. 349. schol.2
dauidis lapides & cytharæ concentus mysticus. 600.2
decij Imperatoris grauissima persecutio. 135.2
definitionis & termini discrimen. 452.schol.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

delicatè viuendum non est etiam largis ac beneficis. 65.1
delitia laudabiles & veræ. 161.1.& 338.1
delitia mundi stercus prætiosum sunt. 337.2
delitijs abundare, alijs egentibus impium est. 102. 2
delphini subsultantes tranquillitatem prænunciant 501.sco.1
de delphino historia memorabilis. 798.2
democritus à vulgo, insanus habebatur. 265.2
denarius primus numerus & plenissimus. 460.2
descensus Christi ad inferos mysteria. 482.1
dei Accaron nomina. 609.Sco.54.
dei ars triplex est. 104.1.& 115.2
dei beneficia in homines. 182.1
dei benevolentiam misericordia nobis conciliat. 98. 2.& 134.2
dei caro, quo sensu deus dicatur. 458.Scho.2
Dei æquabilitas & providentia, in Ecclesia, 3.1
dei cognitio rerum omnium perfectissima. 239.2 295.1.
ad dei cognitionem gradatim ascendendum. 434. Scho.2
dei duplex est cognitio. ibid.
dei cogitatio opus ipsum est. 238.1.& 439.2
dei definitio. 286.2.& 339.1
dei iudicium pluris faciendum quàm omnium homi num 247.1
dei lenitas pœnitentiam nostrã expectat.87.1.93.1
dei liberalitas, nimis exprompta, parit contemptũ. 173.2
dei manus quid significet. 456.Scho.1
dei membrorum mystica interpretatio. 95. Schol. 13.
dei natura nec verbis explicari, nec mente compre hendi potest.295.2 & 295.1 & 645.2
dei oculum effugere non possumus. 90. 1. 23. 1. & 247.1
dei proprium est omni vitio carere. 89. 2. & 131.1
dei pars quomodo simus. 111. Scho.13
dei posteriora quæ sint. 294.1
dei ratio in puniendo. 86.1
dei semper meminisse oportet non disputare.289 2
dei substantia alia quam rerum creatarum. 645.1
deo & Ecclesia nil venerabilius. 674.2
deo est, solum convenit idque eius est essentia. 433. scho.1.2.
de deo duæ sunt opiniones. 445.schol 1
deo gratum quod viribus nostris respondet.168.2.& 275.1. Deo donare accipere est.104.1
deo nihil est aduentitium. 312. 2. nihil simile. 645.2
de deo nil comprehendi potest, quàm quod immen sus sit.646.1.
deo omnia viuunt. 182.1.
à deo omne negotium incipiendum est. 3.1
deo quid consecrari conueniat. 116.1
deo quid maximè proprium. 232.1
de deo parce loquendum.230.1.2. & 309. 1. 364.1. & 853.2.& 837.1
de deo tres sunt opiniones. 307.1.& 445.Scho.1
sine deo, viuum cadauer est homo. 824.2
deum comprahendere, homini summum bonum est. 540.2
inter Deum & hominem quid interiectum sit.444. Scho.1
deo adhærere præstat quàm de eo disputare. 229.1
deum esse, oculi & lex naturæ docet. 295.1
deus caligo dicitur & cur. 443 Sco.2
deus nomine & corpore vacat & causa.295.2. 315.1. & 320.1.& 440.Scho.2.
deus creatura esse non potest. 83.1.
deus charitatis parens & charitas est. 37.1
deus etiam minima accipit. 45. 2. etiam puniens à nobis misericordiam exigit.48.1
deus homines pro diuitijs habet. 78.1
deus honore suo quomodo fraudetur. 83.1
deus humano intellectu cur comprahendi non possit. 297.1.340.1.& 433.Scho.2.& 435.Scho,2
deus inuitum & reluctantè non seruat. 699.2
deus ignis quomodo dicatur. 525.Schol.1
deus humano more nos nec creat, nec generat.237.2
deus lumen primum est & summum. 491.
deus immensum essentia pelagus est. 432.1.2
deus in tribus naturâ coniunctis consistit.241.2 & 364.1
deus ex rebus creatis, vtcunque cognosci potest.299.1
deus naturâ propensus ad misericordiã, non nisi coactus percutit. 89.2
deus nostram sitim, sitit.398.2.& 851.2.& 867.2
deus muneribus nostris vinci potest. 104.1
deus nos per contraria ad beatum finem adducit. 684.1
deus non est causa mali. 555.2
deus omnia in omnibus quomodo sit futurus. 316.2
deus omnium bonorum iactura comparandus est. 854.2.& 867.2
deus qua ratione dormire, Vigilare & irasci dicatur. 328.2
deus est calamitoso qui ei opem fert. 105.2
deus perpetua ira superbos insectatur. 824.2
deus quæ re maxime delectetur. 373.1
deus sine diuina ope concipi non potest. 454. Schol.2.
deus nihil frustra fecit. 290.2
deus soli comparatur. 182.1
deus Solus, nec fuga vitari, nec bello sustineri potest 23.1
deus vita & sermone abiuratur. 852.2
deus vnus necessario in tribus personis probatur. 10.1 2.& 241.2.& 326.2.& 364.1.& 647.2
Deus vnde dicatur nominumque explicatio. 320.2. & 433.Scho.2
dij adscriptitij multi, hominum impietate excogitati. 298.2
dextram Imperatoris adorare. 563.2
ad dextram vel ad sinistram declinare quid sit.9.2 & 226.2
diaboli astutia contra hominem.298.2.& 383. scho. 2.& 387.1.& 388.1.& 725.1.& 736.1.& 769.2. Inuidia.360.1.703.1.& 775.1.729.1
diaboli conatus quo tendant. 827.1
diaboli descriptio.75.2. & 787. 2. peruersitas. 756.2
diabolus cur Christum tentauerit. 134.1
diabolus deceptus per incarnationem fuit. 367.2
diabolus, quotidianus noster Antiochus.203.2
diabolus sanguisuga, tres habet filias. 96.2.
diabolus schismata in Ecclesia serit. 775.1
diabolus scripturarum peritus. 383.1
diabolus superstitiosarum disputationum inuentor 297.1
diabolus variè aggreditur homines. 384. Scho. 1
dialecticæ vsus. 570.1
dialectica, Geometria & Astronomia inutiles. 208.2.
diana ἑλαφηβόλος dicta. 170.1.& 358.1
diana hospites odio habet. 616.Scho. 11.
didrachmum antiquis siclus dicebatur. 50. Scho.19.
dies domini formidolosus. 543.1
dies festus Machabæorum. 198.1.
dies futuri sæculi, vnus est successore carens. 507. Scho.1.
difficile est bona præsentia tueri. 552.2
dignitatũ gradus impares schisma pepererunt. 256.2
dilectionis mandatum, cur nouum sit. 39. Scho.18
diocæsarienſium rebellio. 679.2
diogenis dicacitas. 617.schol. 24. & 4. helluatio. 208.2.
diogenis præclarum dictum. 687.1
discendum priusquam doceamus. 12.1.& 264.1.
discendi docendique nullus terminus male positus. 12.2.
discipuli Christi non censentur, qui eum non imitan tur.48.1
discipulos indoctos cur elegerit Christus. 829.1
discordiæ quanta sint mala. 80.2. pernitiosa 225.1
discordiæ nulla satietas. 79.1
discordes esse malos præstat quàm concordes. 79.1
dispensatio quid sit. 439.Scho.1
disputandi cura doctioribus relinquenda. 230.2
disputationes nimis subtiles timendæ. 212.2.& 290.1
disputationes minus periculosa quæ sint. 291. 2.
disputantium de deo regulæ. 289.1
disputandi genus duplex. 307.1
disputandi libera potestas quibus danda. 234. 1
disputandi cupiditas vnde. 290.2
disputandi cum hæretico, modus & vis maxima. 164.1
disputare de deo periculosum est.236.1.& 292. schol. 4.300.2
disputationis arcanum 147.1
disputatione vinci graue æstimari non debet. 231.1
dissensio dissidij filia est. 75.2
diuina non sunt curiosius perueſtiganda. 238. 2. & 264.1
diuinarum rerum etiam externa species turpitudine vacare debet. 573.2
diuinitas adoranda in tribus personis. 81.2
diuinitatis hostes & sussuratores qui sint.242.2.& 262.2.
diuinitas quomodo comparanda. 444.scho.1
diuisio summopere cauenda. 74.2
diuites dei iudicia rident. 846.2
diuitu epulonis descriptio. 102.1
diuitis & pauperis, apud deum, nullum discrimen 396 2
diuitiæ communes omnibus vt pietas. 261.1
diuitias cur deus hominibus tribuit. 103.1
diuitiarum morbus qualis. 57.1
diuitiæ malè partæ tandem euomentur. 46.2
diuitiæ paupertas &c. velut morbi ad homines irrepserunt. 105.1
diuitiæ veræ, in sola mandati obseruatione sitæ. 105.2
diuinum est de alijs benemereri. ibid.
diuitias iniustè quærere, est calamitatis arrhabonẽ accipere. 574.2
docendi munus non cuilibet temere credendum. 230.1.2
docere omnes sine spiritu volunt. 44.1
doctrina perfecta non committenda est rudibus.515.
doctrina res præclara, inuidiæ obnoxia. 799.1
doctrina non mortis, sed iustitiæ sit armatura. 46.2.
doctrina docentis cibus est. 478.1
doctrina fidei nihil aquosum habeat. 464.2.
doctrinam sanctam solum amplectitur Gregorius. 494.2
dogma & res quid sint. 477.scho.1
dominari alijs & seruire voluptati turpe est. 248.2.
dominatio & seruitus duæ sunt rerum differentiæ. 241.2
dominica noua, sublimi, sublimior. 454.2
dominum sequi quid sit. 45.2
dona deo grata nos sumus. 45.2.& 422.2
dona deus non tam aduertit quàm affectum. 46.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

dona mystica deo offerenda. 47.1
draco quomodo vincendus sit. 411.1
dubijs in rebus, ad humanitatem clementiamq; propensiores esse debemus. 186.2

E.

Ebrietatis mala. 337.scho.2
ecclesia domini mons est. 397.schol.1
ecclesia dei quomodo collecta fuerit. 189.1
ecclesiæ corpus instar monstrosæ belluæ est. 11.2
ecclesia facies misera. 18.2.& 861.2
ecclesiæ Constantinopolitanæ incrementum. 262.1
ecclesiæ episcoporum vxores sunt. 249.schol.7
ecclesiam viro orbari quid sit. 246.2
ecclesiæ bona. 695. 2. grauis persecutio. 259.1.& 265.1
ecclesia quo tempore maximè floruerit. 185.2
ecclesiæ præfectura, non temere vsurpanda. 862.2.& 776.1
ecclesiæ vtilitas & salus spectanda. 125.2
ecclesiam quid labefactauerit. 185.2
ecclesiam persecutiones illustriorem reddūt. 557.2. 775.1
ecclesia, vno homine præstantior etiam optimo. 42.1
ecclesia christi apiarium est. 502.1
ecclesiæ duo sunt præstanda. 538.2
ecberi & Thalaridu crudelitas. 621.scho.46
eliazarus princeps martyrum ante Christum. 198.2 & 200.2
electio Episcopi qualis esse debeat. 125.2
eligendum leuius malum. 391.1
eleemosyna in omnes exercenda. 119.2.& 543.1
eleemosyna mandati est. 108.2
eleusis quid sit. 317.1
Eleusius Macedonianorum author. 531.1
eloquentibus debetur oratio. 51.1
eloquentia improbis vitijs stimulus est. 552.1
eloquentia venerationem amicis conciliat, 804.2
eloquentiæ laudes. 804.1. figuræ & typi. 804.2
elysij campi. 1. 172. Sho, 44.& 598.1.& 629. Scho. 13.
empedoclis, vana diuinitatis ambitio. 557.2. & 614.2.& 832.2
enceniorum celebrandorum ratio. 494.2. & 499.1
Εντεφιον quid sit. 128.scho.
Εντιλα quid. 130.Scho.
Εορτη & πανηγυρις quid differant. 419.Scho.2
enthusiasmus et hinc orum dæmonum est participatio. 557.1
epaminundas. 616.scho.17
epicteti vtrem admirari. 559.2.& 687.2. & 616. scho.17
epicurus. 618.Scho.26.
Επιφιλλιδες quid sint. 657.Scho.1
episcopalis cathedra, inuidiosum fastigium est. 267.1
episcopatus affectatio periculosa. 21.2. & 118.1
episcopatum cur Gregorius repudiarit. 3.1
episcopatus plus molestiarum quàm voluptatis affert. 41.2
episcopatui gerendo senectus sera non est. 12.1
episcopi munus metus & periculi plenum est. 21.2
episcopatus monasticæ philosophiæ expers non est. 187.2
episcopi officium. 6.2.& 17.2. & 46.1. & 64.2. & 862.2
episcopi à vitijs puri esse debent. 5.2.& 137.2
episcopi mali reprehenduntur. 18.2. &. 16.1.2. & 775.1.2
episcopi honore digni sunt 32.1.& 275.2
episcopi orthodoxi exulare iussi. 156.1
episcopi ventriloqui & vaniloqui voluptatibus suis obsequentes. 12.1
episcopi vitia, plebs facile imitatur. 5.1
episcoporum bellum. 151.2.& 159.2.& 731.2.& 776.2,& 822.2
episcoporum concilia fere exitum malum habent. 682.1
episcopo monstrosæ belluæ domitor comparatur. 11.1
episcoporum Aegypti laus. 239.2.& 249.1
episcoporum dissidium basilio in lucrum cedit. 160.1
episcoporum electio quibus sit committenda. 125.1
episcoporum vnctio & ceremoniæ. 34. 2. & 153.2
episcopo vitio est, non quam optimum esse. 5.2. 6.2
episcoporum imperium, regum Imperio præstat. 180.1
episcopus animarum nymphagogus & pronubus. 18.1
episcopus cum Christo sacerdotio fungitur. 17.2
episcopus curare quid primum debeat. 23.2
episcopus dignus quis sit. 117.1.2
episcopus hostiam viuentē se debet deo offerre. 20.2
episcopus indoctus ne sit. 753.2
episcopus baculo & virga cur vtatur. 120.1
episcopus nihil proprium desiderare debet. 258.1
episcopus plebem per sacrificia ad Deum ducit. 825.2
episcopus sensus quomodo moderabitur. 20 2
erichthonius quis & vnde natus. 611. Schol.1.631. Scho.27.
eruditio, primaria laus mediæ vitæ. 804.1
eruditio quibusdam contemnenda malè videtur. 144.2

eruditioribus quæ sint relinquenda. 238.2
esaias omnibus prophetis est superior. 546.2
Ετιζες vox quid significet. 629.Scho.14
ethnici de spiritu sancto verba fecerunt. 324.1
eua potius seducta quàm adamus. 343.2
euangelica lex leuior veteri lege cur sit. 469.2
euangelistæ inter se sunt concordes. 165.1
euangelistæ spiritum sanctum domesticum habuerunt. 165.1
eucharistiam olim Christiani domi asseruabant. 70.Scho.13
eucharistia salutis nostræ antitypon & typus. 182. Schol.9.& 69.scho.12
eulalij & matris eius laus. 793.2
eumeliæ matris Basilij laus. 144.1
eunomiani filium ambiguis verbis fatentur 311. 2. & 531.1
eunuchorum spiritualium tria genera. 284.1
eunuchorum impiorum descriptio. 156.2
euphrates fluminum omnium maximus. 595.1
eupsychius martyr. 666.1
eusebius nondum baptizatus, in episcopum eligitur inuitus. 124.1. eius mors & nominis ratio, 153.2
eusebij famosa teni laus, 669.1.2
eusebius non tam impius sectarius fuit quam hostis & contentionis studio flagrans. 188.1
eusebius Pamphili Arrianæ sectæ coryphæus. 195. scho.20.
exemplum diuinæ vltionis memorabile. 20.2
exemplo deorum homines facile in vitia ruūt. 574.1
exanimatio, gloriæ quædam submissio & imminutio est. 279.2
exorcismus in baptismo quis. 399.Scho.1
experientia, stultorum magistra, 77 2
extremum omnium rerum expetendarum. 182.2
ezechias sanitati redditur. 122.2

F.

Fabæ Pythagoricæ. 559.2.& 580. Schol. 50.& 616. Schol.16.
facile credere qui dicantur. 250.1
facile vilescit quicquid cito percipitur. 108. 1.& 297.2
facilius est aduersam fortunam ferre quam secundā tueri. 602.1
facilius est labefactare quàm conseruare. 160. 1.& 251.1.
facta sunt verbis præstantiora. 85.2
factor & opifex quid differant. 493.scho.1
facultates in Christo partiendæ. 102,2
fallere seipsum amentis est. 390 1
fama similtra laborare graue est. 807.2
Fames apud Iudæos, grauissima. 77.1
fames verbi dei miserrima. 240.1
fascino sapientia fascinari quid. 7.1
fastus omnibus fere dominatur. 794.2
fatum & fortuna, insipientium commenta. 107.2
faces accensæ in funere cæsarij. 56.1
felicitas hominum incerta. 107.1
felicitatem reuocare facilius est quam seruare. 602.1
de felicitate stoicorum sententia probatur. 687. 1
feriari nostrum quid sit. 502.1
fermenti, vox quid significet. 464.1
festorum celebrandorum ratio. 336. 2. & 363.1
festa non more Iudæorum aut gentium celebranda. 36.2.& 338.1
Festa carnis, mundique amicorum, 374. 2
festa Christianis quomodo celebranda, 504. 1. 602.1.
fictæ humilitatis descriptio. 120.1
fidelium prosperitas persecutionis ansam præbet. 552.2
fidei confessionis nullus est finis 559.1.
fidei Nicenæ breuis expositio. 641.1.2
fidei nostræ summa exponitur. 211.2
fidei prætextu fidei integritatem violare impium. 643.2
à Fide aberrare, veritatis studio. 11.1
fidei diuersitas, tollit animorum concordiam. 217.1
fidei triplex genus Athanasij tempore. 102.1
fidei soli quædam donanda sunt. 81.2
fidem in baptismo deo datam violare periculosum est. 381.1
fide nostra, nihil foret iniquius si in imperitos tantum caderet. 232.1
fides & probitas in brutis magis quàm hominibus. 735.1
fides orthodoxa. 118.2. quorundam ægra. 192.1
fides noua semper discordias meditatur. 216.2
fides potius quàm ratio sequenda. 304.1
fides præmium virtutum. 115,2
in fide claudicandum non est, nec dispensandum. 500.1
fides sub dio laborans, opulenta impietate præstantior. 261.1
Filiatio. 242.1
filij dei nomina & ratio. 279.2.& 321 1. & 377.scho 2.& 345.1.& 646.2
filij diuinitas, scripturæ & ratione probatur. 264.1. & 312.2
filij missio duplex. 348 scho.1.& 485.1
filij intercessio, quomodo accipienda. 319.1.
filij parentibus senij solamen sunt. 126.1
filij sunt, quæcunque pater habet 521.2
filio corporea cur sint attributa. 242.1
de filio dei quæstiones quomodo absoluendæ. 313.1
filij dei generatio, ne angelis quidem cognita. 309.2
filiorum in parentes ingratitudo longè absurdissima 803.1
filius dei quod erat permansit, quod non erat assumpsit. 313.1.& 367.1.& 649.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius dei hominum gratia fit homo. 366.2. & 367.1. & 315.2
filij dei vocantur pacifici. 83.1
filius est eiusdem essentiæ cum patre. 242.1.2. & 318. 2. & 643.2
filius quomodo principij expers & non expers. 365.1
filius quo modo ignorare horam iudicij intelligatur. 319.2
filius vario modo patribus ostensus est. 648.1
finis humanæ vitæ incertus. 807.1
firmum in rebus humanis nihil est. 103.1
fixum & stabile, id est, in quo mens elaborauit. 823.2
flagitiosi non sunt in Ecclesia. 115.1
Formicæ indis opes afferunt. 795.1
fortis ac tolerans animus fuit Gregorio patri. 126.1
fortitudo & audacia plurimum inter se differunt. 594.2
fortunæ phanum, à cæsarien sibus euertitur. 131. Scho. 36
fortunam aduersam ferre facilius est quã secundam tueri. 79.1
frequens apud homines infelicitas. 539.2
frugalitas Christianis ab Apostolo præcipitur. 731.2
frugalitas mulieribus ad pudicitiam tutandam necessaria. 821.1
fuci mater, libido est. 839.2
fucatæ pulchritudinis descriptio. 839.1. cui similis sit 839.2
fuga Ionæ & comparatio eius. 22.2
funebris pompa, mortuis inutilis est. 387.2
furor arma ministrat. 159.2

G.

Galilæos Iulianus Christianos vocabat.. 361.1.2
gallus Iuliani frater verè pius. 551. 1. Eius mors. 552.2
generatio multiplex est. 325.2
generatio filij dei incomprehensibilis. 308.1. & 309.1
genethliacorum vanitas arguitur. 359.1
genitum & ingenitum quomodo idem sint. 310.1
gentilium astrologia vana. 636.1. & 830.1
gentilium carmina & hymni probrosi. 832.1
gentilium errores notandi. 211.2. & 367. Schol. 14. & 15. & 832.2
gentilium deorum Epithetæ probrosæ. 193.2. & 504 2. & 830.1
gentilium mysteria, meræ nugæ. 355.1. & 590. Scho. 147.
gentiles ex Mose multa hauserunt. 832.2. dilemmate perstringuntur. 831.1
gentilium varia, ac impia sacra. 569.2
gentilium dij, à suis Theologis impietatis arguũtur. 327.1. & 830.2
gentium insula Ecclesiarum typus sunt. 489.2
geometria quatenus vtilis sit. 172. Scho. 42
georgius cappadox Peruersus præfectus describitur 186.2. Alexandriam inuadit Athanasio absente 186.2. Aegyptum & Syriam vastat. 188.1
georgius pœnas iustas luit. 190. 1. & 196. Schol. 30.
germani filios in Rhenum cur mergant. 801. Scho. 8.
gigantomachia. 588. Scho. 128
gigantes quinam fuerint, & quos significent. 104.2. & 111. Scho. 26.
gloriæ studio fidem oppugnant quidam. 11.1
gloria cupiditas grauis dominus 53.2
gloriæ inanis affectatio ex qualibet re. 103.1
gloria inanis statim euanescit. 833.1
gloriam vnde venari deheamus. 103.1
gorgoniæ parentes & patria commendantur. 62.2
gorgonia fuci expers. 64.2. pudica 63. 2. prudens. 64.1.2
gorgonia optima esse, non videri studebat. 65.1
gorgonia virtutum, omnium exemplar. 64.1. & 65. 1. 2.
gorgoniæ morbus miraculosè curatus. 66.1.2
gorgoniæ in morte quam præsidit, oratio. 67.1.2
graculus eiusque penna. 570. 2. & 625. Schol. 77.
græcorum & Troianorum amentia. 783.1
gratia, plusquam veritati tribuitur. 40.1
gratia fastum parit. 39.2
gratiarum actio qualis esse debeat. 547.2
gratiam electio sequitur non contra. 75.1
gratia dei in quo potissimum consistat. 808.1
grego. pater Gregorij simplicitatem columbæ cũ serpentis prudentia coniunxit. 121.2.
grego: pater Arrianorum fraude seducitur. 119.1
gregorij Patris lenitas. 120.1. & 126. 1. liberalitas in pauperes. 119.1. genus. 114.2. temperantia. 115. 1. vita in paganismo. 115.1. ad Iulianum libertas 124.1. & 125.1. liberatio ex morbo miraculosa. 122 2. & 126.2. laus. 51.2. 52.1

gregorius pater defunctus pro suis oribus orat. 114.2
gregorius pater secundus Nazianzenorum Episcopus. 118.1
gregorij Theologi, admonitio. 74.2
gregorij frugalitas. 725.2. & 858. 2. Oratio ad impetrandam Dei misericordiam. 24. 1.2. & 732.2. Somnium 768.2. pietas in parentes 122.1. & 726.1.2. Zelus in Ecclesiæ calamitatibus. 822.1. Medicina in calamitatibus. 822.2. 863.1
gregorij votum Episcopale. 786.1.2
gregorij sermones meretricios calumniatur Hæretici 218.1. & 262.1. & 822.1. Mansuetudo. 266.1. & 822 vitæ eius compendium, 790.1
gregorius dei organum se vocat. 411. & 816.1
gregorius à concilijs abhorret. 682.1. & 773. 2.
gregorius Constantinopolitanus Episcopus, inuitus creatur. 245.1.2. ibid. saxis petitus fuit. 822.1. libentissimè Episcopatu cedit, 264.2. 266. 2.
gregorius omnium virtutum domicilium. 425.2
gregorius Dei Spiritum dilexit & extimuit. 39.2
gregorij constantia in aduersis. 828.1. zelus. 84.2. & 189.1 & 518.2
gregorius Iuliani orationem infectatur. 604.1
gregorius cum Iuliano Athenis conuersatus est. 598.2
gregorius deo promissus fuit antequam natus. 116. 2. & 729.2
gregorius Basilio vehementer fuit addictus. 665. 1.
gregorius ambitione vacans Basilium non accedit. 154.2. & 664.2
gregorius martyrij lauream expetit. 132.2. & 527.1
gregorius quiete delectatus. 670.1. Solitudinem semper optauit. 30.1. & 44.1. & 4.1. & 33.1. & 126.1. & 652.2.
gregorius eloquentiæ studiosus. 51.1 & 52.2. & 829.2.
gregorius Patri, vt Paulo Barnabas adiunctus. 34.1
gregorius virginitatis cultor. 729.2. gloriam aspernatur. 23.1. & 725.2. & 771.1. humana omnia abijcit. 22.1. 692.1. & 747.2
gregorius dubitat, vitam ne an, mortem optare debeat. 778.1
gregorius successorem idoneum, in præmium laborum petit. 264.2. & 266.2
gregorio obijcitur patria ignobilis. 218.2
gregorius tempestate periclitatus subito euadit. 123.2. & 728.1
gregorius verbi diuini amore flagrans vitia calcat. 18.1
gregorius cur alijs præesse nolit. 17.1. & 19.2
gregorius in senectute, ad 30. milia versuum scripsit. 638.2
grex Christianorum initio exiguus fuit. 259.1
grex Christi non coactè pascendus est. fol. 6.1
gygis annulus. 148.1. & 171. Schol. 31. & 621. Sch. 53.

H.

habitus in virtutem & vitium diuisio. 568.1
hæreditas optima quæ sit. 31.2
hæreses non in verbis sed in sensu sunt. 642.2
hæresis tanquam serpentis virus fugienda. 247.2
hæreses castrandæ sunt. 284.2
hæresis lethali poculo similis. 645.1
hæretici apostolica scripta, non apostolicè intellecta citant. 639.2. Christum peruerse amant. 82.1
hæretici captiosis nituntur argumentis. 312.1. Dæmones incredulitate vincunt. 486.1. gaudent bonorum dissidio. 661.2. non dogmatis, sed erroribus fidelium imminent. 290. 2
hæretici impietati suæ sacram scripturam prætendunt. 315.1. & 323.1. & 531.1
hæretici pneumatici quid senserint. 323.1
hæretici, suijpsius præcones. 12.2. multos Christos faciũt. 226.1. linguam habẽt volubilem. 288.1. inconstantes sunt & vecordes. 640.1.2. vicii. 152.1
hæretici librorum copia gloriantur. 636.2. mysticas quæstiones vulgo spectãte tractant. 188.2. puniendi sunt & per magistratus coërcendi. 531.2. & 693.2
pro hæreticis frustra mortuus est Christus. 347.1. & 483.1
hæretici à litera decipiuntur. 635.2
hæretici sacræ scripturæ locos truncatim citant. 348. Schol. 2. & 485.1
hæretici quales sint. 483.1. quibus similes. 28.1. secũ pugnant. 639.2. & 323.1. syllabarum verborumque sunt captatores. 137.2. & 561.1. orthodoxos idem secum sentire mentiuntur. 633.1
hæreticorum, cantilenæ & libri, pro tertio testamento apud illos habentur. 636.2
hæreticorum conuentus, non debet pati Episcopus. 531.1
hæreticorum fugienda communicatio & societas. 636.2
hæreticorum impia concordia. 529.1. impius dolus. 188.2
hæreticorum erga Deum amor ridiculus. 237.1. conuersio difficilis. 11.2. malitia. 639.1
hæreticorum circa Ecclesiam nouandi magna libido. 653.1
hæreticorum varia portenta. 234. Schol. 2 & 214. Schol. 16.
hæreticos quid in errorem induxerit. 317.1. & 328.1
hæreticos principum lenitate peiores fieri. 693.1
hebrei non cuiuis ætati, quoslibet libros concedunt, probata consuetudine. 12.1. & 2. & 27. & 233.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

helena, sortum Lacænum. 573.1
helias & Iohannes summi Philosophi fuere. 151.1
helias in Carmelo, cælesti Philosophiæ operam dãs, solitariam vitam commendat. 252.2
heliodori presbyteri in mari cremati historia. 209. 2.
heracliti tristitia. 582. Schol.
herculis Epitheta. 582. Schol. 65.66. & 620. Schol.39.40. *certamen eius.* 13.7.582.Schol.67. & 562.1
hercules eiwq; incendium. 554.2. & 783. 1. & 615. Schol.3.
hero qualis canis fuerit. 296.2
hero medius inter extrema vitia incedit. 208.1
heronis in persecutione constantia. 211.1. *studium eius primarium.* 207.1. 208.1
hero martyr, martyribus parentibus natus. 207.1. *exulat.* 211.1. *eius laus.* 206.12.
herodes allegoricè quid sit. 352. Schol. 1. & 353. Schol.1
hesiodi Theogonia. 572.2.624.Schol.73.
hieremias in peruersos antistites. 16.2
hieremiæ lamentationes super Israël. 19.2
hilariter si demus, misericordiam geminamus. 109.2
hirundinem non habendam sub tecto. 651.2
historia conglobata quadam sapientia est. 799.1
historia sapientiam procreauit, à tempore procreata. 802.2
homerus deorum comœdiographus irridetur. 560.2. 572 1.625. Schol.76.
hominem meliorem, nec laudator, nec contemptor, reddit. 81.1
in homine quid sit præstantissimum. 82.1
homines in alienis rebus libentius philosophantur. 659.1
homines deus pro diuitijs suis habet. 79.1
hominem clementem ad pugnam armat Spiritus, 19.1
homines apertè mali vel hypocritæ. 81.1
homines magna ex parte mali. 831.1. *ad malum proclines.* 380.1. & 776.2
homines omnes idem lutum sunt. 814.1
homines vaniloqui & ventriloqui. 12.1
hominis bonum certum & summum. 563.2. & 295.1
hominis consideratio, multa cogitanda relinquit 301.1. & 782. 2. & 59. 1. & *creatio ac excellentia.* 443.1. 342.1. *causa creationis.* 366. 1. & 744.1. & 864. 2. & 367.Schol.2. & 360.2.
hominem regere ars artium est. 6.1
hominis liberum arbitrium. 384.1. & 445.2
homini in hac vita quid sit optimũ. 783. 2. & 386.2
hominu gratia festa aliaq; mysteria omnia instituta sunt. 374. Schol.1
hominibus omnibus quæ sint communia. 219.1
hominibus sanãdis Deus violentioribus remedijs abstinuit, 456. Schol.1.
hominis instauratio creatione præstat. 380.1
hominis pœnitentia & salute gaudet Deus. 373.2. & 449.1. & 728.2
homo cur postremus sit creatus. 492.2
homo cinis breui periturus. 49. & 824.2. *Dei Templum.* 825. 1. *cur contrarijs naturis componatur.* 444.Schol.1
homo Dei imago est. 450. Schol. 1. *Dei ludus* 784.1. *tertium lumen est.* 378.2. *mundus magnus in paruo sensibili.* 301.2. & 456. Schol.1. & 443.1. & 343.Schol.1
homo medius inter Deum & materiam creatus. 443.1
homo in venerem intemperantior brutis animantibus. 760.1
homo multis modis cur sit castigatus. 345.1. & 448. 2.
homo si non peccasset qualis futurus erat. 494.1. & 697.1
homo si hanc vitam spectes animantium miserrimus est. 782.1
homo quem procreaturus sit ignorat. 748.1
homo totius hominis non est pater. 747.1
hominum breuis vita. 58.2. *studia varia.* 787.1
hominum non tantum, sed & Dei filij sumus. 802.2
homini paruo, tranquillitas vnde oriatur. 21.1
hospitales domus olim exstructæ. 267.1
hospitalitatis commendatio. 97.2
hospitalitas gentilium deorum inhumana. 358.2
ex hoste etiam vtilitas capienda. 852.1. & 868.2
hostibus ne insultemus lege cauetur. 556.1
humanæ vitæ inconstantia. 823.2
humana natura, secundo velo à S. Trinitate diremptæ est. 214. Schol.16.
humanæ omnia cur fluxa & incerta. 798.2. & 44.2. & 107.1. & 127.2. & 178.2.
humanissimus quisq;, erga pauperes inhumanissimus est. 100.1
humilis verè quis sit. 230.1
humilibus Deus dat gratiam. 795.2
humiles non facilè cadunt, vt elati. 276.2
humilitatis ficta & vera descriptio. 120.1. & 230.2
humilitas iter ad sublimitatem est. 347.1. & 484.2
humilitas media inter peccatum & resipiscentiam. 552.2
hydra pro vno capite, nouem proferens. 567.1. & 621. Schol.47.
hymnus triumphalis in morte Iuliani. 549.1
hypostases tres & personæ tres, pro eodem. 263.2
hypostases tres essentiæ vna. 192.2
hypsistarij hæretici qui & quales fuerint. 115.1. & 128.

I.

idola surripienda ad imitationem Rachelis. 474.1
Idolatria, vnde nata sit. 298.1. & 360.2
idololatræ execrabiles, duabus de causis. 360.1
idolo-

idolorum cultus omnium malorum extremum. 345. 2. & 826.2
idolorum gentilium monstra. 572.2
idolorum gentilium vanitas & turpitudo. 601.1. 2
ieiunij admirandum exemplum. 792.2
ieiunij pharmacum sacerdotibus consulitur. 15. 1. & 134.2
ieiunij præceptum vetus est. 487.1
ieiunium Christi quid doceat. 400.2
ieiunium Christianorum, à Christi tempore distinctum. 400.2
iephtes sacrificium præceps nimium. 203.1
ignis facultates, in extremo iudicio diuidentur. 111. Scho.14.
ignis purgans vitiosam materiam. 184.1. & 226.1. & 408.2
ignorantia iuris neminem excusat. 189 1
ignauum esse præstat quàm curiosum. 230.2
imaginem auream adorare quis dicatur. 38.Schol.15
imaginem dei quis verè gerat. 64.2. & 766.1
imagines rerum honestarum, omni turpitudine vacare debent. 211.2
immensitas bifariam consideratur. 436.1
immolare deo nosipsos decet. 478.2
immortale & æternum quid differant. 438. Scho.2
imperator episcopo subiectus, ad quid potestatem habeat. 180.1
imperatores Romanorum morestatuis ornantur. 562.2
imperitiæ temeritas ciues habet. 11.1
imperiũ affectare & derectare æquè pernitiosum. 3. 2
impietas audax, & ingeniosa ad malum. 186.1
impij nulla ratione meliores redduntur. 554.2
impij scelerum impunitatem hic ferentes post cruciabuntur. 87.1
impiorum & atheorum erroneæ sententiæ. 541.2
impia dogmata velut virus fugienda. 217.2
impiorum hominumpœnæ, & piorũ præmia. 537.2
impiorum munera repudiat deus. 849. 2. & 866.1
impiorum supplicium luget Gregorius. 600.1
impiorum hominum Epitheta. 724.2
impœnitentes non sunt recipiendi. 372.2
impios deus, cur non statim puniat, pios muneret. 514.Scho.1
impios plagis non emendari queritur deus. 88.1
improbis hominibus improbitas mors est. 851.1
improbitatis extrema est gaudere malis. 730.1
improbitas impiorũ toti piorũ cœtui nil officit. 750.2
improbitas facile expugnatur. 567.1
improborum consuetudo. 159 1. & 255.2
inanis gloriæ studium ad virtutem nil prodest. 13.1
inanis gloria fugienda est. 850.2
incarnationis verbi dei causa. 335.1. & 367.Scho.2 & 449.1. & 648.2.
inconstantes in Atheismum tandem ruunt. 11.
indigniores ad sacerdotia promouentur. 150.1
infantes cur hodie baptizentur. 129. Scho. 13. & 939.1 & 389.2
infantes sine baptismo decedentes, an pœna aliqua mulctentur. 394.2
in inferno nulla confessio aut pœnitentia. 87.2
infirmitas virtutum seges est. 687.2
infortunato magnum est remedium miseratio ex animo collata. 106.2
Ingenitum & genitum sunt, habitus & priuatio. 311.1
ingenitum & immortale ex scriptura colliguntur. 329.1
ingeniosus & industrius esse solet, qui diuexatur. 134.2
de inimici casu non gaudendum est. 577.Scho.24
inimicitiæ modus sit, amicitiæ nullus. 851.2
iniquitates completas esse quid sit. 93.Scho. 18
iniuria non est vindicanda. 851.2. & 868.1
inobedientiæ criminis metus Gregorium vicit. 23.2
innocentes venerandi. 351.1
insana studia quæ sint. 218.1
insufflatio mystica ternario constat. 510 1
intemperantia & nugæ sunt quæcunque superflua. 338.1
inuentio poëmatis, aliarumq; rerum. 570.2. & 623. 1.2
inuidia ad habentem serpit. 388.Schol.2
inuidia cum quibus bellum gerat. 805.1
inuidia egregium virum sequitur. 538.1
inuidia malum æquissimum & iniquissimum. 245.2
inuidia parentis sui carnifex est. 783.2
inuidus aperto hoste molestior. 265.1
ioannes baptista martyrium suum præsciuit. 369.2
ioannes baptista medius inter, nouum & vetus testamentum. 166.2. & 183.1. & 370.1
ioannes Euangelista cur Theologi nomen solus habeat. 43.Schol.5
iobi iustus affligitur nobis exemplo. 187.1
iob aliquis inter ægrotantes delitescens, 108.2
ionæ cur fugerit. 23.1. & 29. Schol. 70.
ira aduersus serpentem solum vtamur. 497.1
iræ dei fex & vinum quid sit. 86.1. & 92.Scho. 12
iræ dei semitas facere quid. 87. 1
ira hominem insanum reddit. 766.2. *iucunda pernities.* 810.2. *menti nebulam offundit.* 804.2. *prudentibus exitiosa.* 121.1
Ira patris, vitæ abruptio est. 810.1
ira prudens risui antoponenda est. 540.1
iram dei pœnitentia euadimus. 87.1
israëlitarum termini allegorice, 12.2
isthmica pinus. 137.2
italyrium quid. 14.2. & 28. Schol.45
iubilæus annus. 606.2
iucundum est de alienis rebus garrire. 3.2
iudæi Romanis subditi. 77.2
iudæis deus medicorum more cur quadam permiserit. 329.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæi templum reædificare parantes miraculo repelluntur. 593.2
iudæorum dispersio vnde. 77.1
iudæorum multiplex captiuitas. 430.1
iudæorum pœna pro messia occiso qualis. 714.2
iudæorum purgatio vmbratica est. 355.1
iudaismus, & gentilismus æquale malum. 340.2.& 439.1
Iudæ peccatũ ab angelis exprobratur 699.1
Iudæ peccatum grauiter exaggeratur. 700.1.& 712.1.
iudicia Dei nobis occulta sunt. 178.2.& 300.2
Iudicia hominum qualiter labefactentur. 48.2
iudicia hominum, de nobis parum curanda. 247.2.& 734.1
iudices incorrupti rari sunt. 747.1
iudicij extremi graphica descriptio. 87.2
iudices metu vacare debent. 246.2
iudicij diuini consuetudo. 599.2
iudicium de alijs non temere ferendum. 233.1
iudicium quorundam prauum. 35,2. & 144.2.& 216.1
iuliani edicta contra Christianos. 547.2& 564.1.& 566.2.& 569.1.crudelitas mira. 555,2. & 564.2.& 566.2.& 603.2
iuliani hypocrisis. 551.1 impietatis initia. 550.2.et 555.1.& 571.1. minæ in Gregorium & basilium 603.2.nomina 546.1.facinora 559.2.& 562.1.& 620.Scho.41.virtutes & vitia. 581.Scho.62.& 598.1.& 598.1.persecutio 54.2.& 55.1.123.2.& 557.2
iuliani Physiognomia, nil boni Gregorio portendit. 598.2
iuliani consiliũ in opprimenda pietate 558.1.& 567.2.& 598.2
iuliani apostatæ sacrificia. 547.1.& 556.2
de Iuliani morte opiniones variæ. 596.1.& 606.Scho.24
iulianus honorem martyrij Christianis inuidebat. 54.2.& 595.1.& 557.2
iulianus Aethnæo igni similis. 364.1
iulianus cum fratre ad Ecclesiam confugiens præsens mortis periculum euadit. 196.Scho.35
iulianus idolis thus adolere iubet. 563.2
iulianus impius sit mox adeptus Imperium. 556.1.& 558.2
iulianus in Ecclesia quondã lector. 551.1.& 568.1
iulianus ab impietate, nobilitatem quæsiuit. 259.2.& 554.1
iulianus in bello contra Persas cæsus. 54.2.& 209.1.& 192.
iulianus moribus imitari Christianos conatur. 571.2
iulianus occulte bellum indixit Christianis. 593.1.& 605.Scho.17.& 595.1
iulianus à sermonibus voluit Christianos arcere. 547.1
iulianus Rapsaces alter. 571.1. Hieroboam Achab & Pharao. 593.1
iulianus in Christum furore percitus. 191.2
iulianus vasa sacra non impune prophanauit. 604.Scho.4
iumenta lapsa aut errantia cur subleuanda. 106.2
iuno in æthere ac nubibus ferro adstricta pendens. 573.1.& 625,Scho.80
iupiter aduersus Saturnum patrem insurgit. 574.1
iupiter ob mulieres in quiduis mutatur. 759.1
iupiter nubigena. 625.2
iouis in creta sepulchrum. 611.Scho.77.
iouis intemperantia. 572.2.& 574.2 611.Scho.75.& 830.1
iouis surreptio. 356.Scho.1
iuramentum Sanctum quale sit. 250.1
iusiurandum fugiendum 541.1.& 851.2.& 868.1
iustina Mariam virginem obsecrat. 134.2.ad deum cõfugiens dæmonem superat. 134.1.2
iustitia dei in quo appareat. 592.2
iustorum pectus spiritu dei perscribitur. 425.Schol.2
iuuenilis ætas literarum studijs aptissima. 799.2.
iuuenes non sunt Ecclesiæ præficiendi. 368.2
iuuentutis stultitia fere est asecla. 543.1
ixionis peccatum & pœna. 632.scho.39

L.

Labarum vnde dictum. 579 scho.39
labor tam malos quàm bonos exercet. 815.2
labor sanitatem adfert. 154.1
labyrinthus Cretensis dædaleæ statuæ. 302.1
laconici adolescentes. 616.scho.10
laconismus quid. 652.1
lædere facile est. 852.2
laici Ecclesiasticis rebus ne se ingerant. 125.1.195.scho.25.& 862.1.2
Laici pastorum munus ne assumant. 46.2
languidos hodie plusquam adulteros horremus. 100.2
lapis habens oculos septem Christi typus est. 509.scho 2
lasciui oculi, res non attrectandas pertingunt. 133.2
laude digni cur boni sint. 114.1
Laudatores hominem non efficiunt meliorem. 81.2
laude non caret qui egenum non acerbè ablegat. 100.2
laudes proprias prædicare inuidiosum. 28.schol.54
laus à proprijs,& genere coniuncta suspecta. 804.1
lazarus pauper graphicè depingitur. 102.1
Leonis natura quæ sit. 782.2
leontius quem baptizat, eum sibi successurum clamat. 117.2
leprosi cur misericordia maximè digni. 99.1
leprosorum calamitas. 99,2.& 101.1

leprosos crudeliter auersantur, & fugiunt omnes. 99.2.& 100.1
leprosorum descriptio. 100.1.& 162.1
leues qui censendi sint. 77.2
leuiin lumbis patris antequam nasceretur quomodo fuisse dicitur. 238.1
leuiticũ solis, cura sacrorum mandata est. 863.2
lex amicitiæ quæ sit. 169.Schol.2
lex carni à Deo indicta. 63.2
lex duplex Mosi data. 165.2
lex velut maceria, inter Deum & idola. 456.1
lex vetus, futurorum & inuisibilium vmbra. 454.1
lex dura & grauis domina. 6.2
legem Dei nemo assequitur. 350.2
leges Pauli. 13.2
legis participes simus, non liberaliter sed Euangelicè. 478.2
legis Doctores, legem non intelligunt. 280.1
libellum missionis Gregorius postulat. 266.2
liber de imperatrice ratione. 198.2
liber viuentium & pereuntium. 48.2
liberis hominibus quæ molesta sint. 48.1
liberos & seruos mores cuiusq; reddunt. 851.1
liberorum cura minor esse debet quàm pauperum. 119.2
liberorum rectè facta parentibus ascribere summæ æquitatis est. 198.2
liberum hominis arbitrium. 6.2.& 343.1
liberales & munifici, in vitio sunt impij Episcopi. 18.2
libidinis adoratio quæ sit. 408.1
libido gressibus etiam inesse potest. 821.1
libido immodicam satietatem comitatur. 847.1
libido, inuidia, ebrietas, dæmon, æqualia sunt. 851.1
librorum sacrorum lectione qui sint arcendi. 233.2.
licentia effrenis & immodica animaduersio paria. 372.1
lignum vitæ Deus est. 446.Schol.2
lindica sacra quæ sint. 569.2.832.2
lingua libertas coerceri non potest. 671.1
linguæ malæ descriptio. 851.2.& 846.1. incommoda. 766.2.& 854.1
linguæ petulantia quomodo reprimatur. 81.1.& 539.1
linguam imprudentem, in fraudem quid impellat. 817.2
linguam loqui gestientem cohibere vtilissimum. 816.2
lingua nihil fortius. 816.1.& pernitiosius. 815.1
lingua maledica fugienda. 866.2
linguæ sacerdotalis munus. 816.1
lingua telum paratissimum est. 727.2.& 815.1
linguam qui domuit sapientiæ arcem tenet. 815.2
cum linguis non est digladiandum. 247.2
de litera non est contendendum quando de rebus cõuenit. 329.1.& 516.1
literarum sacrarum œconomia quæ sit. 43.1
literarum studium, sibi solum Gregorius reseruauit. 569.1
literas qui primum inuenerint. 570.2
loci disputatio, in Deo locum non habet. 296.2
loco infimo apud Deum esse præstat, quàm primo apud imperatorem. 54.1
locum aut terram propriam nemo habet. 73.2
logos quid & cur Dei filius dicatur. 321.1.& 452.Schol.2
loquendi libertas Gregorio commissa. 164.2.
loqui prudenter præstat quàm copiose. 85.1
lotophagorum paupertas. 656.Schol.2.
lucerna modio non est contegenda. 42.2
lucius secundus Arrius veritatis proditor. 210.1
lucifero primas tribuunt exteri sapientes. 106.2
lucifer ob superbiam caligo est factus. 341.2.& 439.2.
luctus immodicus inutilis est. 51.2
lumbos succingi quid sit. 470.2.& 471.2.
lumen id quod dat accipit. 492.Schol.1
lumen duplex. 470.2.multiplex. 379.1
lumen in lumine videre quid. 242.2.646.1
lumine nihil dulcius, qui illud degustarint. 406.2.
luminum dies sacer. 354.1.vnde dictus. 376.1
lupi temporum incommoditates explorant. 251.1
lux cur primo die creata sit. 492.1.& 743.2
luxus & fastus Episcopo indigna sunt. 266.1
luxus virgini fugiendus. 850.2
lydiæ opes. 795.1
Λύτρον vox duas habet proprietates. 477.Schol.1.

M.

macedoniani, πνευματόμαχοι. 514.Schol 2.515.1
machabæi fratres, mutuo sese ad passionem hortantur. 201.Schol.5
machabæorum mater filios omnes hortatur. 201.2
machabæorum sapientissima oratio ad Antiochum. 199.2
machabæorum ac matris verba prudentia. 200.1.constantia mira. 199.1.2.& 102.1.2.
magistratus quid præstare debeat. 46.2
magi munera, adorabundi offerentes idolorum cultum euertunt. 8.1.& 90.2.
maior est improbitas, quæ ad multos porrigitur. 5.1.2.
maledictio vetus quæ sit. 90.2
maließentia nulla est. 50.1.& 379.Schol.2
mali benignitate in viam fuit reducendi. 808.1
mali principium, boni incuria est. 48.1
malis grauibus qui premitur, sermonis inops esse solet. 703.2

mali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

malitia vulgi semper in peius procliuior. 4.1. & 81.2
malum de alio non facile suspicatur, qui non tam facile ad malum impellitur. 42.1
malum fieri perfacile est. 5.1. & 81.2
malum quid sit. 416.Schol.2.
mammona quid sit. 473.Schol.2.& 503.1
mandatum Adamo datum lumen erat. 379.1. cur datum. 486.2
manu hæretici tenebræ. 208.2
manichæorum electi, qui dicti. 639.1.& 640.Sch.3.
manichæorum delirium. 310.2.et 513 Sch.2.et 634.1
mansuetudo Christianis ab ethnicu vitio data. 568.2
mansuetudinis vtilitas. 121.2
manue iudex Israëlitarum. 39.1
marci Arethusij martyrium. 565.1.2
marcionis conflatus ex elementis & numeris Deus. 221.2
marcionistæ notantur. 242.1.& 324.2
mare cum vita humana comparatur. 253.1
maria virgo Dei templum est. 831.2.ex regia stirpe Dauid orta.738.2.filium mortuum luget.711.1
maris et fœminæ,nõ animæ sed corporæ differũt.65.
maritis turpe est de ornatu vxorum contendere. 840.1
mars adulter. 573.1.& 611.Schol.71. iræ præses 626. Schol.91.
mars sauciatur & vincitur. 625.Schol.83.
marsyas tibiarum inuentor,excoriatur.629.Sch.15.
martyres ad vitam rectè instituendam conducunt. 132.2
martyres sunt diuinitatis mediatores. 36.2
martyres imitandi.36.1.&.45.1.quomodo honorandi.36.2
martyres viui. 142.2
martyrum annui honores. 131.1
martyrum baptismus.369.2. festa.101.1.laudes.54.2
martyrum cultoribus, quanta bona reposita sunt. 36.2
martyres sunt imperatoribus fortiores. 566.1
martyrij lex. 55.2.& 142.2.Splendor.37.1
matza loci, proprium nomen. 688.2
matrimonij cum virginitate collatio. 276.2
matrimonij commoda & incommoda.277.2.&280. 2.& 281.1.2
matrimonij scopus & finis quis. 838.Schol.5.
matres solius carnis quædam sunt. 202.1
matrimonium clarum Dei beneficio concinnatur. 115.2
maximini persecutio grauissima. 142.2.& 245.2
mediatoris vocabulum varie accipitur. 128.Schol.3.
medicamenta & alimenta eadem, non omnib⁹ eq̃; conueniunt & offeruntur.9.2
mediam viam sequi tutissimum. 42.1.& 226.1.2
medicina Christiana,vt difficilior sic excellentior ea subiectum & finis.7.1.2
medicina corporum & animarum inter se comparantur. 6.2
medicina spiritualis eadem non semper vtilis. 9.2
medicorum mos,in deploratis morbis. 384.1
medicorum studium & labor. 8.2
mediocritas in fide tenenda. 455.1.& 439.Schol.1
melampus & proteus. 563.1.& 620.Schol.43
melampygi & Apygi quid sit. 619.Schol.37.
melchisedech, sine matre & sine patre. 313.2
membra inter se quod sunt, hoc quisq; alter alteri est & omnibus vniuersi.98.2
membra omnia spiritualia,lustranda sunt. 410.1
memoriæ igniculus magnus,est familiaritas. 132.1
mendesij horrei. 631.scho. 33.
mendetes,pan Aegyptijs est. ibid.
menœceus. 616.Schol.8.
mens hominis.635.1. duplex.767.1.virginitatem & nuptias moderatur.63.2
mens in Adamo prima peccauit. 635.2
mens nostra Deo in templum exstruenda est.836.1
mensa spiritualis & diuina. 602.2
mensura plumbea qua sit. 96.Schol.56.
mercatorum studia praua.83.2.& 96. Schol.57.& 153.1
mercurius ὑποδιάκτωρ dictus. 112.Schol.34.& logius. 584.Schol.94.
mercurius Lucrius Deus.574.2.612.Scho.79.& 626. Schol 88.& 609.
meretrices ne aspici quidẽ sine scelere possunt.842.1
meta curriculi humani Deus. 810.2
meum & tuum audiri in Ecclesia non debent. 265.1
midam aurum perdidit. 148.1
miles qui latus Christi fodit Deum confessus est. 708 2.& 709.2
militum munus & officium. 46.2
milites Ezzoni & Monzoni. 471.1
militum quorundam Iuliani resipiscentia. 563.2
ministri in baptismo dignitas, non est excutienda. 197.1
minus laruam assumere. 562.2
miracula Christi & naturæ. 302.1.2.769.1.2
miracula veteris instrumenti. 755.1
miracula mundi septem. 176.1
miraculum in baptismo Gregorij patris editũ.117.2
miraculis à Deo confirmatur pietas. 121.2
miracula humani artificij. 760.2
miraculorum in Christi morte allegoria. 487.2
misericordia Christianos maximè decet. 101.2
misericordia legem sanxit natura. 101.2
misericordia erga pauperes,facultates sanctificat. 104.1
misericordiæ exercendæ, occasio nemini deest. 153.1
misericordiam præ omnibus à nobis requirit Deus. 103.1
misericordia quã nos egemus, Deo fœneramur.180.2
misericordia peccata purgat,109.1.sacrificio præstat. 110.1
mithræ supplicia. 620.Scho.45.& 615.Scho.3.Sacra.354.1.& 559.2.

moabi-

moabitis domini Ecclesiam ingredi non licebat.18. 2.
modesti viri quando per silentium non sint faciles. 189.2
modestus quis verè. 540.1
modestus præfectus,ad Basilium confugit. 158.2
modus seruandus in omnibus. 290.1
moly Homericum quid. 804.2
monachi Amasiarum contubernium vitent. 837.1
monachi Deo melius viuunt quàm cæteri. 187.2
monachi cælibes sint. 8.2.& 72.1.& 857.2
monachi veri. 72.2
à Monachismo societas abhorret. 837.1
monachorum exercitia & consuetudo.71.2.& 793. 1.
monachorum piorum vita duplex. 560.7
monachorum habitus & vestitus. 72.1
monachorum quorundam inconsulta pietas. 794.1. 2.
monasteria à Basilio exstructa. 161.2
monasteria Aegypti. 187.2
monastica professio, quare maxime ornetur. 187. 2.
monastica vita,vt est excellẽtissima ,ita maximè ardua nec à multis suscipienda. 54.1.& 98. 1.
montani malus Spiritus, Spiritui sancto oppositus. 82.1.& 208.2
morbi vnde oriantur. 86.1
morbi tres circa diuinitatis doctrinam. 10.1
morbi communes, communia medicamenta requirunt.47.1
morbum animæ, Deus adueniens coarguit. 39.1
morbus vitiis quædam est institutio. 690.1
morbus & languor quid differant. 349.Schol.1
morbus pernitiosa sanitate præstantior. 851. 1.
in morbis desperatis quid agendum. 122.1
morbus sacer varie accipitur. 110.
mors omnibus communis quomodo contemnenda. 201.1
morbus improprie mors dicitur. 127.2
post mortem omnes maturæ ætatis erunt. 254.1
mors certum naturæ debitum tributum. 57.1
mors casibus varijs inopinantes obruit. 387.1.& 674.2
mori & infernus quid differant. 429.Schol. 2.
mors nomine tenus formidabilis. 127.2
mors nulla arte expelli potest. 541.1
mors beneficij loco Christianis est. 58.2.& 157. 1.
mors semper ob oculos ponenda. 836.1
morte mori & mori quid differant. 447.Scho.2
mortui non sunt lugendi. 57.2
mortui fidei pernersitate. 349.1
mortuorum ossa, cuius nos admoneant. 847.1
mortui potissimum laudandi. 62.2
mores dignitati fidem adstruere debent. 184.2
morum doctrina, non rectè ijs commendatur, qui Deos habent vitijs obnoxios. 591.Schol.160.
moses principum princeps, sacerdos sacerdotũ. 35.1
mosis in montem ascensus quid significet.454. 2.& 293. 2
mosis instar Dei gloriam concipere. 20.1
mosis laus. 97.2.& 648.2
mosis rubus imitandus. 208.1
mulier ad persuadendum aptior. 344.Sch2
mulier fucata idolum est. 839.1
mulieres fuco gaudentes,ferè impudicæ. 841.2.& 842.2
mulier impudica pernitiosum oblectamentum est. 840.1
mulieres fucum inter se studiosè cælant. 840.2
mulieres potissimũ morum simplicitas decet. 820.2
mulierum laus. 795.1. consortium vitandum. 278. Schol.4.
mulier natura ad lachrimas pronior est. 700.2
mulierum sapientia qua. 820.1
mulierum ornamentum in quo consistat. 64.2.& 841.2.& 842.1
mulierum ornamentum est ornatum aspernari. 768.2
mulierum pudicitia rara. 541.1
mulier vaga,incontinentiæ suspitione laborare solet.702.2.& 704.2
multitudo ex varijs ætatibus, habitudinibusq; conflata cui sit similis. 10.2
mundi duo & quid differant. 441.Scho.2.& 114.1
mundi huius visibilis creatio. 341.2.& 441.Schol.2
mundi nomina ex Dauide. 58.2. prosperitas qualis. 725.2.& 726.1.& 788.2
mundus aranearum telis similis. 836.1
mundus quales pastores quærat. 266.2
mundus totus pace conseruatur. 76.1
mundus quid sit. 441.Schol.2.& 342.Schol 1
mundus verus,& patria certa quæ. 280.1
munera sapientes etiam de gradu deijciunt. 847. 1.
Muneris sublimitas Gregorium ab Episcopatu deterret.18.1
murana amphibion animal est. 218.2
murus aneus. 489.2
mysteria abditissima, Mosi similibus solum nota. 454.1
mysteria summo cur in cœnaculo instituta. 524.2
mysteria nostra exteris non sunt prodenda. 467.2
mystica,mystice tractanda. 290.1

N.

nadab & Abiu nouo igne consumpti. 20.1
narcissus suipsius amore deperijt. 812.Schol.9
natalis Christi dies quomodo celebrandus. 336.2

natiui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

natiuitatis genus triplex honorauit Christus. 375.1. & 810.1
natiuitatis Christi mysterium. 8.1. & 47.1
natiuitatis Christi festum celebratur etiam in cælo. 351.2
naturali lege suis quisq; magis fauet. 245.1
naturæ sequitur semina quisq; suæ. 685.2
naturâ sit, vt segnius ea concupiscamus quibus facilè libereq; vti licet. 9.250.2
naturæ nostræ conditio inconstans est. 687.1
natura quid, & eius varia acceptio. 444.Schol.1
natura nihil violentum. 80.1.& 78.2
nautica & bellica lex præclara. 149.1
nautilus terrestris ho. 303.1
nauigantes vix inter viuos numerandi. 781.2
nazanzena Ecclesia noua Bethleem. 118.2
nazanzeni templi graphica descriptio. 126.2
nazanzi & Cæsareæ situs. 153.1
nazanzenorum crimen. 31.1.& 90.2
necesse est duplicitèr sumitur. 360.Schol.1
necessitate, quod extorquetur flabile non est. 6.1
necessitas quid faciat. 67.1.& 810.2
negociatio præstantissima qua. 136.1
memeæus aper. 137.4
nemesij præfecti laus. 829.1
nemesius Leo, ab Hercule interfectus. 627.Schol.5
nemo sibi sufficere potest. 851.2
nemo cogendus sed vires explorandæ. 42.2
nepenthes Homericum. 804.2
niceæ terremotus maximus. 56,1
niceni Patres à Spiritu sancto congregati, & cur. 117.1.& 186.1
nicena fides. 638.2. & 650.1.2
nicenum concilium cur coierit. 117.1.& 209.1.& 639.1
nihil nouum. 535.2
nihil persecutoris vim ita frangit, vt animi alacritas & promptitudo. 206.2
nilus ab Ægyptijs colitur. 631. Schol.32.
nobilis aut ignobilis quis. 220.1
nobilis improbis moribus generi suo dedecori est. 813.1.2
nobilitas vera. 63.2. & 115.2. & 207.1.& 254.1.
nobilitatis initium esse præstat, quàm à maioribus eam acceptam labefactare. 851.1. & 867.2.
nobilitas vera duplici nomine clara. 254.1
nobilitas diuinitus nobis indita est. 290.2
nomen πῦρ ἀγοράμματον ineffabile. 320.1
nomina Dei. 297.2
nomina ab hominibus ducere non possumus sed à Deo. 283.2
nomina in Trinitate, circa naturam tantum considerantur, non sunt autem natura. 263.1
nonnæ matris Gregorij laus & virtutes. 116.1.& 119.2.
nonna filium nondum natum deo offert. 116.2
nosse seipsum summa sapientia est. 231.1
nouati audacia, & impura puritas. 82.1
nouati temeritas. 208.2
nouatiani auari & inhumani pœnitentiam tollunt. 372.2
nox sacra. 462.1
nudo capite ad omne flagitium prorumpere. 7.1

O.

obedientem iuuat Deus. 23.2
oblitio omnium. 535.2
occasio calua est. 709.2
oculi organum inexplebile promptissimumq;. 134.1
oculi seipsos minimè cernentes alios vident. 678 2.
oculos cor sequitur. 839.1
oculus præstantiæ significationem habet. 806. Schol. 12.
odio facile decipimur. 80.2
odio vel beneuolentia labefactatur veritas. 31.& 24.
officia & munera hominum cuiuscunq; conditionis. 254.2.& 248.1
Olympij præfecti laus. 680.1.2
olympica oliua. 137.2
ὁμόσιον subdolè ab Arrianis impugnatur. 195.Sch. 24.
opes tutæ sunt Deo, & pauperibus opes suas effunde-re. 115.2
opiniones non facile abijcimus. 11.2
opinionis sua sapiens quis. 13.1
opinionis publicæ iudicium pleriq; sequuntur. 807. 2.
opus affectionum animi index est. 316.2
opus sermone fortius est. 247.2
oratio commemorans Dei beneficia. 724.2
oratio Gregorij peregrè proficiscentis. 814.1.2
oratio hominis ad Christum & D. virginem progratia. 724.1.2
oratio inuectiua quæ sit. 614.2
oratio pia pastoris ad Deum. 37.2
orationis sanctæ vis. 601.1
oratio spiritus ingenti clamore Dei aures verberat. 85.2
oratio copiosa non est sapiente vtilior. 89.1
oratio non leue momentum adfert ad animi robur augendum. 133.2. & 136.1.
orbis miracula, manis opera sunt. 161.2
ordo in Ecclesia institutus necessario. 3.1.& 227.2. & 228.1
ordinis perturbatio hominibus pernitiosissima. 3.2. & 227.12.
ordo in præfecturis seruandus. 150.1
ordo turbatus malorum agmen edit. 847.2
ordo robur est & roboris custos. 847.1
ordo
ordo vniuersum damnatur, ob quorundam culpam. 81.2
orgya Thracum prima religio fuit. 359.1
orientem versus cur spectarint orantes veteres. 689 Scho.1
originale peccatum semen malorum. 33.2. & 82.1. & 455.2
ornamenta non quærat virgo. 754.1
orphei cythara, eloquentia. 804.2
orpheus 359.1. Theologus gentium. 629. Scho. 18. 624. Scho. 74. 610. Scho. 61.
Orpheus Græcis Idololatræ magister. 588. Scho.1
orthodoxa doctrina nõ lapidatur. 323. & 130.
ossa nerui &c. sensu carent. 496. Scho.2
oza cur percussus sit. 236.1
oues christi voces hæreticorum non audiunt. 221.2
oues siue subiecti quid facere debeant. 426.1

P.

Palæstinæ Academiæ florentes. 52.2
palæstræ leges nobis imitandæ. 83.2
palamedes multarum rerum inuentor. 570.2. & 622 Schol. 60.
pallor color est egregius. 842.1
palpebræ dei quid sint. 108.2
Pan vnde ortus sit 582. Scho. 64 & 631. Scho. 34. & 619 Scho. 37
pandionis narratio poëtica. 650. scho.1
pandora eiusque filia. 840.1
panis benedictus Nonnam in somnis à morbo liberat uit 123.1
parabolæ de operarijs in vinea explicatio. 392.1
paradisum Græci ex Mose cognouerunt. 49.2
paradisus terrestris qualis. 343.1. & 443.2
paradisus spiritualis homo est. 447. scho.1
παραζήλωσις quid significet. 270. scho. 31
παρασύτης quis dicatur. 130. scho. 29
parentes dij quidam sunt. 81. scho. 1. liberos naturali amore prosequuntur. 798.1. primogenitis plus tribuunt. 809.1
parentum vera pietas quæ sit. 52.1
parentalia gentilium qualia. 56.2
parere præstat quàm imperare. 12.1
pascha dierum rex, & maximus dicitur. 122. 1.& 130.& 131.2.& 430.1
pascha legale figura figuræ. 478.1
pascha quid significet. 453.1
paschatis & pentecostes festa celeberrima. 395.2
passionis Christi fructus. 8.1
passio Christi, cur in fine seculorum. 464.2
pastor bonus quem populus vocet suum. 240.2
in pastores malos cõminatio. 16.1.2 & 15.2. & 251.1
pastoralis muneris difficultas. 5.1
pastoribus quanta cura debent esse oues. 251.1
pastoribus qualis lex præscripta. 262.2
pastoris ouium & animarum collatio. 5.1
pastoris vox qualis 221.2. officium. 62.2. & 251.2
pater expers principij, non filius nec spiritus sanctus 211.2.& 308.1
pater ingenitus solus dicitur. 212. 1. Filio maior & æqualis dicitur. 317.2 olim solus deus dictus. 329.2
patrem filio spoliare sceleratus honor est. 326.1
pater filij principium quomodo dicitur. 237.1
pater filius & spiritus sanctus, vnus deus natura. 647.1.& 649.2
patris ira stipula flamma. 811.1
patrum depositum dogmata Catholica. 78.2
patri iucundum est à filio superari. 802.1
paterna lex cum filijs indulgentius agit. 83.2
patria quæ sit. 235.2
patriæ non est adsignanda improbitas. 186.1
pauli pro pascendo grege ærumnæ. 13.2
paulus cur dicat se non viuere. 236.2
paulus cur cum Apostolis contulit Euãgelium. 258.2
pauli lex de Episcopis & presbyteris. 16.2
paulus gentium concionator & Iudæorum patronus. 13.2
pauonis mos. 859.2
pauperes fratres nostri sunt secundum deum. 101.2
pauper ita vt deo & nobis relictus est. 106.1
pauperes, quorum nos admoneant, 98.2. & 101.1
de pauperibus bene mereri, compendiaria est ad salutem via. 851.1
pauperes omnes in vniuersum sumus. 97.1
pauperi dandum priusquam petat. 106.1
pauperum conditio melior est quàm diuitum. 231.& 539.1
pauperum contemptores non impuniti erunt 497.1
pauperta docta, sceleratis opibus anteponenda. 805. 2.& 867.2
paupertas instar opum est Christiano. 255.2
paupertas commodissimũ est virtutis organũ. 794.1
pax deo & angelis propria. 75.2
pax diuinitus datur. 82.2. Impia à deo distrahit. 19. 1.& 78.2. laborum & ærumnarum finis 201.2. præstantissima 225.1
pax fidei dispensio quærenda non est. 262.2
Pacem cur Christus nobis testamento reliquerit. 832,
pace contempta Ecclesiæ ordo inuertitur, 78.2
pacem habens deum habet ad angelos accedens. 75.2
pace mundus, & omnia conseruantur: seditione pereunt. 76.1.2
pacem orationi concedere quid sit. 131.scho.43
pacis appellatione, cur deus potissimũ gaudeat. 75.2
pacis bonum qua ratione sentiatur. 74.1
pacis Encomium. 73.1.& 78.1
pace nihil expetendum magis, 83.1.2
pacis studiosi ab alijs contemnuntur, 82.2
peccare hominis est, 552.2 obdurari in eo damonum 89.2
peccatores omnes sumus, 107.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccator cur puniatur, vel non puniatur. 86.2
peccata hominum cause sunt afflictionum. 88.2
peccati ianua sunt festa vulgi. 336.2
à peccatis etiam leuissimis cauendum. 736.2. & 850 1. & 866.2
peccati expers homo nullus est. 601.2. & 89.2
peccati confessio magna est medicina. 92.2.
eius suppressio turpis & damnosa. 7.1
in peccatis non dæmones accusandi sunt, sed nosipsi 852.1. & 868.2
peccatorum occasiones vitandæ sunt. 390.1
peccatum plumbo simile. 96. scho. 56 quomodo vitabimus. 497. Scho. 1
peccatum sub mulierũ forma conspicit zacharias. 96. scho. 56
pecuniam Ecclesiæ quærunt hæretici. 256.1
pecunia charum venenũ est, occultus tyrannus. 496.1
pelopidæ qui dicti. 559.2
pentecostes mysterium magnum & venerandũ. 513. 1. & 522 1
pentecostes festa. 507.1
pentecostes Iudæorum & nostræ differentia. 512.1
penuria quid efficiat. 179.1
perfecti, perfecta, olim offerre solebant. 20.2
periclitari cum deo egregium. 79.2
pericula, nos ardentiores reddunt in fide. 240.2
Περίγεα & πυράγεα, quid. 273. scho. 59
pernitium dei abiuratio est. 851 2
in persecutionibus quid considerandum. 565.1
personã vnam qui reijcit, totam trinitatem violat. 323.2. & 326.1
personarum in trinitate ordo, naturæ inæqualitatẽ non parit. 519. Schol. 2
personarum distinctæ proprietates, vna essentia. 83. 2. & 237.1. & 363.2
personarum proprietates nullã mutationem admittunt. 365. trium vna deitas. 221.1. & 222.1.
pestis omnium maxima si ab Hæreticis occupetur Ecclesia. 164.2
petrus Athanasij successor Alexandria pellitur. 210.1 & 240.1
petrus Ecclesiæ columen. 39.1
petrus discipulorum charissimus. 47.2
petro fundamentum Ecclesiæ creditum. 229.2
phalli & Ithyphalli gentilium deorum monstra. 361. 2. & 581. Schol. 63. & 619. Scho. 36.
phari maritimæ turres sunt. 215. Scho. 21.
pharisæos mores non genus efficiunt. 281.1
pharisæi noui, & solo nomine puri. 372.1
philippissmus & Basilissmus quid. 672.1
philosophia in duas partes diuisa. 571.2.
philosophiæ Christianæ subiectum. 10.2
philosophiæ laudes canere aut illi operam dare decet. 206.1
philosophiæ vox explicata. 29. schol. 69
philosophi animus periculis obdurescit. 211.2
philosophia in duas partes diuisa est. 207.2. & 571.2
philosophia inepta Ecclesiam labefactat. 554.2
philosophia pedestris quæ sit. 657.1
philosophia, perturbationum animi domina. 207.1
philosophorum dogmata vana. 560.2. secta. 201.2. & 208.1. & 291.2. & 560. 2. nomine monachos intelligit. 195. schol. 28
philosopho Christiano nil fortius & liberius. 255.1
philosopho quæ sint necessaria. 685.2
philosophus verus quis. 253.2
phrygum exercitio. 559.2. & 615. scho. 4
pietas in quo sita sita. 283.2. & 561.1
pietas bonum proprium. 32.1
pietas magnum vitæ præsidium. 211.1
pietatis cultores in hac vita rident. 186.2
pietatem promulgare, magni momenti est. 284. 2
pij cur aliquando affligantur. 122.1
potius quàm impij. 733.2
pia anima deo omnia committit. 116.2
piorum animæ ab angelis abducuntur. 167.2
piorum memoria vtilis. 131.2
pisa Ciuitas in Elide. 806. Scho. 13.
plagis erudit nos deus. 88.1
plagis non affici sed non emendari graue est. 90.1
plagæ & calamitates vnde. 86.1. & 91.1
plagæ etiam nobis in iudicio exprobrabuntur. 86 2
plantæ per vim distractæ statim ad naturam redeunt. 80.1.8
platonis Ideæ. 292. Scho. 1. prælegia. 232.1
de platone historia. 482. scho. 1
platonis præclara sententia. 304.2. & 378. 1
platonis ciuitas in verbis sita. 571.2. & 587. scho. 123
platonis liguritio. 560.2
plebai curiosi esse non debent. 189.1
plebs Episcopi vitia facile imitatur. 863.1
poderis quid sit. 34. scho. 7
pœnæ impiorum Ecclesiæ munera affectant. 862.2
pœna primi peccati Adami. 48.1. & 360.2
pœna scelerum laudanda. 508.1
pœnas æternas impij, pro fabulis ducunt. 780.2.
pœnitentiæ baptismus purgatio secunda est. 381.2
ad pœnitentiam adhortatio. 89.2
pœnitendi tempus, à deo nobis concedendum, incertum. 382.1
pœnitentes non sunt arcendi. 372.2
polycrati se confert Greg. eiusque historiam narrat. 817.2
polygamia, vt flagitium interdictum. 28.2
polypi natura. 147.2. & 823. 2. qui illi similes sint. 247.2
polycena Priami filia. 615. scho. 7
pontifices dei & hominum mediatores sunt. 428.1
populi consensus in Episcopo Cæsarensi eligendo. 124.1
porphyrius apostata. 15. libris Christianos insectatus est. 613. scho. 98.
posse & non posse, multipliciter dicuntur. 317.2
polthumianus latinè vt Græcè doctus 761.1
potentia ad flagitium prompta est. 847.1
potentia in duas partes spargitur. 558.1
præcepta communia omnium hominum generi. 46. & 47.1.2. & 499.1
præclarè cum eo agitur qui neminem offendit: 3.1
præclarũ est ad dei amorẽ quotidie extimulari. 230.1
ad prædestinationem nostra voluntas cooperari debet. 282.2
prædicatio verbi dei ardua & periculosa. fo. 9. co. 2
præfecti Ecclesiæ dura conditio. 11.2
præfectorum malorum Ecclesiæ. 14.2.15.1
præfectorum Ecclesiasticorum tria genera. fo. 1.2. & 262.1. & 271. Scho. 51.
præfectorum vitio facile imbuuntur subditi. 5.1
ad præfecturas perfidia Iuliani tẽpore grassatũ est. 597.2
præfectura spiritualis finis. 14.1
præfecturam neque ambire, nec oblatam repudiare oportet. 23.2. & 255.2
præpositorum superbia notatur. 91.2
præstat obscuro genere natum virtute quam nobilẽ vitijs cumulari. 814.2
præsulibus quid primum videndum sit. 5.2
præsulis quæ debeat esse prudentia. 12.1
præsules adulterini qui sint. 184.2.
præsule indigni, subuersio turbida sunt. 15.1
præsse alijs cur nolit Gregorius. 17.1
prætextus hæreticorum inanis. 188.2
precibus excantare vim fluctuum quid. 123.2
presbyterorum mors miseranda describitur. 156.1
priapus, 631. Scho. 34
primitiæ frugum in Ecclesia offerri solitæ. 90.2
primi dignitate primi quoque sint virtute. 248.2
primogenita Aegypti allegoricè. 463.2
principes Laicos qui sint hodie. 14.2
principij veri conditiones. 495. 2. & 694.1
principibus subijci debemus ob publicæ disciplinæ rationem. 179.2
principi & priuato, non eadem conueniunt. 563.1
Principium omne à deo, & finis. 3.1
principia semper sunt feruentiora. 51.1
principijs obstandum 233.1
principium in diuinitate non tempus sed causam notat. 77.1
principũ multitudo in pestiferã cadit licentiã. 225.2
proles cur expetenda. 821.2
proclus diuinam euocationem in tria diuisit. 445. Scho. 1.
προπεμπάδεια & ἔξιτήρια quæ sint. 70.2. & 274 Scho. 82
propinquis non parcè subueniendum. 83.2
proprietas duplex est. 366. Scho. 2
proprietas distinguens tres personas. 212.1
propter dignos dandum etiam indignis est. 119.2
proteus Cameleon. 579. Scho. 37. 616. Scho. 2
prouidentia dei omnia moderatur. 167.2. & 531.1. & 537.1. & 541.1
prudentis est sese ad optimi cuiusque vitam exigere. 799.2
psalmodiæ quales in funere Basilij. 167.2
publicani oratio carmine comprehensa. 729.1
pudor bonis viris adiutor datus ruborẽ gignit. 841.1
pudorem vulgus fere in oculis habet. 833.2
pudoris iactura, scelerum omnium mater est 820.2
pugna Christianorum qualis esse debeat. 19.1
pulchritudo animæ corporeæ præferenda est. 115.2
pulchritudo vera in quo sit sita. 856.2. & 867.1
pulchritudini minimè fidendum. 840.2
pulchritudo vera nulla est, nisi naturalis. 841.2
puniri hic præstat quàm in altero sæculo. 87.1
purgare quisque se debet antequam pura tractet. 362.1. & 184.2
Purgantes pœnæ plumbũ spirituale sunt. 94. scho 32
purpuræ inuentum. 622. Scho. 64.
puritas deo est gratissima. 36.1
Purum impuro corpore capi nequit. 832.1
purum in hac vita nihil. 373.1. & 781.1
Pythagoræ dictum αὐτὸς ἔφα. 369 1
pythagoras animarum remigrationem primus induxit. 292. schol. 9
pythagoricorum discipulorum silentium. 569 1
pythagoræ fabæ. 559.2. & 580. scho. 50. & 616. scho. 16
pythia. 629. scho. 20.

Q.

Quadragesimæ cur se affligat & silentio damnet Gregorius. 815 1
Quercus loqui desijt 629. scho. 19
quæstiones mutiles quæ. 81.2
quæstiones quæ tractandæ quæ relinquendæ. 81.2
quæstiones quædam soluendæ quædam reprimendæ. 280.1
quatenus vocum cura se extendere debeat. 164.2
quinque & septem panum allegoria expositæ. 512. scho. 1.2
quisquiliæ hominum Ecclesiæ præfecturam temerè occupant. 862.1
quæstus longe maximus est caducas opes cœlestibus commutare. 44.1
quoad, non semper temporis futuri habes significationem, 315.2
quomodo pro recta fide certandum. 262.2

R.

Rachaelis & Lyæ interpretatio allegorica. 474. scho. 1
Ratio communis omnibus lex est. 299.1
rationis præfectura qualis. 232.2
ratio reddenda est eorum quæ à nobis sunt administrata. 258.2
ratio viuendi varia mansionum varietatem conciliat. 291.1
ratio vt auriga, perturbationes imperio premere debet. 505. scho. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

redemptionis opus, creatione præstantius. 347.51.1
regeneratio Spiritualis Baptismus est. 117.2
regia via incedentes quid credãt de trinitate. 263.2
regnare duobus modis dicitur. 315.2
regnum in se prius diuiditur deinde tentatur. 80.2
regnũ cæleste vim pati quid sit. 395.Schol.1.& 396.1
regnum cælorum propter bonitatem tyrannicé inuaditur. 396.1
relaxandus animus interdum est. 253.1
reliquiarum virtus. 559.2
remissio, remissionem impetrat. 83.1
res qualibet vel bona vel mala sit, pro vtentium iudicio. 144.2
res præclaræ, non nisi summo studio pariuntur. 276.1
rerum illustres mutationes & vitæ duæ fuerunt. 195.Schol.27.
rerum omnium inconstantia. 179.1
rerum omnium confusio temeraria, absurda & impia. 777.1
rerum visibiliũ auxilio, ad rerum inuisibilium agnitionem perueniendum. 830.1
respiscẽtia secunda classis, seu Euangelij tabula. 218.2
respiscere non est turpe, sed in malo perseuerare. 266.2.& 267.2
resurrectionis Christi vtilitas quanta. 420.1
resurrectio huius eiusdem carnis. 650.2
reuerti ad Deum quomodo debeamus. 336.Schol.2
rex stolidus, paupere sapiente deterior. 538.2
regi & Magistro obediendum.
ritus Ecclesiæ. 401.2
romana Ecclesia Orientalium persecutiones deplorat. 210.2
romanæ linguæ inopia. 192.2
romana lex, in duhijs clementiã vincere. 372.Schol.2
rubor solus gratus, quẽ gignit pudor. 64.2.& 842.1

S.

sabellij error. 118.2.& 642.1.& 647.1
sabellij impietas. 10.1
sabellij contractio, resolutio & confusio, tres personas in vnam contrahentis. 152.2.& 185.2.& 364.2
sacerdos iam nomen inane est. 18.1
sacerdos magnus Iesus. 15.2
sacerdos Angelus omnipotentis domini est. 15.2
sacerdotes honorandi sunt. 116.1
sacerdotes Eleazarum imitari debent. 203.2
sacerdotes inopes alendi sunt. 832.1
sacerdotum dignitas. 48.2
sacerdotum impiorum comminatio. 15.& 16.1.2
sacerdotes mali, pro ludo habent Ecclesiæ præfecturas. 861.1
sacerdotij dignitas. 17.2.& 209.2.& 774.1
sacerdotij veteris ordo. 229.2
sacramentum volentium est, non coactorum. 42.2
sacrificij nostri qui sint participes. 460.2
sacrificia incruenta hominum cruore fœdata. 156.2
sacrificijs cruentis, nos Deus paulatim ad incruentum adduxit. 457.Schol.1
sacrificium à nobis Deus quale requirat. 85.1
sacrificium dignissimum omnium spirituale est. 256.1.& 810.1
sacrificium quale Deo sit charum. 551.2.
sacrificium Christi omnibus legalibus fuit permixtum. 457.1
sacrificium missæ purum & incruentum. 556.
sacrificium incruentum quo Deus nobis reconciliatur. 600.2.& 816.1
sacrificium rationale quod sit. 127.1
salutis via non vna est, sed duplex modus. 377.Scho.1
salmoneus è corio tonans. 594.2.& 625.Schol.7. 605.Schol.11.
salutis vias multas Deus hominibus aperit. 557.1
salutis verum præsidium in quo situm. 200.1
samuel preces & sacrificia pro populo fundens. 19.2
samuelem sacrosanctum in ore habere. 12.2
sancti sacrificia & preces pro nobis offerunt. 168.1
sanctorum reliquiæ miracula edunt. 600.2
sanctorum reuerentia honores & festa. 359.2
sanctorum historiæ ad quid conducant. 168.1
sanctorum memoriæ quomodo colendæ. 36.1
sanitas non omnis vtilis & expetenda. 7.2
sanitatis stultæ fructus peccatum. 108.1
sapiens quis vere dicendus. 85.2.& 103.1
sapientis obiurgatio. 540.1
sapientia Dei quomodo illucescat. 135.1
sapientia ex seruis, amicos & filios Dei facit. 184.1
sapientia est scire se non esse sapientem. 13.1
sapientia creata & genita quæ sit. 315.2
sapientiæ donum robur est. 73.1 & 542.1
sapientia diuinarum humanarumq; rerum scientia. 13.1
sapientia delitijs labefactatur. 535.2
ad sapientiam comparandam, multo labore opus est. 13.1
sapientia postulanda est à vera sapientia. 107.2
sapientia vera qua sit. 85.1.& 184.1.& 255.1
sapientum præcepta stimuli vice sunt. 543.2
non plus sapiendum quàm oportet. 540.2
sardanapali Epitaphion. 823.Schol.2
sarã Gregorius matrem, Abraham patrem vocat. 22.1.& 62.2
satanæ astus. 251.1
satanas lux haberi vult cùm sit nox. 407.2
satietas in amore potissimum arcenda. 820.1
satietas contumeliæ, libidinis ac flagitij parens est. 105.1.& 132.1.& 138.1.& 208.2
satietas omnium rerum est. 811.2
satisfactio prorsus necessaria. 403.1
saul non se totum spiritui credidit. 39.2
scandalum vitandum est. 3.col.1
scedasi filia. 616.Schol.9.
scele-

schismatis & discordiæ causa efficiens, 225.1.2
scholæ Athenien sis consuetudo mirabilis. 146.2
scientia duplex est, 446.scho.1
scientiam qui addit, addit & dolorem. 17.2
scientia non satiat hominem 17.2
scindapsi & tragelaphi 208.1
scipio. 616.scho.17
σκιᾶ πρόσωμα in ficu quid sit. 264.scho.21
scripturæ diuinæ authoritas ratione superior est. 569.2
scripturæ diuinæ libri & vtilitas. 790.2
scripturæ laca ad misericordiam pauperum adhortãtia. 108.2
scripturæ sacræ interna vtilitas quanta. 727.2.& 817.1
scripturæ sensus spiritualis, cur obscurus sit. 831.1
scriptura sacra, cui sit similis. ibid.
scriptura sacra quadrifariam de diuinis loquitur. 328.2
σύμβαλα quid sint. 139.Scho.20
scylla & Charibdis 584.Scho.87.& 621.Scho.30.
scythæ scrutadueršus heros rebellarunt. 571.1.& 624 Scho.70
securitas vna hominum quibus consistat. 850.2
seditio multas calamitates parit. 77.2
seleucia quæ & coche perfidi ciuitas. 605.Scho. 20
seleucus Antiochi pater. 3.2
senectute nihil fortius. 33.1
senectus veræ gloriæ corona. 92.Scho.3
senectutis vitium loquacitas fere est. 841.1
senectutis præcepta optima. 852.2
senectus prudens, imperitæ iuuentuti præstat. 17.1
senilis prudentia vitæ limes est. 33.2.& 85.2.& 866.2
sensus ad vitium faciles, ianuæ mortis sunt. 337. Scho.2
sensus omnes purgandi sunt. 408.1.& 496.1
sepia atramentum ante se vomit. 262.2
septenarius numerus Hebræis commendatus. 199.1
septenarius cur perfectus. 510.1.& 505.Scho.2
septenarius numerus mysticus est. 464.1.& 511. Scho.1
sepulchrum domini scribæ obsignantes custodiunt. 716.2
sermo à rei iucundissimæ narratione non facile recedit. 146.1
sermone domito, ira quoque domita est. 816.2
sermo diuinus angelorum panis est. 153.2
sermones nostri à deo audiuntur. 539.1
serpens æneus Christi antitypus, non typus. 477.1
seruus aut liber quia verè sit 814.2
serui heros acerbos odio habẽt, bonos contẽnũt. 726.1
sexus in deo nullus est. 324.2
silentij commoditas & vtilitas. 44.2.& 228.2.& 816.1.2.
silentio sito alios instruit Gregorius. 817.1
simeon senex, & Magi quid significent. 368. Scho.2
similitudo non omni ex parte quadrat. 434.Schol.2 & 643.1
similitudo de circulis pulchra. 119.1
simon Cyrenensis allegoricè quis. 479.Scho.2
simplicitas, impijs contempta. 121.2
simulatum nil constans & durabile. 170.1
simultas iudicium rationis peruertit. 79.2
socratis cicuta. 559.2.& 687.2.& 616.scho.12.& 617.scho.21
socratic pulchritudinis amor. 560.2.& 580.scho.53
sol diei oculus. 492.2
solis forma præcessit materiam. 492.1
solidem sanis oculis adfert splẽdorem agros perstringit. 179.2
solitarius quis sit. 471.scho.1
solitaria & cœlebs vita deo viuentium est. 120.1
solitudinis præclara descriptio. 653.1.2
solomonis diuitiæ & opulentia. 536.1
solomonis sapientia & studium. 536.1
solonis cupiditas inexplebilis. 560.2.& 617.scho.20.
solus deus ex rebus omnibus, nec fugavitari, nec bello sustineri potest. 23.1
somnia nocturna, diurnas curas referunt. 728.1
sors & conditio omnium eadem in morte. 735.2.& 755.1.& 758.2.& 783.1
spectaculũ fœdũ exhibere, seipsum prodere est. 692.2
spes vigilantium somnia sunt. 653.1
spes afflictis vnicum remedium est. 77.2.& 99.2
spiritualia non cognoscit homo, nisi per corporalium applicationem. 297.2
spiritus ab omni ambitione alienus est. 258.2
spiritus sancti diuinitas, cur post assensionem primũ edocta. 330.1. Et scripturis probatur 330.2.& 242.1.& 323.2.& 515.2. A Basil. promitur. 164.2.& 212.2
spiritus sancti æternitas & vis multiplex. 519.1
spiritus sancti benignitas & dona varia. 227.2.& 527.1.& 241.1
spiritus sancti demissio quæ sit. 526.scho.2
spiritus sancti nomina & attributa. 330.2
spiritus sanctus cur linguis igneis apparuerit. 523.1.& 524.1
spiritus sanctus à prophetis promulgatus, & promissus. 525.2
spiritu solo deus intelligitur. 10.2
de spiritu sancto parce loquendum est. 515.1
statuæ & imagines, Gregorij tempore in Ecclesia fuere. 680.scho.2
statuæ perfectorũ apud posteros ornamento sunt. 829.1
statuæ variæ Iuliano erectæ. 562.2
stipendij nomine quid significetur. 46.2
studia hominum varia. 8.2.& 9.1.& 767.2.& 789.1.& 800.1
studiorum initia semper feruentiora. 31.1
sublimiora, non affectare tutissimum. 33.1
sturni quomodo humana verba discant. 760.2
subditi præfectorum vitio facile imbuuntur. 5.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Successionis vera & falsa nota. 84.1
summi viri, cur cadant interdum. 786.1
superbus, quò se altius erexerit, hoc grauius cadet. 499.schol.1
supina segnities iners est. 78.1
symbama, parasymbama, quid. 214.Scho.11.
synesacti, cane peius & angue fugiendi. 837.2
synodorum codex & mos quis sit. 633.1

T.

Tabcel qui & Lucius arrianæ sectæ Episcopus Alexandrinum per vim fit. 210.
Tabernaculum testimonij quid fuerit. 490.1
tabulæ vitæ quæ sint.. 277.Schol.3
tacere, quàm immodice loqui præstat. 803.2. & 821.1
tantalus rex phrygiæ. 169. Scho.7. & 632.scho.37. & 612.Scho.90
tarditas sicut & festinatio, interdū pernitiosa. 231.1
taurici redditus & S. Oresti prouentus. 160. 1.
tauroscrytarum in hospites crudelitas. 112.scho.35. & 832.2
tauri hospites dianæ mactabant. 615.Scho 6
templa donarijs ornat Gorgonia. 65.1
templorum pecuniæ, donaria, sacra vasa rapiuntur. 564.1
templum dei, nos sumus. 495.Scho.1
templa Ethnicorum, theatra sunt 572.1
templum Graci in tres partes diuidunt. 130.scho.22
templum dicatum Christi discipulis. 771.2
templum viuum quis sit. 69.Scho.6
temporalibus perpetua sunt comparanda. 181.2
temporis curiosa obseruatio in scriptura inutilis. 307.1
temporū nostri calamitas depingitur. 12.2. & 181.2
temporis ratio nobis reddenda est. 251.2
temporis varietas & rerum humanarū inconstantia. 537.1
tempus est explorator sapientiæ. 85.2
tempus habent omnia, præter baptismum. 163. 1. & 587.1
tempus hominum magister est. 799.1
tempus omne ad salutem quærendam commodū est. 380.2
tenebræ dei latibulum quomodo sint. 178. 2. & 297.2
tentationes pro Christo pati vtilissimum. 82.1
Terra communis omnium parens. 302.2
Terra commune mortalium sepulchrum est. 846.2
terræmotus ex hominum memoria maximus Niceæ accidit. 56.1
terræmotus in resurrectione Christi. 720.1
terræmotus maximus spiritualiter quis. 189.2
terrenus creator quis. 69.scho 4.
testamenta duo cur terræmotus vocentur. 329.2
testamentum nouum, cur ita dictum sit. 491.scho.1
thecla virginis sanctæ, egregium phanum. 188.2
theela virgo fœminarum protomartyr vt virorum Stephanus. 277.2. & 278.scho.
theodosiæ, Amphilochij Episcopi sororis Laus. 821.2
theogonij, aliorumque monachorum laus. 794. 1.2
theodorus martyr. 613.Scho.97
theologiæ vox explicatur. 43.scho 5.
theologiæ veræ tractandi ratio 330.1
theologi amin argustaricem artē degeneraße. 288.2
theologi nudi poëticas fabulas ineptè interpretantur. 573.1
theologos vnius diei creare solent Hæretici. 291.1
theologus quomodo quis verè fiet. 238.2
theopaschitæ hæretici. 176.scho.92
Thracia à barbaris vastatur. 83.scho.3
thraces primi initiarunt homines sacris. 570.2
threni Hieremiæ, ad quid vtiles. 77.1
thesauri iræ dei qui sint. 86.2
thestij filiæ. 562.1
timor ad salutem magister 361.2
timor laudabilis 200.1.& 362.2
tityus crutiatur, in inferno. 632.scho.38.
tolerantiæ exemplum rarum. 793.1.2
tonitruum & alia, vnde 303.2
traditio Ecclesiastica. 571.1
tragelaphi qui sint. 213.sch.9
tranquillitas fructus suauissimus. 653.2
tranquillam vitā parce agere quàm Episcopum esse præstat. 21.2
tres ordines saluandorum. 386.1
trium personarum vna essentia potius quàm natura deitas quæ adoranda. 236.2. & 286.1. & 325.1 & 642.1
tributa vnde sint orta. 43.1
trinitatis articulus 81.1. *adoratores veri* 259. 2.263 1. *fides cur paulatim fidelibus tradita.* 530.1
trinitatis mysterium quibus reueletur. 257.1
trinitatis perfectio quibus sit definita terminis. 82.2
trinitatis vnitatem qui negat, deo contumeliā facit. 413.1
circa trinitatem errores & sectarij notantur. 82.1
de trinitate quid sentiendū. 186.1.& 287.1. & 307.1
trinitatis doctrina multis explicatur similibus. 325 2.& 331.2
trinitas prima virgo. 743.1
trinitas vnus deus in trinitate adorandus. 75.2. & 82.2.& 212.2.& 263.1
trinitatis doctrina fidei nostræ caput est. 10.2.& 865.1
trinitatis vera confessio. 10.1.2.& 31.2.& 75.1.& 151. 2.& 226.1
tristia silenda. 72.2
Trophonius. 358.2.& 607.scho.1.557.2
tumultus ciuitatis propter Basilium. 159.2
tunica Christi insecta. 7.1
turpe est libidinem cum ætate non senescere. 389.
tyana Cappadociæ Metropolis 129.scho.12

tyran

tyrannis quid. 394.2.
tyrannus in animum sæuire non potest. 773.1
tyrannus inuisibilis quis. 462.2

V.

valens Ecclesiam inuadit. 156.2
valens imperator hostis Christi auaritiæ inexplebilis. 151.2
valens oneri & probro Christianis fuit. 259.2
valens fidelium & hæreticorum opem pro filio implorat. 158.2
valens ortbodoxos & Basilium maximè persequitur. 155.2. & 274. Schol.79. & 156.2
valens reuertitus Basilium, mensæ sacræ offert munera. 158.1
valentis filius mirabiliter in morbum cadit.
valentini aliorumq; hæresis recensetur. 221.2.& 385.Schol.5
valerianus imperator, apud persas turpiter seruiuit. 605.Scho.14
vanitas rerum huius vitæ. 57.2.& 781.1
venerem masculam & promiscuā qui exercuerint. 585.Schol.103.
venter Barathrum inexplebile. 810.2. *dominus truculentus.* 161.1. *fons malorum.* 732. Schol.2. & 794.2. *farcina grauis & bellua inexplebilis.* 102. 2.& 111. Schol.19.
ventri fabri abendum quod pauperi demus. 248.2
venter pinguis non gignit mentem renuem. 846.1
ventrem, vitrem Anaxarchus dicebat. 616.Schol. 14.
ventriloqui homines qui sint. 12.1.& 26.Schol.30.
ventilabrum, ignis, securis, gladius quid. 369.1
ventis turius, quàm rebus prosperis considere licet. 179.1
venus vxor Vulcani stupris præsidet. 611.Schol.72
veneris cestus. 625.Schol.78. *mysteria* 357.2
ver multiplex. 503.2. *eius descriptio.* 501.1
verba turpia fugienda. 539.1
verbi diuini quanta vis sit. 601.1
verbi incarnationis causa. 345.1
ad verbi Dei tractationem, præparatione opus est. 363.1
verbi gladio æterna à caducis discernuntur. 103.2
verbum Dei formidolosum indignis est. 362.2
verbum Dei patris bonum filius est.. 643.1
verbum veritatis, constans & firmum est. 721.2
veritas curanda, non vanus hominum rumor. 246.2
veritas, odio vel benevolentiæ labefactari solet. 3.1
veritas in rebus non nudis verbis sita est. 311.1
veritatis studio à fide aberrare. 11.1
veritas omnium est fortissima. 89.2
verecundia ad virtutem multum confert. 225.2
veste sordida, interdum delitiæ latent. 842.2
vestes molles & superfluæ ad ineptiam faciūt. 102.1
vestes egregiæ quibus conueniant. 820.1
vet legis obscuritas, arcana multa continet. 108. 2.
via ad vitam vnica & angusta. 59.1.& 291.1. *ad mortem duplex.* 725.1
via vitæ huius triplex. 803.2. & *qui illas ingrediantur.* 804.1. *Christianis duplex est via.* 148.1
via regia, Episcopo incedendum. 9.2
victoria, moderatè vtendum est. 596.2
viduitas acerba res est. 127.2
vinci interdum præstat quàm turpiter vincere. 22.1. & 851.2.& 867.2
vinea Esaiæ explicatur. 94.Scho.36.
vinum voluptates irritat. 846.2
viperæ virtus, non est malitia. 233.2
viri & mulieris eadem conditio. 280.2
vir optimus quis. 824.1
virga Dei duplex est. 609.Schol.53. *ferrea quid.* 77. 1.
virga duriceruices coërcendi sunt. 848.2
virgines Angelicam vitam consectantur. 281.2
virgines curare quæ debeant. 277.1
virginem Deo qui offert, gratum munus reddit. 758.2
virgines Deo sacræ, & vitæ earum ratio. 262.1.& 795.1.& 282.1. *Christo nubunt.* 276.1
in virgines sacras persecutio. 210.1. *omnia Deo offerant.* 498.1. *humanam laudem ne affectent neue vagæ sint.* 837.1
virginis Christianæ descriptio. 154.1.& 842.2 *sacris studijs eam incumbere decet.* 750.1
ad virgines præcepta moralia. 754. *per totum, &c.*
virgines non corpus modo, sed mentem quoq; puram habere decet. 754.1
virginitas coniugio præstantior est. 389.2.& 281.2. & 748.2
virginitas ex hominibus angelos facit. 743.1.2.& 748.1.2.& 774.1.2.
virginitas hortus clausus. 134.1
virginitas tota Deo dicata est. 761.2
virginitatis Deo deuotæ descriptio. 764.2
virginitas quomodo acquiratur. 161.2
virginitatis & cœlibatus laus. 161.1.& 743.1.& 748. 1.2.& 749.2
virginitatis votum debet liberum esse. 759.1
virginum Sponsus Christus est. 134.2
virgo deipara corpore animoq; purgata. 308.1.345. 1.& 449.1.& 633.2.& 697.2.& 703.1
virtutem laudans Deum laudat. 182.1
ad virtutem magnitefert, quibus cum vivas. 32. 2.
ad virtutem momenti plurimum adfert animus generosus. 225.2
virtute quàm honoris gradu præcellere præstat. 125. 1.& 166.1
virtutis adeptio rara & ardua. 5.2.& 748.1
virtutis corruptela, vnde. 823.1
virtutis flos optimus. 820.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

in virtutibus ordo consideratur. 460.Sch.10.1
virtutis cura, gregem & armentum non tangit. 5.1
virtutis via non vna est, vt nec salutis. 234.1
virtutis certamen cum inuido spiritu. 187.1
virtutis præmium Deus existit. 686.2
virtus cur laudanda. 206.1. Laudata crescit. 141.2. & 206.1. duplex est. 193. Schol. 2. & 206.1. afficit omnes sua veneratione. 136.1. propter se persequenda est. 247.1. opibus labefactari non potest. 833.2
virtus etiam in hoste suspicitur. 157.2. & 203.2
virtus quomodo comparetur. 5.2. & 824.1
virtus & honesta fama, ad altiora nos prouehit. 54.1.
virtus priuati, à præfecti virtute differt. 154.1
virtus qualibet ad salutem via est. 98.2
virtus vna perfecta pleriq; saluti fuit. 785.2.
virtus mediocritas optima. 160.2. & 824.2
visio nocturna cur diuinitus immittatur. 117.1
visitandi infirmi. 106.1
vitalij fides, Damaso iubente scripta. 639.1
vita beata in Christo. 592.1. & 87.2
vita certum genus sibi constituere magni refert. 207.1
vita ciuilis & monastica. 4.2. & 161.2. & 207.2. & 791.2
vita doctrinæ consonet. 247.2
vita duplex. 62.2. & 98.1. & 207.2. & 536.2. & 772.2
vitæ huius viæ multæ. 781.1
vitæ humanæ inconstantia. 127.1. & 736.1.2. & 755.1. & 779.2. & 780.2. & 824.1. & 847.2. Miseria. 708.1. & 735.1.2. & 779.2. Vanitas. 56.2. 730.1. & 737.2. & 781.1. & 784.1. & 864.1.
vita hæc plus fellis quàm mellis habet. 783.1
vita hæc laboris futura præmij est. 48.2. & 728.1.
vita hæc brevis 57.1. & 860.1. mortis meditatio. ibid. & 690.2. mors dicenda potius est. 779.1. mercatus est. 58.2. & 849.2. & 866.1. peregrinatio. 85.2.
vita probitas doctrinæ anteferenda est. 805.2
vitæ idem institutum, non omnibus conuenit. 786.2. & 865.1
vita & oratio scelerata par malum est. 836.1
vitam in melius commutare, quam pietatem conseruare facilius est. 136.1
vita quieta laboriosa præstantior est. 693.1
vita quid. 761.2. hominum qualis. 57.1. & 253.1. & 535.1. & 756.1
vita verè Christiana qualis sit. 794.2
vita innouanda. 497.1
vita media & communis sublustri nocti similis. 804.1
vitia, vicina virtutibus sunt. 162.2. & 594.2.
vitij conditio melior est quàm morbi. 100.2
vitia in procliui sunt. 5.2. & 80.1. & 754.2. & 748.1. & 841.1
vitio nil turpius, vt virtute nil præstantius. 832.1.
vitio liber in alio non suspicatur peccatum. 663.1.
vitium apud gentiles etiam laudabile. 830.2
vitium cæcitatem adfert. 840.2
vitium exedit malos vt rubigo ferrum. 155.1
viuere in carne prater carnem longè præstantissimum. 235.1
vnctio baptismatis multam securitatem parit. 387.2
vnguentorum & odorum vsus, veneri flammas addit. 496. Schol.1
vncto sacerdotum. 74.1
vnguentum Episcoporum Spiritum sanctum notat. 37. Schol.5.
vngula quale tormentum. 613. Schol. 97.
vocationi diuinæ statim obtemperandum. 396.1
voluntas imperatoris pro lege est. 567.1
voluntarium quod non est, nec diuturnum est. 329.2.
voluptatem seruam suffurari quid sit. 498. Schol.2.
voluptates vitæ huius dubiæ sunt & vanæ. 536.1. & 783.2. & 847.1
votum castitatis qui violat grauissimè peccat. 539.1. 758.2.
votum Gregorij in periculo maris. 123.2
voto non viuitur vno. 8.2
vouendum Deo nihil cursit. 853.2. & 866.1.
vox nulla gratior ouibus, pastoris voce. 827.2
vrbes & artes omnes communes sunt. 570.1
vrbis interitus hominis morte acerbior est. 679.1
vrinatores virorum nomine indigni. 842.1
vtilitas hominum potius quàm gratia spectanda. 245.1. & 42.1
vulcanus, Thersites, Olympius. 630. Schol. 26.
vulcanus vtroque pede claudus. 611. Schol. 70.
vulgi inconstantia Gregorio molesta. 265.2
vulgus temere de pijs iudicat. 689.2
vulpes versutam fideiq; dubiam animam signat. 294.1.
vulnus luor & plaga quid sint. 112. Schol. 44.
vxorem quomodo, moderari debeat maritus. 281.1.
vxor honoratum onus est. 798.1
ab vxoria re abstinendum orationis tempore. 390.1
vxorij probæ erga maritum officia. 63.2. 820.1.2.
vxor patris Gregorij obsequentissima, pietatis magistram se præbet. 115.2
vxor Loth & Sodomæ quid significent. 391. Schol.1.
vxor viro portus est in merore. 820.2

X.

Xanthus. 622. Scho. 59
xanxaridis thermæ. 693.1
xenocratis edacitas. 617. Scho. 24
xerxis insolentia describitur. 156.1

Z.

Zachæum peccatores imitentur. 236.1
zacharias aduersus malos sacerdotes. 15.2
zachariæ silentium Ioannis natiuitas soluit. 73.2
zamolxis. 832.2
zelotypi apauli apostoli. 14.1
zelus spiritualibus quid efficiat. 120.2
zelus Imperatoris indiscretus. 188.1
zelus dilationem ferre non potest. 132.1
zelus iracundiã acuit. 190.1
zona duplex. 223. Scho. 12 & 471.1
zopyrus Babylonius ad Iulianum dolosè transfugit. 596.2 & 268. Scho. 8
zorobabel typus Christi fuit. 506. Scho. 2

FINIS INDICIS.

AD MECOENATEM SVVM D. IACOBVM
Billium huius operis interpretem & scholiastem
Ioan. Christij epigramma.

Alciadæ veteres extollunt facta poëtæ,
Et ficto vocitant nomine ἀλεξίκακον
Quòd varijs latum monstris purgauerit orbem,
Vicerit & nuda monstra cruenta manu.
Te sed ἀλεξίκακον potiori iure vocabit
Posteritas, quoties perleget istud opus.
Innumeris etenim fœdisq; erroribus illud
Purgasti, magno monstra labore fugans.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COLONIAE AGRIPPINAE
APVD IOANNEM BIRCK-
MANNVM.

ANNO SALVTIS
M. D. LXX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca